R. P.

LVDOVICI DE PONTE, E SOCIETATE IESV, SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSORIS,

EXPOSITIO MORALIS ET MYSTICA

In

CANTICVM CANTICORVM, CONTINENS EXHORTATIONES,

Siue

SERMONES,

DE OMNIBVS CHRISTIANÆ RELIGIONIS MYSTERIIS ATQVE VIRTVTIBVS;

IN DVOS TOMOS DISTRIBVTA, ADDITO Concionum Indice copioso pro Dominicis, feriis & festis totius anni.

Cum Approbat. & Priuilegio S. Cæs. Maiest. speciali ad decennium.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Apud Ioannem Kinckium Bibliopolam sub Monocerote. MDC XXIII.



ILLVSTRISSIMO, REVERENDISSIMOQVE DOMINO,

D. FRANCISCO GVILHELMO

Comiti Wartemburgico,

ECCLESIÆ RATISBONENSIS CATHEDRALIS, PRÆPOSITO, &c.


SERENISSIMI PRINCIPIS, ELECTORIS COLONIENSIS, &c.

SVMMO SENATVS ET AVLÆ PRÆFECTO,

Clementißimo suo Domino

Hanc editionem sancti operis dicat, sacrat

IOANNES KINCKIVS BIBLIOPOLA COLONIENSIS.



AD TVI quoq; NOMINIS verè inclyti lucem, *Illustriss. Domine,* iam olim officinæ meæ ambitio anhelabat. Materia deerat illo digna: nunc inueni. Ecce de AMORE tractatio, qui sic occupat vritque flammâ salubri Heroicum illud TVVM PECTVS. De AMORE (inquam) illius enim hic mutui sermones, diuerbia, cantica, suspiria, gemitus, ignes explicantur, suauissimũ poëma *Salomonis*, Sponsi Sponsæque, Dei & Animæ, Patris & Mariæ, Christi & Ecclesiæ Dialo-

gismi. Suauissimum poema, sed obscurissimũ: iam illud illuminat magnus amator Dei, quam & Doctus, P. Ludouicus de Ponte, ille tam celebris hactenus in schola Mysticæ Theologiæ. Hanc ego nunc tanti viri lucubrationem subigens meis typis, Germaniæ nostræ primus effero, & ad TVAS defero MANVS, ô Summi Sanguinis Germen nobile, & omnino dignum, quod à tanta stirpe pullularet. Ad TVAS MANVS defero gloriosi TVI NOMINIS insigni prænotatam, offeroque, testem & indicem animi in TE mei; imò cum eâ simul & ipsum quoque meum animum admiratorem TVÆ virtutis, vt amatorem. Nam & TV quoque, *Vir Illustriss.* cum primis micas inter Aularum hodie decôra sidera, & Heroum auges numerum, qui (nescio quâ nunc sæculi huius nostri, alias infelicissimi, felicitate,) plurimi cum sublimissima Nobilitate profundissimam mãsuetudinem, cum amplissimis opibus summam continentiam, cum primis honoribus suauissimam modestiam, denique cum Aula pietatem

Connubio iungunt stabili.

Quam non blandiar, illa iam nouit inter Germanicas Aula tertia, Sacri Septemuiri, Hierarchæ Coloniensis, Principis consanguinei, qui TE è Bauariâ suâ, suæq; Familiæ gremio accersitum iuit, vt columen haberet & columnam, cui domum suam imponeret crederetque, imo

imo & seipsum. Venisti igitur, & implêsti locum inclyti Zolerani, implêsti (inquam,) quia, quidquid in illo tanto viro amauit Princeps, Aula coluit, probauit sensitq; Populus, ita TV quoque præstas & exhibes, vt ingentem nuper omnium ob abitum illius luctum egregiè sanè TVA morum suauitas, comitas, industria, beneficentia, pietas, cæteræque seriatim virtutes succedaneâ lætitiâ compensârint. Longam faciatis, ô Superi: & facietis, nisi sentire mereamur iratos.

At TV, *Illustriss. Domine*, sume fronte, manu, animo, quibus soles, hanc; cultui TVO deuoti clientis oblationem, quali nunc solenne Typographis est honorare, quos amãt & admirãtur. Patere me luce TVI clarissimi NOMINIS officinæ meę illatâ paulum tergere atredinem (eheu!) nuperi mei luctus, & vsurâ illius gloriari: non interim abstemium crebris feruidisque ad Deum pro *Illustriss.ma* T.a D.is incolumitate votis, quam ipse suo honori, adiumento Principis, hominum bono ita seruet & augeat, vt cœlum debitum quam petes magnus & onustus meritis, tam non adeas nisi serus. Datæ ex nundinis Francofurtensibus Autumnalibus, ipso S. Mauritij & Sociorum. *Anno Sacri Virginei partus* M. DC XXII.

LICEN-

LICENTIA REGIS CATHOLICI.

PHILIPPI IV. Hiſpaniarum Regis licentia, data Matriti, die 27. Aprilis 1621. & ſignata à Petro de Contreras, conceſſum eſt R. PATRI LVDOVICO DE PONTE Valliſoletano, è Societate Ieſu, vt opus inſcriptum, *Expoſitio moralis in Canticum Canticorum*, ab eo compoſitum, typis mandetur.

R. P. LVD. DE PONTE *conceſſit* IOANNI KINCKIO, *Bibliopolæ Colonienſi facultatem edendi in Germania opus ſuum in Cantica Canticorum. Matriti ann.* 1622.

FACVLTAS REVERENDI PATRIS PROuincialis Societatis Iesu, in Prouincia Castellæ.

EGo *Didacus de Sossa*, Præpositus Prouincialis Societatis Iesu, in Prouincia Castellæ, potestate ad id mihi data à Reuerendo admodum *P. Mutio Vitellesco*, Præposito Generali eiusdem Societatis, concedo vt typis mandetur opus inscriptum, *Expositio moralis in Canticum Canticorum*, compositum à *P. Ludouico de Ponte*, eiusdem Societatis Theologo: virorum grauium, atq; sapientum iudicio approbatum, in quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & nostri Officii sigillo munitas dedimus. Vallisoleti, die quinta Ianuarii, anni millesimi sexcentesimi decimi noni.

DIDACVS DE SOSSA.

CENSVRA REVERENDISSIMI, ATQVE doctissimi Magistri V. Antonii Perez, in Sancti Martini Matritensi Cœnobio Abbatis, & totius Benedictinæ Congregationis, in Hispania quondam Generalis dignissimi.

PRo Regio Senatu discussi mystica, moraliaque commentaria in Canticum Canticorum, quæ pius, eruditusque *P. Ludouicus à Ponte* Vallisoletanus Societatis Iesu Presbyter confecit; in quibus id plane vidi quod author vt vere pons, vetum ad æthereas sedes (supra scripturarum globos, & quidem impermeabiles) aditum præmuniuit. Quare prælo digna prædico, vt pote mirator operis, & opificis cultor ex multis ab hinc annis cognitor. Matriti apud B. Martini Benedictinum Cœnobium Galendis Aprilis, anni 1619.

F. ANTONIVS PEREZ.

FACVLTAS PROVINCIALIS SOCIETATIS IESV, in Prouincia Franciæ.

EGo *Stephanus Charletus*, Præpositus Prouincialis Societatis Iesu, in Prouincia Franciæ, potestate ad id mihi facta ab admodum R.P. nostro *Mutio Vitellesco*, Præposito Generali eiusdem Societatis Iesu facultatem concedo, vt opus inscriptum, *Expositio moralis in Canticum Canticorum*, à *P. Ludouico de Ponte* compositum, & grauium doctorumque hominum iudicio approbatum, typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. Parisiis 24. Septembris 1621.

STEPHANVS CHARLETVS.

PRIVI-



PRIVILEGIVM CÆSAREVM.

FErdinandus II. diuina fauente clementia electus Romanor. Imp. ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtembergę, Comes Tyrolis &c. Agnoſcimus & notū facimus tenore pręſentium vniuerſis: Quod cum fidelis nobis dilectus Iuannes Kinckius ciuis & Bibliopola Coloniensis, demiſſe nobis expoſuerit, etſi iam ante Opera P. Ludouici de Ponte Societatis Ieſu maiori ex parte typis vulgarit, nunc tamen maioris compendii & vtilitatis ergo ſe decreuiſſe eiuſdem Meditationes Ducem ſpiritualem de perfectione hominis Chriſtiani, & vitam P. Balthaſaris Aluarez eiuſdem Societatis in ampliore forma coniunctim edere, addito etiam recenti opere eiuſdem authoris in Cantica Canticorum. Ac proinde ſuppliciter nos rogarit cū ſubinde quæſtus cupidi, primas iſtiuſmodi editiones quæ magnō plerumque impendio conſtent, propere imitari atque eos quibus debetur, ſperato ſumptuum & laborum ſuorum fructu fraudare conſueuerint, vt indemnitati ſuæ Priuilegio noſtro Typographico ad decennium indulto clementer conſulere dignaremur. Nos itaq; pro ſingulari in rem literariam, præſertim quæ pietatem & ſalutis æternæ ſtudia exſtimulent affectione, precibus iſtiuſmodi benigni annuerimus, quemadmodum vigore pręſentium annuimus. Omnibuſq; proinde Bibliopolis ac Typographis & aliis quibuſcunq; negotiationem librariam exercentibus ſeriò inhibemus & vetamus, ne quiſquam prædicta P. Ludouici de Ponte Opera quocunque modo, charactere aut forma ſiue integra ſiue aliquam eorum partem citra memorati Kinckii eiuſve hæredum voluntatem & aſſenſum intra decennium à prima editionis die computandum recudere aut alio recudenda dare, ſiue alibi etiam impreſſa intra ſacri Romani Imperii Regnorumque & dominiorum noſtrorum hæreditariorum fines apportare, vendere, vel diſtrahere audeat aut præſumat. Si quis autem edictum hoc noſtrum tranſgredi, violare, ac contemnere deprehendatur, eum non ſolum eiuſmodi libris perperam recuſis & apportatis, quos dictus Kinckius eiuſve hæredes vbicunque inuenti fuerint, ſiue propria ſiue Magiſtratus ibidem authoritate atque auxilio ſibi vendicare poterunt priuandum, ſed & pœna decem marcharum auri puri, cuius ſemis fiſco noſtro Imperiali frandis vindici; alter vero ſemis prędicto Kinckio eiuſq; hæredibus toties, quoties contra factum fuerit, pendatur omni ſpe veniæ ſublata mulctandū decernimus dummodo tamen eiuſmodi libri nihil in ſe ſcandaloſum aut orthodoxæ religioni Catholicæ, ſacrique Romani Imperii conſtitutionibus aduerſum vel bonis moribus contrarium, ſiue in præfatione ſiue in contextu ſiue alias quocunque modo contineant, & Kinckius ipſe terna vt minimum dictorum librorum exemplaria ſuis ſumptibus quam primùm ad Cancellariam Imperialem aulicam tranſmiſerit. Mandamus ergo vniuerſis noſtris & ſacri Romani Imperii Regnorumque & dominiorum noſtrorum hæreditariorum ſubditis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis exiſtant, tam Eccleſiaſticis quam ſecularibus, præſertim vero iis qui in Magiſtratu conſtituti vel proprio vel ſuperiorum nomine, & loco, ius ac iuſtitiæ adminiſtrationem exercent, nequaquam priuilegium hoc noſtrum Cæſareum temere & impune tranſgredi, aut violare patiātur, quin potius contumaces ſi quos forte compererint, præſcripta pœna mulctari, aliiſque modis idoneis coërceri curent, quatenus & ipſi eandem mulctam euitare voluerint. Harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum & ſigilli noſtri Cæſarei appenſione munitarum. Datum in ciuitate noſtra Viennæ, die decima Ianuarii Anno 1622. Regnorum noſtrorum Romani tertio, Hungarici quarto, Bohemici vero quinto.

PRÆFA-



PRÆFATIO

COMMENTARIORVM IN CANTICVM CANTICORVM

SECVNDVM SENSVM TROPOLOGICVM.



IBER Salomonis, qui ab argumenti magnitudine Canticum Canticorum inſcribitur, quoddam eſt ſpirituale colloquium inter Deum trinum & vnum, ſeu Chriſtum verum Deum & hominem, & eius Eccleſiam ſiue antiquam, ſiue nouam, & quamcunque piam animam, quæ illius eſt membrum. In qua Deus duplicem gerit perſonam, duoque obit munera: Vnum ſapientiſſimi magiſtri, ſublimem fidei ac ſanctitatis doctrinam ſuæ tradentis diſcipulæ; alterum amantiſſimi ſponſi, qui miris laudibus, gratijs, donis, & fauoribus ſuam chariſſimam ſponſam extollit, ornat, ditat, & proſequitur. Eccleſia autem duplicem item perſonam gerit, aut diſcipulæ, & ſponſæ erga Deum; aut magiſtræ & ſociæ erga reliquas animas, quas adoleſcentulas vel filias Ieruſalem ſolet nuncupare. Colloquij argumentum, vt tales colloquentes decebat, ſublime eſt, valdeque iucundum, vtile ac copioſum nimis. Quidquid enim antiqui cecinere vates, quidquid narrauerunt Euangeliſtæ, aut prædicauerunt Apoſtoli, ſiue ad fidei myſteria, ſiue ad mores perfectionemque Euangelicam ſpectantia, in hoc Cantico comprehenditur, amatorio ſtylo, non terreno, ſed diuino. Quia tamen Metaphoræ, & ſimilitudines, quibus totus ſcatet liber, à nuptijs carnalibus deſumuntur, detrahendus eſt literæ cortex, ne occidat; eo enim detracto, ſpiritus qui intus latet, animam viuificabit, illuminabit, inflammabit, perficietque. Nam iuxta Saluatoris ſententiam; *Spiritus eſt qui viuificat; caro autem non prodeſt quicquam.* Et quæ in hoc Cantico ponuntur verba, *ſpiritus, & vita ſunt*, ſincere intuentibus illa: Sicut enim antiqui ſacerdotes, vt Machabæorum narrat hiſtoria, quærentes abditum ignem, non inuenerunt niſi aquam craſſam, quæ refulgente ſole, qui prius erat in nubilo, conuerſa eſt in ignem, ita vt omnes mirarentur; ſi qui carneis oculis Canticum hoc legerint, ſolum reperient verborum aquam craſſam, quam literæ cortex præ ſe fert, quæque non lumen, ſed tenebras, non ſpiritualem calorem, ſed carnalem, aut gelidum frigus menti incutiet: at ſi diuini ſolis fulgeat illuſtratio, Canticum, quod videbatur aqua craſſa, fiet illis, cœleſtis ignis, miris intellectum illuminans, & inflammans voluntatem, vt in ipſis exhortationibus, diuino numine fauente, patebit. In quibus explanato literali ac genuino ſacri textus ſenſu, ipſa fidei myſteria, & præclara virtutum vtriuſque vitæ contemplatiuæ & actiuæ opera, quæ in eo fundantur, fuſius declarabimus. Transeuntibus celeriter, vt Diuus Bernardus monet, per vmbroſam, latebroſamque metaphorarum,

2. Cor. 6. v. 3.
Ioan. 6. v. 63.
2. Mach. 1. v. 20.
Serm. 16. in Cant.

& similitudinum siluam, vt ad planitiem spiritualis, & moralis sensus iucunde, & vtiliter deueniamus, præbentes concionatoribus quid in singulis fere Festis, & Dominicis prædicent, magistris spiritualibus, quid doceant; discipulis autem siue pœnitentes, vel tyrones sint, siue proficientes, aut perfecti, quid discant, in quauis progrediantur via, purgatiua, illuminatiua, aut vnitiua.

Etsi autem vniuersum Canticum octo complectatur capita, & ab interpretibus in tres, aut quinque vel plures diuidatur actus, crediderim tamen primum & secundum caput breuiarium quoddam esse omnium mysteriorum quæ in reliquis sex capitibus continentur: Cuius iudicium est, secundi capitis & vltimi eandem esse perorationem, & coronidem, sicut suo loco constabit, vt indicetur in secundo capite finiri epilogatam narrationem, à tertio vero aliam nouam, & fusiorem eorundem mysteriorum sub nouis metaphoris inchoari. Quare tomus iste prior, etsi primi ac secundi capitis commentarium duntaxat contineat, fere omnia fidei mysteria, ac virtutum exercitia comprehendet, vt ex sequenti partitione constabit.

EORVM

EORVM QVÆ PRIOR HIC TOMVS CONTINET DISPOSITIO, ET PARTITIO.

TRIPARTITVM est primum caput Cantici; cuius primum colloquium exorditur sponsa, tres ad Deum precationes fundens, in quibus cuncta illa dona naturæ vires superexcedentia postulat, quæ ipse nobis elargiri decreuit. Prima incipit: *Osculetur me osculo oris sui.* Secunda, *trahe me, post te curremus.* Recensitis vero laboribus & oppugnationibus, quas perpessa est, tertiam adhibet, quæ sic incipit; *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, &c.* In prima petit omnia nostræ redemptionis, & salutis primordia, in secunda vero, media, in tertia autem eius consummatam perfectionem: licet etiam in singulis cuncta simul comprehendantur.

Deinde vero sponsus his precationibus respondens, sponsam instruit, & docet modum, quo perfectionem quam tantopere desiderat, obtinere valeat, vnde ita exorditur: *Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere, &c.* Variisque similitudinibus præcipua virtutum studia, quæ eius statum decent, commendat, vsque ad illa verba: *Murænulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.* Exinde vero vsque ad finem capitis sponsus & sponsa mutuis laudibus certant. Et multiplicium virtutum exercitium & praxim simul insinuant, Deo excitante, & exhortãte, anima vero simul cooperãte cum illa, & hoc ipsum fere continuato stylo prosequuntur ad dimidium vsque capitis secundi: in quo amplius exprimitur progressus animæ vsque ad supremam Dei contemplationem, & amorem, ac vnionem cum ipso; qualis in hac vita haberi potest: & concluditur illis verbis: *Adiuro vos filiæ Hierusalem per capreas, &c.*

In altero capitis dimidio, quod incipit, *vox dilecti mei*, vsque ad finem, narrat sponsa quæ in hac contemplatione & raptu audiuit, didicit, & vidit, sponso eam docente cuncta fidei mysteria quæ sciri & quasi possidere desiderabat: maxime quæ ad totius legis Euangelicæ progressum vsque ad finem mundi, spectabant. Nouis tamen metaphoris, & pulcherrimis similitudinibus. Et definit in illa verba: *Reuertere dilecte mi, similis esto capreæ, hinnuloq; ceruorum super montes Bether.*

Horum autem commentarium in quinque partiemur libros. Primus primam sponsæ precationem interpretabitur, agetque de præcipuis mysteriis ac beneficiis diuinis quæ Christianæ religionis & perfectionis sunt fundamenta, duasque partes seu tractatus continebit. Prior de septem præclarioribus beneficiis ab infinita Dei erga nos charitate procedentibus, ac de nostra dilectione erga proximos admodum quo ipse dilexit nos, in id: *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis.* Posterior de nominibus Dei, & Christi Iesu significantibus eius immensas virtutes & gratias, & quas etiam in nos effundit, & de nostra dilectione erga ipsum propter illas, circa illud, *Oleum effusum nomen tuum. Ideo adolescentulæ dilexerunt te.*

Secundus liber circa secundam precationem versabitur. Eritque de gratia Dei necessaria ad sequendum Christum, & contemplanda diuina mysteria, malaq; huius vitæ superanda, & de nostra cooperatione cum ipsa, eritque tripartitus; prima pars, in id: *Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum*, de gratia Christi trahente nos ad currendum post ipsum, eius sequendo vestigia, & imitando mores. Secunda de gratia Dei introducente nos ad contemplanda diuina mysteria, & de rectitudine dilectionis quæ comitatur illã, in id, *Introduxit me Rex in cellaria sua, exultabimus, &c. Recti diligunt te.* Tertia vero de miseriis huius vitæ tam culpæ quam pœnæ, quæ tolluntur vel superantur per Christi gratiam, in id: *Nigra sum, sed formosa, &c.* Vsque ad illud, *Vineam meam non custodiui.*

Liber tertius tertiam sponsæ precationem, sponsique responsum ad eam commentabitur, eritque de ardenti desiderio supremæ contemplationis, & dilectionis Dei, de cognitione sui ipsius: aliisque virtutum studiis quę ad illam obtinendam disponunt. Et in tres item partes diuidetur, prima de clariori & ardentiori contemplatione Dei atq; mysteriorum quæ ad Christum Dominum spectant, in id, *Indica mihi*

quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie &c. Secunda de perfecta cognitione suiipsius,& aliorum quæ ducunt in clariorem cognitionem Dei,in id: *Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, &c.* Tertia vero de quibusdam virtutibus quæ sunt pretiosa ornamenta animæ ad Dei anhelantis contemplationem;circa illud, *Equitatui meo assimilaui te*, vsque ad versum, *Murenulas aureas*, faciemus tibi vermiculatas argento.


Liber quartus reciprocum colloquium inter sponsum & sponsam vsque ad dimidium capitis secundi explanabit; traderque miram praxim vitæ contemplatiuæ & actiuæ vsque ad supremum vtriusque gradum, & in tres etiam partes subdiuidetur. Prima erit de contemplatione Christi Domini in vtroque eius statu passibili & glorioso, & de fructibus eius: in id, *Dum esset Rex in accubitu suo*, vsq; ad versum, *Botrus Cypri,&c.* Secunda de singulari præcellentia Christi Domini super cæteros homines,& sponsæ ipsius super reliquas animas; & de fructibus quos hæc capit,ab illo: in id, *Ego flos Campi, &c.* vsque ad illud, *& fructus eius dulcis gutturi meo*; tertia vero de supremo gradu contemplationis, & amoris Dei, ad quem anima per Christum euehitur,& per cellam vinariam denotatur: in id, *Introduxit me in cellam vinariam,&c.* vsq; ad illud, *Nec euigilare faciatis quoad vsq; ipsa velit.*

Liber quintus, de felici exordio & progressu legis euangelicæ à primo Christi aduentu vsque ad vltimum in finemundi. Qui tres item continebit partes. Prima: de quintuplici aduentu Dei, & præsentia eius inter nos, & de miris vocibus, ac signis,quæ vnumquemque præcedunt, & comitantur: in id, *Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in montibus,&c.* vsque ad illud, *Perspiciens per cancellos.* Secunda de multiplici Dei vocatione ad diuersos virtutis gradus & status: & de opportunitate legis Euangelicæ ad progrediendum in illis: in id, *En dilectus meus loquitur mihi, surge,&c.* vsque ad versum, *Ostende mihi faciem tuam,&c.* Tertia tandem de astutis persecutoribus Christi,& Ecclesiæ,eiusque felici progressu vsque ad finem seculi: in id, *Capite nobis vulpes*, vsque ad finem capitis.

Visum est autem per exhortationes simul interpretationem disponere, vt moralem sensum ad morum informationem tradentes, fusius per alia sacræ scripturæ testimonia, ac sanctorum patrum sententias, rationesque, ac similitudines varias eum confirmare, & ampliare possemus. Cæterorum vero capitum Cantici commentarium in alterum tomum totidem Libros continentem diuino fauente numine redigemus. Cuncta vero Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ,quæ columna est,& firmamentum veritatis, libens committo, deprecans te, pie Lector, vt iuxta placitum diui Augustini,in verbis verum ames,non verba; sanctitatem quætas magis quam eloquentiam; cum multoties per os imperitum doceat eloquentes, qui stulta mundi elegit, *Vt sapientes confundat*, ne glorietur omnis caro in conspectu eius.

Lib. 4. de doctr. c. 11.
1. Cor 1. v. 27.

PRIOR



PRIOR TOMVS

COMMENTARIA CONTINET PRIMI ET SECVNDI CAPITIS CANTICI CANTICORUM IN QUINQUE LIBROS PARTITA.

PRimus Liber, circa primum & secundum versum, de præcipuis mysteriis, ac beneficiis diuinis quæ Christianæ religionis ac perfectionis sunt fundamenta. Subdiuiditur in duas partes, vel tractatus. Prior de septem præclarioribus beneficiis ab infinita Dei erga nos charitate procedentibus. Posterior de nominibus Dei & Christi Iesu significantibus eius virtutes & gratias, & de nostra dilectione erga ipsum propter eas.

Secundus Liber in versum 3. & 4. atque 5. de gratia Dei necessaria ad sequendum Christum, & contemplanda diuina mysteria, malaque huius vitæ superanda, & de nostra cooperatione cum ipsa. Eritque tripartitus. Prima pars de gratia trahente nos ad currendum post Christum eius sequendo vestigia. Secunda de gratia introducente nos ad contemplanda diuina mysteria, & de rectitudine dilectionis quæ comitatur illam. Tertia, de miseriis huius vitæ tam culpæ quam pœnæ, quæ tolluntur vel superantur per gratiam Christi.

Tertius liber circa versum sextum vsque ad decimum, de ardenti desiderio supremæ contemplationis, & dilectionis Dei, de cognitione sui ipsius & aliis virtutum studiis quæ ad eam obtinendam disponunt. Diuiditur etiam in tres partes. Prima de clariori & ardentiori contemplatione Dei, & mysteriorum Christi. Secunda de cognitione sui ipsius atque aliorum quæ ducunt in cognitionem Dei. Tertia de quibusdam virtutibus quæ sunt ornamenta animæ ad Dei anhelantis contemplationem.

Quartus Liber, in versum 11. vsque ad 7. capitis secundi: de mora praxi vitæ contemplatiuæ & actiuæ vsque ad supremum vtriusque gradum, in tresque partes subdiuiditur. Prima de contemplatione Christi in vtroque eius statu mortali, & glorioso, & de fructibus eius. Secunda de singulari præcellentia Christi Domini super reliquos homines, & sponsæ ipsius super reliquas animas: & de fructibus quos hæc carpit ab illo. Tertia de supremo gradu contemplationis & amoris ad quem anima per Christum euehitur.

Quintus Liber, circa versum 8. & sequentes vsque ad finem capitis secundi, de felici exordio, & progressu legis Euangelicæ à primo Christi aduentu vsque ad secundum in fine mundi. Qui tres item continebit partes. Prima de quintuplici aduentu Dei, & præsentia, eius inter nos, & de miris vocibus atque signis quæ vnumquemque præcedunt, comitantur. Secunda de multiplici Dei vocatione ad diuersos virtutis gradus & status, & de opportunitate legis euangelicæ ad progrediendum in illis. Tertia tandem de astutis persecutoribus Christi, & Ecclesiæ, eiusque felici progressu vsque ad finem seculi.

In id, Osculetur me osculo oris sui, &c.
Oleum effusum nomen tuum.
Ideo adolescentulæ dilexerũt te.
Trahe me, post te, &c.
Introduxit me rex &c.
Recti diligunt te.
Nigra sum sed formosa filia Ierusalem.
Indica mihi quem diligit anima mea, &c.
Si ignoras te, &c.
Equitatui meo assimilaui te, &c
Ego flos campi, & lilium conuallium.
Sicut lilium, &c.
Introduxit me in cellam vinariam, &c.
Vox dilecti mei, &c.
En dilectus meus loquitur mihi, &c.
Capite nobis, &c.
Reuertere dilecte &c.



INDEX EXHORTATIONVM SEV SERMONVM, QVI IN HOC OPERE CONTINENTVR.

LIBER PRIMVS.

De præcipuis myſteriis quæ Chriſtianæ Religionis, ac perfectionis ſunt fundamenta.

ſolius

LIBER SECVNDVS.

De gratia neceſſaria ad ſequendum Chriſtum, ad contemplanda diuina myſteria, & ad mala huius vitæ ſuperanda, & de noſtra cooperatione cum ipſa.

LIBER TERTIVS.

De ardenti desiderio supremæ contemplationis & dilectionis Dei, & de cognitione sui ipsius alijsque studiosis operibus, quibus peruenitur ad ipsam.

LIBER QVARTVS.


De mira praxi vitæ actiuæ & contemplatiuæ, vsque ad supremum vtriusq; gradum.

LIBER QVINTVS.

De fœlici exordio & progressu legis Euangelicæ à primo Christi Aduentu vsq; ad finem mundi.

Sunt omnes Exhortationes 177.

CANTI-



CANTICVM CANTICORVM SALOMONIS.

CAP. I.

Prima precatio sponsæ.
1. OSCVLETVR me osculo o-
ris sui: quia meliora sunt v-
bera tua vino, fragrantia vn-
2. guentis optimis. Oleum
effusum nomen tuum: ideo adolescen-
Secunda precatio.
3. tulæ dilexerunt te. Trahe me: post te
curremus in odorem vnguentorum
tuorum. Introduxit me rex in cellaria
sua: exultabimus & lætabimur in te, me-
mores vberum tuorum super vinum:
Fundamentũ tertiæ precationis.
4. recti diligunt te. Nigra sum, sed for-
mosa, filiæ Ierusalem, sicut tabernacula
5. Cedar, sicut pelles Salomonis. Noli-
te me considerare, quòd fusca sim, quia
decolorauit me Sol: filij matris meæ pu-
gnauerunt contra me, posuerunt me
custodem in vineis: vineam meam non
Tertia sponsæ precatio.
6. custodiui. Indica mihi, quem diligit
anima mea, vbi pascas, vbi cubes in me-
ridie, ne vagari incipiam post greges so-
Sponsi responsio ad prædictas precationes.
7. dalium tuorum. Si ignoras te, ô pul-
cherrima inter mulieres, egredere, &
abi post vestigia gregum, & pasce hœ-
dos tuos iuxta tabernacula pastorum.
Mutuũ laudum certamen inter sponsum & sponsã, magna complectens mysteria.
8. Equitatui meo in curribus Pharaonis
9. assimilaui te amica mea. Pulchræ sunt
genæ tuæ sicut turturis: collum tuum
10. sicut monilia. Murenulas aureas fa-
ciemus tibi, vermiculatas argento.
11. Dum esset rex in accubitu suo, nardus
12. mea dedit odorem suum. Fasciculus
myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera
13. mea commorabitur. Botrus cypri di-
lectus meus mihi, in vineis Engaddi.
14. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu
pulchra es, oculi tui columbarum.
15. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & deco-
16. rus. Lectulus noster floridus: tigna
domorum nostrarum cedrina, laquea-
ria nostra cypressina.

CAP. II.

EGo flos campi, & lilium conualli- 1.
um. Sicut lilium inter spinas, sic a-
mica mea inter filias. Sicut malus 2.
inter ligna siluarum, sic dilectus meus
inter filios. Sub vmbra illius, quem de- 3.
sideraueram, sedi: & fructus eius dulcis
gutturi meo. Introduxit me in cellam 4.
vinariam, ordinauit in me charitatem.
Fulcite me floribus, stipate me malis:
quia amore langueo. Læua eius sub ca- 5.
pite meo, & dextera illius amplexabitur
me. Adiuro vos filiæ Ierusalem, per ca- 6.
preas ceruosque camporum, ne suscitetis,
neque euigilare faciatis dilectam, quoad-
usque ipsa velit. Vox dilecti mei, ecce iste 7.
venit saliens in montibus, transiliens
colles: similis est dilectus meus capreæ, 8.
hinnuloque ceruorum: en ipse stat post 9.
parietem nostrum, respiciens per fene-
stras, prospiciens per cancellos. En di-
lectus meus loquitur mihi: Surge pro-
pera amica mea, columba mea, for-
mosa mea, & veni. Iam enim hyems 10.
transijt, imber abijt, & recessit. Flores
apparuerunt in terra nostra, tempus 11.
putationis aduenit: vox turturis audita
est in terra nostra: ficus protulit grossos
suos: vineæ florentes dederunt odorem 12.
suum. Surge, amica mea, speciosa mea,
& veni: columba mea in foraminibus 13.
petræ, in cauerna maceriæ, ostende mi-
hi faciem tuam, sonet vox tua in auri- 14.
bus meis; vox enim tua dulcis, & facies 15.
tua decora. Capite nobis vulpes paruu-
las, quæ demoliuntur vineas: nam vinea 16.
nostra floruit. Dilectus meus mihi, &
ego illi, qui pascitur inter lilia, donec a- 17.
spiret dies, & inclinentur vmbræ. Reuer-
tere: similis esto, dilecte mi, capreæ, hin-
nuloque ceruorum super montes Bethet.

EXPO-



EXPOSITIONIS MORALIS IN CANTICVM CANTICORVM LIBER PRIMVS.

DE PRÆCIPVIS MYSTERIIS, AC BENEficiis diuinis, quæ Christianæ Religionis, & perfectionis sunt fundamenta.

TEXTVS IN QVO FVNDATVR TITVLVS LIBRI.

CANTICVM CANTICORVM Salomonis.

Vers. 1. Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia
Vers. 2. vnguentis optimis. Oleum effusum nomen tuum: ideo adolescentulæ dilexerunt te.



SPONSA Christi à diuino Spiritu sursum acta hæc primã effundit precem ex nimio amore procedentem: *Osculetur me osculo oris sui.* Sed quia precatio fulcienda est ratio- B nibus, quæ Deum alliciant vt eam exaudiat: duas adhibet, in quibus nitas sui sponsi inchoat canere laudes. Prior est, *quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis.* Posterior, quia etiam, *oleum effusum nomen tuum.* Vtramque confirmat ab effectu, & signo amoris, quem in animas effundit dicens: *Ideo adolescentulæ dilexerunt te.* Sub his autem metaphoris osculi, vberum, vnguentorum optimorum, & olei effusi, potissima nostræ fidei mysteria, ac Dei beneficia adumbrat, quæ in toto Cantico sub nouis similitudinibus crebro inculcat, & ideo ea radicitus & fusius in hoc primo libro explanabimus, in duas illum partes, seu tractatus subdiuidentes; vt vnus sit de septem præclarioribus beneficiis, quæ ex infinita Dei erga nos charitate procedunt, suntque veluti Dei oscula, & diuini amoris supremæ signa. Posterior vero, de nominibus Dei, & Christi Iesu, significanti- A bus eius immensas gratias, & quas etiam in nos effundit. In vtraque autem simul agemus de nostra erga Deum dilectione, & erga proximos propter ipsum, ad modum quo ille dilexit nos.

EXHORTATIO PRIMA aliarum basis.

De studio laudandi Deum in Canticis spiritualibus: quid hæc contineant, & à quibus dignè canantur.

In Titulum

CANTICVM CANTICORVM SALOMONIS.

Precatio ad Deiparam.

INgredimur fidei præsidio nixi mysteriorum immensum pelagus in Cantica Canticorum abbreuiatum. Duce indigemus, qui viam nouerit, ac sine errore nos dirigere velit, ac valeat. Adest beatissima virgo Deipara, stella maris, illuminatrix mundi, magistra magistrorum: imo, teste D. Ignatio, nostræ religionis magistra, quæ dum concepit eum, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei, tantam ex ipsis, præ omnibus Sanctis, hausit sapientiam, vt per eam alii replerentur. Didicit autem, vt docet Diuus Anselmus, omnes sacras scripturas, non solum ex diuina reuelatione, sed etiam interno gustu, proprioque experimento. Nam etsi Apostoli (inquit) per reuelationem Spiritus sancti edocti sunt in omnem veritatem, incomparabiliter tamen eminentius ac manifestius ipsa Virgo beata per eundem spiritum veritatis, huius veritatis profunditatem intelligebat. Quæ in se non solum simplici scientia, sed ipso effectu, ipso experimento didicerat: ideoque manifeste

In Epist. ad Col. v. 5. *Lib. de excellent. Virg. c. 7.*

A sacrorum

Lib. 1. de Virginit. sacrorum librorum lectione delectabatur; quos, vt testatur D. Ambrosius, tanquam dulces comites,
,, secum habebat. Eo enim legendi esset studiosior,
Serm. 9. de tempo. cerebro & auide euoluebat eos. Recole (inquit D. August.) ô Maria, Prophet.icam lectionem,
,, neque enim tu scientia potest diuinorum præ-
,, tesire librorum, quæ ipsam plenitudinem pari-
,, tura es veritatis.

Crediderim tamen Cantici Canticorum mysteria præ omnibus scrutatam fuisse, ac interno sensu degustasse. Cuncta enim quæ de Ecclesia Catholica, vel de quauis pia anima, in eo prædicantur, singulari quadam præcellentia in egregiam virginum referuntur: quam ineffabili prærogatiua sanctitatis, etiam à primo instanti suæ conceptionis, Pater æternus adoptauit in filiam, filius Dei designauit in matrem, Spiritus S. in amicam, totaq; beata Trinitas sibi asciuit in sponsam, nobisque tradidit in ducem, patronam, & magistram. Quam ergo aliam præcellentiorem, aut sapientiorem, & potentiorem eligere, vel B desiderare poterimus? Primus ardor discendi
Vbi supra. ,, (inquit D. Ambrosius) nobilitas est magistri.
,, Quid nobilius Dei matre? Quid splendidius ea,
,, quam splendor elegit? Quid castius ea, quæ cor-
,, pus sine corporis contagione generauit? H oc
,, summatim licet ea exempla viuendi; vbi tanquam in
,, exemplari magisterija expressa probitatis, quid
,, corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis,
,, ostendunt.

Hanc igitur præcellentissimam matrem, tanquam ducem & magistram, in huius Cantici morali interpretatione assumere mihi decreui: cuius precibus adiutus pelagus istud sine periculo pertransire confido. Quia, teste D. August. quanto omnibus sanctis est potior, tanto pro nobis, omnibus Sanctis est solicitior, & ad auxilium nobis præstandum potentior. Adesto ergo, veneranda mater, & magistra, vt te duce, huius epithalamij profunda mysteria, vel de te decantata, vel in te effecta, vel tibi singulari lumine reserata, ita diuino fauente numine, ediscamus, vt quæ mente cognouerimus, eorde amemus, & opere compleamus; dúq; expositionē moralii incumbimus, mores nostros corrigere, & ad tuos cælestes ac diuinos componere, valeamus. Amen.

Quas Dei laudes Canticum contineat. §. 1.

Ecclesia Christi militans in terris, quæ nunc sponsa eius nominatur, post futura vxor agni, eum eius solennes nuptiæ celebrentur in
Apoc. 21. v. 5. cælis, diuino spiritu inflammata, insigne Canticum suo canit sponso plurimis ac mellifluis laudibus, & affectibus scaturiens, inchoans ea agere in militia, quæ præcellentius efficitura est in triumpho. Cui sponsus vicem rependens, eximiaque amoris signa præbens, mitas in eodem canit eo ei canit laudes. Quare iure optimo ab vtroque simul *Canticum Canticorum* nominatur: quia partim ab ipso summo Deo, partim à sua
Quid sit Canticũ. sponsa illi decantatur. Consueuit autem Canticum dici, quod in Dei laudem ob eius infinitam excellentiam, & maiestatem, vel in gratiarum actionem, ob innumera, immensaque nobis collata beneficia cum gaudio & exultatione cani-
Apoc. 5. v. 12. tur. Cuiusmodi fuit illud, quod D. Ioannes teste cecinisse Angelos in conspectu seniorum, & animalium, magna voce dicentes: *Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.* Et non multum pauci versibus immutatis cecinerunt, dicentes, *Amen benedictio & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum, amen.* Quod Canticum bis repetitum formam docet laudandi Deum, prælibens septem potissimas Dei laudes, præcipuosq; affectus, quibus ab hominibus, Deo, & agno sunt exhibendæ in terra, sicut ea hibentur in cælo. Ideo in bis repetuntur; Primo, propter Ecclesiam militantem pretiosissimo sanguine agni redemptam: qui librum septem sigillis clausum aperuit, vt ei mysteria sua propalaret. Secundo, propter Ecclesiam triumphantem, vbi erant Sancti amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum. Vnde de primo non dicitur, quod illud canebant omnes Angeli, sed multi, quorū numerus erat millia millium, quia forte illi pot ssime decantabant qui sunt custodes hominum, & ipsis fauentus, vt eos ad Deum laudandum excitent, & iuuent, iuxta illud Psalmistæ: *Præuenerunt Principes coniuncti psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum*, quasi ea hortantes & dicentes, *in Ecclesiis benedicite Domino.* At secundum Canticum, omnes Angeli canebant, qui omnes in cęlo triumphant. Et hæc forsitan est causa, cur in exordio, & fine huius secundi Cantici positum sit dictio, *Amen.* Quæ magnam asseuerationem, certitudinem, & stabilitatem veritatis indicat: quoniam beati à principio beatitudinis amplius, & clarius penetrant diuina mysteria, & actiones laudandi Deum, maioriq; conatu diutius prorūpunt laudes, in quibus in æternum manent, & durabunt in sæcula. Quod vero nunc in terris, nunc per fidē ambulemus laudare Deum laudas u..m, sicut Angeli in hac rerum, septem quas psi promūt laudes, Deo & agno, totis viribus decantantes,
C & cum Dauide teptes in die laudem Deo dicentes.

Apoc. 7. v. 12. Dictio Amen possita est ad præcedens, & ad insequentes bus.

Ps. 67. v. 26.

Psal. 118.

Primo enim laudandus est Deus & agnus, propter diuinitatem, quæ est unius entius, infinitus, æternus, incomprehensibilis; & ineffabilis, omnium principium, & finis, in cuius cō pectu nemo est laude dignus, nisi in ipso & per ipsum; & ipse infinite maior est omni laude. Deinde laudandus est propter sapientiam, qua omnia comprehendit, disponit, regit, prouidet, & gubernat, quam nihil latet; ea qua in alios omnis sapientia & scientia promanat. Tertio laudandus est propter fortitudinem & inuictū robur, ac omnipotentiam, cui nullus valet resistere, sed quæcunque vult facit ime perficit in cælo & in terra. Deinde etiam propter virtutem, probitatem, & integritatem, qua est sanctus, iustus, misericors, benignus, liberalis, patiens, & longanimis. Est item summe excolendus, propter benedictionem, propter eximium illum affectum
D beneuolentiæ, & amoris, quo benedicit nobis omni benedictione spirituali, electosque suos præuenit in benedictionibus dulcedinis; imo aperit manum suam, & implet omne animal benedictione. Laudandus præterea est propter eius honorem, & gloriam, i. e. propter immensam eius maiestatem, & authoritatem, supremumque dominium super omnes creaturas, tanquam

1.

2.

3.

4.

5.

Rex Regum, & Dominus dominantium, cui debe ur omnis hooor, & glotia, omnis lans, & benedictio, omnis eultus & adoratio. Et insuper omnis gratiarum actio, adeo enim stupenda est bonitas & benignitas Dei nostri, vt sicut pronus est ad conferenda beneficia; sic etiam sit propensus ad reddendas gratias propter obsequia illi eabibita, ac si non essent ipsius dona, nullisque titulis ei debita.

Propter quæ omnia quidquid sumus & habemus, & quidquid est in nobis sapientiæ, fortitudinis, & virtutis, in eius laudibus impendere debemus, totis viribus eum benedicentes, glorificantes, & gratias agentes pro inenarrabilib. eius donis, iuxta consilium Ecclesiastici, qui trina admonitione hunc conatum commendat (quia iuxta phrasim Scripturę, quod ter fit, multoties & summo conatu fieri significat) nam primo ait:

Eccl. 43. v. 32.

glorificantes Dominum quantumcunque potueritis, superualebit enim adhuc. Et iterum, *Benedicentes Dominum exaltate illum quantum potestis, maior enim est omni laude.* Rursus tertio; *Exaltantes eum replemini, ne laboretis, non enim comprehendetis.* Huiusmodi autem laudes præstandæ etiam sunt eum ingenti gaudio & commendatione diuinæ potentiæ, pro omnibus operibus quomodocuoq; ab ipso procedentibus; sicut D. Lucas testatur fecisse Christum Dominum *cum exultans in Spiritu S. dixit: Confiteor tibi pater, Domine cæli & terra, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.*

Luc. 10. 21. Matth. 11. v. 25.

Vbi præcipue laudat patrem, quia tanquam supremus Dominus cæli & terræ areana fidei gratis reuelauit paruulis, & iuste abscondit à sapientibus superbis; quoniam tam opera misericordiæ, quam iustitiæ, vt à Deo procedunt, sunt digna laude. Inchoauit autem laudem ab operibus iustitiæ, vt à minoribus ascenderet ad maiora. Laudans opera misericordiæ, quæ, vt inquit D. Iacob. superexaltat iudicium, & euehitur super iustitiam.

Iac. 2. v. 13.

Cur appelletur Canticum Canticorum.

Hinc constat cur præsens drama *Canticum Canticorum Salomonis*, inscribatur. Nimirum quia iuxta Hebræorum phrasim, qui huiusmodi reduplicatione maximam alicuius rei super alias præstantiam designát, Canticorum omniũ est eminentissimũ, nõ solum inter carmina quæ composuit Salomon (quę quinque millia fuisse dicuntur.) Sed etiam inter cuncta alia quæ reliqui vates, sanctique veteris testamenti ediderunt; eo quod canit suprema Dei opera, supereminentissimaque Messiæ seu Christi mysteria, in quibus præcellentissima ratione septem cõmemoratæ laudes continentur; quoniam in illis maxime splendet & manifestatur diuinitas, & claritas Dei, eius sapientia, fortitudo, & virt⁹, honor, gloria, & benedictio, ad benedicendũq; hominibus infinita propensio. Vnde Angeli in hæc Christi mysteria respicientes, has decantarunt laudes, dicentes:

3. Reg. 4. v. 20.

Apoc. 5. v. 12.

Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam & benedictionẽ. Id est, dignissimus est agnus propter merita suæ passionis, & mortis accipere manifestationem eorum quæ in ipso occiso latuerunt; vt scilicet vniuerso mundo fiat manifesta eius diuinitas, sapientia, fortitudo, & virtus, honor, gloria & benedictio: & dignus insuper est, quod ab angelis, & hominibus propter hęc omnia immensas accipiat laudes, honorem, gloriam, & benedictionem maxime illi debitam. Merito ergo Canticum Canticorum nuncupatur, ꝙ Regis Regum & Domini dominantium canit opus operum, quod est opus incarnationis, ac redemptionis mundi, ac supremis, mellifluisque amoris affectib. decantat supremã amoris vnionem inter Deum & creaturã; qualis est inter sponsum & sponsam, inter Verbum diuinum, & naturam humanam, inter Christum & Ecclesiam, vel piam animam: Vnde reciproci amoris affectus, & mutuæ oriuntur laudes: adeo præclaræ, vt nequeant excogitari maiores: quare per quandam antonomasiam Canticum Canticorum, etiam canticum diuini amoris, & laudis potest appellari.

Rationes quæ mouent ad canendas Dei laudes. §. 2.

Ex his deduci possunt plures, vrgentesque rationes, quæ nos moueant ad Dei laudes digne decantandas, desumptæ quidem à necessitate operis, à magnitudinis, ab vtilitate, ab exemplo, à gratitudine, & ab ipso nostræ creationis fine, tam n. Angeli, quam homines, qui inter creaturas omnes mente, liberoq; pollent arbitrio, à Deo creati sunt, vt ipsum ex toto corde diligant, perpetuisque eius laudibus decantandis incumbant. Sicut insinuat ipse Dominus dicens ad Iob; *Vbi eras, cum me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filii Dei?* quos filios Dei vocat nempe Angelos, quia in Dei gratia creati sunt: astra nuncupat matutina, vt D. Hieronym. Gregorius, & Beda interpretantur, eo quod in ipso primo mane mundi, in exordioq; Creationis rerum ante astra corporea, resq; sublunares simul cum cœlo Empyreo, ex nihilo facti sunt, tanquam spiritualia & splendidissima illius orbis astra, quæ gloriam Dei mirifice enarrarent.

Iob. 38. v. 7.

In eum locum.

Merito autem iuxta hanc metaphoram, homines vocare possumus astra vespertina, & filios Dei, quoniam in postremo sex dierum, quibus mundi opificium peractum est, post animalium terrestrium formationem, ad vesperam diei sextæ Adam, & Heua efformati sunt, magno gratiæ & iustitiæ splendore decorati: Vt sicut creator omnipotens astra habebat matutina, q̃ cum ingenti iubilo eum iugiter laudarent in cęlis, ita etiam astra haberet vespertina, quę laudes ipsius similiter decantarent in terris: quorum felicitas in eo sita est, vt corde, verbo, & opere, Deum suum diligant, laudent & glorificent, sicut Angelorum chori, cælorumque virtutes, ac beata Seraphim, q̃ vt dicit Ecclesia, diuinas laudes socia exultatione concelebrant; seipsos exhortantes ad canendum illum hymnum gloriæ Dei. *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.* Cum quibus & nostras voces sociari, & admitti suppliciter deprecatur: quas optat illis non esse dissimiles, memor Dominici præcepti dicentis, *Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra:* Quæ verba vt testatur D. Chrysostomus, ad præcedentes petitiones etiam extenduntur: nempe: *sanctificetur nomen tuum sicut in cœlo & in terra.* Volens nos eius nomen laudare, benedicere, ac sanctificare in terra, eo modo quo ab angelis laudatur, benedicitur, ac sanctificatur in cœlo: vt vtraque astra matutina, & vespertina, & vtrique filij

In præfatione Missæ.

Isa. 6. v. 3.

Matt. 6. v. 10.

Hom. 14. imperfecti in Matt.

Dei, ac vtraque Seraphim, quæ Dei amore in superis & infimis ardent, consimili spiritus feruore hymnos gloriæ Dei concinant: ac ita terra conuertatur in cœlum dū terrigenæ imitātur, quod cælicolæ iugiter faciunt: propter quod inquit

In Isa 51. v 3. D. Hieronymus apud Isaiam: Sion id est, Ecclesia comparatur paradiso Domini, in qua aliud esse non debet, nisi gaudium, lætitia, confessio, & vox laudis: vt quod in cœlis facturi sunt sancti cum Angelis Dei, hoc etiam in terra iugiter

Serm. 11. in cant. in Domini laude meditentur. Cui assentitur D. Bernardus dicens: Nihil ita proprie quendam terris repræsentat cœlestis habitationis statum, sicut alacritas laudantium Deum; Scriptura testante:

Psal 83. v 1. *Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.* Quod maxime inquit competere monachis, quibus cella debet esse, quasi cœlum, vt quod geritur in cœlo, hoc & in

Ad fratres de monte Dei. cella, nempe vacare Deo; frui Deo, laudare Deum, & iugiter actitare cœlestia.

B Ex eo autem quod homo ita Deum laodet, magna sibi lucratur bona, fitque ipse maxime laude dignus, cum id sponte, & ex amore præstet, quo nihil excellentius, & ipsi Deo gratius præstare valeat. Quod clare testatur Psalmista

Ps. 33. v. 1. dicens: *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.* Sed quid inde? *In Domino laudabitur anima mea.* Ac si diceret, quia vniuersum meum studium est, Deum semper benedicere, & laudare, inde fiet, quod anima mea etiam laudetur, & exaltetur, non quidem in se, sed in Domino, à quo recipit quidquid est laude dignum: nec etiam tantum laudabitur in Domino, sed quod amplius est, ab ipso Domino, qui sicut se diligentes diligit, ita laudantes laudat, vt vbi mutua est dilectio, reciproca etiam sit laudatio. Cum autem sit munificentissimus, vicem rependit laudatoribus suis cum maiore multo fœnore gratiarum, & laudum. Quod nullibi melius

Constat ex toto c. 4 & 6. & 7. quam in hoc cantico manifestatur, vbi multo fusius laodes suæ sponsæ canit, quam ipsa illius. C

Sed quæ vtilitas ex eo qood à Deo laudemur? Multa & maxima. Hoc enim interest inter nostras, & Dei laudes, quod nostræ nihil conferunt Deo, qui ex seipso ab æterno omne bonum secum habet, nec ex creaturarum laudibus aliquid ei boni intra se accrescit: at Dei laudes multum nobis prosunt, cum ea Deus conferat

In Ps. 39 bona, de quibus ab eo laudamur. Quando Deus
„ (inquit Diuus Augustinus) nos benedicit, facit
„ nos sanctiores, & feliciores: quando nos glori-
„ ficat, facit gloriosiores & honoratiores: quando
„ autem eum glorificamus, nobis prodest, non il-
„ li. Quomodo enim eum glorificamus? glorio-
„ sum dicendo, non faciendo, & ideo cum dixit:

Ps. 49. v. 23 *Sacrificium laudis honorificabit me*, ne putares te a-
„ liquid præstare Deo offerendo illi sacrificium
„ laudis, subdit: *& illic iter, quo ostendam illi salutare Dei.* Vides quomodo tibi prodest laudare Deū, non Deo. Prodest quidem ad meritum, prodest D ad incrementum iustitiæ, prodest ad consecutionem vitæ æternæ: quia sic laudare Deum, est iter quo peruenitur ad conspectum ipsius, in hoc quidem sæculo per contemplationem, in futuro vero per claram visionem: & (sicut do-

Hom. 1. in Ezech. cet D. Gregorius) cum vox psalmodiæ per intentionem cordis agitur, per hanc omnipotenA
„ ti Domino ad cor iter paratur, vt intentæ men-
„ ti, vel prophetiæ mysteria, vel compunctionis
„ gratiam infundat, sicut Eliseus psaltem appli-
cuit, vt eum prophetiæ spiritus repleret. *4 Reg. 3. v. 15.*

Hinc fit proficuam valde esse huius cantici lectionem ac meditationem. Nam cum sponsa multa sit in Dei laudibus canendis, sponsusque in sponsæ laudibus decantandis, vtrumque valde nobis prodest. Nam dum illa Deum laudat, eius immensas narrat perfectiones, ob quas maior est omni laude: dum autem Deus laudat ipsam, innumera & immensa beneficia ac dona, quæ ei contulit, nobis manifestat. Vtrumque autem potenter nos excitat, vrget, ac impellit, vt vehementius eum diligamus, & laudemus: quia excellentissimus in se, & magnificentissimus nobis, & quot sunt eius præcellentissima attributa, vel in nos collata beneficia, tot sunt amoris & laudis incentiua, quæ nobis suadent Apostoli seruare consilium dicentis: *Implemini Spiritu sancto loquentes vobismetipsis in psalmis, & in hymnis & canticis spiritualibus, Cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino, gratias agentes pro omnibus in nomine Domini Iesu Christi, Deo & Patri.* *Ad Ephe. 5. v. 19.* Cum enim Spiritus S. psalmos & cantica dictauerit tot mysterijs, & affectibus affluentia, & sine eius numine nihil sit in homine, oportet ipso impleri, vt ea digne canere valeamus, non quidem solis externis vocibus, sed potissime in cordibus nostris inflammatis affectibus: loquentes quidem intus: iam nobismetipsis, tanquam nos commouentes & exhortantes ad alacriter Deum laudādum. Iam vero ipsi Deo & patri tanquam filij, vel enarrando & magnificiendo eius magnalia, quæ in psalmis referuntur, vel canendo hymnos in ipsius gloriam, vel concinendo cantica spiritualia, quæ spiritum nostrum per vnionem amoris in diuinum transferant, vel deniq; gratias agendo pro omnibus donis & beneficijs ab eo acceptis.

Quæ sint necessaria ad digne Dei laudes canendas.

§. 3.

MAgna quidem & ardua sunt hæc omnia, quæ Dei laudatio complectitur. Propter quod recte Diuus Paulus præmisit, *Implemini Spiritu sancto*, quia necessaria erat tanti spiritus plenitudo, quę vehementem accenderet charitatis ardorem, vt hæc plene præstare valeremus. *Plura de hoc D. Chrysost. Hom. in Psal. 118.* Non est res parui momenti, aut exigui laboris Deum, vt par est, ex charitate laudare sed si quid Deo offerre voluerimus, nihil habemus laudatione maius, nihil laudatione difficilius. Sed cur nihil difficilius? quia nihil magis nostras exuperans vires: nihil hostibus infestius, nihil molestius carni, quæ spiritui rebellis est, & vim imaginantem exagitat: cuius dissipatæ cogitationes torquentes cor nostrum à diuinis laudib. illud auertunt. Exigunt enim cor mundum, tranquillum, hostibusque deiectis iam pacatum. *Iob. 19. v. 13*

Quare Canticum istud merito inscribitur *Salomonis* seu vt LXX. vertunt, *Canticum Canticorum, quod est Salomonis*, vel *quod est Salomon.* Non tantum quia à Salomone est conscriptum, vel à Spiritu sancto Salomoni dictatum; sed etiam quoniam Salomoni, id est, pacifico viro dicatur à quo solo digne valet decantari, postquam do- *Ita Philo Carpath.*

mesticis

mesticis profligatis hostibus, propriisque mortificatis affectibus, & diu sis cogitationibus, in intima pacis serenitate conquiet it, quare laudatio indiget precis, & abnegationis propriæ præsidio: illa vt auxilium impertet, hæc vt impedimenta obuiantia præscindat. Vnde nō sine mysterio eam vocauit Dominus sacrificiū laudis honorificans ipsum: & quare sacrificium? nisi quia dum Deum laudamus, oportet simul nos ij fos sacrificare ac mactare, cunctaque iugulare, quæ Dei laudibus obstant, & à deprauato fomite importune prouenium? Ad quod respexisse videtur paraphrasis Chaldaica, quæ verba psalmi, *Sacr ficium laudis honorificabit me*, sic vertit, *domanti ... sacrificium laudis ...*, qui ... domito isto fomite, & carnis concupiscentia, ... manet laudatio Dei.

Laudatio indiget prece & mortificatione.

Psalm. 49. v. 3.

R. Sal. ... annotat.

Hoc egregie significat quod de viginti quatuor senioribus refert D. Ioannes dicens: *Quod ceciderunt coram agno habentes cytharas & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum. Et cantabant Canticum nouum dicentes, dignus es Domine accipere librum, & aperire, &c.* En totius sanctitatis hieroglyphicum, & admirabile breuiarium; in quo depinguntur humilitas, & reuerentia, laus & abnegatio, charitas & oratio fragrans, & nouum Canticum Deo exhibitū Cythara instrumentum est musicum ad diuinas laudes cum exultatione canendas: iuxta illud: *Laudate Dominum in psalterio & cythara, confitebor tibi in cythara Deus Deus meus*, rursus, *Exultate iusti in Domino, rectos decet collaudatio, Confitemini Domino in cythara*. Sed quia cythara chordis extensis constat, & ex inferiori parte sonat, ideo, teste Diuo Augustino, Symbolum etiam est mortificationis, quæ ad inferiores animæ vires infrenandas, carnisque rebellionem comprimendam pertinet. Quæ per se ipsam Deum laudare dicitur, dum in eius gloriam maxime cedit, & spiritum nostrum ad Deum melius & fortius laudandum expeditum reddit. Quidam nomen aureas quod post phialas tantum apposuit Diuus Ioannes, ad cytharas referendum etiam putant, vt etiam sint aureæ, & cum aurum symbolū sit charitatis & sapientiæ, indicat laudes Dei, & sui abnegationem charitate, ac diuinę dilectioni esse foecundas, cælestique sapientia condiēdas, & exercendas. Nam scriptum est, *psallite sapienter*. Phialæ autem aureæ corda sunt Sanctorum eadem charitate & sapientia fulgentia, & quia aurea, vacua esse non poterant: nam cor amore flagrans nunquam potest esse ociosum, sed plenum suauissimis odoramentis: cuiusmodi sunt piæ & feruidæ orationes, (sub quibus comprehendū ur postulationes, gratiarum actiones, & plures alij affectus) quæ instar essslati odoris incensi sursum tendunt, ad cœlos euolant, Deoque sunt valde gratæ, ac ipsum pacatum & propitiū nobis constituunt. Viginti ergo quatuor seniores, qui insignium instorum personas gerunt, cytharas & phialas aureas habent, quia Dei laudibus & orationibus continuo incumbūt, & cum magna exultatione animique submissione & reuerētia procidunt coram Deo & agno prosternunt, cunctaque orandi & laudandi Deum obstacula vel enter repellunt. Habent autem vtraque in manu, quoniam Dei laudes & preces operibus ... Sancti enim opera mirifice Deum

Apoc. 5. v. 8.

Psal. 150. v. 3.

Psal. 42. v. 4.

Psal. 32. v. 1.

In Psal. 42. & D. Greg. lib. 3. Moral. c. 3.

Ita Primasius in Apoc. Vbi Viegas.

Ps. 46. v. 8.

laudant, & glorificant Patrem qui in cælis est, & pro nobis etiam orant, ad laudesque & preces preciosiores emittendas iuuant, sed specialiter cantant Canticum Nouum quia nouam mēte, nouo spiritus feruore, noua Dei beneficia aut ipsius magnalia de nouo ipsis in contemplatione manifestata, nouis hymnis & canticis spiritualibus canere non cessant.

Mutuo tamen eu cuncta ista se iuuant, & laudatio reliquis vicem rependit auxilium præstans eis à quibus illud receperat. Nam ipsa etiam ad omnia valet; hostesque lunge profligat dicente psalmographo; *Laudans inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluus ero*, nam, vt inquit D. Ephrem, quemadmodū puluis à vehementia venti spargitur, & impugnatur. sic aduersarius noster ad nihilum redigitur, quādo vox nostra in Dei laudibus personat. Quomodo etiam spiritus malus ... Saul psallente Dauid & percutiente cytharam recedebat, quasi psallens & percutiēs cytharam, spiritum malum percuteret, & fugaret, nam Dei laus, oratio, & abnegatio, seu ieiunium omne dæmoniorum genus expellit.

Psal. 17. v. 4.

Lib. de compunct. c. 4.

1 Reg. 16. v. 16. & 23

Matt. 17. v. 20.

Laus etiam ipsam precem iuuat, eique vim & fiduciam impetrandi tribuit. Vnde cum D Basilius duplicem orandi modum constituat, alterum in glorificatione, adhibita animi submissione alterum in petitione, qui priori subijcitur, docet ab illo esse inchoandum, ne indicio sit q necessitate vigemur Deo preces adhibere; & quia ipsa laudatio & gratiarum actio disponit ad petitionem, titulusque est ad impetrandum, Iuuatur ergo laudatio ab aliarum virtutum actibus, sed ipsa vicissim iuuat illas, vnde mutuam cum eis habet concatenationem.

De const. monast. c. 2.

D. Tho. 22. q. 83 ... ar. 17.

Qui ab huiusmodi laudibus & canticis repellantur.

§. 4.

Hinc fit ab his Dei laudibus decātandis mérito repelli peccatores contumaces qui in suis sibi complacent peccatis. Quoniam teste Ecclesiastico; *Non est speciosa laus in ore peccatoris*, peccatorem vocat, non qui peccauit, si peccasse pœnitet, sed qui peccare non desinit, & in peccato complacet: cuius laus cum à corde immūdu, ore polluto, ex fine terreno, progrediatur, non speciosa, sed fœda reputatur apud Deum. Obseruat egregie D. Chrysost. quod cum regius vates in Psalmo 148, inuitet, ad laudādum Deū omnes creaturas cæli & terræ, nempe Angelos, & astra, montes & colles, ignem & grandinem, ligna fructifera, & omnes cedros, Reges ac principes, iuuenes, ac virgines & senes cum iunioribus; neqnaquam tamen inuitauit peccatores, sed illis foras occlusit. Audio dicentem: *Laudate Dominum de terra dracones, & omnes abyssi bestiæ, & vniuersa pecora, serpentes & volucres pennatæ.* Dum hæc loquor (inquit ille) non frustra, nec temere interlisi, quia & mentis cogitatio meta confusa est ad amaras vsque lachrymas, grauemque eiulatum perducta. Quid enim obiecro possit esse miserabilius? scorpij, serpentes, ac dracones inuitantur ad laudandum eum, à quo conditi sunt, solus peccator ab hac sacra chorea subductus est, idque iure optimo, mala bestia est peccatum, non quidem in corpora malum proterena, sed in ipsam Domini gloriam effundens malitiam. *Propter vos* (inquit) *nomen meum blasphe-*

Eccl. 15. v. 9.

In serm. cū presbyter esset designatus. 10. 5. vbi Psal. 148 explanat.

Psal. 148. v. 7 & 10.

Esa. 52. v. 5.

» *matur inter gentes*, eoque peccatorem tanquam è A
» sacra patria abegit. Propheta vt Musicus opti-
» mus è cythara bene modulata chordam disso-
» nam resecat, ne reliquarum vocum harmonia
» vincatur. Sic & peritus artis medicus membrum
» putrefactum amputat, ne hæc lues ad cætera sa-
» na membra transiliat; eundem ad modum pro-
» pheta facit, dum peccatorem veluti chordam
» dissonam, & membrũ ægrum ab vniuerso cor-
» pore creaturæ resecat. Hæc os aureum, & apte quidem, quia de laudibus Deo digne, & speciose decantandis loquitur, nam quidquid cæli & terræ ambitu continetur, cum sit opus Dei, aliquid habet pulchritudinis, & vtilitatis, quo in eius gloriam recidit. Et ideo Deum laudare dicitur. Solus peccator vt peccator, nõ est opus Dei, sed diaboli; peccatum n. non est à Deo, sed à libero arbitrio deprauato, ideo Deum laudare nequit. Cum Isaias audiret Seraphinos Deum laudantes, dixit, sicut D. Hieron. & Cyrillus in-

Isa 6. v 5. terpretantur, *Væ mihi quia tacui*, id est, quia non B laudaui Deũ sicuti hi Angeli laudant: & causam

Ibidem. huius reddens subiicit: *quia vir pollutus labiis ego sum*; nec me ita pollutum decebat Deum laudare, quoniam scio non esse speciosam laudem in ore peccatoris polluta labia habentis: nec gratã

Vbi supra. Simile. esse vocem, Sanctus, Sanctus, Sanctus, si ab infecto ore procedat. Quoniam (vt idem Chrysostomus dicit) sicut in coronis non sat est flores esse puros, nisi pura sit & manus eas contexens, sic & in sacris hymnis oportet, non verba tantum esse pia, verum etiam animam hymnũ

Eccl. 15. v 9. concinentem. Vnde idem Ecclesiasticus mox subiicit; *Sapientia Dei astabit laus, & in ore fideli abundabit; & dominator dabit eam illi.* Munda ergo cor tuum, & purifica labia tua, si hymnos & spiritualia cantica digne cupis decãtare, ne dicat tibi

Matt. 15. v. 8. Dominus, *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me.* Quod Christus Dominus hypocritis attribuit, quorum laudes execratur. Quia dũ laudant Deum, suas laudes in hoc quærunt. Pe- C culiariter autem ad Canticum Canticorũ mente perscrutandum, huiusmodi cordis munditia necessaria est, quoniam licet purissimos Dei amores, & castissimas laudes concinat, sunt tamẽ carneis metaphoris inuolutæ, à quibus ne quis

Hom 1. in Cant. 11. in præfat. ad Cant. Exo. 19 v 12. Serm. 1. in Cant. ad finem. lædatur, oportet (vt inquit D. Gregorius Nyssenus) vehementiores carnis passiones exuisse: Vel, vt dicit Richardus de sancto Victore, bestiales deposuisse motus; ne si bestia ad hunc sacrum mõtem accedat, lapidibus obruatur. Sed amplius vrget D. Bernardus dicens: cantare huiusmodi canticum, vel audire non esse animæ
» puerilis, & neophytæ adhuc & recenter cõuer-
» sæ de sæculo, sed prouectæ iam & eruditæ men-
» tis; quæ suis nimirum profectibus Deo promo-
» uente in tantum iam creuerit, vt ad perfectos p-
» uenerit annos, non temporum sed meritorum.
» Quod quidem verum est, si ad vniuersa quæ
» hoc Canticum continet attendamus.

At crediderim in eo, imo in singulis Illius sen- D tentiis, multa latere quæ tyronibus & neophytis non sine magno fructu possunt propalari, vt gradatim ad maiora ascendant, sicut in cõmen-

Ibidem. tariis patebit. Quare idem D Bernar. insinuat in Cantico Canticorum canticum graduum includi, quod ita appellatur, quia virtute plura continet cantica, vel plures perfectionis gradus à iustis, incipientibus proficientibus, & perfectis suo ordine decãtandos, vt merito huic libro aptemus quod de alio dixerat Iob: *per singulos*

Iob. 31 v. 37 D. Greg lib. 22. mor c 13 intelligit per hunc librũ nouum testamentũ. *gradus meos pronunciabo illum.* Et licet quidam interpretes gradus constituant in eo iuxta diuersa capita, vel colloquia, vt prima sint à tyronibus pronuncianda, alia à prouectioribus; at Iob non tam constituit gradus in ipso libro, quam in pronunciante illum: quare in singulis capitibus, & eorum sententiis plures inueniuntur sensus alij alijs subtiliores, & excellentiores singulis accõmodati; vt tam incipientes quam proficientes & perfecti eadem possint decantare verba, vnusquisq; tamen in suo gradu iuxta sensum à Spiritu S pro illo intentum, vt in hac sententia, *Osculetur me osculo oris sui* mox videbitur.

Illud denique obseruandum est quod ipse titulus libri, *Canticum Canticorum Salomonis*, præ se fert. Non n. sine causa Salomon non addidit sicut fuerat in exordio Prouerbiorum, & Eccle- B siastæ, *Filii Dauid Regis Israel seu regis Ierusalem*; sed tantum simpliciter ait; Salomonis, i. pacifici: vt significaret ad Dei laudes canendas, & affectus amoris & precis exercendos exuendam esse regiam maiestatem, humanam pompam, & omnem mundi iactantiam; deponendamque esse non solum peccatum quod pacem internã dissipat, sed etiam inutiles cogitationes & affectiones, & quidquid mentem commaculat, & disturbat, vt homo coram Deo nihil aliud appetat, nec de alio glorietur, nisi apud ipsum esse Salomonem, hoc est, pacificum & tranquillũ, illam possidentem pacem, non quam mundus

Ioan 14. v 27. dat, sed quam Christus elargitur.

Sed magis adhuc reconditum mysterium latet in alia lectione LXX. *S. Canticum Canticorum*

Eccl. 12. v. 13. *quod est Salomon.* Etenim cum Rex Salomon ad calcem præcedentis libri Ecclesiastes dixisset: *Deum time & mandata eius obserua; hoc est enim omnis homo*, i. absque hoc nihil est omnis homo; & qui C hoc non est, nihil est: qui hoc non agit, nihil agit. Quoniam in vanum recipit animam suam, cum propter hoc solum creatus sit. Modo autem in exordio & inscriptione huius libri quid Inquit? *Canticum Canticorum, quod est Salomon*, Id est, ama, lauda, & quantum potes, Deum glorifica; quia hoc est Salomon; hoc est esse vere pacificum & beatum; & sine hoc nõ est Salomon, nihil est pacificum, & tranquillum, sed turbatum, & miserum. Vera enim pax, tranquillitas, & felicitas animæ in eo sita est, vt Deum suum ex toto corde perpetuo diligat, laudet, & illi adhæreat.

Sed quis est hic, & laudabimus eum? possent quidem oẽs id facile præstare, si Adam in Paradiso cum iustitia permansisset. At postq̃ in exiliũ

Ps. 136. v. 4 actus est, & nos cũ illo, *Quomodo cantabimus canticũ Domini in terra aliena?* maxime insurgentibus hostibus contra nos, & dicentibus. *Exinanite vsque ad fundamentũ in ea.* At non est cur animo cada- D mus: nam Canticũ istud Salomonis est & Salomoni dicatur, non illius præcipue qui filius fuit Dauid, & Rex Ierusalẽ terrenæ, sed illius qui p antonomasiã, est verus Salomon, Rex pacificus, Pater futuri sæculi, & princeps pacis, filius Dei, & Rex Regũ qui potens est pacẽ p̃stare, viresq; cõferre ad debellandos hostes, vt pacifice cãticum amoris & laudis illi decantemus. Quid n.

/ pertur-

[illegible]mam, si pacifici Salomonis sit fi- A
[illegible]el sponsa: Ego, inquit ille ad finem Cantici, *murus, & vbera mea quasi turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens.* Fecit enim mentem meam quasi murum æneū, & vires meas quasi turres eburneas, & inexpugnabiles, vt pacem quã apud ipsum reperi, non amittam. Felix qui inuenit pacem & gratiam coram Domino, quia fortis erit sicut murus, præcelsus sicut turris, & ab ipso vndiq; protectus, donec ascendat in cœlestem Ierusalem, vbi nõ reperiet quasi pacem, sed integram & omnimodam pacem, laudans & glorificans Deum in sæcula sæculorum Amen.

PRIOR PARS LIB. I. B

De septem mysteriis & beneficiis, quæ sunt velut Dei oscula, & diuini amoris suprema signa.

EXHORTATIO II.

De vehementi desiderio, & petitione diuinæ eruditionis, & amoris, a qua semper est inchoandum: de forma perfectæ orationis, & quam celeriter exaudiatur.

Pro rogationibus & Dom. 5. post Pascha. Osculetur me osculo oris sui: quia meliora sunt vbera tua vino.

CONSVEVIT Salomon in primis verbis cuiusque libri à se editi argumentum, & quasi scopum proponere, quo deducenda sunt cætera quæ sequuntur. In Prouerbiis quidem iuuenes erudit, vt mores componant, & ideo
Pro. 1. v. 1. sic exorditur: *Parabolæ Salomonis ad sciendam sapientiam, & disciplinam, vt detur paruulis astutia, adolescenti scientia, & intellectus:* in Ecclesiaste vero C homines instituit vt vana mundi agnoscant, &
Eccl. 1. v. 2. despiciant, ideoque ita incipit, *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas*, id est cuncta quæ sunt in mundo vanissima sunt, & ipsamet vanitas; at in hoc Cantico Canticorum scopum delineans sub metaphora carnis ad supprema spiritus euolat, & quasi secum animam rapit, vt per intimam cognitionis & amoris vnionem se Deo coniungat, illique firmiter adhæreat, & ideo non inchoat canticum hominibus loquens, sed ad ipsum Deum feruentissimo affectu clamans: *Osculetur me osculo oris sui.* Hæc autem eiusdem rei quasi trina repetitio, nempe osculetur, & osculo, & oris sui, flagrantissimum indicat cordis affectum, & excellentissimam esse rem, quam optat, & petit, ad quam etiam obtinendam vniuersum Canticum destinat, eam tamen D nec ita postulare sciret, aut posset, vel auderet, nisi à diuino Spiritu edocta esset, & præmota;
Ad Rom. 8. v. 26. nam teste D. Paulo, *Quid oremus, sicut oportet nescimus:* at ipse Spiritus sanctus vtrumque spectat, dum rem petendam petendique modum & affectum docet, & inspirat: cuius fauente numine, quid sub his verbis sponsam docuerit, & inspirauerit, persecutari aggrediemur.

A *Diuinam eruditionem & amorem sub tropo osculi oris Dei postulari. §. 1.*

SCOPVS igitur Cantici qui in primis eius verbis insinuatur, illa supereminens scientia est, quæ à quibusdam Theologia mystica, vel scientia Dei affectiua, seu supernaturalis sapientia, nuncupatur, quam petebat Psaltes dicens: *Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me.* Bo- Ps. 118. v. 66
nitas virtutes omnes complectens, mores componit, prout traditur in Prouerbiis; disciplina à malis mundi coercet, quod docetur in Ecclesiaste. At Canticum Canticorum ad scientiam spiritus eleuat, quæ Dei præclaram cognitionem & amorem comprehendit: quam Deus ipse docet, & infundit, vt animam sibi dilectam, B perfectam, & beatam reddat, sicut scriptum est: *Beatus homo quem tu erudieris, Domine, & de lege tua docueris eum.* Et quare beatus, nisi quia sua Ps. 93. v. 12
eruditio animã ab omni errore & labe purgat, & diuino lumine circunfusam, summo bono per cognitionem & amorem vnit; in quo vitæ nostræ sita est suprema felicitas? Hanc sibi vehementer optans sponsa, inquit, *Osculetur me osculo oris sui*, dirigit autem orationem nõ ad aliquem Angelorum, sed ad Deum ipsum, tanquam ad magistrum simul & sponsum, vt vtrumq; erga ipsam munus gerat, cœlestem illi præstans eruditioné, & amorem, ab ipso suo diuino ore progredientẽ. Quod apprime deducitur ex verbo Hebræo, *nasak*, quo vsus est Salomon; quod ambiguum est, & non tantum osculari significat, sed etiam Vide Martinum Del Rio.
erudire; vt vel ex prima voce huius dramatis, intelligeremus vtrumq; simul [illegible] esse à diuino Spiritu, cui proprium est osculãdo erudire, & erudiendo osculari. Est enim vnctio quæ 1 Ioa. 2. v. 27.
docet nos omnia, & lumine fidei illustrando intellectum, oleo dilectionis vngit voluntatem; C & dum hanc suauius vngit, illum amplius illuminat. Cæterum non sine Dei instinctu interpres verẽs verbum ambiguum, maluit dicere, osculetur me, quã erudiat me; quia eruditio poterat aliquando esse sine osculatione, sicut & cognitio sine amore, & scientia sine charitate, qui 1. Cor. 8. v. 1.
autem Deum amat, nõ quærit solam scientiam, quæ inflat, sed charitatem; quæ pellens inflationem, ædificat; nec cupit erudiri, nisi vt vehementius possit amare: & quam scientiam ardentius sitit, est scientia amoris. Quia scit scriptum esse: *Qui non diligit, non nouit Deum.* *Et si ha-* 1. Io. 4. v. 8.
buero omnem scientiam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et sicut supremi Angeli, qui alios scien- 1. Cor. 13. v. 2.
tia & charitate superant, non denominantur Cherubim à plenitudine scientiæ, sed Seraphim ab ardore charitatis, quam maxime nobis optant: ita licet sponsa eruditionem simul petat D & amorem, ab amore tamen interpres vertit, *Osculetur me osculo oris sui.*

Sed vt quid diuinus Spiritus, cui nihil superfluum placet, addidit, *Osculo oris sui*; cum suffi- D. Ber. ser. 4. in Cant.
ceret dixisse, vt communis habet sermo, osculare me, vel da mihi osculum, nemoque addat ore suo, vel osculo oris sui? sed consulto id fecit, vt quod diximus amplius indicaret, os enim instrumentum est ad vtrumque actum, siquidem ore loquimur ad erudiẽdum alios, & ore in signum amoris osculamur illos. Ait ergo: *Osculetur me osculo oris sui*: ac si diceret: Vtinã magister & spõsus meus

meus dignetur me erudire, & osculari verbis & osculis oris sui. Vtinam aperiat os suum, vt me doceat, & iungat os suum ori meo, vt me sibi per amorem iungat. Vtinam ex ore eius ad me prodeat sapientia illa, quæ de se dixit: *Ego ex ore Altissimi prodiui*: Vt per illam quid ei acceptum sit, sciam, & dulciter amem: est enim hæc sapientia donum Spiritus sancti, quod teste D. Thoma, sapida scientia appellatur, & circa diuina eruditionem præstat, & saporem. Vtrumque autem (inquit Diuus Bernardus) affert etiam Dei osculum, & „ cognitionis lucem, & deuotionis pinguedinem. „ est quippe spiritus sapientiæ & intellectus, qui „ instar apis ceram portantis, & mel, habet omni„ no, & vnde accendat lumen scientiæ, & vnde „ infundat saporem gratiæ. Neuter ergo se oscu„ lum percepisse putet, siue qui veritatem intelli„ git, nec diligit, siue qui diligit, nec intelligit: cer„ te in osculo isto nec error locum habet, nec tepor. „ ita Bernardus, quod eleganter sic docuerat D. „ Ambrosius: Osculatur nos Deus, quando cor „ nostrum spiritu diuinæ cognitionis illuminat, „ quo anima diuinæ charitatis pignore nuptiali, „ & læta dicit: *Os meum aperui, & attraxi spiritum.*

Eccl. 24. v. 5. — *1. p. q. 43. a. 5. ad 2. ex Eccl. 6.* — *Et 22. q. 45. ar. 2. & q.* — *Ser. 8. in Cant.* — *Libro de Isaac & anima c. 2.*

Iuxta hos ergo Patres, tunc Deus osculatur animam, osculo oris sui, quando infundit illi supernaturale lumen, quo diuina mysteria penetrat, sacras scripturas intelligit, veritates fidei percipit, & affectum simul amoris, vel deuotionis, aut spiritualis dulcedinis, quo ipsas amplectatur, & Deo arctius maneat copulata.

Inchoandum esse ab oratione ex magno affectu progrediente. §. 2.

HAc ergo breui osculi declaratione præmissa, attendas velim in his verbis, sedulam sponsæ in orando solicitudinem & feruorem quem imiteris; & celerem sponsi promptitudinem in exaudiendo, quam mireris, & pro qua immensas illi gratias agas, & quidem si ad sponsam respicias, dum canticum suum feliciter à feruentissima prece inchoat, hoc primum nos docet, nullum esse felicius nostrorum operum exordium, quam orationem ignea charitate flagrantẽ. Quod magnus testatur Dionysius Areo„ pagita, dicens ante omnem actum præcipue „ theologicum ab oratione nobis inchoandum „ esse, vt diuinis commemorationibus nos Deo tradamus, & vnione iungamur, cum enim sine Deo nihil agere valeamus, operę pretiũ est ante omnia illud implorare, ipsique Deo oratione coniungi, vt simul vniti, feliciter simul in opus prodeamus, adstandum tamen (inquit Dionysius) est Deo castissimis precibus, animo purgato, ac tranquillo, & affectu ad vnionẽ apto. Vocatur autem castissima prex, quam diuinę glorię paris pura & defæcata intentio, conscientia ab omni labe purgata, intellectus semotis curis tranquillitas, & affectus ad vnionem cum cœlesti sponso præparatus: nam ante orationem (vt inquit Ecclesiasticus) præparanda est anima: vt eius, quod postulat, capax & digna fiat; Ita pparata adstabat sponsa cum orabat dicẽs, *Osculetur me osculo oris sui.* Sic enim erat intenta orationi, amori, ac vnioni diuinę, quam petebat, vt nihil aliud cogitaret, nihil aliud cõcupisceret, & quasi amore ebria, q̃ mente cõceperat vix voce explicaret.

c. 3. de diuinis nominibus. — *Eccl. 18. v. 23.*

Sed ad hæc quis idoneus? certe nec ipsa sponsa, nisi adsit Dei gratia excitans, & præmouens ad orandum, quæ cũcta illa præstat, id est, inspiratio Spiritus sancti, qui, vt D. Paulus ait, *postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*, id est efficaciter nos ad postulandum mouet, imprimens varios, & ardentes orandi affectus, qui inenarrabiles nuncupantur, quia lingua verbis enarrare non sufficit, quod mens Deo inspirante concepit. Vnde non tam orat voce, quam mente: pauca enim verbis exprimit, sed mente plurima comprehendit; & vix loquente lingua corporis copiose loquitur lingua amoris. Habet enim spiritus suam propriam ac natiuã linguam, quæ est vis cognoscitiua, & affectiua, cuius verba sũt cõceptus & affectus ad Deum, vel Angelos, aut ad Sanctos directi, quæ lingua in nobis multoties est quasi muta, balbutiẽs, & nesciens loqui cum Deo, nec de Deo, nisi Spiritus sanctus illam emendat, & accẽdat, igniti sque cogitationibus & affectibus facundam reddat, & fœcundam ad loquendum Deo vt monet D. Paulus, in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, intra se tantãs linguã ignea, quæ iuxta D. Bernardum, est feruor deuotionis & anima quæ hanc non habet elinguis est, atque infans, nullatenusq; potest ei esse sermocinatio cum Deo, si autem habet, & exterius loquatur, præ amoris magnitudine crebro dimidiata, & interrupta profert verba, arbitrans omnes intelligere, quæ ipsa nõ cessat mente reuoluere. Quemadmodũ Magdalena dum Christum quærit à sepulchro sublatũ, suppresso eius nomine, eum, quem hortulanum putabat, sic affatur: *Si tu sustulisti eum dicito mihi, & ego eum tollã.*

Ad Rom. 8. v. 26. — *Quomodo dicatur affectus orãdi inenarrabiles.* — *Ad Ephes. 5. v. 19.* — *Serm. 45. in Cant.* — *Ioan. 20. v. 15.* — *D. Bern. serm. 7. in Cant.*

Ad hunc igitur modum anima cœlestis spõsi amore capta, nihil præter ipsum amans, nihil aliud cogitans, aut desiderans, quasi omnes scirent de quo loquatur, suppresso nomine inquit: *Osculetur me osculo oris sui.* Et quem rogas, ô dilecta, quod osculetur? Ipse scit, inquit, cui loqtur lingua amoris, & si non exprimat lingua corporis. Si quis amat, ipse me capiet; quia vox amoris amantib. est manifesta, non amãtibus ignota: sicut Græce loquentẽ non intelligit, qui Græcum non nouit. Deo loquor, cui manifesta sunt abscondita cordis, & quem scio redamare sui amãtes. Amanti autem non est necessarium multiloquium, vt exaudiat, sicut Ethnici putant, sed sat ei est verbum, quod propriam indigentiam & desiderium exprimat.

D. Bern. serm. 79. in Cant. — *Matt. 6. v. 7.*

Hic modus orandi, qui ex magnitudine fidei & amore procedit, frequens est in Scriptura & Christo Domino valde acceptus: cui beatissima Virgo in nuptiis solum dixit, *Vinum non habent*: & sorores Lazari, *Ecce quem amas infirmatur.* Vtrobique autem reticetur nomen eorum quibus vinum deerat, aut salus: quia Deus amicos nouit ex nomine; etsi nomen supprimatur: sic & sponsa: *Osculetur me* (inquit) *osculo oris sui.* Quis? Ille quem amo, & qui me amat: nec est necesse nomen exprimere, quia inter amãtes vicem nominis supplet ipsa vis amoris. O amor dulcis, & vehemens! felix qui te possidet, vel à te possidetur, quem ad orandum impellis plus affectibus, quam sermonibus. Vtinam tuo flagrem igne, vt mea apud Deum per te oratio flagret.

Ioan. 2. v. 3. — *Ioan. 11. v. 3.* — *Exod. 33. v. 12.*

Hinc etiam deducere decet potissimam vim orationis ad impetrandum, in vehemẽtia desi-

dei & [illegible] dinis sitam esse. Vnde signanter A [illegible] non expresse petit osculum, dicens, *Osculetur me, sed osculetur me:* delectium [illegible] humilitatem [illegible] modo ardentissimam [illegible] stans: quoniam (vt inquit Diuus Augustinus, cui etiam adstipulatur Diuus Gregorius) desiderium tuum oratio tua est, & continuum desiderium tuum continua vox tua est, tacebis si amare destiteris. Frigus charitatis est silentium cordis. Flagrantia charitatis, clamor cordis est. & dignus sequetur effectus, quem feruentior præcesserat affectus: & quanto maiora petis, tanto vehementius desiderare debes: & quo ardentius desideraueris, eo excellentiorem [illegible] obtinebis, & citius exaudieris. Promissio enim exauditionis potissime facta est perfectè amantibus, dicente Domino, *Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint* (quod per [illegible]onem & obedientiam præstatur) *quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis.* Tunc enim nō B tam estis vos, qui postulatis, quam ipse Spiritus sanctus, qui postulat pro vobis, si autem ipse postulat quid mirum quod nos exaudiat, qui [illegible] ipsum exaudit. Et quis est (inquit idem Augustinus) quod ipse Spiritus sanctus interpellat pro Sanctis, nisi ipsa charitas, quæ in te per Spiritum sanctum diffusa est? Charitas ipsa gemit, charitas ipsa orat, contra hanc aures claudere non nouit, qui illam dedit. Securus esto, charitas roget, & ibi sunt aures Dei.

In [illegible] & [illegible] cap. 9. Lib. 21. moral. c. 13. *Ioan. 15. v. 7.* *Ad Ro. v. 26.* *Tract. [illegible] I. ep. Ioan. in id. can. 3. v. 12. Quidquid petimus, ab eo accipiemus.*

Ingentia dona magna fide, & animi submissione petenda esse à Deo. §. 3.

SEd adhuc in hac sponsæ deprecatione maxime resplendet, quod magna dona, magna fide, & magna animi submissione postulauit. Etenim nihil vile aut terrenum, temporaleve petiuit, sed Dei eruditionem & amorem, & non C quamcumque, sed supremam, quæ ab ipsomet ore Dei progrederetur, & ad intimam cum ipso Deo vnionem pertingeret: Nam, vt inquit Diuus Basilius, munificentissimus, & augustissimus Rex noster, & indigne fert quandocumque quis exiguum à se aliquid petit, & quandocumque quis nostrum de rebus ipsi minime conuenientibus rogat. Noli ergo illum tua oratione iratum facere: sed ea petito tibi, quæ digna sunt & Rege, & Deo. Loquitur autem Diuus Basilius contra eos, qui terrena, quia terrena sunt, sitienter petunt à Deo æternorum abiecta cura: præ quibus temporalia quamuis ingentia videantur, omnino vilescunt, nec postulanda sunt, nisi propter æterna. Quod sic confirmat Diuus Ambrosius: Et tu eum oras, magna ora, id est, ea, quæ æterna sunt, non caduca; ora quæ diuina sunt, atque cœlestia, vt sis sicut Angeli in cœlo. Non audit Deus, nisi quod dignum sua ducit esse beneficiis: sed audit piam vocem plenam deuo- D tionis, & gratiæ. Vnde petentibus Discipulis à Christo Domino, quæ essent in oratione postulanda, non nisi magna, & Deo digna proposuit septem petitionibus distributa, *Sanctificetur,* inquit, *nomen tuum,* quid sublimius? *adueniat regnum tuum,* quid magnificentius? *fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra,* quid perfectius? *panem nostrum quotidianum, & supersubstantialem da nobis hodie,* quid preciosius? Hæc & cætera, quæ proponit petenda, maxima sunt, & munificentissimo largitore

Aliæ tres excellentiæ huius deprecationis. *De const. Monasticis cap. 1.* *Ser. 7. in Ps. 118. v. 3.* *Matt. 6. v. 11. Luc. 11. v. 2.*

A digna beneficia: quæ tamen ad diuinam eruditionem, & amorem congrue reducuntur: Nam vt prædiximus ex Psalmista, *Beatus quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum, vt mitiges eum à diebus malis:* Tua enim eruditio liberabit eum ab omnibus malis, replebitque cunctis bonis. *Ps. 93. v. 12.*

Sed ingentia dona ingenti fide sunt petenda, non propriis meritis nitendo, sed promisso munifici largitoris, *Si quis* (inquit Diuus Iacobus) *indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei: postulet autem in fide nihil hæsitans.* Hæsitatio enim Deum inhonorat, quem vel impotentem, aut parcū, vel durum, aut infidum putat. Qui autem in fide est firmus, valde illum glorificat, quia de eius potentia, bonitate ac veritate magnifice sentit, ideoque dignus est, qui obtineat quod postulat. Indigebat sponsa sapientia, quę Dei est eruditio, & dilectio, nō hæsitauit, sed audacter inquit, *Osculetur me osculo oris sui.* quia non meis meritis, sed eius benignitati fido. Et paulo post eadem fidei magnitudine in tertia deprecatione inquit, *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.* Vtraque oratio digna Deo, & ea sponsa, quæ excelso animo, ab excelso Deo, excelsa dona fidenter postulat. Magna enim fides magnum creat animum; & qui illam habent, vt dicit Diuus Bernardus, quoniam magni sunt, magna audent, & quæ audent, obtinent, iuxta verbum promissionis ad ipsos, *Quemcumque locum calcauerit pes vester, vester erit:* siquidem magna fides magna meretur, & quatenus in bonis Domini fiducię pedem porrexeris, eatenus obtinebis. Quod adeo verū est, vt si magna fides inueniatur forte sine charitate, etiam ex Dei benigna liberalitate, si cætera adsint, ingentia dona obtineat: quia *si potes credere,* ait Saluator, *omnia possibilia sunt credenti.* Vnde Paulus id confirmans inquit, *Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum;* insinuans sine charitate haberi posse eam fidem, quæ orando mōtis prodigiosam translationem obtinere valeat. Sed si hoc potest nuda fides, quid non poterit eadem sociata charitate, quę omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, & ipsi fidei, ac spei, vitam præbet?

Iac. 1. v. 5. *De hac infra lib. 3. exhort. 3.* *Ser. 32. in Cant.* *Deut. 11. v. 24.* *Vide etiam infra lib. 3. exhort. 5.* *Matt. 9.* *1 ad Cor. 13. v. 2.*

Sed magnitudini fidei in petēdis magnis donis iungenda est animi etiam magna submissio, quæ nihil de se præsumat, nec sibi, sed soli Deo, adscribat: profundaque reuerentia & humilitate dona petat. Ex hoc enim affectu sponsa non dixit Deo, *Osculare me osculo oris tui,* sed modestiam, & animi demissionem insinuans, ait, *Osculetur me osculo oris sui.* Ex eodem etiam reuerētiæ & humilitatis affectu, beatissima Virgo non dixit Filio, *Da illis vinum;* sed tantum, *Vinum non habent;* & sorores Lazari non dixerunt Christo, Veni, & sana quem amas, sed, *Ecce quē amas infirmatur.* Perfecta enim charitas, sicut respiciens Dei munificentiam, parit fiduciam; ita intuens propriam exiguitatem parit submissionē, nec aduersatur humilitati, ingentia dona à Deo petere, quia humilitas non metienda est ex quantitate rei petitæ, sed ex cognitione propriæ paruitatis, & inopię, cui nō subuenitur nisi per eximia Dei dona, quæ ipse pollicitus est nobis elargiri. & vere humilis non tam cogitat, quæ homo mereatur accipere, quam quid Deus promiserit, & quid possit & velit dare.

Ioan. 2. v. 3. *Ioan. 11. v. 3.*

lit dare. Ideoque magna fides iuxta sententiam Saluatoris, est velut granum sinapis quantitate minimum, sed virtute maximum; nam quanto minus de se præsumit, tanto maiora in Deo audet, petit, & recipit; quia (vt inquit Ecclesiasticus) *Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec ad Dei thronum propinquet, non consolabitur, nec discedet, donec Altissimus aspiciat.*

Matt.15.v.10. Luc.17.v.6. Matt.13. Eccl.35.v.21.

Disce ergo ab hac sponsæ deprecatione, perfectam formam orandi, & petendi magna Dei dona: vt oratio tua non sit tepida, sed feruens: quia magna remisse petere, est magna parui facere: nec sit timida, sed fidelis, nec in terra iaceat & maneat sine fructu: nec sit temeraria, sed humilis, ne ob superbiam fiat tibi in peccatum. Timida oratio (inquit idem Diuus Bernardus) cœlum non penetrat, tepida in ascensu languescit, temeraria ascendit, sed resilit, quia ei resistitur; B quæ vero fidelis humilis & feruēs fuerit oratio, cœlum sine dubio penetrabit; vnde certum est quod vacua redire non poterit. Appetenda sunt ergo præsidia sedula, & longanimis orationis, in qua tanta sit fides, vt omnia speret: tanta deuotio vt Deum videatur cogere; tantus amor, vt ea quæ petit in ipsa oratione, se sentiat obtinere; tam benigna humilitas, vt in omnibus nō suam, sed Dei voluntatem fieri exoptet. Felix precatio, quæ his quatuor fulcitur columnis, & quæ quatuor his subleuatur pennis: quam forte Scriptura vocat, orationem Dei, id est, dignā Deo præsentari, vt ab ipso exaudiatur, quę nunquam patietur repulsam, quia ab ipsius spiritu procedit, & præscriptas ab ipso leges præcellenter seruat.

Ser 4. in quadrag. Lib. de natura & digni-tate amoris diuini 6.3. Luc.6.v.12.

Quam celeriter exaudiatur perfecta oratio. §. 4.

AVDISTI feruorem sponsæ instanter orantis, attende modo benignitatem sponsi C celeriter exaudientis: quod Patres deducunt ex subiunctis verbis, *Quia meliora sunt vbera tua vino*; dixerat quasi loquens ad absentem, *Osculetur me osculo oris sui*: debuisset item dicere, *Quia meliora sunt vbera sua vino*: non ita, sed *quia meliora sunt vbera tua vino, fragantia vnguentis optimis.* Mutat modū loquendi, & præsentem alloquitur, cuius vberum fragrantiam senserat, quemque ad osculandum iam venisse nouerat. O ingēs vis perfectæ orationis! vix sunt finita verba, & iā oratio est exaudita: tanto enim amore precata est, vt se mox senserit impetrasse. Pius sponsus (inquit Diuus Gregorius) anxietatem animę sentiens, amorem diligens, votum exaudiēs osculū porrigit. Et ne desiderio fatiscat, gustu suæ suauitatis tenet. Et dum suam præsentiam exhibet, ad maius dilectionis osculum accendit. Vnde hæc illum sentiens ad eum se conuertit, & quem præsentem habet, voce mutata alloquitur, & dicit, *Quia meliora sunt vbera tua vino.* D Fidus enim est spōsus & munificus, & cui dederat fiduciam petendi, dedit efficaciam impetrandi, simul infundēs orationis donum, & exauditionis gratiam, iuxta quod per Isaiam promiserat Inquiens, *Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet; clamabis, & dicet, adsum.* Inuocauit sponsa, & exaudita est; clamauit, & dixit illi: Ecce adsum, quid à me vis? quid petis? Petis erudiri? ecce adsum, vt erudiā; petis à me osculum? ecce adsum vt deosculer: quia non petisti frigide, sed ardenter;

D. Greg. hic & D. Bern serm. 9 in Cant. & alii. In hæc verba. Isa.58.v.9.

A non voce remissa, sed clamore magno; magnus enim fuit tuus affectus, vehemens desideriū, & ardens amor. Eodem feruore orauit Salomon huius precationis, & Epithalamii conscriptor, & illico exauditum se esse testatur, dicens, *Optaui, & datus est mihi sensus; inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ.* Vix orans dixit Deo: Da mihi sapientiam, & intelligentiam, cum annuens Dominus ait, *Ecce feci tibi secundum sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens, & intelligens in tantum, vt nullus ante te similis tui fuerit, nec postea surrecturus sit.* Quid munificentius Deo nostro, qui potens est, cito omnia facere superabundanter quam petimus, aut intelligimus? Siquidem Salomon nec tantam sapientiam ausus esset petere, nec dandam sibi putauit, quantam ex Dei munificentia recepit. Imo munificentissimus Dominus multa alia ei dona largitus est, quæ non petierat: Nec enim semper necesse est ab illo petiisse, sat est optasse: siquidem scriptum est, *Desiderium cordis eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum*: & rursus, *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus: præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Et quæ est præparatio cordis eorum, nisi supradictus affectu vehemēs, ad diuinam eruditionem, & amorē aptus, Deique voluntati cum plena resignatione conformis?

Sap.7.v.7. 3.Par.11.v.30. 3.Reg.3.v.12. Ad Ephes.3.v.20. Ps.20.v.3. Ps.9.v.27.

Sed ne dixeris; spōsam, & Salomonem celeriter exaudiuit Dominus, quoniam sancti erant, & singulariter diligebat eos: me autē miserum peccatorem quomodo cito exaudiet, qui non ita sum dilectus? Etenim Dauid non inquit, desiderium sanctorum, aut dilectorum exaudiuit Dominus, sed desiderium pauperum: nec vnius vel alterius, sed omnium qui se pauperes esse agnoscunt, & nihil à se boni habere credunt, ideoque ad Deum tanquam mendici accedunt, corde tamen præparato, ad mendicandum, ea reuerentia, submissione & fide, quam pauperes erga tam benignum largitorem habere decet. Etenim insignis illa promissio, *Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet; clamabis, & dicet, adsum*, ad illos facta est qui conquerebantur de Deo, dicentes, *Quare ieiunauimus, & non aspexisti? humiliauimus animas nostras, & nescisti?* id est; quare cum tam liberalis sis, preces nostras, ieiunio, & humiliationi sociatas non exaudis? quibus Dominus, cū peccata eorum causam fuisse responderat, iterum promittit, quod si corrigantur, & quę iubet pręstiterint, mox vt clamauerint, dicet, adsum.

Isa.58.v.3.

Nonne Ionas inobediens Deo, dum fugeret à facie ipsius, è naui in mare proiectus est? & tamen, quid inquit: *Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me? de ventre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam.* Bis se clamasse dicit, & statim exauditum. Primo cum proiectus est in vndas maris, deprecans vt à fluctibus eriperetur. D Moxque exauditus est; præparans Deus piscem grandem, qui eum deuoraret, in cuius vētriculo à procellis tutus esset. Sed cum intra belluæ ventrem valde angustiaretur, & periclitaretur, iterum clamauit ad Dominum, & exauditus est etiam; præcipiens Dominus pisci, vt eum vomeret in aridam. Clamor autem iste non tam erat voce corporea, quæ intra abyssum aquarum, & ventrem piscis vix efformari poterat, quam vehementi cordis affectu diuinam implorans misericordiam. Vnde subdit, *Dum angustiaretur in me*

Ion. 2. v.3.

anima

mea D[illegible] [illegible] tu sum, vt veniat ad te o- A
ratio mea [illegible] sanctum tuum, id est, ad te qui
[illegible] ple [illegible] sto tuo.

[illegible] Ionæ [illegible] qu[illegible] dbis ita fer-
[illegible] ret, vt [illegible] D[illegible] [illegible] udiret illum? Fot-
[illegible] vt D[illegible] Augustinus refert ex He-
[illegible] non[illegible] u[illegible] filius viduę, quem
[illegible] u E[illegible] [illegible] cre[illegible] [illegible] cusdar[illegible] tur, Deum
[illegible] ic E[illegible] [illegible] ei eam que à morte,
[illegible] ereptum fuisse, ma-
[illegible] m, quod ii prec[illegible] s ad Dum i-
[illegible] in corde pro[illegible] f[illegible] ndi maris, iū
in ventre [illegible] b[illegible] ox . à qua deuoratus erat. ab
vtr[illegible] que Dei b[illegible] n[illegible] tas liberaretur. Nec f. fel-
b[illegible] spe [illegible] q[illegible] nu[illegible] e auit in Dominum, & con-
fusus [illegible] Si ergo Ionam fuga[illegible] ntem à facie Do-
mi[illegible] , e[illegible] [illegible] b[illegible] diret, ita celeriter Deus exaudi-
uit [illegible] oran[illegible] o[illegible] n templo, sed in medio n a-
ris, n[illegible] n[illegible] uo culo, [illegible] d in ventre piscis: Cur B
none[illegible] [illegible] ret [illegible] [illegible] si accesseris ad [illegible]? Nam
qui [illegible] diur[illegible] f[illegible] é[illegible], magis exaudiet appro-
pinqu[illegible] te[illegible]. Etsi autem Ionas triduo manserit
in [illegible] cete, adhuc tamen statim exauditus est:
quoniam igneus calor ventriculi accensus sicut
f[illegible] nax, [illegible] non est impeditus, ne corpus Prophe-
tæ, nec [illegible] alios cibos absumeret, & in se conuerte-
ret. [illegible] vero [illegible] triduo à culpa purgauit,
m[illegible] dauitq; velut fornax purgat aurum & ar-
gentum; vt inde ierat celerem Dei exauditionem
[illegible] [illegible] quam an[illegible] [illegible] afferre
[illegible] [illegible].

Ne ergo animum despondeas, non sola spō-
sa, sed quicumque homo quouis loco & tem-
pore o[illegible], vt decet, celeriter exaudietur. Be-
nignissimus enim Dominus nullum excludit
hominem, qui se ad orandum, vt debet, præpa-
rauerit, sed generaliter inquit, *Omnis qui petit, ac-* Matt. 7. v. 7.
cipit. Nullum excipit locum, quia vbique o- G
rantibus adest (vt Apostolus ait) *Volo viros orare* 1. ad Tim. 2. 8.
in omni loco: Nullum respicit tempus tanquam Luc. 21. v. 36.
intempestiuum, cum potius velit vigilare nos o- De his fusius ag. tur lib. 4 exhort. 3 § 4 & tota exhort. 1. 2.
mni tempore orantes. O munificentissima Do-
mini liberalitas! quæ sine vllo limite omnibus
omnia, quæ eis expediunt, bona promittit, &
affluenter elargitur.

Peroratio. §. 5.

HAc igitur spe erecta, cum sponsa Eccle-
siæ, cuius membrum es, dicito cœlesti
sponso & magistro; *Osculetur me osculo oris sui*, pe-
tens ab illo spiritum eruditionis & amoris. Hic
est enim duplex ille spiritus, quem Eliseus po-
stulauit ab Elia, & respondit ei, *Rem difficilem po-* 4 Reg. c. 2 v. 2.
stulasti; sed Deo nihil est difficile, & precanti cū
fide & humilitate, nihil est impossibile. Pete er- Luc 11. v. 13.
go hunc duplicem spiritum, non ab Elia, sed à
Christo: qui, vt pius pater, dat spiritum bonum
petentibus se: opta vt Salomon, & dabitur tibi D
sensus: inuoca, & veniet in te spiritus sapientiæ;
quæ te circa diuina erudiat, & inflāmet. Et quia,
iuxta Diui Dionysii sententiam, ab oratione in-
choandum diximus omnem actum & sermo-
nem nostrum, præcipue theologicum, illum ni-
mirum qui est de Deo, vel cum Deo, vel circa
ea quæ Dei sunt. Ideo quoties accesseris ad le-
gendum, vel scrutandum Scripturas sacras, &
hanc maxime quæ secretissima Dei cōtinet my-
steria: mentem tuam ad Deum eleua, tāquam ad ma-
gistrum & patrem amantissimum, dicēs illi, *Os-*
culetur me osculo oris sui. Vtinam in hoc actu Deus
ipse propriu ore me intus instruat, & erudiat, ac
in sui amorem inflammet; quia sine ipso nihil
dicere, nihilque boni valeo diligere. Eia, Domi-
ne, osculare me nunc osculo oris tui, vt te, tuaq;
mysteria perfecte noscere, & amare queam. Hoc
egregie sic explicat Origenes: Quoties in corde Hom. 1. in Cant.
nostro aliquid, quod de diuinis dogmatib. quę-
ritur, inuenitur, toties oscula nobis data esse à
sponso Dei Verbo credamus. Vbi vero quæten-
tes inuenire non possumus, tunc affectu huius
orationis assumpto, petamus à Deo visitationē
eius, dicentes, *Osculetur me osculo oris sui.*

Debes autem hāc precem fundere animo ad
eruditionem Dei recipiendam bene præparato;
iuxta illud Psalmistæ, *Apprehendite disciplinam, ne* Psal. 2. v. 12.
quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta. V-
bi eodem verbo *nasak*, vtitur; quod est, *Osculami-* De his plura in exhort. 7.
ni disciplinam: vel vt alii vertunt, *Osculamini puri-*
tatem: vt sensus sit; Si cupitis Deum habere pro-
pitium, mente percipite doctrinam, quam vos
docet, osculamini, amplectimini, & diligite il-
lam; mateq; puritatem, & sanctimoniam, quā
sua suggerit eruditione. Sed quoniam oportet
etiam ipsum magistrum amare, & reuereri, hoc
insinuant aliæ versiones. Nam Aquila vertit,
Osculamini filium: & Diuus Hieronymus, *Adorate*
filium. vel adorate purè; dicens Prophetiam esse de
Christo, & de adoratione eius; quæ vocabulo o- Vide Pineda in cō. ad
sculandi explicetur, eo quod ab antiquis ado- Iob 31. v. 27
ratio osculo fieri solebat. Oportet ergo quod a- Si osculatus sum
mes, & osculeris filium Dei sapientiam Patris, manum
qui proprio ore te erudiuit, & etiam reuerearis, meam.
& adores illum quoties ad orandum, vel audi- & infra exhort. 14. § 1.
endum verba illius accesseris. vt ipse te dignetur
osculari osculo oris sui, & in suam recipere ami-
citiam, in sęcula sæculorum. Amen.

EXHORTATIO III.

De septem præclarioribus beneficiis, quæ ex di-
uina erga nos charitate procedunt: quam in-
gens bonum sit amari à Deo: qua instantia
& quo titulo sit petendum.

Osculetur me osculo oris sui, quia me-
liora sunt vbera tua vino.

DIVINVS Bartholomæus, teste magno Lib. de mystica Theologia cap. 1.
Dionysio, Theologiam, id est, doctrinam
de Deo à Deo traditam, plurimam esse asserere-
bat, & minimam; Euangeliumque & latum
& magnum, rursusque concisum: hac for-
te de causa inter alias, quod sub minimis, &
submissis parabolis & metaphoris, breuissimis-
que verbis plurima, & augustissima celat my-
steria. Quod in huius Cantici exordio vide-
re licet. Si enim quod foris sonat, attendas,
quid tam minimum, & submissum; quam *os-*
culetur me osculo oris sui? Sed quid tam plurimum,
& augustum, si quod intus latet, contemple-
ris? Hæc enim breuissima prece humilis &
magnanima Dei sponsa tam ingentia sibi bene-
ficia, dona, & diuina amoris signa petit, vt maio-
ra, one

ra nec homo vel Angelus valeat cogitare, nec A Deus promittere, vel elargiri; quæ totius Cantici Canticorum, imo vniuersæ Scripturæ sacræ sunt argumentum; & omnis sanctitatis felix initium, progressus mirabilis, & consummata perfectio. Quæ ad septem capita reducemus, tanquam septem oscula oris Dei. Nam si vocem Hebræam attendas, sponsa non vnum osculum petit, sed plura: *Et osculetur me*, ait, *osculis oris sui.*

Explicanda sunt autem per metaphoram osculi corporei, quo se homines osculantur in signum beneuolentiæ, & amicitiæ: cuius frequens erat vsus etiam apud fideles in primitiua Ecclesia, & ab Apostolis vocabatur osculum sanctum: ad cuius similitudinem cõcipiendum est osculũ spirituale, quasi quidam spiritualis cõtactus & coniunctio vnius ad alterum, per amoré erga illum aliqua sui erga eum amoris signa præbens: & quando amor est mutuus, mutuum erit & osculum. Cum ergo inter Deum & homines mutua sit amicitia, & reciproca charitas, duplex etiam erit osculum: Vnum quo nos osculamur Deum, de quo sponsa ad finem Cantici ait: *Quis mihi det te fratrem meum, &c. vt deosculer te.* Alterum quo Deus osculatur nos, de quo nunc potissime inquit *Osculetur me osculo oris sui*, id est, vniat se mecum, meque cum ipso, vnione amoris sui. In vtroque autem inueniuntur vera amoris signa; quia nec Deus iustos, nec iusti Deum diligunt tantum verbo & lingua, sed opere & veritate: & qui abscondit ignem in sinu suo, necesse est vt vestimenta illius ardeãt. Hoc tamen interest inter vtrumque, quod nos per amoris signa, quæ sunt obedientia & sanctitatis opera, nihil ipsi Deo præstamus, quo in se melior aut beatior fiat: *Ego enim dixi:* (ait Dauid) *Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Cæterum signa amoris Dei non sunt inania & vacua, sed plena & efficacia, quæ ingentia nobis imprimunt bona pro amoris qualitate. Vnde fit tot esse oscula Dei nostri, quot sunt dona ipsius, quibus per hunc amatorium contactum nobis coniungitur, vel ipsam perficit coniunctionem: & licet omnia oscula ore fiãt, congrue tamen dicuntur oscula oris Dei, quoniam Deus ore suo dona isthæc efficit: *Verbo enim Domini* (ait Psalmista) *cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.*

1 Petr. 2. v. 14. — Ad Rom. 16. v. 6. — Cant. 8. v. 1. — 1. Ioan. 3. v. 18. — Prou. 6. v. 27. — Ps. 15. v. 2. — Ps. 32. v. 6.

Septem esse suprema Dei dona. §. 1.

CVM ergo septem sint præclariora Dei dona, septem præcipue assignamus oscula in hunc modum. Primum est osculum incarnationis, quo Verbum diuinum per vnionem hypostaticam naturam sibi iunxit humanam, in D qua pro nobis mira egit, docuit, & passus est, cæterasque vniones, & Dei dona hominibus promeruit. Secundum huic proximum est, quo ipsa persona Spiritus sancti nobis datur, vt in nobis sit, & maneat intime vnitus, suaque nobis dona diffundat. Ex vtroque autem reliqua dona procedunt, quibus anima reconciliatur, erudit, & perficitur: quorum primum in genere est lex euangelica, quæ lex est gratiæ & charitatis, quam Christus Dominus ore proprio docuit, Spiritus sanctus cordibus impressit, & Apostoli prædicauerunt vniuerso mundo, vt recipientes illam Deo manerent vniti, ac reconciliati. Hinc variæ procedunt vniones, & oscula, quæ ad triplicem statum spectant: eorum scilicet qui dicuntur incipientes, proficientes, & perfecti. Peccatoribus enim pœnitentibus tribuitur osculum reconciliationis per gratiam iustificantem, qua Deus sibi animam coniungit. Et quidem infidelibus ac infantibus exhibetur per Sacramentum Baptismi, reliquis per Sacramentum Pœnitentiæ. Post accedunt oscula amicitiæ iam initæ, siue fundendo incrementa gratiæ, siue peculiaria auxilia præbendo ad præclara virtutis opera, maxime vero vitæ contemplatiuæ, quæ ad iucundiorem cum Deo eleuant vnionem per osculum intimæ familiaritatis cum ipso. Ad hæc præ aliis conducit diuinissimum Eucharistiæ Sacramentum B preciosissimique corporis & sanguinis Christi communio, qua ipse in nobis, & nos sumus in ipso. Et tandem osculum felicitatis æternæ, quo diuina essentia vnitur beatis in patria, vt ea clare visa perpetuo fruantur.

En septẽ dona munificentissima, vel infinitæ vel supremæ dignitatis, & excellentiæ cuncta alia dona incomparabiliter superexcedẽtia, quæ spectãt ad perfectas & consũmatas nuptias spirituales inter Deum & Ecclesiam, vel pias animas: in quibus vniuersum hoc Canticum versatur. Quæ quidem olim promissa fuere antiquæ ecclesiæ, & reuelata sub multis figuris, ænigmatibus, & corporeis similitudinibus, quibus scatet liber iste, quem proinde non immerito comparauerim libro, quem Ioannes vidit septem sigillis obsignatum, quemque agnus aperuit, dum septem signacula soluit. Nam Canticum istud ante Christi aduentum hæc septem mysteria ita obsignata vmbrarum sigillis occludebat, vt vix legi, vix posset intelligi: Nam quæ C sigilla obscuriora esse possunt, quam carnalis amoris & connubii proprietates, quibus signatur, & inuoluitur purissimus Dei amor, & spirituale connubium carni aduersum? Hæc tamen aperuit innocentissimus Agnus; postquam Deus factus est homo, & cuncta hæc mysteria opere perfecit, & sensum aperuit, vt Scripturas, & hanc præ aliis obscuriorem possemus penetrare.

Apoc. 5. v. 1.

Sub hac igitur osculi metaphora, Ecclesia hanc primam & sublimem profert precationẽ, hæc septem dona petens, cum ait: *Osculetur me osculo oris sui.* Ac si diceret; Vtinam mihi & omnibus tribuat osculum Incarnationis Filii sui: singulis vero peccatoribus osculum reconciliationis & gratiæ qua iustificentur; Iustificatis autem osculũ insignis amicitiæ, quo illos magnificet, & perfectus faciat; Vtinam Spiritus sanctus adueniat, & cunctos repleat, legem cordibus imprimat; & Christus suo corpore & sanguine nos saginet; ac tandem ad osculum felicitatis æternæ perducat. O mira & stupenda oratio! ô verbum breue! sed fidele, sed plenum sapientiæ, & gratiæ, ac omni acceptione dignum. Vere Domine Verbum breuiatum fuisti super terram, dum sub breui Scripturæ verbo tot includis mysteria adeo præcelsa; de quibus Propheta ait: *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus iis qui diligunt illum.*

Ad Rom. 9. v. 28. — Ex Isa. 64. v. 4.

Nobis

1. Cor. 2. v. 9. *Nobis autem*, inquit Paulus, *reuelauit per Spiritum sanctum*. Cui immensas debemus gratias agere, quia reuelauit, & participes posse fieri concessit. Cuncta ergo mente complectens, eorumque participem esse desiderans, dicito illi: *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino.*
Esa. 62. v. 2.

In his donis Dei amorem quasi maternum splendescere, & ab eo progredi. §. 2.

SEd cur quæso petens osculum, quod ore fit, non ait, quia meliora sunt labia tua vino, sed vbera tua? Quid vbera ad osculũ? Multum quidem, si quid significent attendas. Loco vberum multi legunt, *Amores tui*; Nam vox Hebræa *Dog*, anceps est; & tam vbera quam amorem, significat: Et quia vbera circumsepiũt pectus, quod est amoris sedes, pro amore etiam vsurpantur. Hæc igitur oscula, & Dei dona merito vbera, & amores Dei vocantur omnibus rebus mundi, cũctisque aliis amoribus meliores, & preciosiores, quia in illis nihil aliud splẽdet, & flagrat, nisi diuinus amor. Et quid est incarnatio Verbi, nisi amor Dei? quid aduẽtus Spiritus sancti, nisi Dei amor? Quid lex Euangelica? quid Baptismus? quid Pœnitentia? quid sacratissima Eucharistia; nisi amores Dei? Quid iustificationis gratia, incrementum eius, & perfectio, & gratia consummata, quæ est gloria? Amores quidem sunt Dei; quia cuncta hæc amorem spirant, amorem accendunt, nutriunt, angẽt, & perficiunt. Lapides sunt igniti, carbones ignis super caput nostrum congesti, vt illis igniamur ad redamandũ Deum ita nos amantem: non enim potuit Deus maiora sui erga nos amoris signa præbere, quã per hæc dona præbuit. Nam sicut Saluator noster dixit,
Io. 3. v. 16. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret*. Ita etiam dicere possumus: Sic Deus dilexit mundum, vt Spiritum sanctum suum ad illum mitteret, vt legem Euangelicam ei tulerit, vt osculum recõciliationis offerret, vt pretiosissimo corpore & sanguine suo nutriret, vt ad summam amicitiam, & æternam felicitatem vellet eleuare. Quid his magnificentius? quid iucundius, & amabilius? Cur ergo non redamas ita te amantem, ingentia pro viribus tui in eum amoris signa præstans?

Sed adhuc aliquid dulcius in hoc diuino amore considera, vt amplius & mireris, & inflammeris ad redamandum. Sic enim excreuit, vt nõ solum Deus Patrem nostrum, sed etiã matrem se vocet, & materna nos dilectione prosequatur: quod verba ista sponsæ clare indicant; propter hoc enim vbera, quæ ad matres spectant, ei attribuit, vt intelligamus qualitatem amoris eius; à quo osculum petit, non solum tanquam à sponso, sed tanquam à piissima matre erga filiam quam genuit, fouet, nutrit, & lactat, quibusdã suæ ineffabilis & maternæ charitatis vberibus, quæ vehementer desiderans, ait: *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino.*

Is. 49. v. 15. Hunc erga nos maternum amorem expressit ipse Dominus per Isaiam dicens: *Nunquid obliuisci potest mater infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui?* Quasi dicat; Maiori te prosequor amore, quam mater filium paruulũ qui ab eius pendet vberibus. Amant quidem pater & mater filios suos, sed pater nomen est honoris, & reuerentiæ, amorisque, grauitate tamen ac seueritate coniuncti. At mater nomen quidem est reuerentiæ, sed magis affert prouidẽtiæ, indulgentiæ, ac amoris intentioris. Vnde Aristoteles dixit, Matres magis esse amantes filiorum; quia laboriosior est generatio matrum; & magis sciunt suua esse filios, quam patres. Deus autem vtrumque simul nomen amplectitur, & munus plenissime obit. Vnde quidam sapiens (vt refert Clemens Alexandrinus) Deum vocabat; *Metropatora*, id est, *Matripatrem*, quia matris & patris officium gerit, dum creaturas efficit, generat, seruat, nutrit, & ad incremẽtum perfectionemque deducit. Quod sic explicuit Philo: Rerum (inquit) opificem patrem suæ creaturæ iuste possumus dicere, matrem autem scientiam, seu sapientiam ipsius, cum qua congressus Deus nõ humano amore præseminauit creaturam. Illa vero Dei semine concepta enixa est iusto partu vnicum illum dilectum sensibilem filium; mundum hunc, & ad has mysticas allegoricasque nuptias sapientiæ diuinæ, & ipsius Dei reuocare nititur Philo Canticum istud Salomonis. Sed relictis his allegoriis, nobis sat sit, quod Deus omnium opifex, qui, teste Salomone, sapientia fundauit terram, & stabiliuit cœlos prudentia; gerit erga nos munera patris & matris, longe excellentius quam terreni parentes. *Pater enim meus* (ait Dauid) *& mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me*: quia ardẽtius, quam pater, & mater, me diligebat. Si enim pater est, & mater creaturarum insensibilium; *Nam quis*, inquit, *est pluuiæ pater, aut quis genuit stillas roris, de cuius vtero egressa est glacies, & gelu de cælo quis genuit?* Multo magis erit pater & mater hominum, maxime autem iustorum? Quod dulcius expressit iterum per Isaiam, dicens, *Audite domus Iacob, & omne residuum Israel, qui portamini à meo vtero, & gestamini à mea vulua. Vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad canos ego portabo, ego feci, & ego feram, ego portabo, & sanabo.* O amor incomprehensibilis, & vere innominabilis; omnium patrum & matrum amorem in infinitum excedẽs! Cæteræ matres tantum nouem mensibus fœtum intra vterum gestant, fouent, & ad debitum incrementum perducunt, suntq; illi lecti, oris, oculorum, pedum, & manuum, & instar lecticæ, qua huc illucque vehitur, & quasi murus, ac præsidium, quo ab omnibus periculis pseruatur; post partum vero tribus tantum annis suis vberibus lactant, fasciis inuoluunt, portant brachiis; eiusque in omnibus curam gerunt. Cum filiolo ludunt, fabulantur, & delectantur millies osculantes illum, & præ amoris magnitudine nihil ducunt labores omnes. At postquam filius adolescit, multa istorum cessant, quia nec matres decent, nec filii indigent. Non sic Deus noster, sed tanquam piissima mater hæc munia nobiscum multo excellentius exercet: ex quo cœpimus esse, & nati sumus per omnem ætatem, vsque ad senectam & senium, & vsque in finem; quia cum immensus sit, vbique existens, omnia sciens, potens, & operans; etiam omnes nos quasi intra vterum inclusos continet, id est, intra suam diuinitatem, sapientiam, omnipotentiam, & charitatem, quæ sunt ipsemet Deus, in quo viuimus, Act. 17. v. 28.

9. Eth. c. 7.
Lib 5. Stromatum de Orpheo.
"Lib. de "Temulentia. "Vide Pinedam in Iob 38. v. 28. "qui plura refert.
Prou. 3. v. 19.
Ps. 26. v. 10.
Iob 38. v. 28.
Is. 46. v. 3.

Ps. 21. v. 11. Deut. 32. v. 6. 8. mouemur, & sumus, in quem proiicimur, cum A ex vtero matris progredimur, ipseque continuo nos alit, nutrit, vestit, & ornat. Ipse nos suis brachiis portat, & velut aquila extẽdens alas, super eas assumit nos, miram solicitudinem, ac curam nostri gerens. Estque nobis instar domus, lecti, ac lecticæ, & muri ignei omni ex parte nos circumcingentis, vt ab omnibus nos malis eruat, tantoque id præstat matris affectu, vt dixerit, *Zac. 2. v. 8.* *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei*; quia sicut oculi pupillam, ita ego vos intra me contineo. *Ps. 16. v. 8.* Vnde Sapientia eius increata (quæ ipse est, aut filius ab eo genitus) à qua hæc prouidentia materna oritur, matrem omnium se vocat, & quasi mater cum iustis conuersatur, *Sap. 7. v. 12. Prou. 8. v. 30.* *Cum eo* (inquit) *eram cuncta componens, & delectabar per singulos dies, ludens in orbe terrarum, & deliciæ meæ esse cum filiis* B *hominum*: Quos meæ amicitiæ, & familiaritatis capaces feci, & consolationibus replere non desino: Nam, *Ecce ego*, ait Dominus ad Ierusalem, & filios eius) *declinabo super eam quasi fluuium pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam Gentium, quam sugetis: ad vbera portabimini, & super genua blandientur vobis: quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, & in Ierusalem consolabimini.* *Is. 66. v. 12. In exhort. 17. fuse explicatur locus iste.*

Quid ergo mirum quod Ierusalem, quæ est Ecclesia, vel anima iusta, inspiciens Deum non solum patrem, sed matrem esse hominum & iustorum; cupiat hunc amorem maternum experiri, & dicat, *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino.* Id est, Vtinam tam amorem matris erga me ostendat, matrisque munia in me exequatur: quia tua, ô Domine, materna vbera omnibus aliis amoribus & delectationibus sunt meliora, & pretiosiora. Si altum sapere videor, tu fecisti, ô sponse, qui matrem te esse profiteris, vberaque te ostendis habere: audeo sane pietatis memor, immemor maiestatis. Vtinam & tu hunc amorem mater- C num Dei agnoscas, eiusque miros effectus experiaris, vt te amantem, redames, & ita te charitate & obedientia præstes filium, sicut ipse præbet se patrem & matrem.

De amore Dei beneuolentiæ, & amicitiæ, & quam magnum bonum sit amari à Deo, amore amicitiæ. §. 3.

ASSIGNEMVS iam huius diuini & materni amoris duo vbera, quæ fontes sunt omnium donorum, quæ à Deo procedunt; nam præter amorem necessarium, quo Deus seipsum amat, duos in ipso constituimus amores liberos erga creaturas, maxime erga homines. Alter est beneuolentiæ generalis erga omnes, alter specialis amicitiæ, & charitatis erga iu- D stos, & electos. Vterque autem instar duorum vberum producentium lac, fons est omniũ bonorum, quæ hominibus communicantur. Nam (vt magnus testatur Dionysius) ipse auctor beneficus, entium amor, cum in bono excellenter esset, nequaquam ipsum in seipso manere infœcundum permisit, sed ipsum ad operãdum mouit per excellentiam cuncta gignentem; & pro amatoriæ bonitatis magnitudine extra se, fit, vt omnia producat, ac gubernet: & rursus ad se omnia reducit; in quo diuinus amor *c. 4. De diuinis nominibus.*

A sine caret, atque principio, veluti circulus quidam sempiternus propter bonum, ex bono in bonum certa & nusquam errante glomeratione circuiens, & in eodem ac secundum idem, & procedens semper, & manens, ac remeans. Hæc Areopagita, docens amorem Dei, sicut & ipsum Deum, A & Ω, principium esse & finem creaturarum & donorum, quæ ab ipso fluunt. *Apoc. 1. v. 8.* Et sicut in perfecto circulo, qui in seipso fine caret & principio, assignamus vnum & idem punctum, à quo circuitio ipsa quasi inchoet, & in quo finiatur: sic à Dei amore omnia initium sumunt, & in ipsum refluunt, quia omnia Deus ad sui amorem conuertit, qui cuncta propter se operatur.

Hũc circulum perficit diuinus amor septem *1. Ioan. 4. v. 10.* B donis commemoratis. Nam (teste Diuo Ioanne) *In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propitiatorem pro peccatis nostris.* Charitas ergo Dei nos amore præueniens, dedit nobis Filium; & propter Filium tribuit Spiritum sanctum; & per vtrumque reliqua cœlestia dona vsque ad vltimum vitæ æternæ, quo nos ad seipsum reducit, & suo amori æterno vnit: iuxta illud Ieremiæ, *Ier. 31. v. 3.* *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans*; id est, Quia te ab æterno dilexi, te vocaui, iustificaui, magnificaui, post me, & ad me attraxi.

Hinc fit nullum esse maius aut optabilius bonum, quam à Deo amari eo amore, quo in nobis sua supernaturalia efficit dona, nihilque instantius, & ardentius ab eo petendum, quam quod nos ex charitate amet, & huius amoris interna signa seu effectus præbeat. Vtrumque autem complexa est hæc prima sponsæ oratio, *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino.* Cuius elatior sensus est: Vtinam Deus amore quo amat amicos suos, me C amet: quia amor iste suus & effectus eius sunt mihi multo meliores, vtiliores, & iucundiores, quam quicumque alii amores: quo spiritu crebro repetenda est huiusmodi iaculatoria deprecatio.

Et hæc est causa valde notanda; cur sponsa Dei amatrix non exordiatur canticum à desiderio amandi, & osculandi Deum: Non enim dicit, osculer illum osculo oris mei, sed potius, *Osculetur me osculo oris sui.* Desiderans & petens amari ab illo, amabat quidem Deum, alioqui non peteret ipsius osculum, quia nos non petimus oscula ab inimicis vel extraneis, sed ab amicis, & consanguineis: & charitas, quæ amicitia vera est, magis inclinat (sicut dicit Angelicus Doctor) & magis petit proprium actum, qui est amare amicum, quam D alienum, qui est amari ab amico. *22. q. 27. a. 1. ex Arist. 8. Eth. c. 8. 1. Io. 4. v. 10.* Cæterum quia scit se non posse amare Deum, nisi prius ametur ab ipso, ideo amari desiderat, & à Deo petit quod ipse præueniat amando, vt ipsa amplius amet, & quod ipse osculetur eam, vt ipsa possit osculari eum. Vnde in fine Cantici desiderat iam aduentum sponsi, *Vt* (inquit) *osculer te.* Est enim mirabilis quidam circulus in his amoribus; cupio amari, vt amem; amo, vt amer; & vt iterum amplius amem. Si vis amari, ama: *Nam ego* (inquit Dominus) *diligentes me diligo: & si quis diligit me, diligetur à Patre meo,* *Prou. 8. v. 17.*

... tre meo, & ... amicum. E quod ... e Diuo A Augustin ... dicitur, vtamentis, quam ... nando, Nam sicut ignis generat ... , ita ... Sed quia propter nu... ... tatem, & excellentiam supernaturalis ... nis, non possumus Deum amand... re, ... præuenit nos tot tantisque be... s, vt si amare piguit, saltem tedamare non pigeat.

Amorem Dei erga nos esse titulum efficacem ad impetrandum. §. 4.

VNon ... fit, nullam efficaciorem ad impetranda Dei dona, rationem posse afferri, quam quæ ab amore quo Deus nos amat, desumitur: quod probe nouerant sorores Lazari, quæ Christum ardenter amabant, B & cum salutem fratri infirmanti impetrare desiderarent, hoc solum Christo Domino dixerunt: *Ecce quem amas infirmatur.* Cum enim multas caussas haberent, quibus animum Christi Domini ad sanitatem præstandam inducere possent, potissimam elegerunt, quæ ex amore deducitur: Et quamuis allegare possent amorem infirmi erga Christum, dicentes, Ecce qui te amat infirmatur; quia hoc videbatur sufficere, vt illum sanare vellet, & amanti benefaceret: Sicut Iudæi intercedentes pro Centurione dixerunt illi, *Dignus est vt hoc illi præstes: diligit enim gentem nostram.* Cæterum aptius motiuum, & efficacius induxerunt; scilicet ipsum Christi amorem erga infirmum; quia preces, & cætera omnia ad hoc tendunt, vt voluntatem subuenientis inclinent erga eum cui subueniendum est: propter quod tantum dixerunt, *Ecce quem amas infirmatur.* Nam (vt dicit Diuus Augustinus) amanti sat est nunciasse: Et amor (inquit Diuus Gregorius) etiam pigras mentes ad opus excitat, nec calcaribus indiget; quanto ergo magis C amor Dei excitabit ipsum, qui impiger est, & nostri boni solicitos? Si igitur Ecclesia, quam Deus diligit, videns se oppugnatam, & afflictã, a ein multis suis membris infirmam, Christo diceret, Ecce quam amas, impugnatur, & infirmatur; Nonne efficacissimam omnium ad impetrandum caussam adduceret? Nam sub hoc verbo, quem amas, includuntur omnes diuini amoris erga ipsam effectus, & signa: Ac si diceret, ecce propter quam factus es homo, propter quam natus, circumcisus, passus, crucifixus, & mortuus es; hæc infirmatur: amor ergo tuus subueniat dilectæ, quia potentissimus est ad subueniendum illi.

Ioan. 11. v. 3.

Luc. 7. v. 4.

Tract. 49. in Ioan.

Lib 6. Mor. c. 17.

Ad hunc ergo modum in hoc loco, cum tot tantaque dona peteret à Deo sub his verbis; *Osculetur me osculo oris sui:* efficacissimam rationem subiungit, *Quia meliora sunt vbera tua vino;* D id est, quia scio te erga me habere materna vbera amoris, & dilectionis plena: & iste amor tuus melior & potentior est, quam quiuis amor alius; infinite enim tuus amor excedit nostrum: & ideo non nostrum allego, sed tuum. Congruentissime autem Salomon diuinum amorem comparat vberibus, quæ sunt quid viuum & lactis productiuum: nostrum vero, vino iam ab vuis expresso, quod est quid mortuum, nec excrescit, nisi ab extrinseco agente aliquid additur. Non enim dixit meliora sunt vbera tua quam botri, vel melius est lac tuum quam vinum: sed tua vbera vino sunt meliora, vt significaret quod diuinus amor est viuificus à seipso, & omnis boni productiuus. At amor noster ex se vim non habet excrescendi, nisi à Deo ipso adiuuetur & perficiatur; quia non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi à nobis, sed omnis nostra sufficientia ad bene cogitandum & amandum ex Deo est, sine quo nihil valemus facere. Cuncta etiam nostri amoris fortitudo, constantia, & inuicta potentia, si quam habet, ex diuino amore procedit, & ab illo recipit. Vnde celeberrimum illud charitatis encomium, quod Paulus prædicat, dicens, *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia?* &c. *Certus sum quod neque mors, neque vita, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu.* Licet intelligatur de charitate, quam Ecclesia & Sancti habent erga Deũ, & Christum; tamen etiam intelligendum est de charitate quam Deus & Christus habet erga illos, à qua inseparabilis virtus nostræ charitatis procedit. Ideo enim nulla creatura Ecclesiam à charitate quam habet, separare potest; quia nequit separare illam à charitate, qua Deus eam prosequitur: & ideo hanc primo loco petit, cum ait, *Osculetur me osculo oris sui.*

2. Cor 3. v. 5.

Ad Rom. 8. v 35.

Sed ne veritas fidei, quæ traditur vt nutriat humilitatem, ignauiam pariat, simul hæc duo obseruare debes; vt ita firmiter credas necessarium esse quod diuinus amor tuum præueniat, excitet, & continuo adiuuet, ne languescat, deficiat, & pereat: quod tamen eo nems ad diuinum amorem inquirendum, ac si tu deberes illum præuenire, & excitare. Quo sensu dixit Diuus Ambrosius, Non expectes vt excitet te Christus, sed potius excita tu Christum. Vnde mirum splendet artificium diuini Spiritus in hoc Cantico; in quo priusquam sponsus, vel semel loquatur, sponsa non tantum semel, sed bis, & ter orat, dicens, *Osculetur me: trahe me: indica mihi:* Sub trina autem oratione frequens, & importuna oratio intelligitur, iuxta illud Pauli, *Ter Dominum rogaui.* Vt quid autem hoc? nisi vt intelligas quod etsi nihil possis, nisi à Deo præuentus, & excitatus; tamen tibi omnino incumbere, Dei amorem omni conatu inquirere, & quasi illum excitare, orationibus, gemitibus, suspiriis, ieiuniis, & aliis piis operibus, ingentia signa amoris Deo præbens, vt illum ad te redamandum prouoces. Vnde Diuus Augustinus notat, quod illa trina repetitio precis, quam Christus Dominus commendauit, dicens, *Petite, quærite, & pulsate:* non tam diuersam rem indicat, quam eandem instantissimam petitionẽ, importunum conatum, & sedulam diligentiam ad id quod desideramus obtinendum.

In id Ps. 36. Os iusti meditabitur sapientiam.

2. Cor. 12. v. 8.

1. Retract. c. 19.

Matt. 7. v. 19.

Luc 11. v. 9

His præiactis fundamentis ad singula Dei oscula, & ingentia eius beneficia declaranda accedamus: vt per ea in ipsius amorem rapiamur, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

A

EXHORTATIO IV.

De promißione Incarnationis Dominicæ, & desiderio ipsius, quo flagrabat antiqua Ecclesia propter ingentia bona, quæ ex illa prouenient vniuerso mundo, & quæ fuerint ista bona.

Osculetur me osculo oris sui.

Pro Festo Annunciationis.

SVPRAMVM diuinæ erga nos charitatis indicium fuit sacrosanctum Dominicæ Incarnationis mysterium, cuius desiderium prophetico afflatus spiritu expressit Salomon nomine antiquæ Ecclesiæ, dicens, *Osculetur me osculo oris sui*: quibus verbis etiam beatissimæ ac indiuiduæ Trinitatis innuit arcanum, sine quo incarnatio Dominica non posset intelligi. Vtrumque autem sub osculi metaphora explicatur; Nam cum duo amici nimio amore se osculantur, non solum os ori iungunt, sed illum externum contactum eo affectu efficiunt, vt cor cordi, animum animo agglutinare cupiant, vt, quemadmodum dixerunt antiqui Philosophi, ex duobus vnum fiant. Cupiunt quidem, sed non efficiunt. At Pater æternus suam diuinam essentiam comprehendens, & proprio ore loquens, ac dicens, generat Verbum, quod est filius vnigenitus, valde dilectus in quo sibi complacet; quemque eadem generatione altissimo osculatur modo, communicans ei suammet essentiam, charitatem, & amorem, ita vt sint vnus Deus, vna charitas, & vnus essentialis amor. Vnde Filius nuncupatur osculum oris Dei, osculum inquam infinitum, æternum, ac increatum, sed à Patre genitum: est enim illa sapientia increata, quæ ait, *Ego ex ore Altißimi prodiui.*

Arist. 2. Polit. c. 2. ex Aristophane.
D. Tho. 1. q. 28. art. 1 ad 2.
Eccl. 24. v. 5.

Hoc osculum decreuit Deus humanæ naturæ communicare, eam vniendo personæ filii sui, quadam mirabili vnione, quam hypostaticam vocamus: qua ita filius vnitur humanitati, vt vnus & idem sit Deus, & homo, vnus Christus. Ideoque Ecclesia tantum mysterium desiderans, osculetur me non quidem ore suo, quod est ipse Pater, sciebat enim Patrem non fore incarnandum; *Sed osculetur osculo oris sui*: „ quod est Filius ab ore Patris progenitus, qui „ se nostræ vniuit naturæ: Felix osculum (ait „ Diuus Bernardus) ac stupenda dignatione mi„ rabile, in quo non os ori imprimitur, sed Deus „ homini vnitur, & ibi quidem contactus labio„ rum complexum significat animorum: Hic „ vero vnio naturarum diuinis humana compo„ nit, quæ in cœlis sunt, & quæ in terris paci„ ficans. Est enim pax nostra qui fecit vtraque vnum.

C

Ser. 2. in Cant.
Ad Eph. 2. 2. 14.

D

Sed quoniam Ecclesia nunquam posset, nec auderet tam ineffabile ac stupendum osculum desiderare, vel petere, nisi prius sibi à Deo reuelatum esset, & promissum, ac fiduciam illud postulandi obtinuisset, oportet prius explicare quando, qua occasione, quo fine, & quomodo id Deus manifestauit, vt sciamus ex quo tempore Ecclesia hoc mellifluum eructauit verbum, *Osculetur me osculo oris sui.*

A

De reuelatione Incarnationis futura ab facta Adæ. §. 1.

VIx creatus fuerat Adam quando ipso dormiente, ex costa eius fabricata est Eua, euigilans autem à somno id quod dormiens sed a diuina illustratione cognouerat prophetico spiritu manifestauit, dicens: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: quamobrem relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ & erunt duo in carne vna.* Quæ verba Diuus Paulus de Christo & Ecclesia interpretatur. In illo enim mystico sopore Adam, qui teste D. Hieronymo, incarnationis futuræ primus fuit vates, fidem, vt docet D. Thomas, ac reuelationem huius mysterii accepit; credens quod aliquando Verbum Dei fieret caro eiusdem naturæ cum carne Ecclesiæ, id est, congregationis hominum ab ipso deriuandæ; vnde Deus & homo hypostatica vnione esset vnus Christus, Christus vero & Ecclesia vna caro, & vnus spiritus per spirituales nuptias, inter vtrumq; celebrandas. Præsciuit quidem Adam Christum futurum, sed non tanquam Redemptorem, quia nondum se fecerat Diaboli seruum; Nec decebat (vt inquit Diuus Augustinus) illum sui casus præscium fieri. Solum ergo præsciuit Christum venturum ad illas magnificas nuptias celebrandas, vt homo qui per naturam est paulo minus ab Angelis minoratus, per eãdem vt à Deo assumptam, super omnes Angelos esset euectus. Quo fine nomine Ecclesiæ futuræ, si non verbo, saltem affectu, & desiderio cœpit dicere, *Osculetur me osculo oris sui*: desiderans opportuno tempore tanti mysterii participem fieri,

Gen. 2. v. 23.
Ad Eph. 5. v. 32.
Hieronymum loc. cit.
2. 2. q. 2. art. 7. & 3. p. 1. ar. 3. ad 5. Vide ibi Suarez.
B
Mat. 22. v. 2.
Lib. 11. de Gen. ad lit. c. 18. to. 3.

At diabolus callidissimus serpens, qui cum in cœlo esset, eiusdem mysterii, vt insinuat Diuus Thomas, nonnullam reuelationem & fidẽ acceperat, inuidia & liuore percitus, sciens promissiones futurarum nuptiarum, quæ sponsalia dicuntur, rescindi posse si sponsa sit adultera, & infida, suspicansque forte Deum tantum fore incarnandum ex pacto, quod homo ex prohibito cibo non comederet: statuit hominem aggredi, vt illum deciperet, & perimeret, ac hoc ingenti bono priuaret. Ideoque dixit eis, *In quacumque die comederitis, eritis sicut Dii, scientes bonum & malum.* Ac si diceret, non moriemini, sed diuinam consequemini dignitatem. Res successit ex voto. Consensit Adam, & periit: sed Diabolus cuncta quæ desiderauerat non obtinuit. Nam Deus misericors, de quo scriptum est, *Cum iratus fuerit, misericordiæ recordaberis.* Etsi iratus contra hominem, promissionem non rescidit, sed firmauit; nouamque tunc de Christo futuro, vt Redemptore, reuelationem contulit, vt supremam suam ac immensam etiam erga peccatores charitatem cõmendaret; *Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* O stupenda diuinæ charitatis dignatio! Quem mundum dilexit? illum qui in protoparente perierat. Ad quid dilexit? vt non periret, sed in æternum viueret. Et quantum dilexit? summum quod potuit, dãdo scilicet gratis ei filium suum vnigenitum, vt homo factus mundum redimeret, &

1. p. q. 64. a. 1. ad 4. ex D. Aug. lib. 4. super Gen. ad lit. c. 22.
C
Gen. 3. v. 5.
Aba. 3. v. 2.
D
Ad Ephes. 2. v. 4.
Io. 3. v. 16.

rer, & à D[illegible] liberaret. Nec occultauit dilectionem, sed in medio iræ patefecit amplius illam. A

Vix enim peccauerat Adam, quando venit ad illum spirans minas & maledictiones, sed m[illegible] icens ingentes miseri[illegible]rdias, & miserationes. Nam conuersus ad serpentem inquit, *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius: ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.* (*Ge. 3. v. 15.*) Tu enim seminasti inimicitias inter me & mulierem, ac virum eius; ego ponam inimicitias inter te & mulierem, ac semen ipsius, vt qui vicisti virum per mulierem, vincaris à m[illegible]iere per eius semen. Et quod est (inquit Rupertus) (*Lib. 3. de Trin. c. 19.*) semen mulieris, nisi solus Christus? Nam reliqui homines semen sunt viri, & mulieris; solus autem Christus solius fœminæ semen est, quia non ex viro genitus. B Ipse ergo per hoc semen conteret caput tuum, comminuet tuum regnum, auferet sceptrum, & potestatem; tuam astutiam, & calliditatem confundet, tollet peccatum mundi, nempe originale peccatum, quod est venenosum caput tuum, quo vniuersam inficis naturam humanam; conteret etiam omne caput seminis tui, eorum, scilicet, qui tuo parent imperio. Nam esto vt draco rufus, septem habeas capita (*Apo. 12. v. 4.*) ad deuorandum semen mulieris, cuncta confringentur ab illo, tu tamen insidiaberis calcaneo eius, (*Ps. 37. v. 13.*) quia ingeres te in extremis vitæ huius seminis mulieris, quod est Christus, & persequeris illum, ac cruci affiges, sed non vinces. Quin potius hoc calcaneo conculcaberis, & conteretur caput tuum, quia ibi *Abscondita est fortitudo eius, & egredietur Diabolus ante pedes eius.* (*Abacuc 3. v. 4.*)

Hæc fuit incarnationis promissio, quam præsentibus Adam & Eua Deus manifestauit serpenti, non propter ipsum deceptorem, sed C propter peccatores deceptos. At sermonem dirigit ad serpentem (sicut notat Rupertus) (*De victoria Verbi Dei c. 16.*) vt illum confundat; non ad Adam & Euam, qui adhuc erant rebelles, vt eos humiliet. Loquitur tamen audientibus illis, ne desperent, quia in medio iræ recordatus est suæ immensæ misericordiæ; infundens illis fidem Saluatoris & Messiæ venturi, per quem, pœnitentiam agentes, indulgentiam consequerentur & gratiam.

De exaltatione generis humani in Christo Domino. §. 2.

Pro Feria 2. Pentecostes, circa id, Sic Deus dilexit mundum.

EX tunc Ecclesia, quæ fuit in lege naturæ, & scripta, huius Saluatoris aduentum cœpit desiderare, dicens, *Osculetur me osculo oris sui.* Triplici ad hoc optandum excitata motiuo: scilicet D infinita præcellentia Christi venturi, multitudine ac magnitudine bonorũ quæ vniuerso mundo allaturus erat, & tãdem nostra propria indigentia, & inopia, malisque, quibus ipso absente eramus oppressi. Hæc tria vehementissimum excitabant tanti mysterii desiderium: quod tanto solet esse vehementius, quantum bonum quod speratur est maius & vtilius, & malum quo premimur, perniciosius est & vrgentius. Ad quod excitandum in nobis, hæc omnia complectens Christus Dominus dixit, (*Ioa 3. v. 16.*) *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret*; ecce infinitam excellentiam doni: *Vt omnis qui credit in ipsum non pereat*; en liberatem à summis malis: *Sed habeat vitam æternam*; Ecce repletionem in supremis bonis, quod sic perpendit Diuus Chrysostomus: (*Ho. 27. in Gen.*) Stupescens, inquit, tonitrui filius, considcransque charitatis diuinæ excellentiam, clamabat, & dicebat, *Sic Deus dilexit mundum*: Vide quãto miraculo plena sit hæc dictio, *Sic*: Dic igitur nobis, beate Ioannes, quomodo sic? dic mensuram, dic magnitudinem, doce nos excellentiam, *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis, &c.* Vidisti causam aduentus filii Dei hanc esse, vt per fidem in illum qui perituri erant saluus occasionem inuenirent. Sic Chrysostomus: sed non amplius perpendamus. Nam quid rogo sublimius, vtilius, aut iucundius nobis potuit accidere, quam vnum hominem eleuari ad infinitam dignitatem vnigeniti filii Dei: & humanam naturam gloriosissimas nuptias (si ita licet loqui) cum ipso Verbo æterni Patris celebrare? Quãuis enim Verbum diuinum vnicam assumpserit humanitatem, eamque solam hoc singulari osculo oris sui osculata sit, in ea tamẽ omnes quodam modo assumpsit humanitates, & osculatus est homines, qui vnum cum ipso eorum capite mysticum corpus constituunt: Vnde vniuersa Ecclesia audet dicere, *Osculetur me.* Summũ donum petit; quia, teste Diuo Damasceno, nihil est maius quam Deum fieri hominem. Petit autem sibi & vniuerso mundo; quia dignitas Dei hominis, dignitas mũdi est, & humanitatis in Christo exaltatio, est nostra prouectio. Sicut enim (*Lib. 1. orthodoxa fidei c. 1.*) Apostolus ait cum Christo mortuo, omnes nos mortuos esse; cum ipso resurgente, resurrexisse; & cum ascẽdente in cœlos, ascendisse, consedereque nos fecisse in cœlestibus cum ipso. Sic (*Ad Rom. 6. v. 3.*) etiam cum ipso quodã modo vniti sumus per- C sonæ diuinæ, vt participes efficiamur dignitatis Dei, & Filii ipsius, quibus iam aptius hoc conueniat illud Dauidicum encomium, (*Ad Ephes. 3. v. 23.*) *Ego dixi Dii estis, & filii Excelsi omnes*; quatenus quæ dicuntur de capite, accommodantur corpori; sicut quæ prædicãtur de corpore, vsurpat sibi nostrum caput. Quid inquis, ô serpens veternose, vt primos parentes deciperes? (*Ps. 81. v. 6.*) *Eritis sicut Dii.* Decepti quidem sunt credentes tibi, superbe appetentes (*Gen. 3. v. 5.*) diuinitatis excellẽtiam, propter quod expoliati sunt omnibus donis Dei gratuitis, & vulnerati in naturalibus. Sed tu qui prædaris, nonne prædaberis? (*Luc. 10. v. 30.*) qui spernis, & decipis, nonne sperneris, & decipiens? Ecce Deus noster veniet, & (*Isa. 33. v. 1.*) saluabit nos; ipse decipiet te, restituet nobis quod abstulisti, & dabit excellentiorimõ quod fraudulenter promisisti. Ipse osculabitur natu- D ram humanam, & suæ diuinæ coniunget personæ, vt idem sit filius Dei, & filius mulieris; per quem etiam nos erimus sicut Dii, & filii Excelsi omnes; tot tantisq; nos replebit cœlestibus donis, quot quantaq; decet habere tam gloriosi & munifici Regis propinquos & affines. Sicut enim cum humilis & pauper virgo potẽtissimo ac lo[illegible]etissimo nubit Regi, cuncti eius cognati propter hoc connubium, maximum cõsequuntur honorem, dignitatem & diuitias, & tãquam Regis affines à regni proceribus honorãtur: Sic cum vnica humanitas Deo per vnionem hypostaticam est copulata, omnes homines ad maxi-

A mam sunt dignitatem euecti, & vberrimis cœli donis locupletari, ita vt ipsi cœlestes spiritus nō dedignentur illis ministrare.

Hæc ergo intuens antiqua Ecclesia, promissum Messiam desiderans, clamabat, *Osculetur me osculo oris sui*: Ac si diceret; Vtinam disrumperet cœlos, & veniret, & nostræ humanæ naturæ per osculum oris sui se coniungeret, fieretque Emanuel, id est, nobiscum Deus, per quem omnes nos illi maneremus coniuncti, & hac coniunctione deificati. *Isa. 64. v. 1.* Idem desiderium vehementius & expressius geminauit, cum dixit: *Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deosculer te, & iam nemo me despiciat?* *Cant. 8. v. 1.* Etenim ante incarnationem Deus non dicebatur frater, quod nomen est æqualitatis, sed Pater qui fecit & creauit nos: per incarnationem autem factus est frater noster eiusdem naturæ nobiscum, & ideo germa- B nus, & insuper factus est infantulus sugens vbera matris; *Ad Heb. 2. v. 11.* sed non ait matris suæ, sed meæ; quia mater ipsius, nēpe beatissima Virgo Maria, mater est totius generis humani, mater omnis Ecclesiæ, quæ fuit, est, & erit in terris, & quæ triumphat in cœlis. Et quia frater iste latebat, & absconditus erat intra cœlos, in mente, & decreto Dei, qui promiserat illum venturum, nec apparebat nisi vmbrosis figuris obtectus, vel per internuncios Angelos; tunc inuentus est foris, cū è cœlo descendens visus est, & cum hominibus conuersatus est. *Baruch. 3. v. 38.* Hoc ergo desiderans sponsa dicebat: Quis mihi det te esse iam sicut fratrem meum, & fieri tanquam infantulum sugentem vbera matris meæ? Quis mihi tribuat, vt inueniam te foris extra cœlum in terra mecum conuersantem; vt possim te ore meo deosculari & signa amoris præbere, sicut tu promisisti osculari me osculo oris tui? tunc enim nemo eorum qui sunt in cœlo, vel in terra, aut subtus illam, C me despiciet, videns te, hominem verum super omnes etiam Angelos eleuatum. Hæc dicebat olim antiqua sponsa. Quid putas diceret, si Deum iam factum hominem vidisset? si ingentem hanc dignitatem assecuta esset? Numquid „ fœdis osculis auderet maculare illam? Agnosce „ ergo (inquit Diuus Leo) ô Christiane, dignita„ tem tuam, & diuinæ consors factus naturæ, noli *Ser. 1. de Natiuit.* in pristinam vilitatem degeneri conuersatione redire. Memento cuius gloriæ per Christum factus sis particeps, cuius osculi impressionem susceperis, cum quo Rege affinitatem contraxeris, & vitam eo dignam degere non desistas.

De viuificatione mundi facta per Christum. §. 3.

Pro Do. 15 post Pen tec. & Fer. 5. post Do. 4. Quadr. Ioa. 3. v. 16.

AVDISTI primam rationem excitantem incarnationis desiderium, audi secundam D & tertiam, *Vt omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Intuebatur Ecclesia vniuersum mundum per Adæ peccatum pereuntem: cunctos homines morti animæ, non minus quam corporis addictos, nec esse in terris qui huic malo remedium afferret; è cœlo euocandus erat Saluator, in cuius fide data erat spes salutis: clamabat ad illum vt properaret ad saluandum, dicens, *Osculetur me osculo oris sui*: quia osculum oris eius salus erit infirmis, miseris remedium, & vita mortuis: & quicumque rece-

A perit illud, non peribit, sed vitam æternam habebit: iamdiuque in suo clamore persistit vt osculum obtineret. Mirabilis huius rei typus præcessit in muliere illa, cuius filius mortuus est in domo sua, vbi aliquando Eliseus commorari consueuerat, cucurrit festina ad domum Elisei in montem Carmeli, & apprehendens pedes eius, enixe deprecabatur, vt mortuum filium ad vitam reuocaret. *4 Reg. 4. v. 20.* Mittit Eliseus puerum suum Giezi cum baculo suo, vt illum super faciem pueri defuncti collocaret, sed non reuixit. Instat mater vt ipsemet Propheta veniat: tandemque secutus eam, venit in domum eius, & incumbēs super puerum, *posuit os suum super os eius*, quasi osculans illum: & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus illius, incuruauitque se super eum: calefacta est caro pueri, & tandem oscitauit septies puer, oculos aperuit, B & reuixit.

Ecce duplex typus, alter malorum quæ contraximus per peccatum Adæ; alter bonorum, quæ attulit nobis Christus; nam sicut per primum hominem peccatum intrauit in mundum *Ad Rom. 5. v. 12.* & per peccatum mors, & cætera mala; ita multo magis per Christum collata est gratia & vita & cætera spiritualia dona: nam vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Iacet puer mortuus in domo parentum, iacet genus humanum & quilibet peccator mortuus per culpā in hoc misero mundo. Habet puer os & labia compressa, oculos clausos, manus demissas, carnem frigidam, & totum corpus in lecto prostratum: quia peccator ex se nihil potest vel loqui aut cogitare, vel operari vt amissam vitam gratiæ valeat reparare, & per absentiam charitatis caro torpet in bono, & spiritus hæret humo. Quid hoc infelicius, nisi sit qui misero subueniat? Data est tamen spes Ecclesiæ quod per fiC dem & merita magni Prophetæ, & Christi venturi, mortuus reuocari posset ad vitam. Quę vt pia mater orationibus, gemitibus, & sanctis desideriis cælum penetrat, Deum humiliter rogans, vt ipse veniat, & à morte, omnique miseria eripiat. Quid interim Deus? Præmittit Moysem & Prophetas cum baculo legis veteris ab ipso latæ, *Sed non erat vox, neque sensus*, quia non poterat vitam gratiæ conferre obseruantibus illam. Quoniam in lege, (ait Paulus) nemo iustificatur apud Deum. *Ad Gal. 3. v. 11.* Et nihil ad perfectum adduxit lex. *Ad Heb. 7. v. 19.* Eius enim sacramenta erant vacua, & sacrificia inania, solumque significabant eum, qui venturus erat, qui gratiam & vitam dabat: nam lex per Moysem data est, *Gratia & veritas per Iesum Christum facta est.* *Ioa. 1. v. 17.* Instabat autem vehementius Ecclesia, vt veniret ille ipse, qui Prophetas & Moysem cum baculo D miserat; inclamabat dicens: *Osculetur me*, & filios meos mortuos osculo proprio oris sui, vt statim reuiuiscant, vocem, sensum, & spiritum recipiāt. Nam quod tactus baculi non efficit, tactus carnis eius mirabiliter perficiet. Annuit tandem petitioni. Venit filius Dei in mundum, vbi mortui iacebant, & vt viuificaret illos, incuruauit se, quia cum in forma Dei esset. *Ad Phil. 2. v. 6.* *Exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo*, & ad mensuram (inquit Diuus Bernardus) puerilis corporis sese contraxit, os suum ori illius coniunxit, *Serm. 16. in Can. & ad finem sermonis 15.*

oculis-

» oculísque oculos, [illegible] us, vt eo mu-
» num [illegible] pariter
» lu[illegible]en oculorum suorum præberet, debilesque
manus suas ... robo rare [illegible] &. Os ori con-
iungens, mortuo osculum reconciliationis, & gratiæ, ac signum pacis impressit, quoniam cum adhuc inimici essemus, reconciliauit nos Deo, vt iusti æ[ter]namus. Os ori applicuit, iterum inspirans in faciem nostram spiraculum vitæ, sed sanctioris quam primæ: nam primo quidem in animam viuentem creauit nos, secundo in spiritum viuificantem reformauit nos, oculis suis tergens nostros, interioris hominis frontem claris luminaribus ornans fide & intellectu. Manus suas nostris superposuit, exemplum præbens bonorum operum, formam obedientiæ.

2. Cor. 5. *Gen. 2. v. 7.*

Denique te qui a Verbo in caro factum est contactu hu[ius] sanctissimæ carnis Verbo Dei vnitæ, calefacta est cato calore viuifico dilectionis, vt recipiat spiritum gratiæ & charitatis: & mox p[er] te ... oscitat aperiendo os suum, vt oo- B xumi aërem expellat, & nouum sic refrigerantem attrahat, quia septem dona Spiritus S. recipit, & exeunt os aperit ad hæc septem; nempe ... confitendum peccata vt illa foras expellat, ad profitendum fidem, quia ore confessio fit ad salutem; ad orandum & loquendum Deo, vt veniam, & dona ipsius impertet; ad laudandum Deum etiam septies in die, & gratias agendum pro acceptis beneficiis; ad prædicandum verbū eius, & narrandum mirabilia ipsius; ad sumendos spirituales cibos animæ, quibus in dies nutritur, & perficitur, & denique ad reosculādum summo amore eum qui ita ipsum osculari dignatus est. Ecce quot ingentia bona prouenirūt ex aduentu Christi & ex osculo oris illius, quo nos tetigit. Neque enim sine mysterio Scriptura ait, Propheram posuisse os suum super os pueri, prius quam oculos, manus, & carnem super similes partes pueri componeret: ad significandū nimirum, quod ex osculo & tactu oris Christi, C cuncta bona procederet. Per ipsum enim communica ut nobis omne datum optimum, & omne donum perfectum, quod desursum est, & omnis benedictio spiritualis, quæ de cælis descendit & ad vitam æternam adducit. Et tu ergo, qui hactenus etsi somno culpæ, vel pigritie hactenus oppressus fueris, ne cadas animo, propte te enim est Prophera magnus, qui in ictu oculi te potest viuificare. Nam quod Eliseus tot incuruationibus, & contactibus fecit, hoc Christus Dominus vnico sæpius præstitit verbo, dicens: *Puella, vel adolescens, surge. Lazare veni foras.* Accede igitur ad ipsum, eiusque pedes humiliter apprehende, ne recedas donec osculetur te osculo oris sui: os suum ori tuo coniungens, sibique te reconcilians vt non pereas, sed habeas vitam æternam. Oscita ergo septies, aperiens os tuum ad septem illa quæ præfati sumus, & septies, imo millies laudem dicito Deo, magnificans illum, quia iam Propheta magnus surrexit D in nobis, & quia iam Deus visitauit plebem suam.

A septē aperiē-dum os. *Iac. 1. v. 17.* *Ad Ephe. 1. v. 3.* *Luc. 8. v. 54. & c. 7. v. 14.* *Ioan. 11. v. 43.* *Luc. 7. v. 16.*

❧

De fædere inter diuinam iustitiam & misericordiam per Christum inito ad reconciliationem mundi. §. 4.

PRæclara quidem sunt bona, quæ Christus attulit nobis, sed præclarior modus quo contulit illa, soluendo ex iustitia mundi debitum vt illum reconciliaret Deo. *Deus enim* (vt inquit D. Paulus) *erat in Christo, mundum reconcilians sibi*, illo mirabili modo quem prænunciauit Dauid, dicens: *Misericordia & veritas obuiauerunt sibi; iustitia, & pax osculatæ sunt. Veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit.* Vbinam ô sacer Vates, misericordia & veritas obuiauerunt sibi? & quo tempore iustitia & pax per mutuum osculum fœdere coniunctæ sunt? Quando veritas, inquit, de terra orta est, quando ille, scilicet, qui est prima veritas, Verbum æterni Patris, ab æterno ab ipso genitus, ortus est in terra nostra, ac in virgineo vtero carnem sibi sociauit humanam, osculans eam osculo oris sui: tunc etiā misericordia & veritas iustitia & pax se inuicem osculatæ sunt, & in amicitiam ac concordiam redactæ. Diuina enim misericordia gratis summū quod potuit remedium obtulit miseris peccatoribus: diuina vero iustitia supremam quam poterat exegit satisfactionem, pro quibuscunque peccatis: datumque est osculum pacis inter illas, cuius homines possent esse participes, vt inuenirent copiosam misericordiam sibi, & iustam debitam solutionem Deo. Quando ergo veritas de terra orta est, iustitia de cælo prospexit. Quid prospexit? quam scilicet veritas de terra orta, & Deus homo factus afferret satisfactionem pro iniuria à peccatoribus Deo illata, & quæ merita induceret ad impetrandam eis gratiam, sanctitatem, & bona amissa: prospexit, & vidit satisfactionem non solum æqualem esse, sed superabundantem, & supereffluentem, meritaque adeo esse valoris infiniti, vt cuncta ea bona possent mereri & impetrare, quæ Deus omnipotens posset pro meritis elargiri. Deus enim est, qui per hominem satisfaciebat, & offerebat merita; & quid non daret omnipotens, & iustissimus Pater dilectissimo ac sibi æquali filio, qui talia munera præsentabat? Quod si huius rationem clarius videre cupias: *Etenim* (inquit Dauid) *Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum.* Benignitas est Deitas nobis communicata cum filio fructus terræ nostræ est humanitas, quam germinauit purissima Virgo; ex vtraque natura diuina & humana: in eadem persona fit vnus Christus, qui est ipsa misericordia & veritas, ipsa iustitia & pax osculo sibi sociatæ, vt Deo exhibeat solutionem, & nobis indulgētiam. Interpretetur Apostolus quod prænunciauit vates: *Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei; non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus, sed secundum suam magnam misericordiam saluos nos fecit.* Et quæ maior benignitas aut clementior humanitas quam benignissimum Deum, habitum veræ humanitatis induere, vt nos saluos faceret, non quidem ex operibus iustitiæ, quę nos fecerimus, sed ex his quæ ipse fecit, & nobis per suam piissimam misericordiam gratis applicuit? Sed quem fructum proferet terra nostra tali benignitate Dei præuenta? *Iustitia* (inquit) *ante eum ambulabit, & ponet in via gressus suos.* Ante Christum, & coram ipso ambulabit

2. Cor. 5. v. 19. *Ps. 84. v. 11.* *Ps. 84. v. 13.* *Ad Titum 3. v. 4.* *Ps. 84. v. 14.*

bolabit omnis iustitia, omnis sanctitas, & perfectio; ipse illam secum adducet, & ipse alijs impartietur eam, *Apparuit* enim (ait idem Paulus) *gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & secularia desideria, sobrie & iuste, & pie viuamus in hoc saeculo.* En terra quae spinas, & tribulos germinabat, postquam germen Christi natum est in ea, abnegat impietatem & desideria saecularia, sobrietatem germinat, iustitiam, & pietatem. Iam potest dicere sponsa: *Sub vmbra illius quem desideraueram sedi, & fructus illius dulcis gutturi meo*, quia nulli istis dulciores fructus pullulant excogitari. Sed antiqua sponsa potius clamabat. *Osculetur me osculo oris sui.* Vtinam iam appareat mihi benignitas & humanitas Saluatoris; per quam misericordia & veritas obuient sibi, iustitia & pax osculentur se, & mihi detur reconciliationis osculum, vt omnes abnegent impietatem, & iuste ac pie viuant, & ambulent coram ipso omnibus diebus vitae suae. Nos autem quibus iam apparuit haec benignitas, & humanitas, gratiaque Saluatoris nostri Dei, abnegemus viriliter saecularia desideria, quae foedus misericordiae & veritatis, ac osculum iustitiae & pacis dissoluunt; viuamus sobrie erga nosmetipsos, iuste erga proximos, pie erga Deum: vt fructus huius primi aduentus Christi percipientes, expectemus hilares beatam spem, & aduentum gloriae magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, cum veniet reddere vnicuique iuxta opera sua & electos in suo regno collocare.

Ad Tit. 2. v. 11.

Cant. 2. v. 3.

B

Ex his deducere potes causam, ob quam Ecclesia in vigilia Natiuitatis in Calenda. numerret annos aduentus Christi ab initio Mundi vsque tunc: vt nimirum scitemus ex tunc illum aduenisse, & natiuitatem esse promissam, & expectatam in omni lege, & in omni statu naturae; vnde etiam qui in lege gratiae degimus, nostram agnoscamus felicitatem, qui tam precioso aduentu fruimur, per quem facilius vitam aeternam expectamus praestante eodem Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu S. regnat in saecula saeculorum, Amen.

C

EXHORTATIO V.

Pro Dom. 19. post Pentecosten.

De mirabili desponsatione, & vnione Verbi diuini, cum natura humana: de varijs pulchrisque similitudinibus, quibus à Prophetis est patefacta, & expetita: & de eius fragrantia instar agri pleni.

Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis.

DEcreuerat Rex aeternae gloriae nuptias inter homines celebrare vnico filio suo, noua illis exhibens oscula suae dilectionis certissima signa. Notum enim est inter amantes, maxime coniuges, praecipuum amoris signum esse sincerum osculum. Vnde antiqui sapientes eiusdem amoris hieroglyphicu per columbas sese inuicem osculantes expresserunt. Pulchre autem columba ad spirituales nuptias repraesentandas assumitur: quae teste, D. Cyprian. simplex & le-

Matth. 22. v. 2. ex D. Greg. hom. 3. 8. in Euang.

Pierius li. 22. c. de columba.

D. Ambr. ... exh. 10.

D

tum animal est, vnius domus consortium diligit; cum gemitant, simul filios alunt; cum commeant volatilibus inuicem cohaerent; otis osculo concordiam pacis agnoscunt & legem circa omnia vnanimitatis implent. At quis nõ haec in spiritualibus nuptijs videat, in quibus cum foecunditate prolis est integra puritas, & synceritas mentis, summus mutuusque amor; & vnanimis in omnibus concordia: Vnde & Salomon in hoc E pithalamio nuptiali crebro vsurpat nomen columbae.

de vnitate Ecclesiae Catholicae.

Quid ergo sunt columbus & columba se inuicem osculantes, nisi Verbum diuinum, & humana eius natura, Christus & Ecclesia, Spiritus ipsius Christi, & quaelibet pia anima? Quid igitur loquit triplex haec columba ad suam diuinum consortem, caelestemque sponsum? *Osculetur me osculo oris sui:* idem omnes inclamant, sed non eodem modo. Quid ait humana natura? Osculetur me filius Dei, assumens me sibi in vnitatem personae. Quid Ecclesia? osculetur me Christus, sibi intima vnione amoris coniungens, vt sim illi fida, vnica, & perpetua sponsa. Quid pia anima? Osculetur me Spiritus ipsius Christi, infundens mihi amorem suum, vt vnos cum illo spiritus fiam. Has desponsationes vehementer desiderabat antiqua Ecclesia; & quidem de secunda & tertia longior postea erit sermo, primam vero, vt aliarum fontem, vehementius sitiebat, quam sub varijs pulchrisque similitudinibus & metaphoris Prophetae illam declarabant, & poscebant.

In Exhort. 11.

Psal. 67. v. 14.

Coniunctio Verbi diuini cum natura humana declaratur. §. 1.

SEd vt coeptam similitudinem prosequamur, audi regium vatem, regis dilecti nuptias canentem. *Si dormiatis inter medios cleros* (subandi orientur vobis) *pennae columbae deargentatae, & posteriora dorsi eius in pallore auri.* Ac si dicat, ô viri Israelitae, permanete inter medias sortes haereditatis vobis à Deo praefixas vnusquisque vt decet, munus suum obiens, tunc enim erit apud vos Dei Ecclesia tanquam pulchra columba, cuius duae pennae, fidei & spei argenteo candore micent, dorsum vero charitatis eas nectens, & omnia sustinens, flauo auri splendore fulgeat: cuius pulchritudinis amore captus summi regis dilectus filius orietur in terris, tanquam pulcherrimus pullus columbae, assumens duas naturae humanae argenteas pennas, carnem scilicet, & animam, splendidissimo sanctitatis candore micantes, aureo dorso diuini suppositi, quod portat omnia verbo virtutis suae, mirabiliter coniunctas.

Prima similitudo.

Ezech. 1. v. 7.

Clarius hoc ostensum est Ezechieli cum super thronum sapphirinum vidit similitudinem seu effigiem hominis ex electro igne circumuoluto, & arcu, qualis est in nube in die pluuiae. En mirabile Dei, & hominis hieroglyphicũ, nõ humana sed diuina sapientia inuentũ. Electrum quod ex argento, auroque conflatur, Christus est, homo simul & Deus. Arcus caelestis, pax, & reconciliatio mundi per ipsum effecta: ignis vero immensa charitas, quae ad vtrumque mouit. Quid est (inquit Diuus Gregorius) species electri ex auro & argento, crescente charitate argenti permixtionem, & auti fulgore pallescente, nisi Christus Dominus ex diuina humanaq; natura

2. Similitudo.

Plin. li. 33. c. 4. Hom. 1. & 8 in Ezech.

Vbi supra. natura in eadem persona vnitis mirabiliter cō-A positus? In qua adunatione humanitas in maiestatis gloriam excreuit, diuinitas vero à suo fulgoris potentia humanis se oculis temperauit. Refert etiam Plin. electrum lucem emittere, iniectum venenum prodere, atque cœlestibus similes cum *Similitudo.* igneo stridore efficere: in quo etiam apte Christum referre omnis peccati expertem, & hostem acerrimum, qui peccata nostra tulit, vt pro eis satisfaciens veniam impetraret, nosque Deo reconciliaret.

Cuius symbolum est arcus cœlestis figuram electri circumdans, vt Ezechiel testatur. Quoniam sicut arcus iste fit ex eo quod sol nubem *Gen.9.v.13* roridam irradiat, vnde triplex resultat color, cæruleus, rubicundus, & viridis; & institutus est à Deo in signum fœderis, & reconciliationis post diluuium factæ: ita sol iustitiæ Dei filius irradiauit nubem humanitatis, illique vnitus est, in qua instar triplicis coloris simul est diuinitas, a-*Luc.11.v.49.* nima & caro, vnus Christus speciosus forma præ B filius hominum, per quem reconciliati sumus Deo, nostræque reconciliationis & pacis factus est indelebile signum & pignus preciosissimum.

Sed quis est ignis electrum circumdans, nisi ille quem ipse venit mittere in terram, & voluit vehementer accendi? accenditur autem tanti mysterij & beneficij profunda consideratione. *Hom 8 in Ezech.* Nam si pulchrum sui amorem excitat, quid pulchrius hoc diuino colubo? quid speciosius hoc nouo & stupendo electro? Quid formosius hoc cœlesti arcu? & quid amabilius Christo? Obseruat autem D. Gregorius, quod Ezechiel inquit, effigiem hominis à lumbis sursum continuisse ignem intrinsecus tantum, retinendo videlicet fulgorem intra se: à lumbis vero deorsum, ignē extrinsecus etiam per circuitum radios suos emisisse; & quia per lumbos propago & generatio humana describitur, pars corporis desuper lumbos significabat Christum nondum geni-C *Ps.75.v.1.* tum, cuius ignis spiritualis continebatur intrinsecus in ea duntaxat sui corporis mystica parte quæ ipsius aduentum præcessit, videlicet intra synagogam, vnde oriundus erat: nec extra eam foras emittebat radios, quia fere solis Iudæis inerat verum lumen fidei, & charitatis ardor: *Notus enim in Iudæa Deus, & in Israel magnum nomen eius.* Extra Iudæam vero inter gentes vix erat notitia Christi fides & amor illius. At postquam genitus est, & in mundo natus, ignis iste per vniuersum diffusus est orbem, nec solum Hebræos, sed & gentiles illuminauit, & accendit, mirosque sui splendidissimos radios emisit, e-*D. Aug. in Ps.67.v.14* mitteteque quotidie non cessat. Vtinam per quietam contemplationem dormiamus inter illos medios cleros, & inter has medias sortes; hoc est, inter duo testamenta vetus & nouum, sibi consentientia; vel inter sortes sanctorum qui Christum præcesserunt, & illum sequuti sunt, considerantes magnalia quæ testamentum D vetus prænunciat de Christo, quem venturum sperabat; nouum vero, iam eminentissima ratione impleta esse testatur: contemplantes item igneos affectus quibus antiqui Patriarchæ & Prophetæ Messiæ aduentum desiderabāt & petebant, & vehementem Spiritus ardorem quo Apostoli, eorumque posteri Christi vestigia se-

cuti sunt. Si enim hæc profunde meditati fuerimus, orientur nobis *pennæ columbæ deargentatæ & posteriora dorsi eius in pallore auri.* Id est, obtinebimus inflammata desideria, ardentes affectus, splendentesque virtutes, quibus columba Dei Ecclesia tam vetus quam noua mire refulgebat. Vtraque enim splendida Christi notitia, & contemplatione quam pennæ deargentatæ significant, & ardenti fortique charitate ad legis onera, & virtutis labores perferendos, quam dorsum aureum repræsentat, mirabiliter effulsit; sed mirabilius noua quæ electro ignito iam potitur.

Quo feruore Propheta desiderauerint aduentum Dei in carne. §. 2. *Pro festo expectationis partus.*

SEd cōtemplemur inflammata desideria quibus antiqui Prophetæ, illo electri igne intrinsecus accensi, illius manifestationem in carne desiderabant, vt etiam ignis iste in omnes diffunderetur nationes. Vnde vox illa Isaiæ: *Vtinā disrumperes cœlos, & descenderes à facie tua montes defluerent, sicut exustio ignis tabescerent, aquæ arderent igni, vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis, à facie tua gentes turbarentur.* *Isa.64.v.1.* Id est, Vtinam iam de cęlis ad terras carne indutus descenderes, vt tua præsētia diuini amoris ignis ita exardesceret. Quod etiam homines elati ac superbi velut montes diffluerent, humiliarentur, & tibi cederent; segnes autem, & molles sicut aquæ, ardere & feruescere inciperent, gentesque omnes ad pœnitentiam commouerentur: vt nomē tuum, quod modo in sola fere Iudæa notum est, innotesceret etiam Gentibus inimicis tuis.

Sed cur Propheta disrumpi cœlos perit vt Deus descendat, cum spiritus cœlos sine eorum ruptione penetrare valeat, & Deus vbique sit, & omnia compleat? Sed phrasis est vt humano loquendi mori se accōmodet, quasi cœli vbi Deus absconditus latet, ipsius manifestationem impediment: cum autem se nobis manifestat, tunc cœli dicuntur rumpi, & aperiri. Quando etiam coruscant fulgura, ingentia sonant tonitrua, decidunt vehementes pluuiæ, aut ignea fulmina, dicimus cœlos disrumpi: in aduentu autē Christi, spiritualiter rumpendi erant cœli, ob coruscantia miraculorum fulgura, stupendæ prædicationis tonitrua, pluuiasque cœlestis doctrinæ, & ingentes exustiones ignis, ita vt mōtes liquefierent, & aquæ ipsæ modo iam explicato ardesent. Deinde phrasis hæc, quam arduum opus istud sit, indicat quod cœlorum ruptione indigeat. Quod enim disrumpitur si forte sit & solidum, magnam vim pati necesse est. Cœlos ergo disrumpi, vt Deus descendat, est ruptis difficultatibus huius descensus, ipsum carnem assumere, in qua disrumpendus & lacerandus erat ab hominibus: vt hoc immenso charitatis igne, quo se in passione sua propter nos flagellis, spinis, clauis, & lancea disrumpi, dilacerari, & aperiri permitteret, montes liquescerent & feruerent aquæ, & humana corda quantumuis elatione insolentia, vel mollitie segnia in ipsius amorem [illegible] rent transfusa. Hæc prudit & prædixit Isaias, & impleta credimus. Væ tamen illis quorū lapidea corda, montib. duriora & frigidiora aquis hoc immenso amoris igne nō liquefiunt,

fiunt, nec ardent & Deo vſque ad carnis aſſumptionem, & crucem bumiliato, cedere adhuc renuunt. Sed vlterius progrediamur.

Nam rurſus idem Iſaias, cui huius myſterij clarius lumen effulſit, ipſum adventum orabat triplici vtens metaphora: petens illud à cœlis, à nubibus & à terra. A cœlis rorem, à nubibus pluuiã, & à terra germen, dicens: *Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem, & iuſtitia oriatur ſimul.* Ros cœli deſuper eſt ſuprema diuinitas, aut ipſa perſona filij Dei, quæ à Patre mittenda erat in mundum, vt vniretur naturæ humanæ: quæ vt diximus anima & carne conſtat, anima deſuper venit, & ideo à nubibus petitur: caro in imis generatur, & ideo poſtulatur à terra. Anima autem vnienda diuinitati, ornanda erat omni genere gratiarum, & virtutum: vt Chriſtus non ſolum, qua Deus, ſed etiam qua homo eſſet eminentiſſime iuſtus. Caro autem generanda erat non ex virili ſemine, ſed ex virtute Spiritus ſancti, & cœleſtis roris virgineam terram fœcundantis; vt ſicut filius Dei per æternam generationem oritur ab incorruptibili patre, ſic per incarnationem naſceretur ex incorrupta matre: vnde vtriuſque generationis eminentiam declarans D. Dauid, inquit: *Ex vtero ante luciferum genui te.* Vbi Hebræus textus ſic habet: *Ex vtero auroræ ros natiuitatis tuæ.* Vt ſenſus ſit, Generatio ac natiuitas tua erit tibi, ſicut ros ex aurora, quia non generaberis ex vtero matris virili cooperatione, ſed ſicut ros ex aurora naſcitur cœleſti virtute: & quemadmodum ros, quem aurora dimittit, mundo eſt gratus & propitius, terramque aridam refrigerat, & fœcundat; ita incarnatio tua mundo erit gratiſſima, & ingentium bonorum origo & radix. Hinc igitur præuidens Iſaias ait: Vtinam deſcendat de cœlis Deus, tanquam ros, & à nubibus fluat iuſtus tanquam pluuia, coniungatur que terræ, & inebriet ac fœcundet eam vt germinet Saluatorem, qui ſit nobis ſanctificatio, iuſtitia & redemptio, per quem ſimul in nobis oriatur iuſtitia, & omnigena ſanctitatis perfectio. Vtinam ſicut promiſit deſcendat iam ſicut pluuia in vellus & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram, vt oriatur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis. Sed quia adhuc differebatur aduentus, & ſpes quæ differtur affligit animam, inclamabat gemens, *Attende de cœlo, & vide de habitaculo ſancto tuo, & gloriæ tuæ. Vbi eſt zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viſcerum tuorum, & miſerationum tuarum? ſuper me continuerunt ſe.* Id eſt; Adhuc intra cœlos ſunt miſerationes tuæ concluſæ, non deſcendis vt à miſeriis quas patior, eruas me. Adhuc intra cœlum latet ros diuinitatis tuæ, intra nubes eſt iuſtus à cunctis gentibus expectatus, & intra terram germen carnis à te aſſumendæ; prodeant quæſo, hæc omnia foras, quia facti ſumus ſicut terra ſine aqua tibi; velociter exaudi nos.

Similibus deſideriis flagrabant reliqui Prophetæ; quos Deus nouis reuelationibus conſolabatur, dum ſe citiſſime venturum promittebat. Sicut Danieli, qui vir deſideriorum eſt nuncupatus ab Angelo, abbreuiatio Hebdomadarum eſt manifeſtata. Vnde Patres [illegible], & viri grandæui, Zacharias, Simeon, Natanael, Anna Propheteſſa, & alij qui expectabant redemptionem Iſrael, quo tempore natus eſt Christus, vehementius [illegible] Spiritu ſancto inſpirante, illius aduentum deſiderabant, & petebant. vnde factum eſt quod Simeon reſponſum acceperit ab eodem Spiritu ſancto, non viſurum ſe mortem, niſi prius videret Chriſtum Domini. Vidit & gauiſus eſt.

Iſa 45. v. 8.
a Similitudo.
Iſaias vocat apertionem terræ, id eſt manifeſtare germen ſuũ, ſicut dicuntur aperiri cæli cum Deus videtur in illis: vnde nihil derogatur illibato D. Virginis pudori. Videlib. 8 exhor. 6.
Pſ. 109 v. 4.
Vide Ianſenium & Titelmanum ibid.
Pſ. 71. v. 6.
Prou. 13. v. 12.
Iſa. 63 v. 15.
Cant. 8. v. 1.
Pſ. 142. v. 7
Dan. 9. v. 23.
Pro feſto Purificationis de Simeone
Luc. 2. v. 26.

De fragrantiſſima Christi plenitudine à Prophetis prænunciata. § 5.

SEd iam ad dulcem noſtri Cantici metaphoram reuertentes, quæ diximus egregie propalat myſticum illud geſtum Iſaac ſenis iam & morti proximi, cum dixit Iacob filio ſuo: *Accede ad me, & da mihi oſculum fili mi. Accepit, & oſculatus eſt eum: ſtatimque vt ſenſit veſtimentorum ipſius fragrantiam, benedicens illi ait: Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* Iſaac ſenex & moribundus Eccleſiam repræſentat antiquorum Chriſti progenitorum ſecundum carnem. Cumque iam eius aduentus appropinquaſſet, ſynagoga ſeneſcens & fini valde proxima clamat ad Meſſiam venturum, *Accede ad me, & da mihi oſculum fili mi*, petens, (vt notat interlinearis) idem quod hic poſtulat ſponſa, nempe aduentus eius accelerationem. Acceſſit Iacob, & oſculatus eſt patrem ſenem: acceſſit Chriſtus cum tempore prædefinito, venit in mundum & oſculatus eſt Eccleſiam parentum ſuorum, cum naturam ſibi coniunxit humanam. Accepto autem hoc oſculo, ſtatim præſenſit fragrantiam veſtimentorum illius. Et quæ ſunt veſtimenta filij Dei, qui eſt habitu inuentus vt homo, niſi eius corpus & anima, ex quibus conſtat humana natura? Nam ſicut homo tegitur veſte, ſic diuinitas ſua humanitate. Fragrabant autem hæc veſtimenta odoribus omnium virtutum & gratiarum, ac bonorum operum, quæ ad cunctos homines deriuabantur. Vnde quotquot tangebant veſtimenta Chriſti, ſalui fiebant: quia virtus de illo exibat & ſanabat omnes: virtus autem hæc fragrantia erat, & odor viuificans, confortans, alliciens, delectans, ſanans, & ſaluans omnes, qui percipiebant illum. Cum ergo Iſaac ſpiritu prophetico præſentiret hanc Chriſti fragrantiam, ſtupens ait: *Ecce odor agri mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus*: & quis iſte odor pleni agri, qui cum oſculo ſentitur, niſi quem præſenſit ſponſa cum dixit: *Oſculetur me oſculo oris ſui; quia meliora ſunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis?* Duo vbera ſponſi in vnico eius pectore exiſtentia, ſunt duæ naturæ, diuina & humana, quæ per incarnationem in eadem verbi perſona ſunt coniunctæ: quas paulo ante vocamus rorem cœli, & germen vel fructum terræ. Non ſunt autem vbera arentia & inania, ſed plena diuino lacte, rore cœleſti, & omni gratiarum plenitudine. *Vidimus* (inquit Ioannes) *gloriam eius gloriam quaſi vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis.* Vis autem ſcire quam plenus fuerit? audi Paulum dicentem: *In ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare.* Et rurſus; *In ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* Et quomodo non eſt plenus, in quo non eſt hæc, aut illa plenitudo boni, ſed omnis plenitudo totius boni? Et quid poteſt deeſſe ei in quo corporaliter, id eſt; per incarnationem eſt ipſa diuinitatis plenitudo? Nullum eſt bonum

in Deo

Gen. 27. v. 26.
Ad Phil. 2. v. 6.
Marc. 6. v. 56. c. 5 v. 30.
Luc. 6. v. 19.
4. Similitudo.
Ioh. 1. v. 14.
Ad Col. 1. v. 19 & c. 2. v. 9.

in Deo siue sapientiæ, & scientiæ, siue gratiæ & virtutis, siue potentiæ & maiestatis, quod non sit in Christo, vt omnimodam omnium bonorum contineat plenitudinem. Quare merito comparatur agro pleno, qui dicere potest, *Pulchritudo agri mecum est.* (*Psal. 49. v. 11.*) Pulchritudo autem agri est ipsius plenitudo ex tribus arborum generibus f[ructi]feris, odoriferis, & speciosis, mira varietate dispositis: vnde ipse, qui increata sapientia est, omnibus istis se comparat: modo quidem aliis & speciosis; vt cum ait: *Quasi cedros exaltata sum in Libano, quasi cypressus in monte Sion.* (*Eccl. 24. v. 17.*) Modo autem fructiferis se assimilat dicēs, *Quasi oliua speciosa in campis, & quasi vitis fructificaui suauitatem odoris.* Modo denique se confert odoriferis, etsi reliqui etiam spirent suum odorem, velut cum ait, *Quasi plantatio rosæ in Hierico, sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi.* Fuerunt ergo in Christo, tanquam in agro pleno omnes gratiarum & donorum arbores, quæ sua pulchritudine fidei visum, sua fragrātia spei odoratum, suo vero fructu charitatis gustum valde recreant & delectant. Sed, quem agrum plenum & odoriferum Isaac vocat, dulcius sponsa laudat ab vberibus plenis, quæ dicit meliora esse quam vinum: intelligens per vinum quod è terra nascitur, quodcunque bonum terrenum & creatum: quo infinite sunt meliora Christi vbera; id est, ambæ eius naturæ, diuina ac humana, in eadem coniunctæ persona. Sunt autem *fragrantia vnguentis optimis*: quidquid est in Christo, optimum est, fragrantissimum est, optima eius sapientia, & prudentia; optima eius charitas & misericordia; optima eius potentia & fortitudo; optima eius humilitas, patientia & mansuetudo; nec aliquid melius illo potest inueniri, Omnia sunt velut vnguenta optima. Nam vnguentum non est simplex aroma, sed compositum ex multis aromatibus in puluerem redactis & commixtis, omniumque odorem præcellentius inspirans. Sic omnia gratiarum genera in Christo coadunata sunt, & odorem mirabiliū operum per vniuersum mundum spirant omnium odorum fragrantissimum: vnde LXX. interpretes sic vertunt: *Et odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.* (*Nyssen. to. 2. in cant.*) Aliqui Sancti simplex producebant aroma, vnumquodque propriū spirans odorem. Bonus odor Patriarcharū & Prophetarum; fragrans aroma Apostolorum, Martyrum, Doctorum, Virginum, ac Confessorum; mira fragrantia Angelorum, & Principatuum, Cherubim quoque & Seraphim; sed odor vnguentorum Christi super omnia aromata; vbera eius fragrantia vnguentis optimis; quia ipse fons est totius sanctitatis, & virtutis: *De eius plenitudine omnes accepimus, & gratiam pro gratia,* (*Ioh. 1. v. 16.* Plura de his vnguentis optimis dicuntur in id Oleū effusum nomen suum.) i. de eius natura tam humana quam diuina, quæ vbera sunt diuino & suauissimo ac fragrantissimo lacte plena, reliqui Sancti accipiūt, & quidquid accipiunt, quasi gutta est si eius plenitudini cōparetur. Et tu ergo ex hoc agro pleno, ex his plenis vberibus quæ fragrant vnguentis optimis, cura etiam accipere gratiam pro gratia, & quam maiorem potueris, gratiam, vt tu etiam maneas plenus: accipe humilitatem, accipe mansuetudinem, & non quamlibet, sed optimam & valde perfectam: accipe virtutes omnes, vt non vno vnguento, sed pluribus & optimis fragres & repleearis. Duæ enim istæ Christi naturæ non vocantur vbera plena propter se, sed propter te: vt te nutriant & repleant bonis, si ad illa humiliatus & bene præparatus accesseris. Et quemadmodum mater, quæ plena lactis habet vbera, grauatur valde nisi adsit infans qui sugat illud: sic Christus Dominus, cuius vbera diuino lacte sunt plenissima, quodammodo grauatur & ægre fert, si tanquam paruuli non accedamus ad sugendum & accipiendum nobis de plenitudine eius gratiam aliquam: quia nihil ita cupit, ac ea bona elargiri, propter quæ elargienda est factus homo. (*Simile.*)

Præuidit hoc Isaac spiritu prophetico postquam dixit: *Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni;* (*Gen. 27. v. 27. v. 28.*) subdit enim, *Det tibi Deus de rore cæli & de pinguedine terræ, abundantiam frumenti & vini. Seruiant tibi populi, & adorent te tribus, esto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filii matris tuæ. Qui maledixerit tibi, maledictus erit; & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur.* Quæ verba non tantum sunt optantis, sed etiam annunciantis id quod futurum erat, & euenturum filio suo Iacob, & multo magis Christo Domino. Ac si diceret; de rore cœli qui est tua diuinitas, & de pinguedine terræ, quæ tua est natura humana; orietur fructꝰ vberrimus frumenti, & vini, id est, cibi & potus spiritualis pro refectione totius mundi, & quidquid illum lætificare, ac locupletare valet: multæ nationes & populi tibi seruient, te adorabūt, & tanquam Deum & hominem recognoscent. Vnde qui tibi maledixerint, æternæ addicentur maledictioni. Qui autem tibi benedixerint, spiritualibus benedictionibus replebuntur; quæ à tuis vberibus prouenient. Hæc dixit Isaac senex præsentiens filij sui fragrantiam: quam propius præsensit Simeon senex, cum accepit Christum infantulum in vlnis, & mox benedicens Deum dixit: *Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace; quia viderunt oculi mei salutare tuum,* (*Luc. 2. v. 22. & 38.*) id est, quia exaudisti orationem meam, & implesti desiderium meum. Præsensit item & Anna longæua, quæ & ipsa confitebatur Domino & loquebatur de eo, omnibus qui expectabant redemptionem Israel. Præsensit etiam Zacharias aduentum Christi, qui tot mirabilia in filiolo suo operatus erat, & os eius aperuit vt loqueretur benedicens Deum, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. (*Luc. 1. v. 64. & 68.*) Curemus ergo & nos eandem fragrantiam Domini percipere, eius incarnationem contemplantes, vt ad illum benedicendum excitemur: totis viribus benedicamus illum, vt per ipsum in æternum benedictionibus cœlestibus repleamur. Amen.

EXHORTATIO VI.

(*Profesta Annunciationis; circa id, inuenisti gratiam apud Deū,*)

De nouo & stupendo modo, quo Verbum carnem assumpsit in vtero Virginis, quæ apud Deum hanc inuenit gratiam: quam ingens bonum sit inuenire gratiam apud Deum, & quo studio quærendum.

Osculetur me osculo oris sui.

NOuam tanti mysterij aggrediamur iucundiorē declarationem ex modo quo pfectū est,

Ier.31.v.22 est, in puriſſimæ virginis thalamo; de quo Ieremias prædixit: *Quia nouum creauit Dominus ſuper terram fœmina circumdabit virum.* Noua fœmina, nouus vir, noua vtriuſque dignitas & ſanctitas, nouus concipiendi & circumdandi modus, nouus partus, & nouus eius fructus. Noua fœmina, quia grauida & intacta, mater & virgo. Nouus vir, quia Deus & homo, infans, & omnia ſciens, paruulus & vncta potens. Noua vtriuſq; ſanctitas ac dignitas, quia in viro, eſt Deo æqualis, in fœmina vero, qua nulla maior ſub Deo poteſt intelligi. Nouus cõcipiendi modus, quia ex Spiritu S. virtute Altiſſimi obumbrante fœminam; vnde nouus modus circumdandi viri, quia ita circumdatus, quod nullus eſſet naturalis egrediendi apertus locus: quia ſicut clauſtrũ virgineum non eſt reſeratum vt intraret, ſic nec reſeratum manſit vt naturaliter exiret. Inde & nouus partus, quia diuina virtute ianuis clauſis egreditur, ſine vllo dolore, aut matris corruptione. Nouus denique fructus, quia per illum B tollitur peccatum mundi, datur gratia & aperitur regnum cœlorum. Vnde Propheta præmiſerat: *Vſquequo delitijs diſſolueris filia vaga? quia nouum creauit Dominus ſuper terram.* Ac ſi diceret, Recedant peccata, abeant carnis delitiæ, ceſſet vita diſſoluta & vaga, quia nullis noſtris meritis creauit Dominus nouum & inauditum prodigium in terra, quod fœmina circumdet virum, per quem hæc omnia reformanda ſunt. Sed, inquit, *Creauit*, de præterito, ad ſignificandum quod certiſſime & infallibiliter erit in futuro. Sed cur non dixit virgo circumdabit virum, ſicut Iſaias
Iſa.7.v.14 dixerat, *Ecce virgo concipiet & pariet filium*? Sed ratio eſt in promptu, quia præmiſerat, Nuuum fecit Dominus ſuper terram; niſi autem eſſet virgo, quæ virum circumdabat, nouum nun eſſet virum in vtero geſtare.

Quo affectu Beatã Virgo deſiderauerit aduentum Meſſiæ §.1.

CVncta hæc probe nouerat puriſſima & ſapientiſſima Virgo Maria, ab ipſo Deo clarioti lumine præ omnibus Prophetis edocta, quæ cum plus illis diuinu amore flagraret, ardentius deſiderabat proprijs oculis ante mortẽ intueri nouum iſtud, quod Dominus facturus erat in mundo. Intueri inquam, fœliciſſimam illam fœminam, ac ſanctiſſimam virginem, quæ tantum virum tam nouo modo conceptura erat, vt inſtar humilis ancillæ poſſet illi miniſtrare. Sed ardentius cupiebat intueri virum ipſum
Agge 2. v.8. Cant.5. v.16. pluſquam virum, Deum hominem factum, qui deſideratus cunctis gentibus, & totus deſiderabilis nuncupabatur: à quo omnium gentium & totius mundi ſalus & vita pendebat, quam ipſa etiam ardentiſſime peroptabat. Vnde eodem ſpiritu, quo antiqui Patres & Prophetæ, ſed ardentius illis, nomine totius Eccleſiæ, & vniuerſi mundi clamabat ad Deum, dicens: *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Tam potenſque fuit eius deprecatio vt meruerit incarnationis accelerationem; imo & crediderim, quod inſtar Simeonis, acceperit reſponſum à Spiritu S. non viſurã ſe mortem, donec videret ChriſtumDomini, & fœminam illius futuram matrem. Hac autem ſpe amplius erecta, inſtantius orabat, & nouis ſanctita- A tis ſtudijs ſeipſam præparabat, vt regi venturo eiuſque matri digne poſſet occurrere.

Hæc ipſa cogitante, ecce Angelus Gabriel ingreſſus ad eam, dixit, *Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.* Et rurſus, *Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur.* Quibus verbis deſcribit Angelus inſignem Virginis ſanctitatem, præcellentiſſimum munus Deiparæ, ad quod eſt euecta, & vtriuſque radicem, quæ eſt, inueniſſe gratiam apud Deum. Luc.1.v.26

Etenim beatiſſima Virgo ab infantia ſua Spiritus S. inſpiratione præmota, duo ardenter deſiderabat & poſcebat à Deo, vnum ſibi, alterum vniuerſo etiam mundo: ſibi quidem ſingularem gratiam diuinæ dilectionis, vt ſcilicet vnice diligeretur à Deo, & vnice ipſa poſſet diligere illum: vniuerſo vero mundo, ſupremum diuinæ dilectionis ſignum, quod eſt incarnatio diuini B Verbi. Vtrumque ſimul petebat hac breuiſſima prece, *Oſculetur me oſculo oris ſui*, iuxta duplicem ſenſum hactenus telatum; vtrumque etiam obtinuit, & obtinuiſſe declarat Angelus cum ait: *Inuenisti gratiam apud Deum*: illam ſcilicet gratiam quam popoſceras.

Quid ſit inuenire gratiam apud Deum. §.2.

AD huius autem pleniorem intelligentiam, notare oportet, inuenire gratiam apud Deũ idem omnino eſſe quod ſingulari, & eximia dilectione ab illo diligi: eo modo quo apud Reges, & Principes, quidam dicuntur inuenire gratiam, quod Hiſpano ſermone dicimus. *Cair en gracia, o priuat con en Rey.* Quo modo Aman gratiam inuenit coram Rege Aſſuero. Cum Heſt.3.v.21 gratia primus ſit, ac præcipuus diuinæ erga nos dilectionis effectus, qua illi reddimur grati, chari, & dilecti: hinc factum eſt vt in Scriptura ſingulariter dicantur, inueniſſe gratiam apud Deũ,
C qui ſingularia gratiæ dona, ac inſignia beneficia, & diuini amoris indicia receperunt; ad eum modum quo Ruth contemplans magnificam Ruth.2.v.10.&13. Boozi erga ipſam beneuolentiam, ac munificentiam, dixit: *Inueni gratiam coram oculis tuis domine mi.* Quod eleganter ſic explicat D.Hieron. " in epiſtolam ad Titum, obſeruans quoddam Ad Titum 1.v.4. myſterium huius phraſis per hæc verba: Non " abiq; ſcrupulo tranſeundum eſt quibuſdam " Apoſtolus imprecatus eſt, vt eis gratia & pax Habetur multiplicaretur; in epiſtola vero hac, gratia & 1.Petri. pax ſine multiplicatione ſunt poſitæ. Noë vir Gen.6.v.8 iuſtus, & naufrago orbe ſolus ſeruatus, non di- " citur plures gratias, ſed vnam gratiam inueniſſe " in conſpectu Dei. Et Moyſes ad Dominum, Si Exod.33.v.13 inueni (inquit) gratiam apud te. Et ſicubi alibi " in perſona ſanctorum gratia poſita eſt, quære, & " inuenies, non eos gratias inueniſſe, ſed gratiam. " Mercatur ille de Euangelio qui plures habuit " margaritas, ad extremum vnam preciosam re-
D perit, quam de multis margaritis ſolam emit. Matth.13.v.45 Perfectorum quippe eſt vnam margaritam, & " vnum theſaurum omnibus margaritis & theſauris ſubſtantiæ ſuæ emere commercio. Incipientium vero adhuc in itinere poſitorum, nec " dum vnam & ſolam, ſed plures habere margaritas. Ita Diuus Hieronymus inſinuans inuenire " gratiam apud Deum, dici de ſolis perfectis, con- " ſumma-

ſummatiſque vitis, & à Deo ſingulariter dilectis quos Deus nouit ea nomine, ſicut dixit Moyſi: qui quidem vnam dicuntur inuenire gratiam in qua plures counianiur gratiæ, vnam precioſam margaritã in qua multæ contineantur margaritæ, vnum theſaurum in quo multæ diuitiæ coaceruentur; vnum denique bonum quod innumera bona & Dei beneficia comprehendat: quæ ad hoc tendant, vt animam reddant Deo gratioſam, ſumme amabilem, & ita adhærentẽ, vt vnus fiat ſpiritus cum Deo. Quem affectum agnoſco in his verbis ſponſæ, *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Quid petis, ô dilecta à dilecto? quid ab illo obtinere deſideras? Hoc vnum tantum, vt inueniam gratiam apud ipſum. Quam gratiam? Vnam quæ virtute ſit omnes, *Vt oſculetur me oſculo oris ſui*, & vniat ſe ipſum mihi omnibus modis quibus decet diligentem vniri rei dilectæ. Non quæro gratiam inuenire apud homines, quia fallax eſt, & cito tranſiens, ſed apud ipſum cuius gratia eſt vera & non deficiens. Non negamus omnes iuſtos generali ratione inuenire gratiam apud Deum, ſicut & omnes prædeſtinatos; quia magna gratia eſt gratia ſanctificans, & longe maior ipſa gloria: ſed aſſeueramus cum Diuo Hieronymo hac phraſi denotari plenitudinem omnium gratiarum pro cuiuſq; ſtatu ad maximam cum Deo vnionem pertingentem. Ea qua oritur alia gratia, vt aſſumatur ad aliqua præcellentiſſima munia, & opera diuinæ gratiæ perficienda.

Gen.6.v.8. Hoc egregie explicuit Scriptura cum de Noe dicit: *Noe inuenit gratiam coram Domino*, & mox ſubiungit: *Noe vir iuſtus atque perfectus fuit, in generationibus ſuis cum Deo ambulauit.* Ex eo enim quod inuenit gratiam coram Domino, perfectus fuit iuxta proprium ſtatum, & ambulauit ſemper in præſentia ipſius. At quia ſic perfectus fuit, iterũ ſecundo inuenit gratiam coram Domino, vt eum ab vniuerſali diluuio in arca præſeruaret, & per ſemen eius propagaret humanũ genus.

Optimum vide locum D.Chryſ. in exhort. 14.

Vnde etiam eſt, quod qui ſemel inuenit gratiam apud Deum, non ſatietur ea gratia, ſed in dies maiorem deſideret, & crebrius repetat, *Oſculetur me oſculo oris ſui*, noua mihi & maiora ſui erga me amoris ſigna præbens. Sicut Moyſes, cui dixit Dominus; *Inueniſti gratiam coram me*: vnde tantam concepit fiduciam, vt diceret: *Si inueni gratiam in conſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuam, vt ſciam te, & inueniam gratiã ante oculos tuos.* Ac ſi diceret; Nouam expeto gratiam inuenire ante te, & nulla ſatiabor, donec clare videam te. Hæc autem omnia proueniunt nobis à Christo, de cuius plenitudine (inquit Baptiſta) omnes accepimus, & gratiam pro gratia; vt qui primo inuenit gratiam, per hanc iterum quærat inuenire aliam, donec plenus fiat.

Exod.33. v.13.

Ioh.1.v.16.

Beatiſsimam virginem ſingulariter præ omnibus inueniſſe gratiam apud Deum. §.3.

HInc clare conſtat quod Angelus Gabriel Virgini dixit: *Inueniſti gratiam apud Deum.* Quæ verba ad præcedentia & ad ſequentia referenda ſunt. Salutauerat eam Angelus dicens: *Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus*; inſolita autem ſalutatione turbatam ſic affatur Angelus. Quid times Maria? quid turbaris? Nun eſt quod timeas, quia te vocauerim gratia plenam, & inter mulieres benedictam, quia inueniſti gratiam apud Deum; non quomodocunque, ſed ſingulariter & vnice. A præ omnibus puris creaturis, per antonomaſiam, tu inueniſti gratiam apud ipſum, vt plena ſis omni gratia. Oſculatus eſt te oſculo oris ſui, & præcellentiſſima tibi ſuæ gratiæ dona conceſſit. Nam teſte Diuo Anſelmo, decuit virginem ea puritate nitere, qua maior ſub Deo nequit intelligi, decuit etiam ea ſanctitate ac plenitudine gratiæ fulgere, qua maior ſub Chriſto non valet inueniri. Nam vt dixit D. Hieronymus, bene gratia plena, quia cæteris per partes præſtatur, Mariæ vero ſe totam ſimul infudit gratiæ plenitudo. Pleni quidem fuerunt Patriarchæ, pleni Apoſtoli, & Martyres, pleni Cherubim & Seraphim; at omnium plenitudo inuẽta eſt in illa. Attendite (ait Petrus Damianus) Seraphim, & videbitis quidquid maius eſt, quidquid plenius eſt, minus eſt Virgine. Solus opifex ſuperegreditur opus iſtud. Non habet cum aliis comparabilem appellationẽ, quæ excepto ſolo Deo eſt omnibus altior. Alii ſancti tanquam boni negotiatores quæſierunt bonas margaritas, vnamque precioſam inuenerunt, quia inuenerũt plenitudinem ſapientiæ & charitatis ſuo ſtatui & muneri proportionatam; at beatiſſima Virgo hanc vnam precioſam margaritam excellentius quam illi reperit, nam plenitudinem ſapientiæ & gratiæ copioſiorem obtinuit. Margarita vna & precioſa, quam ſancti quærunt, & inueniunt, & venditis omnibus emerunt, Chriſtus eſt, vt teſtatur D. Ambroſius; & illam per charitatem poſſident eaque mirifice ornantur, & diteſcunt. At beatiſſima Virgo non ſolum hanc vnam precioſam margaritam inuenit, ſed & genuit, & ideo excellentius poſſedit.

Lib. de excepta virginali c.18.

Serm de Aſſumptione.

Vide D. Tho.3.p.q. 27.ar.5.

Ex Petro Damiano. Serm. de natiu. Virginis

Andreas Cretenſis ſerm.2. de Aſſumpt.

Matth.13. v.45.

Fertur conchas maris margaritam generare non per commixtionem vnius cum alia, ſed pro materia ſeminali eſt ros cœli cum humore conchæ coniunctus; efficiens autem cauſa eſt ipſum ſolis vel lunæ lumen. Sic beatiſſima Virgo velut cœleſtis concha non ex virili ſemine, ſed ex virtute Altiſſimi concepit ac genuit Chriſtum Deũ & hominem: cuius diuinitas per rorem cœli denotatur, dicente Iſaia, *Rorate cœli deſuper*, vt iam ſuperius explicuimus: humanitas aũt deſumpta eſt à matre. Sicut ergo in ſinu conchæ velut in matrice generatur, candida, ſplendida, & decora margarita: ita intra virginis vterum generatus eſt Chriſtus candidus & rubicundus electus ex millibus, ſpecioſus forma præ filiis hominum, qui cum vnica ſit precioſa margarita, in ſe omnes continet; ſine qua nihil proderit, quidquid habueris, quam ſi ſolam habeas, ſufficit tibi, quia in ea omnia habes.

Serm 6. to.3. propa fi. em.

Nota Plin. lib.9. c.35.

Hoc igitur eſt, quod dixit Angelus ſtupenti Virgini; *Ne timeas Maria, inueniſti gratiam apud Deum.* Magna ſunt quæ dixi, cum te gratia plenã & benedictam compellaui; audi longe maiora, vnde tua creſcet gratiæ plenitudo: imo exinde colliges te recte appellatam gratia plenam, & benedictam, quia *Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum.* Quid deſiderabas, ô virgo benedicta? Quid tam ardenter à Deo poſtulabas? Vt Verbum diuinum carnem aſſumeret, & filius Dei filius fieret alicuius virginis. Exaudita eſt oratio tua. Obtinuiſti quod petebas; mox Verbum caro fiet: ſed vlterius obtinuiſti

tinuisti quod non desiderabas, nec audebas postulare: ecce inuenisti singularem gratiam apud Deum, vt tu ipsa sis virgo illa quam prænuncia-
Isa. 7. v. 14. uit Isaias dicens: *Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel*, id est nobiscum Deus. Tu ipsa es fœmina illa, de qua dixerat Ie-
Ier. 31. v. 22. remias, *Nouum creauit Dominus super terram, fœmina circumdabit virum.* Ecce tu concipies & paries Emanuel, filium Dei altissimi, quem Patriarchæ tui progenitores expectabant: Ecce concipies vnam illam pretiosam margaritam, quam Prophetæ quæsierunt, & non peruenerunt inuenire. Nihil tibi timeas virginitatis vero, quod fecisti, *Quoniam virum* (inquis) *non cognosco*, quia hanc gratiam inuenisti apud Deum, vt simul sis mater & virgo.

Hæc enim margarita non concipitur ex humano & virili semine, sed ex rore cœlesti; *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Cuius vmbra protegente generabis Saluatorem mundi; & hanc sublimem consequeris
B dignitatem, vt sis *Theotocos* Dei genitrix, Deipara, mater Dei, & mater Christi à cunctis gentibus desiderati.

Hinc sese in immensum plenitudo gratiæ
3. p. q. 7. ar. creuit in Deipara; nam vt dicit Angelicus do-
10. ad 1. & q. 27. ar. 5. ctor, eo hæc est maior, quo præcellentius est munus & officium, ad quod electus est quisque à Deo; nullum autem est excellentius post Christum, nec Christo propinquius munus, quam esse matrem eius prælectam, vt eum generaret, proprio lacte nutriret, curam illius gereret, foretq; ipsius ad opus nostræ redemptionis quasi coadiutrix, vt multi sanctorum Patrum testantur.

Nulla ergo maior sub Christo potuit intelligi plenitudo gratiæ, quam quæ data est matri ipsius Christi, authoris & elargitoris gratiæ. Vnde cum angelus in salutatione dixisset *Aue gratia plena*, & postea, *Inuenisti gratiam apud Deum*, adhuc addit; *Spiritus sanctus superueniet in te.* Ac si diceret. Iam quidem venit in te, quæ gratia es ple-
C
Ioh. 1. v. 16. na; iterum desuper veniet, vt noua plenitudine fias plena cum conceperis filium Dei, de cuius plenitudine recipies gratiam pro gratia: plenitudinem pro plenitudine, pro precedenti aliam nouam, quia in te nouo modo recipies ipsum Verbum carnem factum, plenum gratiæ & veritatis, à quo est omnis alia plenitudo. Et quid mirum quod tantam recipiat gratiæ plenitudinem quæ ipsum concepit plenitudinis fontem?
Serm. de Zona Virginis. Et Andr. Cretens. serm. de dormitio ne Deipa ræ. „ Nam vt dicit Euthymius: si quid quod nos su„ perat in Virgine Maria, diuina operata est „ gratia, nemo miretur intuens ad nouum, & „ ineffabile, quod in ea peractum est myste„ rium omni infinitate infinities infinite exem„ ptum,

Per humilitatem Virginem Mariam inuenisse gratiam apud Deum. §. 4.

SEd quid ad hæc respondit Angelo beatissima Virgo? *Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum.* Confirmat exemplo quod Angelus prædicauerat verbo. Quomodo nō plena omni gratia quæ adeo humilis est, vt electam in matrem se vocet ancillam? Quid non inueniret gratiam apud Deum, quæ ita amplexata est humilitatem, cui promissio facta est inueniendi

A gratiam? *Quanto magnus es* (inquit Ecclesiasticus) *Eccl. 3. v. 20.* *humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam; quia magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur.*

Magna es, ô Deipara, quæ ad tam præcelsam dignitatem es euecta: sed quia humiliasti te in omnibus, inuenisti nouam gratiam apud Deū, & in dies nouem consequeris gratiæ plenitudinem. Et quia Deum tua summissione honorasti, magna operatus est in te, qui magnus est in sua potentia, *Quia respexit* (inquis) *humilitatem* *Luc. 1. v. 48.* *ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius.* Vere respexit humilitatem ancillæ suæ, qui in ea sibi valde complacuit, & innumeris ac immensis est prosequutus beneficijs: vt quæ se ancillam prædicat, ab omnibus generationibus prædicetur beata. Quia magna fecit in ea Omnipotens, super omnes eaturas illam exaltans, nam omnis qui se humiliat, exal-
B tabitur: & eo maior erit exaltatio, quo humiliatio fuerit profundior. In domo autem nihil vi- *Lib. 34.* lius ancilla, & nihil dignius matre. Beata Virgo *Moral. c. 7.* respexit in vilitatem ancillæ; quia (vt dicit Diuus Gregorius) humili oculos figit, non in eo quod excellentius est, sed in eo quod vilius & abiectius, Deus autem respiciens submissionem ancillæ eleuauit eam ad supremam dignitatem matris suæ.

Ecce ergo, si desideras gratiam inuenire apud Deum, stude humilitati, quæ ex verissima cognitione sui sibi ipsi vilescit: in tuam propriam vilitatem oculos conijce, & quanto magnus es, humilia te in omnibus: noli magnus haberi, sed vilis reputari: *Magna quippe est potentia Dei solius: il-* *Eccl. 3. v. 20.* le enim solus est magnus, solus potens, solus sapiens, & solus bonus; qui solus à seipso omne bonum habet, cæteri non à se, sed ab illo, & ideo *ab humilibus honoratur*: quia cum nihil habere
C à se sciunt, omnium quæ habent soli Deo tribuunt gloriam & honorem; qui honorantes se *1. Reg. 2. v. 30.* honorat, & glorificantes glorificat.

Præterea, perfecta humilitas inseparabiles comites orationem & obedientiam secum habet. Nam omnis vis humilis est Dei mendicus: eum enim nihil boni à se habere sciat, illud à Deo emendicat: & vt impetret Deo subijcitur, & quidquid iubet, libenter exequitur. Si ergo vis gratiam coram Deo inuenire, quære humilitatem, quære obedientiam, vaca orationi, & hoc instanter ora, vt apud ipsum inuenias gratiam. *Ecce* (inquit) *ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Sicut ancilla nomen est humilitatis sic, ista verbum *fiat*, est optantis & orantis, vt fieret quod Angelus annunciauerat, sicut affirmat Diuus Ambrosius, & Bernardus, vel sicut *In suum locum hom. 4. in Missus est.* dicit Diuus Augustinus, Verbum est consentientia, vt voluntas Dei in illa fiat, iuxta id quod Angelus prædixerat, Fiat (inquit) vt di- *Serm. 17. de Sanctis.* xisti, quod filium Altissimi concipiam: fiat
D quod Spiritus sanctus superueniat in me, & virtus Altissimi obumbret mihi: fiat non secundum verbum meum, quia ancilla sum, & propria careo voluntate, sed secundum verbum tuum, quod est verbum Dei, cuius tu nuncius es, & personam geris. Intuere prudentiam Virginis non humanam, sed diuinam. Prius orauerat: *Osculetur me osculo oris sui.* Id est, Vtinam inueniam gratiam coram ipso, vt d ligar me,

me, & ego diligam illum; & vtinam nobis tribuat suæ dilectionis supremum signum veniens ad saluandum nos; sed modo accepta reuelatione stilum mutat. Non orat vt sponsa, sed vt ancilla, sed eo sponsa dignior, quo ancilla humilior. Id autem orat, id optat, vt in ea fiat osculũ incarnationis Dominicæ, quod tam ardenter desiderauerat.

De incarnationis executione in vtero Virginis.

§. I.

SEd vix dixit, *Fiat mihi secundum verbum tuum*, quando exaudita est eius obsecratio, impletum desiderium, acceptum votum. In eodem enim instanti superueniente Spiritu sancto, & virtute Altissimi obumbrante, Verbum caro factum est, & habitauit in ea, & per eam in nobis. Tunc enim Deus propter nimiam charitatem suam in virgineo thalamo preciosissimo osculo oris sui osculatus est humanam naturam suæ coniungens diuinæ personæ, & Deus & homo factus est vnus Christus; Virgo & mater facta est vna Maria. *Venite & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram.* Venite Angeli, accedite iusti, appropinquate peccatores: intuemini, contemplamini noua prodigia, quæ hodie propter vos creauit Dominus in terra. Videte fœminam circumdantem virum: fœminam prodigiosam, quæ sit virgo & mater intacta: prodigiosum virum, qui sit Deus simul & homo: mulierem eleuatam, vt sit amicta sole: solem humiliatum, vt amiciat mulierem, & tamen nec lædat aut comburat illam. *Vadam* (inquit Moyses) *& videbo visionem magnam, quæ rubus ardeat, & non comburatur.* Accedam, appropinquabo, vt videam hoc prodigiũ nouum in terra, hoc signum magnum in cœlo; quomodo rubus fœminæ concipiat in se ignenm virum Deum & hominem, & tamen illæsa & intacta permaneat. Quomodo ignis deitatis vniatur rubo humanæ naturæ, & tamen incorrupta & integra perseueret. Accedam ad ignem; appropinquabo matri Virgini, appropinquabo homini Deo, contemplabor mysterium ipsius, & qui non combussit rubum, nõ comburet, nec destruet me; sed potius suo lumine illuminabit ad fidem, & suo ardore accendet ad charitatem, vt illi vniar, & ab ipso perficiar. Sed siste gradum, ô Moyses: *Solue calceamentum de pedibus tuis*, si accedere concupiscis. Dissolue, ô homo, prius colligationes impietatis, rumpe delictorum fasciculos deprimentes, tolle morticinia affectionum terrenarum, pone inuolucra carnalium cogitationum; quia terra in *qua stas sancta est.* Mysteria sancta à sanctis & puris mentibus sunt contemplanda, nam *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Quia etsi Deus in rubo sit, à mundo tamen corde videndus est. Depone superbiam, & indue humilitatem, & inuenies gratiam coram Deo, vt ignem in rubo, & Verbum in carne possis intueri. Quia etsi non audebunt contemplari eum qui sibi videntur esse sapientes, bene tamen humiles: nam scriptum est: *Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* Si paruulus es in oculis tuis, ne diffidas; quia ipse Deus te inuitat, vt intuearis prodigia, quæ posuit super terram; sic enim ait in eodem Psalmo: *Vacate & videte quoniam ego sum Deus, exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.* Id est, deponite superfluas curas, vacate à negotijs, videte & contemplamini, quoniam ego ipse sum Deus omnipotens, qui in rubo apparui, qui carnem indui: ego exinaniui me in terra, & humiliaui me propter vos inter gentes; sed eo ipso quod me humiliaui, exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra, quia mea ista exinanitio est mea exaltatio; in ea enim splendet mea omnipotentia, sapientia refulget, apparet benignitas, misericordia & charitas. Humiliamini ergo sub potenti manu Dei, vt exaltet vos in tempore visitationis; imo humiliamini sub benigna manu Dei, qui humiliatus est propter vos, vt discatis ab illo, quoniam mitis est, & humilis corde: humilis profecto qui cum esset vir, non horruit circumdari in vtero à fœmina, qui cum esset splendidissimus ignis, humili rubo coniungi non est dedignatus: sed si imitati fueritis eius humilitatem, consequemini per ipsum exaltationem in sæcula sæculorum, Amen.

[Marginal notes: Ps. 45. v. 9. — Ier. 31. v. 22. — Apoc. 12. v. 1. — Exod. 3. v. 3. — D. Bern. serm. de B. Maria & Ecclesia in antiph. D. Cyrillus & alii apud Lipomanum. — Hic locus fusius explicatur infra lib. 2. exhort. 8. — Matth. 5. v. 8. — Iob. 37. v. 24. — Matth. 11. v. 25. — Ps. 45. v. 11. — 1. Pet. 5. v. 6.]

EXHORTATIO VII.

De lege gratiæ ac doctrina Euangelica, quam proprio ore docuit Christus Dominus, de eius fontibus, & mira fragrantia in singulis mysteriis, præceptis, & consiliis.

Osculetur me osculo oris sui.

PRomissus erat olim Ecclesiæ antiquæ Messias Deus & homo, non tantum vt mundi esset redemptor, sed etiam magister & doctor, qui salutem afferret, docendo viam & modum illam obtinendi. Et quamuis per Moysem legem Israelitis dederit, & iudicia sua eos docuerit, iuxta illud; *Notas fecit vias suas Moysi, filiis Israel voluntates suas*, idque sæpius etiam fecerit per reliquos Prophetas, multifariam, multisq; modis, vt dicit Paulus, loquens patribus per illos, tamen decreuerat nouissime loqui nobis per filium, vt ipse ore ad os homines doceret, altioraque præcepta, & perfectionis consilia traderet, doctrinamque fidei clarius & distinctius manifestaret: ita vt ipsi homines (sicut loquitur Isaias) propriis oculis viderent præceptorem suum, & propriis auribus audirent eum dicentem, *Hæc est via, ambulate in ea, non declinantes ad dexteram neque ad sinistram.* Quod magnam illis allaturum erat lætitiam, & exultationem; sicut prædixerat Ioel respiciens ad tempus prædicationis Christi. *Filii Sion* (inquit) *exultate & lætamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis doctorem iustitiæ.* Hac igitur promissione allecta sponsa desiderans magistrum hunc videre, & proprio ore loquentem eum audire, dicebat, *Osculetur me osculo oris sui.* Diximus superius quod verbum Hebræum *nasak* non solum significat osculari, sed erudire, & exhibere doctrinam, quod pertinet ad docentem, ac etiam apprehendere & recipere, quod attinet ad discentem; vnde eodem verbo in Ps. 2. dicitur. *Apprehendite disciplinam*, quod alij vertunt. *Osculamini filium*, scilicet docentem; placide recipientes doctrinam eius: quod maxime

[Marginal notes: Isa. 55. v. 4. Ioel. 2. v. 23. — Ps. 102. v. 7. — Ad Heb. 1. v. 1. — Isa. 30. v. 20. — Ioel 2. v. 23. — In exhort. 2. ad fin. — Ps. 2. v. 12. Aquila vertit ita.]

A verum eſt quando doctrina qua fit eruditio, eſt ſuauis, dulcis, & amore plena. Ait igitur ſponſa; Vtinam veniat iam magiſter & doctor iuſtitiæ mihi promiſſus, & erudiat & oſculetur me ipſum, & oſculo oris ſui. Vtinam ſapientia increata à ſede Patris deſcenderet, & accepto ore corporeo, per illud loqueretur mihi, & auribus meis ſuam doctrinam infunderet. Vtinam qui nunc aperit ora Prophetarũ, veniat & aperiat os ſuũ, vt me doceat, tribuens mihi doctrinam ſuam, quæ ſit mihi oſculum, & amoris ſignum. Nolo iam dicere illi, ſicut antiquiores patres Moyſi:

Exod. 20. v. 19. *Loquere tu nobis, & audiemus; ne loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.* Imo potius dico ne loquatur mihi iam Moyſes ne forte moriar, ſed loquatur mihi Dominus ipſe proprio ſuo ore vt viuã; nam quod loquitur Moyſes non ducit ad perfectionem, & lex eius iram operatur, dum præceptum ponit, & vires gratiæ non tribuit: at quæ Chriſtus loquetur, perfectiſſimum erit, vitam operabitur, nam tribuet gratiam, vt impleam le- B gem. Nec mirum quod Iſraelitæ dixerint: Non loquatur nobis Dominus, quia deſcenderat in montem Sinai, vt loqueretur non per ſe, ſed per Angelum, ſonos terrificos edens, & horribiles viſiones oſtentans vocum, tonitruum, fulgurũ, lampadũ, ignis & montis fumantis, ita vt mons

Exod. 19. v. 10. & 18. & c. 20. v. 20. eſſet viſu terribilis, diceretque Moyſes; *Vt probaret vos venit Deus, & vt terror illius eſſet in vobis*: venit quippe vt terreret, quia legem præbebat non amoris, ſed terroris; at ſponſa illam optabat charitatem, quæ foras pellit timorem, & ideo deſiderabat etiam quod non Moyſes, ſed filius ipſe Dei proprio ore loqueretur illi, non in tonitruis ſed in oſculis adueniens, & legem amoris præ-

Ioh. 1. v. 17. bens: nam lex quidem per Moyſem data erat, at gratia & veritas concedenda Chriſto fuit reſeruata.

De ſuauitate & efficacitate doctrinæ & legis Chriſti ab ore ipſius procedentis. §. 1.

PRo votis rem accidiſſe egregie narrat Euangelica hiſtoria, dum inquit Diuus Mattheus;

Matt. 5. v. 1. *Cum vidiſſet Ieſus turbas aſcendit in montem, & cum ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, & aperiens os ſuum docebat eos.* Venerat filius Dei vt ſponſam Eccleſiam erudiret, & oſcularetur oſculo oris ſui. Locum eruditioni aptum elegit, in montem

Exod. 19. v. 20. aſcendit. Quid eſt quod aſcendit? Nam cum primam legem daturus erat, Moyſes aſcendiſſe dicitur, Deus vero deſcendiſſe: vt ſignificaret, quod hominum agreſti ingenio & conditioni ſe attemperabat legem præbens terrificam, vmbris fumigantem, atque imperfectam: at poſtquam Deus è cœlis deſcendit, & factus eſt homo, docturus homines, & legem daturus, aſcẽdiſſe dicitur in montem: quia eos eleuare diſponebat ad legem & doctrinam cœleſtem, vitamque omni ſanctitate conſummatam. Vnde ad montem Sinai ſolus legiſlator Moyſes aſcendit, vt prope Deum eſſet, reliquum autem vulgus D populi, imo & ſeniores, non aſcenderunt, ſed ſteterunt à longe: quoniam per legem illam nullus ad perfectionis verticem potuit aſcendere. At cum Chriſtus aſcendit in montem, non aſcendit ſolus, nec vnus, vel alter Apoſtolus, cum illo, ſed omnes Apoſtoli, & diſcipuli eius; imo & turba ad planitiem quandam in latere

A montis aſcendit: quoniam per legem & doctrinam ad verticem perfectionis plurimi erant peruenturi; illi tamen præcellentius qui illi acceſſiſſent propius. *D. Aug. Tr. 1. de ſerm. Domini in monte.*

Sedit autem ad docendum, vt indicaret legis & doctrinæ tranquillitatem, quam non comitantur tonitrua & micantia fulgura, ſed placida & ſuauia verba, *Et aperiens os ſuum docebat eos.* Qui enim ora Prophetarum olim aperuerat, iam os ſuum aperuit, vt erudiret nos: & qui triginta annis ſummo ſilentio quaſi obſeratum habuerat os corporis, tunc reſerauit illud, & aperuit, vt occulta myſteria nobis propalaret. Quid inquis, ô ſponſa? *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Ecce adeſt ſponſus & magiſter eruditens, & oſculans te ipſo ſui oris amabili oſculo; nam doctrinam quam ab ore patris audit, hanc ipſe tibi præbet, & proprium os aperit, vt te illam doceat, & oſculo iſto ſe tibi vniat. Dicebat olim Socrates, ſapientis os quaſi oſtium templi eſſe, B quod cum aperitur, apparent ſanctarum rerum ſimulacbra: & ita in Scriptura cum refertur Sanctos aperuiſſe os, aliquid magnum & ſanctum ſpectare monemur: vt cum Iob aperuit os ſuum, & Dauid ad loquendum in parabolis ar- *Iob. 3. v. 1.* cana ſeculi. Quid ergo ſpectandum cum Chri- *Pſ. 77. v. 2.* ſtus aperit os ſuum, quod ianua eſt templi, vbi diuinitas habitat corporaliter, & oſtium arcæ, vbi ſunt reconditi theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei? Merito ſponſa oſculum oris Chriſti deſiderat, quia ſecura eſt, quod cum aperuerit illud, verba vitæ æternæ proferet: Et ſicut, inquit Origenes, quot præcepta & conſilia, quot monita & ſententias protulit, tot oſcula nobis dedit.

Sed quid eſt, ô dilecta, quod petis? An neſcis *Hom. 1. ex quatuor, & alii.* quod ex ore Chriſti procedit gladius vtraque parte acutus? quomodo ergo tali ore appetis oſculum recipere? Sed id ipſum, inquit, poſtu- *Apoc. 1. v. 16.* lo. Nam gladius iſte non mortem efficit, ſed vi- C tam, & ipſum oſculum oris Dei cordi imprimit. Gladius ſpiritus verbum Dei eſt (inquit Pau- *Ad Epheſ. 6. v. 17.* lus.) *Viuus autem eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vſque ad diuiſio-* *Ad Hebr. 4. v. 12.* *nem animæ ac ſpiritus, compagum quoque ac medullarum, & diſcretor cogitationum cordis.* Verbum itaque ab ore Chriſti procedens, & oſculum eſt oris eius, & gladius anceps & penetrabilis: oſculum oris, quia animam erudit, & allicit per amorem; gladius penetrabilis, quia non in ſuperficie manet, ſicut oſculum os tangens, ſed ad interiora cordis penetrat, & ibi mirabiles diuiſiones efficit, à corde expellens omnem amorem noxium, & imprimens ſalutarem. Oſculum oris eſt, quia doctrinam amoris proponit, quia dulcia præmia promittit; gladius eſt acutus, quia cuncta diuidit, & ſeparat, quæ diuinum amorem & oſculum poſſunt impedire. Denique oſculum eſt propter ſuauitatem, gladius propter efficacitatem, quia ſapientia omnia attingit D fortiter, & diſponit ſuauiter, vt iugum eius ſit leue, & onus ſuaue. *Doctrina Chriſti ſimul oſculum & gladius. Penetrabilis ſumitur actiue non paſſiue.*

Cum ergo dicitur; *Aperiens os ſuum docebat eos;* ſimul aperuit os ad oſculandum, & ad emittendum gladium, quia verba ipſius vtrumque præſtant.

Sed audi quid dicat. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum; Beati mites,* *Mat. 5. v. 3.*

quoniam

quoniam ipsi possidebũt terram, Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Hæc & similia oscula sunt oris Dei, suauissima, & summi amoris signa, & quis nisi Deus, posset beatos vocare & efficere pauperes & mites, ac regnum cœlorum terramque viuentium illis adiudicare? Quis nisi os Dei potens esset, paupertatem, mansuetudinem, reliquasque virtutes ita amabiles reddere, vt quasi oscula desideremus, & amplectamur illa? Vtinam *osculetur me osculo*, imo, *osculis oris sui*, non vno osculo, sed pluribus, non vna virtute, sed omnibus, quas docuit. Osculetur me osculo paupertatis, osculo mansuetudinis, & misericordię, osculo pacis & puritatis, & crebro osculetur me his osculis oris sui; his virtutum affectibus cordi meo vehementer impressis. Nec sine mysterio non ait, osculetur me ore suo, sed osculo oris sui; vocans osculum ipsam doctrinam & verbũ eruditionis ab ore Christi procedens, quod cupit vt illam intime tangat & penetret; ac si diceret, erudiat me amabili doctrina oris sui.

B Sed hæc ipsa oscula, gladius sunt acutus, & penetrabilis; & quid est doctrina paupertatis ab ore Christi procedens, nisi gladius ipsius, quo diuidit & separat à corde omnem inordinatum affectum diuitiarum, & cupiditatem, quæ radix est omnium malorum; vt regnum cœlorum, & cœlestia bona possint obtineri? Et quid aliud est mãsuetudinis doctrina, nisi gladius præscindens omnem impetum iræ, vt solida sit possessio animæ, & hæreditatis æternæ? Denique magna est virtus huius diuini osculi ingens vis hui9 cęlestis gladij, q̃ ab ipso Christi ore recipit: nam *Verbum* (inquit) *quod egredietur ab ore meo non reuertetur ad me vacuum, Sed faciet quæcunque volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud.* Isa. 55. v. 11 Vt ergo in te sit efficax, attende quod cum Christus aperit os suũ ad docendum, tu aperias aures tuas ad audiendum, & cor tuum ad recipiendum doctrinam eius, iungens os tuum ori ipsius, vt idem sit vtriusque sensus, idem amor, eadem loquela, eadem conformitas vitæ. C Memento quod dixerit Dominus per Ieremiam, *Si separaueris preciosum à vili, quasi os meum eris* Ier. 15. v. 19 Si vis esse quasi os Dei, intime illi per amorem & osculum coniunctum, cui ipse Deus vt amico os ad os loquatur, separa preciosum à vili, virtutem à vitio, amorem Dei, ab amore tui, desiderium æternorum à desiderio temporalium. Accipe in doctrina & verbis Christi simul gladium mortificationis quam præcipit, & osculum amoris, & præmij, quod illi adiungit. Hæc duo separare non debes, quia vtrumque est preciosum, neutrum vile; & quæ Christus coniunxit, homo non separet. Ipse cõiunxit semper virtutem & præmium, abnegationem & mercedem, non temporalem, sed spiritualem, & æternam, omni suauitate refertam: *Pœnitentiam* (inquit) *agite, quia appropinquabit in vos regnum Dei.* Matth. 4. v. 17. Beati pauperes quoniam vestrum est regnum cœlorum. Beati qui lugent, D quoniam ipsi consolabuntur, & qui reliquerit patrem & matrem propter me, centuplum accipiet & vitam æternam possidebit. Asperitatem gladij temperat suauitas osculi, virtutis dulcedo, & præmij magnitudo; ideoque merito sponsa ait, *Osculetur me osculo oris sui.*

❧)o(❧

A *Amorem Dei & proximi esse duo vbera Christi & legis gratiæ omnium optima & fragrantissima. §. 2.*

SEd amplius id ipsum explicat, cum rationem eius quod petit, reddit dicens: *Quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis.* Vbera, vt superius diximus, idem significant, quod amores, & vsurpantur vel pro lacte, vel pro fontibus lactis. Christus autem Dominus, vt legislator & magister, vbera habet & lac doctrinæ, quia electos nutrit, reficit, recreat, exhilarat, & confortat. Duo autem vbera eius, secundum D. Gregorium, duo sunt amores Dei, & proximi, quibus ipse flagrauit in quãtum homo, & quos maxime nobis commendauit in lege Euangelica. De illis enim dixit: *Primum & maximum mandatum est, diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & in tota mente tua.* Matth. 22. v. 37. *Secundam huic simile, diliges proximum sicut te ipsum.* B *In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & Prophetæ.* En duo vbera Christi, & legis gratiæ, ac charitatis ab ipso latæ: quia sicut ab vberibus profluit lac, ita ab his duobus præceptis, & amoribus, vniuersa procedunt & pendent, quæ lex præcipit, & Prophetæ docuerunt, ac ipse Christus tradidit nobis: cuncta enim eius doctrina, vniuersa præcepta, & consilia, ab amore Dei & proximi procedunt, ad illum seruandum, nutriendum, vel augendum, tendunt; omnia amorem spirant; imo amor spirat, & ex se emittit hæc omnia. Charitas enim omnia credit, omnia 1. ad Cor. 13. v. 7. sperat, omnia sustinet: qui diligit Deum & proximum, legem impleuit; nam plenitudo legis Ad Rom. 13. v. 8 & 10. est dilectio: vbera sunt non inania, sed plena, quia amor Dei & proximi vacuus esse non potest, nec ociosus. Vbera sunt plena lactis candidissimi, dulcissimi, & suauissimi; quo opera cuncta etsi aspera, per amorem fiunt suauia, paupertas spiritus, castitas, obedientia, patientia, & a- C lia huiusmodi, nonnullam ex se habent asperitatem & amaritudinem; at cum à duobus vberibus charitatis procedunt, in lac conuertuntur, amaritudinem deponunt, & dulcescunt. Dicat ergo sponsa & sancta anima Christo Domino: *Osculetur me osculo oris sui.* Erudiat me lege sua, & doctrina sua: *Quia meliora sunt vbera tua vino.* Nam oscula tua, vbera etiam tua sunt doctrina tua, & lex tua, amores tui sunt & lac dulcissimum, melioraque sunt mihi quam vinum amoris carnalis: quia hoc (inquit Diuus Gregorius) necat, illa nutriunt; hoc mentis oculos turbat, illa acuũt, hoc apostatare facit etiam sapientes, illa ipsos idiotas etiam sapientissimos faciunt; meliora etiam sunt mihi quam vinum mordax legis antiquæ, & quam asperæ illæ increpationes & minæ quibus me terrebas; malo amore duci, quam timore; spe præmiorum, quam metu suppliciorum. Lex tua amor est, & lac vberum; lex vero antiqua timor est, & acre vinum. D Veniat iam lex charitatis, quæ foras mittat legem timoris. Hæc est ingens prærogatiua legis nouæ, quam Diuus Paulus assignat præferens antiquæ, cum ait: *Non accessistis ad tractabilem montem & accensibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ sonum, & vocem verborum,* Ad Hebr. 12. v. 18. Exod. 19. vt supra. *quam qui audierunt, excusauerunt se ne eis fieret verbum. Non enim portabant quod dicebatur, & terribile erat, quod videbatur. Et Moyses dixit; Exterritus sum &*

 treme-

tremebundus. Ecce legem Moysi & eius horrificam promulgationem. *Sed accessistis (inquit) ad Sion montem & ciuitatem Dei viuentis, Hierusalem cælestem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cælis, & iudicem omnium Deum, & spiritus iustorum perfectorum, & testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionem melius loquentem, quam Abel.* Ecce præcellentias legis nouæ, gratiæ & charitatis, quam Ecclesiæ nostræ tradidit Christus, & suo sanguine confirmauit clamans, non vindictam, sed indulgentiam, non iram, sed pacem, non terrores, sed amores. Ideoque merito dicit sponsa, *Quia meliora sunt vbera tua vino.* Nec solum sunt meliora, sed etiam vtiliora, dulciora, & delectabiliora vocat tamen ea meliora, quia vbera charitatis meliores nos reddunt quam vinum terroris. Imo sine ipsis nihil est perfecte bonum, &

1. Cor. 12. v. 31. sanctum. Ideoque de illis ait Paulus: *Æmulamini charismata meliora*, id est, meliora vbera charitatis; amorem Dei & amorem proximi, qui omnibus alijs charismatibus sunt meliores.

Hoc expressius significant sequentia verba, *Fragrantia vnguentis optimis.* Et quæ sunt vnguenta optima, & nimis fragrantia inter omnes virtutes, nisi affectus, actus, & opera amoris Dei, & proximi? Quia omnium virtutum optima charitas; & fragrantia ipsius super omnia aromata. Aperiens Christus os suum docebat discipulos id quod optimum est: vbera eius emittebant optimum lac, fragrabant optimis omnium vnguentis, quæ & vulneribus mederentur, & corda confortarent, & mundum vniuersum sui odoris bona fama replerent. Optimum vnguen-

Matth. 5. tum, *Beati pauperes spiritu.* Nam paupertas spiritus, & diuitiarum contemptus cupiditatis vulnera sanat, in admirationem rapit, & suo odore cunctos ædificat. Optima item vnguenta sunt, beati misericordes, beati mundo corde, beati pacifici, quibus nihil est fragrantius. Quod si quid in lege veteri erat imperfectum, aut minus bonum, perfecit illud vt esset optimum, *Audistis*

Matt. 5. v. 43. (inquit) *quia dictum est antiquis, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuũ. Ego autẽ dico vobis, diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos.* Quid ita optimum? quid ita fragrans? Vnguentum est, non ex vno aromate, sed ex pluribus confectum, plures affectus, & actus amoris complectitur, quibus nihil præstantius inueniri potest. Eodem modo cætera præcepta ad optimum gradum reduxit, ita vt supremum perfectionis gradum in omnibus virtutibus commendans optimum & supremum illarum exemplar no-

Matt. 5. v. 48. bis imitandum proposuerit, cum ait: *Estote perfecti, sicut pater vester cælestis perfectus est: estote miseri-*

Luc. 6. v. 36. *cordes sicut & pater vester misericors est. Et hoc est præ-*

Ioan. 15. v. 12. *ceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut ego dilexi vos.* Sicut ergo omnia quæ sunt in Deo, & in Christo, optima sunt, & fragrant vnguentis optimis; ita oẽs virtutes quas docet, optimæ sunt & fragrantissimæ. Æmulamini ergo charismata meliora, sequimini virtutes optimas, accedite ad

1 Cor. 8. v. 13. Christi vbera, fugite ab illis optimum lac perfectionis Euangelicæ, quæ ite optimam fragrantiam, vt Christi bonus & optimus odor sitis in

Ad Hebr. 5 v. 9. omni loco. Optimum enim est gratia stabilire cor, & optimis legis vnguentis confortare;

Scriptum enim est, *Vnguentis & bonis odoribus delectatur cor, & bonitatibus amici consiliis dulcoratur anima.* Quæ autem meliora ... quam Christi ... cuius ... non sunt vbera ... optima, & omnis odor ... fragrantiora, quæ ... dulcorant animam, & ad vitam optimam & beatam perducunt.

Sapientiam increatam & creatam Christi fontes esse doctrinæ Euangelicæ, & de testamento nouo & veteri. § 3.

IAm ad primos fontes doctrinæ Euangelicæ, quos duo vbera Christi vocare etiam possumus, deueniamus. Hi sunt sapientia increata, qua Deus est, & sapientia creata, qua homo. In eo enim, teste Diuo Paulo, sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi. Et

Ad Colos. 2. v. 3. quia ex abundantia cordis os loquitur, & bo-

Matt. 12. v. 35. nus homo de bono thesauro profert bona: Christus qui homo est & Deus, & suo os per essentiam bonum, ex illo infinito thesauro sapientiæ suæ tam increatæ, quam creatæ, protulit doctrinam bonam, doctrinam Euangelicam: qua nulla melior, nulla sapientior reperiri poterit; in qua reuelantur altissima fidei mysteria, immensa Dei beneficia, egregia opera, ineffabilia præmia, & sublimes virtutes, ac exercitia, quibus perueniendum est ad illa. Ex sapientia increata produxit olim vetus Testamentum; ex eadem & creata prodit nouum. Et aperiens Chri-

Matt. 5. v. 1. stus os suum ad docendum, hoc de nouo tradidit; illud clarius explicuit, tanquam scriba do-

Matt. 13. v. 52. ctus in regno cœlorum *Qui profert de thesauro suo noua & vetera.*

Primo protulit noua, quia sibi magis propria, & quia sublimiora, deinde vetera, vt explanaret illa ad confirmanda noua. Hæc duo

In Isa. 66. lib. de Benedict. Patriarcharũ c. 11. Testamenta, vt testantur Diuus Hieronymus, & Diuus Ambrosius, sunt duo vbera diuinæ sapientiæ, & sponsi Christi, in quorum altero annunciatus, in altero demonstratus. Vtriusque lacte nutrimur, vt cognoscamus & amemus Deum verum, & quem misit Iesum Christum. Ab vtroque sugimus verba vitæ & veritatis, quę nos ad plenam ætatem, vitamque æternam perducunt.

De his dicitur; *Quia meliora sunt vbera tua vino.*

Ita Philo Carpath. auctor Gracus. Deut 32. v. 2. Nam doctrina sacra præstat cuicumque doctrinæ humanæ: illa procedit à sapientia quæ de sursum est, velut lac ab vberibus Dei fluens, aut sicut dixit Moyses, Velut ros & pluuia à cœlo descendens. Hæc vero ex imo est terrenæ sapientiæ, & sæcularis litteraturæ; instar vini quod è terra nascitur, mentem exturbat, indignationem excitat, noxios vapores in capite efficit, & in absurda præcipitat delira-

Ad Rom. 1. menta: quod in sapientibus & Philosophis sæculi videre licuit, qui dicentes se esse sapientes stulti facti sunt, & in absurdos prolapsi sunt errores, in ignominiosa scelera, & superbas inuentiones.

Serm. 9. in Cant. Meliora ergo (inquit Diuus Bernardus) sunt Dei vbera vino scientiæ sæcularis, quæ quidem inebriat, sed curiositate, non charitate; implens, non nutriens, inflans, non ædificans, ingurgitans, non confortans: lac vero doctrinæ cœlestis è conuerso inebriat

charita-

charitate, [illegible] fitate [illegible] tine fasti- d[illegible] &c tine [illegible] ua dul- [illegible] Nã, [illegible] Di us Paulus, *Q[illegible] d ultimam scripta sunt, v[illegible] patientiam & consolationem scripturarum, spem habeamus.* Sicut Machabæi, qui sanctos libros [illegible] habentes, nullo alio se indigere [illegible]. Denique omnis Scriptura di[illegible] est ad docendum, ad arguendum, [illegible] gendum, ad erudiendum in iustitia, [illegible] sit homo Dei ad omne opus bonum [illegible].

A Rom. [illegible]
1. Mach. 12. v. 9.
2. ad Tim. 3. v. 16.

Sed qu[illegible] de doctrina Euangelica, quę in nouo Testa[illegible] habetur, modo est sermo, melius [illegible] vbera duas partes eiusdem [illegible] gnabimus; quarum vna cõ[illegible] horum libros, in quibus doctrina [illegible] Christi prolata; altera reliquos [illegible] pistolas, in quibus continetur Apostolorum doctrina, quam ab ore Christi didicerũt. Vt aquæ [illegible] nparatur lacti, & melius dicitur quam vinum veteris Testamẽti. Nam licet hoc bonum, illud tamen excellentius, & perfectius, quia clarius explicat mysteria fidei, & ad altiorem euehit sanctitatem. Vnde sicut vinum solet temperari aqua, vt salubrius sit; ita vinum veteris Testamenti temperandum est aqua sapiẽtiæ salutaris, id est, sapientia, quam Saluator noster docuit, & lacte quod ab eius vberibus profluit; sic enim bibitur suauius, & gustatur vtilius, iuxta illud Isaiæ, *Omnes sitientes venite ad aquas, emite vinum & lac, &c.* Vnde merito etiam dicuntur *Fragrantia vnguentis optimis*; quia optima sunt, saluberrima, & fragrantissima mysteria, quæ reuelant veritates quas docent, gesta Christi & Apostolorum quæ narrant, & cætera quæ nobis proponunt. Nonne vnguenta optima & fragrãtia Natiuitas Christi? Passio eius, & Resurrectio? Ingẽtia ipsius prodigia, miraculosæ iniquorum conuersiones, parabolæ, & sermones perfectionis altissimæ? Denique quot sententiæ, tot sunt vnguenta optima, & suauiter olentia.

Eccli. 15. v. 3.
Isa. 55. v. 1.

Tria monita ad sugendum lac ex Christi vberibus. §. 4.

Quomodo accedamus ad sugẽdum ex vberibus Dei.

AD hæc igitur Dei & Christi vbera accedere debes, vt sugas ex illis lac doctrinę salutaris, & pinguis deuotionis. Suges autem illud lectione, meditatione ac contemplatione; Nam quotiescumq; ad legendas vel meditandas diuinas Scripturas accesseris, cogitare debes ad vbera Dei te accedere, vt ex illis sugas lac doctrinæ & sapiẽtiæ, lac deuotionis, & amoris, lac etiam dulcedinis spiritualis; quo erudiaris ad fidem, nutrias deuotionem, & augeas charitatẽ. Sed forte oppones nobis Paulum dicentem lac esse paruulorum nutrimentum, perfectis vero solidiorem cibum assignandum esse: Vnde quibusdam sic exprobrat; *Quia cum magistri deberetis esse propter tempus, facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo*: Quorsum ergo sponsa, quæ iam prouectæ est ætatis & virtutis, vbera laudat, & lac appetit? Sed in hoc magnum nobis præbet humilitatis exemplum, dum suam agnoscit paruitatem & infantiam, & tanquam paruula ad sugendum lac accedit. Lac ergo ex vberibus Dei sugẽdum vocatur cœlestis eruditio, & deuotio: vt [illegible] cias quod non poteris illam sugere & gustare, nisi efficiaris paruulus in oculis tuis. Vnde iustis etiã grandæuis, inquit Diuus Petrus, *Sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite vt in eo crescatis in salutem.* Infantes vocat propter innocentiam & humilitatem, sed rationabiles; id est, ratione vtẽtes propter discretionem, & sciẽtiam. Quod clarius expressit Paulus, cum dixit: *Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote; sensibus autem perfecti estote:* Id est, grandæui & consummati viri, in quantum paruuli autem ad vbera Dei accedite; lac enim illorum erit vobis solidus cibus. Eadem enim doctrina, idẽque cibus spiritualis modo vocatur lac, propter suauitatem & dulcedinem, modo vero panis & cibus solidus propter firmitatem. Nã si Manna, cum esset vnicus cibus, à Deo Israelitis concessus, omne delectamentum continens, & omnis saporis suauitatem, paruulos, & grandæuos omnesq; vtriusq; sexus, & cuiuslibet ætatis homines nutriebat; cur non cibus sacræ Scripturæ cælitus missus, omnis saporis suauitate refertur, poterit etiam nutrire omnes, & dulcissimum lactis munus exercere? Grandæuis enim & perfectis dictum est, *Ad vbera portamini, & super genua blandientur vobis.* Diuus autem Paulus eis exprobrat, qui cum deberent esse perfecti sensibus, erant adhuc paruuli, nec diuina mysteria satis poterant ob suam ignauiam percipere: quos ait iudigere lacte sumendo, ibi lac pro nutrimento illis accommodato.

1. Cor. 3. v. 2.
Ad Heb. 5. v. 12.
1. Pet. 2. v. 2. Rationabiles legunt antiqui, modo in Vulgata, rationabile.
1. Cor. 14. v. 20.
Is. 66. v. 12.

Hinc fit superbos, inflatos, & qui sibi videntur esse sapiẽtes, nõ admitti ad hæc diuina vbera, vt participes sint cœlestis doctrinæ, & sapiẽtiæ sed repelli longe ab illis: comprehẽdit enim illos maledictio illa, quã sibi Dauid imprecabatur, si superbiæ vitio se subdidisset, dicens: *Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam: sicut ablactatus est super matre sua, ita retributio in anima mea.* Id est, sicut puer ablactatus ante tempus à maternis vberibus, infeliciter perit; ita ego si superbus fuerim, ablactabor ab vberibus Dei, & in æternum peribo. At verę humilis semper hęret vberibus, sine quibus viuere se posse diffidit.

Ps. 130. v. 2. 13. & 18.

Sed emphasim habet quod ait, *Vbera tua*; ac si diceret; tua tantum diuina vbera cupio, nã terrena & mundana respuo, tua autem esse agnosco ex eo quod sunt *Fragrantia vnguentis optimis.* Certa enim vberum Dei signa sunt veritates, & virtutes optimæ, optimaq; exempla, quæ commendant & prædicant Scripturæ sacræ, quæ in aliis Philosophorum libris nequeunt inueniri. Vbera etiã mundi & carnis, sicut & oscula, falsa sunt, & mortifera, non fragrant optimis vnguentis, sed fœtent pessimis vitiis. Audi quid agat cato, *Apprehensum deosculatur iuuenem*, dicens illi, *Veni, inebriemur vberibus, & fruamur concupitis amplexibus.* Inebriemur, inquit, quia vbera plena habet, nõ lacte, sed vino inebriante, & iudicium eneruante. Vsquequo autem inebriat? *Donec*, inquit, *illucescat dies.* Nam qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ne arguantur opera eius: & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt. At trãsacta nocte huius miseræ, & caliginosæ vitæ, illucescet dies æternitatis, quando illuminabuntur abscondita tenebrarum, & manifestabuntur o-

Prou. 7. v. 13. & 18.
Ioa. 3. v. 20.
1. ad Th. v. 5. v. 7.

tut opera quæ noctu facta sunt;& tūc miser, eo- A gnosces quod illa vberum inebriatio, tua fuit pestifera deceptio; quia de periculo animæ tuæ agit caro, deducens te per vias inferi, vsq; ad interiora mortis æternæ. Propter quod dixit idem

Prou.1.v.10. Salomon; *Fili, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis*: Lac enim ipsorum, vertetur tibi in sanguinem peccatorum.

Si ergo concupiscis frui diuinis vberibus, & donorum Christi particeps fieri, ab his mundi & carnis vberibus te oportet auelli; sic enim scri-

Isa.28.v.9 ptum est, *Quem docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus*. Nam sicut interpretatur Diuus Hieronymus, tunc dignus eris, quem Deus doceat, & intelligere faciat sua diuina mysteria, & arcana legis Euangelicæ, cum ablactatus fueris à lacte carnalis, & mundanæ delectationis, & auulsus ab vberibus carnis & mundi. Vtitur autem no- B mine auulsionis, quæ cum quadam violētia fit, quia nimia est adhæsio carnis ad hęc noxia vbera, vehemensque eorum lactis concupiscentia, à qua nisi vi magnę abnegationis auelli non poteris, cū autem ab illis auulsus fueris, repleberis

Gen.21.v.8. diuinis consolationibus: Nā & Abraham grande fecit conuiuium in signum magnæ lætitiæ, cum ablactatus est filius eius Isaac, quia tunc carnalis delectatio conuertitur in cœlestem, quam præbent vbera Dei in hoc exilio, sed vberius in patria in sæcula sæculorum. Amen.

EXHORTATIO VIII.

De desiderato osculo oris Dei, quod est Spiritus sanctus: quomodo sit spiritus viuificans, ignis illuminans, & inflammans corda, permanens, & sursum mouens, omnibusque hominibus offeratur.

Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino.

PETIIT sponsa sub metaphora osculi aduentum Filii Dei in carne, sub eadem etiam petit aduentum Spiritus sancti, quem Christus ipse promeruit. Et quadrat optime in Spiritum sanctum similitudo ista; Nam Pater æternus & Filius se mutuo amore diligentes, imo vno eodemque amore infinito & essentiali per eandem vtriusque voluntatem, spirant & produ-

1.p.q.37.4. cunt Spiritum sanctum: qui (vt explicat Angelicus Doctor ex sententia Patrum) appellatur amor Patris & Filii ab vtroque, vt ab vno principio procedens, & vtriusque nexus in quantum per mutuam vtriusq; dilectionem est pro-

Serm.8.in Cant. ductus. Ac proinde (vt dicit Diuus Bernardus) D etiam iure optimo Patris & Filii vocatur osculum, quo se inuicem osculantur, & quasi signum illius æterni amoris, quo se inuicem semper amant; ideoque etiam osculum oris Dei dicitur, quia procedit à Deo Patre per os eius, id est, per Filium, qui est Verbum, quo intra se &

Ps.32.v.6. extra se cuncta loquitur. Vnde à Psalmista vo-

Io.15.v.26 catur, *Spiritus oris eius*; & à Christo Domino *Spiritus veritatis, qui à Patre procedit*. Nam etiam est spiritus Filii, qui est veritas, per intellectum Patris procedens. Hæc ergo fide credens spon-

sa, ab ipso Spiritu sancto instructa, clamat & dicit: *Osculetur me osculo oris sui*. Ad quem clamat? ad Patrem & Filium vnum Deum. Quid petit ab illis? vt eam osculentur & diligant, suæque dilectionis signa præbeant. Sed quo osculo? ipsomet osculo oris sui; quo seipsos amant, & osculantur, præbentes illi personam Spiritus sancti, qui est amor, & osculum ab ipsis intra se productum. O mira Dei infinitaque dignatio, quæ creaturæ audaciam tribuit tantum osculum petendi, & insuper fiduciam obtinendi.

Promissio Spiritus sancti & collatio ipsius. §.1.

SED vnde hæc audacia? Vnde ista fiducia: nisi quia sæpius per Prophetas promiserat, se daturum donum illud: Per Ioelem inquit, *Effundam Spiritum meum super omnem carnem*. Per Isaiam vero, *Effundam Spiritum meum super semē tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam*. Per Ezechielem vero, *Dabo vobis cor nouum, & Spiritum meum ponam in medio vestri*. Huiusmodi autem promissio complenda non erat, donec Filius Dei veniret in mundum, & opus redemptionis perficeret; venit, perfecit; & tunc clarius aduentum Spiritus sancti Ecclesiæ suæ promisit: *Ego*, inquit, *rogabo Patrem, & aliū Paraclitū dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum*. Hæc dicit vt homo; nā vt Deus, ipse etiam dat, & mittit; *Paraclitus* (inquit) *Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo*. Et rursus, *Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre*. Promisit ergo Spiritum sanctum, sed non dedit plene, quamdiu fuit in mundo: *Nondum enim*, inquit Ioannes, *erat Spiritus datus, quia Iesus nondū erat glorificatus*. Promisit ergo se daturū, postquam in cœlos ascenderet; quia non expediebat vtrumq; simul sub illa forma visibili in C tertiis adesse: *Expedit*, inquit, *vobis vt ego vadā; si non abiero, Paraclitus nō veniet ad vos; si autem abiero, mittam eum ad vos*. Abiit ergo in cœlum, interim Ecclesia, quæ mansit in terra, in cœnaculo Apostolorū cum beatissima Deipara congregata, vnanimi omnium oratione clamabat: *Osculetur me osculo oris sui*. Id est, Vtinam Pater & Filius mittat ad me osculū oris sui, quod est Spiritus sanctus, vt ipsemet osculetur me, & veniat me sibi ipsi: Vtinam ipse Spiritus sanctus veniat ad me, & osculetur me osculo oris sui, quod est ipsemet, præbens mihi seipsum, vt vnus cum eo spiritus fiam. Et rationē reddens eius quod petit, subiūgit, *Quia meliora sunt vbera tua vino*. Sunt Filius & Spiritus sanctus quasi duo vbera æterni Patris. Nā quemadmodū materna vbera sunt duo fōtes lactis: ita Filius ac Spiritus sanctus missi in mundū sunt duo fontes omnium cœlestiū donorū, quæ hominibus communicātur. Dederat Pater æternus primum vber; desiderat spōsa secūdum etiam; & ideo dum petit oscula oris Dei increata, simul petit ambo vbera, & tandem concessit, cum Spiritum sanctum in Apostolos misit.

Ioel.2.v.28 — Isa.44.v.3 — Ezech.36.v.26. — Io.14.v.16. — Io.14.v.26. — Io.15.v.26. — Io.7.v.39. — Io.16.v.7. — Act.1.v.14

Sed attende Infinitam Dei Patris maternam charitatē. Cum enim mater lactans filiolū vno vbere, si ipse gemens ac fastidiens illud respuat, detrectet, & quasi dilaceret, nō indignatur, nec infantulum deserit, sed potius mulcet, fouet, & iterum osculatur, ac vi placet illum, abscōdit illud vber,

Simile.

... vber, & ... profert leniter inuitans vt sugant ... Deus Pater, cum in mundum m... Fi... suum vnigenitum, vt lacte suæ doctrinæ, ac legis Euangelicæ eum lactaret, & nutriret, Iudæ, ad quos tūc missus est, tanquam sensu infantes, animo liuidi, & hostes sæui, eius doctrinam & vitam fastidientes, eum omnino respuerunt, ac dilacerauerūt, donec cruci affigerēt: propter quod digni erant, quos á se in æternum repelleret, & sempiternis flāmis addiceret: misericordia tamen motus, tanquam pia mater, hoc vber, nempe Filium, abscondit, dum in ipsa die Ascensionis in terra cœlum empyreum recepit; & decimo post die sancto Pentecostes, protulit alterum vber, mittens ad illos Spiritum sanctum, vt illius doctrinæ & donorū lacte ingratos nutriret. Confiteantur tibi Domine misericordiæ tuæ, & mirabilia tua filiis hominum; quibus etsi

B ingratis, & indignis tāquam clementissima mater talia vbera protulisti, nec vnquam etiā proferre cessas, vel cessabis.

Sed quomodo iam Spiritum sanctum dederit audiamus, perseuerāte enim sponsa Ecclesia per decem dies in sua feruenti deprecatione, *Cum complerentur dies Pentecostes, factum est repente de cælo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant sedentes, & apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis, seditque supra singulos eorum, & repleti sunt omnes Spiritu sancto*: Tūc autem osculatus est singulos osculo oris sui, & lactauit lacte vberum suorum, præbens illis suū igneum amorem, & cętera dona quæ per illa externā signa repræsentabantur. Sed quæ, rogo, proportio osculo oris Dei, vel Dei vberum cum spiritu vehementi, vel cum linguis quasi ignis? Multa quidem & mirabilis, si ad ea quæ diximus attendamus.

Act. 1. v. 1.

C

Spiritum sanctum esse spiritum viuificantem animas §. 2.

AD horum autem pleniorem intelligentiam aduertere oportet, easdem fere rationes quæ impellebant Ecclesiam, vt aduentum Filii Dei in carne desideraret propter mundi redemptionem, impulisse etiā vt optaret Spiritus sancti aduentum; qui ad huc destinabatur, vt eiusdem redemptionis fructū singulis hominibus applicaret: & quæ Christus docuerat, ipse intus suggereret; legem quam prædicauerat, mētibus imprimeret; & vitam deniq; spiritualem, quam mūdo attulit: iuxta illud, *Ego veni, vt vitā habeant, & abundātius habeant*: ipse copiosissime largiretur atq; ita miris modis Ecclesiæ satiaret desideriū dicentis, *Osculetur me osculo oris sui*. Nam peccatores osculatur, vt osculo suo eos ad vitā reuocet; osculatur iustos, vt eos in gratia confirmet,

D augeat, & perficiat: osculatur perfectos, vt eos sibi vniat, & sanctitate cōsummatos reddat: osculatur deniq; omnes istos, vt eos iuxta cuiusq; captū erudiat, illuminet, & diuino amore inflāmet: Hæc autem omnia egregie indicant duo illa signa Spiritus sancti aduenientis, nempe spiritus vehemens, & linguæ quasi ignis.

Io. 10. v. 10.

Etenim spiritus, id est ventus vel concitatus aer, quo respiramus, symbolum est vitæ, quæ respiratione conseruatur. Vnde & animā significat, quæ principium est vitæ naturalis. Hinc-

Plato in Cratylo.

A que transfertur ad significandum etiam Spiritum sanctum, qui spiritualis & supernaturalis vitæ fons est & origo; quæ satis insinuant verba Moysis, quibus hominis creationem explicuit, dicens: *Formauit Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem.* Habuit se Deus, inquit Moyses, ad modum hominis insufflantis, & flatum seu aerem tenuem per os emittētis, & cum corpus de limo formatum, vt in libro Esdræ dicitur, iaceret inanime, illo flatu inspirauit, & cōmunicāuit illi spiraculum vitę, seu (vt habet lectio Hebræa) *Spiraculum vitarum*; quia duplicem ei contulit vitam; alteram naturalem infundendo animam, quæ spiraculum est trium vitarum, vegetantis, scilicet, sentientis, & rationalis, á qua mirabiles progrediuntur facultates ad insignia opera præstanda, & maxime vis loquendi articulata voce, quæ mentis conceptus exprimit & propria est solius hominis. Vnde vbi nos legimus, *Factus est homo in animam viuentem*: Paraphrasis Chaldaica vertit, *In spiritum loquentem*. Quo etiam significabatur Adam, non in ętate infantili, quæ expers est loquelæ, sed matura creatum fuisse.

Gen. 2. v. 7.

4. Esdr. 3. v. 9.

Ita Card. Caietanus. Vide Pereiram. ib.

Alteram vero vitam simul ei inspirauit, nimirum supernaturalem, communicādo etiam ipsi animæ, vt Diuus Basilius, & Ambrosius obseruant. Spiritum sanctum, qui eminentiori quadā ratione dicitur spiraculum vitarū, gratiæ, scilicet & charitatis, virtutum & donorum, quibus mirabiles effectus in anima & per animam operatur, quæ ad triplicem vitam pertinent, actiuam, & contemplatiuam; ac ex vtraq; mixtam, per quod etiam spiraculum factus est homo in spiritum loquētem; eo videlicet locutionis genere, quod iam nobili vitæ congruebat. Nam qui de terra est, de terra loquitur; at qui de Spiritu sancto est, de Spiritu sancto loquitur.

Lib. de Spiritu sancto ca. 16. Serm. 20. in Psal. 118.

C

Ioa. 3. v. 31.

Ad hanc autem primam vitæ infusionem respexisse videtur Dominus, cum post Resurrectionem apparens Apostolis in cœnaculo, clausis ianuis, *Insufflauit, & dixit eis, Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Per illum enim flatum, seu tenuem aerem ex ore suo emissum, significauit ipsum Spiritum sanctum ex Dei ore procedentem, quem illis communicabat, vt digne exercerēt potestatem dandi in Sacramento Pœnitentiæ ipsum Spiritum sanctum, qui est remissio peccatorum, & mortuorum viuificatio. In die autem Pentecostes venit tanquam spiritus vehemēs; siue vt legit Diuus Cyprianus, *Quasi ferretur flatus vehemens* ad significandum abundantiorem & præcelsiorem vitam gratię quam afferebat, ac vehementem, celeremque efficacitatem, qua illam præstabat.

Io. 20. v. 22.

Act. 2. v. 2.

Lib. 3. Testim. n. 101.

D Sed quis poterit enarrare innumera & eximia bona, quibus hoc diuinum vitæ spiraculum, & hic spiritus vehemens, qui totam repleuit domum, repleat eos quibus spiritualem vitā elargitur? Spiritus enim Domini repleuit orbē terrarum, dum plantis, volucribus, & omnigenis viuētibus, ornauit hunc inferiorem orbem, qui sine ipso terra esset inanis & vacua: ita etiam Spiritus sanctus hominem qui microcosmus est, paruus mundus, & orbis terræ abbreuiatus, omnigenis gratiis, virtutib. donis, & operibus viuis ornat,

Sap. 1. v. 7.

In Sequentia Missæ ornat, & replet, sine quo nihil haberet viuidum, nihil sanctum & Deo dignum: quia sine tuo numine (inquit Ecclesia) nihil est in homine, nihil est innoxium. Propter quod in Symbolo Nisseno fatemur credere in Spiritum sanctum Dominum, & viuificantem. Et Christus Dominus ait, *Ioa. 6. v. 63.* *Spiritus sanctus est qui viuificat, caro non prodest quicquam.* Nam quid est caro sine spiritu, nisi corpus mortuum, fœtidum, & corruptioni obnoxium? Et quid est anima sine Spiritu sancto, nisi misera caro, id est, tota carnalis effecta, mortua peccatis, scandalis fœtida, & æternæ corru- *Ioel 2. v. 28* ptioni addicta? At cum Deus effundit Spiritum suum super omnem carnem, mox viuificatur, fragrat odore virtutum, & eripitur à corruptione vitiorum, tam efficaxque est vis ipsius, & tam vehemens, vt corpus mortuũ etiam in ossa arida resolutũ, in ictu oculi viuificare valeat: sicut B *Ezec. 37 v. 5. & 9.* scriptum est, *Ossa arida audite verbum Domini: Hæc dicit Dominus: Ecce ego intromittam in vos spiritum, & viuetis.* Vnde cum Propheta Domini clamaret, *Veni spiritus, & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscant:* Subito venit, insufflauit: *Et ingressus est in ea spiritus, & vixerunt, steteruntque super pedes suos exercitus grandis nimis valde.* Quid ergo agis, ô miser peccator! corpus inanimatum, & anima inanimis, terra inanis, & vacua? Quomodo vel ad momentum esse audes sine hoc spiraculo vitarum, à quo pendet omnis vita tua temporalis, & sempiterna? Cur non audis verbum Domini interfectis, & ossibus etiam aridis spiritum vitæ promittentis? Clama instar Prophetę, dicens: Veni, ô sancte Spiritus, insuffla in animã meam à Dæmonibus interfectam; inspira in ea spiraculum vitæ, quod tu ipse es; vt per te reuiuiscat, & nouam gratiæ vitam accipiat. Si enim, vt decet, petieris, veniet repente spiritus iste vehemens, insufflabit in faciem tuam, imo osculabitur te osculo oris sui; & hoc oris flatu & osculo, fies nouus homo, sicut nouus Adam, habens nobiliori modo quam vetus animam viuẽtem, C & Spiritum sanctificantem, & loquentem. Nam Spiritus iste vehemens attulit etiam Apostolis *Linguas dispertitas tanquam ignis, & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui variis linguis.*

Spiritum sanctum esse ignem illuminantem, & inflammantem corda. §. 3.

SEd ecce iam in secundum aduenientis Spiritus sancti signum incidimus, quod multo amplius quam præcedens aduentus eius rationem illustrat.

Cap. de Cœlesti Hierar. Nihil enim frequentius est in sacra pagina, vt D. Dionysius testatur, quam ignem per plures ac præclaras sibi ingenitas proprietates Deitatis *Deut. 4. v. 24.* symbolum esse: *Deus enim noster ignis consumens est:* Peculiariter vero accõmodatur Spiritui sancto, D qui diuinus est, & increatus amor. Vnde Præcur- *Mat. 3 v. 11.* sor Christi de ipso dixit; *Ille vos baptizabit in Spiritu sancto & igne.* Id est, vt explicat Beda, in Spi- *Lu. 3 v. 16* ritu sancto, qui ignis est, & per ignis virtutes *Lu. 12. v. 49* dignoscitur. Et ipse Christus etiam dixit: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accen-* *Lib. de cõmuni essentia Patris & Filii, &* *datur?* Quem locum Diuus Athanasius, Cyrillus, Gregorius, & alii Patres de Spiritu sancto interpretantur. Etsi autem hunc ignem meruerit nobis Christus dum esset in terris, non misit, A tamen illum donec ascenderet in cœlũ, vt intelligeremus eum nõ de terra esse, sed de cœlo, & à solo Deo expectandum ac petendum. Et ideo *Spiritus sancti. Lib. 5 in Leuit. Hom. 5 in Exod. & Hom. 30 in Euang.* Diuus Lucas notanter dixit; *Factus est de cœlo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis.* Id est, E cœlo vbi iam Christus sedebat ad dexteram *Act. 2. v. 2* Patris, subito nullis ex gentibus hominum mediis factus est sonus venti vehemẽtis, non sicut efflat frigidus Aquilo, sed velut calidus Auster; *Can. 4. v. 16.* qui secum afferebat spiritũ igneum, imo ipsum qui per essentiam spiritus est, & ignis splẽdidissimus, ab ardentissimo Patris & Filii amore procedens, vt inter homines ignis ostiret munus.

Est autem ignis, teste Diuo Dionysio, luci- " *Vbi supra.* dissimus; omnia superat; ea in quibus inest, in " suum traducit officium, omnib. sibi appropin- " quãtibus sui cõtotiõ tradit, renouat omnia ca- " lore vitali, & fulgorib. apertis illuminat: in qua- " B libet suscipiente materia suæ maiestatis poten- " tiã indicat, efficax, potẽs, semper mobilis, ad su- " pera tendens; cumque affatim omnibus sui par- " ticipationem locupletissimam præbeat, nun- " quam per hoc ipse minuitur. Hæc autem potissime operatur per duas ingenitas virtutes, lumen, & calorem, vimque illuminandi, & calefaciendi alia, quæ per calorem in seipsum transmutat, & ignea reddit. Quæ omnia mire Spiritui sancto aptantur, qui iustis elargitur lumen fidei & sapientiæ, ardoremque charitatis, & dilectionis, & cũ ea seipsum qui ignis immensus est, vt vere sit intra animam illud lumẽ & ardorem iugiter efficiens, seruans, ac perficiens, eamque in spiritualem ignem trãsfundens: *Nam qui natus est ex spiritu, spiritus est;* & qui natus est ex Spiritu *Ioan. 3. v. 6* sancto & igni, ignis erit per similitudinem eius à quo genitus est: Vt sit etiam sicut de Baptista legitur, *Lucerna ardens & lucens:* Ardens per dile- *Ioa. 5. v. 35.* C ctionis feruorem, lucens per cognitionis lumẽ, in aliosque instar ignis eandem lucem & dilectionem diffundens.

Inest ergo Spiritui sancto duplex hæc omnipotens virtus, illuminandi, & accendendi splẽdidas illustrationes, instar fulguris & ardentes inspirationes velut scintillas emittens, quæ intellectum illuminent, erudiant, & doceant fidei mysteria: Voluntatem vero accendant, & inflamment, vt Deum amet, animamque renouet, & præparet ad noua gratiæ incremẽta recipienda, donec illi perfecte assimiletur, & tota quasi ignis fiat. Ideoque apparuit in linguis igneis; vt per linguam significaretur vis erudiendi, & docẽdi alios; per ignem vero vis illuminãdi simul & accendendi. Quod sic explicat Diuus Leo Papa; O quam velox est sermo sapientię! Et vbi Deus " *Ser. 1. de Pentecoste.* magister est, quam cito discitur quod docetur. " Et paulo post. Ad veteres tenebras abigendas " nouæ lucis fulgura coruscabãt, cum micantium " D splendore linguarum, & verbum Domini lucidum, " & eloquium conciperetur ignitum: cui ad " creandum intellectum, cõsumendumque pec- " catum, & efficacia illuminandi, & vis inesset vrẽ- " di. Vrit autem quidquid caeneum est, & molle, carnique suaue, & penetrat vsque ad ossa, & fortiores hominis facultates, in quibus residet; & sic munus suum erudiendi exercet; iuxta illud Ieremiæ, *De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me.* Et rursus de sermone Domini præ- *Thren. 1. v. 13.* concepto ait; *Factus est in corde meo, exæstuãs clausus-* *Ier. 20. v. 9*

quæ in

que in ossibus meis. Qui scilicet vehementer foras prodire gestit, vt alios illuminet & inflammet. Nec timet mortem, nec pericula, sed omnia superat: *Quia fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio.* (Cant. 8. v. 6) Et quomodo fortis ad agendum, & dura ad tolerandum? Quoniam, *Lampades eius, lampades ignis atque flammarum*; id est ignis inflammatissimi, cui is incredibilem vim, nec aquæ multæ valebunt extinguere, nec vlla flumina obruere.

Quod clarius expressit Christus Dominus (Luc. 21. v. 15) dicens: *Dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere aduersarii vestri.* Sed quod est huiusmodi os? quæ oris lingua, & tam potens sapientia? Alibi explicat subiiciens causam: *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* (Mat. 10. v. 20.) Ac si diceret; Quia vestrum os, vestra lingua, vestraque sapientia Spiritus sanctus erit qui loquitur in vobis, seu intra vos, ignea verba interna, à quibus prodibunt externa tanto ardore, & sapientia micantia, vt nullus resistere valeat. (Act. 2. v. 3) Vnde cum D. Lucas non expresserit super quam corporis partem linguæ igneæ sederint, etsi communior Sanctorum Patrum sententia sit, supra capita Discipulorum sedisse, tamen quidam insedisse asserunt super os, seu labia, (* Refert Lorinus in Act. 2.) quasi linguæ igneæ intra os & linguam Apostolorum se insinuarent, & penetrare vellent vsque ad cor, totumque intus pectus & linguam incendere, ac ignita reddere; vel quasi Spiritus sanctus per illum contactum ignis ad os indicaret osculum oris sui, quo Discipulos osculabatur, erudiebat, ac in se transformabat.

Quæ omnia Ecclesia mente reuoluens, sibique concupiscens aiebat: *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera sua vino, fragrantia vnguentis optimis.* Ac si diceret; Vtinam veniat iam Spiritus sanctus, qui me erudiat, accendat & osculetur; & tanquam lingua ignis tangat os meum, ac me penetret, ac in se transformet, detq; mihi illud os & sapientiam, cui nullus inimicorum meorum contradicere valeat. Quoniam vbera illius, hoc est virtutes illæ erudiendi & inflammandi, vnde manat cœlestis doctrinæ, ac ardentis dilectionis, & deuotionis, dulce lac, meliores sunt mihi, quam omne vinum carnalis sapientiæ, & mundani amoris: Fragrant enim spiritualium donorum vnguentis optimis; imo ipse est ipsummet vnguentum optimum per essentiam, vnde alia profluunt. Vnde etiam ipsa vnctio vocatur à Diuo Ioanne, cum inquit: *Vos vnctionem habetis à Sancto, nostis omnia; & vnctio docet vos de omnibus.* (1. Ioan. 2. v. 20. & 27.) Ex eo enim quod Spiritus sanctus dat nobis se ipsum, non solum dat lac donorum, sed vbera & fontes eorum; nec solum confert optima virtutum vnguenta, sed ipsam increatam vnctionem, per quam anima intus eruditur & docetur, discitque omnia quæ sibi expediunt, & quadã dilectionis ac deuotionis pinguedine ad illa afficitur. O ter quaterque beatus quem Spiritus sanctus replet, suo osculo mulcet, suis vberibus lactat, suisque optimis vnguentis recreat. *Nolite ergo* (vt ait Apostolus) *inebriari vino in quo est luxuria, sed implemini Spiritu sancto*: (Ad Ephes. 5. v. 18.) qui inebriabit vos alio musto, non terreno, sed cœlesti; in quo non est luxuria, sed omnimoda sanctimonia: facietq; vos loqui linguis igneis, intus quidem cum Deo in canticis spiritualibus, foris vero cum hominibus de ipso Deo magnalia illius.

Spiritum sanctum ignem in anima appetere permansionem, & celerem motum ad cœlestia. §. 4.

SED quia non sat semel est recepisse Spiritum sanctum, nisi firmiter retineamus illum: hoc ipsum efflagitare debemus cum sponsa, quæ ideo non inquit tantum *Osculetur me*, nam osculatio cito transire solet, sed addit, *Osculo oris sui*: illo, scilicet, quod de se æternum est, & æternam, cũ eo quem osculatur appetit coniunctionem; secumque affert non tantum lac, sed vbera quæ semper manent, & vnguenta optima, quæ non pereunt, si anima ea velit conseruare. Id etiam indicat modus quo Spiritus sanctus aduenisse dicitur; *Ignis* (inquit) *sedit supra singulos eorum.* (Act. 2. v. 3.) Nec enim sine causa sedisse dicitur. Duplicem vero assignat Diuus Gregorius Nazianzenus; prior (Orat. 44. de Pentec.) est, vt sessio hæc regiæ in Spiritu sancto dignitatis excellentiam designaret. Et ideo crediderim sedisse ignem supra verticem capitis Apostolorum, ad denotandã supremam eius maiestatem, cunctis rebus mundi præponẽdam: super caput enim collocamus, quæ summe veneramur. Vnde & inferius dicit sponsa iuxta Septuaginta: *Vexillum eius super me charitas*; (Cant. 2. v. 4) quod suo loco declarabitur. (Vide lib. 4. exhort. 32.) Posterior causa est, vt huiusmodi sessio Spiritus sancti super Apostolos, iudicaret requiem, quam æternam ipse esse cuperet: iuxta Christi Domini promissum dicentis: *Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum*; (Io. 14. v. 16) quia nunquam vos deseret, nisi deseratur à vobis. Vnde sicut in prima dedicatione, scilicet tabernaculi Moysis, & templi Salomonis, ac postea Nehemię descendit ignis de cœlo, qui deuorauit holocaustum, vt etiam in tabernaculo & in templo perpetuo maneret ardens super altare holocausti ad offerenda sacrificia. (Leuit. 9. v. 24. 2. Par. 7. v. 1. 2. Mach. 1. v. 12 & 2. v. 10.) Ex quo videtur ortum quod Deus tanquam ciuis Ierusalem diceretur habere focum in ea; iuxta illud Isaiæ: *Dominus cuius ignis est in Sion, & caminus ignis in Ierusalem*: (Isa. 31. v. 9.) quia ibi perpetuo habitare decreuerat. Ea phrasi qua illi qui in vrbe aliqua perpetuum constituunt domicilium, ibi focum habere dicũtur. Sic igitur cum Christus Deus verus decreuisset perpetuam mansionem facere in mystica Ierusalem quæ est Ecclesia, & singulæ piæ animæ illius membra, misit in die Pentecostes ignem Spiritus sancti super Discipulos, in illa domo congregatos, vt inuisibiliter cum illis perpetuo maneret. Per quem quicumque eum recipit cõscriptus manet ciuis Sanctorum, & domesticus Dei ad cœlestem Dei Ierusalem incolendam, nisi per ipsum steterit, perpetuo destinatus.

Sed mirum est quod de igne sedisse dicatur, cum eius proprietas, vt ex Diuo Dionysio eruimus, (Cap. 15. de cœlest. Hierar.) sit semper moueri, celeriter cieri, & sursum tẽdere, quasi à terra fugiens, & ad sphæram suam prope cœlũ vadens. Quomodo ergo sedet & est mobilis? Quomodo quiescit, & tendit ad supera? Imo quia cupit sedere, semper mouetur, & semper ad supera tendit, quia valde exoptat quiescere. Amor enim Dei nunquam potest esse otiosus, & Spiritus sanctus otiositatem, quæ multam docet malitiã, detestatur. (Eccl. 33. v. 29.) Vt ergo permaneat in anima, semper eam mouet vt operetur; vt bonis operibus ignẽ amoris nutriat, augeat, &

geat, & perficiat; semper mentem eleuat, vt ad cœlestia tēdat, per putam intentionem, vt æterna contempletur: vt solum Deum appetat, quærat, & in eo quiescat; & in his omnibus celer est instar ignis, velocissimo enim motu ad supera
Isa.6. v.2. tendit, nisi impediatur. Vnde diuinus amor alatus pingitur, & Seraphini, qui ab ardore amoris ita nominātur, plures alas habere dicuntur; quibus celeriter ad exequenda quæ Deo placēt, volant: & in charitatis encomio, vbi Vulgata legit;
Can. 8. v. 6. Ibi de hoc loco plura dicentur. *Lampades eius, lampades ignis atq; flammarum:* Septuaginta sic vertunt, *Alæ eius alæ ignis, atque flammæ eius.* Subaudi sunt alæ eius, ad significandū quod ardēs charitas habet alas igneas velocissimas instar ignis, vt per affectus & actus amoris ad Deū volet, ardeat, & alios etiam accendat. Alæ autē ignis sunt alæ Spiritus sancti, & alæ plane diuinæ, alæ scilicet illustrationum & affectionum ignitarum, quas ipse præbet electis, vt ad æterna B meditanda ascendant, & ad Dei volūtatem implendam celeriter properent. Vnde loco illius nominis *Flamma eius*, habetur iuxta phrasim Hebræorum, *Flamma Dei*; id est, flammæ ingentes & vehementissimæ: quomodo montes Dei dicūtur montes valde sublimes, vel forte quia aleæ & flammæ charitatis sunt flammæ Dei, quia charitas & ignis est. Has alas desiderabat Dauid,
Ps. 54. v. 7. cum diceBat: *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ? & volabo, & requiescam.* Ad hoc desiderat volare, vt quietem in Deo posset inuenire. Desiderat autem pennas columbæ; id est, alas igneas, alas
Ioa. 1. v. 32. Spiritus sancti, qui etiam per columbam repræsentatur, siquidem ad modum columbæ descēdit, & mansit super Iesum.

Ex Pierio lib 22. Verbo victoria perpetua fol. 155. Tribuebant quidē Gentiles Cupidini falso Deo amoris alas suas, ad significādum instabilitatem & inconstantiam humani amoris, qui ex debili caussa cito euolat à corde. Et quidem si ad humanam voluntatem, & liberū arbitrium hominis in carne mortali degentis, attendas, cum mutabile valde sit; iuxta naturam suam mutari etiam solet in eo diuinus amor, & per peccatum mortiferū cito auolat charitas, & fugit Spiritus
Sap. 1. v. 5. sanctus, qui (vt dixit Sapiens) disciplinæ effugit fictum, & separat se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripitur à superueniente iniquitate. At si attendas virtutem charitatis, & Spiritus sancti potentiam, ignis est fortissimus, omnia vincens, omnia superans, & ad se trahēs. Alas animę præbet igneas, sed ad fugiendū à periculis, à peccatis, à mundo, à cōturbatione hominum, vt in solitudinem se recipiat, & in Deo se abscondat.

Alas etiam igneas habet instar Seraphim ad volādum per vniuersum mundum, vt illum purificet, illuminet, & inflammet: *Quis sunt isti* (in-
Isa 60. v. 8. quit Isaias) *qui vt nubes volant, & velut columbæ ad fenestras suas?* Vo ant, vt aliis benefaciant, vt verbum Dei prædicent linguis igneis, quæ corda vrant, & vsque ad secreta spiritus penetrent. Vbi nos legimus, *Lampades eius, lampades ignis:* a-
Ps. 119. v. 4 lii vertunt, *Sagitta eius, sagitta ignis, atque flammæ eius:* Quia verba amantium Deum, celeriter volant ad transfigendū corda inimicorum sicut sagittæ potētis acutæ cū carbonibus desolatoriis, sagittæ alatæ, volantes celeriter instar ignis, vt peccatores feriant, & peccata adurant, & consumant. Nōne Petrus loquebatur linguis igneis, &

A verba eius ignea erant, qui ipso die Pentecostes tria millia corda, [illegible] transfixit, & viua cōburens per [illegible] conuertit, vt ignē recipe- *Act. 2.* 41
rent, quo ipse ignitus erat? Alas [illegible] habebat, qui ita celeriter cucurrit, vt [illegible] perillustraret, mētes instrueret ad [illegible], & corda ad charitatē inflāmaret. Nonne alas igneas habebant reliqui Apostoli & Euangelistæ, Spiritu sācto repleti, qui per quatuor animalia alata repræsentabantur; de quibus Ezechiel inquit: *Hæc erat visio discurrens in medio animalium, splendor ignis, & de igne fulgur egrediens, & animalia ibant & reuertebantur in similitudinem [illegible] coruscantis.* O virtus omnipotens ignis diuini [illegible] animalia conuertit in cœlestia, obscura in splendida, frigida in ardentia, tarda in celerrima, [illegible] igneas præbet ad obediendum, & discurrendum per vniuersum orbem, pennas igneas ad ascendendum vsq; ad supremum cœlum: omnia impedimenta vincit, omnes difficultates superat, consumit omnes imperfectiones, purificat mentes, & in seipsum transformat animas. Esto ergo munda lāpas, in quo ardeat & luceat diuinus iste ignis; Nutri illum quotidie suis propriis actibus; nam amando amabetis, & in amore crescet, at Spiritus sanctus manebit in te semper immutabilis.
Ezech. 1. 13.

Spiritum sanctum dari & offerri omnibus hominibus volentibus illum digne recipere. §. 5.

SEd hoc vnum ad maius nostrum solatium explicandum superest, in quo adhuc splēdet amplius infinita Dei charitas & munificētia, cū donum tam pretiosum omnibus hominibus offert, nullum excipiens, qui se ad illud recipiendum digne præparare voluerit, vt satis indicat magnificentissima illa promissio; *Effundam Spiritum meum super omnem carnem.* Dixerat olim Deus *Ioel. 2. v. 28* *Act. 2. v. 17* *Gen. 6. v. 3.*
C Non permanebit Spiritus meus in homine in æternum, quia caro est; quod de Spiritu sancto interpretatur D. Ambrosius, quia Spiritus sanctus in carnalibus hominib. permanere nō potest; Sicut dictum est, quod mundus non potest accipere; scilicet qui ādiu mundus est, & mundanam retinet malitiam. At postquam Verbū caro factum est, & habitauit in nobis, virtute deificæ carnis, noua facta est promissio effundēdi Spiritum sanctum in omnem carnem; in omnem, inquam, quæ voluerit Spiritum Domini recipere, per quę ca cōditiones inducet diuini spiritus; sicut ferrum igni coniunctū proprietates induit ipsius ignis. Putabant ex circuncisione fideles, quod illis solis promissio Spiritus sancti facta erat, quia ab illis solis progenitus est Christus secundum carnem. At non sic Propheta Ioel; sed, D Effundam, dicit Dominus, Spiritum meum, nō solum super eos, qui sunt ex carne Abrahæ, vel super omnem solum Iudæorū carnem, sed absolute super omnem carnem, cuiuscumque generis & nationis hominum, vt omnes huius diuini ignis possent esse participes.
Lib. de Noe & Arca c. 3.
Io. 14. v. 17
Act. 10. v. 45.
Is. 31. v. 9.

Antea ardebat hic ignis in sola Iudæa; vnde Isaias Deum vocat, Dominū, cuius ignis est in Sion, & caminus eius in Ierusalem. At quid ait Christus Dominus? *Ignem veni mittere in terram.* *Luc. 12. v. 49.*
In quam terram? num in Iudæam solum, vel tātū in Ierusalem? Minime, sed in oēm terram; vt iam Deus sit Dominus, cuius ignis sit, nō in sola Sion,

Sion, vel Ierusalem, sed in omni loco terræ. Et A *quid*, inquit, *volo nisi vt accendatur*? ita vt vniuersam inflammet terram. Ignis enim iste diuinus (Prou. 30. v. 16.) nunquam dicit, sufficit; nec si omnem accenderet Iudæam diceret sat est; quia adhuc amplius accendi potest, & desiderat. In die Pentecostes solum factus est sonus spiritus vehementis in Ierusalem, & post sonum apparuerunt linguæ quasi ignis: ac postea sonus, & linguæ illæ per vniuersum orbem dispertitæ sunt: nam in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ (Psal. 18. v. 5.) verba eorum; vbique autem fuit Apostolorum sonus, aderat etiam ille Ignis, vt audientium inflammaret corda.

Clamauerat Ecclesia ex Hebræis ad Dominum dicens, *Osculetur me osculo oris sui*; & exaudita est in die Pentecostes dans illis Spiritum sanctum. Clamabat similiter congregatio ex Gentibus, ac si dixisset; Ille qui osculatus est populum Hebræum, osculetur me eodem osculo oris sui, præbens mihi eundem Spiritum, eademque amoris signa, quæ præbuit illi. B Peruenit ad aures Dei eius deprecatio. Sed vbi, & quando exaudita est? Tunc scilicet quando, teste D. Luca, Cornelius centurio ex Gentibus vir religiosus, cum omni domo sua, orabat ad Dominum: cui Angelus dixit; (Act. 10.) *Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ, ascenderunt in memoriam in conspectu Dei: & nunc mitte viros in Ioppem, & accerse Simonem quendam, qui cognominatur Petrus, hic dicet tibi quid te oporteat facere*: Accersiuit, venit Petrus à Deo ante præmonitus, & instructus quadam mirabili visione lintei, in quo erant omnia quadrupedia, serpentia, & volatilia cœli; præcipiens illi, vt occideret, & manducaret, nec iudicaret immundum quod Deus sanctificauerat. Quid ergo dixit Cornelio? (v. 28. & 34.) *Vos scitis quomodo abominatum sit viro Iudæo coniungi, aut accedere ad alienigenam, sed mihi ostendit Deus neminem communem aut immundum dicere hominem*. Rursus; *In veritate comperi, quia non est acceptor personarum Deus, sed in omni gente, qui timet eum, & operatur iustitiam acceptus est illi*. C Veritatem probauit euentus. Nam adhuc loquente Petro, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum; *Et obstupuerunt ex circumcisione fideles qui venerant cum Petro, quia & in nationes gratia Spiritus sancti effusa est*. Obstupuerunt quidem, quia nihil tale putarant; crediderunt tamen ex viso signo linguarum ignearum, quia etiam ex Gentibus Christus Ecclesiam aggregabat, & osculabatur eam osculo oris sui, infundens Spiritum sanctum ei sicut & ipsis. Propter quod Petrus iussit eos baptizari in nomine Domini Iesu. O vere stupenda Dei clementia! ô immensa munificentia Saluatoris! quos paulo antea vocauerat quadrupedia serpentia, & volatilia, non dedignatur osculari, cum illis pacẽ inire, Spiritumque sanctum eis effundere, vt verum appareat quod promisit; Effundam Spiritum meum super omnem carnem.

D Sed quid ait Petro? *Occide, & manduca*: Occide gladio oris mei, verbo prædicationis destruens eorum infidelitatem & malitiam; & manduca eos aggregans Ecclesiæ, cuius tu es Cephas, & Caput: & sic osculabor eos osculo oris mei, infundens illis vitam, & Spiritum meum, quo in æternum viuant.

EXHORTATIO IX.

De missione inuisibili Spiritus sancti ad animam, de duplici sapientia, & charitate increata, & creata, quæ illi communicatur: & qua ratione dicantur donum Dei, & aqua viua: & de modo petendi hæc dona. (Pro Festo Peateco.)

Osculetur me, &c.

OBSTVPESCIT animus vehementer dum contemplatur infinitum Dei amorem erga homines ad hoc peruenisse, vt non solum illis alia extra se dona creata conferat, sed etiam seipsum, donaque increata, immensa, incomprehensibilia, & ineffabilia, modo etiam ineffabili elargitur. Etenim Pater æternus, qui visibiliter B misit in mundum Filium & Spiritum sanctum, eo modo quo hactenus explanatum est, Inuisibiliter eos quotidie mittit in animas, vt re vera sint & habitent in illis. Et quamuis solus Pater dicatur mittere Filiũ, quia à solo illo generatur; (Ex D. Th. 1. p. q. 43.) & Pater simul ac Filius dicantur mittere Spiritũ sanctum, quia ab vtroque procedit, tamen cum sint vnus Deus, omnes tres personæ simul dicuntur venire ad animam, & se dare illi, in eaque habitare; iuxta illud, *Si quis diligit me, Pater* (Io. 14. v. 16.) *meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus*: Vnde etiam omnes tres osculantur animam *Osculo oris sui*; & vniuntur illi, erudiunt & inflammant eam modo quodam ineffabili, quem iucundum & perutile erit amplius explanare.

Filium & Spiritum sanctum, esse sapientiam & charitatem increatam, quæ datur iusto. §. 1.

C FATENDVM igitur est duplicem à Patre æterno iustis communicari sapientiam, & duplicem charitatem, vnam increatam & creatam alteram. Sapientia increata est Filius Dei vnigenitus, à quo procedit sapientia creata, quæ animæ infunditur, & inhæret. Charitas vero increata est Spiritus sanctus, à quo profluit creata charitas animæ inhærens, iuxta illud Pauli, *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis*. (Ad Rom. 5. v. 5.) Et quamuis tam Filius quam Spiritus sanctus eadem dona creata in anima operentur; tamen iuxta sententiam Diui Augustini quam explicat Angelicus Doctor, (4. de Trinit. c. 20. 1. p. q. 43. art. 5.) missio Filij magis respicit dona intellectus, quẽ erudit & illuminat per fidem, & sapientiam, cæterasque diuinas illustrationes, eo tamen fine vt voluntatem per amorem accendat; at missio Spiritus sancti magis consideratur secundum dona voluntatis, quam per charitatem, deuotionem, aliasque igneas inspirationes inflammat. D Vnde prouenit quod etiam intellectus illustretur per sapientiam. Quid ergo felicius? quid vtilius? & quid iucundius potest animæ euenire, quam mitti ad illam Filium & Spiritum sanctum, & ipsammet increatam charitatem & sapientiam? Nam propter hoc solum Christus venit in mundum, vt ipse cum Spiritu sancto inuisibiliter veniret ad quamlibet animam.

Docet hoc suauissimis verbis ipsemet Saluator, in ea oratione quam pro Discipulis effudit ad Patrem, dicens; *Notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, vt dilectio qua dilexisti me in ipsis sit, & ego in ipsis.* Qui breui & praeclara sententia docet scopum doctrinae quam praedicauit, ac miraculorum, caeterorumque omnium quae gessit & passus est, ad manifestandum Dei nomen & diuinitatem, eo spectasse; *Vt dilectio*, inquit, *qua me dilexisti sit in eis, & ego in eis*; id est, Vt Spiritus sanctus, & ego, simus & habitemus in illis. Quod sic explicatur: Non dixit, vt simili dilectione qua dilexisti me diligas eos, quamuis & hoc verum esset; sed amplius extollit dicens, vt ipsamet dilectio increata qua ab aeterno me dilexisti, sit in eis. Qua forma loquendi docet amorem quo prosequitur iustos, diuersum esse ab eo amore generali, quo diligit omnes homines, & solem suum oriri facit super bonos & malos; ita enim peccatores diligit, vt tamen amorem, quo eos diligit, non communicet eis. Ex amore quidem benefacit illis, non tamen sic benefacit vt det eis suum amorem. At iustos ita singulari amore prosequitur, vt non solum magna eis conferat beneficia & dona creata, sed etiam ipsammet suam dilectionem & amorem aeternum & increatum eis donet, vt sit in eis.

1. Io. 4. v. 1. Quod admirans D. Ioannes, ait, *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & simus.* Non ait, Videte quali charitate nos dilexit Pater, sed qualem charitatem dedit nobis, talem scilicet quod qualis ipse est; nam, *Deus*, inquit, *charitas est*, & hanc dedit nobis, vt per illam constituamur eius filij, & sic nobis viae pignus ad coelestem haereditatem consequendam; *Deus*, inquit Paulus, *signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris.* Et credentes ait signatos esse Spiritu promissionis sancto. Haec autem signatio & sigillatio, non est aliud quam vnio Spiritus sancti cum anima, & sicut sigillum coniunctum cerae imprimit illi suam figuram, ita Spiritus sanctus, qui charitas increata est, dum animae coniungitur, & eam osculatur, imprimit gratiam & charitatem creatam, quae ad similitudinem eius ipsius est. Et vtraque charitate signata & sigillata anima constituitur inter oues Christi separata ab haedis, & ad coelestem haereditatem destinata. Videte igitur & considerate hanc Dei charitatem ergo nos, vt eam petatis ab eo qui dat spiritum bonum petentibus se; dicentes cum sponsa; *Osculetur me osculo oris sui*: ita vt ipsa Dei osculatio & dilectio sit in me, & imprimatur mihi. Videte iterum hanc charitatem, qui Deus est, & datur vobis, quia nihil maius vobis potuit dare. Nescio (inquit D. Augustinus) vtrum magnificentius nobis charitas commendari possit, quam vt diceretur, Deus charitas est, breuis laus, magna laus, breuis in sermone, & magna in intellectu, quam cito dicitur, Deus dilectio est? si numeres vnum est, si appendas quantum est. Appende si potes, cuncta quae Deus fecit pro amicis suis, & tunc intelligeas quam immensum bonum sit, charitas est.

Ioan. 17. v. 26.

1. Io. 4. v. 16.

2. Cor. 1. v. 22.

Luc. 11. v. 13.

En primum quod dixit Christus Dominus; audi secundum talis quale, *Et ego in eis*; significat quidem vnitatem quam ipse habet, cum illa dilectione Patris, quae est Spiritus sanctus & charitas increata. Vnde fit, quod vbicunque sit illa dilectio, ibi sit ipse Filius; Ego, inquit, inquit, ego sapientia increata, ego sum non ut lumen, ego lux vera, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum; ego, qui sum via, veritas, & vita; ego ipse etiam sum, & maneo in illis, vt eis etiam infundam sapientiam creatam, & lumen vnicuique proprium, quod simul cum dilectione nobis firmiter adhaereat. Et hoc modo verificatur promissum illud Saluatoris dicentis; *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem saeculi.* O ter quaterque beata, & millies beata pia anima, in qua Filius & Spiritus sanctus, sapientia & charitas increata continuo assistunt, & osculantur illam osculo oris sui! Quid enim boni illi deesse poterit? Nam qui dat nobis proprium Filium & Spiritum sanctum suum, quomodo non etiam cum illis omnia nobis donabit? Nam, vt dicit Gregorius Nazianzenus, incredibilis est vis amoris, & potentiae coniungatur. Cum ergo sapientia & charitas increata Dei coniuncta sit cum omnipotentia, ineffabilia sunt dona quae ab vtraque prodeunt, vt dilectis benefaciant.

Matth. 28.

Ad Rom. 8. v. 32.

In vita S. quam scripsit M...

Dona creata quae non coniunguntur Deo, praeponenda esse a... § 2.

Hinc fit primum & ante omnia petendum esse a Deo dona increata, scilicet, Filium & Spiritum sanctum, vt habitent in nobis: deinde vero dona illa increata, quae nos ipsis coniungunt, & sine quibus in nobis permanere non possunt, praeponendo ea omnibus donis, quae ab illis separat inueniri queunt, & contemnendo ea istaa, quae ad hanc cum ipsis coniunctionem non conducunt. Hunc nimirum ordinem petendi seruauit sponsa in his verbis, quia postulit illa postquam introducta est in cellam vinariam, vbi ipse sponsus ordinauit in ea charitatem, & ideo dixit; *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino.* Vbera sunt, vt diximus, sapientia & charitas increata; lac coniunctum vberibus est gratia, charitas, sapientia infusa reliquae supernaturales virtutes & Spiritus sancti septem dona, quibus adiungendae sunt fides & spes, sine quibus praedicta dona esse non possunt, licet ipsae aliquando sint sine illis. Lac ab vberibus separatum, & velut in vasculo repositum, sunt dona spiritualia, quae sine vnione ad Filium & Spiritum sanctum pergratiam inueniri possunt; vt quae vocantur gratiae gratis datae: scilicet, donum linguarum & miraculorum, scientiae, & consolationes spirituales sensibiles, & dulces lachrymae. Vinum autem caetera bona terrena hic comprehendit. Sponsa igitur non sine magno mysterio, cum dicere debuisset; Meliora sunt lac vberum tuorum, quam vinum; vt inter vinum & lac seruaretur proportio: dixit tamen, quia meliora sunt vbera tua quam vinum, vt quatuor nobis altissimae perfectionis monita praeberet.

Cant. 1. v. 4.

Primum quidem vt significaret quod non amat, nec petit lac ab vberibus separatum, sed ipsis coniunctum. Constat enim lac mel oriens in ipsis vberibus sortiri conditionem, illudque esse melius quod ab ipsis vberibus sugitur, quam quod separatum ab illis in vase continetur; facile enim extra vbera acescit, & corrumpitur. Etenim Deus noster qui ex abundantia bonitatis

suæ pluit super iustos & iniustos, etiam malis & iniustis tribuit aliquod lac, sed ab vberibus separatum. Elargitur enim illis aliquando quædam dona cœlestia, nimirum prophetiæ donum, vel gratiam intelligendi, aut interpretandi Scripturas, aut aliquas spirituales consolationes, quibus forte remuneret nonnulla eorum opera bona, vel à malis auertat: at quamdiu in peccato manent, & Filium ac Spiritum sanctum per gratiam inhabitantem non habent, lac gustant, sed vberibus non iunguntur, nec ab illis per spiritualem contactum illud fugunt, sed quasi à longe proiectum assumunt, quod nisi resipiscant tandem acescet, & erit illis in ruinam. At Christi sponsa ideo commendat vbera; quia sicut desiderat coniungi Deo per osculum, ita etiam cupit ipsi fonti donorum vniri: nec lac seu dona concupiscit, nisi quæ Deo coniungitur: quæ suo perenni fonti, nempe Spiritui sancto coniunguntur, vt mox dicemus.

Cæteras vero gratias gratis datas, ac sensibiles consolationes, quæ sine vnione ad Deum esse possunt, non magnificat, nisi quatenus ad hunc amorem possunt conferre. Imo nec sudet expresse petere, sed diuinæ prouidentiæ committit, ne forte quod datur illi ob aliorum commodum, vertatur in proprium damnum, & delectatio spiritualis, vel deuotio sensibilis nutrimentum sit vanitatis, aut proprij amoris. Vnde etiam non ait; quia melius est mihi lac, sed vbera; quia forte hoc lac non erit illi melius, sed deterius. Vbera vero & dona gratiæ, quæ Deo iungunt, semper sunt vtilia, & nunquam noxia.

Sed adhuc altius quid innuit dum commendat vbera potius quam lac, ad significandum quod pluris æstimat benefactorem, quam beneficium, & datorem, quam ipsius donum; nec propter lac amat vbera, sed propter se ipsa, nec amat Deum propter dona ipsius, sed dona propter ipsum Deum: nec cupit seruire Deo quasi mercenaria propter refectionem alicuius lactis vel dulcedinis, quam expectet, sed propter ipsa vbera, & propter infinitam Dei charitatem & amorem quo est præuenta. Nec delectatur in donis Dei propter ipsorum dulcedinem, sed in ipso Deo, qui dat illa; iuxta illud Pauli, *Gaudete in Domino semper*: & Dauidis, *Delectare in Domino*. Hoc autem gaudium quod non de creatura habetur, sed de Creatore, est omnium gaudiorum supremum; quoniam, vt probat D. Thomas, sicut nullum est maius bonum quam diuinum; ita nullũ est maius gaudium, quam quod procedit à Deo & est de ipso bono diuino, quod amatur, & per amorem quodam modo possidetur; & sicut nullus potest à nobis tollere diuinum amorem, ita nec illud verum gaudium. Gaudium vero, & delectatio sensibilis multoties abest; & vtiliter (inquit D. Bernardus) aliquando negatur: vt virtutes ipsas non pro delectatione quam expetimus, sed pro virtutibus ipsis, & pro solo beneplacito Dei tota intentione, etsi non tota affectione sectemur. Vnde si quas Deus tribuit consolationes electis suis, ideo est vt melius præparentur ad recipienda dona ipsius, & virtutum opera perficiant; iuxta illud quod dixit per Oseam Prophetam; *Ecce ego lactabo eam, & ducam in solitudinem, & loquar ad cor eius*. Non ait ego præbebo lac, sed lactabo eam,

Ad Phil. 4. v. 4.
Ps. 36. v. 4.
2. 2. q. 180. ar. 7. & 12. q. 31. art 2.
Io. 16. v. 22.
Serm. 5. in Quadrag.
Osee 2. v. 14.

A vt ipsa illud sugat ex vberibus meis: post hæc ducam in solitudinem, separando eam ab omnibus retrenis ac mundanis, quæ illam possent maculare, vel vnionem diuini amoris impedire; tunc autem loquar ad cor, & consolabor illam, vt in solitudine diu persistere possit, & bonis operibus abundare.

Hinc desumitur tertia ratio ob quam vberum, potius quam lactis meminit, vt indicaret perpetuam durationem bonorum, quæ potissime desiderat. Vbera enim Dei sunt perennes fontes cœlestium donorum; nec vnquam marcescent, quia æterna sunt, & infinita; nec cessabunt emittere lac volentibus sugere illud, siue tyrones sint, siue proficientes, aut perfecti; nec vnquam clauduntur, nisi respuentibus ea. Illa ergo dona gratiæ quæ ex se perpetua sunt, & à sponsi vberibus perpetuo manant, appetit vehementer: cætera vero, etsi cœlestia sint, quæ tamen non semper effluunt, non ita exoptat.

B Vtraque complexus est Diuus Paulus, cum dixit: *Charitas nunquam excidit, siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur.* *1. Cor. 13. v. 8.*

Vnde & multo magis illa præponit temporalibus ac corporalibus bonis, & omni carnis delectationi ac amori, quæ, vt inquit D. Bernardus, sunt instar vini ab vuis expressi, quod non amplius exescit, & vuæ manet arida, nec habent quod denuo exprimatur: teste enim Isaia, Omnis caro fœnum est, & omnis eius gloria sicut flos fœni, quod cito exsiccatur; & tamen verbum Domini manet in æternum. Merito ergo ait sponsa, *Meliora sunt vbera tua vino*; quia diuturniora, imo tu solus inter amantes, vbera habes; reliqui sunt velut vua, quę semel profert vinum amoris, quod habet, & statim arescit: aruit pater, aruit mater, aruerunt domestici, & amici; *Quia pater meus, & mater mea, dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me.*

D. Bern. serm. 9. in Cant.
Isa. 40. v. 6.
Ps. 26. v. 10.

C Denique non ait dulciora sunt vbera tua vino, sed *meliora*; vt significaret per solum eius amorem, & dona illi connexa, nos fieri meliores & sanctiores. Nam gratiæ gratis datæ, bonaque temporalia nullam conferunt bonitatem, & sanctimoniam. Vnde vbera tua fragrant vnguentis, non quibuslibet, sed optimis, quæ optimos reddunt eos, qui illis vncti fuerint; nec tamen appeto illa, quia fragrant, sed quia optima sunt. Virtutes enim non desidero, propter odorem boni nominis apud homines, sed quia optimæ sunt coram Deo; inde fiet quod fragrent coram hominibus: ego tamen fragrantiæ præfero sanctitatem, & famæ bonam conscientiam; quia non erit solida nec diuturna fragrantia, si desint vnguenta optima; *Nam gaudium hypocritæ instar puncti*. Hypocrita est: qui fingit habere optima virtutum vnguenta, vt coram hominibus fragret opinione sanctitatis, cuius gaudium est, instar puncti; quod vt notat Diuus Bonauentura, non est longum, nec altum, latum vel profundum; non longum, quia fere nullam habet durationem, & vix esse incipit, cum iam

D desinit; non latum, quia non vere dilatat cor, sed multis amaritudinibus & perturbationibus est permixtum; non altum, quia non est de cœlestibus & diuinis, sed de terrenis, ac abiectis rebus; non profundum, quia nullas habet intus radices, sed totum foris est exterius, vnde celeri-

Iob. 20. v. 5.
In Soliloquiis cap. 2.
Punctum carens quatuor dimensionibus, denotat 4. proprietates carnales consolationis.

ter euanescit. Nam, vt inquit Diuus Augustinus, lætitia sæculi vanitas est, quæ cum magno desiderio separatur, vt veniat; & cum venerit teneri non valet: Et tandem extrema gaudij mundani luctus occupat. Et inde Septuaginta loco illius, Prou. 14. v. 13. *Gaudium hypocritæ instar puncti*, sic vertunt, *Lætitia impiorum ruina insignis, & gaudium iniquorum perditio*.

At gaudium Sanctorum non instar puncti, sed instar æternitatis est; habet longitudinem sine fine, quia sempiternum erit: altitudinem vsque ad summum, quia de summi boni possessione lætatur: latitudinem immensam, quia in Deo qui omne bonum comprehendit, cor dilatat; profundas denique radices, quia in Deo fundatur: *Et ideo gaudium vestrum nemo tollet à vobis*, inquit Dominus. Meliora ergo sunt vbera tua, & gaudia tua, quam terrenorum gaudiorum vinum; ideo illa appetenda, hæc respuenda, vt fusius infra dicetur.

Paucos hæc dona petere, quia nec sciunt, nec æstimant illa §. 3.

Pro Feria Hebdomadæ 3. Quadrag.

SED cum dona ista tam preciosa sint & præcellentia, imo tam infinita & immensa, quid est quod tam pauci auide appetant illa? Cur rari sunt qui Deo dicant cum sponsa, *Osculetur me hu osculo oris sui*: cum tamen plurimi sitiant, quærant, & petant, alia carnis, & mundi oscula? Et quæ alia potest esse causa, nisi tantorum donorum inscitia, vel tenuis cognitio, vnde stupenda procedit paruipēsio, vel animi remissio? Placet hoc præclarissimis Christi Domini verbis explanare, in quibus cuncta quæ in hac Exhortatione diximus, multo clarius conspiciuntur. Sic enim dixit ad Samaritanam; *Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab illo, & ded isset tibi aquam viuam*. Io. 4. v. 10. Lib. u. in lo c. 82. lib. de la carn Christi tract. 15. in Ioan. Et quidem per donum Dei vniuersa dona celata diuersi Patres intelligunt. Diuus quidem Cyrillus intelligit dona Spiritus sancti; at vero Diuus Athanasius, & Augustinus dicunt esse ipsum Spiritum sanctum, cui attribuitur nomen doni, vt probat Angelicus Doctor, eo quod amor sit 1 p. q. 38. art 2. primū quod alicui datur, vnde prouenit quod cætera ei dentur dona. Alij vero affirmant in I-a Card. Toletus qui opt ime probat. hoc loco donum significare ipsum Christum nobis datum à Patre, vt omnis qui credit in ipsum non pereat. Ego vero crediderim cuncta hæc dona Christum Dominum comprehendisse sub hoc nomine, cum non sint sibi aduersa, nec sno proposito pugnantia, vt sensus sit; Si certa fide crederes, & bene scires, cognosceresque donum Dei, donum, inquam, quod iam Deus dedit hominibus, nempe me ipsum, & donum quod decreuit dare, scilicet Spiritum sanctum, & cætera ipsius dona, & etiam scires me, qui à te bibere peto, esse illum, per quem donum, quod est aqua viua, hominibus communicandum est, tu forsitan petiisses illud, & dedisset tibi. Sed cur ait, *Tu forsitan petiisses?* Vt nimirum indicet causas cur homines hæc dona non petunt, vel quia nesciunt illa, & nemo petit quod non sciuit; vel etiam si sciant, & fide credant, libero tamen pollent arbitrio, quod aliquando tot est peccatis obduratum, quæ fidem obnubilant, mentemque excæcant, vt ingentia

A Dei dona paruipendat; vel quia ad terrena valde animus est propensus, parum curat petere cœlestia, etsi multo sint illis excellentiora. Si autem viua fide, & profunda consideratione illorum ingentem magnitudinem per cruciaretur, profecto ardenter illa sitirent exoptarét, ac peterent; petentibusque elargiretur Christus Dominus, qui ait, *Dedisset tibi*; non inquit forsitan dedisset tibi, sed absolute dedisset, quia Deus firmiter decreuit, & summe desiderat hæc dona nobis dare, si nos velimus recipere, ad illaque recipienda nos digne præparare: Nam, *Si vos*, inquit, *cum sitis mali, nostis bona data dare filiis v.stris, quanto magis Pater vester de cælo dabit spiritum bonum petentibus se?* Luc. 11. v. 13. Et perpende quod non dixit, filijs petentibus se, sed absolute, petentibus se, siue filij sint, siue serui, siue mercenarij vel grauissimi quique peccatores, dummodo vere pœnitentes & ex corde petant. Indicat hoc pronomen illud, *tibi*, quod emphasim habet, cum dixit

B Christus, dabit tibi, id est, tibi alienigenæ, & Samaritanæ, tibi quam execratur populus Hebræorum, tibi quæ ita carnalis es, vt habueris quinque viros, & quem habes modo, non est tuus, tibi quæ adeo vilis es & pauper, vt indigeas huc venire, vt haurias tibi aquam, & tamen si hoc donum à me petetia, citra dubium dabo illud tibi. O mira Dei munificentia, qui hominibus cuiuscunque sint conditionis, tam ingentia dona paratus est dare, quæ ipsi non auderent petere. Vtinam omnes magnitudinem horum donorum, & hanc Christi munificentiam agnoscerent, vt caperent, & acciperent.

Si autem vis scire tanti doni magnitudinem, D. Athan. lib. 1. de Incarn. Christi. vt illud sitias, & petas, ipse Dominus satis explicuit, cum illud *aquam viuam* appellauit. Vocatur autem aqua viua, vel ipse Spiritus sanctus, D. Basil. in id Psalm. 45. *Fluminis impetus*. qui est fons viuus, & origo gratiæ, & donorum laetificantium animam, vel ipsamet gratia, & charitas Spiritui sancto coniuncta. Nam (vt D. Chrysost. Ho. 31. in Io. H. er. in id Isa 55. *Omnes sitientes* com. lib. de Spiritu sancto c. 19. Cyrill. lib. 4. in Io c. 51. D. A gust. tract. 15. in Io.

C notat Diuus Augustinus) aquæ naturales dicuntur viuæ, quando suo perenni fonti coniunguntur, vnde continuo influunt, & quasi renouantur. Nam quæ congregantur in cisternis à fonte segregatæ, aquæ sunt velut mortuæ. Omnes ergo gratiæ & dona quæ sine Spiritu Sancto in cisterna cordis humani aggregantur, vt fides propheria, & cætera huiusmodi, non sunt aquæ viuæ, quæ viuum, Deo gratum, & à peccato mundum reddant habentem. Cum autem datur gratia iustificans, & charitas, simul datur ipse fons viuus vnde emanant, qui est Spiritus sanctus, & ideo aquæ viuæ nuncupantur. Quod clarius insinuauit Christus Dominus, cum eidem Samaritanæ dixit: *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aqua salientis in vitam æternam*. Io. 4. v. 14. O stupenda Dei benignitas! cui sic placuit dare lac diuinis vberibus coniunctum, vel

D ipsa vbera cum lacte, sicut prædiximus; ita parum visum est dare aquam gratiæ, nisi etiam simul daret ipsum fontem viuum, & infinitum, vnde illa emanat, vt sit aqua viua saliens in vitam æternam; quia animam salientem facit, & ascendentem vsque ad ipsum Deum, vnde manauit. Aqua enim tantum ascendit, quanta est altitudo principij, vnde profluit. Cum ergo profluat à Deo, etsi hic per fidem cognito, facit animam ascendere vsque ad Deum clare visum

in gloria

in gloria. Vt autem sciremus quanta sit huius aquæ viuæ abundantia, dixit iterum, *Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent.* Flumina vocat, vt inquiunt D. Chrysostomus, & D. Gregorius, reliquas virtutes supernaturales, & dona affluenter promanantia à suo fonte, qui est Spiritus sanctus: *Hoc enim* (inquit Euangelista) *dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum.*

[Io. 7. v. 38. ... lib. ... Mor. ... 5.]

Hinc ergo satis liquet quanti sint facienda hæc dona, quæ aqua viua appellantur, & fons aquæ salientis vsq; ad vitam æternam, quo nihil maius, nihil iucundius, nihilque potest excogitari vtilius. Quod clarius pateret, si mirabiles huius aquæ viuæ effectus indagaremus, qui *in immensum superant eos qui à naturali aqua nobis proueniunt.* Cæterum, ne longior sit hæc digressio, melius de hoc agetur infra circa id capitis 4. *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium.*

[Cant 4. v. 15 lib. Exhort.]

Vltimum discrimen inter Dei dona infusa, & acquisita. §. 4.

ADDAMVS tandem vltimum discrimen inter ipsa Dei dona, quæ per vbera Dei, seu lac vberibus coniunctum, vel aquam viuam suo contiguam fonti, & per vinum significantur. Etenim Deus non creat vinum per se, & ab vuis expressum sicut creauit aquam, sed tantum creat illud in vuis contentum; hominum vero industria & labore ab illis exprimitur, & fit vinum: ideoque conuenienter significat sapientiam, scientiam, virtutem, precem, & cætera dona, quæ Theologi vocant acquisita; quia proprio labore & industria cooperantes diuino auxilio, ea homines acquirunt. Sunt quidem bona, iucunda, & vtilia valde, sicut vinum; etsi aliquando inebrient, & rectum iudicium rationis euertant; dum superbia elati quod proprio labore acquirunt, suis meritis, & viribus, & non Deo attribuunt, dicentes: *Manus nostra excelsa, & non Dominus fecit hæc omnia.* Quod summæ ignorantiæ est; velut si homo diceret: Ego & non Deus creaui vinum, quia ego ex vuis expressi. Sed quid inquis, ô insipiens? si Deus non creasset vuas, vnde tu posses vinum exprimere? & si non dedisset tibi vires, auxilia, & media congrua, ad acquirendam sapientiam, vel scientiam, aut virtutem, numquid posses acquirere illam? Si bene discurris, si recte oras, si strenue te abnegas, bonum quidem vinum tibi paras, & labor tuus gratus est Deo; tamen totum hoc ipsi Deo debes tribuere: & qua parte tuo labore acquiritur, limitationem quandam recipit, quia semper debilis es ad laborandum, nec totum quod potes, & deberes diuino cooperaris auxilio: propter quod merito ait sponsa; *Meliora sunt vbera tua vino:* id est; Illa sapientia, & scientia, illa virtus, oratio, & consolatio, & cætera dona, quæ ab ipso Deo infunduntur immediate, & dona infusa dicuntur, & supernaturalia; multo sunt meliora, iucundiora, & vbetiora, quam quæ mea industria acquisiui; quia ex infinita ipsius Dei bonitate, & gratuita voluntate procedunt, & quibusdam electis vberrime communicat illa, ita vt ipsi videant, experimentoque sentiant, non suis viribus, non suo labore & industria parta, sed gratis

[Deut 32. v. 27.]

A & sine meritis infusa: multoties enim subito, & cum minus putabant, ea recipiunt. Compara quæ Apostoli acquisierunt triennio, quo cum Christo Domino in eius schola versati sunt, cum his quæ in die Pentecostes subito receperunt per Spiritum sanctum sibi infusum: & inde satis percipies quantum distent bona nostro labore parta, etsi non sine Dei auxilio, ab his quæ ipse liberaliter infundere dignatur dilectis suis. Quare illa quidem tibi totis viribus præparanda sunt, quia præparant animam ad ista vberius recipienda; quæ tamen tanquam meliora ad nostræ perfectionis culmen obtinendum electa Dei sponsa exoptat, cum ait: ipsemet osculetur me osculo oris sui, quia vbera sua, & lac donorum quod ab illis effunditur meliora mihi erunt, quam vinum, quod ego magno labore exprimo; Vtinam vtrorumque donorum participes simus, vt ipsi Deo amplius, & iucundius placeamus, nunc, & semper, & in sæcula

B sæculorum Amen.

EXHORTATIO X.

De Sacramento Baptismi, in quo primo fit reconciliatio cum Deo, desponsatio Christi cum Ecclesia, ex Gentibus præcipue adunata; tribuitur etiam dignitas filii Dei adoptiui, & alia dona quæ per Dei osculum adumbrantur.

Osculetur me osculo oris sui.

PRIMVM nostræ salutis instrumentum, & medium quod Saluator noster instituit, vt redemptionis suæ fructum nobis applicaret, Sacramentum est Baptismi de quo testatus est;

C *Quod nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest intreire in regnum Dei.* Oportet enim iterum generari, & nasci non ex matre & patre carnalibus; sed ex aqua, & Spiritu sancto vice matris & patris. Cum enim quis immergitur intra aquam, quasi intra matris vterum absconsum, ibi virtute Spiritus sancti fœcundantis aquam, renascitur nouus homo, nouam spiritualem vitam gratiæ recipiens. Sine hac autem regeneratione, nullus potest introire in regnum Dei, quod est Ecclesia, tam militans in hoc sæculo, quam regnans & triumphans in altero; Vtraque enim appellatur regnum Dei; & in vtramque intratur per Baptismum: qui si ad effectus internos respicias, osculum est oris Dei exhibitum per lauacrum aquæ in verbo vitæ, quod à Christi ore procedit, cuius nomine dicitur, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Quo osculo primo fit remissio peccati originalis, reconciliatio animæ cum Deo, de-

[Io. 3. v. 5.]

D sponsatio spiritualis Christi cum illa; imò cum ipsa Ecclesia ex Gentibus maxime collecta; tribuitur etiam fœcunditas ad merita, & bona opera; dignitas filij Dei adoptiui; ius ad æternam hæreditatem, & suo tempore possessio illius. Quæ omnia desiderabat, & petebat antiqua Ecclesia sub hac metaphora osculi, dicens; *Osculetur me osculo oris sui.* Sunt autem nobis con-

Matt 3. v. 16. cessa per Christum, in cuius bapti mo facto in Iordane, cœli aperti sunt, & Sp ritus sanctus descendit super eum tanquam columba, & vox Patris intonuit, dicens; *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Vbi mirifice adumbrantur cuncta quæ Baptismos præstat.

Luc. 3. v. 22.

Per Baptismum tribui Spiritum sanctum, & osculum reconciliationis. §. 1.

Exhort. 3. COMPIMUS dicere supra columbam, cui innatum est comparem crebro osculari, hieroglyphicum fuisse amoris, pacis, concordiæ, & charitatis maxime, quæ inter coniuges inuenitur. Quod eleganter Diuus Ambrosius his verbis explicuit. Osculum oris, pietatis & charitatis, est pignus, osculantur se & columbæ: sed quid ad humani osculi venustatem, quo amicitiæ insigne humanitatisque præfulget; in quo pleuæ charitatis fidelis exp imitur affectus. Vnde & Dominus velut prodigij genus in proditore condemnans, ait; *Iuda, osculo filium hominis tradis?* Hoc est; charitatis insigne coouertis ad signum proditionis, & infidelitatis indicium? pacis hoc pignore vteris ad officium crudelitatis? Apparuit ergo Spiritus sanctus in Baptismo sub forma columbæ, qui baptizatis tribuit osculum non fictum, & fraudulentum, sicut oscula odiosorum & proditorum; nec osculum inane & vacuum, sicut tribuebatur in Sacramentis antiquæ leg s, sed osculum columbinum, verum, simplex, solidum, & efficax signum gratiæ, & charitatis, per quam anima remissis peccatis reconcilietur Deo, & in eius amicitiam admittatur. Vnde, vt notat Diuus Chrysostomus, columba reuersa est ad arcam post diluuium, portans ramum oliuæ virentis, cum folijs in ore suo, communem orbis terrarum tranquillitatem, & pacem annuncians. Arca autem, vt expresse testatur Diuus Petrus, figura erat Baptismi. Nam sicut in arca octo animæ taliæ factæ sunt à diluuio mundum inundante, ita modo, *Nos saluos facit Baptismi, non carnis depositio sordium sed conscientiæ bona interrogatio in Deum.* Columba ergo accedens ad arcam cum ramo viridi oliuæ in ore, est Spiritus sanctus assistens in Baptismo, conferens gratiam reconciliationis, & pacis, ac signum ineffabilis suæ erga nos pietatis & misericordiæ. Affert autem illum ramum in ore, quia per verbum virtute ipsius prolatum hæc confertur reconciliatio; iuxta illud Pauli *Mundans eam,* scilicet Ecclesiam, *lauacro aquæ in verbo vitæ.* Affert etiam columba ramum in ore, quo osculatur comparem: quia eodem verbo implet desiderium Ecclesiæ dicentis, *Osculetur me osculo oris sui,* tribuens illi intus osculum reconciliationis, quo Deo sit valde grata.

Lib. 6. Exam. c. 9.

Luc. 22. v. 48.

Hom. 12 in Matth. in 8. hom. 37. q. 19 art. 6. 4.

Gen 8 v 11.

1. Pet. 3 v. 20.

Idem D. Ambrosius lib. 4 in Luc. vlt.

Ad Ephes. 5. v. 26.

Ex hoc autem dono omnium maximo plurima, & preciosissima dona prouenium, quæ abunde in Baptismo conferuntur; propter quod dicuntur tunc cœli aperti esse. Nam sicut tempore diluuij cataractæ cœli apertæ sunt, quæ copiosissima pluuia descendit, quæ mundum inundaret; sic per Christum in Baptismo cœli aperti dicuntur; non tantum vt baptizati illuc suo tempore ascendant, & intrent, sed quia mox ea ipsis descendit abundantissima gratiæ plu-

Gen. 7 v 11.

uia, quæ omnia ei s q i baptizantur, scelera, etsi inn mera, & grauissima, suffocat, & penitus extinguat. Nec dicuntur cataractas, seu portas cœli aperuisse, sed ipsos cœlos, ad significandum per Christum, omnia obstacula funditus ablata esse. Vnde sicut notat Chrysostomus: Postquam Christus tyrannum vicit per crucem, quia non erant necessariæ portæ cœli, ounquam claudendo, non dicunt Angeli, pennite portas: iam enim erant apertæ, sed *Tollite portas:* quasi significarent quod semper mansuri erant cœli aperti, vt multi introirent, & cœlestia dona Spiritus sancti largiter distribuerent, quibus animæ mundæ, pulchræque fierent & ornatæ, sicut decebat eas, quæ Christo tunc erant desponsandæ.

Serm. ... in ... Ps. 23. v. 7.

Per Baptismum Ecclesiam mundari & sponsari Christo. §. 2.

PROMISERAT Deus olim assumpturum se Ecclesiam in sponsam, eo, scilicet, tempore, quo ipse carnem assumeret. Sic enim inquit per Oseam Prophetam: *Sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio, & in misericordia, & miserationibus: & sponsabo te mihi in fide, & scies quia ego Dominus.* Tot enim tam ingentiaque dona per hanc sponsationem confertam, vt per illa optime dignoscas me esse sponsum omnipotentem, infinite diuitem, & munificum, qui talibus donis meas locupleto, & adorno sponsas. Sed quid est, sponsabo te mihi in fide? in qua fide sponsandam pollicetur? In fide nimirum Christi, qui venturus erat in mundum, vt illum Deo patri reconciliaret, ex mundo sibi sponsam Ecclesiam assumeret: mundans prius illam ab omnibus immunditijs eius per aquam mundissimam gratiæ à fonte Spiritus sancti promanante, prout promiserat per Ezechielem, dicens: *Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos; & dabo vobis cor nouum & spiritum nouum ponam in medio vestri.* Necesse enim erat, vt noui sponsi, qui nouus homo erat, noua esset sponsa, munda & pulchra, vt tanto esset sponso digna. Hæc autem præstitit nobis sacramentum baptismi, quod Diuus Paulus vocat. *Lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem Deus abunde effudit in nos per Iesum Christum Saluatorem nostrum.* Sublato enim circuncisionis signaculo, quod solis Iudæis institutum erat, ordinauit lauacrum baptismi Iudæis & Gentibus impertiendum, & præcipue Gentibus, ex quibus fere Ecclesia Christi sponsa colligenda erat, & per Baptismum eam sibi copulauit, vt vnum corpus mysticum cum ipso capite illius constitueret; mundans eam (vt idem Paulus inquit) ab omnibus culpæ originalis, vel actualis: vt sit coram ipso pulchra & gloriosa, non habens maculam aut rugam, vel aliam similem maculæ imperfectionem. Vnde tandem eam sibi assumsit in sponsam, spirituales cum ea celebrans nuptias per vnionem gratiæ, & charitatis. Quæ tria bona singulis fidelibus præbet Baptismus: Nam simul est ianua, per quam intratur in Ecclesiam, & anima aggregatur ouili Christi, & lauacrum, per quod mundatur ab omni peccato.

Osea. v. 19. ... ... exhort. ...

Ezech. 36. v. 25.

Ad Titum 3 v. 5.

Ad Ephes. 5. v. 26.

... in quo ... dem A
... Deo tanquam sponsa coniungi-
tur ... ne mysterio eundem diem E-
piphaniæ ... præclaris miraculis ornatum
... Ecclesia, sic canens: Hodie cœ-
lesti sponso iuncta est Ecclesia, quoniam in Ior-
dane lauit Christus eius crimina. Currunt cum
muneribus magi ad regales nuptias, & ex aqua
facto vino lætantur conuiuæ. Magi enim, qui
primitiæ erant Gentium, duce stella venerunt
ad Christum in Bethleem natum, & colloca-
tum in præsepio, eiusque Ecclesiæ sunt ascripti:
eodemque die institutum est Baptisma, quo
peccata in profundum maris demerguntur, &
sponsa dealbatur: ipso etiam die inuoluente
anno, in nuptijs Cana Galilææ, aqua in vinum
conuertitur, vt designentur spirituales nuptiæ,
in ipso Baptismatis die celebratæ, non per car-
nis, sed spiritus coniunctionem: quia aqua in vi-
num, & caro in spiritum per Christi potentiam
commutata est.

Isa. c. 2.

Has ergo spirituales nuptias desiderans Ec-
clesia, dicebat: *Osculetur me osculo oris sui.* per os-
culum ... tâs ac petens hoc spirituale con-
nubium, in quo summus refulget amor, qui a-
mantes vnum efficit. Nam vt dicebat Plato,
per osculum anima quasi in aliena corpora
transfunditur; refertque parum abfuisse, quin
quidam in osculo moreretur, cum anima pro-
prium pene deserens corpus ad aliud transmi-
graret, scilicet, in corpus eius, quem amabat.
Nam & in boccantico dicitur, *Quod fortis est vt
mors dilectio.* Quæ scilicet animam nobis eripit,
vt alio transferat, sicut transtulit in Paulo qui
dicebat: *Viuo, non ego, viuit vero in me Christus.*
Sed melius Platone explicat metaphoram os-
culi Diuus Ambrosius: Per osculum (inquit):
adhæret anima Deo, per quod sibi transfun-
» ditur spiritus osculantis; sicut etiam ij qui se os-
» culantur, non sunt labiorum prælibatione con-
» tenti, sed spiritum suum sibi inuicem videntur
» transfundere. Ille osculum poposcit, Deus se ei to-
» tus infudit. Et anima etiam se totam infundit
» Deo, & ita per mutuum osculum & amorem
» sunt vnus spiritus & perficitur spiritualis de-
sponsatio.

Apud Gellium lib. 19. c. ..
Cant. 8. v. 6.
Ad Gal. 2. v. 20.
Lib. de Isaac & anima c. ..

Nota. Sed mirum & nouum est; si per osculum cō-
nubium intelligitur, sponsa hoc nuptiale car-
men à petitione osculi inchoare. Nam in con-
iugijs ineundis mos receptus est, vt vir fœmi-
nam roget, non fœmina virum. Et prodigij in-
star sit, si virgo viri coniugium ambiat. Quo-
modo ergo sub metaphora carnalis connubij
Ecclesia introducitur, virum rogans, & dicens:
Osculetur me osculo oris sui? Hac forte ratione mo-
tus Diuus Ambrosius hæc verba etiam sponso
tribuit: vt sponsæ, quam ornauerat, amore ca-
ptus ei dicat; osculetur me osculo oris sui. Sed
quia ipse Ambrosius cum reliquis patribus, Ec- D
clesiæ attribuenda censent, dicendum est, si ad
rem ipsam spectes, sponsum prius excitasse, vo-
casse, ac rogasse sponsam, ac solicitasse ipsam,
vt eum vellet in sponsum assumere. Nisi enim
ipsa præuenta esset, & excitata à Deo, dicere
non posset, *Osculetur me osculo oris sui:* & nisi voca-
ta esset ad nuptias, venire nequiret; & ideo
sponsus dicit; *Inuentus sum à non quærentibus me,
& palam apparui ijs, qui me non interrogabant.* Vnde

Vt supra.
Isa. 65. v. 1. Ad Rom. 10. v. 20.

A in capite secundo, & quinto huius cantici re-
fertur vox sponsi euocantis illam, & post vo-
cationem inquisitio sponsæ narratur. Cæterum de-
eo Salomon, imo Spiritus sanctus per ipsum,
voluit carmen istud ab sponsa orante, & postu-
lante desponsationem inchoari: vt nos qui sunt
nostri muneris propria admoneret, nempe Deū
orare, rogare, instanter obsecrare, & toto cona-
tu has purissimas cū ipso nuptias quærere. Hoc *Ierem. 31. v. 22.*
autem magnum etiam Dei donum est, & insi-
gne ac nouum prodigium: De quo etiam potest
intelligi illud Ieremiæ, quod de incarnatione
supra explicuimus; *Vsquequo delicijs dissolueris, filia
vaga? quia creauit Dominus nouum super terram, fæ-
mina circumdabit virum.* Id est, Ierusalem & vetus
Ecclesia, rogabit, quæret ad nuptias, & ad tha-
lamum reducet Christum, quem antea deseru-
erat, & spreuerat, vt iterum cum eo spirituale
ineat connubium. Qua ratione Isaias hoc tem- *Isa. 4. v. 1.*
pus insinuans saltem in sensu mystico prædixit:
B *Et apprehendent septem mulieres virum vnum, dicen-
tes, Inuocetur nomen tuum super nos, aufer opprobri-
um nostrum.* Quod de viro Christo, cui multitu-
do fidelium animarum spondetur, potest intel-
ligi.

Sed subtilius, (vtinam ità proprie, sicut vtili-
ter) dici potest Salomonem hic velle nos assu-
mere personam viri, sponsam anxie quærentis,
eo loquendi genere quo ipse dicit diuinam sa-
pientiam tanquam sponsam sibi quæsiisse, & as- *Sap. 8. v. 2.*
ciuisse, *Hanc, inquit, amaui, & exquisiui à iuuentute
mea, & quæsiui sponsam mihi eam assumere, & amator
factus sum formæ illius.* Ipsa enim increata Dei sa-
pientia tanquam sponsa cupit rogari, quæri, &
prouocari, ideoque ait; *Ego diligentes me diligo. Et* *Prou. 8. v. 17.*
qui mane vigilauerint ad me, inuenient me. Et infra: *& 34.*
Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas *Idem Psal. 4. & Eccl. 4. & 14.*
quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Hoc ergo af-
fectu ad eandem sapientiam increatam quam
sponsam optabat, dixit: *Osculetur me osculo oris sui,
quia meliora sunt vbera tua vino.* Nec nouum hoc
C apparere debet, quia noua, stupenda, & im-
mensa charitas Dei nostri has varias compella-
tiones assumit: vt apud Isaiam iam sponsus di- *Isa. 62. v. 16.*
catur, iam sponsa, vt amorem nostrum ex vtra-
que ratione extorqueat, & nos eum redamare
compellat, quia semper ab ipso amor inchoat,
vt nostrum ad se trahat. Sed iam ad nuptiarum
thalamum reuertamur.

Declarantur quæ diximus ex historia Iacob quærentis sib. vxorem. § 3.

HAnc Christi cum Ecclesia ex vtroque po-
pulo desponsationem factam in Baptismo,
eleganter explicat Diuus Augustinus ex celebri *Serm. 80. de tempore tom. 10.*
historia Iacob tendentis in Mesopotamiam Sy-
riæ, vt sibi vxorem acciperet: peruenit autem ad
D puteum quendam, vbi erant tres greges ouium
accubantes iuxta eum, cuius os grandi lapide
claudebatur: cumque omnes congregarentur
greges, deuoluebatur lapis, & adaquabantur
omnes: Et ecce (inquit Scriptura) *Rachel ve-
niebat cum ouibus patris sui, quam cum vidisset Ia-
cob, & sciret consobrinam suam, ouesque Laban a-
unculi sui, amouit lapidem, quo puteus claudebatur,
& adaquato grege osculatus est eam.* Non enim « *Genes. 29. v. 10.*
(ait Augustinus) sine causa tam magnus Patriar- «

„ chæ, Isaac, Iacob, & Moyses vxores iuata pu- A „ teos, aut fontes inuenerunt, nisi quia Christus, „ cuius typum gerebant, ad aquam baptismi inuenturus erat Ecclesiam: & sicut Iacob veniens ad puteum prius gregem Rachelis adaquauit, deinde osculatus est eam; ita similiter nisi prius per aquam baptismi Christianus populus à peccatis omnibus abluatur, osculum à Christo accipere, id est, pacem, & amicitiam eius habere non meretur. Poterat quidem Iacob prius osculari Rachelem, quam potare gregem: sed id factum non est, vt locus daretur mysterio. Oportebat enim prius à peccatis ablui Ecclesiam per baptismum, & deinde pacem & amicitiam & quasi coniugium quoddam spirituale cum Deo inire. Hactenus ea Diuo Augustino.

Sed amplius hoc explicemus ex eo, quod puteus ille præfigurabat doctrinam & gratiam Christi, & eius sacramenta, præcipue tamen baptismum, vnde hauritur aqua illa viua: quam B

Io. 4. v. 13. Saluator sedens iuxta puteum Iacob Samaritanæ promisit, ad refrigerandum ardorem concupiscentiæ, & explendam sitim vitæ æternæ. Erat tamen puteus grandi lapide clausus quando venit Iacob, & ille lapidem amouit, vt gregem Rachelis adaquaret: quia ante aduentum Christi doctrina Euangelicæ perfectionis, gratiæ & peccatorum remissio clausa erat figuris, & vmbris ac varijs baptismatibus & lotionibus, ac sacramentis antiquæ legis, quæ gratiam significabant, sed non conferebant. At nobis Saluator adueniens, hunc lapidem amouit, & cuncta hæc hominibus palam aperuit, dum publice baptismum in Iordane instituit, promulgauit legem nouam, & clamans dicebat:

Io. 7. v. 37. *Si quis sitit veniat ad me, & bibat.* Et sicut Iacob per seipsum duntaxat adaquauit gregem Rachelis, & interim expectabant tres greges, quos iuxta puteum clausum accubantes inuenerat: ita Christus Dominus per seipsum, & per Apostolos suos, quandiu in terris degebat, solum baptizauit, & reconciliauit populum Hebræum,

Io. 4. v. 5. Matth. 15. v. 24. Matth. 10. v. 5. *Quia non sum missus, (inquit) nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel*; & ad Apostolos dixit: *In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis.* Interim autem erant expectantes iuxta puteum clausum tres greges, populi gentium, id est, omnes nationes, quæ in tribus mundi partibus Asiæ, Africæ, & Europæ egebant. At postquam Christus Dominus in cælos ascendit, voluit puteum omnibus aperire, & B prius num, & legem Euangelicam cunctis

Matth. 28. v. 19. Marc. 16. v. 15. Act. 1. v. 8. Isa. 49. v. 6. gentibus promulgari. *Euntes* (inquit) *docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcumque mandaui vobis*: Vt impleretur quod prædixerat per Isaiam: *Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israel conuertendas; ecce dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extre-*

Matth. 2. v. 1. *mum terræ.* In cuius signum ad adorandum Chri- D stum natum in Bethleem venerunt Magi, primitiæ gentium, quos Ecclesiæ traditio habet fuisse tres, & reges, tenum (vt credibile est) regionum Orientis, vt vice trium gregum gentium, Ecclesiæ Christi adunarentur.

De fœcunditate Ecclesiæ, & animæ piæ per Baptismum. § 4.

Sed nunquid desponsatio, & coniugium istud spirituale sterile est, & infœcundum? Minime quidem, quia ipse cœlestis sponsus ait: *Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam? & qui alijs generationem tribuo, sterilis ero?* Imo vtrumque ego præsto, & concipere, & parere, qui mutuor patris, & matris gero, & ad hoc spirituale connubium eligo, vt plures spirituales filios faciam generari. Ideoque sponsa cum dixisset: *Osculetur me osculo oris sui*, mox subdit, *quia meliora sunt vbera tua vino.* Vbera autem quæ ad matres spectant, fœcunditatem indicant: nam ideo lacte sunt plena, vt filios, quos genuerunt, lactent, & nutriant; & cui Deus imprimit osculum oris sui, etiam admouet vbera, & fœcunditatem, quæ per illa indicantur. Propter quod etiam Spiritus sanctus in Baptismo Christi apparuit in specie columbæ, quæ auium est fœcundissima, & singulis fere mensibus fœtus procreat. Ad significandum quod Ecclesia per aquam Baptismi virtute Spiritus sancti, qui alius est inuisibilis sponsus, multos filios eC tat parituta Christo. Quod mire præfiguratum est in prima mundi generatione cum dicitur, quod *Spiritus Domini ferebatur super aquas.* Vbi Diuus Hieronymus ait verbum Hebræum proprie significare incubare, siue confouere, similitudine volucrum, quæ oua suo calore fouent, & animant, pullosque educunt. Vnde refert, spiritum ibi sumi pro Spiritu sancto, qui est spiritus omnia viuificans, fouens, & perficiens. Sicut ergo Spiritus sanctus ferebatur super aquas fœcundans eas, vt plantas, volucres, & pisces producerent, quæ terram, aerem, & mare implerent: ita modo fertur super aquas Baptismi, vt ea omni genere, ac natione hominum filios C spirituales generet, Ecclesia aggreget, & in bono perficiat. Ipsaque Ecclesia tanquam Spiritus sancti sponsa nouos filios per aquam generare non cessat; quosdam velut arbores & plantas terræ, qui fructum bonorum operum referant in ten pore suo: alios, vt volucres cœli, qui ad cœlestia meditanda & contemplanda volent: alios vero qui, velut pisces maris, profunda Dei scrutentur, & experiantur, dum mundi tempestatibus & varijs tribulationibus concutiuntur.

Genes. 1. v. 2. In quæst. in Genesin Hebraicis super Idem Basilius in eum locum.

Vnde non tantum Ecclesia hanc sortitur fœcunditatem, sed quælibet pia anima, quæ in baptismo facta est Dei sponsa, & columba; cuius spirituales fœtus esse debent, sanctæ cogitationes, præclara merita, & vtriusque vitæ, actiuæ & contemplatiuæ bona opera; & quandoque studio prædicationis scilicet, alios sui imitatores Christo filios pariat. Et sicut in lege veteri sterili maledictionis & opprobrij nota inurebatur; ita modo quæ huiusmodi fructibus est infœcunda, diuinæ maledictioni subiacebit (quod aures horrent audire) à cœlesti sponso repudiabitur, nam & æterna maledictio in vltimo iudicio infligenda refertur, non pro delictis commissis, sed pro bonis omissis; *Esuriui, inquit, & non dedistis mihi manducare.* Vt discas non solum à malo cessare, sed etiam fructus iustitiæ, & mi- Matth. 25. v. 42.

sericordiæ

sericordiæ ferre. A principio quidem particeps erit illius maledictionis primæ mulieri inflictæ: *In dolore paries filios tuos*, quia propter vehementem luctam inter carnem & spiritum, spiritus reluctante carne in dolore parit bona opera, quæ ducta à Deo solent increscere, tam ingentemque timorem incutere, vt spiritus instar Rebeccæ, quæ filios in ventre collidentes se, & colluctantes sentiebat gemens dicat; *Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere?* quasi pœnitens concepisse propositum illorum operum, quibus caro ita aduersatur, & quæ non nisi cum ingenti dolore foras possunt prodire. Cæterum timor maledictionis æternæ hunc timorem, & dolorem debet comprimere, incredibilior enim dolor reseruatur infœcundis, quam is qui cruciat fœcundos, etsi cum dolore pariant filios suos; necesse enim est aut animam & vitam gratiæ perire, aut filios spirituales procreare. Quod enim Rachel anxia dixit marito; *Da mihi liberos, alioquin moriar*: hoc vere, & anxie charitas dicit iusto, sed tepido: da mihi filios, nempe bona opera & merita, alioqui certa erit mihi mors, & miser interitus: charitas enim ociosa, & sterilis esse non valet, & ipsa sterilitate extinguitur, cum à fructu bonorum operum, quæ præcepta iniungunt, priuat. Extincta autem charitate, quasi extinguitur sponsi præsentia, & desponsatio, ideoque Paulus ait; *Spiritum nolite extinguere.*

Genes. 3. v. 13. — Genes. 25. v. 22. — Genes. 30. v. 1. — 1. ad Thess. 5. v. 19.

Quod si charitati desideratos liberos tribueris, ipsi lætificabunt te, partus dolorem auferent, pellent tristitiam, vincent luctam & tribuent pacem. Nam mulier cum parit tristitiam habet, cum autem peperit iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Imo id obtinebis, quod deinceps in gaudio parias filios tuos; nam fructus spiritus sunt charitas, gaudium, pax. Spiritus enim sanctus dum opera charitatis in nobis efficit, simul gaudium & pacem largitur.

Io. 16. v. 21. — Ad Gal. 5. v. 22.

Memento quod aqua baptismi hanc fœcunditatem tibi tribuit, à qua te degenerare non decet. Fidelium enim congregatio, vt in hoc Cantico dicitur, est *sicut grex tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas.* Iusti quidem in lauacro baptismi fiunt sicut oues tonsæ, quia terrena veteris hominis indumenta exuunt, & cœlestis Adam candorem induunt; inde vero ascendunt, quia semper ascensiones in corde suo disponunt, & ad maiora tendunt incrementa virtutum; semperque gaudent gemellis fœtibus, quia continuo binis gaudent operibus, vel amoris Dei, & proximi, vel iustitiæ, & misericordiæ; nec vllus inter eos inuenitur sterilis, quia lauacrum tribuit illis gratiam fœcunditatis. Dicat igitur Christi sponsa: *Osculetur me osculo oris sui; quia meliora sunt vbera tua vino*: Id est tribuat mihi gratiam cœlestis desponsationis, per quam gemellos fœtus sanctorum operum parturiam; quos duobus charitatis vberibus lactabo, quibus nihil mihi in mundo suauius erit.

Cant. 4. v. 2.

De dignitate filii Dei adoptiui in baptismo collata. §. 5.

SED quoniam sponsæ nomenclatura nonnihil affert singularis prærogatiuæ, quam omnes baptizati sibi arrogare non audent, loco eius aliam præcellentissimam referamus, quæ etiam in baptismo confertur: de qua omnes gloriari possumus, nempe dignitatem filij Dei adoptiui per participationem illius cui in baptismo dictum est: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Quæ verba si ad Christum referantur, vt vere referri debent, de naturali filiatione; si vero ad corpus eius mysticum applicentur, de adoptiua tantum sunt accipienda. Vt sensus sit de Christo. Hic est filius meus, non adoptiuus, sed naturalis, & vnigenitus, & ante secula natus, nunc vero factus hominis filius, vt per ipsum homo fieret filius Dei, non naturalis, sed adoptiuus per gratiam regenerationis, & renouationis, quæ in hoc lauacro hominibus confertur. *Dedit enim dedit potestatem filios Dei fieri, iis qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et Verbum caro factum est.* Id est, quia Verbum caro factum est, homines acceperunt potestatem, vt possent filij Dei fieri. Quanta autem sit hæc dignitas, nemo melius expressit quam idem Ioannes, cum dixit: *Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filii Dei nominemur, & simus.* Diximus supra charitatem ibi pro increata charitate vsurpari, quam nobis Deus pater præbet in baptismo, cum præbet Spiritum sanctum, simul cum gratia & charitate creata. Hæc autem charitas increata, qui est Spiritus sanctus, dum in nobis efficit gratiam, per quam diuinæ sumus consortes naturæ, simul nos constituit filios adoptiuos Dei ab ipso Spiritu sancto progenitos. Nam sicut quod natum est ex carne caro est, Ita quod natum est ex spiritu spiritus est: & quod natum est ex Deo filius Dei est. Videte ergo quam infinitam, immensam, & incomprehensibilem charitatem, dedit nobis Pater: per quam hanc adepti sumus dignitatem, vt filij Dei nominemur, & simus, vt filiatio ista non sit nomen inane, sed vera participat o diuinæ naturæ, & filiationis æternæ, qua verum ius acquirimus ad cœlestem hæreditatem. Nam *si filii*, ergo *hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.* O magnum donum, à magna Dei charitate progrediens, magna in se includens dona. Magnum est, dilectissimi (inquit Diuus Leo) huius muneris sacramentum, & omnia dona excedit hoc donum; vt Deus hominem vocet filium, & homo Deum nominet patrem.

Matth. 3. v. 17. — Io. 1. v. 12. — 1. Io. 3. v. 1. — 2. Pet. 1. v. 4. — Io. 3. v. 6. — Ad Rom. 8. v. 17. — Serm. 2. de natiuitate.

Hanc dignitatem agnouit etiam in se, quæ dicebat: *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino.* Filiam se profitetur Dei ab ipso materna benignitate progenitam, & eius vberibus enutritam, & ideo audet ab illo crebriora oscula petere, & vberum eius dulcedinem de nouo, & sæpius experiri. Vtraque autem dignitas & sponsæ, & filiæ coniungitur, vt in psalmo 44. qui Christi nuptias cum Ecclesia canit: dum prius vocat eam reginam assistentem tanquam sponsam à dextris eius, in vestitu deaurato circumdatam varietate; postea vero nominat eam filiam, cum inquit, *Audi filia & vide, & inclina aurem tuam.* Vtraque autem per internum osculum præstatur, sicut in filio prodigo mox videbimus.

Psalm. 44. v. 10. — Exhortat. 12. — Lucæ 15. v. 22.

Sed

Sed quis sufficiet enarrare ingentia dona gratiæ, quæ Deus suis sponsis & filijs hoc amabili osculo confert in baptismo? Decet enim tanti regis, & patris sponsas, & filias miris donis esse ornatas. Conserto mala quæ patiuntur infideles, quos non lauit vnda baptismatis, & bona quibus iusti, post illud susceptum in Ecclesia potiuntur, & ex vtrorumque collatione præclarissimum hoc Dei beneficium nosces magnificare, quod præstitit Ezechiel Ierosolymitanam alloquens synagogam sub typo miseræ puellæ, ex vili stirpe, à parentibus proditoribus, & infamibus natæ, quæ in die ortus sui non est aqua lota in salutem, nec sale salita, nec inuoluta pannis, sed in terram proiecta, vmbicali vena soluta, proprio sanguine fœdata, & conculcata, horrendæ morti proxima erat. En miseriam animæ baptismo destitutæ, cui certissima est innumerabilium peccatorum perpetratio, & damnatio mortis æternæ, cum nihil habeat, quo diluuium sanguinis coerceat. Sed audi infinitam Dei misericordiam, quæ hanc puellam à terra eleuat, aqua baptismi in salutem lauat, sale sapientiæ salit, impetum noxij sanguinis coercet, & tandem inito pacto, & iuramento exhibito, eam sibi in dilectam sponsam assumit, & miris donis exornat. *Vestiui, inquit, te discoloribus, calceaui te hiacynthino, cinxi te bysso, & indui te subtilibus, & ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum; & dedi inaurem super os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo.* Hæc & alia pretiosa dona contulisse testatur, quæ in alio loco fuse explicuimus, & in hoc Cantico fusius explicabuntur, quia similia sponsæ donata esse narrantur. Hæc ergo conferens in corde tuo, gratias agito ei, qui te ad tam præclaram dignitatem nullis tuis meritis exigentibus euehere dignatus est: & ita vitam institue, sicut decet tanti Regis sponsam, tantique patris filiam: si enim hoc feceris non obliuiscetur Deus huius doni tibi collati, vt in dies illud augeat & perficiat: *Recordatus (inquit) sum tui, miserans adolescentiam, & charitatem desponsationis tuæ, quando secuta es me in deserto.* Et qui tibi tunc ingentia contuli beneficia, si fidelis mihi fueris, multo maiora præstabo, hic copiosam largiens gratiam, & postea æternam gloriam. Amen.

Ezech. 16. v. 4.

Tom. 1. de perf. status tract. 5. c. 10.

Iere. 2. v. 2.

EXHORTATIO XI.

Pro Festo conceptionis B. Virginis.

De singulari modo quo Deus, in sacramento tribuit osculum reconciliationis, & gratiæ infantibus, qui illud non petunt: & osculatus est beatissimam virginem in primo instanti suæ conceptionis.

Osculetur me osculo oris sui.

CVM beatissima Deipara princeps sit Dei sponsa, omnium quæ in Ecclesia sunt nobilissima, columba vnica cœlesti sponso maxime chara, operæpretium duxi in huius epithalamij exordio explanare quo loco, quo tempore, & quomodo hanc suæ desponsationis

A præclarissimam obtinuerit dignitatem. Si locum spectes, thalamus fuit vterus beatissimæ Annæ matris eius: si tempus, primum instans suæ conceptionis immaculatæ: si modum, quo nullus melior, aut maior post Christum inueniri potuerit, vt merito de ipsa canat Ecclesia quod sit *electa vt sol*: quoniam sicut sol electus est, vt à suæ creationis primo instanti semper esset lucidus, omnium lucidorum incomparabiliter superans splendorem: Ita beatissima virgo electa est, vt à primo suæ conceptionis instanti semper esset pura, & sancta, & omnium sanctorum dignissima. Cant. 6. v. 9.

Sed vt hoc radicitus explicetur, nec omnino ab instituto deuiemus, libet prius miris laudibus extollere infinitam Dei charitatem, osculantis osculo reconciliationis, & gratiæ, non solum eos, qui id desiderant, & petunt, dicentes: *Osculetur me osculo oris sui.* Sed etiam plures alios, qui nec cupiunt, nec postulant, imo

De sanctificatione infantium per sacramentum.

B nec agnoscunt donum, quod recipiunt. Videns enim Deus paruulos in peccato originali conceptos, & natos, multoties mori, antequã ad vsum rationis perueniant, ne in æternum perirent, benigne decreuit, his etiam osculum reconciliationis impertire, instituens in singulis legibus, naturali, scripta, & noua, congrua remedia, & sacramenta, quibus applicatis, Deo per gratiam reconciliarentur, idque conuenientissime propter Christi Domini merita institutum est. Nam, vt dicit Diuus Paulus, *Si vnius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, & donum in gratia vnius hominis Christi in plures abundabit.* Si ergo propter peccatum Adæ, qui caput erat generis humani, pueri cum generantur constituuntur peccatores, iustissimum erat, quod propter infinita merita Redemptoris, qui excellentius caput est generis humani, in bonis gratiæ pueri etiam possent regenerari, & à peccato mundari. Quamuis autem id

Ex D. Tho. 3. p. q. 68. ar. 9.

Ad Rom. 5. v. 15.

C ipsi non petant, nec desiderent, sat est, id præstent parentes, vel qui sacramentum applicant: vel (vt dixit Diuus Augustinus) quod mater Ecclesia sponsa Christi id desideret, & petat, viceque eorum dicat: *Osculetur me osculo oris sui:* ac si diceret, Eia Domine non solum me iam adultam, sed etiam paruulos istos osculare osculo oris tui, & gratiam iustificationis illis concede. Plorabat mater filium adolescentem mortuum, & quamuis nihil expresse peteret; quia vidit eam Christus plorantem, misericordia motus suscitauit filium eius. Quid ergo mirum quod videns Ecclesiam plorantem mortem spiritualem paruulorum velit eos ad vitam reuocare? Sed quia hæc manifesta sunt, certaque fide à Catholica Ecclesia tenentur, properemus ad alia etiam certa. Etenim Saluator noster non ita reconciliationem paruulorum sacramento externo astrinxit, quin ex speciali priuilegio aliquos sanctificauerit, etiam antequam

Epist. 23. ad Bonif.

Luca 7. v. 13.

D ex materno vtero prodierint. Quomodo sanctificauit Ioannem Baptistam, de quo Angelus dixit: *Et Spiritu sancto replebitur adhuc, ex vtero matris suæ.* Sed quis pro ipso petiit, vt à peccato tunc mundaretur? quis vice ipsius dixit: *Osculetur me osculo oris sui?* O immensa Redemptoris clementia! ô singularis beatissimæ Virginis prærogatiua! ille petijt, imo iussit,

Lucæ. 1. v. 15.

hæc

In exhortat. 28.

hæc vt instrumentum Christi perfecit, vt postea fusius dicemus. Iam ad ipsam Deiparam reuertamur, cuius gratia hæc omnia retulimus.

De sanctificatione Beatissimæ Virginis in primo instanti conceptionis §. 1.

Serm. de Assumptione to. 10.

SEd numquid Redemptor noster dilectæ matri suæ maius priuilegium concessit quam Ioanni? Concessit quidem summum quod poterat, & decebat. Hoc enim argumento probat Diuus Augustinus corpus Deiparæ non fuisse in cineres redactum, Quoniam Iesus, inquit, potuit hoc facere, cur ergo dicemus quod non voluit? Potuit sanctitatis priuilegium in primo instanti conceptionis ei tribuere, vt ab omni peccato maneret immunis, tribuit igitur; & tunc osculatus est illam osculo oris sui, gratiam reconciliationis illi impertiens. Quis pro ea hoc postulauit? quis vice eius dixit: *Osculetur me osculo oris sui*? Numquid defuerunt intercessores? non defuerunt multi, sed vnus pro illis ille; & ille primus qui potens erat hoc priuilegium elargiri, qui illam in matrem elegerat, qui ante matrem ab æterno erat, cuius merita futura, & præuisa antequam essent clamabant pro totius mundi salute, & antiquis patribus oscula reconciliationis impetrarunt. Ille igitur filius Dei in ventre virginis concipiendus, ille desiderabat, ille petebat, vt mater ipsius nec per vnum instans macula peccati inficeretur.

Lib. 3. de lib. arbitr.

Et quia facile potuit id præstare, libentissimè voluit, & præstitit. Sed vnde scis quod præstitit? quia rationi erat consentaneum, vt præstaret. Nam docet idem Diuus Augustinus, quidquid tibi vera ratione melius occurrerit, id scias fecisse Deum. Occurrit autem modo verissima ratio, imo plures, fortissimæque rationes cur id fecerit, sine potuit facere. Sed quomodo occurrunt modo, si antea non occurrerunt? Quoniam, vt docet Diuus Gregorius, per incrementa temporum, crescit scientia spiritualis patrum, iuxta id quod prædixerat Daniel *Signa librum: vsque ad tempus statutum, plurimi pertransibunt, & multiplex erit scientia.* Licet enim Apostoli omnes Prophetas præcedentes, cunctosque futuros Sanctos in Dei scientia superauerint; post illos tamen voluit Deus reliquis signatum fuisse aliquo tempore librum de immaculata Virginis conceptione, donec veniret tempus statutum, & præordinatum, vt aperiretur, & soluerentur signacula eius. Pertransierunt plurimi, & Dei numine fauente obtenta est multiplex scientia. Plures enim & graues doctores suscitauit, qui res fidei diligentissime inuestigarent, & perscrutarentur; ita vt possimus iam dicere cum beato Leone Papa; Indulgentius nobiscum egit doctrina cœlestis, quos in hæc mundi tempora distulit, ad intelligentiæ facultatem, vt multo pluribus, quam priores, & vatibus vteremur, & testibus. Meritis ergo beatissimæ Virginis plurimos Christus Dominus illustrauit doctores, qui fortissimis argumentis, & validissimis rationibus matris suæ purissimam illustrarent conceptionem. Ex quibus potissimas seligemus.

Hom. 16. in Ezech.

Dan. 12. v. 4.

Serm. 18. de passione.

Prima ratio ex dignitate Matris Dei. §. 2.

Matt. 1. v. 16.

ET quidem fere omnes in hoc breuissimo verbo insinuantur; *De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.* Dignitas enim matris Iesu, qui Deus est & homo, munus Iesu quod est esse Saluator mundi, & expugnator diaboli; ac vnctio Christi qui sanctus est per diuinitatem, sufficientissime testantur beatissimam Deiparam ab omni labe etiam originali præseruatam. Et enim si in potestate hominis esset eligere filios naturales, sicut eligit adoptiuos, profectò eligeret meliores quos posset. Nam, (vt inquit Diuus Ambrosius) aut natura filios suscipimus, aut electione. In natura casus est, in electione iudicium. Magisque in adoptatis offendimus, quam in genitalibus filijs; quia hos esse degeneres ad naturam refertur; illos esse deteriores, non nisi errori ascribitur. Ad hunc igitur modum, si liberum fuisset cuique eligere parentes, citra dubium eligeret nobilissimos, nulla macula, & labe infectos. Cum ergo Christus Dominus, Deus omnipotens, & sapientia æterna elegerit & fecerit sibi matrem, quis dicet non fecisse illam ab instanti suæ conceptionis, puram, sanctam, & omnigena sanctitate plenam? Nam, vt inquit Sapiens; *Gloria filiorum patres eorum.* Et rursus, *Gloria hominis ex honore patris sui: & dedecus filii pater sine honore.* Dedecus autem esset Christi mater in peccatis concepta, quia nihil magis ingloriosum quam peccatum. Dicat (inquit Diuus Augustinus) qui cognouit sensum Domini: numquid non pertinet ad benignitatem Domini, matris seruare honorem, qui legem non soluere venerat, sed adimplere. Lex enim sicut honorem matris præcipit, ita inhonorationem damnat. Rursus ait, non immeritò à quibusdam excipitur generalibus regulis vera æstimatione: quam tanta seruat gratia, & attollit dignitatis prærogatiua, vt scilicet esse Dei mater. Quarum enim Christi potestas possit, mundi ostendit vniuersitas: quantum gratia, Mariæ monstrat integritas. Hæc ille. Sed addamus: quantum possit gratia, Mariæ monstrat non solum integritas corporis, sed multo magis integritas mentis, quæ omnem excludit culpæ corruptionem.

Simile.

Epist. 43. ad Sycimum.

Prou. 17. v. 16.

Eccl. 3. v. 13.

Serm. de Assump. to. 9.

Quis ergo tantam matrem à labe non vindicabit, quæ à tam potenti filio electa est, & fabricata, vt esset ipsius mater? Vnde idem pater Augustinus Christum Dominum introducit, ita Manichæis exprobrantem; Ego matrem, de qua nascerer, feci. Ego viam meo itineri præparaui, atque mundaui. Hæc, quam tu despicis Manichæe, mater est mea, & manu est fabricata mea, si potui inquinari cum eam facerem, potui in illa inquinari cum ex ea nascerer. Quomodo ergo filius incoinquinatus matrem faceret, & simul tunc inquinari permitteret? Simul ergo fecit, præparauit, & mundauit, non à culpa contracta, sed quam contraheret, nisi tunc mundaretur.

Oratione de quinq; hær. siue c. contra Manichæos to. 6.

Lex quidem est communis in omnes filios Adæ naturali ordine propagatos, comprehenden; vt ipsius inquinamento maculentur; ita vt eodem temporis momento incipiant viuere mundo, & moriantur Deo; decuit tamen Dei filium ab hac communi lege speciali priuilegio eximere

eximere matrem. De illo enim prædictum erat: *Consummatio abbreuiata inundabit iustitiam*, id est producet inundationem iustitiæ. Consummatio abbreuiata, vt interpretantur Diuus Anacletus Papa, Cyprianus, & Hieronymus, est diuinum Verbum in virgineo vtero, carne abbreuiatum. Inundatio vero iustitiæ est copiosissima gratia, & sanctitas, quæ aliquando communes leges transcendit, sicut fluminis inundatio fit, cum præscriptos terminos & ordinarios transgreditur. Verbum autem diuinum plures huiusmodi fecit inundationes, circa Baptistam, Apostolos, & alios prælectos viros. Oportebat autem, vt erga matrem suam omnium copiosissimas faceret, quæ omnes communes leges transcenderent: maxime vero hanc, quæ omnium est prima, & quasi radix, vt à communi morte culpæ originalis eam præseruaret. Ita vt verissime tunc dixerit illi, quod olim rex Assuerus reginæ Hester. *Ego sum frater tuus. Non morieris. Non enim pro te, sed pro omnibus*, (subaudi reliquis) *hæc lex constituta est.* Textus Græcus ita habet: *Non morieris. Quoniam commune nostrum præceptum est.* Id est, ad communes homines spectat, non ad te quæ regina es, soror, & sponsa, quam singulari priuilegio exemptam esse volo. Credendum igitur est, regem Christum Assuero infinite clementiorem, reginam cœlorum, quam super omnes adamauerat creaturas, à communi lege mortis culpæ originalis excipere voluisse, cum non tantum regina, & sponsa, sed quod singulare est illi, etiam sit & mater.

Isa. 10. v. 22.
Epist. 2.
Lib. 2. contra Iudæos epist. ad Algasiam. 9. 10.
Hest. 15. v. 13.
In L. Princeps Digestis de legib. & senat. consult.
Trid. sess. 5. can. 2.
Peccatum originis vocat mortem animæ.

Inter homines quidem decens est, vt filius præpotens & sapiens nihil iustum deneget matri suæ, iuxta illud Salomonis; *Pete mater mea, nec enim fas est, vt auertam faciem tuam.* At filius Dei, qui omnipotens, & omnia sciens est, multo amplius matri suæ præstare debuit; nimirum non tantum id quod petit, & desiderat, sed id, quod si nosset vehementissime desiderasset, & petiisset; vel id quod nouit illi fore grauissimum & honorificentissimum. At quis dubitat purissimam Virginem sic munditiam, & integritatem corporis, & animæ dilexisse, quod grauissimum ei esset maculam originalem non contraxisse, idque si in eius fuisset arbitrio positum, vehementissime expostulasset? De Armenio mure legitur sic spurcitiam abominari, quod limo ante ostium caui illito capi potius à venatoribus, quam eo fœdari patiatur. Vnde prouerbium; *Malo mori quam fœdari.* Mundissima ergo Virgo, si in eius electione esset; mallet quamcumque acerbissimam pœnam pati, quam illo peccato fœdari, & Dei inimica esse. Quare omnipotens filius id præsciens, ab hac immunditia eam præseruauit.

3. Regum. 2. v. 20.
El. armino. Vide Pierum lib. 13. c. de mure. dicit esse quem murem album vocat Plinius lib. 8. c. 57.

3. *Ratio ex victoria Christi per matrem contra Diabolum.* §. 3.

His accedit quod filius Dei ad hoc decreuit ex muliere nasci, vt destrueret opera diaboli, & maxime peccatum mundi, quod eius malitia, dum Euam decepit, introductum est: iuxta id quod serpenti prædixerat; *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen ipsius: ipsa conteret caput tuum.* Si ergo Christus semen mulieris per mulierem matrem suam con-

Genes. 3. v. 15

A tritutus erat caput serpentis, quod est peccatum originale reliquorum peccatorum caput; æquum erat vt mulier ista benedicta, illa macula non contaminaretur, nec ad punctum temporis cum serpente amicitiam haberet, & ab eo victa, & conculcata diceretur, insidiatus quidem est calcaneo ipsius, sed mordere non potuit. Quia non nudum inuenit, sicut in alijs mulieribus, sed gratia Dei, quæ illam præuenit, vestitum, & mire protectum; vnde admirans sponsus ait: *Quam pulchri sunt gressus tui, filia principis in calceamentis.* Calceamenta virginis fuerunt gratia, & virtutes, quibus caro eius munita est, ne terram tangeret, nec à serpente, qui per terram repit, læderetur. Primus ergo gressus ipsius, quo in hunc mundum intrauit, pulcherrimus fuit, quia speciosissimo gratiæ sanctificantis calceamento præmunitus, quo serpentem conculcans gloriosum de illo duxit triumphum.

Cant. 7. v. 1.

B Vis huius triumphi pulchrum videre symbolum? *Ecce*, inquit Ioannes, *signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & corona duodecim stellarum in capite eius.* Cui mulieri insidiabatur Draco rufus & sæuus septem habens capita diadematibus coronata. Profecto signum magnum est Dei genitrix Virgo, quam Diuus Ignatius Martyr vocat cœleste prodigium, & sacratissimum spectaculum. Et Diuus Epiphanius, cœli terræque mysterium, & stupendum miraculum. Et Diuus Damascenus, miraculum omnium miraculorum maxime nouum, *Quia nouum creauit Dominus super terram: fœmina circumdabit virum.* Nouus, & miraculis stupendus homo Christus, simul & Deus, conceptus in vtero Virginis, nescientis virum. Sed noua, & miraculis stupenda fœmina in vtero matris sterilis concepta, nesciens peccatum. Prodigiosa conceptio, qua Virgo simul apparuit in mundo, & in cœlo, amicta sole, à dracone obsessa, sed non læsa, imo de illo triumphans.

C Reliqui homines, cum primum concipiuntur, terræ hærent, & serpens super pectus suum gradiens, terram semper comedens omnium terrigenarum primordia deuorat, & in ventrem suum traijcit. At beatissima Virgo est nouum quod fecit Dominus super terram: apte non in terra, sed *super terram* factum dicitur: quia cum concepta est apparuit à terra eleuata, & in cœlo posita, ne serpens tangeret eam.

Apoc. 12. v. 1.
In Epist. ad Ioannem. Serm. de laudibus Deiparæ.
Orat. 1. Natiuit. Mariæ.
Ierem. 31. v. 22.
Genes. 3. v. 14.

Apparuit autem non nuda, nec tenebris circumuoluta, sicut reliqui filij Adæ, sed circumamicta sole iustitiæ, & lumine gratiæ ipsius, ac charitatis ardore valde fulgēs, & flagrans. "Candidissimus (ait Diuus Bernardus) sed & calidissimus huius mulieris amictus, cuius omnia tam excellenter irradiata noscuntur, vt nihil in ea non dico tenebrosum, sed obscurum saltem, vel minus lucidum, sed ne tepidum quidem aliquid aut non feruentissimum liceat suspicari: bene amicta sole, quæ semper in sapientia, &

Hom. super hunc locum Apoc.

D gratia mansit, sicut sol; nam stultus vt Luna mutatur, at beata Virgo nouo modo apparet in mundo Lunam sub pedibus habens, & cuncta mutabilia conculcans. Non ait, Luna calceamentum pedum eius; nam hoc stultorum est, quorum affectus mutabiles sunt ex bono in malum, nunquam in eodem statu permanentes: sed infra pedes eam habet, quia omni mutabilitate

Eccles. 27. v. 12.

bilitate semper fuit superior. Principes sæculi sunt velut gemma selenites dicta, quæ teste Plinio, in se imaginem Lunæ continet, redditque eam in singulos dies crescentis minuentisq; numero. At Deipara hanc gemmam conculcat, gemmaq; est preciosissima, imaginem referens non Lunæ, sed Solis, cui ab initio indita fuit lux, nec vnquam defecit, sed ea amicta iugiter permansit. Apparet denique duodecim stellis coronata, id est omnium virtutum decorata fulgore. Reliqui homines ingrediuntur mundum victi à dracone, & in capite vulnerati, quia in primo capite Adam omnes vulnerati sunt. Vnde etiam caput, & initium vitæ cuiusq; saucium, & veneno serpentis corruptum est, vt de singulis dici possit: *Facti sunt hostes eius in capite.* At gloriosa Virgo mundum ingreditur, vincens; & per cunctarum virtutum sertum peccatum originis expulit, fomitem omnino extinxit, & de internis hostibus trophæum duxit.

Psal. 103. v. 2.

Thren. 1. v. 5.

A

Signum ergo magnum apparuit in cœlo Ecclesiæ militantis, paruula fœmina, sed fortissima, militantis contra draconem, quæ primo impetu septem eius amputauit capita, & coronam accepit non ex septem, sed ex duodecim stellis fabricatam, quia non tantum eas virtutes accepit, quæ vitia expellunt, sed omnigenas gratias, quæ mentem condecorant; draconem suffum deridens non propria virtute, sed filij quem paritura erat, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea, & regnum diaboli destructurus. Vnde talem decebat habere ornatum, quæ talem editura erat filium, vt quæcumque vult, faciat in cœlo & in terra.

B

Sed forte dices: hoc signum magnum non apparuisse in cœlo militantis Ecclesiæ, cum Virgo concepta est in vtero, sed cum nata est, & foras egressa; sat ergo fuit tunc cum hoc stupendo apparuisse ornatu. Sed non audisti Psalmistam dicentem: *Omnis gloria eius filiæ regis ab intus.* Quid est ab intus nisi vniuersam suam gloriam, decorem, & ornatum habebit etiam in abditis, & occultis locis, in interiori parte domus; vbi cum solo rege versatur? Nec etiam solo splendet externo ornatu, sed potissime interno, qui est in anima. Licet ergo Virgo beata in natiuitate primo apparuit hominibus, at etiam dum intus erat materno conclusa vtero, in ipso conceptionis momento apparuit primo Deo, & ipsis Angelis. Sed numquid apparere debuit ingloria, fœda, denigrata, tenebris amicta & draconi subiecta? Absit, vt quæ spectaculum stupendum facta est Deo, Angelis, & hominibus, vnquam apparuerit, nisi cum omni gloria, quę tanti regis decebat sponsam, simul & matrem.

Psal. 44. v. 16. Vtramque expositionem affert Iansenius.

C

3 Ratio ex Redemptione Christi modo præcellentissimo applicanda sua matri. §. 4.

SEd iam quam apte cõgruat Immaculata conceptio ei, *De qua natus est Iesus*, explanemus ex ipsa nominis Iesu ratione ab Angelo præscripta: quia *Saluum* (inquit) *faciet populum suum à peccatis eorum.* Oportebat autem Iesum, eam de qua nasciturus erat, saluam facere, & redimere excellentiori modo, quo posset fieri, vt singularissimâ, & præcellentissima ratione illius esset Saluator, & Redemptor. Etenim duplex est Re-

Matth. 1. v. 16.
Matth. 1. v. 21.

D

demptionis modus, quo tribuitur osculum reconciliationis. Alter communis omnibus hominibus, qui post lapsum in culpã, ab illa eruuntur per Christum, & à diaboli tyrannide, qui eos iam captiuos tenebat, redimuntur. Alter longe preciosior præseruando aliquem, ne in culpam vel captiuitatem corruat, in quam sine dubio incideret, nisi beneficio Redemptoris liberaretur. Quo sensu redemptũ se fatetur Dauid cum ait: *Redemisti Dauid seruum tuum de gladio maligno.* Psal. 143. v. 10.
Et magna est super me misericordia tua, quia eruisti me de inferno inferiori. Et hoc singulari modo sola beatissima Virgo ab originali peccato est redempta. Psal. 85. v. 13.
Nam quæ ex vi suæ conceptionis contractura erat culpam, ex Dei misericordia propter Christi merita præseruata est, ne macularetur illa: vt in illo primo instanti suæ conceptionis esset ita Deo grata, quod merito diceret illi: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Cant. 4. v. 7.

Reuelauit hoc Deus, & declarauit cuidam deuotæ animæ, hac fere ratione. Si Rex dilectissimam filiam preciosis vestibus exornasset, quæ in via offendens in lutum decideret, & vestes macularet, mox autem flentem filiam consolaretur, dicens, ne lugeas, nam has vestes sordidas auferam; & alias preciosiores te induam: quod & faceret; profecto magnum ei beneficium, ac amoris signum præstitisset. At si præuidens filiæ periculum, eo temporis momento quo ruitura erat in lutum, eam manu teneret, ne caderet, citra dubium maiori illam cumulasset beneficio. Hoc ergo Deus præstitit dilectissimæ Virgini filiæ suæ, quam ab æterno decreuit preciosissimis gratiæ, & virtutum vestibus exornare: eamque creauit miris naturæ dotibus decoratam: cum autem iuxta communem legem filiorum Adam in primo instanti, quo mundum ingrediebatur, ruitura esset in peccati originalis lutũ, quo eius macularetur anima, & vere de ea dici posset, perdidisse vestem preciosam gratiæ; quam nisi Adam peccaret, obtinuisset, voluit Deus maiori illam amore prosequens à lapsu præseruare, & decoratam vestitum gratiæ cõferre, vt non iam solaretur lugentem, quia cecidit, sed lætificaret, & gratularetur, quia præseruata est ne caderet.

Preciosa quidem vestis est gratia, quæ peccatorem iustificat; sed preciosior quę innocentem semper, & sanctum hominem seruat: nam innocentia maius donum est, quam pœnitentia: Vnde, si in Angelis simul fuit Deus condens naturam, & largiens gratiam, vt electi innocentiam perpetuo retinerent, cur non id dicemus de Angelorum Regina? Si Adam & Eua conditi etiam sunt in gratia, quam amissuri erãt; multo magis decuit beatissimam Virginem in gratia creari, & innocentiæ donum retinere, vt in hoc mater similis esset filio. Vtrique enim non incongrue accommodari potest quod apud Abacuch legitur: *Sol & Luna steterunt in habitaculo suo*, vt sensus mysticus sit: Omnes homines quotquot fuerũt, & erunt, in primo suo habitaculo, quod est maternus vterus, nõ steterunt, sed ceciderunt, quia in peccatis concipiuntur, & sub pedibus inimici victi cadunt; similiterq; omnes animæ cum primum ingrediuntur habitaculum sui corporis; in illo stare non potuerunt quin prius caderent; at Sol & Luna, id est Christus, & Maria dumtaxat in hoc primo habitaculo non ceciderunt;

Abacuch 3. v. 11.

sed inuicti steterunt ab omni peccato immunes, hostem pedibus suis conculcantes. Sol quidem propria virtute, quia à seipso lucem sanctitatis habet: Luna vero ex priuilegio, quia placuit soli iustitiæ, eam in primo sui exordio illuminare; eo quod elegerat ex ea carnem assumere, in eaque tanquam in proprio tabernaculo commorari. *Sanctificauit enim*, ait Dauid, *tabernaculum suum Altissimus.* Nec distulit sanctificare. Sed cum primum illud erexit; ideo enim subdit: *Et adiuuabit eam Deus mane diluculo*, id est summo mane cum primum in mundum ingressa est per conceptionem, adiuuit eam, ne macularetur per culpam. Tabernaculum enim Virgineum debebat esse sanctum corpore & spiritu, sicut & filius eius. Et sicut corpore fuit semper sanctum, integrum, & incorruptum, vt huius tabernaculi porta (sicut prædixerat Ezechiel, & interpretatur Diuus Hieronymus) semper esset clausa principi, nec vllus vir ingrederetur per eam: quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per illam; ita & multo magis oportebat, vt semper esset mente integrum, spiritu incorruptum & immaculatum, in quo nunquam princeps huius mundo habitauerit, vel quicquam suum inuenerit, de quo contra ipsum Christum, vel matrem eius gloriari posset, dicens: Ecce hæc, quam ita diligis, prius fuit mea, quam tua; prius ego in eam sum ingressus quam tu. Absit, vt diabulus tali eos posset nota inurere: quin potius sicut nec in filio, ita nec in matre quidquam veneni sui potuit effundere.

Psal. 45. v. 5.

1. Cor. 7. v. 34.

Ezech. 42. v. 2.

Apologia ad Pammachium in fine.

Scriptum enim est: *Ædificauit sicut vnicornium sanctificium suum in terra.* Id est, ædificauit templum præcelsum, vnicum in tota terra Iuda, in quo ipse solus, & non alius Deus coleretur, zelans etiam velut vnicornis munditiam, & custodiam illius. Sed quod templum præcelsius, & sacratius, quam Virginis viterus, in quo non arca fœderis cum propitiatorio, quæ vmbra erant futurorum; sed ipse Christus Deus & homo diutius habitare dignatus est? Hoc templum voluit esse vnicum in vniuersa Ecclesia, cui nec simile vnquam fuit, nec deinceps erit; in quo ipse solus aram semper erectam haberet, ingiterque coleretur tanquam verus Deus, zelans, quod nec ad momentum diabolus ibi altare sum erigeret, cui ipsa sicut reliquæ filiæ Euæ genu flecteret: *Quæ enim societas luci ad tenebras? aut quæ conuentio Christi ad Belial? aut quis consensus templo Dei cum idolis?* Absit, absit ab hoc templo Virgineo obscuritas culpæ, absit vlla subiectio ad Belial: absit consensus aliquis cum idolis, nec à protoparente sibi imputatus, non dicat Deipara; Ecce in iniquitatibus concepta sum, & in peccatis concepit me mater mea. Dictura erat, nisi filius impediret, impediuit autem ne id diceret. Non dicat purissima hæc sponsa sicut Iob: *Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo. Dies ille vertatur in tenebras, non requirat eum Deus desuper. Noctem illam tenebrosus turbo possideat, nec computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. Sit nox illa solitaria, nec laude digna.* Dicant hæc reliqui filij Adæ, & filiæ Euæ. At quid beatissima Virgo? aut quid nos ipsius nomine dicemus? Floreat dies in qua nata est, & nox in qua dictum est, concepta est Maria. Dies ille vertatur in lucem, & in gaudium, & requirat eum Deus de-

Psal. 77. v. 69.

2. Cor. 6. v. 15.

Psal. 50. v. 7.

Iob 3. v. 3.

super in toto orbe terrarum magni... noctem illam in qua conceptae est ... aduentus Spiritus sancti possideat ... diebus anni, & numeretur in mensibus ... studio computatur ab Ecclesia, dum octauo Decembris singulis annis luam purissimam celebrat conceptionem, & summo gaudio affecta cantat: Conceptio tua Dei genitrix Virgo, sicut & Natiuitas tua, gaudium annunciauit vniuerso mundo. Vtraque ab omnibus prædicetur sancta, & laude digna: quia in vtraque fecit tibi magna, qui potens est, & sanctum nomen eius; siquidem in ipso puncto conceptionis factus est tibi Iesus singularis Saluator, singulari modo te saluans, & ab omni labe præseruans, vnde & tu speciali titulo præ alijs vocas illum Saluatorem tuum, cum inquis: *Magnificat anima mea Dominum; & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.* Lucæ 1. v. 46.

De eodem priuilegio cum alijs duobus simul conceptæ Virgini. § 5.

SEd dic nobis ô beata, quando primo cœpit spiritus tuus exultare in Deo Salutare tuo? De Ioanne Baptista legimus, quod sexto mense post conceptionem adhuc vtero matris inclusus exultauit in gaudio sentiens vocem salutationis tuæ, & aduentum filij tui, quem gestabas in vtero, vt per te sanctificaret illum. Quis ergo dicet negatum tibi quod Ioanni est concessum? *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista*, sed inter natos, & viros dicit, non inter fœminas. Vnde tu maior eo illo. Ille surrexit, quia prius in peccatum cecidit; tu non surrexisti, quia nunquam cecidisti; sed semper stans permansisti immobilis sine lapsu. Quia scriptum est, *Deus in medio eius, non commouebitur.* Sit ergo ille maior inter eos, qui surrexerunt, tu maior illo singularem thronum habeus, quia in hoc nec primam similem visa es, nec habere sequentem. Quod si dicendum est, quod surrexeris, non fuit à peccato in quod cecideris, sed so quod cadetes, nisi gratia Dei stares. Si ergo Ioannes quando surrexit à peccato, exultauit in gaudio, quia ingenti priuilegio acceleratus illi est rationis vsus, vt suum cognosceret sanctificatoré, libentes confiteor quod in primo instanti conceptionis tuæ cum sanctificata es per gratiam, exultauit spiritus tuus in Deo salutari tuo, quia accelerato rationis vsu, agnouisti Deum sanctificatorem tuum, qui singulari dilectione tunc *Osculatus est te osculo oris sui.* Accepisti osculum gratiæ cum cordis iubilo, osculantem osculans, & amantem redamans. Si enim quod vera ratio docet, (vt di ximus) credendum est fecisse Deum, vera ratio dictat Deum largitum esse matri quod præstitit per vxorem: nouum & mirabile creans super terram, vt fœmina circumdaret perfectam in vsu rationis fœminam: nempe Annà Mariam. Sicut paulo post facturus erat aliud nouum prodigium, vt hæc fœmina circumdaret virum Christum nimmoda scientia, & sapientia plenum.

Matth. 11. v. 11.

Psal. 45. v. 5.

Ex Diuo Augustino supra citato.

Sed audi tertium priuilegiú alijs nó inferius; cum enim inter Angelos, sicut D. Thomas docet, hic seruatus sit ordo, vt in sua creatione quisque quo excellentior erat in natura, eo excellentiori perfusus sit gratia, beatissima Virgo in sua prima sanctificatione valuerit est supergressa 1. p. q. 62. ar. 6.

Lucæ 1. v. 28.

gressa, vt etiam tunc potuerit vocari *gratia plena.* Imo ideo Angelus Gabriel nullum addidit verbum, suam connectens salutationem, vt sciremus, quod virgo omni tempore fuit gratia plena, etiam cum primum concepta est, ea plenitudine, quæ in tali ætate conueniebat ei, quæ electa erat, vt esset mater Dei. In quo patronum habemus Angelicum doctorem. Nam quæ, inquit, coniunctior erat fonti gratiæ, ampliorem ab eo gratiam haurire debuit. Fuit autem beatissima virgo Deo propinquior, quam Angeli, si non natura, saltem quod excellentius est, dignitate matris Dei, cuius Angeli sunt ministri. Astitit ergo semper regina hæc à dextris sui Sponsi in vestitu deaurato, circũdata varietate: quia omnia gratiarum genera sunt illi tunc temporis communicata tanta præcellentia; vt dicere de ea possimus: *Fundamenta eius in montibus sanctis.* Id est, initia ipsius altiora fecit, quam omnes montes etiam angelicos: quia Altissimus, qui fundauit illam, homo natus est in ea, vt qualis filius, talis sit & mater proportione seruata. Nam mater altissimi filij altissima debuit esse, & à principio super choros Angelorum exaltata, vt processu temporis ad eam sanctimoniæ magnitudinem perueniret, quam solus eius filius superaret. Vtrique enim maxime congruit, quod scriptum est: *Fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius vt præesset diei, & luminare minus vt præesset nocti.* Luminare maius Christus est, sol iustitiæ, quia omnibus modis etiã matrem suam infinita excedit dignitate: præest q; diei. Quia sicut sol sua luce efficit diem, ita Christus Dominus sua virtute constituit sanctos, fonsque est totius sanctitatis, quæ ornat illos; at vero Luna, id est Deipara, licet respectu Solis sit luminare minus, tamen respectu aliorum sanctorum luminare est maius, cuius munus est præesse nocti instar Lunæ. Luna autem non præest nocti, eo quod faciat noctem, sicut Sol facit diem, sed quia noctem illuminat, vt eius luce homines dirigantur: sic beatissima Virgo præest peccatoribus tanquam aduocata, & dux illis lucem implorans, vt in filios lucis conuertantur. Si ergo facta est, vt præesset nocti, nunquam fuit nox, nec passa est peccati tenebras, sed semper fuit lux, & adeo splendida, vt eos qui in nocte, & tenebris peccatorũ sedent, illuminare valeret. Cui congruit & nomen, quia iuxta D. Bonauenturam *Maria* interpretatur illuminata, vel illuminatrix. Tu ergo, qui in peccatis conceptus, & natus es totus, imo & enutritus, ambulans in tenebris, & in regione mortis, ad hoc luminare accede, quod nocti præest, vt precibus eius tenebras depellas, & filius lucis fias.

3. p. q. 27. ar. 5. Vide Suarez ibidem.

Psal. 44. v. 10. 1. a D. Tho. vbi supra.

Psal. 86. v. 1. & 3.

Genes. 1. v. 16

In speculo Virginis c. 3.

En triplex virginis priuilegium, quod ei Sol iustitiæ cõcessit. De eo enim scriptum est. *Tripliciter Sol exurens montes, radios igneos exsufflans, & refulgens radiis suis.* Sicut enim Sol iste corporeus montes altos, qui sibi sunt propinquiores vehementius exurit, & radijs suis illustrat, ita Sol iustitiæ eos quos ad sublimiora Ecclesiæ munia elegit, & præ illis beatam Virginem, quæ (vt loquitur Diuus Gregorius) mõs est domus Domini præparatus in vertice montium, vehementius, & ardentius illuminauit, & inflammauit, triplici illam ornans præcellentia cõmemorata: vt tres diuinæ personæ quibus attribuuntur potentia, sapientia, & bonitas, has erga illam excellentissime manifestauerint perfectiones. Pater quidem qui omnipotẽtiam suam parcendo, & miserando manifestat, præseruauit eam ab omni culpa, & miseria: filius, qui est lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, quando scilicet per vsum rationis ingreditur, sicut homo; sua luce illuminauit Virginem, vt in eodem instanti & ingrederetur mundum, & lucem gratiæ reciperet, & largitorem agnosceret. At Spiritus sanctus, qui charitas est increata, effudit tunc charitatem in illam, vt illum redamaret. Tota ergo beata Trinitas hoc trinum priuilegium Virgini in cõceptione præbuit, vt ad imaginẽ & similitudinem suam perfectius quam homines, & Angelos efformaret, non solum propter gloriam suam, sed peculiariter propter gloriam triplicis personæ, scilicet Christi, Virginis, & Ecclesiæ. Honor enim Virginis, honor est Christi; in quem illius sanctitas refunditur. Nam vt dixit D. August. caro Iesu caro Mariæ est, & propter honorẽ carnis Christi non decuit carnem Mariæ vel corrumpi, vel aliqua labe maculari. Honor etiam Virginis est totius Ecclesiæ, quæ eiusdem carnis participem tam puram & immaculatam adepta est matrem & patronã, quæ etiam soror, & caro nostra est. Vnde merito lætatur, & canit: Conceptio est hodie sanctæ Mariæ Virginis, cuius vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias, & omnes illustrabit animas, præstante eius filio Domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Ecclesi. 43. v. 4.

In exposit. sup. 1. c. Regum.

Isa. 2. v. 2.

Serm. de Assump. to. 9.

Allusio ad Genes. 17. v. 17. &

EXHORTATIO XII.

De sacramento Pænitentiæ, & perfecta reconciliatione peccatoris cum Deo instar filij prodigi, & de vberibus diuinæ misericordiæ erga peccatores, quæ meliora sunt quam vinum rigoris.

Osculetur me osculo oris sui; quia meliora sunt vbera tua vino.

PRÆSCIERAT Christus Dominus ingentia dona in baptismo collata dissipanda fore per peccata mortifera, ideoq; aliud instituit sacramentum Confessionis, & Pœnitentiæ, quo huiusmodi bona reparantur, & peccatoribus iterum gratia, & osculũ reconciliationis, & pacis tribueretur virtute verborum, quæ ex Christi ore processerunt, cum dixit; Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. In quo non minus manifestatur horrẽda malitia peccatoris, quam immensa Dei misericordia, benigne illum osculantis. Malitia quidem peccatoris ex eo apparet horribilis, quod dona tam ingentia in baptismo ei gratis collata pro vilissima creatura cito dilapidat, iniuriam pene infinitam irrogans largitori. *Obstupescite cœli, & portæ eius desolamini, dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas; quæ continere non valent aquas.* Horrenda profecto mala, quæ cœlis stuporem, & portis cœlestibus afferunt desolationem.

Pro Sabbato Hebdomadæ secundæ Quadragesimæ.

Et etiam pro feria S. Hebdomadæ Passionis de conuersione Magdalenæ.

I. 20 v. 23.

De horrenda malitia peccatoris.

Hierem. 2. v. 12.

Quis enim cœlorum ciuis non stupeat sur quæ cœlestis potestas non desoletur, & mœrore stricietur intuens peccatorem gratis derelinquentem Deum fontem aquæ viuæ? Quid enim est peccatum, nisi auersio ab incommutabili bono, & recessus à Deo omnium bonorum fonte? Et propter quid auertitur ab illo? Nisi quia conuertitur ad bona commutabilia & caduca, quasi qui fodit sibi cisternas perforatas, & dissipatas, quæ nec ex se habent aquam ad extinguendam sitim, nec illam firmiter retinere valent. Sed admiranda Dei misericordia, quæ peccantium miseretur, fontemq; aquæ viuæ illis restituit, & dissipatas cisternas in alias integras & cœlestes conuertit. Admiramini cœli, & portæ eius consolamini vehementer; duo enim bona fecit Dominus Deus noster, vincens in bono malum, vt peccatorem in pristinam amicitiam, & dignitatem restituat, & inimico osculum pacis offerat.

De recessu peccatoris à Deo, & quot mala afferat. § 1.

Lucæ 15. v. 12. PECCASTI instar filij prodigi, accepisti à patre tuo portionem substantiæ, quæ te contingebat. recessisti à domo paterna, & profectus es in regionem longinquam. Dissipasti ibi bona tua viuendo luxuriose: adhæsisti vni ciuium illius regionis, cuius imperio pauisti porcos. Et fame pressus desiderabas implere ventrem tuum de siliquis porcorum, & nemo tibi dabat. Quid facies, ô miser? Agnosce duo mala, quæ fecisti relinquendo fontẽ aquæ viuæ, & fodiendo tibi cisternas dissipatas, quæ non valent continere aquam. *Incrassatus est dilectus* (inquit Moyses) *Deut. 32. v. 15.* *& recalcitrauit. Dereliquit Deum factorem suum. Et recessit à Deo salutari suo. Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Dei Creatoris tui.* Considera attente miserum peccatoris statum, qui à minoribus inchoans in peiora prolabitur. Nam vt inquit Apostolus, *Mali, & seductores proficient in peius.* Septem autem gradibus in tam profundam miseriarum abyssum demersus est: quia *abyssus abyssum inuocat*, minor maiorem; *& sanguis sanguinem tetigit*, velut feruentis maris vndæ seipsas vinam post alteram contingentes. Primo enim voluit sui esse iuris, suoque iudicio regi, nec sub regimine esse, & tutela patris. *A sæculo* (inquit Dominus) *confregisti iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti non seruiam.* Dedignatur enim alteri seruire subesse, & parere, quia mallet alijs imperare. Ideoque secundum adiecit malum, recedens a Deo, non gressibus corporis, sed mentis, non loci distantia, sed dissimilitudine vitæ; elongans se à domo paterna, à consortio fratrũ, & domesticorum, ac sanctorum, quorum exemplis, & increpationibus cohiberetur à malis. Odit enim domum disciplinæ, & conuersationem iustorũ, quia graues sunt illi ad videndum: estque sicut onager, qui vt scriptum est in libro Iobi cum liber dimittitur, contemnit multitudinem ciuitatis, & vocem exactoris non audit, quia omnem odit exactorem, & correctorem.

2. Ad Tim. 3. v. 13.
Septem peccatoris nequitiæ.
Psal. 41. v. 8.
Osea 4. v. 2.
Iere. 2. v. 20.
Sap. 2. v. 15.
Iob. 39. v. 5.

Vnde fit quod peregre proficiscatur in regionem longinquam, quæ cum longe distet à Deo, iustitiæ sole, necesse est vt sit regio frigida, tenebrosa, & horribilis tanquã vmbra mortis. Longinqua etiam est, quia longe distat à iustis, in qua A dumtaxat degunt peccatores, quibus libenter sociatur, mores sequitur, & voces audit dicentium. *Venite, fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura tanquã in iuuentute celeriter: nemo nostrum exors sit luxuriæ nostræ.* Quibus libenter parens miser hic adolescens cõsumpsit omnem substantiam suam. Quia dissipauit gratiam, & charitatem, ac Spiritus sancti dona, viuendo luxuriose abeundo post proprias concupiscentias. & tribuendo sensibus quidquid hianter desiderabant. Nam velut onager liber, circumspiciebat montes pascuæ suæ, & virentis quæque perquirebat: nec vllum pratum fuit quod non pertransiret luxuria eius, in hocque insumebat omnes vires, & diuitias suas; dicens; hæc est pars nostra, hæc sors, & fœlicitas vitæ nostræ.

Sap. 2. v. 6.
Iob 39. v.
Sap. 2. 7.
Isa. 28. v. 1.

Sed quid inde? *Adhæsit vni ciui regionis illius.* Adhæsit diabolo percutiens fœdus cum morte, & faciens pactum cum inferno. Qui hæret (ait Diuus Ambrosius) in laqueo est. Captus est eB nim. Hæret vni ex vitijs in malitia peiori. Quilibet enim peccator tenacius adhæret vni vitio prædominanti, quod quasi rex aut potius tyrannus, ei tanquam vili mancipio imperat, & quasi vi quadam ex praua consuetudine proueniente impellit, vt ei obediat, & seruiat diligenter. Propter quod dicitur, *Et misit eum in villam suam, vt pasceret porcos.* Cuius imperio protinus obediuit. Et hoc est sextum, horrendumq; illius malum, nimirum pascere porcos, non tantum proprios, sed alienos, id est, non solum proprios sensus, & appetitus, qui in porcorum spurcitiam degenerarunt, sed etiam aliorum iniquorum, quorum efficitur pastor, dux, & magister. Hoc præcipit vnus ille insignis ciuis, cui adhæsit. Nempe superbia, quæ omnium vitiorum dux est, & caput; ac superbissimus Leuiathan. *Qui omne sublime videt, & ipse est rex super omnes filios superbiæ.* Instigat enim peccatorem, dum in profundum malorum venerit, vt peccatum suum sicut Sodoma C prædicet, & alios ad se trahat, pascat, & regat. *Errantes* (inquit Paulus) *& alios in errorem mittentes*, & hoc modo dicuntur in peius proficere. Nam superbia eorum qui oderunt Deum, ascendit semper.

Lib. 7. in Luc.
Vide infra in illud, Pasce hædos tuos.
Iob. 41. v. 25.
2. Ad Tim. 3. v. 13.
Psal 73. v. 23.

Tunc autem peruenit ad pessimum peccandi gradum, cum tam insatiabilis inest ei peccandi cupido, vt repleri nequeat. Et hoc est quod dicitur: *Cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat.* Apte terrena bona quæ peccatores appetunt, siliquæ vocantur, quia (vt inquit Diuus Ambrosius) sunt intus inania, foris mollia; quibus non reficitur, sed impletur, vt magis sint oneri, quam vsui. Sed si pastor porcorum erat, quis prohibebat illum, ne siliquas acciperet? cur expectabat, vt alij ei eas traderent? Hoc profecto indicat multoties peccatorem in eam incidere miseD riam, vt plus cupiat peccare, quam possit opere perficere; & dum alios videt comessationibus, ebrietatibus, & impudicitijs deditos, diuitijs & honoribus inquirendis per fas, vel nefas inhiantes, liuore tabescit, & angitur corde, vellet enim huiusmodi siliquis ventrem suum implere. Sed sæpius vires, & opportunitas desunt, id Domino misericorditer disponente, iuxta id quod per Oseam ciuitati peccatrici dixit: *Sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas non inueniet;*

Oseæ 2. v. 6.

[illegible] sequitur amatores suos, & non [illegible] eos, & quæret eos, & non inueniet: vt [illegible] oppressa, ad priorem virum, à quo [illegible] erat, reuertatur.

De [illegible] peccatoris ad D[illegible] [illegible] per osculum reconciliationis [illegible]. 3.

SI in hoc barathrum [illegible], numquid de perstabis? Numquid [illegible], vt resurgas? Quid ergo facies, [illegible] sequere pœnitentem, qui [illegible] dixit:
Luc. 15. v. 17. *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo.* Reuertere igitur ad te, qui elongatus es non solum à Deo, sed etiam à te ipso, à corde tuo, & à [illegible] tuo, curam faciens [illegible] carnis, oblitus omnino tui spiritus.
Isa. 46. v. 8. Redi ergo præuaricator ad [illegible], & considera duo mala, quæ [illegible], & numeraque miserias, in quas propter illa præcipitatus es: & saltem vel [illegible] mala [illegible], quæ pateris, incipe velle redire in domum patris tui, in qua nô solum [illegible] sed etiam mercenarij abundant panibus, & opiparis lætantur conuiuijs. Nam perfectos, & imperfectos reficit, & consolatur Dominus. Ne pigrescas, inchoa iter, & statue in corde tuo dicere patri tuo: *Pater, peccaui in cælum, & coram te,* peccaui contra cœlum, quod meis horrẽdis sceleribus stupere feci; & contra eius portas, & potestates, quas desolaui: peccaui contra te, à quo secessi, & in cuius conspectu tot delicta patraui, fac me saltem vel sicut vnum de mercenarijs tuis, qui non sum dignus vocari filius tuus, quia sublimem dignitatem filij meis spurcitijs inquinaui: non pero hereditatem, vel panem filiorum, sed laborare in domo tua, sicut mercenarij, vt in sudore vultus mei vescar pane meo, qui adhuc nutriebar cibo porcino.

Si secutus fueris filium pœnitentem experieris infinitam patris misericordiam, te benigne suscipientem. *Cum enim adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius. Et osculatus est eum.* Et quid post osculum? *Cito* (inquit ad seruos suos) *afferte stolam primam. Et induite illum, & date annulum in manu eius, & calceamenta in pedibus, & adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur,* [illegible] *perierat, & inuentus est.* Admiramini cœli, & portæ eius consolamini, intuentes tam immensam Dei misericordiam erga peccatorem, tam infinita repletum miseria; septem nequitias illius retulimus, & septem illi præbet signa ingentis amoris. Primo vidit illum à longe cum oculos posset claudere, vel auertere, quia ita mundi sunt, vt iniquitatem respicere non valeant, approbando etiam, sed si peccatores benigne non respiceret, quomodo eos ad se traheret? Videns autem eum non irascitur, non fremit propter delicta præterita, sed magna eum patitur misericordia, quomodo miseretur pater filiorum; quia cognouit figmentum nostrum. Deinde non expectat, vt ad se accedat, sed ipse currit ad illum, ne forte rubore perfusus retrocedat, & vt citius ei appropinquet. Nec tantum stat prope, sed ei intime coniungitur, cecidit super collum eius, ruit in amplexus, & osculatus est illum. Vlterius, quinto iubet sordidis eum vestibus, [illegible], & preciosis indui, & insuper ex vitulo saginato

Septem beneficia Dei erga peccatorem.

Abacuch. 1. v. 13.

De hoc vide infra in lib. 2. exhortat. §. 1.

Psal. 102. v. 13.

conuiuium parare, vt cum illo in eadem epuletur mensa. Et tandem seniorem filium contra iuniorem iratum placat, & vt fratri societur, monet. Confiteantur tibi Domine misericordiæ tuæ, & mirabilia, quæ operaris erga filios hominum.

Ne ergo desperes ô peccator, sed bono animo esto. Contemplare tantam cœlestis patris dignationem, qui non fugit à lasciuo filio ad se venientem, sed festine currit ad illum; non auertit ab eo faciem suam, sed ita conuertit, ac coniungit, vt osculatus sit eum. Attende quis præbet hoc osculum, quis recipit, quo tempore, qua occasione, quo affectu præstatur, & quę bona post illud secuta sint. Forte enim, si hæc perspexeris, & mente pertractaueris, si non voce, saltẽ corde & desiderio dices: *Osculetur me osculo oris sui,* osculum reconciliationis humiliter ab eo petens, vt saluus fias. Etenim pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, filium degenerem, ingratum, & vilissimo mancipatum officio, in eo temporis momento, quo ad ipsum reuertitur, benigne illum recipit, & osculatur, atque osculo illo, ingentia bona, quæ seruis iubet, vt afferant, ipse per se ipsum illi præstat. Nam licet vtatur ministerio Sacerdotum, ad iustificandum per sacramentum pœnitentiæ peccatorem; tamen ipse, cum eum osculatur, præcipue confert stolam primam gratiæ, & induit vestem nuptialem charitatis, quæ operit multitudinem peccatorum, non tegendo sicut vestis preciosa tegit corpus leprosum, sed mundando lepram, & intus ornando animam. Ipse etiam ponit in manu annulum viuæ fidei, quia animam assumit in sponsam, quam cupit esse illi fidelem: & quia vires præstat ad operandum ea quæ decent Dei filium, & amicum, ipse item præbet calceamenta virtutum infusarum, quibus affectionum pedes dirigantur ad Deum, vt in via mandatorum eius sine læsione progrediantur. Ipse adducit, & occidit vitulum saginatum, quia applicat illi copiosos fructus passionis, & mortis Christi pro peccatoribus occisi, & in ara crucis oblati: ex purissimaque carne, & preciosissimo sanguine huius diuini vituli, ei conuiuium facit, ingentemque ostendit animo lætitiam, omnibus angelis, & hominibus præcipiens, vt gaudeant & lætentur, quia filius qui erat mortuus reuixit, perierat, & inuentus est. O magna diuinæ pietatis dignatio! ô summa diuini osculi potentia! *Osculare Domine animam meam osculo oris tui.* Osculare mortuam, vt osculo tuo reddas viuam. Osculare sordidam, vt facias mundam. Osculare fœdam, vt constituas pulchram. Osculare inimicam vt facias amicam. Imo osculare adulteram, vt iterum assumas in sponsam. Audiui enim te dicentem per Prophetam; *Vulgo dicitur: si dimiserit vir vxorem suam, & recedens ab eo duxerit virum alterum, numquid reuertetur ad eam vltra? numquid non contaminata erit, & polluta mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te.* En Domine ad te reuertor, quamuis contaminata, & polluta, vt purissimo osculo oris tui reddas me immaculatam, & ab omnibus meis maculis plene mundam.

1. Pet. 4. v. 8.

Ier. 3. v. 1.

De fiducia obtinendi reconciliationis gratiam. §. 3.

SED fortè dices, quid est quod peccatori suadeas, vt Dei osculum petat? Nunquid filius iste prodigus ausus est illud à patre suo postulare? & mulier illa quæ erat in ciuitate peccatrix, [Lucæ 7. v. 38.] quamuis ardêret amaret medicum, quem quærebat, nunquid non erubuit apparère ante faciem eius, & stans retro secus pedes ipsius cœpit illos osculari? Pedes osculata est, non manum, non faciem, quomodo ergo audebis dicere *Osculetur me osculo oris sui?* Sed aliud est quod suggerit spiritus timoris, reuerentiæ & humilitatis, & aliud ad quod inclinat spiritus charitatis, & dilectionis: timor enim reuerentialis Dei, & vera humilitas cordis, cum diuinam maiestatem, & propriam vilitatem considerat, quasi retrahit se à Deo, nec audet esse prope illum: sed exclamat [Lucæ 5. v. 8.] cum Petro: *Exi à me, quia homo peccator sum Domine. Stupor enim* (ait Euangelista) *circumdederat eum pro captura piscium.* Id est, propter immensam maiestatem, & potentiam Domini, quæ in tanto splendebat prodigio. Non tamen propter hoc Christus Dominus exijt ab illo, quin potius magis sibi coniunxit. Nam ex tunc vocauit eum, vt [Sermone 257. de temp.] „ relictis omnibus veniret post eum, essetque per- „ petuus eius socius, & Apostolus. Videte (inquit „ Diuus Augustinus) miraculum grande, altus est [Psal. 137. v. 6.] „ Deus. Erigis te, & fugit à te: humilias te & de- [Lucæ 18. v. 13.] „ scendit ad te. Quare hoc? Quia *excelsus est, & humilia respicit, & alta de longe cognoscit.* Humilia de proximo respicit, vt attollat, alta, id est, superba de longe cognoscit, vt deprimat. Sic descendit ad publicanum, qui in templo à longe stabat, nec audebat oculos ad cœlum leuare: fugit vero à Pharisæo, qui prope Deum esse præsumebat. Sed quod in humilibus propter nimiam reuerentiam refugit spiritus timoris, aliquando per filialem confidentiam desiderat, & audet spiritus charitatis, & dilectionis. Nam amans vehementer desiderat adhærere rei, quam amat, & ex amore vires resumit: propter quod, quamuis non petat osculum lingua corporis, ipsa tacente petit illud lingua amoris: nam & filius iste prodigus cum statuisset apud se dicere patri suo: *Non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum de mercenarijs tuis*: cum tamen vidit patrem ad se currentem, extensis brachijs ad amplexandum, & paratum ad osculandum, tantam concepit animi fiduciam, vt solum diceret: *Pater, peccaui in cælum & coram te. Iam non sum dignus vocari filius tuus*, cætera reticendo, sperans se non inter mercenarios, sed inter filios ad scribendum. Nec fefellit spes, quia præcessit humilitas: humiliatus est enim pater, vt filium humiliatum, & de patris misericordia confidentem benigne oscularetur osculo oris sui.

Et hoc est quod ait parabola, *Accurrens pater* [Lucæ 15. v. 20.] *cecidit super collum eius, & osculatus est eum.* Id est, cecidit, vt oscularetur. Cecidit enim Christus, vt eum qui ceciderat, eleuaret. Et cecidit super collum eius, vt contactu suo ad diuinæ legis iugum ferendum aptum & fortem redderet: osculatusque est faciem eius, vt vitam inspiraret, & pulchritudinem amissam restitueret, eo modo quo Eliseus vt superius diximus, incuruatus & [4 Reg. 4. v. 34.] humiliatus est super puerum mortuum, & os suum ori illius iunxit, quasi osculans illum; vt eum viuificaret, ad recteque loquendum, & resculandum aptum redderet. Non refugit Deus os suum ori peccatoris immundi coniungere, si aperuit illud ad confitendum peccata. Pater [H... tre & ... bus filius ... 2.] (inquit Chrysostomus) osculatur os per quod emissa de corde confessio pœnitentis exierat, quam ipse lætus excepit. Aperi ergo os tuum ad humilem peccatorum confessionem, & fidenter expectare potes osculum pacis per indulgentiam.

De vberibus diuinæ misericordiæ erga peccatores. §. 4.

AT quid mirum quod filius prodigus, sed [De vberibus diuinæ misericordiæ erga peccatores.] pœnitens, tantam fiduciam conciperat, cum Deum non solum patrem, sed etiam matrem agnoscat: & merito intra se dicat: *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis.* Cur non postulet osculum, qui materna in Deo confitetur vbera? Sed quæ [Serm. 9. in Cant.] vbera? Duo quidem erga peccatores lacte dulcissimo plena, quæ iuxta D. Bernardum sunt longanimitas in expectando, & in condonando facilitas: de quibus sic inquit Ecclesiasticus: *Propter quod Deus patiens est in illis, scilicet peccatori-* [Eccl. 18. v. 9.] *bus, & effundit super eos misericordiam suã.* Hæc sunt duo ingenitæ in Deo mansuetudinis argumenta: hæc gemina dulcedo suauitatis, exuberans in pectore Domini Iesu, quod patienter expectat delinquentem, & clementer pœnitentem recipit. Nonne exuberans longanimitas in expectando, cum dicat Apostolus: *An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? igno-* [Ad Rom. 2. v. 4.] *rãs quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* Et quæ sunt diuitiæ bonitatis, nisi peccatores sustinere, nec desinere illis benefacere? quæ diuitiæ patientiæ, nisi tot, tam grauesque iniurias perferre, non statim se vlciscens cum facile posset? & quæ diuitiæ longanimitatis, nisi plures annos peccantes expectare, differreq; sententiam vltionis, vt aliquando gratiam exhibeat remissionis? Non enim vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. At dum conuerti vult, [Ezech. 18. v. 23.] quam mira in condonãdo facilitas! In quacunque enim horà ingemuerit peccator, peccatum eius remittetur ei. *Derelinquat impius viam suam* (ait Isaias) *& vir iniquus cogitationes suas, & reuer-* [Isai. 55. v. 7.] *tatur ad Dominum, & miserebitur eius, & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum.* Id est, multiplex, in condonando, sæpius repetita delicta, nimisq; propensus ad remittendum debita.

Perpetrauit Dauid adulterium & homicidium, magnum præbuit scandalum vniuerso populo. [2 Reg. 11. & 12.] Pertulit Deus patienter, & longanimiter per decem menses expectans eius conuersionem: donec puer ex adulterio conceptus nasceretur: tunc mittit ad eum Nathan Prophetam; vt eum corripiat: corripit: resipiscit Dauid: & vix dixit *Peccaui Domino*: cum mox audit: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum.* Ecce tam celerem facilitatem in condonando, quam patiens fuerat longanimitas in expectando. Et vtranque expertus inquit: *Miserator, & misericors Dominus,* [Psal. 102. v. 8.] *longanimis, & multum misericors.*

Nõne longanimis pater, qui sustinuit filium [Lucæ 15. v. 13.] prodigum in regione longinqua tandiu commorantem,

donec

morantem, [illegible] longo tempore luxu [illegible], A donec o[illegible] paterna bona diss[illegible]. Sed qui tam patienter expectauit eius e[illegible]aciam, facilem se præbu[illegible] in condona[illegible]. Nondum enim præconcep[t]a verba [illegible]auerat, cũ [ce]leriter c[ur]rens osculat[u]s est [illegible] non tendit pedetẽtim deambulans, sicut cum venit ad corripiendum Adam, qui adhuc contumax culpæ hærebat se[d] venit currens vel[illegible], quis pœnitentibus valde indulgere desiderat. Merito ergo qui corde contrito & humiliato accedit ad Deum, osculum reconci[li]ationis fidenter petit, rationem reddens: *Quia meliora sunt vbera tua vino.* At si dicas, Ideo indulgentiam peto, quia scio tuam immensam misericordiam duo preciosissima vbera habere, vnde lac indulgentiæ promanat; es enim longanimis in expectando, & facilis in condonando. Hæc autem vbera meliora, vtiliora, & dulciora sunt mihi quam vinum. Quod vinum? Vinũ mordax legis veteris, quod erat vinum timoris, reprehẽsionis, & minarum, B quæ terrent, & tremorem incutiunt. *Misericordia enim superexaltat iudicium, & miserationes Domini super omnia opera eius.*

Iac.2. v.13. Ps.144. v.9.

Nam licet timor pœnæ bonus sit stimulus pœnitentiæ, melior tamen est & potentior ad excitandum dolorem de peccatis amor diuinæ bonitatis, & clementiæ. Bonus quidem metus diuinæ iustitiæ & vindictæ, sed perfectior spes diuinæ misericordiæ, & dilectio ex charitate; ideoque meliora sunt mihi vbera tuæ maternæ pietatis, quam vinum huiusmodi rigoris. Et quis potare poterit vinum Pharisæorum, contra quos parabola hæc ordinabatur? qui murmurabant contra materna vbera Saluatoris, dicentes; *Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.* Ideoque comparat illos huius patrisfamilias filio seniori, qui cõtra patrem indignatur, eo quod tam benigne receperit filium prodigum; *Et postquam* (inquit) *deuorauit substantiam suam cum meretricibus, occidisti illi vitulum saginatum.* O vinum mordax! ô zelus liuidus! ô C frater non frater, sed hostis. Meliora sunt, Domine, vbera tua quam vinum istud: Nam vbera tua dulcissimum lac doctrinæ salutaris emittunt, vt de peccatoris pœnitentia, & conuersione gaudeamus, & lætemur; *Epulari*, inquit, *& gaudere te oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est.* Ecce hoc lac volo, non vestrum vinum probo: *Euntes discite, quid est, misericordiam volo, & non sacrificium: non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam*, nec opus est valentibus medico, sed male habentibus: Male autem habentes melius curantur lacte misericordiæ, & charitatis, quam vestro vino indiscreti zeli, & rigoris. Vbera mea *sunt fragrentia vnguentis optimis*; quorum odore efficacius trahuntur peccatores ad pœnitentiam, quam si flagrarent zelo iræ, & vindictæ.

Luc.15. v.2. Matt.9. v.12. Luc.15. v.32.

Et quæ sunt hæc vnguenta optima, quibus D fragrant Christi vbera, nisi hæc ipsa quæ ex Euangelica apotheca hactenus protulimus? Nempe Christi Domini verba, sententiæ, monita, & parabolæ, quæ misericordiam commendant, pietatem spirant, indulgentiam, & remissionem iniuriarum ex amore prædicant, & reliquis omnibus præferunt fraternam charitatem. Vnguenta optima sunt mirabilia exempla, & præclaræ peccatorum conuersiones, A quas peperit diuina misericordia, & nutrierunt eius vbera, dum patiens est in expectando, & in condonando facilis; quarum fragrantia ad peccatores, quantumcumque à Deo distent, nisi nares spiritus obstruere velint, citò peruenient, & fortiter, ac suauiter illos trahet; vt osculum reconciliationis humiliter petant, & tandem obtineant. Nonne vsque hodie fragrat pœnitentia Dauid, lachrymæ Magdalenæ, conuersio latronis in cruce pendentis, quos Deus longanimiter plures annos expectauit, & cum primum ad ipsum reuersi sunt, benigne suscepit, & veniam concessit? Sed de Magdalena mox fusius.

Considerationes ad impetrandum osculum reconciliationis. §. 5.

NON negamus per ea quæ diximus, vinum iusti timoris, & zeli, metusque diuinæ iu- B stitiæ bonum esse, etsi meliora sint charitatis vbera; vnde & vinum illud etiam confert ad salutem; sicut & Samaritanus curans ægroti vulnera, infudit oleum & vinum; sed prius oleum, deinde vinum: vtrumque tamen adhibuit, vt quos non trahit lac diuinæ dulcedinis, trahat vinum diuinæ seueritatis. Tu autem ex vtroque argumenta desume ad instanter petendum à Deo osculum reconciliationis, & pacis. Quæ pius quidam Doctor non indocte in vnum collegit his verbis; Fidelis anima cogitans, vbi fuerit, vbi erit, vbi sit, vbi non sit, scilicet, quod in originali & actuali peccato fuerit, quod in iudicio tremendo Dei erit, quod in vanitatibus sæculi sit, quod in æterna beatitudine adhuc non sit, gemens, ac tremens dicit, *Osculetur me osculo oris sui.* Ac si dicat ille, Qui in mea carne ad dexteram Patris sedet, meus aduocatus, iustus iudex, me de peccatis dolentẽ, & de suo iudicio timentem visitando osculetur & pace signo a- C micitiæ, quam proprio ore pœnitentibus promisit, me consoletur. En quatuor considerationes valde efficaces ad huius diuini osculi excitandum desiderium. Conserto denique miserum statum filij prodigi, qui tot bona amisit, dum à domo paterna discessit, cum felici sorte, quæ ei contingit, quando iterum ad patrem reuersus est, & obstupesces ob ignaniam, ac cæcitatem peccatoris, qui adhuc tennit ad Deum reuerti. Vtinam qui huiusmodi sunt, vocem audirent Isaiæ eos ad pœnitentiam exhortantis, cum ait; *Obstupescite opulentæ, conturbamini confidentes, exuite vos, & confundemini, accingite lumbos, plangite super vbera, super regione desiderabili; super vinea fertili.* Quid est, plangite super vbera, nisi plangite, quia propter peccata vestra auulsi estis à diuinis vberibus, nec sugitis lac diuinæ consolationis? Plangite super regione desiderabili; D quia exules facti estis à regione beatorum; vbi possidetur Deus, quem etiam Angeli desiderant prospicere. Plangite super vinea fertili, quia potiores Ecclesiæ fructus non participatis; quandiu membra mortua ipsius estis. Plangite ergo, & pœnitentiam agite. Exuite vestimenta iucunditatis vestræ. Induite vos saccis, cilicio, & cinere, vt propitietur vobis Dominus, & osculetur vos osculo oris sui. Præbeat vobis vbera sua, & restituat vos ad ingrediendum in regionem

Luc.10. v.34.

Honorius Augustodunensis apud Martinum del Rio. hic.

Isa.32. v.11.

gionem desiderabilem; vbi cum ipso regnabimus in sæcula sæculorum. Amen.

EXHORTATIO XIII.

Pro festo sanctæ Mariæ Magdalenæ, & pro feria 5. Pass.

De eadem conuersione, & iustificatione peccatoris instar Mariæ Magdalenæ osculantis pedes Domini: & quantum superet lac diuinæ consolationis vinum carnalis voluptatis.

Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino.

EX parabola filij prodigi ostendimus peccatoris perfectam conuersionem, & immensam Dei benignitatem, quæ in pristinam eum reduxit amicitiam. Vtramque amplius ostendemus ex mirabili conuersione Mariæ Magdalenæ; (Luc. 7. v. 38.) cuius tot, tam ingentiaque fuerunt crimina, & tam diu prolongata, vt ab omnibus quasi per antonomasiam vocitaretur in ciuitate peccatrix. Sed manifestauit Christus Dominus in illa vbera misericordiæ suæ, quæ cum Diuo Bernardo nuncupauimus longanimitatem in expectando, & in condonando facilitatem: Nam diu illam expectauit in multa patientia; & cum primum venit ad ipsum, benigne eam suscepit, & cuncta eius peccata dimisit. Traxit (Osea 11. v. 14.) illam ad se in funiculis Adam, & in vinculis charitatis; quibus tracta, *Vt cognouit quod Iesus accubuisset in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti, & stans retro secus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.* Hæc autem omnia signa erant amoris, qui in eius pectore ardebat, & clamores, qui osculum reconciliationis implorabant, & quasi ex ore loquebant; dicentes, osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis.

Quam feruens fuerit Magdalenæ conuersio. §. 1.

(In hunc locum Cant.) AD cuius explanationem aduertere oportet cum D. Gregorio, quod os sponsi est inspiratio Christi; & osculum oris, dulcis amor inspirationis. Tunc ergo optimum Christus incipit osculari peccatorem, cum immittit in cor eius igneam inspirationem efficaciter illum excitantem, & mouentem ad dolorem de peccatis, propter Deum summe dilectum, qui contritio dicitur, ad quam statim sequitur perfectum osculum reconciliationis, & gratiæ. Tetigit cor Mariæ ignita Dei inspiratio, quæ intus cœpit osculari eam; at sit ignis amoris, & doloris, qui vehementer flammas foras euomuit. Inde profluuium illud lacrymarum per duos oculorum fontes emanantium: inde noua illa, & inaudita irrigatio, & lotio pedum, eorumque extersio capillis capitis sui, quos mite nutrierat, atque dilexerat: inde adductio alabastri preciosi vnguenti, eiusque in eorumdem vnctione deuota consumptio: inde tam vehemens osculatio pedum, vt nunquam ab ipsis separari vellet, vel semper eorum sequendo vestigia, vel sedens A secus ipsos, Verbi audiendo verba quod ca[illegible] erudiret, & [illegible]cularetur [illegible]ulo oris sui. Hæc [illegible]tem dilectionis signa ideo exh[illegible], qu[illegible]m iuxta sententiam Salu[illegible]is d[illegible] mul[illegible]m. [illegible] quare dilexit mult[illegible] q[illegible]a [illegible] tum dilexit eam, & for[illegible] alia excita[illegible], vt alia amoris signa exh[illegible] quæ ita erant signa dilectionis Mariæ erga C[illegible]um, quod magis essent signa dilectio[illegible] C[illegible] erga Mariam. Nam quæ[illegible] a præam[illegible] illud [illegible]operabatur exterius [illegible] a pedes D[illegible], I[illegible]nus operabatur i[illegible] castigabat enim cor quod p[illegible]is [illegible]uabat, & extergebat quod fuerat [illegible]gebat quod antea erat saucium, d[illegible]mum, vt quæ carnalibus vitijs pri[illegible]s f[illegible], exemplaribus virtutibus fragraret; & quæ m[illegible]tis fuerat odor mortis in mortem, deinceps esset omnibus odor vitæ in vitam.

Felix mulier, quæ cum esset in ciuitate pecca- B trix, veniens ad pedes Domini sic est ab ipso irrigata, lota, extersa, & vncta, quia osculatus est eam osculo oris sui, osculum reconciliationis, & indulgentiæ impertiens; *Remissaque sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Et quem dilexit multum? Eum nimirum cuius pedes osculabatur: Sed quæ pedes Christi osculabatur ore corporeo, elevata est, vt spirituali osculaetur diuinitatem Christi illis pedibus coniunctâ. Non enim osculari se cogitabat pedes puri hominis, sed pedes hominis Dei, quibus intime erat vnita. Hoc est osculum quod Christus Dominus desiderabat recipere ab illo Pharisæo, qui inuitauerat eum; sed minus eum amabat, quam peccatrix mulier. Propter quod exprobrans eius in amore frigiditatem, *Osculum mihi non dedisti, hæc autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos.* Ac si diceret; Non præbuisti mihi vera signa amoris, hæc autem ex quo intrauit hîc, non destitit illa præbere; non semel, aut bis os- C culata est pedes meos, sed crebro, & sæpius osculata est illos. Millies osculabatur pedes Christi, & diuinitatem ipsius, tot feruentissimos exercens actus amoris, quot erant scelera; *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*; vt multiplicata peccata condonarentur, per multiplices actus dilectionis. Non quod necessarium sit pro singulis peccatis lethalibus remittendis singulos exercere actus contritionis vnus enim pro omnibus sufficit; nam qui dolet de vno peccato, quia offensa est Dei summe dilecti, eo ipso etiam dolet de omnibus in quibus eadem inuenitur doloris ratio. Sed quia charitas non continetur intra metas necessitatis, sed multa peragit, quæ sunt supererogationis; ideo pro singulis peccatis mille cuperet offerre satisfactiones; vt vbi abundauit delictum, superabundet & gratia: sequens consilium Baruch Prophetæ, qui Israelitis dicebat, *Sicut fuit sensus vester vt erraretis à Deo, decies tantum iterum conuertentes require-* D *tis eum.* Et quid est decies tantum conuerti, & requirere Deum, nisi multo plura & maiora fine limite vllo operari in via iustitiæ, quam operati estis in via iniquitatis? Nec sat sit vobis semel requisiisse Deum, sed fine fine requirite; quia fine fine, inquit D. August. est quærendus, qui fine fine est amandus. Semel aut bis, cantante gallo, ter Petrus Dominum negauit, & statim flenie amare;

Ad Rom. 5. v. 20.

Baruch 4. v. 28.

In Ps. 104. v. 4. Matt. 26. v. 75.

amare: sed [illegible] mel amare flens [illegible] iter, vel decies imo [illegible] vsque cum [illegible] ulum, quoties auditur gallum cantantem, aud [illegible] fles et amare flentem. S [illegible] Maria ex qu [illegible] it ad pedes Christi, non cessauit sæpius [illegible] ari pedes eius: & dum ore costan [illegible] bat, [illegible] ax [illegible] cru [illegible] rum pluuia eos rigabat. L [illegible] bat capillis, sed adhuc erumpentes lachrymæ cæteros iterum rig [illegible] bant. Vngebat vng [illegible] d vnguentum lachrymis miscebat. & hæc natura vng [illegible] re non cessabat. Den [illegible] ue, vt inquit Diuus

Hom. [illegible] in Euang.

Gregorius, Maria considerauit quod fecit, & ideo noluit moderari quid faceret; vt sicut exhibuerat membra sua seruire immunditiæ, &

Ad Rom. [illegible] v. 19

iniquitati ad iniquitatem, ita tunc multo abundantius exuberet illa seruire iustitiæ in sanctificationem.

Increpatio Pharisæi contemnentis peccatricem § 2.

B

HÆREBAT ergo pedibus Christi, osculis inhians, vt desideratum indulgentiæ osculum recipere mereretur. Et considerans Saluatoris ineffabilem benignitatem, clamabat; *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino.* Timebat vinum Pharisæi, qui inuitauerat Christum, sed confugit ad vbera Christi præponens illa vino. Quod erat Pharisæi vinum? acre, mordax, & veri amoris expers, zelo

Luc. 7. v. 39.

indiscreto inferuens. Dicebat enim Intra se; *Hic si esset Propheta, sciret vtique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est.* O vinum mordax, Christum mordens, & peccatricem dilacerans! Quid inquis, ô miser? quod vinum profers, non hominibus, quia non audes illud manifestare, sed Christo, cui manifesta sunt abscondita cordis tui? Hic, inquit, si esset Propheta, sciret vtique quæ & qualis esset mulier quæ tangit eum; imo quia est Propheta, scit optime quæ, & qualis est mulier ista. Et quia peccatrix est, & vult à peccato recedere, & permittit quod tangat eum, & osculetur pedes eius, quia meliora sunt vbera eius, quam vinum tuum: tu superbia elatus dicis, peccatores non esse recipiendos, sed pellendos procul: Recede à me, inquis, ne appropinques mihi, quia

Isa. 65. v. 5.

immundus es. At quid inquit Christus, *Duo debitores erant cuidam fæneratori; vnus debebat denarios quingentos, alius quinquaginta, non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque.* En materna vbera Christi, qui patiens est in expectando, & in condonando facilis. O benignus & munificus fæneratori qui non solum non exigit vsuram, sed gratis condonat ingens debitum. Quis est hic, & laudabimus eum? Non inuenitur inter puros homines; solus Christus Deus & homo, fecit hæc mirabilia in vita sua. Contulit nobis infinita beneficia, vt pro fænore redderemus obedientiam ad eius præcepta; sed nos ingrati

Mat. 18. v. 24.

pro bonis reddidimus mala, & innumera contraximus peccatorum debita. De quodam fertur quod debebat ei decem millia talenta. Et cum non haberet vnde redderet, iussum est quod venundaretur tam ipse, quam vxor eius, & filij, & cuncta quæ habebat. At ille procidens orabat, dicens; *Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Optimum propositum, sed quod

A

implere non poterat, quia nemo potest Deo reddere nec vnum pro mille: sed misericors Dominus vbera misericordiæ suæ profert seruo, & omne debitum dimittit ei. Vere Domine, *Meliora sunt vbera tua vino.* Vbera tua proferunt lac indulgentiæ, sed vnus homo propinat alteri vinum rigoris, & vindictæ. Ecce seruus iste cui Dominus condonauit decem millia talenta, obuium habuit conseruum, qui debebat illi centum denarios, & tenens suffocabat eum dicens, *Redde quod debes*; in carceremque misit eum donec redderet debitum. Hoc est vinum mordax, quod homo homini propinat; sed propinantem furore corripit, vt in proximum sæuiens, non ei ignoscat; etsi Dominus ignorauerit illi. Meliora ergo sunt vbera Christi, quam vinum; quia hoc afflictionem, tremorem, & vindictam excitat, illa vero ad amorem prouocant; ideoque subdit, *Quis ergo eum plus diligit?* Respondit Simon; *Æstimo quia is cui plus donauit. Recte,* inquit Dominus, *iudicasti.* Cur ergo non diliges illum, qui non solum decem millia talenta, sed infinitũ debitum tibi gratis remisit? Imo quod amplius est, ipse proprij sanguinis pretio soluit, vt te gratis à debito liberaret. Si autem diligis, dilectionis tuæ signa exhibe. Ne diligas sicut Simon, verbo & lingua, sed sicut Magdalena, opere & veritate. 1 Io. 3. v. 18. Inter quos ita discernit, & diiudicat Christus; qui conuersus ad Simonem ait; *Vides hanc mulierem?* Hanc, inquam, quam iudicas peccatricem? Vide iterum illam, quia nõdum bene cognouisti eam à fructibus autem eius cognosces illam. Vide etiam te ipsum, & à fructibus tuis dignosces te. Si autem vis nosse vtriusque fructus, *Ecce intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti, hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti, hæc autem vnguento vnxit pedes meos.* Ac si diceret; Tu

C

diligis me verbo, ista opere, tu nec vnum præstitisti dilectionis verum signum, hæc multa. Hæc credidit se debere denarios quingentos, & condonationem postulans, diligit, vt obtineat: tu putas nec quinquaginta debere; & diligere non curas; propter quod dico tibi, *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*: Scito multa esse ei remissa peccata, plurima debita condonata; cuius tibi signum sit, quoniam dilexit multum; multamque dilectionem, ex multis dilectionis signis probe conijcies.

Tunc inquit mulieri, *Remittuntur tibi peccata*: ipsoque temporis momento perfectissime osculatus est animam illius osculo oris sui, verbo scilicet, quod ab eius ore processit, imprimens illi ingentia dona gratiæ, & charitatis, quibus illam sibi vniuit; pacemque perfectam cum ea iniit. Vnde subdit statim, *Fides tua te saluam fecit,*

D

vade in pace. Esto quieto & tranquillo animo: Obtinuisti quod desiderabas, ablata sunt peccata, quę inter te & Deum diuisionem & discordiam efficiebant. Fides tua ex qua originem duxit tua pœnitentia, hoc impetrauit. Vade in pace. Non addidit autem, sicut dixit mulieri adulteræ; Ioan. 8. v. 11. *Vade, & iam amplius noli peccare:* Vel sicut dixit alteri languido; *Ecce sanus factus es, iam noli peccare; ne deterius tibi aliquid contingat*; quoniam Ioan. 5. v. 14. hæc non indigebat admonitione, quæ non

coacta,

coacta, sed spontanea ex feruentissimo Dei amore, odioque peccati, ad ipsum accedebat.

Quam noxia sit carnalis voluptas. §. 3.

SED postquam vbera Christi Pharisaico vino comparauimus, quo ebrius erat Simon iste, iam comparemus illa vino carnalium voluptatum, quo aliquando peccatrix hæc inebriata fuerat; sed iam Dei gratia experta est, quoniam *Meliora sunt vbera tua vino.* Meliora, inquam, non tantum quia honestiora, sed quia magis vtilia, iucunda, gloriosa, honorifica, & diuturna, vt iam supra dicere cœpimus. Licet enim vinum

Exhort. 9. carnalis voluptatis dum bibitur, bonum appareat, ac suaue; tamen re vera pessimum est, & a-

Prou. 23. v. 31. marissimum: propter quod Salomon ait; *Ne intuearis vinum quando flauescit, cum splenduerit in vitro color eius: ingreditur blande, sed in nouiss mo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet.* Triplicem inoule vini statum; primos cum splendet in vitro, antequam gustetur; secundus, cum bibitur, & per guttur transit; tertius, in nouissimo, postquam iam epotatum est. Sic triplex est terreoæ ac carnalis voluptatis consideratio: prima, cum res istæ delectabiles, & honorificæ nondum habentur: & tunc omnibus videntur splendidæ, & iucundæ; ideoque maximam sui excitant sitim; sed omnis eorum splendor est in vase vitreo, fragili, & cito perituro. Vnde necesse est, quod vinum effundatur, & pereat; *Homo*

Iob c 14. v. 1. *enim natus de muliere, breui viuens tempore, quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra.* Post visum autem splendentis vini, sequitur primus gustus suauis; ingreditur enim blande; nam cuncta hæc voluptuosa; dulcia sunt sensibus, qui ab adolescentia proni sunt in illa. At in nouissimo vinum istud mordet vt coluber. Nam translacto primo gustu, conscientiam valde torquet, animam & corpus vulnerat, multisque doloribus replet, & morsus eius aliquando est æternus, in hoc sæculo & in futuro amare torquens: & sicut C regulus venena diffundit, quia vbique, ac per vniuersum corpus, & animam plurima disseminat mala veneno mortifera. Meminit autem basilisci, qui visu veneoum diffundit, vt intelligas à visu cuncta hæc damna inchoari; & ideo ait; *Ne intuearis vinum, quando flauescit:* Id est, ne impudicos, & lasciuos conijcias oculos in hæc vo-

Vide Pierium lib. 15. luptuosa carnis: nam lædcria ab illis. Basiliscus etiam apud Ægyptios symbolum erat æternitatis, eo forte quod interfici vi non potest: cui

Marc. 9. v. 44. congruit id quod Saluator ait; *Vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.*

Sed quot & quam sæua sint hæc vulnera, & morsus isti, ipse Salomon in verbis præcedentibus explicuerat dicens; *Cui væ? cuius patri væ? cui*

Prou. 23. v. 30. *rixæ? cui fouea? cui suffusio oculorum? nonne iis qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis?* Vbi sex commemorat mala, quæ ex huiusmodi

1. carnali vino promanant. Primum, cum ait, *Cui væ,* quoniam seminarium est malorum, quæ car- D nalibus minatur Deus in hoc sæculo, & in futuro. In illos enim pronunciatur illa væ, quæ

Luc. 6. v. 24. Christus Dominus refert in Euangelio; *Væ vobis diuitibus, quia habetis hic consolationem vestram, væ vobis qui saturati estis, quia esurietis, væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis, væ cum benedixerint vobis homines.* Hæc enim væ, æternum minantur

A malum, quod sequitur post præsens, quod inordinato affectu concupierunt. Deinde, *Cuius patri væ;* quoniam tale est ingenium peccati, & cordis ad voluptuosa procliuis, vt parentes, fratres, & domesticos contristet, torqueat, & confundat. Cum multories etiam in eorum ignominiam vergat; iuxta illud, *Qui comessatores pascit, confundit patrem suum.* Prou. 28. v. 7. Ille autem comessatores pascit, qui suas insatiabiles concupiscentias nutrit. Vnde in tot decidit scelera, qui & parentes ignominia afficiat, rursus tertio addit. *Cui ri-* 3. *xæ:* quoniam inde oriuntur plures rixæ, & contentiones, tum inter domesticos, tum inter ciues, iuxta illud Diui Iacob; *Vnde bella, & lites in vobis? nonne hinc? ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris.* Iac. 4. v. 1. Imo etiam iustorum pacem perturbant, dum contra eos rixantur, vt eorum bona diripiant; sicut pastores Philistinorum rixati sunt cum pastoribus Isaac propter Gen. 26. v. 15. B puteos aquarum viuarum, quos foderant, volentes vsurpare eos sibi, quia omne vtile, & delectabile, etsi alienum, sibi appetunt, & ideo iurgantur.

Hinc aliud damnum oritur, *cui fouea?* quo- 4. niam dolos, & fraudes inueniunt, vt alios decipiant. In magna pericula, tentationes & laqueos se conijciunt, quibus irretiti in profunda corruunt delicta, ex vno in aliud miseré prolabentes; maxime vero in obscœna, & carnis illecebras, quæ merito foueæ etiam nominantur;

Prou. 23. v. 27. *Nam fouea profunda est meretrix, & puteus angustus aliena.* Et iterum. *Fouea profunda os alienæ, cui iratus est Dominus, incidet in eam:* Prou. 22. v. 14. sed etiam in corpus hæc damna redundant. Nam, *cui sine causa vulnera?* 5. Siquidem ex huiusmodi vitijs innumeræ proueniunt infirmitates, languores, lassitudines, & molestiæ, maxime ex gula, ebrietate, & luxuria, sicut cuidam meretrici dictum est, *Ecce mittam eam in lectum: & qui mœchantur cum ea in tribulatione maxima erunt, nisi pœnitentiam ab operibus suis egerint.* Apoc. 2. v. 22. Denique, *cui suffusio oculorum?* quia 6. in magnam mentis cæcitatem deciduot, in maximamque honoris iacturam, vrgentemque confusionem, & erubescentiam patiuntur ex Ierem. 21. v. 22. ipsismet vitijs, de quibus antea gloriabatur; iuxta illud, *Amatores tui in captiuitatem ibunt, & tunc confunderis, & erubesces ab omni malitia tua.* Isa. 1. v. 29. Et iterum. *Confundentur ab idolis, quibus sacrificauerunt, & erubescetis, super hortis quos elegeratis.* Ps. 48. v. 21. Maxima enim confusionis causa est, hominem qui ad summum honorem à Deo deuectus erat, in tantam degenerasse vilitatem, vt similis fit iumentis insipientibus, & qui Deo viuo, & vero sacrificare tenebatur, vilissimo idolo operi manuum suarum; turpissimæque creaturæ se subijciat. Quod confirmat Apostolus dum inquit, *Quem fructum habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis?* Ad Rom. 6. v. 21. Ecce ingentes miseriæ, quæ obueniunt *iis qui commorantur in vino:* Commorantur, inquit, quoniam non ob vnum, vel alterum peccatum in tot mala corruunt, si statim resurgant, sed si commorentur, & diu in peccatis suis permaneant, & computrescant vt iumenta in stercore Ioel. 1. v. 17. suo.

Qui ergo hæc mala profunde considerat, Isa. 29. v. 9. non potest non hoc vinum respuere, & hanc ebrietatem abominari, quæ non est à vino vitis, sed à vino immundæ cupiditatis, & carnalis concupiscen-

[illegible] lethargum men[illegible] [illegible] ecu. E[illegible] [illegible] ex [illegible] q[illegible] [illegible] *ebri[illegible] [illegible] omnes [illegible] vinum in dulcedine, quo [illegible] ab [illegible]* [illegible] Diuus [illegible] [illegible] patiuntur. [illegible] ebr[illegible], & [illegible] [illegible] eacu[illegible], & [illegible] [illegible] me[illegible] Hu[illegible] [illegible] laborant [illegible] [illegible] Lucæ 5. v. 12. [illegible] cœlestis in [illegible] fulgor [illegible] expergefactus in se[illegible] [illegible] reuersus est. Eandem p[illegible] M[illegible]ena, quamdiu vino concu[illegible] pi[illegible] ebri[illegible], nihil aliud quam spurcitias medit[illegible] [illegible] Christus Dominus à lethargo [illegible] auit.

Quam præcellens sit diuina consolatio. §. 4.

Sed [illegible] ebrietatem curauit? præbendo lac ex vberibus suis, quod carnalis vini fastidium, & odium [illegible] generaret; *Quia meliora sunt*, inquit, *vbera tua vino.* Tam pretiosa enim suot cœlestis sponsi vbera, & tam dulce lac diuinæ consolationis, vt si vel gutta peccatori misericorditer infundatur, omnium carnalium voluptatum ingeneret contemptum, & obliuionem. Insinuat hoc Dominus per Oseam, (*Osea* 2. v. 14.) cum videns Ierusalem tanquam ebriam ire post amatores suos, & oblitam Dei Creatoris sui, illius phreneticæ ebrietatis misertus ait; *Propter hoc ecce ego lactabo eam, & ducam in solitudinem.* Propter hoc, inquit, modo non puniam illam vt iudex, sed compatiar vt misericors pater, & astute lactabo eam. Hic lactare secundum multos Doctores non significat, lac præbere, sed decipere: & non incongruum erit, vtramque ex parte significationem amplecti, vt significet lac præbere, ad decipiendum, quod in malum & in bonum fieri potest. (Vide Ribe[illegible] super eum locum.) In malum quidem cum peccatores lac terrenum & carnale præbent, vt delicijs & voluptatibus alios decipiant, & in errorem pertrahant, de quibus inquit Salomon; (*Prou.* 1. v. 10.) *Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis*: Id est, si te blanditijs, & falsis promissis allexerint, ac decipere voluerint, ne consentias illis; Sunt enim velut Iahel, (*Iud.* 4. v. 19.) quæ lac præbuit Sisaræ, & statim cum silentio positum clauum super tempus capitis eius, malleo defixit in cerebrum; qui soporem morti socians defecit, & mortuus est. Et merito quidem; nam sicut vinum cum flauescit in vitro decipit hominem, & allicit, vt bibat, postea vero mordet vt coluber, & inficit, vt basiliscus; sic lac peccatorum, & eorum blanditiæ decipiunt, & alliciunt, vt eis fruamur; sed mox dum lethargo percutiunt, interitum animæ simul efficiunt.

Aliter tamen Deus lac præbens astute animam decipit; nam dum lac diuinæ consolationis, ac dulcedinis spiritualis infundit, cuncta mundi delectabilia insipida, & amara reddit, quæ proinde tam alacri animo contemnit, reijcit, & pessundat, vt ipsa ea tanquam stercora & detrimenta, vt mundani homines eam deceptam putent; & hoc est quod ait; *Ego lactabo eam, & ducam in solitudinem, & loquar ad cor eius*; quia exhibens illi intus lac diuinæ dulcedinis, faciam vt relinquat amatores suos, & cuncta quæ illi antea dulcia erant, ponamque eam in [illegible] solitudine, vt nullum habeat amatorem sibi charum, nisi Deum; nec vlla æstimet bona, nisi cœlestia, & æterna, nec vllam appetat consolationem, nisi quæ à Dei vberibus procedit, quam experta est incomparabiliter meliorem esse quam vinum. Nec tamen in solitudine [illegible] erit, quia ego ipse cum illa ero, & loquar ad cor eius verba blanda, & suauia, vt consoler, & confortem eam.

Hoc modo Christus Dominus lactauit, vt pie creditur, Magdalenam, cum ei lac cœlestis dulcedinis & amoris infudit, siue audiendo aliquem eius sermonem, siue cum à septem dæmonibus, quibus ob sua crimina tradita fuerat, & obsessa, liberauit; tanto enim Christi beneficio allecta, eiusque dulcem & affabilem erga peccatores benignitatē admirans, cœpit cuncta carnalia & mundana fastidire, & de præteritis illecebris erubescere, tanto animi feruore, vt hominum despectus nihil faceret, dummodo salutem inueniret. Cum enim (inquit D. Gregorius) (Hom. 33 in Euang.) turpitudinis suæ maculas aspexit, lautura ad fontem misericordiæ cucurrit, conuiuantes non erubuit; nam quia semetipsam grauiter erubescebat intus, nihil esse credidit, quod verecundaretur foris. Se cunctaque sua ad Christi pedes proiecit, quem solum in corde suo alijs spretis, retinebat purissimum amatorem, qui duxerat illam in solitudinem; quia in medio conuiuarum ita erat sicut in deserto, nec curabat præsentiam hominum, sed solius Christi, qui loquebatur ad cor eius verba salutis, spei, & consolationis: & quæ exterius locutus fuit coram Pharisæo, dulcius loquutus est in corde illius, vt intus sentiret peccatorum remissionem, pacem, lætitiam, & gaudium; quod omnem superat sensum, vt cælestis dulcedinis lacte reficeretur, quæ vinum carnalis dulcedinis contempserat: ipsoque experimento disceret, quia meliora sunt vbera Dei vino, fragrantia vnguentis optimis.

Fragrauit valde alabastrum vnguenti, quo (*Io.* 12. v. 3.) pedes Domini vngebat; pretiosum enim citra dubium erat, sicut quod postea effudit in Bethania; sed multo magis fragrauit noua eius, & stupenda conuersio, ac conuersionis modus. Fragrabant lachrymæ inter conuiuas, fragrabat rigatio pedum, & tersio, nō linteo, sed crinibus; fragrantia osculatio, taciturnitas oris, & clamor cordis, veniam petens, & pedibus inhærens, vnde illam obtinere confidebat. Sed vnde tanta fragrantia? nisi quia Christi vbera fragrabant vnguentis optimis, quorū participem fecit peccatricem, vt præteritum fœtorem pellens, fragrantissimam eam Deo, Angelis, & hominibus redderet. Factaq; est peccatrix hæc bonus Christi odor, per quem fragrantiam vberum, misericordiæ, & benignitatis eius, reliquæ meretrices, ac publicani, vniuersiq; peccatores agnoscant, & ad ipsum pro venia impetranda fidenter accurrant, quam sicut ipsi obtinebunt. De sponso enim dictum est; *Coma capitis eius sicut elatæ palmarum* (*Cant* 5. v. 11.)

palma-

palmarum, nigra ficut coruus: Vbi per comas intelliguntur iustorum animæ, quæ à peccatis resurgentes Christo adhæserunt; quarum vna, Ibidem. inquit Beda, fuit Magdalena: nec dedignatur cœlestis sponsus his nigris comis caput suum ornare, cum præcedens nigredo propter pœnitentiam maiorem conferat splendorem.

Quid discendum sit ab hoc Magdalenæ exemplo § 5.

EN tibi proposui præclarissimum exemplar pœnitentiæ, quo Christus Dominus non solum confundit huius Pharisæi superbiam & ignauiam, sed multorum etiam fidelium illi simi- Matth. 21. v. 31. lium; propter quos dictum est, *Amen dico vobis, quia publicani, & meretrices præcedent vos in re-* Baruch 4. v. 28. *gnum Dei*: eo quod decies tantum conuersi sunt ad Dominum à quo longe recesserant. Ideo autem præcedunt, vt quorum sequutus es malitiam, sequaris & pœnitentiam, vt similem etiam consequaris reconciliationis gratiam. Tibi ergo etiam dicitur; *Vides hanc mulierem?* quæ quondam fuit in ciuitate peccatrix, vide modo eius mirabilem mutationem, quæ vere est dexteræ Excelsi. Vide eius deuotionem, eius feruorem, & nouos modos Deum colendi, quos inuenit Isa. 3. v. 10. feruens amor; & dicito illi, *Quoniam bene, quoniam fructus adinuentionum suarum comedet.* Pharisæus parabat conuiuium Christo homini, Maria parat conuiuium Christo Deo: sed Christus facit illi suauius conuiuium, vt adinuentionum suarum fructus desideratos comedat. Non minus deuote, quàm eloquenter cuncta hæc describit Diuus Cyprianus, cum Christo Domino Serm. de ablutione pedum. ita loquens: Non dedignatus es in mensa solemni multis conuescentibus infamis personæ suscipere famulatum; cuius deuotio vsa est tibi capillis pro linteo, oculis pro catino, lachrymis pro Baptismo, tetigit, lauit, & vnxit vnguento. Mactata intrinsecus anima proprium in sancta sanguinem intulit; singula suum præbuere ministerium. Cor contritum erupit in lachrymis, fides lauit, charitas vnxit. Hæc multa tu conspectu tuo congerens holocausta, de fonte cordis fletus hausit, quos protulit: de pœnitentiæ pixide vnguenta quæ obtulit; caputque pro suppedaneo strauit, crinibus circumfusis pedes sacros inuoluit: & tu affectum potius quam factum attendens, vngebas vngentem, abluebas Nota. lauantem, tergebas intrinsecus pœnitentem. Superbo oculo Simon Leprosus hanc clementiæ suæ diligentiam non poterat intueri, sed moleste ferebat, quod tangi se ab huiusmodi persona Dominus sustinebat. Qui si lepræ suæ te attenderet mundatorem, non dedignaretur, si de plenitudine gratiæ tuæ alij acciperent. Si lauas immundos, si iustificas impios, si reuocas exules & abiectos. Hæc Cyprianus. Quæ si attente legas, & mediteris, insigne reperies exemplum dilectionis in Maria erga Christum, & in Christo erga Mariam. Hæc osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat, ille osculabatur spiritum illius, & vberibus suis dulcissime lactabat. Illa te excitat, vt eius sequaris exemplum, hic vt eius fruaris benignitate, qui te consimili afficiet beneficio.

Oportet tamen, vt etiam ab hac peccatrice, *Quæ accessit secus pedes Domini*, di[...]as [...] quam parit veritas, & [...]on[...]itatur charitas. Nam ex verissima cognitione sui, seipsam despexit, & indignam putauit, quæ coram Christo appareret, & ideo retro accessit; quia tamen charitate flagrabat, non a longe stetit, sed secus pedes se prostrauit. Hinc considerabat sua scelera, ac debita omni numero & pondere maiora, il[...]ne immensam Christi benignitatem, quem sciebat paratum ad condonandum [...]; illud eam humiliabat, vt in cinere & fauilla pœnitentiam ageret; hoc eam inflammabat, vt condonatorem ex toto corde diligeret: vt dicere posset cum sponsa; *Dum esset rex in accubitu suo nardus mea* Cant. 1. *dedit odorem suum.* Nardus, vt suo loco dicemus, L. 4. Exhort. est humilitas charitate sociata, quæ in Maria, cum esset Christus in suo accubitu apud Simonem, dedit odorem suum. Et quis odor eius nisi externa humilitatis, & dilectionis signa? Nardi odor fuit, lachrymarum profusio, irrigatio pedum, extersio capillis, vnctio & crebra osculatio, quorum fragrantia vniuersum replet, & lætificat orbem. Det ergo nardus tua similem odorem suum, & accedens ad Christi pedes, osculare illos, vt osculum reconciliationis ab ipso impetrare valeas.

Quomodo spiritualiter osculemur pedes Christi. § 6.

CVm autem (vt inquit Diuus Bernardus) Serm. 3. in Cant. triplex sit osculum, scilicet pedum, manuum, & oris; Maria non supremum elegit, nec medium, sed sedens in nouissimo loco, contenta est infimo: à quo tibi inchoandum est, vt cum dilectione simul serues humilem submissionem.

Sed qui sunt ij spirituales Christi pedes, ad quos accedendum est, vt osculemur illos? Re- Serm. 6. in Cant. spondet idem Diuus Bernardus, illos esse, de Psal. 110. v. 1. quibus Psalmista inquit; *Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.* Cum enim Deus simul sit & pater misericordiarum, & Deus vltionum, duos habet spirituales pedes, quibus ad peccatores venit, & appropinquat, misericordiam, scilicet, & iustitiam. Per misericordiam quidem compatitur eorum miserijs, per iustitiam vero aliquam satisfactionem, & recompensationem exigit, pro illatis sibi iniurijs, & aliquam etiam dispositionem præuiam, vt remittat illas. Iustum enim est, vt qui propria voluntate peccasti, propria etiam voluntate à peccato recedas, & qui tuis operibus malis Deo iniuriam irrogasti, operibus bonis facias quod potes, vt ei satisfacias, & indulgentiam obtineas. Eisdem pedibus etiam accedit Dominus ad eos, quos varijs tribulationibus agitati permittit, quæ ex eius misericordia simul & iustitia procedunt, dum per illas, & peccata punit, & ab illis purgat. Hos autem pedes vidit Ioannes similes esse Apoc. 1. v. 15. aurichalco, in camino ardenti; ardent enim illo igne, quem ipse Christus venit mittere in ter- Luc. 12. v. 49. ram; Nam quidquid agit siue ex iustitia, siue ex Cap. 11. v. 27. misericordia, totum id ex charitate, & amore o- Apoc. 3. v. 19. peratur, iuxta illud, *Parcis omnibus, quia tua sunt Do-* Prou. 3. v. 12. *mine, qui amas animas. Et quos amo, arguo, & castigo.* Cum enim sit summa bonitas, & charitas, si parcit, ex amore parcit; & si castigat, ex amore casti-

castigat, ne peccata dissimulet, sed emendet. Ardent enim pedes illius igne zeli, iræ & vindictæ, non quidem in peccatores pœnitentes, sed in eorum peccata, vt illa absumat; in contumaces autem vt illos destruat.

Ad hos autem Christi pedes accedere debes, tuis etiam propriis pedibus, nõ corporis, sed animæ, qui sunt eius affectus; potissime vero spes & timor. Spes quidem misericordiam respicit, timor iustitiam. Et sicut in Deo misericordia sociatur iustitiæ, ne sola misericordia nos faciat segnes, aut sola iustitia pusillanimes, sic etiam socianda sunt spes, & timor, ne sola spes falsam pariat securitatem, aut solus timor præcipitet in desperationem. Ambo autem hi pedes, sicut & Christi, ardere debent igne charitatis; vt ex charitate speres consequi Dei misericordiam, & ex eadem timeas iustitiam; cum vtraque sit valde amabilis, iuxta illud Psalmi; *Ps. 22. v. 4.* *Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.* Amandus est enim baculus misericordiæ, qui sustentat debiles, ne corruant, & virga iustitiæ, quæ percutit errantes, vt resipiscant. Tunc ergo oscularis Iesu pedes; quando ex affectu spei & timoris charitate inflammatus amas, & amplecteris diuinam misericordiam & iustitiam; à misericordia quidem confidenter petendo indulgentiam; iustitiæ vero humilem, & verecundam offerendo satisfactionem. *Ex Ber. ser. 4. in Cant.* Humilis quippe debet esse satisfactio, vt emendetur superba transgressio. Osculare Christi ardentes pedes, vt tui eodem igne amplius ardeant. Ardeant amplius igne amoris erga Deum, zeli vero, ac vindictæ contra teipsum, qui peccasti; & contra peccata, quæ commisisti; vt quidquid possis, præstes ad Dei iniuriam in te vindicandam, & maculam propellendam. Osculabatur Magdalena pedes Domini, & ardebat, & quanto plus osculabatur, tanto plus ardebat, & totis viribus satisfacere pro iniuria conabatur. Satisfaciebat lachrymis, rigando pedes, extergendo, vngendo, totamque se illius seruitio deuouendo; tantumque his osculationibus profecit; vt perfectæ reconciliationis osculum recipere mereretur; & illam dulcẽ audiret vocem, *Remittuntur tibi peccata; vade in pace.* Quandocumque enim ex affectu contritionis Deum placare studes, & pedes eius oscularis; prouocas diuinam misericordiam, & iustitiam, vt tibi osculum reconciliationis impertiantur: Fit enim in corde tuo, quod Psaltes prædixerat; *Ps. 84. v. 11.* *Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt.* Nam iustitia reperit satisfactionem, vel cordis dispositionem, quam à peccatore exigebat, & misericordia inuenit, cui merito indulgentiam præstaret, & osculum reconciliationis *Ge. 9. v. 12.* & pacis libenter tribueret: Quod signum est diluuii peccatorum transacti, & confœderationis cum Deo initæ, instar arcus cœlestis triplici ornati colore, scilicet, fide, spe, & charitate, seu gratia, virtutibus infusis, & donis, quibus animæ speciosa, & amabiles per Christum Deo redditur. Cui sit honor, & gloria, in sæcula sæculorum. Amen.

EXHORTATIO XIV.

De inspirationibus ad obtinenda noua incrementa gratiæ, & singularẽ cum Deo vnionẽ, quæ oscula oris Dei dicuntur: & de affectu, quo nos Dei manus, & os osculari debemus.

Osculetur me osculo oris sui.

POST primum reconciliationis osculum; quo vitæ spiritualis primordia dedicantur, cuius effectus hactenus explanauimus, osculum aliud maioris amicitiæ per noua incrementa gratiæ proficientibus indulgetur: cui succedit aliud singularis, & eximiæ cum Deo vnionis, quod sola, raraq; experitur perfectio. Non enim tantum Christus Dominus venit vt homines per ipsum vitam habeant, sed etiam vt abundãtius habeant per noua gratiæ & charitatis incrementa, quæ noua oscula oris Dei dicuntur; quatenus per quemlibet gradum gratiæ, & charitatis superadditum animã magis sibi vnit, sanctiorem reddit, clarificat amplius, filii Dei adoptiui *Io. 10. v. 10.* dignitatem, & nouum ius ad ampliorem hereditatem capessendam confert; nouoq; titulo spiritualem desponsationem fortius confirmat: quæ omnia signa sunt illius æterni amoris, quo iustos prosequitur, vt quos iustificauit, magnificare, & glorificare persistat.

Etenim licet ad huiusmodi augmẽtum promerendum, & cõsequendum necessaria sint nostra opera bona, dicente Paulo, *Veritatem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia.* *Ad Ephes. 4. v. 15.* Nõ enim crescemus in Christo, nisi vera opera & sancta ex charitate procedẽtia faciamus; tamen nihil efficient hæc opera, aut potius non erunt, nisi præcedãt Dei auxilia, à quibus potissime vniuersum prouenit augmentum; sicut idem Apostolus testatur, cum ait; *Nec qui plantat est aliquid, nec qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* *1. Ad Cor. 3. v. 7.* *Et, Deus est qui operatur in vobis, & velle; & perficere pro bona voluntate.* *Ad Philip. 2. v. 13.* Sed quomodo operatur? immittendo subito dulces, & fortes illustrationes, & inspirationes, seu cogitationes pias, ignitasque affectiones, quibus nos excitat, & iuuat ad eum perfectius cognoscendum, & ardentius amandum, operaque insignia virtutis & sanctitatis peragenda, tam vitæ actiuæ, quam contemplatiuæ. Et quia huiusmodi affectus à Deo repente emissi signa sunt maximi amoris electis amicis præstiti; nam, *Qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei:* *Ad Rom. 8. v. 4.* Ideo conuenientissime à Diuo Gregorio, & aliis Patribus, oscula oris Dei nominantur, quæ *In hunc locum.* sancte desiderantur à sanctis, vt in dies sanctiores fiant, & ipsi Deo chariores; ideoque non temere, sed pie cum sponsa dicunt, *Osculetur me osculo*, vel *osculis oris sui*: Id est; Veni Domine, & iunge mihi per auxilia gratiæ tuæ, visita me inspirationibus tuis, vt hoc tuo contactu te ardentius amem, & quæ tibi placent, melius perficiam. Vel vt explicat Diuus Gregorius; "Vtinam ille, quẽ super omnia, imo quẽ solum diligo, veniat qui dulcedine suæ inspirationis me tangat: quia cum eius osculum sentio, subita mutatione me derelinquo, & in eius similitudinẽ illico liquefacta transformor. Fastidit quippe sancta mens omnia quæ per corpus sentit, & in illa spiritalia

tota transformari concupiscit; ideoque osculum sponsi quærit: quia si ille grauissimi amoris vinculo non trahit, hæc vi suæ molestissimæ grauedinis detenta, quomodo se ad illum conferat non inuenit.

Infra lib. 5. Exhort. 7. agetur de hoc.

Sunt autem huiusmodi inspirationes multiplices. Nã quędam sunt horrificæ, quę timorem incutiunt, tremorem, vel pauorem, aut profundam reuerentiam, & animi submissionem, vel alios eiusmodi affectus, & huiusmodi non dicuntur oscula; magisque pertinent ad sequentem precationem, cum dicitur; *Trahe me post te.* Aliæ vero sunt dulces, & suaues, quæ cor molliũt, liquefaciunt, dilatant, & in Dei amorem vehementer accendunt. Quas forte D. Dionysius vocauit stimulos dulces diuini erga bonitaté suam amoris, & de huiusmodi intelligitur pręsens precatio, diligentibus Deum valde propria: quoniam cum iam gustauerint, quam suauis est Dominus, & quam dulcis, & efficax sit osculatio eius, vellent sæpius illam participare, vt in eadem dilectione valeant proficere.

Cap. 10. de diuin. nom. iuxta quandam versionem.

De osculis manuum Dei per virtutis opera insignia. §. 1.

SEd qui dona Dei petit, paratus esse debet ad cooperandum cum illis. Ideo si vis ad culmé perfectionis ascendere, quotiescumq; osculum huiusmodi diuinæ inspirationis persenseris, osculanté te deosculari debes: quod tũc fit, quãdo diuinæ inspirationi consensum præstas, & cũ ea cooperaris. Præclara enim opera quæ ex Dei impulsu procedũt, vt sunt à nostro libero arbitrio consentiente, dicuntur oscula nostra erga Deũ in signum amoris, & amicitiæ, quam cum eo inimus: Nam probatio dilectionis exhibitio est operis: Vnde mutuo Deus, & anima se redamãt, & osculãtur: ille per igneas inspirationes quas immittit, hæc per obedientiam & cooperationem, quam præstat.

Ex D. Greg. ho. 30. in Euang.

Sed vlterius oportet sedulo curare, vt ab osculo pedũ, quod ad tyrones spectat, vt iã vidimus, ascendas ad osculum manuum Dei, quod pertinet ad proficientes. Sicut autem osculari pedes Domini, est aliquid operari ex affectu pœnitentiæ, vel humilitatis, aut adorationis, & subiectionis ad Deũ, ad impetrandã veniam; ita osculari Dei manus, est ex affectũ gratitudinis, & gratiarũ actionis pro acceptis beneficiis aliquid operari, ad tribuẽdum aliquid Deo iuxta propriam facultatem, vnde augmentum gratiæ ipsius mereamur accipere. Huiuscemodi aũt opus ad grates agendas, tanto solet esse gratius, quanto aliis titulis minus est debitum. Nam seruare præcepta, est quasi tributa & vectigalia ex iustitia debita reddere, quæ necessario seruãda essent, etsi beneficia non præcessissent; at seruare etiam cõsilia, & præclara opera supererogationis facere, est quasi gratuita dona, & munera offerre, quibus eo modo quo possumus, pro acceptis beneficiis aliquid amplius Deo donamus.

Pro Do. 13. post Pent.

Ex D. Th. 2.2. q. 117. art. 2.

Ex D. Dorotheo.

Iob 31. v. 27.

Siue autẽ hæc, siue illa operemur, manus Dei osculari dicimur, si illa ad solius Dei gloriam dirigimus; illius liberali misericordiæ, & gratiæ, & non nostris meritis, & industriæ huiusmodi beneficia attribuentes; alioqui non Dei, sed nostras manus diceremur osculari. Quod valde exectiã [illegible] est, dicente beato [illegible] um *manum meam ore meo, quæ est* [illegible] *negatio contra Deum altissimum.* [illegible] osculatur manum suam, qui in [illegible] ipsi complacet sibi ea arrogat, [illegible] m quærit, vel ab aliis laudari man [illegible]. Manum suã, inquit D. Gregorius, oscu[illegible] ore suo, qui laudat quod facit, & testimonium propriæ locutionis sibi virtutẽ tribuit operationis. Qua in re quis despicitur, nisi is, qui ipsa operandi munera largitur? Vnde bene per Paulum dicitur; *Quid habes quod non accepisti? quod si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis:* Quæ negatio dicitur in Deũ altissimum, quia illũ negat, cuius despecta gratia sibi vires boni operis arrogat, recte quoq; iniquitas maxima vocatur: quoniam omne peccatum, quod ex infirmitate est, spẽ nequaquam perdit, quia supremo iudice veniã requirit. Præsumptio autem virtutis propriæ tãto grauius in desperatione est, quanto lõgius ab humilitate, cumq; vires sibi tribuit operis, ad iuuamen non recurrit authoris: fitque vt eo grauius peccator pereat, quo hoc ipsum, quia est peccator, ignorat. Hæc D. Gregorius, in eos qui superbia elati manũ propriam osculantur, dicentes; *Manus nostra excelsa, & non Dominus fecit hæc omnia: linguam nostram magnificabimus. Labia nostra a nobis sunt, quis noster dominus est? & in fortitudine manus meæ feci hæc.* Quibus respondet Dominus, non posse gloriari securim, serram, aut virgam, cõtra eum qui operatur per eã. Quasi diceret; Manus tua securis est Dei, serra, aut virga illius; manus autem Dei est, quæ te trahit, eleuat, scindit, secat, & per te cuncta operatur. Osculare ergo non manum tuam, sed manum Dei, eiq; gloriam tribue; nec velis esse sicut Deus, cum sis vilissima creatura.

Lib. [illegible] Bern. ser. 4. in Cant.

1. Cor. 4. v. 7.

Deu. 32. v. 28.

Psal. 11. v. 5.

Isa. 10. v. 13.

Et hoc est aliud turpius osculũ manus propriæ, cuius iuxta literalẽ sensum meminit Iob, quod signum erat venerationis, & cultus, quo à Gẽtilibus adorabatur sol cũ splendebat, aut luna cũ incẽdebat clare; quia enim idololatræ nõ poterant osculari solem, aut lunam à se distantes, osculabantur manũ suam, & versus illos eam eleuãtes protestabãtur eos osculari, amare, ac adorare tanquam Deos. Quo signo modo veneramur illos, cui aliquid porrigimus. Manum ergo tuã proprio ore oscularis, quoties respicis creaturas, in quibus vltimum finem cõstituens, peccatum lethale perpetras, vt illis placeas, vel illis inordinate fruaris. Sed absit à te osculum tam execrabile, quod est negatio Dei altissimi; factis enim negas Creatorem, præponens illi vilissimã creaturam. Quod si aliquando osculaberis manum tuam, sit versus solem iustitiæ, diuinã eius gloriam, & splendorem intuendo, illiq; cuncta attribuendo opera, eiq; semper gratias agendo. Et cum ipse vbiq; sit præsens, ipsius manus osculare, à quibus manus tuæ pendẽt, vt sua opera exequantur. Vere enim manus Dei excelsa facit omnia, & nõ nostra, nisi quatenus iubetur ab illa.

Vide Pinedam ibid.

Iob 31. v. 26

Est autem duplex Dei manus, & vtraque merito posset dici dextera, quia in Deo nihil est sinistrũ: nisi forte dexteram voces, qua operatur, & largitur spiritualia, & cœlestia dona: sinistram vero, qua terrena & temporalia; *Nam longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra ipsius diuitia, & gloria.* Lõgitudo vero dierum æternitatem indicat, quæ spiritualibus, & cœlestib. bonis adapta-

Pro. 3. v. 16

tur

tur, vel dextera erit amicabilis beneficētia, qua A largitur bona; sinistra vero liberalis misericordia, qua longe pellit mala, & noxia. Diuus Bernardus aliter has duas manus Dei nuncupat; vt *Serm. 7. in Cant.* „ vna dicatur latitudo, fortitudo altera; quod & „ tribuat affluenter, & defendat potenter, quod „ dederit. Et vtrāq; profectò osculabitur, qui in„ gratus non fuerit, Deum vtrique bonorum om„ nium, & largitorem, & conseruatorem recogno„ scens, & confitens. Vtraque autem manus omnipotentiæ coniungitur, quia omnipotens est diuina largitas; vt plurima, ac pretiosa dona præstet, & præstita conseruet, & per illa cum operātibus operetur, vt in dies crescant, & perficiantur. Si ergo non manus tuas, sed Dei ex animo grato ore tuo osculatus fueris, eodem ore confi- B denter dicere poteris, *Osculetur me osculo oris sui:* Illo, sc. osculo, quod inter amicos est frequens, quo amicitia iuita stabiliunt, & beneficiis fouetur, Certus autem esto, quod Deus ita te osculabitur; Nam sicut ingratis aufertur gratia, ita copiosius tribuitur iis, qui sunt grati. Experieris etiam quod sequitur; *Quia meliora sunt vbera tua vino.* *Ps. 144. v. 16.* Duo vbera idem sunt quod duæ Dei manus, hoc excepto, quod manus ad benefaciēdum omnibus extendūtur; *Aperis* (inquit) *manum tuam, & imples omne animal benedictione.* Vbera vero solis filiis & sponsis applicantur; quibus ex amore charitatis benefacit, & lac cœlestium donorum elargitur. Vnde quibus tribuit osculum, præbet & vbera, dicens; Ego Dominus Deus tuus, qui *Ps. 80. v. 11.* eduxi te de terra Ægypti, & paui te manna in deserto, *Dilata os tuum, & implebo illud;* lacte, scilicet, à meis vberibus profluente, vt tua expleam desideria.

Hinc fit, quod nō solum debes manus Dei osculari ex affectu gratitudinis operādo propter beneficia accepta, sed etiā vt alia denuo merearis recipere, quibus ipsi firmius adhæreas. Quo *Eccl. 26. v. 5* sensu dixit Ecclesiasticus de iis qui ab aliis mu- C tuum petunt, *Donec accipiant, osculantur manus dantis, & in promissionibus humiliant vocem suam:* Quia, scilicet, eum à quo mutuum petunt, vehemēter laudant, liberalitatem eius commēdant, & multa in eius obsequium se facturos humiliter promittunt. Hæc antè & sine periculo adulationis, Deo præstare poteris, cum ad eum accedis, di- *Lu. 11. v. 5.* cens; *Commoda mihi tres panes.* Nam qui propter importunitatē petentis surgit, & dat illi quotquot habet necessarios, multo libētius dabit propter illius gratitudinem, & animi submissionem. Et quis non libenter osculetur manus spōsi, de quo *Cā. 5. v. 14.* dicitur, *Manus illius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis?* Tornatiles quidem sunt, quia summa celeritate quod vult efficit per illas, & grato animo accipientibus cito ingentia dona tribuit, non tam terrena (quæ nihili facit) quā cœlestia, quæ per D hyacinthos significātur; quibus manus eius sunt plenæ, vt de plenitudine eius omnes accipiant. *Lu. 17. v. 15* Quicumque autem osculatur illas gratitudinis affectu, eodem osculo commouet eas, vt nouos ei hyacinthos effundat. Sic cū Samaritanus ille, quem Christus Dominus mundauit à lepra, regressus est, vt oscularetur manus eius, magna voce, magnoque affectu magnificans Deum; mox dixit illi, *Fides tua te saluum fecit:* mundans eum ab omni lepra animæ, sicut mundauerat à lepra corporis. Procidit autem ad pedes Domini gratias agens, vt simul ostenderet affectum humilitatis, quia leprosus fuerat, & affectum gratitudinis, quia mundatus est.

De supremo osculo oris Dei in contemplatione. § 2.

POSTQVAM manus Dei, vt decet, diu osculatus fueris, & hyacinthinis, cœlestibusque affectibus repletus, ad supremum osculum oris Dei poteris anhelare: quod non vnum est, sed multiplex. Illud autem quod omnia superat, non nisi raro, & paucis filiis, vel sponsis, qui specialem gratiam apud Deum inuenerunt, solet exhiberi. Transcendit enim communes leges, quibus amantissimus sponsus non est alligatus, volens dilectam animam supra seipsam eleuare, ad sublimem contemplationem, & amorem, ad actus anagogicos, mirabilesque quosdam affectus, & ext:ctus omnino supernaturales, cuiusmodi sunt reuelationes, apparitiones miraculosæ, ecstasis, suspensio, iubilus, & raptus, quo percipiuntur arcana Dei, quæ non licet homini loqui. In huiusmodi autem mentis excessibus præbetur summum osculum singularis amicitiæ, & intimæ vnionis, quo ita sibi Deus totam animam, eiusque omnes vires coniungit, vt eum solum perspicacissime contempletur, eo solo fruatur, in eo solo; omnium rerum temporalium oblita, conquiescat: quoniam (vt prædixerat Psaltes) *Abscondit eam in abscondito faciei suæ, à conturbatione hominum:* *Ps. 30. v. 23.* id est, in suæ diuinitatis tranquilla contemplatione, ac si faciem eius intueretur ea claritate, quæ viatori cōuenire possit, ea tranquillitate, quam nihil humanum perturbet, ea spirituali lætitia, vt vix concipi valeat: Nam ideo præmiserat: *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, quam abscondisti timentibus te!* Ea denique plenitudine ac satietate, vt tota possideatur à Deo, & possideat ipsum Deum; cui C lubens dicat; *Quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram?* *Ps. 72. v. 25* Et rursus. *Viuo non ego, viuit vero in me Christus.* *Ad Gal. 2. v. 2.* Nam Christus viuit in eius memoria, præmouendo eam, ne ipsius obliuiscatur: viuit in intellectu, illum illustrando: vt secreta cœlestia, & abscondita mysteria penetret, & cū inuisibili tanquam videns conuersetur; viuit in voluntate, eam inflammādo, vt tota quasi ignis fiat, sursum tendat, & in Deum ipsum se immergat; viuit in imaginatione, illam dirigendo, & miris imaginibus, quæ diuina arcana repræsentent, eam decorando. In toto denique viuit spiritu, ita eum in se transformādo, vt vnum fiant. Vnde quidquid tunc temporis vires animæ operantur, magis operatur ipse Christus. Quia a- *Ad Rom. 8. v. 14.* nima (vt de Diuo Ierotheo testatur magnus Dionysius) magis est patiens diuina, & Deus velut D agens: & qui ita spiritu Dei aguntur, sunt præ aliis charissimi filii Dei. Et quæ huiusmodi est anima, per quandam antonomasiam, vocatur in hoc Cantico amica, soror, columba, sponsa, & vnica perfecta: Quæ vnica, & non nisi à sponso vehementer præmota, & quasi extra se rapta, audet dicere; *Osculetur me osculo oris sui:* illo scilicet osculo, quo me ad supremam cum ipso vnionem euehat, vt vnus cum eo spiritus efficiar.

Hæc autem omnia sunt signa reciproci amoris inter Deum & animam singularis, & ve-

Lib. 4. de Contempl. c.16. & lib. 5. c. 5. hementissimi. Vnde Richardus de S. Victore de A itsa gẽs, sic ait. Certum signum tibi sit, quæcumque es anima, quod dilectum tuum minus diligis, vel ab illo minus diligeris, si ad theoricos illos excessus nondum vocari, vel vocantem sequi nõdum meiueris. Nam ex magnitudine diuinæ dilectionis pendet modus diuinæ reuelationis, & communicationis, iuxta illud, *Comedite amici, bibite, & inebriamini chariβimi.* Qui comedunt, dum sumptum cibum masticant, non sine mora, vel aliquo labore illud in quo delectantur, traiiciunt: qui vero bibunt, cum summa velocitate, vel facilitate illud, quod sitiunt, traducunt. Amici ergo & chari comedunt, quia cum multo studio, & longa meditatione vix possunt ad veritatis delicias pertingere. Charissimi autem bibũt, quia ex diuinis reuelationibus summa cum facilitate, & iocunditate hauriũt, quod de intima veritatis suauitate ardenter concupiscunt. Inebriantur vero, quia diuinæ reuelationis infusio eos dumtaxat, qui charissimi sunt, in mentis excessum abducit. Hæc carptim ex Richardo. Et ita communiter accidere ex historiis, & gestis Sanctorum satis constat: non quod perfecta sanctitas in his anagogicis affectibus sita sit, sed quia insigniter sanctis conceduntur, imperfectis vero communiter negãtur. De quo alibi fusius agemus. B

Cant. 5. v. 1

De ordinariis, & aliis contemplationis. §. 3.

HIs igitur, quæ extraordinaria sunt, relictis, quia nec decet ea petere, nec securum est ea inquirere, nisi diuina, vehemensque inspiratio in idipsum rapiat, licitum tamen, securum & sanctum est his, qui in osculis pedum, & manuum, quæ propria sunt tyronum, & proficientium, diutius, & fructuosius versati sunt, ad ea quæ sunt perfectorum ascendere, & ad sublimius osculum oris Dei aspirare, ipsius venerandam & amabilem faciem, ptont concessum fuerit, intueri, illique appropinquare, & per purissimum amorem ei vniri, dicentes; *Mihi autem adhærere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam.* Hoc est mihi bonum, honestum, delectabile & vtile, omne in se continens bonum, extra quod nihil mihi potest esse bonum, vt Deo glutine cognitionis, & amoris perpetuo adhæream, & in eo solo omnem meam fiduciam cõstituam, quærens faciem eius semper, non propter meum commodum, sed propter eius obsequium, & gloriam: non iam quia redemptor est à peccatis, aut quia benefactor tãtum (in his enim attributis aliquid proprij commodi inuenitur) sed quia summum bonum est, & propter seipsum infinite amabile. Ad hoc osculum anhelabat, qui dicebat, *Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram:* Hoc est; O Domine, tibi qui vides cordis mei intima, testificatur ipsum cor meum, quod te desiderem, de te semper cogitem, solicitus quod tibi placeam; facies mea te exquisiuit semper, & te intenta, directa, & eleuata, te solum cognoscere, & amare, tibique soli propter te placere concupiscens: nec vnquam ab hoc desistam, donec mihi ostendas faciem tuam, & illi summo amore cõiungar. Felices, qui ita Dei præsentiam quærunt, vt cum sic osculentur, eique amore inhæreant. C

Ps. 72. v. 28

D

Ps. 26. v. 8.

Hæc est enim generatio quærentium Dominum, quærentium faciem Dei Iacob; quibus nihil sic est in corde, ac quod dictum est Abrahæ, *Ambula coram me, & esto perfectus.* Hæc, inquam, est generatio eorum qui inuenerunt gratiam apud Deum, vt superius diximus, sicut de Noe dicitur; *Quod inuenit gratiam coram Domino, & cum Deo ambulauit.* Ambulare autem cum Deo est, cum Deo ambulante ambulare, eum operante cooperari, cum exe tante conscentire, in eius præsentia cuncta agere, eique soli, & non hominibus velle placere. Quod sic explicat D. Chrysostomus; Signate dicitur Noe inuenisse gratiam coram Domino, non coram hominibus: quia hunc vnum scopum ille habuit, quem spectabat semper, & ad quem se suaque omnia dirigebat, vt illo Dei oculo laudaretur, qui nunquam dormitat, qui nihil non videt, cui placuisse summa gratia & felicitas est; hominum autem gratiam aut contemptui, vel odium, vel beneuolentiam iuxta parui pendat. Quæ ergo sic est anima quantum crescit in gratia, tantum in fiducia dilatatur. Vnde fit, vt & amet ardentius, & pulset fidentius, pro eo quod sibi deesse sentit, donec illud cõsequatur. Ideoque supremum osculum Dei, quo ei intimius vniatur, concupiscit, & poscit dicens; *Osculetur me osculo oris sui.* Non peto oscula hominum, vel Angelorum, sed solius Dei: non quæro dona ipsius, sed ipsum: non postulo præsentiam eius, vt me ditet diuitiis, sed vt sinat ipsomet, qui est meæ diuitiæ. Se mihi ingerat, imprimat, & vniat, hoc solo contenta ero, nam, *Quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram?*

Isa. 23. v. 6
Gen. 17. v. 1
Ezech. 6.
Gen. 6. v. 8.
Hom. 23. in Genes.
Bern. ser. 9. in Cant.
Ps. 72. v. 25

Nec dubium quin pius pater & amantissimus sponsus hanc animam osculetur osculo oris sui, prout ipsa desiderat; & quidni osculetur eam ore suo, quæ ita separauit pretiosum à vili, vt quasi os eius esset? ita suo dilecto coniuncta, vt ambo idem sentirent, vellent, dicerent, & perficerent? Nam si voluntatem timentium se faciet, quomodo non faciet voluntatem vehementer diligentium se, qui tanto amoris impetu eius osculum concupiscunt? Quæ vero bona, quæ diuitiæ, imo quæ deliciæ ex hoc osculo proueniant; nemo nouit, nisi qui expertus est; manna est absconditum, quod nemo scit, nisi qui accipit: qui autem accipit, exclamat iterum, *Quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis:* Iam tetigi vbera, iam suxi lac, dulcedinem eius quis enarrare poterit? Fragrantiam vberum quis explicare valebit? Omne dulce, & odoriferum nihil est in comparatione illius. Gustate, & odorate, & videbitis quam suauis & fragrans est Dominus. Deliciæ eius (inquit Diuus Gregorius) cum non gustantur in fastidio sunt, cum comeduntur in desiderio; & quo amplius comeduntur, eo esuriuntur amplius; & quanto magis earum sapor percipitur, tanto amplius cognoscitur, quod auidius ametur. Et ideo non habitæ amari nequeunt, quia earum sapor ignoratur. Si gustaueris diuinum lac, statim acescet tibi terrenum vinum, quia vbera Dei meliora sunt, & dulciora quouis mundi vino; & gustata suauitate spiritus desipit omnis caro. Si adhæseris vberibus Dei, quæ fragrant vnguentis optimis, adhærebunt tibi vnguenta optima, & eorum fragrantia. Nam si qui tangit pi-

Ps. 33. v. 6.
Ex D. Greg. hom. 36. in Euang.
Ex D. Bernardo.

git picem, inquinatur ab ea, qui tangit pretiosum vnguentum, particeps erit illius. Adhærebit itaque tibi optima obedientia, profunda humilitas, fortis patientia, ingens spes, & ardens charitas: his optimis vnguentis fragrabis, quia per osculum Dei, ori, & vberibus coniunctus, similis illis fies.

De ordine seruando inter tria oscula. §. 4.

EN tibi proposui tria oscula animæ erga Deum, quibus respondent alia tria Dei erga animam, & accommodantur triplici statui eorum, qui incipientes dicuntur, proficientes, & perfecti, per quæ debito ordine ascendere debes: quia etsi charitas semper desiderio, & æmulatione tendat ad summum, tamen actu, & exercitio non nisi ascendendo ordinate per gradus peruenit ad illud. B Nolo (inquit Diuus Bernardus) repéte fieri summus; paulatim proficere volo, quantum displicet Deo impudentia peccatoris, tanto pœnitentis verecũdia placet. Citius placas eum, si mensuram tuam seruauens, & altiora te non quæsieris: longus saltus & arduus est, de pede ad os, sed neque accessus conueniens: recenti adhuc respersus puluere ora sacra continges? Heri de luto tractus, hodie vultui gloriæ præsentaris? per manum tibi transitus sit. Illa prius te erigat, dando vnde præsumas. Quid istud? decor continentiæ, & digni continentiæ fructus, qui sunt opera pietatis. Hæc te de stercore erigant in spem audendi potiora. Sane accipiendo donum, osculare manum: hoc est, non tibi, sed nomini eius da gloriam; tunc demum audebis forsitan ad ipsum os gloriæ caput attollere (pauens & tremens dico) non solum speculandum, sed etiam osculãdum; quia spiritus ante faciem suam C Christus Dominus, cui adhærens in osculo sancto, vnus spiritus eius dignatione efficeris. Ita Bernardus, & simile quod insinuat, id satis confirmat. Nam qui ab vna ripa fluminis in alteram longe distantem, vnico saltu temere transire intentat, locum in quo erat, amittit, & alium non acquirit, sed in medio corruit, & perit: sic saltus ab exercitiis tyronum ad ea quæ sunt perfectorum est temerarius, & periculosus; quia ex indiscreta, vel superba præsumptione oritur; ideoque In neutro statu proficiunt, qui ita salire præsumunt. Qui ergo inuitatur ad spiritualem cœnam, In qua fercula sanctitatis proponuntur, sedeat in nouissimo loco, & purgatiuæ vitæ exercitiis humiliter ad pedes Christi accumbat, donec ipse, qui inuitauit eum, dicat illi, *Amice, ascende superius*. Dicet autem tanto citius, quanto te humiliaueris profundius; quia omnis qui se exaltat, humiliabitur. D Magdalena enim ad pedes Domini se proiecit, vt veniam peccatorum impetraret, illosque nunquam reliquit: sed quæ pedes vnguento vnxit, confortata est, vt etiam vngeret caput. Et filius prodigus qui in sorte mercenariorum se humiliter posuit, ad sortem filiorum euectus, quem pater osculans tam ingentia dona concessit, vt filius senior inuidia tactus murmurauerit.

Serm. 3 in Cant.

Luc. 14. v. 10

Luc. 7. v. 38

Matt. 26. v. 7.

Luc. 15. v. 22

Hinc fit cauendum esse, ne incidas in Scyllã, cupiens vitare Charybdim: vt fugiens præsum- A ptionis vitium, cadas in pusillanimitatis barathrum. Etenim cum te Deus ad altiora præmouet, illum sequi oportet, quia vehementia diuini amoris non coarctatur limitibus humanæ rationis, & ita agnoscere debes propriam paruitatem, vt tamen non satieris inferioribus osculis, sed pretiosiora petas, si diuina inspiratione te senseris excitari. Quod sic explicat idem Diuus Bernardus de sponsa loquens: Gratias ago de osculo pedum, gratias ago & de osculo manus; sed si cura est tibi de me, *Osculetur me osculo oris sui*: Non sum ingrata, sed amo. Accepi, fateor, meritis potiora, sed inferiora votis, desiderio feror, non ratione. Ne quæso causemini præsumptionem, vbi affectio viget; pudor sane reclamat, sed superat amor; nec ignoro quod honor Regis iudicium diligit, sed præceps amor nec iudicium B præstolatur, nec consilio temperatur, nec pudore frænatur, nec rationi subiicitur. Hæc Bernardus. Vt declaret ardentem Dei amorem ab ipso excitatum insatiabilem esse, nec vllis contineri terminis, nec posse satiari, donec id obtineat, ad quod promouetur. Nam qui mouet ad tam insignia dona petenda, vult etiam elargiri illa, & nonnunquam ita munificum se præbet iis, qui fuerunt prodigi, & rebelles, vt inuideant qui semper fuerunt humiles, & obedientes; & illis singulare præstat osculum, & conuiuium parat, quod istis negat; non tamen sine consilio, & ratione, nec sine vtilitate; quia licet Dominus sit, & ex propriis bonis facere possit quod libuerit; tamen omnia cum sapientia iudicat, & vnicuique iustorum tribuit, quod illi nouit fore vtilius, vel ad diuinam gloriam manifestandam conuenientius; quam tamen tuis commodis debes præferre: propter C illam tamen semper debes maiora appetere, & meliora charismata æmulari, & in pretiosiora Dei oscula mentis aciem dirigere; nam qui dedit maius, si expedit, non negabit minus; & qui dat seipsum in Sacramento, non negabit supremum osculum; propter quod datur Sacramentum, vt sequens Exhortatio manifestabit.

Serm. 9. in Cant.

EXHORTATIO XV.

De sanctissimo Sacramento Eucharistiæ, & osculo diuinæ vnionis, quod præstat: de duabus speciebus sacramentalibus, quæ sunt velut duo vbera Christi ad lactandos fideles; & de fragrantia eorum.

Pro Festo Corporis Christi.

D Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino.

MIRA sunt & stupenda quæ de diuinis mysteriis, & beneficiis sub triplici metaphora, osculi, vberum, & vnguentorum fragrantium, hactenus diximus; sed omnipotens Deus, de quo Psaltes canit, *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus, escam dedit timentibus se*: cuncta illa in sacrosancto Eucharistiæ Sacramento in summam redegit, quæ tamen eisdem metaphoris sunt nobis enu-

Psal. 110. v. 4.

 cleanda.

cleanda. Comprehendit enim Eucharistia osculum, quo Deo vnimur, vbera quibus nutrimur, & vnguenta fragrantia, quibus vngimur, & roboramur: quæ omnia expetit Spōsa, cum inquit; *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis.*

De immensa Christi charitate, quæ splendet in Eucharistia. §. 1.

MAGNVM quidem, & mirabile osculum, quo Verbum Dei carnem assumpsit, sed vni singulari naturæ dumtaxat concessum est; nec enim decebat Deum plures sibi in vnitatem personæ naturas assumere. Sed sicut est Dei Filius ante sæcula genitus, ita vnus debuit esse filius Virginis in sæculo natus. Sed cum charitas Dei ignis sit infinitus, qui nunquam dicit, sufficit; non satiata est hoc osculo vni homini Christo B
Opusc. 58. c. concesso, nisi etiam, vt perpendit D. Thomas, in
5. omnes homines deflueret tanti amoris signum, & singulare beneficium. Ideoq; eius summa sapientia nouum inuenit modum, quo Verbum diuinum caro factum mirabili ratione sub accidentibus panis & vini, eorum destructa substātia, se occultaret; & mediis illis os, & labia accipientium ipsum per modum cibi, & potus, re ipsa tāgeret, & quasi oscularetur, in signū suæ erga nos supremæ dilectionis, & penetrās per fauces, vsq; ad viscera, ipsos mirabili quadam vnione sibi coniungeret, cælestibusq; bonis repleret.
Sess. 13. c. 2. Vt enim Patres Tridēti congregati testati sunt, "Saluator noster discessurus ex hoc mūdo ad Patrem, Sacramētum hoc instituit, in quo diuitias diuini sui erga homines amoris velut effudit, memoriam faciens mirabilium suorum. Et quæ sunt huiusmodi diuitiæ, nisi ipsa Christi diuinitas, & humanitas? Anima ipsius, in qua sunt omnes thesauri sapientiæ, & gratiæ Dei: Corpus pro nobis traditum, in quo placuit plenitudinē diuinitatis corporaliter habitare; Sanguis pretiosissimus, qui tanquam pretium superabundans pro mundi redemptione effusus est: Merita denique infiniti valoris ad impetrandas gratiæ diuitias, quas Deus, qui diues est in misericordia, potest nobis elargiri. C

Hæc sunt diuitiæ diuini erga nos amoris in hoc recondita mirabili Sacramēto, quod velut sacculum diuitiarum Dei dici potest. De eo qui-
Prou. 7. v. dem ascendente in cœlum dictum est; *Abiit via*
19. *lōgissima, sacculum pecuniæ* (id est corpus suum gloriosum) *secum tulit, in die plenæ lunæ* (id est in die iudicii) *reuersurus est in domum suam.* At quotidie nobis è cœlo occulte mittit hoc sacculū, quantitate quidem paruum, sed virtute, & re contenta immensum. Nam quid magis paruum, quam buccella panis, & gutta vini? Et quid magis immensum, quam tam ingētes diuitiarum thesau- D
Is. 30. v. 20 ri sub eis absconditi? *Dabit* (inquit Isaias) *vobis Dominus panem arctum, & aquam breuem, & non faciet auolare à te vltra doctorem tuum.* Et quis panis arctus nisi Sacramētum istud, in quo ipse doctor, & magister noster continetur? Auolauit quidem in cœlum secūdum formam visibilem, sed manet inuisibiliter in Sacramento erudiens, & docens nos aquam breuem Euangelicæ doctrinæ in dilectionis præceptis abbreuiatæ; cuius viua lectio est Eucharistia, in qua dile-

A ctio Dei erga nos creuit vsque ad summum. Nā,
Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigeni- Ioa. 3. v. 16.
tum daret: nō tantum semel per incarnationem, sed millies quotidie per Eucharistiam; vt omnis qui digne recipit ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam. Et hic etiam Christus dilexit nos, vt seipsum, omniaque sua nobis donaret, vt diuitias sui erga nos amoris quotidie ostēderet, tantaque submissione & liberalitate, ac si nihil daret. Ipse enim est homo ille plus quam homo; de quo in hoc Cantico dicitur, *Si dederit* Cant. 8. v. 8
homo omnem substātiam domus sua pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Nonne dedit pro sibi dilectis omnem substantiam suam, qui dedit nobis carnem & sanguinem, animam & diuinitatem, & omnes diuinas gratias suæ? Nonne quasi nihil despexit eam, cum sub vili tegumento accidentium panis & vini illam occultauit, vt nobis manducandam & potandam traderet? Vtinam & nos pro hac Christi dilectione sequenda omnem substantiam domus nostræ profundamus, & quasi nihil despiciamus eam.

Contemplare igitur cum Apostolo, vt id asse- Ad Ephes.
quaris, quæ sit latitudo, & longitudo, sublimi- 3. v. 18.
tas, & profundum charitatis Christi, quæ supereminet omnem scientiam, non solum humanā, sed Angelicam. Altissima quidem sublimitas amoris, quæ pertingit ad includendum in minimo sæculo, vasculo, & Sacramento, eum qui Ad Heb. 1.
nullibi includi valet; vtpote qui est Dei altissimi v. 3.
Filius, splendor paternæ gloriæ, & figura substātiæ eius; homo quidem, sed excelsior cœlis factus, sedens ad dexteram Patris, tanto melior Angelis effectus, quāto differentius præ illis nomen hereditauit. Illi enim sunt ministri, ipse vero Princeps, Rex Regum, & Dominus dominātium. Audisti altitudinem, sed vide profunditatem. Idem enim qui in forma Dei est, Patrique per omnia coæqualis, exinaniuit semetipsum, non tantum vt caro fieret, formamq; serui acciperet, sed etiam vt humili tegumento accidentium panis & vini se tegeret, fieretque noster cibus, & potus. O profunda sublimitas! ō sublimis profunditas charitatis Christi, qua nec sublimius potuit efferri, nec profūdius submitti. Sed quid dicam de latitudine, quæ omnes capit homines? Omnibus enim offert hoc conuiuium, hoc osculū charitatis, & pacis, non tātum principibus, & magnatibus, sed etiam quibusque vilibus mancipiis. Ad hanc enim cœnam Luc. 14. v. 21
magnam vocari iubet pauperes, ac debiles, cæcos, ac claudos, & quosuis transeuntes per vias, & sepes, omnesque satiare cupit, dicens: *Dilata os* Psal. 80. v. 11.
tuum, & implebo illud, non alio cibo, quam meipso, qui sum omnium plenitudo, & satietas Angelorum, nec quia commune est preciosum, est etiam rarum, sed frequens, & longum. Vis scire longitudinem? Quamdiu durauerit vniuscuiusque vita, imo quamdiu permanserit mundus, permanebit nobiscum. *Ecce* (inquit) *vobis-* Mat. 28. v.
scum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæ- 20.
culi. Panis est quotidianus, quamdiu hodie nominatur in nobis, non deficiet: ō mira longitudo diuinæ charitatis, ō immensa latitudo. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius. Diligite illum ex toto corde propter charitatis eius sublimitatem, & ex tota anima propter illius profunditatem;

Matt. 22. v. 37. Luc. 10. v. 27.

amateex tota mente propter immensam latitudinem,& ex omnibus viribus, propter æternam longitudinem ; clamareque ad ipsum magno cordis affectu *Osculetur me osculo oris sui.* Illo scilicet, quod oris sui verbis confecit, cum dixit ; *Accipite, & comedite, hoc est corpus meum.* Vtinam veniat, & accedat ad me Verbum Dei Patris cum illo preciosissimo osculo, quo suam est osculatus humanitatem, eam sibi coniungens in vnitatem personæ, & præbeat mihi hoc ipsum osculum huius sacramenti velamine obtectum; aperiam os meum, & accipiam illud, vt intus osculetur animam meam, eamq; sibi per amorem vniat,& diuitias sui amoris in me ostendat, & effundat. Vtinam hoc ipso osculo me erudiat vt comprehendam cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo,& longitudo, sublimitas,& profundum amoris ipsius, qui in hoc latet sacramento, quod nemo scit, nisi qui accipit ; accipiam autem vt sciam, & ideo osculum peto, vt erudiar, & inflammer. B

Qua ratione Christus per Eucharistiam animæ vniatur. §. 2.

SEd cum osculum vnionem amoris importet, iam eam explicemus, quam Christus Dominus operatur per hoc sacramentum in recipientibus illud, cum quibus fit non tantum vnus spiritus, sed quodammodo vna caro. Propter quod testatur Apostolus Christum dilexisse Ecclesiam. *Quia membra sumus corporis eius, de carne eius, de ossibus eius.* Sicut dictum est de viro,& vxore, *Quod erunt duo in carne vna.* Quod quidem, vt notat D. Irenæus, in Eucharistię participatione completur. Sumentes intra nos ipsammet Christi carnem,&(vt inquit Diuus Leo Papa) in hac mystica distributione spiritualis alimoniæ, hoc sumitur, vt accipientes virtutem cœlestis cibi, in carnem ipsius, qui caro nostra factus est, transeamus. Quod etiam testatur Diuus Chrysostomus dicens: Vt autem non solum per dilectionem, sed reipsa in illam carnem conuertamur, per cibum id efficitur, quem nobis largitus est. Cum enim suum in nos amorem indicare vellet, per corpus suum se nobis commiscuit, & in vnum nobiscum redegit, vt corpus cum capite vniretur. Hoc enim amantium maxime est. C

Ad Ephes. 5. v. 30. Lib. 5. contra hæreses c. 2. Epist. 23. refertur de consecrat. D. 2. in quibus. Hom. 45. in Ioan. & 61. ad populum.

Mirabilia quidem ista, sed intellectu difficilia, facilia tamen credenti quæ de Spiritu sancto iustis dato dicta sunt. Sicut enim inquit Diuus Ioannes: *Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo* : ita Christus Dominus ait: *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo.* Sicut ergo Spiritus sanctus qui charitas est, reipsa est intra animam, ad quam dicitur de nouo venire, cum in illa nouos gratiæ, & charitatis operatur effectus: sic Christus, eiusque preciosissima caro, & sanguis per communionem sumpta, est intra nos: non in figura vel vmbra, nec solum virtute, sed vere, & reipsa corporaliter sub illis accidentibus panis, & vini existens. Ita vt sicut iustus templum est Spiritus sancti in eo habitantis, sic etiam fit templum Christi intra ipsum vere existentis. Vt propterea merito, sicut notat D. Cyrill. Hierosolymit. vere simus Christophori, id est, Christum ferentes: qui dum intra nos est, mirabiles effectus gratiæ operatur, quibus magis nobis spiritualiter vnitur. D

1. Ioan. 4. v. 16. Ioan. 6. v. 55. De hoc Suarez to. 3. in 3. p. disp. 64. sect. 3. Catechesi 4.

A Verbum enim diuinum per carnem viuificam illi vnitam, quam præbet nobis, dat etiam Spiritum sanctum, & dona ipsius, animamque illustrationibus, & alijs opportunis auxilijs excitat ad digne & laudabiliter operandum, maxime que mouet ad feruentes deuotionis, & amoris actus. Vt hic etiam verum sit quod dixerat. *Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi.* Et quamdiu sum in breui mundo hominis, lux sum illius, mirabiliter eum illuminās, vt lucis opera perficiat. Ioh. 9. v. 5.

Hæc sancti Patres egregijs declarant similitudinibus. Quemadmodum (inquit D. Cyrillus Alexandrinus) modicum fermentum, iuxta Pauli sententiam, totam massam, cui coniungitur, fermentat, & sapidam reddit, nostroq; gustui,& nutritioni aptam, sic paruula benedictio B Eucharistiæ totum hominem ad seipsum trahit, & gratia replet, Deoque gratum facit. Vnde Saluator ipse simile esse dixit, *Regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum.* Fermentum quidem Eucharistia est, quam anima digne recipientis illam, abscondit intra se, quæ illa tria continet, vt notat Diuus Hieronymus, quæ D. Paulus vocat, spiritum, animam, & corpus, vel quæ dicebat Plato, rationale, concupiscibile, & irascibile: quæ per carnis Christi præsentiam redduntur fermentata, sanctificata, & inter se vnita.

Lib. 4. in Ioan. c. 17. 1. Cor. 5. v. 6. Matt. 13. v. 33. In Matth. 13 to. 9.

Rursus inquit idem Cyrillus, sicut vitis palmiti sibi vnito virtutem præbet germinandi, & folia, flores, fructusque producendi, ita & Christus Dominus, qui eiusdem est naturæ nobiscum velut vitis, & palmites. Et sicut palmes non potest ferre fructum nisi manserit in vite, sic nec nos nisi in illo manserimus. Cum igitur C per Eucharisticam communionem iustis ipsa per gratiam vnita adest intime præsens, vigorem peculiarem tribuit, quo sanctis desiderijs floreant, & germinent fructus bonorum operum, in ipsoque iugiter permaneant. Quod clarius sic explicat D. August. Humana (inquit) caro quæ erat peccato obnoxia, & ideo mortua; " carni Christi mundæ vnita, & incorporata, vnumque cum illo effecta, viuit de Spiritu eius, " sicut viuit corpus de Spiritu suo. Vnde sicut anima corpori coniuncta Spiritus quosdam excitat, quos vitales, vel animales vocant, quibus ipsum corpus, sensus, & cuncta membra debilitata reuiuiscunt, & vires resumunt ad operandum; sic caro Christi Domini animæ nostræ cōiuncta excitat in illa spiritus vere vitales, quos illustrationes,& inspirationes nominamus, quibus anima actu viuificatur,& roboratur, vt quæ Dei sunt magno exequatur feruore.

Ioh. 15. v. 5. Serm. 2. de verbis Domini.

Et hoc est quod ipse Dominus dixit summe D amplificans hoc donum, *Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem.* Quoniam vt filius Dei vnigenitus à Patre recipit vitam per æternam generationem, & ab eo missus in mundum, factusque homo etiam viuo propter patrem, quia ab ipso recipio cuncta quæ habeo, & ipse in me, & per me omnia operatur, sic etiam; *Et qui manducat me, viuet propter me*: quia Ioh. 6. v. 58.

 virtute

virtute huius cœlestis cibi viuet vitam gratiæ, vitam diuinam, & Deo dignam, operaque viua, & mira faciet, vitamque beatam consequetur.

Eucharistiam triplici modo carni nostræ prodesse. §. 3.

HÆc quidem operatur caro Christi in anima, sed quid in carne nostra? vt sint quodammodo vna caro. Sacramentum enim hoc, vt patres testantur, corpus, & animam sanctificat, & in vtriusque cedit præsidium, & emolumentum, omnes enim intra nos vermes serpentesq; (passiones scilicet inordinatas) mortificat, sedat membrorum nostrorum legem, pietatem corroborat, perturbationem animi extinguit, salutareque est medicamentum, prauas nostri corporis affectiones corrigens; vel quia ex abundantia deuotionis, quam in animam diffundit, hæc bona in carnem redundent, vt simul cor nostrum, & caro nostra exultent in Deum viuum; cuius præsentia cor, & lingua exultet, caroque in spe requiescat: vel quia caro diuino Verbo vnita fomitum moderetur, & reprimat; pias cogitationes, & meditationes in phantasia excitet, bonosque affectus immittat in appetitu sentiente, vt promptius & iucundius obediat spiritui, & quæ decent, coefficiat: vel tandem quia humores componit, qui furentium passionum motus excitant, ne rationem obruant, spiritumque extinguant. Si enim fimbria vestimenti Christi sanabat infirmos, & fluxum sanguinis patientes, qui illam tangebant, quid mirum, quod tegumentum sacramentale côtinens ipsammet Christi carnem etiam sanet, & moderetur corporis humores, qui animam à virtute retardant? Quod si sacra vnctio, quæ modicum oleum benedictum est, sanitatem corpori cum expedit, conferre solet, quidni Christus diuino oleo vnctus id excellentius præstabit, cum carne sua carnem tangit, vt illam ad bene operandum corroboret?

D. Cyrillus vbi supra. Psal. 83. v. 3. Psal. 15. v. 9. Marc. 6. v. 56. Matt. 9. v. 21.

Sed id mirabilius, quod illi tandem vitã conferet æternam, iuxta illud; *Qui manducat hunc panem viuet in æternum; & ego resuscitabo eum nouissimo die.* Dignum enim fit corpus nostrũ ex eo quod digne coniunctum fuit corpori Christi Domini, vt resuscitetur in nouissimo die ad vitam immortalem, impatibilem, & gloriosam. Propter quod, hoc diuinum sacramentum à concilijs & sanctis patribus vocatur symbolum resurrectionis, pharmacum immortalitatis, cibus nutriens ad vitam immortalem & æternam; ac pignus futuræ gloriæ tam animæ quam corpori tribuendæ.

Ioh. 6. v. 52. & 55. Conc. Nicenum. D. Ignat. epist. 2. D. Cyrill. li. 4. in Ioh. c. 16. & lib. 11 c. 17. Vide Suar. vbi supra sect. 2.

Ecclesia igitur bona hæc cunctis suis membra appetens, inquit: *Osculetur me osculo oris sui.* Id est vtinam Verbum caro factum me, quæ plures animas per fidem vnitas aggrego, osculetur vnico osculo oris sui, quod est Eucharistia, quo omnes etiam per amorem vnum simus; & sicut vbiq; terrarum in omnibus speciebus sacramentalibus est idem numero Christus, qui ab omnibus fidelibus suscipitur, veluti si vna anima pluribus iungeretur corporibus, sic per vnam deificam eius carnem omnes in vnum eiusdem spiritum commutemur. Hoc enim est quod dixit Apostolus, *Vnus panis, vnum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane participamus.* Quia enim vnus est omnium nostrum panis viuus viuificans edentes illum, ideo omnes qui de hoc vno pane viuimus, efficimur vnum corpus, vno illo osculo agglutinatum. Vnde in primitiua Ecclesia, vt refert Diuus Dionysius, ante Eucharistiæ sumptionem præcedebat mutua osculatio fidelium in osculo sancto, ad significandam vnionem, pacem, & concordiam quam comestio illius pacis sanciebat. Et ideo vocabatur communio, id est, multorum vnio. Et licet huiusmodi osculatio iam cessauerit, eius loco ante communionem quæ fit in missa solemni viget vsus in aliquibus Ecclesiis, vt fideles osculentur signum sacrum, quod vocant portans pacem. Propter quæ omnia oportet nos summo amore, & reuerentia Christum Dominum hic osculari, adorare, & benedicere; memores eius, quod supra retulimus ex Psalmo 2. *Osculamini filium seu adorate filium.* Vbi quidam legunt, *adorate panem.* Nam filius Dei futurus erat noster panis omni adoratione dignus. Iuxta illud Psalmi: *Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ;* quod Eusebius Cæsariensis de sacra explicat Eucharistia.

1. Cor. 10. v. 17. De Eccles. Hierarch. c. 3 part. 2 vbi dicuntur omnes interpretes illum. Vide Viegas in Apoc. c. 2. sect. 4. Ps. 21. v. 30. Lib. 10. demonstrat. Euangelicæ c. 3.

Duas partes Eucharistiæ esse quasi duo Christi vbera. §. 4.

SEd ardentius adhuc flagrare cõspicitur Christi charitas maternos inspirans affectus, & ad nutriendos paruulos dulces lactis emittens radios. Quod sequentia sponsæ verba satis indicãt, cum ait, *Quia meliora sunt vbera tua vino.* Quid enim sunt duæ partes Eucharistiæ, carnem, & sanguinem Domini sub accidentibus panis, & vini continentes, nisi duo vberrima Christi vbera, duoque perennes fontes cœlestis lactis gratiæ, & charitatis, deuotionis, ac spiritualis dulcedinis? Nam sicut pectus matris vberibus circumseptum, calore proprio sanguinem conuertit in lac, vt filiolum nutriat: ita amor Christi maternus panem conuertit in suam carnem, & vinum in proprium sanguinem, occultans ea sub accidentibus, vt ex illis tanquam ex duobus vberibus cœleste lac sugamus, quo nutriamur. O immensus Christi amor, infinities maior & melior omnium matrum amore! Quis (inquit Chrysostomus) loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? Quis pastor oues proprio pascit cruore? Et quid dico pastor? Multæ matres post partus dolores alijs nutricibus infantes dederunt: quod ipse facere noluit, sed quos peperit, non alijs nutriendos tradit, sed ipse studiosissime proprio corpore alit, & sibi coniungit, atque conglutinat. Tanta igitur charitate, & honore affecti non torpeamus. Nõ videtis quanta infantes animi alacritate mamillas arripiunt? qua pressione papillis infigunt labia? Non minore cupiditate nos quoque ad hanc mensam, & ad huius calicis accedamus papillam. Imo maiori desiderio, quasi lactẽtes gratiam spiritus sugamus. Hæc Chrys. simul coniungens amorem Christi maternum sua nobis vbera promentis, & affectum filialem, quo dona gratiæ ex illis nos sugere debemus. Siquidem huius sacramenti suauitatem, vt inquit Angelicus doctor, nullus digne exprimere sufficit, per quod

Hom. 60. ad pop. & hom. 83. in Matth. Opusc. 57.

quod ſpiritualis dulcedo in ſuo fonte guſtatur. A Quid eſt in ſuo fonte, niſi in ipſis vberibus, & ex ipſis? Quare multo melius in hunc cibum quadrat quod dicitur de manna omnis ſaporis ſuauitatem continente; *Sap. 16. v. 21.* *Subſtantia tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, oſtendebat, & deſeruiens vniuſcuiuſque voluntati, ad quod quis volebat, conuertebatur.*

Et quæ eſt ſubſtantia Chriſti, niſi eius corp⁹, & ſanguis. quæ vbera eius vocamus? Hæc dulcedinem ſuam in filios adoptionis oſtendunt, dum vniuſcuiuſque deſeruiunt voluntati, qui tantum lactis poteſt ſugere, quantum voluerit, recta & bene diſpoſita voluntate. O admirabilis vberum Chriſti vbertas indeficiens. *4. Reg. 4. v. 5.* Nũ ceſſauit manare oleum ex lecytho, quamdiu fuerunt vaſa vacua, apta ad recipiendum; & quantumcunque vas eſſet magnum, manebat pleuũ vſque ad ſummum: nec etiam deficiet ex his ſacramenti vberibus manare lac gratiæ, & donorum cœleſtium, quamdiu fuerint digne ſugentes illud. Et quanto vas cordis fuerit magis purum, & omni liquore terreno vacuum, tanto amplius capiet lactis; abundantiorque refectio erit: quia decreuit Deus vniuſcuiuſque deſeruire voluntati; iuxta quam etiam ad quod quiſq; voluerit, conuertetur inſtar manna, quod cum vnus cibus eſſet iuſtis præbebat ſaporem, & nutrimentum omnium ciborum, prout quiſque volebat: ſic ex vberibus Chriſti, qui vnicus cibus eſt in ſacramento, vnuſquiſque ſugit lac ſuę neceſſitati, & iuſtæ voluntati conueniens. Inde tyrones accipiunt vitiorum purgationem, & mortificationem carnis, ac paſſionum; proficientes incrementa virtutum, vnus huius, alter vero alterius: perfecti autem varios amoris, & vnionis affectus, deſeruiens ſingulorum voluntati digne præparatæ, vt tanto fruatur ſacramento.

Vere Domine Ieſu; *Meliora ſunt vbera tua vino,* quia infinite præſtant omnibus ſacramentis, & C ſacrificijs legis veteris: & dulcedo quæ in his vberibus guſtatur, maior eſt iucundior, & vtilior omni alia, quæ in terris haberi poteſt: hæc meliora, quia nos vndique meliores reddunt, & pulchriores omni virtute, & ſanctitate repletos. *Zach. 9. v. 17.* Nam *Quid* (inquit Zacharias) *bonum eius eſt, & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Frumentum hoc non eſt de humo ortum, ſed de cœlo deſcendens; vinum hoc non eſt de genimine vitis terrenæ, ſed de vite illa cœleſti, quæ dixit: *Ego ſum vitis vera,* quæ verum profert vinum, non in quo eſt luxuria, ſed in quo eſt virginitatis flos, & totius decus ſanctitatis. *Gen. 27. v. 8.* De quo Propheta Iacob: *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ frumentum, & vinum.* Nam ſub hoc frumento, & vino latet ros cœli, qui eſt diuinitas Chriſti, & pinguedo terræ, quæ eſt eius humanitas. Vnde vſq; hodie propter illius vehemens deſiderium clamat Eccleſia: *Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra & germinet Saluatorem.* Sacerdos enim qui è terra eſt, os aperit ad vocem cõſecrationis proferendam, & tunc cœlum mittit rorem, & nubes pluuiam, quæ continentur in ſacramento. *Cant. 5. v. 1.* Accede ergo, comede, & guſta, vt tu etiam dicere poſſis: *Comedi fauum cũ melle meo.* *Opuſ. 58. v. 24.* Id eſt (vt explicat D. Tho.) dulcedinem carnis A Chriſti, cum dulcedine diuinitatis eius: *Bibi vinum meum cum lacte meo.* Id eſt dulcedinem ſanguinis cum dulcedine ſpiritualis conſolationis, & gratiæ; hæc enim omnia tua ſunt, quia tibi dantur, vt ſint tuum nutrimentum, tuum ſolamen, & te vnum cum ipſo Chriſto efficiant.

Omnes ſitientes (ait Iſaias) *venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite. Venite, emite abſque argento & abſque vlla commutatione vinum & lac. Quare appenditis argentum & non in panibus? & laborem veſtrum, & non in ſaturitate? Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in craſſitudine anima veſtra.* *Iſa. 55. v. 1.* Ecce ad quinque ingentia bona te Propheta inuitat. Scilicet, ad aquas, vinum, lac, panem vſque ad ſaturitatem, & ad bonum cum delectatione in craſſitudine animæ. Quæ omnia in Euchariſtia inueniuntur: In qua ſunt aquæ viuæ gratiarum, & virtutum, imo eſt quaſi fons, & puteus aquarum viuentium ad extinguendam & ſatiandam ſiB tim animæ. Eſt vinum ſupercœleſte, quod vere lætificat cor hominis, & frigiditatem ſpiritus expellit, in Deique amorem & obſequium accendit: imo vt inferius dicemus, eſt cella vinaria, vbi huiuſmodi Spiritus ſancti muſtum eſt recõditum. *Lib. 4 exhort. 30.* Eſt inſuper quaſi vbera lactis, quod vini acrimoniam ſua dulcedine temperat, & dulciter nutrit, ac refouet. Eſt præterea panis viuus de cœlo deſcendens, & cor hominis confortans. *Luc. 11. v. 5.* Et quamuis ſit vnus, vocatur panes, quia tres continet, quos amicus ſibi commodari petebat: nempe diuinitatem Chriſti, eius carnem, & ſanguinem, & animam: à quibus proueniunt panis ſapientiæ reficiens intellectum, panis obedientiæ nutriens voluntatem, & panis fortitudinis corroborans corpus. Denique ibi bonum eſt omne continens bonum, honeſtum, vtile, & delectabile, quo ſpiritus noſter incraſſatur, impinguatur, dilatatur, nunquam recalcitrans, ſed ſemper in dies proficiens. Ve-C nite ergo, & emite hoc præcellentiſſimum bonum, quod gratis ſine vlla commutatione, & pretio exhibetur. Nam quidquid pretii datur, quaſi pro nihilo reputatur. Haurite aquas viuas ex his fontibus Saluatoris: educite ſupercœleſte vinum ex hac cella vinaria ſummi Regis: ſugite diuinum lac ex his vberibus Redemptoris: comedite panem qui de cœlo mittitur vobis ad ſaturitatem: poſſidete bonum quod vos vere faciet bonos, cuius adipe, & pinguedine repleatur anima veſtra, & labijs exultationis exultet cor veſtrum. Quare conſumitis diuitias, & vires, & non in hoc bono cõquirendo, in quo tot ſunt recondita bona? Ecce qui inuitat Deus eſt, ipſe gratis offert, & ſumme dare deſiderat, quia ita amat nos, ſicut mater filios ſuos.

Quoties (inquit ad Ieruſalem) *volui congregare filios tuos, ſicut gallina congregat pullos ſuos ſub alis.* *Matth. 23. v. 37.* Matrem ſe fatetur, & matrem vehementer amantem, ſicut gallina, quæ, vt inquit D. Augu- *Lib. 1. q. Euang. c. 36. to. 4.* D ſtinus, magnum affectum in filios habet, quorum infirmitate affecta, infirmatur & ipſa: quod difficile in aliis animantibus inuenies: vnde etiam alis ſuis pullos protegens contra miluum pugnat: ſic & mater noſtra Dei ſapientia per carnis ſuſceptionem infirmata quodammodo, protegit infirmitatem noſtram, & reſiſtit diabolo, ne nos rapiat. Et ſicut gallina peculiari cantu pullos

tu pullos vocat, vt granula comedant, quæ ſcalpens inuenit, & vt congregentur, congregatoſque alis circũcingit, defendit, & fouet: ſic Chriſtus ſpeciali ſua vocatione tam interna, quam etiam externa, filios per vniuerſum mundum diſperſos congregat in vnam Eccleſiam: vt hoc ſacramento veſcantur, & duabus eius partibus, quaſi duabus alis, eos in hac congregatione, & vnione conſeruat, fouet, & protegit. Nam ad hoc Euchariſtia eſt inſtituta, vt fideles per amorem in vnum congreget.

De fragrantia Euchariſtiæ, & ſacrificii miſſæ. §. 5.

PErgit ſponſa horum vberum ſublimitatem commendare, dicens; *Fragrantia vnguentis optimis.* Omnia enim aromata, & vnguenta odorifera & ſuperoptima, quæ in terris inueniri poſſunt, & in cœlis, in hoc ſacramento ſunt recondita, iuxta illud Pſalmi: *Vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Myrrha, & gutta, & caſia à veſtimentis tuis, à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo.* Ac ſi dicat Pſalmiſta: O Deus fili, Deus tuus, æternus Pater vnxit te vnctione Spiritus S. & omni plenitudine gratiarum longe ſuperante omnes electos, & cohæredes tecum futuros. Vnde fit, quod myrrha, gutta, caſia, & omnis generis aromata, & vnguenta optima, quæ intus te ſunt, defluant & ſpirent odorem per veſtimenta tua: hoc eſt per ſacramentalia accidentia panis & vini, quæ ad modum veſtimenti te circumdant, & contegunt, per illaque omnes gratias, & virtutes nobis impertiris; quibus ſobrie, iuſte, & pie viuamus in hoc ſeculo, ab hoc inquinamento carnis, & ſpiritus expurgati. Vnguenta enim hæc optima, non ſolum ſunt odorifera, ſed ſalubria, & medicinalia, ad omneſque morbos animæ pellendos valde proficua. Vnde inter ea numerantur myrrha, gutta, & caſia, quorum vſus eſt in medicinis: nam humores deſiccant, impediunt corruptionem & putredinem, vermibus reſiſtunt, aliaſque plures afferunt vtilitates, quæ omnia, vt iam vidimus, ſpiritualiter efficit Euchariſtia.

Pſ. 44. v. 8.

A · B · C (section letters in the inner margin)

Ad Titum 2. v. 12. tria hæc deſignantur per myrrham, guttam, & caſiam.

Myrrha quidem eſt humilitas profunda, qua Chriſtus glorioſiſſimus ſub vili tegumento ſuũ immenſum occultat ſplendorem vnde fit quod à multis purus panis habeatur, noſtraque elatio & ſuperbia curetur. Gutta vero eſt prompta obedientia, qua in ictu oculi ad vocem Sacerdotis conſecrantis panem & vinum, deſcendit è cœlo, & adeſt in ſacramento; vt propriam rebellemque noſtram comprimat voluntatem, & diuinæ ſubiiciat. Caſia autem pia eius miſericordia eſt, qua ſeipſum cibum fecit, & potum, vt eſurientes & ſitientes ſatiet, & cœleſtibus bonis repleat, noſque ad pietatem, & miſericordiam corroboret. Denique fragrantia veſtimentorum Chriſti, vt ſupra diximus, eſt quaſi odor agri pleni in hoc breui ſacramento incluſi, de cuius plenitudine recipias, quo in æternũ ſatieris.

Exhort. 5. Gen. 27.

Sed vbi inuenientur hæc veſtimenta, aut vnde educentur? Pſaltes reſpondet dum ait: *A domibus eburneis.* Id eſt, in palatiis & templis Eccleſiæ Catholicæ, vbi in altari conſecrantur à Sacerdotibus, & in ſacrario cuſtodiuntur, & etiam intra animas cõmunicantium, quæ ſunt Chriſti templa viua, & velut domus eburneæ, candidæ, terſæ, & fortes: ex quibus filiæ Regum, id eſt illæ quæ perfectiores ſunt, quæque illius fragrantiam magis percipiunt, maxime eum oblectant, orationes, cantica, hymnos, & munera illi offerentes, ad ſui præclari nominis gloriam, & honorem. Vtinam, ô anima mea, vna eſſet ex his filiabus regis, quæ Deo valde placere ſtudent, vt hanc Chriſti fragrantiam perciperes; mox enim ad ipſum curreres; quia *Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.* Id eſt vbicunque adeſt corpus in ſacramento, accurrunt ſpirituales animæ, tractæ ipſius odore, vt ipſum depaſcantur, & lacte vberum ſuorum dulciter reficiantur.

Matt. 24. v. 28. De hoc in lib. 2. exhort. 3. §. 4.

Sed quoniam Euchariſtia etiam eſt ſacrificiũ, quod Deo quotidie offertur in Eccleſia, ſub hac item ratione ita fragrat vnguentis optimis, quod odor eius ad cœlos vſq; aſcendit, Deum quantumuis fuerit iratus, placat, & quę per ipſum petuntur dona, cito impetrat. Obtulit poſt diluuium Noe ſacrificium Deo; *Et odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis*, id eſt, acceptauit tanquam odorem ſuauiſſimum; ſeu vt habet textus Hebræus; *Odorem quietis*, hoc eſt, quietum illum, & pacatum reddentem. Quod multo melius Euchariſtico ſacrificio aptatur, quod Deus odoratur in odorem ſuauitatis, & quietis; nam ſumme delectatus eius ſuauiſſimo odore omni indignatione depulſa placatus manet & quietus. Odores rerum ſenſibilium, vt notat Cardinalis Caietanus, nunquam ſunt odores quietis: quia quantumcunque ſint grati, ſi diu perſeuerant, faſtidio ſunt. At odor huius ſacrificij, vere eſt odor quietis, & quietem ſine faſtidio pariens; quia nunquam Deus poteſt faſtidire illum nec illum non acceptare. Nam etſi Sacerdos, qui vt miniſter offert, in peccatis ſit, & apud Deum fœteat, ſacrificium hoc odoratiſſimum manet: quia Chriſtus Dominus, qui eſt præcipuus Sacerdos, offerens ſemper & vbique ſumme fragrat, & ideo inquit: *In omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, grata, & odorata.*

Gen. 8. v. 21.

Vide Pererium ibi. 10. 2. diſp. 13.

Ibid.

Malac. 1. v. 11.

Eademque ratione fragrantia iſtorum vberum poteſt dici fragrantia quietis, quæ etſi multum duret, non generat faſtidium; ſed qui melius guſtat dulcedinem lactis eorum, amplius eſurit; & qui ſuauius odoratur, amplius odorari deſiderat, & ſemper clamat cum Pſalmiſta: *Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me. Impinguaſti in oleo* (valde odorifero) *caput meum, & calix meus inebrians quam præclarus eſt*, id eſt, quam ſumme ſemper expetendus. Hebræi olim comedentes manna, etſi dulce valde, faſtidierunt illud, dicentes, *Anima noſtra arida eſt, Nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi manna.* Et iterũ, *Anima noſtra iam nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo.* Sed hoc euenit tantum peccatoribus, qui carnaliter tantum cibum ſumentes Ægypti ollas appetebant; non vero iuſtis, quibus, vt diximus, dulcis erat, & vniuſcuiuſque deſeruiebat voluntati. Vnde de illis inquit Paulus: Omnes eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum ſpiritalem biberunt. *Sed non in pluribus eorum beneplacitum eſt Deo*, quia ſcilicet non ſpiritualiter ſincera fide, & humili obedientia

Pſ. 22. v. 5.

Num. 11. v. 6. & c. 21. v. 5.

D

1. Cor. 10. v. 4.

dien ia h[illegible]ca ſpirituali vtebantu[illegible] ſic & mo- A
d[illegible]m, qui Eucharıſti[illegible] faſtid[illegible]nt, quia
te[illegible]is, & v[illegible]uptu[illegible]ſis amplius delectan-
[illegible]c[illegible]m [illegible]od nau[illegible]en ſuper cibo dul-
[illegible]o, c[illegible] dulcedinem non g[illegible]ſtant, quia
[illegible] aliorum ciborum ſapore guſtum infectum
Pſ. 101. v. 5. hab[illegible]nt. Pinguelcit corpus, ſed anima eſt arida, quia cœleſte manna reſpuit, quo nutrienda erat. *Aruit*, inquit, *cor meum, quia oblitus ſum comedere panem meum*: non tamen obliuiſceretur, niſi faſtiditet: & quia non comedit proprium panem cor areſcit, & morti approximatur. Sicut ſcriptũ
Pſ. 106. v. 18 eſt: *Omnem eſcam abominata eſt anima eorum, & appropinquauerunt vſque ad portas mortis.* Et quomodo non appropinquabunt etiam vſq; ad portas inferni, qui abominantur hunc cibum, qui eſt omnis eſca, & omnia refectio mentis? at iuſti qui digne illum guſtant & odorantur, nulla tanguntur nauſea, ſed vehementi potius vrgentur appetentia; quia ipſo experimento didicerunt, quoniam meliora ſunt Domine Ieſu, vbera tua B vino, fragrantia vnguentis optimis.

De munditia neceſſaria ad ſumptionem Eucharistiæ, & quæ per illam communicatur. §. 6.

OPortet tamen ad hoc cœleſte conuiuium accedere veſte indutum nuptiali munda & fragranti, vt etiam myrrha, gutta, & caſia profluant à veſtimentis tuis, tuaque opera ſint his virtutibus fragrantia.

Eccl. 9. v. 7 Dixit quondam Eccleſiaſtes. *Vade, & comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuũ, quia placent opera tua*, ſed mox addit: *Omni tempore ſint veſtimenta tua candida, & oleum de capite tuo non*
Catech. 4. Ita Tutelmanus et sam. *deficiat.* Quem locum myſtice D. Cyrillus Hieroſolymitanus de corpore & ſanguine Chriſti, quæ ſub ſpecie panis, & vini latent, interpreta-
Sap. 9. v. 5. tur, de quibus diuina ſapientia ait: *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis.* Nec mirandum eſt quod diuina ſapientia pa- C nem, & vinum, ſuum vocet, & tandem quod nobis etiam dicat, comede panem, & bibe vinum tuum. Veriſſimum enim eſt vtrumque, cum panis iſte & Chriſti ſit, & noſter: & quia Chriſti eſt, ab ipſoque porrigendus, & nobis etiam neceſſarius, vt eo vitam ſeruemus, quotidie ei dicimus, *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* Comedendus autem eſt cum lætitia, & gaudio, quod ex bona & munda conſcientia profluit: & ideo dixit; quia Deo placent opera tua, quibus te ad hunc cibum ſumendum præparaſti. Oportet tamen quod omni tempore geras veſtimenta candida, id eſt, corpus, ſenſus, & cuncta etiam externa ſint munda, precioſa, & ſplendentia; & inſuper caput tuum oleo, & vnguento odorifero ſit delibutum, quod deſcendat à capite in oram veſtimenti, vt etiam ipſum odore fragret. Ex eo autem quod cibus iſte & potus quotidianus eſſe debet, recte infert, quod veſtimenta candida ſint omni tempore, nullaq; D macula coinquinata, & quod vnguentum à capite non deficiat. Iugis enim debet eſſe munditia, pinguis deuotio, & odor bonæ famæ, ſi frequens eſſe debet huius cœleſtis menſæ participatio. Nec tamen quotidiani defectus leues nos terrere debent, cum ipſa Euchariſtia ab eis mũdandi vim habeat, dummodo nobis diſpli-

A ceant. Audiſti Iſaiam coram Deo ſtantem, & *Iſa. 6. v. 5.* gementem, quia polluta habebat labia, qui autẽ pollutus eſt labijs, quomodo contingere audebit mũdiſſimum Chriſti corpus in ſacramento contentum? Sed attende quid fecerit vnus Seraphinorũ: *Volauit* (inquit) *ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum. Et dixit: Ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.* Siue autem calculus iſte fuerit pruna, & carbo ignitus, ſiue lapillus precioſus, qui carbunculus dicitur, vt inſinuat D. Hieronymus, & vertunt LXX. quia carbunculus quaſi ignitus lapis eſt, calorem & ſplendorem ignis referens; vtroque tamen modo mire Euchariſtiam repræſentat, quæ in altari à Chriſti miniſtris, qui eius Seraphini ſunt in terra, ipſius amore ardentes, quotidie offertur, & in ſacrario ſeruatur fidelibus impertienda. Eſt autem carbo ignitus vt teſtatur D. Damaſcenus; quia carnem conti- *Lib. 4 fidei c. 14.*
B net diuinitati vnitam ardentiſſimo amoris igne flagrantem, vt eius participatione igniamur & ipſi. Eſt etiam calculus gemmeus, ſeu carbunculus, quia precioſiſſimus eſt, & ſplendidiſſimus, & ignis formam, & vim refert, non ad lædendum, ſed ad illuminandum, & in Dei amorem accendendum cor. Quod ſi vim habet comburendi & conſumendi, in peccata & maculas exerit illam. Applicuit ergo Seraphim calculum ori Iſaiæ, vt illum exoſcularetur, quo tactu mundatus eſt, & ablata iniquitas eius: quoniam dum Sacerdos animæ leuibus maculis coinquinatæ, ſacramentum applicat, virtute ipſius munda manet. Et quia non eſt Sacerdos qui *Sic legit* mundat, ſed Chriſtus, qui in ſacramento conti- *Vulgata* netur, non dixit Seraphim: Ecce tetigi hoc labia *correcta,* tua, & mundaui iniquitatem tuam; ſed potius, *ita Sixti V.* *Ecce hoc tetigit.* Nam calculus tegit, & calculus Ecce tetegit hoc. mundauit, & abſtulit peccatum, & ad tactum eius diſſipata eſt iniquitas. Si ergo calculum iſtũ
C diuinum ab altari acceptum deuota mente oſculatus fueris, id eſt, ore proprio adoraueris, tetigeris, & manducaueris, ab illo etiam mundaberis. Quia carbo iſte ignitus omnes has immunditias adurit, & conſumit.

Sed quid eſt quod Seraphim non eſt auſus ex altari calculum manu accipere, ſed forcipe, poſtmodum vero relicta forcipe eum in manu retinuit, vt os Prophetæ tangeret? Hoc enim indicant verba Prophetæ; *In manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari.* Nunquid agebat perſonam hominis, qui calculos quos prius putabat eſſe carbones accenſos, poſtea vidit eſſe carbunculos? an quia inſinuabat Chriſtum Dominum duplicem nobis incutere affectum? primum reuerentiæ, timoris, ac tremoris; quia non ſolum eſt pater miſericors, ſed iuſtus iudex. Et qui in ſacramento vita eſt bonis, mors eſt malis; *1. Cor. 11. v. 9.* *Qui enim manducat corpus Domini indigne, iudicium ſibi manducat, non diiudicans corpus Domini.* Et hic
D affectus non vnit nos immediate Chriſto, nec à culpis mundat, licet ad vtrumque præparet: & hoc indicat ſumpſiſſe calculum de altari, non manu, ſed forcipe.

Sed poſtea ſecundum influit affectum amoris, & dilectionis, quo immediate vnimur illi, propter eius immenſam pulchritudinem, & precioſitatem; & hunc affectum indi-

cas

cat fumptio calculi in manu, cui os osculo, & tactu mundata sunt labia Isaiæ: quia affectus iste amoris erga Christum valde nos purificat ab omnibus immunditijs, & imperfectionibus, accenditque animam, vt alios etiam mundare, & purgare concupiscat.

Vnde sicut Isaias cum primum tactu calculi mundatus est, audiens Deum dicentem, *Quem mittam? & quis ibit nobis?* mox respondit: *Ecce ego, mitte me*, paratum se præbens ad obediendum illi in omnibus, quæ iussisset, & ad eũdem quocunque mitteret illum. Sic qui digne sumit Eucharistiam, ab eaque mundatur, & inflammatur, statim se, omniaque sua Deo offert, cũ magna animi promptitudine ad agendum quidquid præceperit, & ad exequendum quidquid ordinauerit. Comede igitur cum lætitia panem istum Angelorum, cũius virtute placebunt semper Deo opera tua; & omni tempore vestiméta tua erunt candida, ne coleum deficiet de capite tuo, quoniam panis iste, cuncta hæc conferet, & conseruabit in sæcula sæculorum, Amen.

EXHORTATIO XVI.

De osculo felicitatis æternæ, quo Deus vnitur beatis in gloria: de affectu quo desiderabatur à Patribus in Limbo, & quo nunc desiderandum est, & postulandum à iustis.

Osculetur me osculo oris sui.

AScendamus iam ad supremum osculum, quod Deus tribuit beatis in gloria, cuius gratia cætera conceduntur in terra: vt illius amore inflammati audeamus dicere, *Osculetur me osculo oris sui*. Vox est in primis Ecclesiæ antiquæ desiderantis apertionem regni cœlorum, quæ per Christum facienda erat: sed vehementior vox Ecclesiæ antiquorum patrum, qui in limbo detinebantur captiui, & aduentum Saluatoris desiderabant, vt ab illo carcere eos educeret, & in regnum cœlorum transferret. Deus enim de quo Dauid canit: *Gratiam & gloriam dabit Dominus*: etsi antiquis patribus statim dederit gratiam propter merita Christi venturi, vt postea dicemus, tamen decreuit nulli hominum dare gloriam, donec veniret in mundum, & tanquam primogenitus electorum, & caput omnium hominum hæreditatem regni cœlestis primus acciperet. Interim tamen portæ huius regni clausæ erant: omnesq; iusti, qui tunc temporis moriebantur, in carcere quodam subterraneo, qui dicebatur limbus patrum, detinebantur captiui, expectantes Saluatorem; qui illos in paradisum traduceret: vnde & Iacob morti proximus dicebat: *Salutare tuum expectabo Domine*. Vniuersaque illa Ecclesia seu iustorum cõgregatio magnis clamoribus, desiderijs, ac suspitijs dicebat: *Osculetur me osculo oris sui*. Vtinam iam Saluator adueniat, vt sicut nos liberauit à culpa largiens gratiam; ita nos eruat ab hoc carcere, & osculũ felicitatis æternæ præbeat, & quia spes, quæ differtur affligit animam, non poterant, non tristari, vt docet Diuus Thomas, de tantæ fœlicitatis dilatione. Nam, vt inquit D. Gregor. graue illis tædium fuit post solutionem carnis, adhuc speciem non videre Creatoris.

De descẽsu Christi ad inferos.

Psal. 83. v. 12.

Gen. 49. v. 18.

Prou. 13. v. 12.

3. 4. q. 3. 2.

Venit tamen Christus Dominus, & in ipso suæ conceptionis momento hæreditatem cœlestem accepit, & anima eius æternam obtinuit felicitatem. Sed non tunc apertum est reliquis hominibus paradisi ostium, quia opus Redemptionis erat consummandum per passionem eius; cuius sanguis foret clauis ad aperiendum regnum cœlorum, vnde & in cruce aperuit illud, cum latroni dixit: *Hodie mecum eris in paradiso*, id est, hodie paradisi portas apertam, vt mecum intres in illum. Quæ verba, vt notat Origenes, non soli latroni dicta putantur, sed omnibus sanctis, pro quibus in infernum descendit. Etenim quia de Christo Domino prædictum erat; *Spiritus Domini super me eo quod vnxerit me, ad annunciandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis* (scilicet contra peccata) *Deo nostro*. Impleuit hæc Christus Dominus, cum in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est, pertransiens benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo. Sed quia in aduentu eius misericordia Domini plena erat omnis terra, vt etiam peruenirent ad infernũ, vbi sola Dei vigebat iustitia: decretum est vt Christus etiam descenderet in inferiores partes terræ, vt mederetur contritis corde, qui ibi erant, & captiuis prædicaret indulgentiam, ac clausis desideratam apertionem: dicens, vt inquit idem Isaias, *His qui vincti sunt, exite, & his qui in tenebris, reuelamini*. Hoc autem fecit post mortem suam; non in carne, sed in spiritu, cum anima ipsius diuinitati coniuncta descendit ad inferos, vt ibi prædicaret annum placabilem, & mortuis etiam euangelizaret, sicut expresse testatur Diuus Petrus iuxta multorum patrum interpretationem cum ait: *Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo mortificatus quidem carne, viuificatus autem spiritu, in quo* (scilicet spiritu) *& his qui in carcere erant spiritibus veniens prædicauit*. Vt sicut homo hominibus euãgelizaret, ita spiritus eius spiritibus euangelizaret, & munus Saluatoris erga illos exerceret, dans illis gloriam, sicut dederat gratiam. Quod & factum est, vt quam cum primum limbum ingressus est, illum conuertit in paradisum, & omnes illic existentes osculatus est osculo oris sui, tribuens eis dulcissimum osculum felicitatis æternæ, impertiẽs illis lumen gloriæ, quo clare viderent diuinam essentiam: iuxta id quod prædictum fuerat: *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino*. Vnde tandem ex illo tenebroso carcere educens, tãquam potens triumphator, statuto tempore ascendens in altum, captiuam secum duxit hanc captiuitatem, & in cœlum empyreum introduxit. Hoc de antiqua Ecclesia attigisse sufficiat: sed quanta sint, intelligemus ex his quæ subijciemus statim de noua.

ar. 4. ad 2. Vide Suar. ibi disp 41. sect. 1. h. 12. Mor. c. 10.

Luc. 23. v. 43.

Hom. 15. in Genesim.

Isa. 61. v. 1.

Baruch. 3. v. 38.

Act. 10. v. 38.

Ad Eph. 4. v. 9.

Eccl. 24. v. 45.

Isa. 49. v. 9.

1. Petr. 3. v. 18 & c. 4. v. 6.

Ita habet lectio Vulgata modo correcta.

Sanctum Thomam fert Suarez to. 2. in 3. p. disp 41. sect. 1 & disp. 43. sect.

Eccl. 24. v. 45.

Vide infra exhort. 29. §. 2.

Quam immensum bonum sit æterna felicitas. §. 1.

PRecatio hæc, *Osculetur me osculo oris sui*, vox est potissime nostræ Ecclesiæ militantis quæ vehementer appetit æternam pacem, & felicitaté Ecclesiæ triumphantis. Vox est etiã iustorum, qui degunt in terris appetentium beatitudiné, qua

sancti

sancti fruuntur in cœlis. Vox item sit omnium nostrum clamátium ad Deum, vt osculetur nos illo supremo osculo, in quo omnes sui erga homines diuitias amoris effundit, non signis obseratas, sed palá reseratas, non minutatim, & diuisim, sed coniunctim, totas simul tanta plenitudine, quantam quisque pro suis meritis potest capere, vt maneat plenus sine defectu, & satiat' sine fastidio, Deus enim, qui est infinita sapientia, immensa bonitas, admirabilis pulchritudo, incomprehensibilis omnipotentia, inuincibilis fortitudo, & summa liberalitas diuitijs affluens, quæ exhauriri nequeunt, fons omnium bonorum, quæ desiderari valent, vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, & magnitudinem potentiæ suæ decreuit palam facere seruis suis omnia quę in ipso erant recondita, soloq; fidei lumine illis fuerant manifestata, infundens illis nouum, & admirabile lumen gloriæ, vniensq; se ipsum intellectui eorum, non per creatas imagines, & figuras, sed per suammet diuinam essentiam, vt eá intueantur, non iam per speculum in ænigmate, sed clare, & facie ad faciem. Hinc semper *Stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, & prospiciens per cancellos*; quia non se præbet videndum, nisi per fidem obscuram, vel imagines, aut repræsentationes corporeas: at in cœlo sublato pariete, & cancellis omnibus, palam ostendit faciem suam. Facies n. Dei est ipsamet diuinitas, sapientia, pulchritudo, & omnigena eius perfectio, qua ab alijs, quæ non Deus sunt, secernitur, sicut vnus homo per faciem dignoscitur, & distinguitur ab alio. Hæc immediate coniungitur animæ per hoc felicissimum ipsiusmet oris Dei osculum, ita vt nihil intercedat inter eum, & animam, sicut nihil interponitur inter osculanté & osculatum. Tam immensa n. est eius diuinæ faciei pulchritudo, vt clare visa, suaui quadam necessitate, & dulci violentia rapiat voluntaté, vt eam diligat toto corde, tota mente, tota fortitudine, & omnibus viribus suis, qua dilectione, & amore beatifico perficitur mutuum osculum, & mutua vnio inter Deum & animam per charitatem omnem scientiam superexcedenté. Deus n. qui charitas est, palam illi apparet, & seipsum illi dat, vt ipsa per charitatem summe redamet, & in Deo maneat, ac Deus in ea, non amissibiliter, vt in hac mortali vita, sed inamissibiliter, & omnimoda, ac perpetua securitate. Vnde manat fluuius pacis, & torrens voluptatis, gaudium ac lætitia, quæ omnem sensum superat, animam omnino replens, ac plene satiás, quia in vno bono possidet omnia bona, & videt clare quæcunq; credidit obscure. Nam *Sicut audiuimus* (ait Psaltes) *sic vidimus in ciuitate Dei nostri*; qua visione summa admiratione, ac stupore capta instar reginæ Saba clamat ad regem gloriæ. *Verus est sermo quem audiui in terra mea, super sermonibus tuis, & super sapientia tua; & non credebam narrantibus mihi.* Id est non satis percipiebam q̃ mihi narrabantur. *Donec ipsa veni, & vidi oculis meis, & probaui, quod media pars mihi nunciata non fuerit: maior est sapientia, & opera tua quam rumor quem audiui. Beati viri tui, & beati serui tui, qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam.* O ter quaterque beati, & millies beati, qui Deo fruuntur, quia semper & in æternum stant, & stabunt corá ipso audientes eius sapientiam, & arcana, quæ non licet homini loqui, videntes eum qui omnia videt, & in eo omnia quæ ipsi cupiunt; visione sua illum possidentes cum summa delectatione natantes velut intra mare immensum in gaudium domini sui, vt vndiq; referti sint gaudio, & repleti ineffabili consolatione.

Hester 1. v. 4.

1. ad Cor. 13. v. 12.
Cant. 2. v. 9.
De hoc ibi fuse.

Ps. 47. v. 9.

3. Reg. 10. v. 6.

Hoc est quod dilectus Dei discipul' nos monet, vt soletur afflictos, dicens: *Chariss mi, nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus, quoniam cum apparuerit similes ei erimus. Quoniam videbimus eum sicuti est*: Ac si dicat: Erigite animum, estote spe gaudentes, contemplamini non quæ videntur, sed quæ non videntur, non quæ apparent, sed quę aliquando apparebunt. Nunc quidem filij Dei sumus per gratiam, ius habemus ad hæreditatem paternam; sumus quidem spe diuites, sed re pauperes, quia nondum possidemus quæ speramus. Habemus intra nos Spiritú sanctum, qui datus est nobis, sed nondum intuemur illum. Percipimus aliquos eius fructus, sed omnes sunt velut stillæ roris, & guttæ aquæ respectu maris. Aliquid gustamus, sed nondum perfecte fruimur. Plurima sunt nobis concessa gratiarum genera, & cœlestia dona, quæ nobis Dei indicant præsentiam, ostendunt maiestaté, sed per fidem nube, & caligine circumfusam. Credimus ergo esse filios Dei, sed nondum apparuit mundo quid erimus, nec quæ filijs Dei p̃parata sunt bona. Nondum apparuit nobis infinita Dei sapientia, immensa pulchritudo, & suprema potestas: adhuc latet hæreditas promissa, felicitas æterna, fructus laborum nostrorum, & bonorum operum insignia præmia, scimus auté maiori certitudine fidei, quam si oculis corporis videremus, aut scientijs euidentibus cognosceremus: scimus, inquam, quod cum apparuerit similes ei erimus alia excellentiori similitudine quam modo, ex eo quod videbimus eum sicuti est. Modo nostra similitudo est velut imago solis lineamentis absque perfectis coloribus efformata, multis maculata defectibus, passionibus turbata, angustiata scrupulis, agitata tentationibus, sollicitudinibus, infirmitatibus, & varijs corporis pressuris, & insuper pluribus mentis ignorantijs, dubijs, & anxietatibus referta: at cum apparuerit, quod erimus, erimus ei similes diuina quadam similitudine sine vlla noxia dissimilitudine, sine vlla macula, aut ruga, vel imperfectione quæ illam vlla ratione deturpet. Similes erimus in sanctitate sine peccato, in sapiétia sine errore, in bonitate sine malitia, in pulchritudine sine fœditate, in potentia sine imbecillitate, in diuitijs sine indigentia, & in plenitudine totius boni sine vlla admixtione vel minimi mali.

1. Ioan 3. v. 2.
Ad Rom. 12 v 12.
2. Cor. 4. v. 18.

In illa cœlesti patria (ait Hugo de S. Victore) est vita sine morte, iuuentus sine senectute, sanitas sine infirmitate, requies sine labore; gaudiú sine tristitia, pax sine discordia, delectatio sine fastidio, lux sine tenebris, pulchritudo sine turpitudine, agilitas sine ponderositate, fortitudo sine imbecillitate, libertas sine seruitute, voluptas sine anxietate, longæuitas sine vitæ termino, sapientia sine insipiétia, amicitia sine inimicitia, cócordia sine discordia, honor sine dedecore, & securitas sine timore. O vita vitalis (ait D. Aug.) vita sempiterna, & sempiterne beata, vbi gaudium sine mœrore, dignitas sine tremore, opes sine amissione, sanitas sine languore, abundátia sine defectu, perpetuitas sine corruptione,

Lib. 4. de anima c. 16.

In manuali c. 7.
Plures sanctos ad hoc refert Ca-

ruptione beatitudo siue calamitate; vbi omnia bona in charitate perfecta, vbi species & visio facie ad faciem, vbi plena scientia in omnibus & per omnia, vbi præsens maiestas Dei conspicitur, & hoc vitæ cibo sine defectu mens intuentium satiatur: vident semper, & videre desiderant, siue anxietate desiderant, & sine fastidio satiantur: *Satiabor* (inquit Psaltes) *cum apparuerit gloria tua*, & bonitas, sapientia, ac pulchritudo tua. Hæc sane ets pellit famem, non desiderium, quod delectat, sed fastidium quod cruciat. Ad-huc desiderant Angeli videre, quem per multa annorum millia conspexerunt, nec eorum desiderium repescit, quia arbores paradisi singulis mensibus nouos proferunt fructus, qui nouis modis satiando delectant, & delectando satiāt.

Visum in Catechismo c. de quatuor nouissimis § 5. *Ps. 16. v. 15.* *1. Pet. 1. v. 12* *Apoc. 22.*

Eum similis comitatur potus, qui inebriat, sed recreat. *Inebriabuntur* (ait Dauid) *ab vbertate domus tua, & torrente voluptatis tua potabis eos, quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Mira potatio vsque ad satietatem, quæ ebrietas meruit nuncupari, sed torrenti comparatur, in quo magna fluit abundantia aquarum de nouo sine vehementi impetu succedētium; quia voluptas beatorum, cum eadem immutabilitet perseueret, semper est quasi noua, saporem in sua primęua nouitate cōseruans. Ita quotidie recreat, ac si quotidie inchoasset, quia fluit ab eo qui est fons vitæ, non signatus, vt est modo, sed reseratus & patens, vnde manat omne bonum pellens omne fastidium. Et vnde hoc, nisi quia in lumine tuo, scilicet, lumine gloriæ quod nobis infundes, videbimus te lumen increatum, & similes tibi erimus, qui videbimus te sicuti es? O similitudo admirabilis, ô vnitas ineffabilis! similes Deo erimus, quia videndo Deum sicuti est, erimus beati sicuti ipse est. Videbimus eum sicut se videt, amabimus sicut se amat, gaudebimus, sicut ipse gaudet, carebimus omni malo, sicut ipse caret, & affluemus omni bono, sicut ipse affluit. Omnia quæcunq; voluit Dominus, fecit in cœlo, & in terra, in mari, & in omnibus abyssis. Sic etiam beatus (ait D. Ansel.) quidquid volet, hoc erit in cœlo, & in terra; & quidquid nolet, non erit in cœlo, nec in terra, quia idem velle, & nolle habet cum ipso Deo. Nam vt inquit D. August. beatus est qui habet

Ps. 35. v. 9. B *1. Ioh. 3. v. 2* *Ps. 134. v. 6* *Epist. 2. ad Hugonem. Lib. 13. de Trinit. c. 5. In soliloquiis c. 35.*

» omnia quæ vult, & nihil male vult. Intra ergo in
» gaudium Domini tui, vbi erit quidquid voles, &
» non erit quidquid noles, non erit hostis im-
» pugnans, nec vlla illecebra, sed summa, & certa
» securitas, secura tranquillitas, & tranquilla iu-
» cunditas, iucunda felicitas, fœlix æternitas, & æ-
» terna beatitudo, ac deitatis beata visio, quæ est
» gaudium Domini Dei tui. O gaudium super o-
» mne gaudium, gaudium vincens omne gaudiū,
» extra quod non est gaudium: quando intrabo
» in te, vt videam Deum meum qui habitat in te?

Æternam fœlicitatem anxie desiderari à mundis corde, ad fugienda peccata. §. 3.

HÆc omnia quasi à longe Intuens Ecclesia quę per fidem peregrinatur à Domino, clamat ad ipsum, *Osculetur me osculo oris sui*, illo scilicet osculo, quo osculatur Ecclesiam quæ est in cœlis, cum qua spirituales iam celebrauit nuptias, & in quam diuitias, & delitias sui amoris effudit, vincens illam sibi ipsi, vt videat eum sicuti est, & amet, gaudeat, ac fruatur quantum est capax. Sed non omnibus Ecclesiæ membris cōcessum est eodem modo hoc osculum postulare. Omnibus quidem iniunctum est, vt oculos intentionis ad illam eleuent, fide credant, spe ex Dei gratia, & per bona opera se obtinere posse confidant, totisque viribus nitantur, vt illā suo tempore consequantur, dicentes cū regio Psalte. *Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Vt videam voluptatem Domini, & visitem templum eius.* Voluptatem Dei vocat ipsum Deum, qui est ipsamet essentialis voluptas, & sui visione immensam communicat voluptatem. Hæc vna est à se desideranda, & petenda, cætera non nisi propter ipsam. Quidquid illi aduersatur, respuendum est, quidquid propter illam præcipitur, obseruandum, & quodcunque tormentum tolerandum, ne amittas illam. Nam, vt inquit Beda, si quotidie oporteret nos tormenta perferre, si ipsam gehennā paruo tempore tolerare, vt Christum videre possemus in gloria venientem, & Sanctorum eius numero locari, nonne erat dignum pati omne quod mœstum est, vt tanti boni, tantæque gloriæ participes haberemur? Propter hoc bonum consequendum (inquit Chrysost.) si quotidie foret infinities moriendum, ferendum tamen esset. Gehennam, tormentaque omnia cōuenit sustinere, vt videre queas Christum venientē in gloria, & conscribi ordini Sanctorum. Nulli ergo parcas labori, vt hanc vnam felicitatem consequaris; quia sicut docet Diuus Gregor. ad magna præmia perueniri non potest nisi per magnos labores, & quem delectat magnitudo præmiorum, non deterreat certamen laborum. Siquidem non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis; est n. tam immēsum, & æternum huius gloriæ pondus, vt quid quid tribulationis, & doloris, comparatione illius leuissimum sit, & momentaneum: & quamuis per Dei gratiam fiat condignum, ex se est adeo paruum, vt quasi pro nihilo reputetur, & gratis gloria dari censeatur. Iuxta illud: *Ego sitienti dabo bibere de fonte aquæ viuæ gratis.*

Ps. 26. v. 4. *« Serm. 18. de Sanctis. « Idem est « apud D. « August. « serm. 35. « de Sanctis. « Epist. 5. « ad Theo- « dorum « lapsum.* *Hom 37. in Euang. Ad Rom. 8. v. 18.* *2. Cor. 4. v. 17.* C *Apoc. 21. v. 6.*

Caue tamen ne nimium eredas cuicunq; affectui, qui apparet bonus: sæpe enim indiscretus feruor, & nimia præsumptio altiora quā decet, parit desideria, & præmaturas petitiones sicut D. Petr. cum primum vidit Christum in monte transfiguratū & summo splendore fulgentem, ardens desiderio illic permanēdi, inquit, *Domine bonum est nos hic esse*. Et tū nesciebat quid diceret, quia non erat petenda transfigurationis gloria ante ignominiam passionis, & tormentum crucis, nec postulanda est merces ante laborem, nec corona nisi post certamen: quia non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Qua ergo fronte audebis dicere sponso: *Osculetur me osculo oris sui*, petens osculum felicitatis æternæ, qui vix recessisti à peccato, & cœpisti seruire Deo? Heri de luto tractus, hodie vultui gloriæ præsentari præsumis. Pete vires ad certandum, vt vincas, non coronam ante perfectam victoriam. Omnia tempus habent. Tempus belli, & tempus pacis. Modo est tempus belli, contra vitia, & prauas affectiones, postea erit tempus pacis, cum viceris illas. Memento filiorum Zebedæi, qui immature petierunt regni cœlestis se-des,

Luc. 9. v. 33. *Mar. 9. v. 6* *2. ad Timot. 2. v. 5.* D *D. Bernar. serm. 3. in Cant.* *Eccl. 3. v. 8.*

des, quibus reſponſum eſt: *Neſcitis quid petatis. Potiſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum.* A Ac ſi dicat: Prius debetis bibere calicem paſſionis, q̃ obtineatis ſedes regni cœleſtis. Neſcitis ergo quid petatis, quia ordine præpoſtero iſtud petitis. Pete igitur robur animi, vt amarum paſſionis calicem bibas, & tunc fidenter petes quod torrente voluptatis Domini poteris, illoq; ine- *Pſ.22. v.5.* brieris calice, de quo Pſalmiſta ait: *Et calix meus inebrians quam præclarus eſt.* Nec ſine myſterio idẽ nomen calix vtrumq; in Scriptura ſignificat, vt cum vnum guſtaueris, alterius memineris, ſciaſque calicem ignominiæ commutandum in ca- *Exod 24. v.10.* licem gloriæ: ſicut cum Dominus apparuit ſenioribus Iſrael, habebat ſub pedibus tanquam *Septuaginta verterunt lateris.* pauimentum, opus lapidis, ſeu lateris ſaphirini: vt ſignificaret lateres luteos, quos in Ægypto oppreſſi à Pharaone fecerant, verſos fuiſſe in ſaphiros, & terrenos labores, in præmia cæleſtia commutatos. Nam teſt. D. Petro, ſpiritus Do- *1. Pet.1. v.10.* mini *Prænunciat eas quæ in Chriſto ſunt paſſiones, &* B *poſteriores glorias.* Poſteriores vocat, vt ſcias per tolerantiam paſſionum inſtar Chriſti Domini perueniendum tibi eſſe ad conſequendum glorias quæ ſunt paſſionibus poſteriores. Primo igitur pete oſculum reconciliationis, ad cęteraq; oſcula impetranda te accinge, & tunc oſculum *Apoc.22. v.17.* fœlicitatis æternæ implorabis, & adipiſceris. Nã ſi imperfectus adhuc ex hac vita migraueris, nõ *Pſ.23. v.3. Matt. 5. v.8.* peruenies ad oſculum, niſi tranſiens per ignem, in quo purgeris: quia nihil coinquinatum intrabit in cœlum; nec aſcendet in montem Domini, niſi qui innocens eſt manibus, & mundo corde, cui ſoli promiſſa eſt Dei viſio.

Hinc fit huiuſmodi deſiderium propriũ eſſe militum veteranorum, qui cum regio vate dice- *Pſ.119. v.5.* re poſſunt: *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt, habitaui cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea*, hoc eſt, ꝓlixa valde fuit hæc mea peregrinatio. Diu commoratus cum his, qui in Cedar, id eſt, in nigritudine errorum, & peccatorum commorantur, vellem iam ad patriam peruenire, & habitare cũ habitantibus in monte Libano, & dealbato, vbi omnes induti ſunt ſtolis albis, quas dealbauerunt in ſanguine agni. Duplex autem malũ inſinuat Dauid, cuius contemplatione hanc emiſit querelam. Alterum eſt multitudo infidelium, & aliorum peccatorum, qui per Cedar intelliguntur, & ſuis blaſphemijs ac grauiſſimis delictis Deum inhonorant, perturbant Eccleſiam, diuinam legem conculcant, & paruulos ſcandalizant: quibus cum non poſſit iuſtus reſiſtere, cupit ab illis longe eſſe, & ad *3. Reg. 19. v.4.* patriam cœleſtem deduci. Non petit à Deo velut Elias, quod tollat animam eius, vt fugiat perſecutiones, (imperfecti enim animi eſt, & nimio mœrore confecti velle mori quia nihil vult pati) ſed ne videat tot ſcelera, quæ animam eius *2. Pet.4. v.8.* cruciant, ſicut Sodomitæ iuſtum Loth cruciabant.

Sed vehementius creſcit deſiderium quando D vrget proprij peccati periculum ob vehementiam tentationum, & carnis imbecillitatem; vn- *Pſ.41. v.1.* de cogitur dicere cum eodem Pſalmiſta; *Sicut deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie; vbi eſt Deus tuus?* Ac ſi diceret: dego in deſerto huius mundi velut ceruus à venatoribus agitatus, inſectatuſque à canibus, qui vehementi deſiderio, & veloci curſu properat ad fontes aquarum, vt in eis ſe tueatur, ac refrigeret: ſic anima mea multiplicibus tentationibus fatigata, tamen illis obiui, ad te qui es adiutor fortis, & fons viuus, ſicut peruenire, & apparere ante faciem tuam, vt illam clare intueatur, ſub cuius protectione tutus ero, menſque quotidianus cibus erunt lachrymæ, & ſuſpiria, quã diu hoc non obtinuero, & quoties cogitationes meæ mihi moleſte ſuggerunt, & quaſi exprobrantes dicunt: vbi eſt Deus tuus, quem ſic deſideras? pro quo ploras? cuius conſpectum cõcupiſcis? vehementius deſiderabo, & plorabo do- *Apoc 21. v.4.* nec deducat me in cœleſtem Ieruſalem; vbi abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis beatorum, & mors vltra nõ erit, nec luctus, nec clamor, nec vllus dolor. Valde autem apte Dauid B exprimit ſuum deſiderium comparando ſe ingenuis animalibus; quæ montium cacumina petunt, de quibus ipſe dixit: *Montes excelſi ceruis,* *Pſ.103. v.18* *petra refugium herinacijs.* Quia refugium tyronum qui velut herinacij adhuc ſuorum vitiorum, ac paſſionum ſpinis premuntur, eſt petra Chriſtus, in cuius vulneribus abſconduntur. Qui vero inſtar ceruorum altiora exercitia petunt, abſcondi deſiderant in abſcondito faciei Domini à conturbatione hominum.

Æternam fœlicitatem propter ſeipſam maxime expetendam. §.3.

SEd age iam, eſto nulla nos mala premerent, quæ Dei viſionem deſiderare compellerent, ipſa Dei præſentia propter ſeipſam maxime eſt deſiderabilis ijs, qui mundo ſunt corde, & diuino flagrant amore. Quid enim ita proprium eſt *Exod 33. v.13.* amantium, quam velle noſcere ex facie amicos, cum illis colloqui, lætari eorum præſentia, & C quoad poſſunt in vnum coniungi? Cum autem charitas perfecta ſit amicitia hominis ad Deũ, & amor virtus vnitiua amantis cum re amata, dum ad perfectionis gradum aſcẽdit, ſummam cum Deo adhæſionem, & vnionem, qualis fit in gloria, vehementer exoptat: & hoc eſt quod dicebat ſponſa, *Oſculetur me oſculo oris ſui:* hoc enim propter ſe eſt valde appetibile, per ineffabile oſculum diuino ori coniungi.

Vnde D. Paulus vehementer cupiebat diſſol- *Ad Phil.1. v.3.* ui, & eſſe cum Chriſto tanquam quid ſibi melius, vtilius, & iucundius: viris enim perfectis amara mors, & diſſolutio vnionis, quam anima habet cum corpore eſt valde amabilis, vt vnionem cum Deo perpetuam conſequantur. Per illam enim alligatur anima in ergaſtulo mundi, per hanc collocatur in atrijs cœli empyrei, & illam ex parte aſſimilatur beſtijs, per hanc fit omnino Angelis æqualis, per illam ſubijcitur innumeris miſerijs, per hanc locupletatur immenſis D diuitijs, per illam denique diſſoluitur ſocietas contracta cum corpore terreno, per hanc renouatur, & perficitur æterna amicitia cum Chriſto. Merito ergo Paulus dicebat, *Mihi viuere Chri-* *Verſu 21.* *ſtus eſt, & mori lucrum.* Quia per mortem hoc ſupremum adquirebat lucrum, vt perpetuo multoque excellentius viueret cum Chriſto, imo ipſius viuere eſſet Chriſtus, cum quo per viſio-

 nem;

tiem, & amorem beatificum vnus foret. Si tibi A viuere tantum est quærere temporale lucrum, mori erit graue detrimentum. At si viuere tibi sit Christus, tunc senties quod mori est immensum lucrum, incipiens viuere in Deo, & cum Deo. Nam, vt meditatur D. Bernardus, præmium est videre Deum, viuere cum Deo, viuere de Deo, esse in Deo qui est omnia in omnibus & habere Deum, qui est summum bonum. Est summa felicitas, summa iucunditas, vera libertas, æterna securitas, & secura æternitas. Delectabilis est
» Deus ad videndum, suauis ad habendum, dulcis
» ad perfruendum. Ipse per se placet, & per se suf-
» ficit ad præmium, nec extra illud quidquam quæ-
» ritur, quia totum in illo inuenitur, quidquid de-
» sideratur. O beata visio videre Deum in se ipso,
» videre in nobis, & nos in eo fœlice iucunditate,
» & iucunda fœlicitate. Quidquid desiderabimus,
» totum habebimus, nihil amplius desiderantes:
» & quod videbimus, amabimus: ipso amore beati
» dulcedine amoris, & suauitate contemplationi. B
»

In medit. c. 4. Idem habet Hugo de S. Vict. lib. 1. de anima, c. 4.

Hæc contemplans Dauid dicebat: *Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.* Tua n. superna tabernacula, vbi est militiæ cœlestis innumerabilis exercitus, Angelorum, & spirituum humanorum copiosissima multitudo, sunt mihi valde amabilia; & illa tua atria cœlestia, vbi plurimas mansiones habes pro singulis beatis, sunt mihi adeo charissima, vt anima mea vehementissimo illorũ teneatur desiderio, & quasi moræ impatiens deficiat præ nimio desiderij ardore: tam ingensq; est mihi lætitia ex spe adeundi illa, quod *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Omnes n. animæ, & corporis mei vires oblectantur ob hanc spem in Deo meo viuo & vero, qui est fons omnis lætitiæ. Etenim *Passer inuenit sibi domum, & turtur nidum sibi, vbi ponat pullos suos.* Si ergo passeres, & turtures naturali instinctu fabricant domum, & nidum suæ propensioni, ac necessitati accõmodatum, vbi secure qui- C escant: quanto magis ego, Deus meus, quæram mihi domum æternam, & cœlestem nidum, vbi in te conquiescam, & tua iucundissima societate fruar? Fecisti n. nos Domine, ad te, & inquietum est cor nostrum, donec perueniat ad te, qui es centrum, & naturalis locus animæ meæ, extra quem non quiescet, & in quo requiem sempiternam obtinebit. O quam amabilia sunt mihi *Altaria tua Domine virtutum, rex meus & Deus meus.* In quibus intra illud cęlestis Ierusalem templũ, iugiter tibi offertur sacrificium laudis; vere sunt felices, & *Beati, qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te.* Quia perte habent omnium bonorum affluentiam, & fruuntur tua amabili deitate omni laude digna.

Ps. 83. v. 1.

Ex. D. August. li. 1. confess. c. 1.

Educ ergo de custodia animam meam ad confitendũ nomini tuo, me expectant iusti donec retribuas mihi. Grauis est mihi Domine carcer iste corporis, in quo anima mea detinetur compedita; non tam ob miserias, quas patior, quam ob impedimen- D tum te laudandi, & amandi sicut opto; educ illam ab ista custodia, ab hoc ergastulo carnis, vt sine vllo obstaculo possim perpetim tuas laudes decantare, simul cum reliquis beatis, qui me expectãt donec retribuas mihi felicitatem; quam promisisti, vt simul mecum prædicẽt nomen tuum, & laudent magnificentiam tuam.

Ps. 141. v. 10

A Hæc Dauid desiderabat ab hoc carcere exire, vt oscularetur Deus illum osculo oris sui, quia hoc osculum non tribuitur animæ, donec à corpore separetur: *Non enim videbit me homo, & viuet.*

Exod. 33. v. 20.

Oportet tamen quod crebro cuncta hæc mente reuoluas, & contempleris, vt facile te ab omnibus terrenis expedias, & compedes passionũ dissipes, tristitias seculi coerceas, & solum anheles ad cœlestia. Nam vt inquit D. Greg. si consideramus quæ & quanta nobis promittuntur in cœlis, vilescunt animo omnia quæ habentur in terris. Quod eleganter suo aureo ore hic explicat D. Chrys. Dic oro, si quis te ad regnum terre-
« stre, & imperium vocaret, atque ante ingressum
« eius ciuitatis in qua coronandus esses, in stabulum diuertere necesse esset, vbi luti, & fumi plu-
« rimum, viatorumq; tumultus esset, & latronum
« perturbatio, summaq; pressura, & angustia, nu
« ad illa tristia cogitatione conuerteteris? an illa
« omnia quasi nihil esses, gaudio & spe regni cõ-
« B temneres? Perquam igitur ineptum, & indignũ
« est hominem æterni regni spe erectum, atque ad
« cœlos accersitum per singula, quæ in diuersorio
« seculi contingunt tristia, decidere, atq; perturbari? Hæc igitur omnia contemne, & nihil facito, vt æterna lætus possidere valeas. *Est*, inquit Esdras, *ciuitas plena omnium bonorum, introitus eius angustus, ita vt à dextris quidem sit ignis, à sinistris aqua alta. Si dabitur ciuitas homini in hereditatem, si nunquam ante positum periculum pertransierit, quomodo accipiet hereditatem suam?* Ante posita ergo audacter transi pericula, vt huius ciuitatis tam præclara obtineas bona. O ciuitas magni Dei, quã gloriosa quam magnifica, & quam sublimia dicta sunt de te! sed multo minora sunt quæ dicũtur, quam quæ à tuis ciuibus perspiciuntur. *Sicut lætantium omnium habitatio est in te.* Quia omnes qui intra portas tuas habitabunt, summa & sempiterna afficientur lætitia, tu solaminter omnes ciuitates congregatio es exultãtium & tripudian- C tium propter abundantiam bonorum, quibus oẽs pie fruuntur. *Et cantabunt quasi in choro, omnes fontes mei in te.* Sic vertit D. Hieron. ex Hebræo. Omnes n. beati summo gaudio canent Dei laudes, & gratiarum actiones in diuersos choros & ordines distributi, summa tamen concordia & mirabili harmonia, ac cœlesti dulcedine. *Omnes fortes mei erunt in te.* Quia omnes (inquit Ecclesia militans) qui apud me fuerunt fortes & magnanimi vincentes peccata, & spirituales nequitias, in te perpetuo erunt summa pace fruẽtes. Nam regnum cœlorũ quod tu ipsa es, vim patitur, & violenti, ac fortes rapiunt illud, in illoq. perpetuam habent mansionem. Scriptum n. est: *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius*: id est efficiam vt sit firmus, tectus, & sublimis, adeoque inuictus, nulla iam vis à loco suo possit illũ extrahere. Quid ergo de te dicam gloriosa ciuitas Dei: *Omnes fontes mei in te*, vel *omnes contemplationes mea in te.* Ita D vertit Fœlix. Alij vero vertunt; *Omnes oculi mei in te*, quia idem nomen apud Hebræos oculos significat & fontem.

Hom. 37. in Cant.

Lib. 3. de prouidentia in initio.

4. Esdræ 7. v. 6.

Ps. 86. v. 1

Ita vertit D. Hieron. ex Hebræo.

Matt. 11. v. 12.

Apoc. 3. v. 12.

Vide Titelmanum in annot. super Psal. 86. ad fin.

Tanta igitur est, ô cœlestis ciuitas, tua gloria, maiestas, & omnium bonorum affluentia, vt omnes scaturigines cordis mei, omnes contemplationes, affectiones, & laudationes quæ in modum fontium scatent de corde meo, in

te ten-

te tendāt, omnes oculi mei in te sint fixi, & tanquam duo sint fontes lachrymarum, quæ in terram decidunt; sed ad cœlum ascendunt, quia à cœlo descenderunt, cum ex tui ingenti amore dimanauerint. Quamdiu viuam in hoc seculo oculi mei erunt in te, & conuersatio mea in cœlis erit, cum habitatoribus tuis, donec illis merear associari in secula seculorum. Amen.

EXHORTATIO XVII.

Profecto Resurrectionis vel omniū sanctorum.

De duplici beatitudine essentiali, & accidentali animæ & corporis, duplicique visione deitatis, & humanitatis Christi quæ sunt velut duo Dei vbera ad satiandum beatos; & de beatitudine participata in hac vita.

Quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis.

EGimus de superna fœlicitate sub metaphora osculi oris Dei, nunc iucundius declaremus eandem sub altera similitudine vbetum. Duo autem præcipua sunt: ipsa scilicet diuinitas, & Christi Saluatoris humanitas. Iuxta id quod ipse ait: *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.* *Ioh. 7. v. 2.* Visio ergo clara Dei, visioque Christi hominis, vbera sunt sponsi, & etiam vbera nuncupantur cœlestis Ierusalem, quæ est mater nostra: vnde immensum lac diuinæ dulcedinis, & omnium bonorum affluentia in beatos promanat. Hinc etiam tanquam duo vbera Dei computari possunt duæ beatitudinis partes, quæ à Theologis vocantur gloria essentialis, & accidentalis: illa est visio clara Dei & diuinarum personarum, ac perfectionum cum summo amore, & fruitione coniuncta: de qua dicitur: *Satiabor cum apparuerit gloria tua*: *Ps. 16. v. 5.* hæc autem quæ superadditur alteri, complectitur varias visiones, & reuelationes de aliquibus mysterijs, vel arcanis, aut rebus futuris cum ingenti gaudio. Et aliquando datur simul cum gloria essentiali, sicut quæ dicuntur laureolæ Martyrum, Doctorum, & Virginum: *De his etiā agetur aliquid lib. 5. exhort. 29. §. 5.* Aliquando vero successu temporis communicatur, & in dies innouatur. Vnde tandem fit, quod duplex etiam pro hominibus assignetur beatitudo, altera animæ, quæ communis est cum angelis; altera corporis, quod die iudicij resurget immortale, gloriosum, impassibile, agile, & spirituale, summo splendore coruscum: *in id Murenulas aureas faciemus [illegible] vermiculatas argento.* cuius potissima fœlicitas præter dicta consistit in visione humanitatis Christi oculis corporeis, qui intuitu sacratissimi eius corporis mire satiabuntur. Hæc aūt omnia pertinent valde ad integram & plenam sanctorum fœlicitatem; quia vt dixit Boetius beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus. *Lib. 3 de consolatione prosa 3.* Vnde cuncta hæc spōsa desiderat, cum ait: *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis.* Vbera enim tua, quibus in cœlo lactas beatos, quos oscularis, & bona quæ illis præstas, meliora multo sunt, non solum vino bonorum temporalium, sed etiam quocunque vino spirituali, quod iustis in cella vinaria militantis Ecclesiæ propinas, hoc enim est instar guttulæ aquæ comparatione torrentis, & fluuij copiosissimi: & insuper hæc vbera fragrant vnguentis

A optimis, quia quidquid est in beatis siue ad animam, siue ad corpus spectans, optimum est, & fragrantissimum. In hoc quidem seculo non omnia quæ sunt apud Ecclesiam iustorum, optima sunt; nam multi sequuntur bonum minus perfectum; cum nuptijs carnalibus, & negotijs terrenis incumbunt: at in Ecclesia triumphante omnia sunt optima, & in suo genere suprema, vt nihil melius, aut preciosius à singulis beatis sibi desiderari queat; vt illis possis dicere, quod Samuel quondam dixit Sauli: *Et tuius erunt optima quæque Israel? nonne tibi, & omni domui patris tui?* *1. Reg. 9. v. 20.* Optima quæque Israel, id est, eorum qui vident Deum, beatis reseruātur, quia duo cœlestis beatitudinis vbera fragrant vnguentis optimis, & nihil nisi optimum ab illis potest promanare.

Explicantur hæ beatitudines per vaticinium Isaiæ. §. 1.

B HÆc iuxta D. Augustini interpretationem sub hac metaphora vaticinatus est Isaias de cœlesti Ierusalem, in hunc modum loquens: *Lætamini cum Ierusalem, & exultate in ea omnes, qui diligitis eam; gaudete cum gaudio vniuersi qui lugetis super eam, vt sugatis, & repleamini ab vbere consolationis eius; vt mulgeatis, & delitijs affluatis ab omnimoda gloria eius.* *Libr. 20. de ciuit. Dei. c. 21. Isa 66. v. 10.* Ac si dicat; O vos omnes qui diligitis Ierusalem cœlestem, & vniuersi qui lugetis desiderātes habitare in ea, vel flctis, quia pauci sint, qui inquirant eam, lætamini, & exultate, & gaudete gaudio magno ob spem quod aliquando sugetis, & replebimini ab vberibus consolationis, qua ipsa est repleta, & affluetis delitijs illius, participesq; eritis omnimodæ gloriæ eius; quia nullus est modus gloriæ, & delectationis, quam non inuenietis in ea. *Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego declinabo super eam quasi fluuium pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam gentium, quam sugetis; ad vbera portabimini, & super genua blandientur vobis.* C *Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, & in Ierusalem consolabimini. Videbitis, & gaudebit tor vestrum, & ossa vestra quasi herba germinabunt, & cognoscetur manus Domini seruis suis.* Promissio ista, inquit D. Augúst. plene completa est in Ecclesia triumphante, vbi duplex beatitudo supra commemorata cōceditur, tanquam duo vbera testantia maternum Dei amorē erga beatos ad recreandum illos. Beatitudo animæ promittitur illis verbis. *Videbitis, & gaudebit tor vestrum.* Nō expressit quid videbimus, sed quid nisi Deum, & quidquid in hac vita credimus? propter quod ineffabili gaudio perfunderetur cor nostrum. Sed ne putaremus hæc bona ad solum cor, & spiritū pertinere, subijcit corporeæ beatitudinis promissionem, dicens: *Et ossa vestra quasi herba germinabunt.* Quod tunc fiet quando ossa, quæ antea erant arida, à terra resurgent incorrupta, & magnum induēt splendorem, & decorem, qui amplius non marcescet: *Iob. 19. v. 25.* & non solum oculis spiri- D tualibus, sed carnalibus etiam, vt dicebat sanctus Iob, videbunt Deum Saluatorem Christū, verum etiam hominem, vt non tantum cor, sed & caro gaudeat: & vtrumquè exultet in Deum viuum. *Ps. 83. v. 3.* Tunc autem inclinabit super eam fluuium pacis, & consolationis, & torrentem inundantis gloriæ gentium, id est, quidquid delectabile, suaue, honorificum, vtile, & iucundum inuenitur in gentibus & regnis terræ. Vtitur autem

tem hoc verbo, *declinabit*, vt notat D. August. ad indicandū, quod Deus sua altissima dona quasi humiliabit, vt animam, corpus, ac inferiora perfundat, & humiles homines eleuet, vt sint Angelis æquales. Tam ingens denique erit vbertas cœlestium donorum, quod per illam, *Manus Domini cognoscatur à seruis suis*: & omnipotens eius virtus, ac maiestas nota fiat illis; à solo n. munificentissimo, & potentissimo Domino talis affluentia potuit promanare.

Lib. de similitudinibus c. 47. & seqq. Vt autem hæc omnimoda gloria, & felicitas Ierusalem cœlestis percipiatur ab hominibus, oportet (inquit D. Anselmus) more puerorum cibare eus, quando grande pomum illis comedendum exhibetur, quod ob dentium teneritudinem, & oris angustiam assumere nequeunt, nisi particulatim diuidatur. Ipse autem in quatuordecim partes beatitudinem partitur. Septē quæ ad corpus, & totidem quæ spectant ad animam. Illæ sunt: pulchritudo, agilitas, fortitudo, libertas, sanitas, voluptas, & longæuitas. Hæ vero: sapientia, amicitia, concordia, honor, potestas, securitas, gaudium. Et quia opposita iuxta se posita amplius elucescūt, assignat simul quatuordecim miserias illis correspondētes, à quibus liberi sunt beati, septem ad corpus attinentes, scilicet turpitudo, ponderositas, imbecillitas, seruitus, infirmitas, anxietas, & vitæ breuitas. Septem vero animæ, quæ sunt insipientia, inimicitia, discordia, dedecus, impotentia, timor, & tristitia, quæ damnatos maxime torquebunt: hoc superaddito quod erunt æternæ. Hæc fuse prosequitur D. Anselmus.

Cap. 25. Nobis sat sit vnico verbo hanc omnimodam
„ gloriam, & omnimodum gaudium beatorum
„ explanare, per hoc quod quidquid gloriæ, &
„ gaudij erit in omnibus simul, vnietur in singu-
„ lis. Quoniam (inquit) quisque sic vt se, alterum
„ amabit, sic de illius felicitate, vt de sua gaudebit.
„ O quot, & quanta gaudia quisque obtinebit,
„ qui de tot, & tātis beatitudinib. iubilabit! Quod
„ si tantum de alijs, quos vt se diligit, gaudebit,
quantum de Deo, quē supra se diligit, exultabit? Gaudium erit ei intus & extra, gaudium sursum, atque deorsum, gaudium circumcirca, vbique gaudium plenum. Merito ergo ait sponsa, *Quia meliora sunt vbera tua vino*: quia nullum gaudium cum isto potest comparari. Si ergo ita impense diligis carnem tuam in hoc mundo, cur non vis illi tam immensum bonum, tam ineffabile gaudium, & emolumentum ita æternum? Si ita ardenter insectatis gloriam hominum, cur non insectaberis hanc omnimodam gloriam, in qua eminētissimo modo est gloria omnium gentiū?

Explicantur hæ beatitudines amplius per locum Apocalypsis. §. 2.

Apoc. 21. v. 11. SEd amplius explicare libet, quæ ad has beatitudines spectant, per ea quæ D. Ioannes docet in Apocalypsi de ciuitate Ierusalem cœlesti descendente de cœlo à Deo; vt scilicet manife-
Versu 23. starent hominibus. *Et lumen eius* (inquit) *simile lapidi precioso tanquam lapidi iaspidis sicut crystallum. Et ciuitas non eget sole, neque Luna, quia claritas Dei illuminauit eam, & lucerna eius est agnus.* Quibus verbis duplex sanctorum beatitudo miris similitudinibus depingitur; nam arcana illius supernæ ciuitatis non possunt à nobis concipi, nec declarari nisi per similitudines ab [illegible] bus desumptas. Claritas ergo Dei est [illegible] tas communis tribus personis, ac proinde qua Deus est: hæc instar solis illuminat ciuitatem ex angelis, & animabus congregatam, infundens eis lumen gloriæ, quo Deum clare intueantur, & sint beati. Hoc autem lumen, aut luminare eius dicitur simile lapidi precioso, vel preciosissimo (vt est in Græco) quia mirabi- *Vide Riberam ibi.*
lem lucem, quauis alia luce præstantiorem, & iucundiorem emittit. Etenim quamuis solis lux iucunda sit, tamen aliquando oculos lædit, & nubibus, vel nebulis obscuratur: at lux, quam lapis preciosus emittit, nec intuentem lędit, nec vllis nebulis vel vlla caligine impeditur. Ita Deus in omnibus beatis, vt lapis preciosissimus fulget, quia sine vllo impedimento, vel timore amittendi, lucem percipiunt inaccessibilem, & sua beatitudine perfruuntur. Ideo enim prædixerat paulo ante Ioannes: *Quod ibi non erit vltra* *Versu 4.*
mors neque luctus, neque clamor, neque dolor, quæ prima abierunt.

Lapis autem iste preciosus vocatur iaspis, sicut crystallum: id est, non iaspis viridis, aut pur- *Dioscor. li. 5. c. 45. Plinius li. 37. c. 8 refert iaspides plurium colorum.*
purei coloris, sed crystallizantis: fulgens, purus, ac perlucidus, sicut crystallum: quoniam iam cessauit spes, quæ per viridem colorem denunciatur, & labor quærendi beatitudinem, qui per purpureum: cui successit clara visio sicut crystallum. Nam vt inquit Paulus; quod *Videt quis, quid sperat?* *Ad Rom. 8. v. 24.*
Rursus hoc interest inter has iaspides, quod viridis, aut purpurea, licet grata sit oculis, tamen colorem suum transfert in res quæ eius luce videntur, nec ita omnino vt sunt, videre sinit; quę autem similis crystallo est, puram & integram visionem rei, vt est, exhibet, nihil detrahendo, vel immutando. Lumen ergo gloriæ splendidum est, & periucundum ac gratissimum sicut iaspis; at simul est purissimum, ac perlucidum, & diaphanum sicut crystallum, & sicut speculum clarissimum, quia omnia refert, atque demonstrat, vt reuera sunt, & veram ac integram eorum, quæ in Deo videntur, præbet notitiam; quare ignorantia, error, dubium, opinio & huiusmodi imperfectiones procul valde sunt à beatis.

Hæc autem omnia (vt Theologi docent) videntur à beatis in Verbo diuino per quandam accommodationē; qua ei attribuuntur cuncta, quæ ad cognitionem spectant, eo quod procedit per intellectum, estque ipsa Dei sapientia, & lumen indeficiens. Et sub hac ratione Agnus, q. Verbum diuinum est, vniuersam cœlestem ciuitatem illuminat. At vero, vt est Deus & homo, *Io. 14. v. 42.*
lucerna vocatur: quia sicut lucerna lucet per oleum coniunctum lychno, in quo lumen cōseruatur: sic Christi fulgor resultat ex persona diuina coniuncta humanitati, cui instar olei est diuinitas, illam vngens, & sanctificans, vt postea dicemus. Est ergo Agnus lucerna beatorum, eorum beatitudinem perficiens, manifestando illis seipsum, vt promiserat.

Ostendit enim eis clare ineffabilem vnionem suæ personæ cum natura humana, & admirabiles rationes, propter quas facta est: thesaurum etiam infinitum sapientiæ, scientiæ, gratiæ, ac virtutum in eo reconditum, & stupendum modum, quo in venerabili Sacramento Eucharistiæ continetur, & alia mysteria ex hia

quæ

quę pro nobis in hac mortali vita gessit. Et quid-quid beati cire . prudenter deside are possunt, clare perspicient Deo & Agno illis reuelante; vt impleatur quod Ieremias diacrat, *Non docebit vir vltra proximum suum & vir fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum: omnes enim cognoscent me à minimo eorum vsque ad maximum, ait Dominus.* Omnes itaque beati à minimo vsque ad maximum erunt sapientissimi, & doctissimi, nec deerit illis scientia rerum naturalium ita clara, vt omnium Philosophorum coguitio illi collata, potius dicatur ignorantia. Et merito, quia in hoc mundo facti sint, sicut ait Paulus, tanquam stulti, vt fierent vere sapientes. Et tu ergo hanc amplectere prudentem stultitiam, humiliter subiiciens te Deo per fidem, & cæcam obedientiam, vt hanc ineffabilem beatorum sapientiam valeas possidere.

Iere. 31. v. 34.

1. Cor. 3. v. 18.

De beatitudine corporis.

Sed alio modo peculiari Agnus est cœli lucerna: cùm enim animæ in resurrectione generali B assumpturæ sint corpora gloriosa, sicut modo habet Deipara, & illi forte qui cum Christo resurrexerunt, oportebat illis lucernam illuminantem assignare, quia corpora diuerso lumine vtuntur, ac spiritus. Hęc autem lucerna est Agnus, qui lunæ comparatur expresse, cum dicitur. *Ciuitas non eget sole, neque luna*; quia claritas Dei est instar solis, & agnus est lucerna id est, instar lunæ, quæ est luminare minus illuminans in nocte, quæ ex absentia solis efficitur. Cum igitur beati oculis corporis nequeant videre solem diuinitatis, qui illis est omnino inuisibilis, ne manerent quasi in nocte, agnus est lucerna, & quasi luna illuminans illos, præbens eis lumen, quo clare intueantur suam pulcherrimam, & speciosissimam humanitatem, & carnem omni sole millies splendidiorem, imaginem quādam diuinitatis referentem, quo intuitu omne corporum beatorum desiderium satiatum manet, & summo gaudio perfusum, vniuersaque ciuitas omni ex parte illuminata. Corpora enim beatorum etiam erunt perlucida, & diaphana, sicut crystallum, & foris, ac intus perspicua, miro decore oculis gratissima. O felicissimi ciues, qui tali luce & gloria potiuntur! O quam *beatus populus est qui scit iubilationem*: quia in illo est iubilatio æterna, & iubilationis scientia iucunda, dum videtur voluptas Domini, & à singulis possidetur.

Psal. 88. v. 16

Explicatur huius vitæ beatitudo inchoata & in spe. §. 3.

SED nunquid nos degentes in terris expertes omnino erimus huius cœlestis beatitudinis? An potius nobis etiam lucerna est agnus illuminans terram nostram, quam nō attingit claritas solis; quia per fidem ambulamus, & nō per speciem? Est vtique lucerna, sed non omnium, sed D quorundam electorum, quibus lumen quoddam splendidius infundit, quo caliginosam fidem illuminat, vt eius mysteria noua quadam claritate percipiat; iuxta illud Pauli, *Nos vero revelata facie gloriam Domini speculantes, in eādem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquā à Domini spiritu*. Lumen autem istud simile est lapidi pretioso iaspidi; nō quidem crystallizanti, qui ad hoc lumen gloriæ spectat, sed viridis instar smaragdi, quia non clare Deum & agnum manifestat, sed adhuc fundatur in fide, & ma- A gnam spem, ac fiduciam præstat videndi quod modo sperat; interim autem in spe gaudentes reddit, & suo pretioso splendore recreat, & corroborat; & ad tam sublimem Dei contemplationem eleuare solet, vt sicut respiciēs per lapidem pretiosum viridem, aut rubeum, cuncta ei apparent viridia aut rubea, quasi lapis suum eis communicasset colorem: sic qui hoc diuino lumine illustrantur, in omnibus creaturis Deum perspiciunt, & cōtemplantur, in eiusq; amore inardescunt, fitque illis Deus omnia in omnibus, dicentibus; *Quid mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram? Et, Mihi adhærere Deo bonum est, & ponere in Deo meo spem meam.* Et in hoc consistit beatitudo huius vitæ, quæ inchoata vocatur, & beatitudo in spe; estque participatio quædam cœlestis beatitudinis. Cui duo etiā vbera assignare possumus ad duplicem vitam, actiuam & contemplatiuā, spectantia. Vtraque enim necessaria est ad hanc beatitudinem obtinendam, & ab vtroque profluit lac spiritualis dulcedinis, quæ animā satiat. Actiua virtutes morales congregat, vt omnia beatitudinis impedimenta auferat, & animam pacatam reddat, & ornatam: contemplatiua vero lumen attrahit, quo diuina intueatur, & quæ intuetur amet. Vnde Christus Dominus in sermone, quem ad Discipulos in mōte habuit, nomen beatitudinis cōiunxit virtutibus vitæ actiuæ, dicens; Beati pauperes, beati mites, beati misericordes, & reliqua: præmia vero vitæ cōtemplatiuæ ascripsit, cum subiunxit, quoniam ipsorum est regnum cęlorum, quoniam consolabuntur, quoniam Deum videbunt, & cætera: vt simul intelligas quod huiusmodi beatitudo semper inchoanda est ab exercitio virtutum moralium, & ab operibus vitæ actiuæ, in quorū præmium largietur Dominus lumen perficiens cōtemplationem.

1. Cor. 3. v. 7.

2. Cor. 3. v. 18.

Psal. 72. v. 25

Matt. 5. v. 4 Scala octo beatitudinum & præmiorū

C Comparatur autem egregie hæc beatitudo scalę à terra in cœlum erectę, per quam vidit Iacob Angelos descendentes & ascendentes, quāque ipse vocauit domum Dei, & portam cœli; Sapiens vero dixit esse regnum Dei. Etenim beatitudo consummata comparatur in Scriptura thronis, & sedibus, quæ sunt ad quietem deputata; quia est vltimus terminus, & quies beatorū, cessauit enim iam via, peregrinatio, ascensus, & progressus vlterior: & solum est fruitio bonis per merita acquisitis. At beatitudo huius vitæ iure optimo assimilatur scalæ, quæ non fit ad sedendum, & quiescendum, sed ad ascendendum vel descendendum per illam. Infelix enim est, qui in via Domini stat, quiescit, vltra non progreditur, quia nolle progredi est retrogredi, nolle proficere est deficere. Et ideo (vt notat D. Bernardus) Angeli, qui in cœlo stant, & assistunt corā Deo, in scala non stabant, sed ascendebant, & descendebant; quia ille est beatus qui per scalam perfectionis euangelicæ ascendit pertransiens omnes gradus vitæ contemplatiuæ, legendo, meditando, orando, & cōtemplando vsque ad perfectam vnionem cum ipso Deo; & pariter descendit per gradus virtutum, & operum vitæ actiuæ, vsque ad omnimodam abnegationem sui ipsius, & ad commodum proximorum.

Gen. 28. v. 12.

Sap 10. v. 10. Ostendit illi regnū Dei.

Luc. 22. v. 30.

Apo. 2. v. 4

Ep. 13.

Hæc est scala quam Christus Dominus in præd. to sermone erexit, à terra vsque in cœlum, octo cōtinens gradus virtutum, & totidem præmio-

Matt. 5. v. 3

præmiorum; nostra autem interest per virtutum gradum ascendere, & descendere; Dei vero erit per gradus præmiorum nos vsq; ad se ipsum eleuare. Ascende ergo, & descende per illos octo gradus vsque ad verticem virtutis, & vsque ad profundam tui ipsius abnegationem Nam paupertas spiritus abnegat diuitiarum cupiditatem, & mētis elationem; mansuetudo indignationem, & impatientiam: luctus vanum risum, & carnis voluptatem: esuries iustitiæ segnitiem, & acediam spiritus: misericordia duritiam cordis: munditiesomnē aufert iniquitatem: pax, vel pacificatio discordiam animorū; persecutionis amor tollit inordinatum sui amorem, & propriæ vitæ, quæ est perfectissima abnegatio, & odium sui ipsius: de quo scriptum est; *Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* Ablatis autem his impedimentis, eleuatur anima per gradus præmiorū, vt possideat etiam in hac vita saltem eorum partem, vt Diuus Augustinus testatur. Datur enim illi regnum cœlorum, quod est iustitia, pax & gaudium in Spiritu sancto, possessio terræ propriæ cordis: consolatio spiritualis, quæ desiderium replet, saturitas quæ tollat fastidium, & donis cœlestibus satiet; inuenire misericordiam, & gratiam apud Deum; videre illum per contemplationem; & ingentem filij Dei dignitatem, obtinere cum maxima spe consequendi cœlestem hereditatem. Hæc est nostra beatitudo, & felicitas in hac vita, hæc scala est nobis domus Dei, & porta cœli; beatus eris si ascenderis per illam, non tuis viribus fretus, sed diuinis, quia scriptum est, *Beatus vir, cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit: ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion* En tibi duo Dei vbera, ex quibus manant virtutum exercitia, & ingentia præmia, & fragrant vnguētis optimis: quia quidquid in vtrisque inuenitur, optimum est, & fragrātissimum, & per vniuersum mundum mirum bonæ ædificationis spargit odorem. Accede ad hæc Christi vbera, vt ab illis sugas vtrumque lac, quo satieris. Inspice præmia, vt vires resumas ad labores; ne lassetur caro tanquam præmij expers; propria enim etiam illi erit beatitudo, quia cum spiritu simul exultabit in Deum viuum. Non enim sine caussa in templo illo mystico, quod vidit Ezechiel, erant fabrefacta Cherubim, & palmæ, & Cherub habebat duas facies, faciem hominis iuxta palmam ex vna parte, & faciem leonis iuxta palmam ex altera parte expressam per omnem domum in circuitu; vt intelligas vtrāque hominis partem, scilicet animam, & corpus, rationalem qua assimilatur Angelis, & irascibilem, qua brutis, habituram propriam palmam, & coronam, si legitime certaueris; ad quam inspicere debet vtraque tua facies, ne deficias. Oportet tamen quod in hoc certamine & ascensu per scalam perfectionis sis prudens, vt homo, & fortis vt leo, vt prudētia dirigat fortitudinem, ne te præcipitet; & fortitudo robur addat prudentiæ, ne torpescat: & ita secure vtramque palmam possidebis, sicut promissum est per Isaiam; *Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis.* Habitabisque cū illis cœlorum incolis, quos vidit Ioannes stantes ante thronum Dei, & in conspectu Agni amictos stolis albis, & palmas gestantes in manibus suis, laudantes & glorificantes Deum in sæcula sæculorum. Amen.

Io. 12. v. 25.

Lib. 1. de ser. Do. in monte à princip. & c. 9. 10. 9. D. Th. 1. 2. q. 69. ar. 2.

Ps. 83. v. 6.

Ezech. 41. v. 18.

Isa. 61. v. 7. Apo. 7. v. 9

EXHORTATIO XVIII.

De prouidentia Dei, & vberibus eius ad nutriendos homines maxime electos, præbendo illis bona temporalia, ad vitæ conseruationem necessaria.

Pro Do. 6. vel 14. post Pentec.

Meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis.

HACTENVS egimus de donis spiritualibus, quæ à Dei vberibus ad nutriendas animas hoc diuino lacte procedunt; sed quoniam prouidentia Dei temporalium bonorū curam non abiicit, imo quæ omnibus primum regnum Dei, & iustitiam eius, ea adiicienda esse promisit: operæpretium erit explanare qua ratione hęc bona ex eisdem Dei vberibus profluāt, vt iustorum corpora nutriant, vnde etiam in Dei cognitionem, & amorem proficiant. Insinuauimus in Exhortatione tertia, Deum, qua naturæ est auctor, esse quasi matrem omnium creaturarum, quas sua omnipotentia creat, & generat, earum gerens prouidentiā, & curam quasi paternam simul & maternam. Vnde metropator, seu matripater est nuncupatus, quatenus per suum diuinū intellectum, & sapientiam disponit, & ordinat omnia media ad vniuscuiusq; conseruationem, vel nutritionem conuenientia, vt suum etiam consequantur finem: & per voluntatem & beneuolentiam erga illas, hæc media approbat, & singulis hæc, vel illa applicat, vt suū sortiātur effectum. Duæ igitur huiusmodi prouidētiæ diuinæ partes, vel munia sunt quasi duo vbera ipsius auctoris naturæ, quibus creaturas omnes conseruat, nutrit, ac lætificat, præbens illis non solū congrua alimenta, sed lac etiam cuiusdā ingenitæ sapientiæ, aut prudētiæ, vel naturalis instinctus, seu sagacitatis ad se defendendum, & nutriendum, & insuper lac quoddam delectationis, ac lætitiæ innatæ in suis operibus, qualem conspicimus in auibus, hinnulis, agniculis, & quod magis mirandum est, in asinorum pullis qui præ lętitia currunt, saltant, & mire ludunt.

Matt. 6. v. 33.

De prouidentia generali erga homines, & iustos maxime. §. 1.

EX hac autem prouidentia Dei erga creaturas etiam insensibiles, infert, & commēdat nobis sacra vtriusque Testamēti pagina amabilissimam Dei prouidentiam erga homines pręcipue vero erga iustos & electos. Nam (vt inquit D. Chrysostomus) si propter te mundus tanta fruitur prouidentia, quanto magis tu ipse? Imo tanta est Dei erga homines cura, quod dixerit Paulus, *Nunquid de bobus cura est Deo?* Non quod boum prouidētiam non habeat, sed quod fere nulla sit respectu eius, quā habet hominis, propter quem illorum etiam curam gerit. Inde Diuus Hieronymus hāc amplificans prouidentiā, ait, Non simus tam fatui adulatores Dei, vt dum potētiam eius etiam ad ima detrahimus, in nos ipsos iniuriosi simus, eādem rationabiliū, quam irrationabilium prouidētiam esse dicentes. Hominum

Inc. 38. Iob.

1. Cor. 9. v. 9.

In id Abac. c. 1. Facies homines quasi pisces maris.

Pro. 8. v. 30

[illegible] constat longe esse maiorem. Delectabatur [illegible] humana sapientia & prouidentia enim ipso Deo ludens coram eo in orbe terrarum, quia cum eo erat cuncta componens; sed *Deliciæ meæ* (inquit) *esse cum filiis hominum*; quia hos potissimum dirigo, & propter illos cæterorum curam gero. Vbi nos legimus, *cuncta componens*; in Hebræo est, eram apud eum nutritius, vel nutrix, alens hæc inferiora, Hispane, *Como ama que da el pecho*. Nam quemadmodum proceres procreatos liberos solent nutricibus, atque nutritiis educandos, & instituendos tradere; ita Deus omnipotens res creatas tanquam progenitos filios, suæ sapientiæ atque prouidentiæ educandas, instituendas, & in suos fines per conuenientia media dirigendas committit: at delicias suas hominibus præstare dicit, quia illorum matrem multo dulcius se esse fatetur. Vnde hæc agnoscens sponsa, inquit; *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino*. Ac si diceret; Vtinam Deus meus magno me prosequatur amore, & ego etiam illum; quia prouidentia instar matris, quam habet nutriendi, & fouendi eos quos diligit, est mihi melior, vtilior, & iucundior quacunque alia re delectabili, & iucunda, sicut vinum: nihil enim pretiosius potest excogitari, quam gustare semper suauissimum diuinæ prouidentiæ lac, & continuo eius effectus experiri: Nam (vt inquit D. Dorotheus) vbi prouidentia Dei est, ibi omne bonum est: Sed & meus Psalmista, *Dominus regit me, & nihil mihi deerit*. Si solus homo me regat & pascat, multa mihi deerunt; quia humanum regimen est fallax, prouidentia incerta, & molesta cura: at si Deus regat, & ipse pastor meus sit, nihil boni mihi deerit, & omne malum procul aberit; quia regimen eius sapientissimum, certissima prouidentia, & cura ab omni molestia libera.

Vide Pinedam in Iob 22. v. 14.
Serm. 13.
Psal. 22. v. 1.

Cuncta hæc Christus Dominus non minus suauiter quam fortiter persuadere nobis conatur in his sermonibus, quos ad Discipulos & ad turbas habuit, argumentum sumens à volatilibus, præcipueque de coruis, vt à minori, sicut dicunt rhetores, ad maius procedens concludat fortius. Non enim (inquit Diuus Chrysostomus) proponit nobis exempla Moysis, Eliæ, Ioannis, » cæterorumque qui sine sollicitudine sibi fuerunt, » ne dicerent discipuli, nos non sumus his similes, » sed inferiores. Sumit ergo exemplum à coruis, à » volucribus, vt omnem prætextum auferat. Si enim illorum quæ propter hominem creauit Deus, quæque eo sunt inferiora, tantam gerit curam, multo magis geret hominis, ac discipulorum suorum. Dixerat, sicut refert Diuus Matthæus, *Respicite volatilia cœli*. Amplificat magis apud Lucam, dicens; *Considerate coruos, quia non seminant, neque metunt: quibus non est cellarium, neque horreum, & Deus pascit illos, quanto magis vos pluris estis illis?* Sunt corui (vt inquit Aristoteles) voracissimi, multiplicique vtuntur escarum genere. Nam vescuntur carnibus, fructibus arborum, seminibus, vermibus, & aliis multis: & tamen cum non habeant cellarium seu promptuarium in quo recondant carnes, nec horreum in quo semina, & fructus terræ congregent, Deus abundanter pascit illos, eisque materna prouidentia habet vbera nutrimentis plena, estque illis instar promptuarii & horrei. Multo ergo abun-

Matt. 6. v. 26.
Luc. 12. v. 22.
Hom. 22. in Matt.
Lib. 6. de hist. animalium.

A dantius [illegible] filiis [illegible] eius charissimis [illegible].

Sed & ipse [illegible] suauissime [illegible] disputatione, quam instituit cum seruo [illegible], dicens; *Quis præparauit coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad Deum, vagantes eo quod non habeant cibos?* Et quis præstat hoc nisi prouidentia Dei, qui teste Dauid, *Dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum?* Fertur coruos derelinquere pullos suos; eo quod (vt notant D. Gregorius, Hieronymus, Thomas, & alii plures Patres) recenter exclusi ex ouis albescere videantur, & donec nigrescant sicut ipsi, non eos filios agnoscunt. Tunc autem pascit eos diuina prouidentia, vel rore cœlesti, sicut inquit D. Hieronymus, vel paruis quibusdam bestiolis, quæ intra nidum procreantur, vt dicit Diuus Chrysostomus. Aut
B forte quia corui naturali quadam impietate, vt scribit Aristoteles, cum degunt in locis arctioribus, vbi non satis cibi est pluribus eorum, pullos cum volare possunt, primum nido eiciunt, deinde è tota regione pellunt. Tunc autem diuina prouidentia eos vagantes alit, & escas congruentes præparat. Qui ergo mater est coruiculorum, & eorum inamœnas crocitationes audit, cum fame oppressi ad Deum clamant, & ex suis vberibus cibum suauem ac delicatum præbet, quanto magis mater erit hominum, eorumque clamores, & orationes exaudiet, suisque vberibus abundanter reficiet?

Iob 38. v. 41.
Psal. 146. v. 9.
Li. 30. Mor. c. super Ps. 146.
Plures refert Pineda in dictum locum.
Ho. de Elia.
Lib. 9. de hist. anim. c. 31.
Plin. lib. 10. c. 20.

Sed adhuc multo excellentius suam prouidentiam extollit Deus, cum non solum materna pietate derelictos pullos nutrit, sed etiam parentibus desertoribus escam præbere non desinit, idque longissimo tempore; sunt enim multum viuaces corui, ac sæpe voracitati adeo intenti, vt merito benefactores obliuiosos, & ingratos, in aliosque
C crudeles & impios & denique cunctos auaros, teste D. Basilio, repræsentent: & quid magis obliuiosum ac ingratum, quam digressum ex arca, vbi liberaliter alitus fuerat; & hospitis, & hospitii, ac hospitalis victus oblitum, non illuc reuertisse, vt carnium cadaueribus expleret? Si ergo adeo ingens est Dei prouidentia quod tales coruos pascat, cur non pascet homines, etiam qui coruinos imitantur mores? Ideo enim suam nobis commendat immensam misericordiam, quod solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, & benignus est super ingratos & malos. Quare ergo non diligis tam beneficum parentem? Cur non satagis filium te erga ipsum præbere, vt maternam eius experiaris prouidentiam, & ex vberibus eius sugas lac tibi ab ipso præparatum? An ideo tu malus, quia ipse bonus, vt coruus esse velis, quia non desinit pascere cor-
D uos? Væ illis, qui Deo matri patri ingrati coruo nigriores in peccatis persistunt, & coruina voce cras cras pœnitentiam procrastinant; futurum est enim vt tandem à paterna prouidentia deseri, iustitiæ tradantur vindicatricis, vt suæ ingratitudinis luant pœnas. Exemplum sint ipsi corui filiorum desertores, qui, vt scribit Ælianus, in senectute tandem à filiis deuorantur. Vnde prouerbium natum; mali corui, malum ouum. Sic enim scriptum est, *Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? & qui spernis, nonne & sperneris? cum consummaue-*

Ho. in diui tes auaros.
Gen. 8. v. 6.
Matt. 5. v. 45.
Luc. 6. v. 35.
Lib. 5. c. 42.
Isa. 33. v. 1.

suminaueris deprædationem, deprædaberis; & cum fatigatus defieris, contemneris. Sed iam ad Dei vbera reuertamur.

De prouidentia Dei speciali & gratuita. §. 2.

SEd ex hac generali prouidentia, & quasi naturæ debita iuxta leges à diuina sapientia præstitutas, ad aliā ascendamus magis peculiarē, & naturæ leges superexcedentē, vt alterius supplementum ad defectū, quam Sapiens *omnium nutricem gratiā* appellat: id est, gratuitam & amabilem prouidentiam ex gratia & dilectione erga electos procedentem. Cuius mirabiles effectus erga Hebræum populum ibi fuse commemorat. Deficientibus enim in deserto omnibus quæ ad huius populi sustentationē generalis prouidentia præordinauerat, aliam gratuitam & mirabilem manifestauit, vt sui materni amoris diuitiæ, suorumque vberum copiosissima vbertas omnibus innotescerent. Pauit enim illos quadraginta annis manna de cœlo pluens, aquā amaram ligni tactu in dulcem conuertens, educensque ex petra virga percussa fontem perennis aquæ, quam etiam ipsorū iumenta bibere possent: aliquando; aues per aera volitantes adducens, vt earum carnibus saturarētur. Circa hæc autem prodigiosas efficiebat transmutationes, vt suauius nutriret eos. Nā manna quod orto sole liquefiebat, si ante solis ortum colligebatur, nō liquefiebat calore ignis, sed decoquebatur, vt quasi torta panis fieret, & iustorum voluntati deseruiens instar cuiuscumque cibi pro libito sapiebat. Et quod in alterum diem seruatum mox corrumpebatur, seruatum tamē in die sabbati incorruptum manebat. His ergo recensitis concludit Sapiens; *Propter hoc, & tunc in omnia transfigurata omnium nutrici gratiæ tuæ deseruiebant ad voluntatem eorum qui à te desiderabant; vt scirent filii tui, quos dilexisti Domine, quoniam non natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos qui in te crediderint, conseruat.* Ecce vbi duplicem modum sustentandi homines præscribit; alterum per fructus natiuitatis, id est, per fructus à natura temporibus debitis progenitos: alterum gloriosiorem, per gratiam Dei nutricem omnium, seu per sermonem & verbum omnipotentis Dei, qui omnia supplet, & prout vult præstat: quod & Moyses prædixerat, inquiens; *Dedit tibi cibum manna, quod ignorabas tu & patres tui: vt ostenderet quod non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod progreditur ex ore Dei.* Quā sententia vsus est Christus Dominus contra diabolum suggerentem ei vt lapides in panem ad comedendum conuerteret; asserens quod deficiente pane in deserto, potest gratuita Dei prouidentia multis aliis modis vitam conseruare. Omnes enim creaturæ (inquit Sapiens) seruiunt omnium nutrici gratiæ tuæ, vt amicos tuos lactet, & nutriat. Nōne parum olei in lecytho, & pugillus farinæ in hydria seruiuit huic nutrici gratiæ, vt Eliam, & viduam, ac filiū eius per plures dies sine vlla diminutione reficeret? Imo quod magis mirandum est (vt notat Diuus Basilius) corui carnis voracissimi diuinæ prouidentiæ deseruierunt, vt multo tempore mane & vespere carnes & panem ad Eliam deferrent. Qua de causa etiam crediderim Christum Dominum, dum diuinam prouidentiam commen-

Sap. 16. v. 25.

Deut. 8. v. 3.

Matt. 4. v. 4.

3 Reg. 17. v. 12.

Vbi supra.

3. Reg. 17. 14.

A dat, meminisse coruorum, vt in memoriam Discipulorum reduceret hanc singularem curam, qua seruum suum Eliam tunc vlla eius solicitudine per coruos pauit, vt crederent quod sine anxia eorum cura præstiturus erat illis ad victū necessaria. Sic & Paulo Heremitarum principi, quotidie sexaginta annis in deserto dimidium panem coruus attulit, & integrum cum eum visitauit Antonius. Similia exempla non pauca ex Sanctorum vitis depromere liceret, sed breuitati parco.

Luc. 12. v. 24.

D. Hier. in eius vita.

Sat sit ipsum Dominum qui sane nobis prouidentiam & commendauit mirabili exemplo bis demonstrasse in deserto, cum deficientibus cibis pauit quinque vel septem panibus, & duobus piscibus, quinque aut quatuor millia hominum, & plurimam mulierum ac puerorū multitudinem; caussamque reddens talis prouiden-B tiæ, sic ait; *Misereor super turbam, quia iam ecce triduo sustinent me, neque habent quod manducent; & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via, quidam enim de longe venerūt.* Ecce viscera materna Domini Iesu. Quæsierat illū multa turba hominum, vt eius pasceretur doctrina, vrgebat fames, defecerant panes, nec erat facultas emendi illos; ne ergo deficiāt in via, supplet hos defectus nutrix omnium diuina gratia, multiplicans miraculose panes & pisces, vt reficiat esurientes. Quis congregauit frumentum in horreo? quis grana triuit in mola? quis massam subegit, & coxit in furno? quis genuit hos pisces, aut quibus in aquis sunt nutriti, & multiplicati? Nonne gratia omnium nutrix hæc omnia fecit? Nōne gratuita Dei prouidentia cuncta hæc naturæ munia breuissimo peregit tempore, vt seruos suos aleret? Manus Christi, voluntasque ac potestas eius velut duo vbera erant, vnde immensum nutrimēti lac tot C hominibus sufficiens promanauit. *Meliora ergo sunt, Domine Iesu, vbera tua vino.* Quia tuæ istæ prouidentiæ melius & copiosius lactant, nutriunt, & lætificant, quam vinum quodcumque ab hominibus præparatum; imo deficiēte vino tanta est vbertas nutricis gratiæ tuæ, vt aquam etiam in vinum conuertat, tāto præcellentius eo quod antea potatum erat in nuptiis, vt Architriclinus sponso dixerat; *Omnis homo primum bonum vinum ponit; & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est; tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc.* Vnde vinum adeo pretiosum, cuius comparatione omne aliud à natura progenitum deterius est? non nisi ex nutrice gratia Christi, & ex vberibus diuinæ prouidentiæ, quæ meliora sunt quam vinum. Quidquid enim ab ea procedit, præstat multo iis quæ natura solet procreare. *Lacta* ergo, vt inquit Dauid, *curam tuam in Domino, & ipse te enutriet;* quia gratia eius erit nutrix tua, & vbera habet semper plena, & ad nutriēdos fi-D lios suos præparata. Inquire Christum, & nihil tibi deficiet. Nam diuites mundi eguerunt, & esurierunt; inquirentes autem Dominum non minuētur omni bono, quia eius vbera cōtinent omne bonum sufficiēs ad tollendū omnē indigentiā, & esuriem, neq; vnquā deficere possunt, aut diminui; *Quærite* ergo, iuxta sententiam Saluatoris, *primo regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia,* scil. quibus indigeris, *adiicientur vobis.* Et à quo adiicietur, nisi à duplici Dei vbere, quod est duplex eius prouidentia, siue quæ leges naturæ seruat,

Ioa. 6. v. 9. Mar 8. v. 1

Vide infra lib. 2. Exhort. 10. §. 4

Ioa. 2. v. 5.

Ps. 54. v. 23

Ps. 33. v. 11.

Matt. 6. v. 33.

A seruat, siue quę eas enim necesse est, superegreditur, ne quis videat iustum derelictum, aut semē eius quærens panem? Caue autem ne inquiras regnum peccati, & apprehēdas iniustitiam eius. *Ps. 36. v. 25* Nam etsi potiaris aliquibus bonis huius prouidentiæ propter iustos Ecclesiæ, cuius es membrum, non tamen tibi proderūt ad salutem, sed in damnationis augmētum, eo quod tam pium neglexeris benefactorem. Sicut multi Hebræorum increduli, comederunt manna de cœlo, & biberunt aquam de petra, in quibus tamē, vt inquit Paulus, non beneplacitum est Deo, quia corde reuersi sunt in Ægyptum, & ollas Ægypti prætulerunt manna cœlesti, vinumque carnalis concupiscentiæ melius esse dixerunt, quam Dei vbera; propter quod perierunt ab exterminatore. *1. Cor. 10. v. 1.* Nam prouidentia Dei, quæ vbera habet ad nutriendos filios, etiam cōtinet gladium ad exterminandum rebelles. Sed hoc sibi imputent B non Deo, quia omnes vult saluos fieri; propter quod vbera eius dicuntur *Fragrantia vnguentis optimis.*

De fragrantia diuina prouidentiæ, & mediis ad fruendum illa. §. 3.

SVNT autem vnguenta optima quibus vbera Dei fragrant, illę virtutes ac perfectiones quę diuinam prouidentiam comitantur, præcipue autem hæ tres; sapientia qua omnia nobis proficua vel noxia probe nouit; omnipotentia, qua facillime potest proficua elargiri, & remouere noxia. & tandem bonitas & charitas seu misericordia, quæ illum vehementer inclinant, vt cūcta hæc bona nobis velit, ac liberaliter elargiatur. Hæc autem optima vnguenta, quibus Dei vbera sunt delibuta, spirant mirabiles odores plurium effectuum, quos à diuina prouidentia emanare conspicimus. Vnde omnes huiusmodi C effectus & lac dicūtur & odor: lac quidem quatenūs nos dulciter reficiunt: odor vero, quatenus nos confortant, & in Dei cognitionem & amorem deducūt. Nam per odorem perceptum tendimus in cognitionem rei odoriferæ vnde processit, eo modo quo venatici canes seu vertagi lepores & cuniculos per odorem quærunt, & inueniunt.

Hinc fit ad fruendum diuina prouidētia tres potissime virtutes conducere, quæ tribus supra dictis Dei perfectionibus respondent, nimirum
1. fidem, spem, & charitatem. Et in primis fide certissima credere te oportet, Deum tui, omniumque tuorum prouidētiam Deo dignam habere, sicut & te ipsum creare dignatus est. Nā (vt recte argumentatur Diuus Ambrosius contra Philosophos qui prouidentiam negarunt) quis ope- *Lib. 1. Offi. c. 13.* D rator negligit operis sui curam? quis deserat & destituat quod ipse condēdum putauit? si iniuria est regere; nonne maior iniuria est fecisse? cum aliquid non fecisse nulla iniustitia sit, non curare quod feceris, summa inclementia. Cum autē D. Paulus dixerit; *Si quis suorum, maxime domesticorum curam non habet, fidē negauit, & est infideli deterior:* *Ad Tim. 5. v. 8.* quis audebit Deo denegare curam hominum, maxime eorum qui sunt ciues sanctorum, & domestici Dei? Absit à Deo infidelitas, in quo viget paterna charitas; propter quod ait Sapiens, *Tua, Pater, prouidentia cuncta gubernat.* *Sap. 14. v. 3*

A 2. Fidei autem iungenda est spes firma, quod non deerit nobis diuina prouidētia, etiam cum media salutis sunt nobis occulta: tunc enim magis vigere debet spes; nam, vt inquit D. Paulus, *Spes quæ videtur non est spes, nam quod videt quis, quid sperat?* *Ad Rom. 8. v. 24.* Speremus ergo etiam cum non videmus, & tempore opportuno Dei prouidētiam experiemur, sicut & patres nostri experti sunt. Nam, *In te* (inquit Dauid) *sperauerunt patres nostri, sperauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi.* *Ps. 21. v. 5.* Et Sapiens etiam idem testatur, dicens; *Respicite filii nationes hominum, & scitote quia nullus sperauit in Domino, & confusus est. Quis enim permansit in mandatis eius, & derelictus est? aut quis inuocauit eum, & despexit illum? quoniam pius & misericors Deus, & remittet in die tribulationis peccata, & protector est omnibus exquirentibus se in veritate.* *Eccl. 2. v. 11.* Ecce omnes nationes hominum adducit in te- B stes huius certissimæ veritatis, quod spes in Deū non confundit. *Ad Rom. 5. v. 5.* Nam ex Dei benignitate ab incunabulis tibi insitam esse voluit, dicente Dauid, *Tu es, Domine, qui extraxisti me de ventre, spes mea ab vberibus matris meæ; in te proiectus sum ex vtero.* *Ps. 21. v. 10.* Quid est, in te proiectus sum ex vtero, nisi ab infantia proiectus sum, non tam in manus parentum meorum, quam in manus tuæ amabilis prouidentiæ, & nutricis gratiæ tuæ? quæ instar matris ac nutricis me semper nutriet, proteget, & defendet. Et hac spe gaudebo semper, & confido quod saluus ero; *Ad Rom. 12. v. 12.* *Quia meliora sunt vbera tua vino.* Audi nouam rationem mysticam, cur non comparet vbera botris, vel lac vino, sed vbera vino, quia in vbere & botro solum est lac, & vinum in spe; extra vero est in re & possessione. Dicit ergo meliora esse vbera, quam vinum; *Nota.* quia melior est spes diuinæ prouidentiæ & lactis eius, quam possessio quarumcumq; rerum terrenarum. Est prouerbium apud Hispanos,
C *Mejor es paxaro en mano, que buytre volando;* melior est possessio passeris, quam spes volitāntis vulturis: ad significandum meliorem esse possessionem rei paruæ, quam spem incertam rei magnæ. Quod etsi verum esset in rebus terrenis, quæ vilescunt, incertæ, & mutabiles & dum possidentur, subito nobis inuitis è manibus elabuntur, quanto magis dum non habentur: at in rebus cœlestibus, & in his quæ à Deo nobis sunt promissa, melior est spes eorum, quam possessio bonorum huius mundi, quātumuis pretiosa videantur: Vnde merito à religiosis contemnuntur propter solam spem futurorum, quæ diuinæ prouidētiæ, & promissioni nituntur. Et tu ergo tuto abiicito vinum propter spem vberum, nam spes diuinæ prouidētiæ erit tibi instar omnium.

Propter quæ Christus Dominus vehementer D admonuit, vt anxiam solicitudinem harum rerum abiiciamus, quæ ex defectu fidei, & spei oriri solet; *Nolite,* inquit, *soliciti esse dicentes, quid mãducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? hæc enim omnia gentes inquirunt.* *Mat. 6. v. 31* Gentes, inquam, quæ fidem nō habent diuinæ prouidentiæ nec suam spem in illa collocant; vos autem qui fidem habetis, cur soliciti estis? *Scit enim Pater vester quod his omnibus indigetis.* Pater, inquā, non gentium, quæ ab illo degenerarūt, sed vester, qui vos diligit, & quem vos diligitis, iste scit indigētiam vestram; & hoc sufficit vt remedium præstet, qui omnia potest, non enim pater deseret filium. Tu ergo

ne vn-

A ne vnquam neges illum, & ille nunquam negabit te. Ama ergo ardenter patrem tuum, nam amor ardēs foras pellit diffidentiam, & anxiam cordis solicitudinem. Vsurpans sibi illud D. Petri, [1. Pet. 5. v. 7] *Omnem solicitudinem vestram proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis.* Ac si diceret; Non vniuersam solicitudinem vestram reprobo, sed vestram in aliam meliorem, & vigilātiorem commutō; humanam in diuinam, fragilem in omnipotentem, incertam in infallibilem: secure ergo proiicite omnem vestram solicitudinem in Deum, quia ipse aliam infinite meliorem de vobis assumet.

Nec tamē per hoc negamus moderatam solicitudinem à nobis assumendam esse, quę diuinæ prouidentiæ subordinetur; quia nec Deus vult nos esse nimis anxios, nec tamen segnes & desides. Sicut etiam diuina prouidentia non B excludit orandi necessitatem, vt id prece impetremus, quod ipse dare disposuit; imo multoties oratio medium est assumptum à Deo ad executioni mandandum æternum suę prouidētiæ decretum. [Lib. 1. Dia. c. 8.] Quod Diuus Gregorius confirmat ex eo quod Deus decreuerat semen Abrahæ per [D. Th. 1. p. q. 21. art. 8.] Isaac multiplicandum fore, & tamen precibus [Gen. 25. v. 21.] Isaac, ablata est sterilitas Rebeccæ, vt promissio sortiretur effectum. Propter quod Christus Dominus, postquam exhortatus est Discipulos ad excludendam omnem solicitudinem per fidem & spem in diuinam prouidentiam, exhortatur [Matt. 7. v. 7.] etiam illos ad orationem, dicens; *Petite, & accipietis, quærite, & inuenietis.* Exemploque confir[Lu. 11. v. 9.]mat patris, à quo filius petit panem, aut ouum, vel piscem, nec illa ei negat: intelligens per hæc tria vniuersa bona temporalia, quæ ad congruā spectant corporum sustentationem, & etiā spiritualia quę sunt animarum nutrimenta; nempe tria quæ diximus diuinæ prouidentiæ nos coniungere, quæ per orationem sunt impetranda. C [Lib. 2. de qu. Euang. c. 22. to. 4.] Nam, vt interpretatur D. Augustinus in pisce, qui de inuisibilibus trahitur, intelligitur fides inuisibilium: in ouo spes, quia ouum nōdum est fœtus perfectus, sed fouendo speratur: in pane autem charitas, quia sicut sine pane mensa est inops, ita cætera nihil sunt siue charitate. De his ergo inquit apud Matthæum, *Si vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester qui in cœlis est dabit bona petentibus se?* Per bona intelligens tam spiritualia quam corporalia, & tam temporalia, quam æterna. Cæterum apud Lucam inquit, *Dabit spiritum bonum petentibus se*; vt insinuet ipsum esse præcipue petendum, in quo panis, ouum, & piscis, & omne bonum à nobis desiderabile continetur; quo præstito, cętera censentur data. Quidquid ergo à diuina prouidentia, & nutrice Dei gratia expectamus, ad D hoc tendere debet, vt spiritū Dei bonum obtineamus, per quem digni reddemur, vt osculetur nos Deus osculo oris sui, & vberibus suis nos lactet, ac suis fragrantibus vnguentis optimis cōfortet, donec ipsum in regno suo possidere mereamur in sæcula sæculorum.

Amen.

A

EXHORTATIO XIX.

De corpore mystico Christi, quod est Ecclesia, & vberibus eius quæ sunt fideles, maxime doctores, amore materno prosequentes proximos; & de virtute misericordiæ, & de operibus illius. [Pro Feria 2. post 1. Do Quadrag. vel pro Feria 6. post Cineres.]

Meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis.

EXPLICVIMVS hactenus mutua oscula inter Deū & homines, vt par pari prout licet redderemus osculādo, & redamando osculantē, & amantē nos; numquid idem cōtinget in vberibus, vt sicut Deus nobis sua præbet vbera, nos gratitudinis ergo possimus præbere illi vbera nostra; Respondeat sponsa, quæ vtrumq; agno- B uit: nā inuitans sponsum vt ad vineas eāt. *Ibi dabo tibi vbera mea.* Et rursus. *Quis mihi det te fratrem* [Ca. 7. v. 12.] *meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris,* [Can. 8. v. 1.] *& deosculer te.* Licet ergo & in vberibus vicē Deo rependere, sed quę sint nostra vbera oportet explicare; vt tamen à proposito nostro nō recedamus, inueniemus enim illa collaudata; cū dicitur hic, *Quia meliora sunt vbera tua vino.* Nouū ergo aggrediamur modum interpretandi hæc sponsi vbera à sanctis Patribus approbatū, iuxta phrasim crebro à Salomone in isto Cantico obseruatam, de corpore mystico quod est Ecclesia, cuius caput est Christus Dominus; cætera vero membra sunt reliqui fideles in diuersis statibus, officiis, & ministeriis constituti: quod egregie explicat D. Paulus per similitudinem ad corpus humanum; *Sicut* (inquit) *omnia membra corporis cum* [1. Cor. 12. v. 12.] *sint multa, vnum tamen corpus sunt, ita & Christus.* Quid est, ita & Christus? nisi affirmare quod sicut Christus qua homo est, habet in corpore suo C naturali, caput, oculos, manus, pedes, & multa alia membra eadem anima informata, eidemq; diuinitati vnita, quæ omnia sunt vnus homo, & vnus Christus; ita etiam congregatio omnium fidelium, qui per eandem fidem & Baptismum Christo capiti vniuntur, in qua quidam sunt velut oculi, alii velut os, aut manus, vel pedes, iuxta varia officia & munia quę exercent, sunt vnū corpus mysticū quod vocatur Ecclesia; & hoc idem corpus dicitur, & est mystice Christus, quatenus omnia & singula mēbra sunt vnita illi; & ipse est in omnibus & singulis, tribuens vnicuique propriā virtutem & operationem sibi & toti corpori congruentem. Vnde sicut vnus homo à diuersis membris diuersas accepit denominationes; dicitur enim crispus capillis, videns oculis, & à pedibus ambulans: similiterque nominatur cæcus aut claudus, à defectibus, quos hęc mēbra pati- D untur: sic ēt Ecclesia nuncupatur sapiens & sancta, gubernās, prædicans, & peccata remittēs, & similia, quia cuncta hæc cōtinet vel exercet per sua mystica membra; nō omnia per singulos fideles, sed per varios ad varia munia deputatos. Eademq; ratione ipse Christus Dominus modo etiā dicitur pugnare, vincere, persecutiones pati, & crucifigi, quia in suis mēbris, & per illa hæc patitur & operatur. Quo sensu dixit Saulo, *Cur me persequeris?* quia persequebatur fideles & Ec- [Act. 9. v. 4.] clesias Et Petro, *Vado Romam iterum crucifigi*; quia ipse Petrus Romæ erat crucifigendus. Propter

quæ

Ad Coloss. 1. v. 24.

quæ D. Paulus ausus est dicere, *Gaudeo in passionibus meis pro vobis, & impleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia.* Vbi passiones Christi vocat, nõ quas ipse Christus passus est in hoc mundo, quibus nihil implendum defuit, cum infiniti fuerint valoris, sed passiones quas in suis membris pati decreuit vsque ad finem mundi, vt electi salutem æternam per has passiones cõsequantur. Quibus D. Paulus addebat suarum passionum mensuram, vt illæ tandem in vniuerso Ecclesiæ corpore adimplerentur.

Apo. 1. v. 13

Huius corporis & Christi mystici figuram depinxit ipse Dominus in Apocalypsi; cũ apparuit habens capillos candidos sicut niuẽ, oculos tanquam flammã ignis, pectus ad mãmillas præcinctum zona aurea, pedes similes aurichalco ignito, faciẽ lucẽtem sicut sol lucet in virtute sua, os emittens gladium vtraq; parte acutum, vocem tanquã aquarum multarũ, & dexteram septem stellis ornatam; hęc autem omnia delineamẽta erant & symbola proprietatũ eorum fideliũ qui mẽbra sunt ipsius Christi, & eorum capilli, oculi, pedes & manus, mãmillæ aut os nũcupantur.

Cap. 4. & 5. & 6. & 7.

Eisdem autem similitudinibus vtitur Salomon in isto Cantico per quatuor capita, dum sponsus & sponsa laudibus certant, partes corporis mutuo laudantes: quæ tamen siue spõsi dicantur, siue sponsæ, multoties in idem recidũt: nam idem iustus os est Ecclesiæ, quo loquente ipsa loquitur, & os etiam Christi, per quod ipse loqui dignatur, & idem fere est in reliquis.

De affectu materno fidelium erga proximos. §. 1.

D. Ber. prosequitur hunc sensũ sequutus D. Ambr.

His pro intelligẽtia totius Cantici prælibatis, accedamus ad nouã vberum Christi interpretationem, sub his verbis inclusam, *Meliora sunt vbera tua vino*; non quod crediderim mutari personam loquentem, vt quidam autumant, dicentes verba esse spõsi laudantis sponsæ vbera, sed potius sunt spõsæ quæ petierat osculum oris Dei, & multoties obtinet medio ore eorum qui verbum Dei prędicant, vel sacramenta administrant, vt supra est p̃notatum. Causam aũt huius reddens laudat mystica spõsi vbera, dicens; *Quia meliora sunt vbera tua vino*: id est; Apostoli tui, & Euangelistæ, pastores & doctores, quos à te instructos vice tui substituis, multo sunt meliores & pręcellẽtiores, quã antiqui Prophetę legis veteris. Quorum spiritus erat acris & mordax sicut vinum, quia ita exigebat lex illa seruitutis & timoris: at spiritus tuorum Apostolorũ & doctorum est spiritus mansuetudinis & amoris, instar matrum quæ vberibus lactant infantulos suos.

Lu. 9 v. 54.

Hanc diuersitatẽ spirituũ patefecit ipse Christus duobus discipulis Iacobo & Ioanni, cũ nolentibus Samaritanis eos recipere in hospitium, dixerunt, *Domine, vis dicamus*, sicut Elias fecit, *vt ignis descendat de cœlo, & consumat illos?* At Dominus cõuersus increpauit illos, dicens, *Nescitis cuius spiritus sitis; filius hominis non venit animas perdere, sed saluare.* Sit ergo spiritus vester sicut spiritus filii hominis, de quo scriptum est; *Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus in quo complacuit animæ meæ; ponã spiritum meum super eum, & iudiciũ Gentibus nũtiabit: non contendet, neq; clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius, arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eiiciat ad*

Matt. 12. v. 10. Ex Isa. 42. v. 1.

A *victoriam iudicium, & in nomine eius gentes sperabunt.* En spiritum Christi & discipulorũ eius, qui ipsius vbera nũcupantur: per quos non spirabat ignem ad occidendum, sed lac ad nutriendum & confortandum: non contendit clamoribus, sed suadet blandis rationibus; non confringit peccatoris arundinẽ quassatam, sed quassatã reintegrat ne pereat; nec extinguit linum fumigans, sed accẽdit illud ne amplius fumiget: peccantibus enim & errantibus compatitur, vt viã salutis & veritatis inueniant, & victoriam consequantur. Tam eximiaq; erit eius mansuetudo, vt omnes gentes in eo spem suam collocent, omnium suorum malorum ab eo remedium sperantes.

Hũc ergo spiritum oẽs nos assumere oportet, *Induentes*, vt ait Apostolus, *sicut electi Dei sancti, & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem, &* Ad Coloss. 3. v. 12.

B *donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam: sicut & Dominus donauit vobis, ita & vos: super omnia autem hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.* Ac si diceret; Si cupitis annumerari inter insigniter electos ad gloriam, & inter sanctos, & vnice dilectos à Deo, induite vos misericordiæ viscera, quæ sunt humilitas & patientia; & cæteræ virtutes charitate colligatæ; quæ vos etiam constituent digna Christi vbera, per quæ lactet, nutriat, ac pascat reliquos fideles; & ex consequẽti vos etiam eritis eorum quasi matres, materno affectu illos prosequentes, habẽtes vbera materna misericordiæ lacte plena ad benefaciendum illis; imo quod honorificentius est, eritis quasi matres ipsius Christi, vbera vestra præbentes illi: nam quod præstatis corpori eius mystico, sibi præstitum reputat, iuxta illud, *Quod fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis*: diligentes illos vt matres eorum, me tanquã matres diligitis; vbera quæ illis præbetis, mihi Mat. 25 v. 40.

C præstatis: nam qui in hoc fecerit volũtatem Patris mei, non solum frater & soror, sed etiam mater mea est; quia meipsum in membris meis, seu meis fidelibus amore materno diligit, ac beneficiis nutrire satagit. Hæc agnoscens sponsa, & gratam se illi exhibere cupiens; dum inter vineas, quæ sunt particulares Ecclesiæ, vel fideles animæ, commoratur, sit illi, *Ibi dabo tibi vbera mea*; tibi, inquam, hoc est, paruulis tuis, quos tui loco posuisti, & mihi commendasti vt eos nutriam, & vt mater diligam, ac curam illorum geram. Mat. 12. v. 50. Cã 7. v. 12.

Ad hunc maternum spiritum exhortatur nos idem Saluator variis exemplis & rationibus, potissime autem cum inquit, *Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est*: qui scilicet materna vbera habet ad nutriendos omnes homines etiã ingratos, vt iam vidimus. Idipsumque cõfirmat, Lu. 6. v. 36

D cum inquit; *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut ego dilexi vos.* Non ait, velut in lege antiqua, vt diligatis inuicẽ, sicut diligitis vosmetipsos, sed sicut dilexi vos: ego autẽ dilexi vos, vt mater diligit filios suos; ita enim vestri curam gessi, ita de cibo & potu prouidi, imo meo corpore & sanguine paui, ac si vniuscuiusque vestrũ mater essem. Ita ergo & vos alterutrum deberis diligere, ac si alter alterius essetis matres. Io. 15. v. 12. & c. 13. v. 34.

Hoc à vobis exigit lex euangelica, quæ est lex gratiæ & charitatis: perfecta autẽ charitas omnia assumit officia, omnium induit affectus, &

H omni-

1. Cor. 9. v. 22.

omnib. fit omnis, sicut ait Paulus, vt omnes lucrifaciat, & saluos efficiat: iam gerit munus patris vel magistri, iā medici vel pastoris, aut etiam iudicis quando est necesse. Cæterum in his omnibus nunquam exuit affectum matris. O bona mater charitas (inquit Bernardus) quæ siue foueat infirmos, siue exerceat prouectos, siue arguat inquietos, diuersis diuersa exhibēs, sicut filios diligit vniuersos. Cum te arguit, mitis est; cum blanditur, simplex est; pie solet sæuire, sine dolore mulcere; patiēter nouit irasci, humiliter indignari. Ipsa est quæ hominū mater & Angelorum, nō solum quæ in terris, sed etiam quæ in cœlo sunt, pacificauit. Ipsa est quæ Deū homini placans, hominē Deo recōciliauit. Hæc Bernardus, optime depingens maternū amoris affectū in omnibus, quę iustus per charitatem operatur.

Epist. 2. ad Fulconem.

De duobus vberibus charitatis & misericordia erga proximos. §. 2.

Serm. 10. in Cant. *Ad Ro. 12. v. 15.*

SEd sinister est, quæ sint eius vbera assignem. Idem D. Bernardus duo assignat ea D. Paulo desumpta, cum ait, *Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus.* Nempe spiritum cōgratulationis & gaudii de bonis proximi ac si propria essent, & spiritū compassionis & tristitiæ de malis & miseriis illius tanquam de propriis. Ex vtroq; autē vbere lac profluit accommodatum, vt confirmet gaudētes, & flentes consoletur; admonens illos vt in bono proficiant, ne corruant per superbiam: hos vero, vt in malis nō desperent, sed eripiantur ab illis. Nonne materna vbera habebat Iob qui dicebat, *Flebam quondam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi: si negaui quod volebant, pauperibus, & oculos viduæ expectare feci: si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea?* O bona & pia mater, quæ pupillū & desolatum ad mensam suam secum sedere facit, & ex proprio cibo, quo ipsa vescitur, eos reficit; imo in signum dulcis amoris buccellā partitur, & dimidiam illi partem tribuit. Sed vnde hoc? *Quia ab infantia* (inquit) *creuit mecum miseratio, & de vtero matris meæ egressa est mecum.* Id est; Ab infātia mea educatus sum vberibus, & lacte misericordiæ, quæ fuit mihi tanquam mater & nutrix, & mecū creuit semper, & me crescere fecit præclaris facinoribus pietatis. Et præterea de vtero matris carnalis egressa est mecū ista miseratio, vt quocumq; pergerem, illam mecū ducentem itineris, ac mearum actionū comitē. Sed adhuc amplius hoc dilucidat Septuaginta Interpretum versio, quę sic habet, *Quoniam à iuuentute mea enutriebam vt pater, & de ventre matris meæ dux eu fui.* Ac si diceret; Infātes expositos & orphanos enutriebā vt pater, & officium matris gerebam, buccellas illis minutas tanquā filiis dilectis prębens. Et sicut dux & patronus illos deducebam mecum, vt mea vestigia sequentes, à me misericordiæ mores ediscerēt. Hęc Iob princeps & rex inter Orientales: vt discant proceres sæculi, quē affectum habere debeāt erga proximos, maternum videlicet, vt vaticinatus fuerat Isaias de Ecclesia Christi, dicens, *Suges lac gentium, & mamilla regum lactaberis*: quia nimirū futurū erat quod gentium magnates, ac mundi reges tam ingenti amore eam, fidelesque illius prosequerentur, ac si matres vniuscuiusq; essent, & ex suis diuitiis

Iob 30. v. 25. & 31. v. 16.

Vide Pinedam in v. 18. c. 31.

Is. 60. v. 16.

ac potestatibus, quæ erāt velut eorū duæ mamillæ, ædificaturi erant templa, erecturi monasteria, & hospitalia, alituri pauperes, & omnibus affluenter benefacturi, quod vtinam & modo præstent, & mammillis suis inopes lactent.

Vt autē hoc melius percipiamus, assignemus duo vbera Christiani pectoris, vbi charitas sedē habet; esse duas ipsius propensiones ad duplicia opera misericordiæ, quæ dicuntur corporalia & spiritualia: corporalia quidem ad nutriēda & fouēda corpora pauperum & egenorum, præstando illis victum, vestitum, hospitium, & huiusmodi charitatis officia: spiritualia vero ad nutriendas & fouendas animas, docendo rudes, consolando mœstos, corrigendo delinquentes, aut parcendo; & cætera id genus ministeria spiritui proficua exhibendo.

Hæc autē non solum sunt exhibenda amicis, sed ēt inimicis & ingratis, iuxta illud præceptum Christi Domini, *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, orate pro persequentibus, & calumniantibus vos.* Diligite præbendo illis cor vestrum: deinde porrigite vbera, benefacite, tribuēdo temporalia: orate, spiritualia cōmunicando. Nam cum homo, inquit D. Basil. cōstet ex animo & corpore: quoad animū attinet, eos qui huiusmodi sunt (nempe inimicos) diligimus castigādo, admonēdo, & omnib. modis ad sanitatē reuocādo. Quod vero ad corpus attinet, beneficiis ipsos subleuando, cū aliqua re egeant earū quæ sunt ad vitam necessariæ: *Vt sitis,* inquit Saluator, *filii Patris vestri qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.* Id est; vt sitis similes ipsi Patri vestro, qui vbera misericordiæ adeo ampla habet, vt lac suum effundat in bonos, & malos, & ingratos; lucem & pluuiam largiens illis. Decet enim filios suis assimilari parentibus: mater quidem carnalis solum porrigit vbera proprio filio quē diligit, non extraneis, quos non eodem amore prosequitur: at bona mater charitas, quæ omnes homines lactat, quoniam omnes tanquam filios reputat, quatenus omnes filii sunt Dei, ad eius imaginē efformati, & pretioso Christi sanguine redēpti; sicut scriptum est, *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitierit, da ei aquam bibere:* Id est; aperi ei vbera misericordiæ tuæ & ex eis præbe illi cibum & potum, sicut & Pater cœlestis miseretur illius. Nam, vt inquit Seneca, euangelicis verbis cōsonus, more optimorum parentum, qui maledictis suorū infantiū arrident, non cessat Deus beneficia congerere de beneficiorum auctore dubitantibus, sed æquali tenore bona sua per gētes, populosq; distribuit. Ita etiāetsi te aliquis maledictis & opprobriis lacessat, non claudas illi vbera misericordiæ, nec cesses illi benefacere; *Prunas enim tibi congregabis super caput eius, & Dominus reddet.* Panis inimico pręstitus, conuertetur in prunam, & aqua (quod magis mirum est) in ignem, totque euacernabis prunas, & ignitos carbones, vt pia quadam vltione inimicū tuum aduras, à pedibus vsq; ad caput consumas, & in cinerem redigas; non quidem cōsumendo, & destruendo inimicum, sed inimicitiam, eum in alterum hominem cōmutando, nempe in amicum; incendēdo cor, quod antea erat frigidum, vt diligat te quē antea odio habuerat; ita n. inimicum vincis, sicut dicere

Matt. 5. v. 44.

In reg. breuioribus interrog. 176.

Prou. 25. v. 21. *Ad Ro. 12. v. 20.*

Li. 7. de benefic. c. 31. Seneca imitatus Dii.

di[illegible]ere solebat [illegible] rix beneficiis [illegible] us, [illegible] nacia recantur. [illegible] unde [illegible] rit. Magnum scie[illegible]ce [illegible] sto[illegible] bi[illegible] l[illegible]nam [illegible] an[illegible] [illegible] b[illegible] bona, eg[illegible] e reddidi tibi [illegible] t[illegible] hodie quæ fecerit mihi bona, &c. Dominus re[illegible]tribuit vicissitudinem hanc pro eo quod hodie operatus es in me. Proprietates autem [illegible] vberum elegan- ter depingit sponsus in capite quarto, cum lo- quit, *Duo vbera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in liliis*: vbi [illegible] septem insignia in- sinuantur, quæ suo loco enucleabimus.

Valerius in Cu. l. 4. c.

1. Reg. 24. v. 18

Can. 4. v. 5. In lib. 7 Exhort. 1

De prælatorum & doctorum vberibus charitatis erga subditos. § 2.

QVÆ de cunctis fidelibus diximus, multo præcellentius conuenire debent Episcupis & prælatis, doctoribus ac côcionatoribus, cæterisq; quibus animarũ cura est demandata, quos cõmuniter sancti Patres vbera Christi & Ecclesiæ nũcupant. Christi quidem in hoc loco, cum dicitur, *Meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis*. Ecclesiæ vero, cum eadem verba sponsus repetit sponsam laudans, & cũ quadam admiratione inquiens; *Quam pulchra sunt mammæ tuæ soror mea sponsa, pulchriora sunt vbera tua vino: & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata*. Vtriusque autem similis est ratio; nam tam Christus, quã Ecclesia vniuersalis per prælatos & doctores lactat reliquos fideles, & illis tribuit lac salutaris doctrinæ & pietatis, scientiæ & virtutis, in quo singulares habent excellentias.

D. Gregor. Beda. Anselm. Cassiod. & alii.

Cant. 4. v. 10.

Etenim quẽadmodum duo vbera superemi- nent in pectore fœminæ, dataq; sunt illi à natura non solum propter seipsam, & vt ornamentũ sint pectoris quod circũcingunt, sed etiã vt purissimo confecto nutrimento infantulos lactẽt; ita etiã prælati ac doctores Ecclesiæ, aliis fidelibus præeminere debent sapiẽtia & sanctitate, vt instar Saulis altiores appareãt vniuerso populo ab humero, & sursum. Ideo enim de illis dictum est, *Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorũ*; quia duplici præstãt magnitudine; sc. sanctitatis & deuotionis ergã Deum efficiendo quidquid iubet; & sapientiæ ac dilectionis erga proximos docendo eos eadem facere, & simili sanctitate potiri. Et hanc magnitudinem mirat[ur] sponsus, cum ait, *Quam pulchra sunt mammæ tuæ, pulchriora sunt vbera tua vino*: pulchriora dicuntur in ordine ad visum, sicut meliora propter lactis gustum. Ac si diceret; Verbis explicari nequit tuorum prælatorum & doctorum pulchritudo; quia sicut vinum non solum lætificat cor hominis cum potatur, sed etiam delectat visum, quando conspicitur in vitro splendidus & flauescens color eius: ita vbera tua non solum grata sunt paruulis quos verbo lactãt, sed cunctis hominibus visu apparent pulcherrima propter eximiam sanctitatem, qua in tuo isto ministerio erga proximos splendes. In quo incomparabiliter excedis vinum, quod quidẽ etsi

1. Reg. 10. v. 23. Matt. 5. v. 19.

Prou. 23. v. 31.

[illegible] misi [illegible] et au[illegible] me[illegible] ul- [illegible] din[illegible] a b[illegible] Quare ô [illegible] p[illegible] & [illegible]ctorum vbera [illegible] m & sap[illegible], vnde pro- [illegible] etates [illegible] fideles lactantes [illegible] vbera habent magni vocantur in re- [illegible]orum. Reliqui vero qui eis carent, paruuli nuncupantur; sicut sponsæ soror, id est, imperfecta anima, de qua ipsa dixit, *Soror nostra parua, vbera non habet*. At de seipsa quid inquit? *Ego murus, & vbera mea sicut turris*. Ac si diceret; Pectus meũ est velut murus cingens & custodiẽs cor; vbera aũt mea sunt sicut turres & propugnacula super pectus eleuata, & [illegible] eminent. Prælati ergo & doctores [illegible] ex[illegible] mumus, vt simul sint altissimæ turres [illegible] virt[illegible] tæ, sanctitatis, & sapientiæ, [illegible] & defendũt Ecclesiam, & corpus [illegible] charitas, & spiritus, quo viu[illegible]ficatur, & [illegible] ipsa vbera virtutem, & [illegible] seu [illegible] calorem spiritualem accipiunt.

Can. 8. v. 8.

Hinc coniicere licet, cur sponsa, quæ tam [illegible] ta est in hoc Cantico in commẽdandis pa[illegible] corporis mystici sui sponsi, à commendatione vberum exordiatur: nimirũ quia potiores partes sunt illius maiori amore flagrantes. Quis enim ardẽtius Christum amat, quã qui materno affectu erga proximos efficitur, & propter ipsum eos pascit, & lactat? Sic enim dixit Petro; *Si amas me, pasce agnos meos, pasce oues meas*. Signum ergo intẽsioris amoris erga Christum est vbera habere ad nutriendos proximos; & ad tantam celsitudinem peruenisse, quod eorum patres & matres esse possint. Cuius typus præcessit in primo Hebræorum Patriarcha, qui fuit binominis; prius enim vocatus est Abram, id est, pater excelsus; cum vero dictum est illi, *Ambula coram me, & esto perfectus*; mutatum est nomen Abram in Abraham, quod est pater multarum gentium, vt perfectior fieret, quam antea erat. Nomen Abr[illegible]m accipis, cũ Dei osculum recipis; quia vere es [illegible] ris pater excelsus; dum excelsas in te p[illegible] cogitationes, & affectiones, quibus D[illegible] h[illegible] teas: sed adhuc aliquid tibi deest, vt fis [illegible] tus; quod tunc adipisceris cum vbera [illegible], & efficeris Abraham, id est, pater multarum gentium, quas in Christo generas, & paris, eiusque virtute nutris. Munus enim patris simul cum matris munere in spiritualibus coniungi oportet, vbi non est distinctio maris & fœminæ, sed vna virtus Christi præstans vtrumque.

Io. 21. v. 16.

Gen. 17. v. 1. & 5.

Huius affectus formam explicuit Paulus, qui ad Galatas scribens, ait, *Filioli mei, quos iterum parturio; donec formetur Christus in vobis*. Nam finis huius generationis, & partus spiritualis, est quod Christus per fidem & charitatem coniungatur animæ, & sit quasi forma & vita ipsius. Ait autem, quos iterum parturio; quia iam semel illos pepererat, cum primum eis Euangelium prædicauit, & ad fidem traduxit; sed quia ab illa naufragauerant, iterum eos nitebatur parere. Etsi enim carnales matres semel tantum pariant filios suos, spirituales tamen, quamuis semel pa-

Ad Gal. 4. 19.

riant per baptismum, quia tamen multoties filii A moriuntur per lethale peccatum, oportet quod iterum, & iterum cum magno cruciatu parturiant, illum ad vitam per pœnitentiam reuocando. Post partum autem gerunt nutricis munus, vt eos alant, & in virtute confirment: sicut idem

1. ad Thess. 2. v. 7. Apostolus testatur, dicens; *Facti sumus paruuli in medio vestrum tanquam si nutrix foueat filios suos: ita desiderantes vos cupide volebamus tradere vobis, non solum Euangelium Dei, sed etiam animas nostras, quoniam charissimi nobis facti estis.* En spiritum prælatorum Ecclesiæ, quibus charissimi & amabilissimi debent esse subditi, vt in medio eorum per humilitatem fiant paruuli filiolis paruulis se attemperantes; & tanquam nutrices solicitæ curam gerant lactandi illos, tribuendo eis non solum lac euāgelicę doctrinæ, sed etiam propriam ani- B mam, eam in ipsos per amorem & solicitudinem transferēdo, vt magis sit in subditis, quam in seipsis. Imo si opus fuerit, etiam animam & vitam pro eorum salute superimpendant: nam iuxta

Io. 10. v. 11. Saluatoris sententiam, *Bonus pastor animam suam*
Io. 15. v. 13. *dat pro ouibus suis: & maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suā ponat quis pro amicis suis.* Induant ergo pastores viscera misericordiæ, ebibant spiritum charitatis, quæ bona mater est, & bonas ac solicitas facit matres, assumāt vbera

Ex D. Ber. serm. 10. in Cant. congratulationis, & compassionis, vbera misericordiæ in vtrisq; eius operibus, corporalibus & spiritualibus: vbera item sanctitatis & sapientię, omnibus salutia monita, & congrua remedia præstantes; quia si hæc vbera non habent, inepti sunt ad regimen animarum; nec erūt gregis pastores, sed dissipatores; non amorem sibi conciliabunt, sed odium, sed iram, sed querelas, sed timorem, qui foras mittat charitatem. Audiant

Serm. 23. in Cant. hoc prælati (inquit Diuus Bernardus) qui sibi commissis semper volūt esse formidini, vtilitati » raro. Erudimini, qui iudicatis terrā; discite sub- » ditorum vos matres esse debere, non dominos. C » Studete magis amari, quā metui: quod si inter- » dum seueritate opus est, paterna sit, non tyran- » nica. Matres fouendo, patres vos corripiendo » exhibeatis, mansuescite, ponite feritatē: suspen- » dite verbera, ꝓducite vbera, pectora lacte pin- » guescant, non typho turgeant; quid iugum ve- » strum super eos aggrauatis, quorum onera por- » tare debetis? Cur morsu à serpēte paruulus fu- » git cōscientiam sacerdotis, ad quem eum opor-

Ad Gal. 6. v. 1. » tuerat tanquam ad sinum recurrere matris? Si » spirituales estis huiusmodi, instruite in spiritu » lenitatis, considerans vnusquisque seipsum, ne » & ipse tentetur. Hæc Bernardus.

Quibus addo: Audiant etiam prælati, quæ de ipsis dicuntur, *Meliora sunt vbera tua vino*; si vino meliora, cur dimisso lacte, subditos puro potatis vino? Non quidem vino, quod cor eorum D lætificet, sed quod bilem accendat, & iram exci-

Ad Ephes. 6. v. 4. tet. *Et vos patres* (ait Paulus) *nolite ad iracundiam*
Ad Coloss. 3. v. 21. *& indignationem prouocare filios vestros, vt non pusillo animo fiant; sed educate illos in disciplina, & correptione Domini.* Necessaria quidem est disciplina & correptio, sit tamen tanto amore exhibita, vt non pronocet ad iracundiam, nec incutiat pusillanimitatem, sed potius solatium, & emendationem pariat. Ita enim diligerur à subditis, qui de eius materno affectu lætantes, dicent, *Exulta-*

Cant. 1. v. 4. *bimus, & lætabimur in te, memores vberum tuorum super vinum.* Nō quod vinum sit m[illegible], vbera sint n[illegible]ora & r[illegible]gor [illegible] vini temp[illegible] vt vulnera sanent.

Ad hoc autem [illegible]briuendum [illegible]dus est ordo ab sponsa præscriptus, [illegible] O[illegible]letur me osculo oris sui; deinde [illegible], *quia meliora sunt vbera tua vino*, vt int[illegible] præ[illegible], ut

Serm. [illegible] Cant. idem Bernardus notat, nullus melius quam in osculis oris Dei obtinet materna pietatis vbera. Inhient osculis appe[illegible]is, incumbant affectibus diuini amoris, colloquantur cum [illegible] oratione frequēter, & eius immensa corr[illegible]pientur beneficia, cumq; receperint oscula, accipient & vbera; & cum increuerit amor Dei, pinguescet maternus amor proximi.

De mensura in modo lactandi subditos. §. 4.

OPORTET tamen admonere prēlatos, vt opportune præcaueant huius materni amoris pericula. Non enim sine causa Christus Do-

Apoc. 1. minus in Apocalypsi manifestauit se *præcinctum ad mammillas zona aurea*. Pulchra quidem vbera, sed non secura si sint discincta; pulchriora tamē si pcīncta sint zona pellicea; pulcherrima vero si præcingantur zona aurea. Cū enim ab amore spirituali facile declinet animus in carnalem, & frequens cum proximis communicatio etiam circa spiritualia dilabi soleat in noxia, vel inutilia, oportet pectus, vbi amor viget, præcingere, & mammillas semper constrictas habere studio continuæ mortificationis, & abnegationis propriæ, quæ omnia superflua tollat, & ad ea quæ necessaria sunt, & vtilia se astringat. Qua vero isthæc abnegatio ex duplici radice germinare solet, vel ex sancto odio sui ipsius carnisq; ac ꝓpriæ volūtatis, vel ex ardenti Dei amore, qui for-

4. Reg. 1. v. 8. tis est vt mors ad hæc noxia mortificanda. Pul- chra quidem prima zona, q̄ pellicea dicitur, qua

Matt. 3. v. 4. Elias & Ioannes acerrimi legis propugnatores, ad renes præcingebantur; sed pulchrior secūda, q̄ aurea est, qua præcinctus erat Christus, quia abnegatio quæ ex puriori Dei amore promanat, alius præeminet. Vnde hęc zona nō ad renes, sed supra illos ad pectus apponitur; quia non solum opera praua mortificat, sed appetitus insanat, cogitationes & affectiones præcingit, vt cuncta iuxta legis euangelicæ normam dirigantur. Ca-

Ad Rom. 12. v. 3. ueat ergo doctor, nō plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: & item non plus amare, quam oportet amare, sed amare ad sobrietatem: nec plus loqui, docere, prædicare, & conuersari, quam oportet; sed hæc omnia sobrie peragere, vt aliis prosint, & sibi non obsint;

Mat. 16. v. 26. nam, *quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur?*

Sicut enim in decorum est doctorem vbera arentia habere, & lacte vacua, cum potius sem-

Ose. 9. v. 14. per deberent esse plena; ita indecens, imo imprudens est totū lac ita fundere, vt nihil sibi reseruet, & ita effrænate alios docere, vt ipse nequeat sibi attendere. Scriptum est enim, quod

Pro. 29. v. 11. *Stultus profert totum spiritum suum, sapiens autem differt in posterum.* Stulta enim esset nutrix, quæ vt paruulos nutriat, seipsam occidat: nam mors nutricis mortem tandem afferet paruulis. Ideo-

1. Ad Tim. 4. v. 16. que Diuus Paulus Timotheum monet, vt sibi & doctrinæ attendat; nam, *Hic*, inquit, *faciens, & teipsum*

ip,um sa'uum facies, & eos qui te audiunt. Ac si dice-
ret; Si … tendis, nec attendes doctrinæ,
vnde nec te … luum facies, nec alii per te salui fi-
ent, qui prauis exemplis lac à te in … ctum acci-
Ad calcem Exhortatio nis sequentis amp tius hoc explicatur. piēt. Non caret mysterio quod inter vxores Pa-
triarcharum Saram, Rebeccam, Liam fœcundã,
sola Rachel pe … clita sit in partu. forte quia
plus nimio … os d … iderauit: d … it enim marito
insipienter, & inuidens sororis fœcunditati, *Da*
Gen. 30. v. 1. *mihi liberos, alioqui moriar*. Dati autem sunt ei libe-
ri, qui non à morte liberarent, sed mortem affer-
Gen. 35. v. 17. rent: nam cum secudum peperit, mox mortem
obiit: nam qui inordinate, & imprudenter, aut
ex inuidia filios spirituales gignere cupit, eorum
occasione sibi animæ mortem asciscit. At qui
prudenter eos procreat & nutrit, non peri-
clitatur, sed gloriosam sibi & illis vitam adipi-
scetur in sæcula sæculorum. Amen.

EXHORTATIO XX.

De Ecclesiæ, & iustorum, doctorumque fragrã-tia, & de fragrantissimis Deiparæ vberibus erga omnes fideles, maxime et deuotos.

Meliora sunt vbera tua vino, fragrantiã vnguentis optimis.

SVPEREST declarare vltima quæ ad commen-
dationem vberum adduntur verba, cum di-
Cant. 4. v. 10. citur *Fragrantia vnguentis optimis*; quorũ loco Se-
ptuaginta Interpretes verunt, *Et odor vnguentorũ tuorum super omnia aromata*. Quam versionem se-
cutus est noster interpres interius in capite quar
to, vbi eandem sententia resumitur: & quamuis
de vberibus videatur præcipue dicta, tamen nõ
incongrue vniuerso corpori mystico etiam ada-
ptatur; in quo diuersi fideles per varios status,
gradus & officia distributi, fragrant variis virtu-
tum vnguentis; quæ odore suo longe superant
omnia aromata, quæ in mundo redolent; scien-
tiæ sæculares, diuitiæ, honores, dignitates: & si
quæ alia sunt, quæ odorifera reputantur, à iustis
vero contemnuntur, nihilque odoris optimi a-
pud illos habent.

§. 1.

ODOREM istum Ecclesiæ recte comparare
possumus, sicut olim dixerat Isaac de filio
Gen. 27. v. 27. suo Iacob; *Odor agri pleni, cui benedixit Dominus*:
Hom 6. in Ezech. quia, vt egregie ponderat Diuus Gregorius, ali-
ter in agro Ecclesiæ redolet flos vuæ, quia ma-
In Exhort. 2. de Christo est hoc declaratũ. gna est vis & doctrina prædicatorum, qui ine-
briant mentes audientium. Aliter olet flos oli-
uæ, quia suaue est opus misericordiæ. Aliter
D olet flos rosæ, mira namque est fragrantia quæ
redolet ex martyrum cruore. Aliter flos lilii,
quia candida vita carnis est de incorruptione
virginitatis. Aliter flos violæ, quia est virtus hu-
militum, qui ex desiderio loca ima tenentes se
per humilitatem à terra in altum non subleuãt,
& cœlestis regni purpuram in mente seruant.
Aliter redolet spica, cum ad maturitatem per-
ducitur, quia bonorum operum perfectio ad sa-
tietatem eorum qui iustitiam esuriunt, præpa-
ratur. Sed quia virtutes istas non ex seipsa ha-

A bet, sed ex Deo, propterea illud adiungitur, *Cui benedixit Dominus* Et quoniam per quosdam et-
iam in contemplationem surgit, per quosdam
vero in actiuæ vitæ solummodo opera pingue-
scit, recte additur, *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ*: ros enim desuper, & subtiliter
cadit, & toties de rore cœli accipimus, quoti-
es per infusionem contemplationis intimæ, de
supernis aliquid tenuiter videmus. Cum vero
bona opera etiã per corpus agimus, de pingue-
dine terræ ditamur. Hæc Diuus Gregorius mire
depingens singularum virtutum fragrantiam,
quibus redolet Ecclesia, & corpus Christi my-
sticum, cuius odor super omnia aromata diffũ-
ditur, per vniuersum mundum gloriam ipsius
Christi manifestans; sicut testatur Diuus Paulus
dum inquit *Gratias Deo qui semper triumphat nos*: 1. Cor. 2. v.
id est, triomphare nos facit, *in Christo Iesu, & odo-* 14.
B *rem notitia sua*) id est notitiam & scientiam sui
suauiter olentem) *manifestat per nos in omni loco,
quia Christi bonus odor sumus Deo in iis qui salui fiunt,
& in iis qui pereunt: aliis quidem odor mortis in mor-
tem, aliis odor vitæ in vitam.* Quasi dicat; Nostra
vita & doctrina, nostra prædicatio, & quidquid
agimus, aut patimur, est quasi quidam bonus o-
dor Christi ab ipso in nos exhalatus, ipsius diui-
nitatem, & sanctitatem ad Dei gloriam mani-
festans. Iste autem odor electis est odor vitæ cõ-
fortans eos, vt vitam æternam bonis operibus
quærant, & consequãtur; reprobis vero sua cul-
pa fit odor mortis; quia reiiciendo hunc odorẽ,
moriuntur per culpam, & corruũt in damnatio-
nem æternam.

§. 2.

C PASTORES autem & Doctores ac Prædi-
catores Ecclesiæ, qui primas in hoc corpore
mystico partes tenent, & vbera Christi dicun-
tur, fragrare debent *vnguentis optimis*; nõ vna vir-
tute, aut alia, sed omnibus, nec bonis, aut me-
lioribus, sed optimis, & in optimo gradu consti-
tutis, vtpote qui in statu sunt perfectionis, & o-
dor vnguentorum suorum sit super omnia aro-
mata, qui omniũ fidelium debent esse fragran-
tissimi; instar agri pleni, cui benedixit Dominus,
quemque omni benedictione spiritualium gra-
tiarum repleuit; quibus iam dederit de rore cœ-
li contemplationem, & de pinguedine terræ,
strenuam actionem, vt in vtraque vita contem-
platiua, & actiua inueniantur perfecti; quibus
etiam non desit odor vuæ, & oliuæ, violæ, lilii,
& rosæ: quia omnes exercere virtutes oportet,
cum omnes teneantur docere, vt in regno cœ-
lorum habeantur magni. Christique sint bonus
odor in omni loco, notitiam diuinitatis suæ per
eos manifestantis; vt tanquam fragrans balsa-
mus in corpore sit quilibet prælatus & doctor
in sua cõgregatione. Vnde fiet quod vbera sem-
per habeat nõ vacua, nec arida, sed plena; vt iu-
xta sententiam Apostoli, opus faciat Euangeli- 2. Ad Tim.
stæ, doctrinam sanam prædicando, & ministe- 4. v. 5.
rium suum impleat, cuncta plene peragens quæ
ad eius spectant perfectionem. Hęc ad prælatos
& doctores, de quibus tamen plura dicemus in
id, *Duo vbera tua sunt duo hinnuli, &c. qui pascuntur* Can 4. v.
in liliis.

Sed omnes etiam Christicolas, qui huius my- Gen 27. v.
H 3 stici 27.

A fstici corporis sunt partes, oporteret similiter redolere, vt vnusquisq; sit Christi bonus odor, de quo ipse Christus vel Ecclesia possit dicere, *Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* Nō enim sunt iā de agro mundi, sed de agro Christi, & Ecclesiæ, ille maledixit Dominus, huic benedixit. Ille (inquit Diuus Ambrosius est ager terrenus, qui sæpe horridus est syluis, aut fragrosus torrentibus, aut paludtris pigrioribus aquis, aut ieiunus frumentis, aut inutilis vitibus, aut infœcūda glarea saxosus, aut hiulcus & aridus siccitate, aut nimium aquis madidus, aut sentibus incultus (bone est omnibus virtutib. destitutus, cunctisque vitiis & periculis plenus.) At hic, id est ager Ecclesiæ, est de quo dixit Dominus, *Et species agri mecum est.* In hoc agro vua illa repentur, quæ expressa sanguine fundit, & mūdū diluit. In hoc agro est ficus illa sub qua sancti requiescunt spiritualis gratiæ suauitate recreati. In hoc agro est oliua illa fructifera Dominicæ fluens pacis vnguento. In hoc florent mala granata, quæ plutimos fructus vno fidei munimine tegunt, & quodam fouent charitatis amplexu.

Lib. de Iacob & vita beata, c. 1.

Ps. 49. v. 11.

Hos igitur fructus redulere debes, qui filius es Ecclesiæ, & Christi alumnus, vt eius benedictionibus repleatis. Hos fructus, inquit idem Ambrosius, redolebat Iacob, de quo hęc verba sunt dicta, qui Deum per pericula sequebatur, & multum se eius vbique deductione credebat. Nam licet dulcis & suauis sit odor agri, quia est odor naturæ, tamen in sancto Patriarcha virtutum spirabat gratia. Quam religiosus erat, vt fratrem recusaret lædere? quam verecundus vt patrem timeret fallere? quam reuerēs parentum, & honorificus, vt matri quod iubebat, non posset negare?

Hæc autem multo magis quadrāt in religiosæ perfectionis studiosos, qui seipsos non solum vt fratres, sed vt matres diligunt; & maternaminuicem vbera, iuxta dicta in Exhortatione pręcedenti, plena habent: quæ vnguēt is trium votorū paupertatis, castitatis, & obedientiæ fragrant, & aliis etiam optimis cōsiliis euangelicis valde redolent. Quod eleganter sic docet D. Bernardus; Quisquis in vobis fraternas necessitates tam corporum quam animorum, non solum patienter sustinet, sed insuper, si valet, iuuat obsequiis, confortat alloquiis, consiliis informat: vel si non valet, solicitis saltem orationibus solari non cessat infirmos: omnis, inquam, qui talia operatur in bonis, bonum omnino spargit odorem inter fratres; & odorem de vnguentis optimis; balsamum in ore, huiusce modi frater in congregatione; monstratur digito, & dicunt de eo omnes; *Hic est fratrum amator, & populi Israel; hic est qui multum orat pro populo, & pro sancta ciuitate Ierusalem.* De Ieremia dictum est hoc. Vtinam omnes in suo statu virtutibus fragrarent, vt totum Ecclesiæ corpus fragrantissimum redderetur vnguentis optimis.

Serm. 12. in Cant.

2. Mach. 15. v. 14.

§. 3.

SED nunquid obliuiscemur vberum matris nostræ genitricis Dei, quorum lacte nutrimur, quorum fragrantia confortamur, quæque omnium aliorum fons sunt, & exemplar præclarissimum? Cuncta enim quæ hactenus dicta sunt, emi..ēt tme in Deiparæ vbera q radiant. Quare mer romu ter lla, q x ti s Ec æ typum gerebat, loquente Iesu ad turbas, exclamauit dicens, *Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti:* quam laud Ecclesia celebrat cum Dei gen . Sed hoc mirum , quod mulier volens laudare Christum, non ipsum, sed matrem laudet. Forte quia eadem est vtriusq; laus, eadem laudandi ratio, eadem pulchritudo, non quidem à matre in filium, sed potius à filio in matrem deriuata; nam ideo illa beata, quia beatus ille quem portauit, & lactauit: ideo illa pulchra, quia ille pulcher. Vnde cum sponsus infensus laudans sponsam, dixerit; *Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es.* Illa mox in ipsum refundit laudem, dicens; imo: *Ecce tu pulcher es, dilecte mi. & decorus.* De quo suo loco. Prædicatur ergo beatus

Luc. 11. v. 27.

Cant. 1. v. 14.

B venter qui Christum portauit, & vbera quæ suxit: quoniam omnipotens filius omnigena sapientia, virtute, & gratia, repleuit matrem. Beatus quidem venter, quia lectulus fuit floridus flore Iesse, Iesu Nazareno, qui omnium virtutum & gratiarum floribus onauit illum.

De hoc agitur lib. 4. Exhort. 16. & 17.

Sed beata vbera dicuntur, quia lacte à cœlo recepto lactauerunt eum. Affirmant Hippocrates & Galenus esse quandam coaptationem inter ventrem, & vbera, venasque & arterias ab vtero in mammas protendi, & pro qualitate fœtus mammas, aut intumescere, aut languere, & deficere: temporeque conceptionis venas vberum oppleri, & turgere. Cum ergo fœtus vteri Virginei diuinus fuerit, ipsaque conceptio de Spiritu sancto, virtute Altissimi obumbrante illi, quid quod vbera Virginis cœlesti quodam lacte pro qualitate talis fœtus repleta fuerint? Nam & Ecclesia canit, *Virgo eum lactabat vbere de cœlo pleno.* Vnde factum est, vt vberrimo etiam lacte, non corporeo, sed spirituali replerentur: non ad lactādum filium vnigenitum, sed filios adoptiuos, quorum constituta est mater: quosque tam immenso amore materno prosequitur, vt nulla mater ita diligat filios naturales, sicut Deipara adoptatos. Et quilibet dicere pōt: Pater meus, & mater mea dereliquerunt me: Maria autem assumpsit me. Multo autem præcellentius quam Eua, mater viuentium appellari potest: quoniam per eam peccatores vitam recuperant gratiæ, iusti conseruationem, & incrementum, & tandem vitam consequuntur æternam. Prosequitur quidem Christus nos amore materno vt supra vidimus. Cæterum vt D. Anselmus perpendit, quia simul iudex est, munusque istud obire decet, aliquando quasi suspendit munus matris, dum quosdam punit & iuste deserit tanquam iudex: at pijssima virgo non iudex est, sed mater, sed patrona, sed aduocata coram iudice: ideoque semper munus matris obire desiderat, & de illa merito dicimus: *Meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis.* Vbera tua solum scatent dulcissimo lacte, nihil habent mordacis vini. Fragrant vnguentis optimis misericordiæ, nihil ad te de iustitia vindicatiua. *Misericordia enim superexaltat iudicium*, lac superat vinum: quod melius & dulcius est, babes tamquam pia mater vt reficias filios tuos, quos à iustitia & ira Dei protegis, & sub eius constituis misericordia: nam mater diceris gratiæ, & mater

Hippocrates 5. aph. Galenus in comm. Plura Pineda in Iob 4. v. 11.

C

Gen. 3. v. 20.

Lib. de excellentia Virginis c. 6.

D

Iacobi. c. 2. v. 13.

mater mi[illegible]iæ, mater dilectionis ac sanctæ A spei.

Quod [illegible] vbera tua vinum habent, non mordax est, sed suaue vinum amoris, quod dulcedinem continet lactis. Vnde etiam de illis dicitur,

Cant. 7. v. 8.
Erunt vbera tua sicut botri vineæ. Quia quidquid est in illis, dulce est dilectis tuis, & in eorum vergit nutrimentum, consolationem, & vtilitatem. Egregie quidem comparantur vbera botris vineæ, in quibus vinum seu mustum non est acre, sed dulce valde. Nam amor quem Deipara nobis propinat, materno dulcescit affectu, & cœlesti replet gaudio, nec comparatur botris à vinea, & vite præcisis, sed qui in ipsa vite sunt, quia huiusmodi continuo gignunt humorem, quem postea effundant. Beatissima autem virgo, quæ [illegible] per coniuncta est viti, qui Christus est, semper [illegible]tiam dulce hoc mustum amoris in se continet, vt continuo in nos diffluat, & ab illo satiemur, & inebriemur.

Denique quod in Christo præstant vulnera, B in Maria exhibent vbera: à Christi vulneribus sugimus liquorem diuinæ gratiæ, & copiosæ misericordiæ, quam per illa vulnera nobis promeruit in cruce, dum per ea sanguinem fudit, qui remissionem peccatorum obtineret, & efficeret: quæ vulnera modo in cœlo tanquam aduocatus offert patri, vt propter illa placatus parcat mundo. At à Deiparæ vberibus sugimus etiam lac misericordiæ & gratiæ, quam nobis impetrat potentissime, dum ea vbera in cœlo præsentat filio, vt eum placet, & nobis veniam obtineat. Sicut pater non potest reijcere vulnera filij, sic nec filius potest despicere vbera matris: quare vbera ista sunt nostra protectio, salus, spes, &

Cant. 8. v. 10.
consolatio nostra, *Ego* (inquit illa) *murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens.* Nam ex quo coram eo hanc inueni gratiam, vt eum portarem in ventre meo, & vberibus meis de cœlo plenis eum lactarem, facta sum tanquam murus ad protegēdum meos C amicos, & vbera mea quasi duæ turres, & duo propugnacula fortissima, quibus coram ipso Deo tueor illos.

Bene ergo clamat Ecclesia: *Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti.* Quare beata vbera? Quia beatos reddunt homines sugentes lac ex illis. Virgineū enim lac beatificat animas, nam ab eius vberibus procedit lac sapientiæ, quo cœlestia gustamus: lac deuotionis, quo dulciter afficimur erga diuina: lac misericordiæ, quo miseris compatimur, & beneficimus. Lac pietatis, quæ ad omnia est vtilis: lac diuinæ consolationis, quæ cor dilatat, corroborat, & ad omne bonum opus promptum reddit. Hæc autem omnia intercessione Deiparæ, & eius vberum oblatione à Deo impetramus. Nam sicut Deo patri offerimus vulnera dilecti filij sui, Ita Deo filio offerimus vbera dilectæ matris suæ, vt propter illa quod desideramus & petimus, elargiatur nobis. Elargitur autem affluenter, vt merito D

Cant. 4. v. 5. & c. 7. v. 3.
de Virginis vberibus dicamus: *Duo vbera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli qui pascuntur in lilijs.* Caprea propter perspicuitatem visus hic diuinitatis symbolum est. Sicut ergo duo hinnuli gemelli continuo sugunt lac ab vberibus matris: ita à diuinitatis vberibus duo Virginis vbera, nempe intellectus, & affectus iugiter per impetrationem sugunt lac sapientiæ, & gratiæ, charitatis ac omnigenæ virtutis, quod impartiatur dilectis suis: & ideo dicitur quod pascuuntur in lilijs, quia maxime versatur inter iustos, & puros, ac cum illis valde delectatur. Nam de ea scriptum est: *In electis meis mitte radices. Et in plenitudine Sanctorum detentio mea.* Esto ergo lilium Eccl. 24. v. 15. & 16.
candidum, purum, & odoriferum, vt tecum delectetur Deipara, & eius vberum particeps esse valeas.

§. 4.

Sed habes etiam ab ea vnde id discas. Nam vbera eius sunt *Fragrantia vnguentis optimis.* De ipsa enim, quæ omni gratia fuit plena, dicere possumus odorem eius fuisse sicut odorem agri pleni, cui benedixit Dominus. Quia omne odoriferum quod fuit in alijs Sanctis, multo præcellentius fragrabat in illa. Vnde per quandam excellentiam quidquid in Virgine est, optimū vnguentum est, & fragrantissimum, optima humilitas, optima obedientia, optima virginitas, modestia, misericordia, fortitudo, & patientia optima: quia in ventre suo super optimum portauit filium. Et quid mirum quod superoptim⁹ & omnipotens filius vbera, quæ suctururus erat, optimis & fragrantissimis liniret vnguentis, & præcellentissimis ornaret virtutibus? Semper Deipara oculos conijciebat in id quod erat optimum, æmulans charismata meliora, potiora probans; vt esset perfecta, sicut pater eius cœlestis perfectus est. Fragrabant ergo vbera eius vnguentis ita optimis, vt meliora, & fragrantiora inter puras creaturas non inueniantur: nobisque proponuntur in exemplum, vt in odorem vnguētorum eius curramus post ipsam, optima illius sequendo vestigia, imitando virtutes, imbuendo mores. Oportet enim filios similes esse parentibus: vt sicut in filijs suis agnoscitur vir, ita in electis agnoscatur præcellentia Deiparæ; Eccl. 11. v. 30.
quæ tanquam optima mater optimos generat filios, & optimo lacte nutrit eos.

Sed quoniam sæuitia & astutia hostium, ac tentationum, & tribulationū iugis vexatio valde nostrum iter retardat, contra hæc præsidium habes in vberibus Virginis, quæ tibi erunt instar turris, ex quo pacem coram Deo inuenit, non tantum sibi, sed nobis; cum facta est mediatrix, & reconciliatrix nostra, vt nos filio suo pacificaret; & ab hostium insidijs protegeret. Beatos ergo iure vocam⁹ eos qui Virginis vbera spiritualiter sugunt, vnde tot, tantaque bona sibi proueniunt. Cur igitur non diligis hanc matrem? cur non ad eius accedis vbera? Vtinam tibi applicares quod ait Salomon: *Vbera eius inebrient te* Prou. 5. v. 19.
omni tempore, in amore eius delectare iugiter. Sic enim illam beatitudinem adipisceris, quam Christus Dominus commendauit, huic mulieri respondens: *Quinimo beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.* Ac si diceret; Beatus quidem est venter qui me portauit, & vbera quæ ego suxi: sed inde ille beatus, & omnes erunt beati, si in ventre animæ portent per fidem me ipsum, qui sum Verbum Dei, & custodiant, ac lacte bonorum operum me intra seipsos nutriant; quod perfectissime præstitit Deipara, & electis suis instanter impetrat, præstante propter ipsam eodem Domino nostro Iesu Christo, qui est Deus benedictus in secula. Amen.

POSTERIOR PARS Libri I.

De nominibus Dei, & Christi Iesu significantibus eius immensas gratias, & quas effundit in homines: & de nostra dilectione erga ipsum propter illas.

TEXTVS.

Cant.1.v.1. Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te.

EXHORTATIO XXI.

[Pro] Doctoribus etiam & pro Feria 6. cinerũ de misericordiæ operibus, & pura intentione.

De nomine olei effusi vt conuenit Deo, de duplici eius effusione per creationem, & per sanctificationem: & de modo quo nos oleum effusum per misericordiam esse debemus.

Oleum effusum nomen Dei.

Deprecatio ad B. Virginem.

IVcundos inchoamus sermones de mellifluis nominibus sponsi, tum vt Deus est in essentia vnus, & trinus in personis, tũ vt est Deus homo factus. Vnde ergo dulcius exordiemur quam ab eius genitrice, cuius tanta est cum filio similitudo, vt omnia filij apte quadrent matri? De illo dicitur; *Oleum effusum nomen tuum*; cur non de hac etiam dicemus, nomen tuum oleum effusum est? Solet in Scriptura nomen pro gloria & fama vsurpari, quæ bonus odor est ex præclaris operibus profectus, licet omnibus naturæ odoribus antelatus, iuxta illud Salomonis: *Melius est nomen bonum quam vnguenta preciosa.* (Eccl.7.v.1) Adhuc tamẽ eleganter Deiparæ nomen oleo comparatur: nam sicut oleum reficit esurientem, ægrotantem sanat, membra lassa fouet, nutrit flammam & parit odorem: ita & nos laudibus Virginis reficimur: eius exemplis ad virtutum medicamina quæ reddit inuitamur, recreamur in aduersitatibus, accendimur ad amorem, & bonum spargimus ædificationis odorem. Nominis eius gloria vbique diffunditur, & sicut oleum effusum magis redolet; sic quo magis gloria Virginis dilatatur; eo amplius augetur ipsius gloria, & per ipsam nobis maior confertur gratia. Reliqui iusti vocantur à Zacharia Propheta, *Filii olei*, (Zach.4. v.14.) quia filij sunt gratiæ, & filij Christi, cuius nomen proprium est oleum effusum, vt mox videbimus. At beatissima Virgo Maria optime dici potest *Mater olei*. Est enim mater gratiæ, mater misericordiæ, & mater Christi, qui est ipsum oleum. Vnde quot sunt filij olei, filij etiam Deiparæ nuncupantur. Vtinam eius precibus, filij D eius esse mereamur, vt etiam filij olei omnimur & simus. Eia ergo, duce omnium Matræ, quæ stella maris interpretatur, & oleoque sui splendoris fidei lampadem nutriente, tanti olei effusi insignia declarare aggrediamur.

A *Qua ratione nomen sit Dei oleum effusum.* §. 1

QVi nominis Dei [...] laudes eius quantum valet. Scrip[tum est] enim: (Eccl.43.) *Benedicentes Dominum exaltate eum quantum potestis, maior est enim omni laude.* Laudaverat sponsa fragrantiam vnguentorum optimorum, quibus delibuta erant sponsi vbera, auget laudes, dum ait: *Oleum effusum nomen tuum*, ac si diceret: Sponsus meus nõ solum est vnguento vel oleo odorifero delinitus, sed est ipsummet vnguentum, & ipsummet oleum, ipseque met odor: quo nihil excellentius de illo potuit prædicare. Cum enim aliquem summe laudare cupimus, ita dicimus: non solum est pius, sed ipsa pietas: nec tantum est iustus, sed ipsa iustitia: sicut è contrario vt aliquem maxime vituperemus, consueuimus dicere, est ipsa iniquitas, & ipsa crudelitas. Hæc quidem per hyperbolem de hominibus, sed cũ maxima proprietate de Deo, imo de solo Deo prædicantur, vt docuit D. Dionysius. Deus (c.2. de diuinis nom. c.6. Theologi cum D. Tho. p.q.3. ar.3.)
B enim est suamet Deitas. & non solum est bonus, sapiens, & misericors, sed ipsa bonitas sapientia & misericordia, ipsa veritas, charitas, & vita Erit igitur ipsummet oleum, quia ipse est omnis sua perfectio, & sanctitas, & ipsamet fragrantia sanctitatis. Omnibus hominibus, & Angelis accidit sapientia, sanctitas, & virtus, deforis enim aduenit illis à Deo, ideoque certis limitib. est conclusa: at Deo per suam essentiam cuncta hæc conueniunt, & sine vllo prorsus limite: ita vt Christus Dominus dixerit cuidã Scribæ, *Quid me interrogas de bono? Nemo bonus nisi solus Deus.* (Matt.19. v.17.) Quoniam ipsius collatione, nullus reputatur bonus, aut sapiens, nec ipsa bonitas, aut sapientia potest nuncupari. Propter quod solius Dei nomen proprium, quo ab Angelis & hominibus secernitur, est esse ipsam sapientiam, & bonitatem ac oleum effusum.

Satis autem opportune sponsa hoc nomen olei effusi imposuit, vel tribus Deo: etenim solemus nos imponere nomina, vel illis vti iuxta vehementiorem affectum tunc temporis cordi prædominantem: ad modum quo Rachel cum vltimum peperit filium, præ magnitudine doloris vocauit eum *Benoni, id est, filium doloris.* Iacob autem magnam concipiens spem infantuli, vocauit eum *Beniamin, id est, filium dexteræ* (Gen 35. v.18.) Sic nos cum opprimimur affectu tristitiæ de peccatis, vel alijs miserijs, Deum vocamus nominibus huic affectui congruentibus, scilicet, tu Domine es spes mea, salus, sapientia, refugium, consolatio, & perfectio mea. Si ignorantia laboramus, à qua cupimus liberari, dicimus, tu es Domine lux vera, lumen meum, lucerna, illuminatio & sapientia mea. Cum autem affectu lætitiæ dilatamur, inuocamus Deum, amor meus, gaudium vita, corona, & gloria mea. Cum igitur sponsa tota esset intenta petendis osculis, sugendis vberib⁹, & sentiendis Dei fragrantijs, exclamat; *Oleum effusum nomen tuum.* Tu Domine es oleum D meum, vnguentum meum preciosissimum, à quo procedunt odores omnes, quos percipio; tu es ipsa suauitas, & misericordia effusa in cuncta bona, quæ à te percipio: ideoque nunc hoc solo tuo nomine gaudeo, quod oleum effusum est mihi.

Sed quæres fortasse, nec immerito, cum sponsa multa vnguenta optima, & mire fragrantiæ

grantia in [illegible] peruenerit, cur non A dixit vnguenta [illegible] nomen tuum, sed tantū oleum, idque [illegible], est nomen tuum? Nec enim m[illegible]sterio carere putandum est. Quod vt a[illegible] duerte, [illegible] mine hic vnguentum pretiosum [illegible], vel liquorem, aut succum a[illegible]: vel potius, vt vox ipsa sonat, oleum [illegible]uatum, eo quod omnia optima vnguenta co[illegible]fic antur ex ole[illegible], tanquam ex prima, & pręcipua materia, adiunctis deinde alijs aromatum [illegible], secundum quas ex eadem materia olei co[illegible]ta variantur vnguenta: vt aliud dica[illegible] vnguentum nardi, vel myrrhæ, &c. Vnde 30 vngu[illegible]ntum q[illegible] summi Sacerdotes, & vasa sacra o[illegible]m vng[illegible]bantur, ex multis conficiebatur a[illegible] addito oleo de oliuetis: indeque vocabatur v[illegible]onis oleum sanctum. Vocat igitur sp[illegible] D[illegible]m non vnguenta, sed oleum, vt indic[illegible] ad[illegible] em eius simplicitatem omnis compositionis, & mixtionis expertem, quia summe antecellit cuncta creata: quæ vt docet D. Thomas, aliquam habent admixtam compositionem ex multis partibus, aut potentijs, virtutibus, vel perfectionibus superadditis: solus autē Deus est omnino simplicissimus, omnē reipsa excludens compositionem. Eadem enim tam indiuisibilis in Deo est sapientia, & fortitudo, eadem iustitia & misericordia, nec vlla est nisi per nostrum concipiendi modum inter illa diuersitas; & quæ apud nos plura sortiuntur nomina, apud Deum vnicum habent nomen, illudque vere amabile. An (inquit D. Dionysius) non est mirabile nomen, quod est super omne nomen, quod est sine nomine, quod omne excipitur nomen, quod nominatur siue in hoc seculo, siue in futuro? Recte igitur sponsa volens nominare Deum pręcellentiori modo, quo poterat, nō vnguenta, sed oleum dicit esse nomen eius, quia vnicum & simplicissimum oleum est, omnia vnguentorum genera continens; vnica virtus, vnica sanctitas, vnica perfectio comple- C ctens omnes perfectiones, & nomina per creaturas dispersa, seclusis tamen imperfectionib⁹, quas habent admixtas. Est autem oleum effusum, quia ab hoc infinito Dei oleo, & perfectione, omnia quæ in creaturis inueniuntur, bona promanant. Oportet enim aduertere in Scriptura nomen crebro pro re nominata vsurpari. Vt idem sit oleum effusum nomen tuum, quod, tu ipse es oleum effusum.

1. p. q. [illegible] maxime art. 7.

In diuinis [illegible] v. 18. de diuin. no[illegible] ad medi[illegible].

De duplici effusione Dei in omnes creaturas, & in solos iustos. §. 2.

VT autem hæc melius percipiantur, duplicem in Deo consideremus effusionem, propter quam dicitur *Oleum effusum nomen tuū.* Nam vt docet Diuus Dionysius, ex diuinorum eloquiorum fontibus haurimus oēm ferme Theo" logorum laudationem ad beneficos diuinitatis " progressus exponendos, atque laudandos, diui- D " na effingere nomina. Secundum ergo diuersos modos, quibus Deus suam creaturis communicat bonitatem, & perfectionem, sic diuersa nomina illis imponimus, vt fusius interpretatur Angelicus Doctor. Bonū n. (inquit idem Dionysius) est diffusiuum sui, & sicut Sol illuminat omnia, quæ pro captu suo lucis partem admit-

[illegible] de diu. nom.

1. p. q. 13. per totam & 4. de diu. nom. à principio.

A [illegible] ita summum [illegible] lem sup[illegible] tans, omnibu[illegible] sunt, pr[illegible] vsq; tot us bonitat[illegible]. Hæc igitur est p[illegible]ma ratio, creat[illegible], c[illegible] Dei [illegible] vniuersum mundum & in omnes creaturas. Nam ab æterno antequā quidquam faceret à principio erat summū bonum, & oleum pretiosissimum diffusiuum quidem, & effusiuum sui. Nō tamen diffusum, nec effusum donec in principio temporis creauit cœlum & terram, & omnia quæ in terra vel supra ipsa continentur. Tunc n. se effudit, & quot creaturas fecit, tot odores exhalauit, & tot radios suæ bonitatis emisit: *Vidit n. Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Ita vt per hæc bona, & per hos odores infinitam bonitatem & fragrantiam Creatoris cognoscere possimus, quæ tamen antea erat occulta, & sibi soli nota.

Vide Lud. Legionens.

Gen. 1. v. 31

Sed hoc est mirabilius & dulcius in hac effusione, quod res aliæ odoriferæ emittunt ex se odorem etiam ad locum distantem, non tamen B ipsæmet tendunt cum odore; vt balsamū in pixide discooperta manēs, per totum cubiculum spargit odorem; & Sol manens in cœlo per vniuersum orbem lucis spargit radios: nō sic Deus, sed quotiescunque se diffundit in creaturas, simul adest illis; & vbicunque est odor Dei, est ipse Deus ob suam immensitatem, & propter omnimodam dependentiam, qua cuncta creata habent ab ipso vt sint, & conseruentur, suasque operationes & motus peragāt; iuxta illud Pauli: *Non longe est ab vnoquoque nostrum, in ipso enim viuimus, mouemur, & sumus.* Idque indicauit sponsa vt supra est prænotatum, dum sentiens sponsi fragrantiam tanquam præsentem eum alloquitur dum ait, *Meliora sunt vbera tua vino; & oleum effusum nomen tuum.* Non signat autem locum vbi sit effusum, quia vbique effusum est; nec vllus est locus, vel creatura, quæ hanc effusionem non recipiat, & cum qua non sit ipse Deus. Vbiq; ergo reuereri debes tanti largitoris præsentiam, & C maiestatem: vbique laudare eius munificentiā, & pro copiosa in te emissa effusionem gratias agere: vbique effundentem diligere, obedientiam præsta[illegible]e, & coram ipso pijs precationibus & meditationibus animam tuam effundere, vt ad sublimiorem te præpares effusionem recipiendam.

Act. 7. 27.

Hæc autem est secundum gratiam & affectus eius in vniuersam Ecclesiam, præcipue vero in animas iustas, quæ sunt mēbra viua ipsius. Quæ quidem effusio, licet procedat à Deo sumo bono, tribusque diuinis personis, peculiari tamen ratione tribuitur Spiritui S. cui etiam accommodatur nomen olei effusi: Siquidem D. Ioannes crebro vocat illum vnctionem: non tantum quia effundit in animas gratiam & charitatem, qua tanquam spiritali oleo creato vnguntur & sanctificantur, sed etiam quia cum eadem gratia ipsemet effunditur, vt supra vidimus: vnde ipso etiam dicimur vngi, & oleū est à quo denomi- D namur vncti: iuxta illud Pauli, *Qui vnxit nos Deus, & signauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.* Et sacramentū confirmationis fit per externam vnctionē chrismate ex oleo, balsamoque confecto, ad significandā plenitudinē Spir. S. q̄ in eo datur. Vnde iusti oēs per gratiam q̄ habēt, sunt quasi odores à Sp. S. in eis habitāte ꝓfluentes q etiā in eis spirat radios odoriferos sanctarū cogita-

1. Ioan. 2. v. 20. & 27.

Ecclesia in hymno dicit spiritalis vnctio.

Exhort 8.

2 Cor. 1. v. 21. & Act. 10. v. 38.

[illegible] ac [illegible] pe- A tu [illegible] ra ani- an [illegible] am [illegible] & [illegible] lius cum sancto Spi[illegible] sibili et [illegible] petant [illegible] co v[illegible] & [illegible] sponsa, *O tam effusum nomen tuum*, [illegible] est [illegible] o Domine, habes no[illegible] ab [illegible], qui[illegible] su- peraris de[illegible]; [illegible] arridet, quia tuorum vnguentorum [illegible] iam experior. Vocaris quidem sapientia, bonitas, pulchritudo, & pluribus aliis nominibus, quæ tamen omnia sunt tibi oleum effusum. Es quidem sapientia, sed sapientia effusa, quia effudisti illam super omnia opera tua, & super omnem carnem, dum illa creas, & plenius, super eos, qui diligunt te, cum eos sanctificas. Diceris etiam misericordia, sed misericordia effusa, quoniam effundis illam super cunctos miseros, & misericordia tua plena est terra: sicut etiam plena est pulchritudine tua, & prouidentia tua, quæ cuncta gubernat. Quia omnes tuæ diuinæ perfe- B ctiones sunt oleum effusum in creaturas, maxime autem in amicos tuos. Propter quod nomen tuum Domine, fama, & gloria tua etiam est oleum effusum, quia in vniuerso mundo mire fragras, & dignus es qui ab omnibus lauderis, & quod nomen tuum ab omnibus glorificetur; quia plena etiam est omnis terra gloria tua; & tuum est quidquid splendet in ea laude dignũ, propter quod tibi soli debetur omnis honor, & gloria in secula.

Eccl. 1. v. 11. En dupli- cem effu- sionem iá tactam. *Eccl. 18. v. 9.*

De dilectione Dei hinc deducenda agitur in versu sequenti. Ideo adolescentulæ dilexerunt te.

De affectu humilitatis & puræ intentionis gloriæ Dei hinc deducendo §. 3.

QVid ergo dices ad hæc qui odoribus Domini, & donis eius repletus es? Nunquid gloriabitur aër luce & radijs solaribus perfusus contra solem qui illuminat illum? recedet sol, & manebit tenebrosus. Vnde ergo gloriatio illius? Nunquid iactabit se aër odoribus balsami re- C pletus contra balsamum, qui exhalauit illos? Tolletur balsamum, & cessabit odor. Vnde igitur iactantia ipsius? *Et quid habes*, ait Apostolus, *quod non accepisti? quod si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis: Iam diuites facti estis? iam saturati estis?* Putatisne ita esse bonis plenos, vt nihil vobis desit? aut non amplius indigere Dei conseruatione, & protectione, vt possitis in vobis, & non in Domino gloriari? Dices: *Diues sum, & locupletatus, & nullius egeo, & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus*: Hæc habes ex te. Quoniam perditio tua: tantummodo (ait Dominus) in me auxilium tuum. Suadeo ergo tibi inungere collyrio oculos tuos, vt videas miseriam, paupertatem, & nuditatem tuam, quo humilis fias, & sanctus. Sed quod est collyrium istud quo vngendus sum, vt videã? Respondet sponsa: *Oleum effusum nomen tuum*. Ecce vnctionem quæ pellit superbiam, & aufert mentis cæcitatem. Viderat vbera sui corporis mystici cæ- D lesti lacte plena, & optimis virtutum vnguentis fragrantia; ne autem (inquit D. Bernardus) fragrantiam istam sibi arroget, nec beneficia & dona vnguentorum quibus est delibuta, sibi attribuat, de sponsi largitate se ea accepisse fatetur, dicens: Tu Domine es ipsum oleum, tu ipsum vnguentum fragrans à quo profluunt odo-

Ad Cor. 4. v. 7. *Apoc. 3. v. 17.* *Osee 13. v. 9.* *Apoc. 3. v. 17.* *Serm. 3. in Cant. ad finem.*

res mei, [illegible] & [illegible] dona.

Itaque [illegible] lem, & [illegible] q[illegible] te [illegible] se[illegible] pe[illegible] ulu *Non sumus [illegible] aliquid a nobis quasi [illegible] sufficientia ex Deo est, qui [illegible] in nobis [illegible] pro bona sua voluntate*, cum tene[illegible] Psalmist, *Non nobis Domine, non [illegible] da gloriam*: nomi[illegible] oleum [illegible] fusum, a cuius ef[illegible] sione pro[illegible] nostra gratia, vi[illegible] & insignis opera[illegible] & [illegible] diuinæ misericordiæ nos p[illegible] & subsequitur in omni opere bono, omnibus diebus vitæ nostræ.

2. Cor. 3. v. 5. *Psal. [illegible]* *Psal. 22. v. 6.*

Præcipue autem hoc diuino oleo vngere curabis caput tuum, & caput operum tuorum, scilicet intentionem qua soli Deo pl[illegible] studeas, eius gloriam, non tuam quærere. [illegible] enim est quod Christus Dominus præcepit, dicens: *Cum ieiunas, vnge caput tuum*. Vnctio hæc caput & spiritum roborat, & in[illegible] ar galeæ protegi[illegible] & ictibus inimicorum, qui [illegible] operis iaciunt, vt totum opus [illegible] quod dixerat Ieremias: *Facti sunt hostes eius in capite, inimici locupletati sunt*. [illegible] enim [illegible] diabolus [illegible] fecit, & [illegible] intentionem præualet. Tu autem [illegible] or [illegible] vnge caput [illegible] gloriæ, ne [illegible] in tuum, & quod[illegible] bonum [illegible], propter quem faciendum [illegible] gloria, qui tribuit posse & operari. Sit autem hoc oleũ, sicut vnguentum in capite Aaron, quod descendit in barbam vsque ad oram vestimenti, vt ita intentionem ac principium operis vngas, quod etiam vnctio pertineat ad [illegible] dium & finem, & quascumque minutissimas partes, velut pilos ipsius, & quas vocant circumstantias actus, vt omnia & singula fiant ad gloriam Dei, sintque oleo deuotionis & amoris impinguata, iuxta illud Psalmi: *Impinguasti in oleo caput meum*. D[illegible] enim est oleum pingue deuotionis, ac puræ intentionis infundere, vnde cætera membra, partes operum maneant etiam impinguatæ [illegible] roboratæ. Caue autem, sicut Dauid monet, ne oleum peccatoris impinguet caput tuum, suis adulationibus te ad inanem gloriam pertrahẽs, & fictam imprimens deuotionem, quæ non ex charitate pullulat, sed ex inani gloria, & vana sui ipsius complacentia: sic enim diabolus ex tuis operibus ditabitur dum furatur ea; tu autem in maximam deuenies egestatem, quia recepisti mercedem tuam, sed inanem, & futilem, amissa æterna, quam ab ipso Deo acciperes, si diuino oleo caput vngeres. Merito ergo sponsa in huius dramatis exordio, quod totum resonat suauolentiam & fragrantiam thuris, myrrhæ, florum, & vnguentorum diuersi generis, n[illegible] sponsi inuocat, dicens esse ipsum oleum effusum: vt doceat nos, quidquid luminis, qu[illegible] deuotionis, a[illegible], & gratiæ in [illegible] Cantico traditur, & a De[illegible] eius nomine, virtute, & ma[illegible].

Matth. 6. v. 17. *Thren. 1. v. 5.* *Psal. 132. v. 2.* *Psal. 22. v. 5.* *Psal. 140. v. 5.*

Denique sic [illegible] sponsi [illegible] non vngue[illegible], sed oleum

[illegible] propter eu[illegible] di sim-[illegible] tentionem [illegible] in cunctis [illegible] eribus [illegible] poteret [illegible] am [illegible] perfectio[illegible] expe[illegible] simplic[illegible] q; Deum, [illegible] uncta d[illegible]gentem. Sed de h[illegible] dicemus inferius: nunc [illegible] ffectum hunc etiam deducendum per[illegible]da[illegible]us.

De alio affectu prof[illegible] sa misericordia ex eodem Dei nomine deducendo. §. 4.

Etenim propter hanc duplicem Dei in te effusionem summo eum amore prosequi debes, at, numens propter ipsum, nomen olei effusi in illos. Qui enim se mutuum diligunt, etiam nomina & munia communia habere solent, sicuti varies nomenclaturam à maritis desumunt. Cum ergo Deus ob magnitudinem amoris fiat in te oleum effusum, tot tamque magna effundens dona, tu vicissim redamans illum debes et fieri oleum effusum in corpus mysticum eius, nam sibi imputat quæ in membra eius effundis. *Et eum leniuas, vnge caput tuum*, id est, Christum qui caput tuum est. Vnge autem eum non in se, sed in membris suis oleo misericordiæ, coniungens illa ieiunio. Hoc enim mox subiecit Christus Dominus, *Nolite th[illegible]saurizare vobis thesauros in terra. &c. Thesaurizate vobis thesauros in cœlo.* Quod per elargitionem eleemosynarum fit. Nam dū di[illegible] eæ effunduntur in pauperes, reconduntur in cœlis. Debet autem esse misericordia, copiosum oleum effusum, vt omnino assimiletur diuinæ, quæ tibi & omnibus proponitur in exemplar, cum dicitur: *Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est.* Ad cuius similitudinem, iuxta Tobiæ consilium; *Quomodo potueris, ita esto misericors; si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude.* Nec timeas, quod largiendo perdes. Tanta est enim virtus olei charitatis, & misericordiæ, vt cum in proximos effunditur, non aminuatur, sed multiplicetur, & ingentia bona ipsi afferat effundenti, sicut scriptum est, *Date, & dabitur vobis.* Quod egregie explicat D. Augustinus ea historia viduæ, quæ ingentia contraxerat debita, propter quæ creditor volebat tollere filios eius ad seruiendum sibi, nec domi habebat, nisi parum olei, quo vngeretur; cui dixit Elisæus: Pete à vicinis tuis vasa vacua non pauca; & clauso ostio, mitte ea illo oleo in vasa, & cum plena fuerint vende, & redde creditoribus tuis; nec cessauit olei effusio, donec vas defuit, in quod effunderetur.

Luc. 6. v. 36.

Tob. 4. v. 9.

Matt. 6. v. 17.

Serm. 206 de temp. to. 10.

4. Reg. 4. v. 3.

Vidua hæc (inquit Augustinus) typum Ecclesiæ præferebat; quæ debitum graue contraxerat, non solidorum, sed peccatorum, & crudelissimum sustinebat creditorem diabolum, cui se multis peccatis obnoxiam fecerat, iuxta illud Isaiæ: *In iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram.* Vnde ergo vidua liberata est, & debita soluit, nisi de augmento olei. id est, misericordiæ? Eius debitum creuerat, quia oleum misericordiæ peccando perdiderat, creuit oleum, & perijt debitum. Creuerat cupiditas, & perijt charitas; rediit charitas, & periit cupiditas. Dicit ergo Elisæus, id est, Christus Dominus; Pete vasa vacua ab omnibus v[illegible] is t[illegible] populi gentium, qu[illegible] barbaritate & bonis vacua [illegible] & ad baptismum veniunt, vt oleo b[illegible] itatis repleantur. Quādiu ergo vidua oleum in vasculo proprio habuit, nec sibi sufficiebat, nec debitum reddere poterat, quia qui [illegible] diligit, nec sibi sufficit, nec suorum peccatorum debitum soluit: cum vero in alienis vasculis, id est, omnibus vicinis, propinquis, & egenis cœperit oleum charitatis infundere, tunc & sibi sufficere, & ab omnibus se debitis poterit liberare. Quia talis est natura sanctæ charitatis, & misericordiæ, vt erogando crescat: & quantum in alijs plus expenditur, tantum in se abundantius cumuletur. Quamdiu mulier habuit vasa vbi oleum infunderet, tamdiu oleum creuit: nam tamdiu charitas augetur, quamdiu tribuitur. Vnde ea industria debemus vasa quærere, vbi oleum possimus infundere, vt probemus, quia dum alijs infundimus plus habemus: & si charitatis oleo cupimus abundare, plurima vasa eligentes non solum homines bonos, sed etiam malos, debemus diligere, & illis benefacere. Denique vidua clauso ostio oleum in vasa effundebat, vt vnusquisque eleemosynam clauso ostio faciat, id est, non vt laudetur ab hominibus, sed vt apud Deum gratiam inuenire mereatur. Nam qui pro laude humana, eleemosynam facit, aperto ostio facit, quia apertum omnibus patet: si vero pro solo Dei amore, etsi publice faciat, clauso ostio facit, quia de eleemosyna non quærit quod videtur, sed quod non videtur. Nam quæ videntur sunt temporalia, quæ non videntur æterna. Hæc ea Augustino perstrinxi. Quæ in eleemosyna & largitione temporalium bonorum fuse probat: sed ad spiritualem maxime pertinere videtur.

Isa. 50. v. 1.

Matt. 6. v. 3.

2. Cor. 4. v. 18.

Si qua ergo sapientia & doctrina, si qua virtus & sanctitas, & si quid spiritualis olei in te à Deo est infusum, hoc satage, vt pro viribus aliquid in proximos effundas, aptumque sis instrumentum, per quod Deus sit oleum effusum in plures homines, & nomen ac fama & gloria eius amplius crescat inter illos: ad hoc enim effundit in nos dona sua, vt per nos illa effundat in alios. Sicut dictum est de Paulo: *Vas electionis est mihi iste vt portet nomen meum coram gentibus.* Vas quidem est, non vacuum, sed plenum oleo sapientiæ & gratiæ, & portet nomen meum, quod est oleum effusum, vt gratia mea in omnes gentes effundatur.

Act. 9. v. 15

Si ergo electus & vocatus es à Deo, vt munus vasis portantis nomen Domini exerceas, cura esse vas plenum diuino oleo quod portare debes. Deus enim vasa quæ ad hoc munus elegit, ea implet plenitudine quæ sibi & alijs sufficiat. Cæteris autem, quos non vocauit, vt pote adhuc imperfectos, solum tribuit oleum pro se ipsis; qui petentibus illud ab eis respondere debent, vt virgines prudentes: *Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis*; quasi remittentes eos ad Doctores, qui ad hoc munus vocati sunt: & secure ex oleo quod acceperunt, effundere in alios poterunt, quia oleum intra ipsos effusum, non deficiet. Nam si parum olei, quod erat in lecytho, sufficiens fuit ad imperiū Prophetæ plurimos multo tempore nutrire, & item implere plurima vasa-

Matth. 25. v. 9.

3. Reg. 17. v. 14.

4. Reg. 4. v. 5.

sa vacua, absque eo quod diminuatur eius incrementum patietur, quod multum conferet reo quo fueris plenus, fine mul... ad imperij Christi effusum ... & multis alijs, absque eo quod ... detrimentum patiaris; dum tamen prudenter ... das, iuxta regulam à Salomone praescriptam ... *Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui. Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide.* Ac si diceret: Prius bibe aquam viuam gratiae, & sapientiae, & fruere tu bonis tibi à Deo praestitis. Nec tamen aquae intrare duntaxat retineantur, sed effunde foras, & communica alijs, vt etiam sapientiores sint. Subinngit autem, *Habeto eas solus, neque alieni sint participes tui,* id est, Cura quod in haec effusione nihil sit carnale & mundanum, nihil ambitionis, aut inanis gloriae, quod alieni, id est, inimici tui laboribus ditentur, eripientes tibi aeternam retributionem. Ita ergo effunde, & labora, vt tu solus diteris, & integram mercedem accipias in secula seculorum. Amen.

Prou. 5. v. 15.

EXHORTATIO XXII.

Pro festo Epiphaniae.

De insigni nomine Messiae & Christi, desumpto à spirituali oleo diuinitatis & gratiae, quo vnctus est tanquam supremus Sacerdos, Rex & Propheta & Sanctus Sanctorum, & de nomine Christiani quod ab illo deriuatur, eiusque excellentia.

Oleum effusum nomen tuum.

Petierat antiqua Ecclesia Verbi diuini cum humana natura coniunctionem, nunc spiritu Prophetico imponit illi nomen, aut potius declarat illud, quod ab ipso Deo impositum est illi, dicens: *Oleum effusum nomen tuum*, id est, nomé quo vocaberis à me, & ab alijs qui te expectant, est oleum effusum. Qua voce iuxta communem fere omnium Patrum interpretationem declaratur nomen Messiae: quod, vt inquit D. Ioannes, interpretatum est *Christus*. Nam quod Hebraice est Messias, Graece est Christus, & Latine vnctus. Et iuxta D. Hieronymi placitum, dignitatis est nomen, quod propter insignem aliquam praecellentiam conferebatur. Tamen etsi in lege veteri multi dicerentur Messiae, aut Christi, omnes scilicet, qui sacro oleo vngebantur: per quandam tamen antonomasiam nomen istud accommodatur summo Christo in lege promisso, qui aliud, expectabatur, in quo benedicendae erant omnes gentes; eo quod Christus noster in se vno contineret omnes vnctionis causas, propter quas alij, Christi dicebantur. Triplicis enim generis personae vnctione sacra vngi solebant: nempe, summi Sacerdotes, Reges, ac insignes Prophetae; quia hi erant praecipua capita & gubernatores populi: Sacerdotes quidem in spiritualibus quae sunt ad Deum; Reges, in ijs quae ad mores politicos, & circa temporalia; Prophetae vero in ijs quae ad legem, doctrinam, & sapientiam, quae vtrosque dirigit. At in Christo Domino cuncta haec eminentissime coniuncta fuere: ipse enim est Rex potentissimus constitutus à Deo Patre super Sion montem sanctum eius, de quo dictum est: *Ipse regnabit in domo Iacob in aeternum, & regni eius non erit fi-*

Ioh. 1. v. 41.

In Mat. 16.

Ps. 1 v. 1.

Vide Tolet. in Ioh. ... not. 7. 5.

Exod. 29.

1 Reg. 10. & 16.

3. Reg. 10.

Ps. 2. v. 6.

Luc. 1. v. 33

Ps. 109. v. 4.

A *nis.* Ipse etiam Sacerdos in aeternum ... dinem ord... M... non vitulos, aut hircos, ... ipsum pro redemptione mundi, nec ... panem aut vinum, sed proprium corpus ... sub accidentibus panis & vini. Ipse etiam est insignis ille Propheta in lege promissus, de quo Moyses, *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies.* Nullus autem fuit praeter nostrum Christum, qui simul has tres haberet dignitates. Fuerunt quidem Reges & Prophetae, sicut Dauid: fuerunt Sacerdotes & Reges sicut Melchisedech, fuerunt Sacerdotes & Prophetae sicut Samuel: nemo tamen simul Sacerdos, Rex, & Propheta praeter Christum Saluatorem nostrum.

Deut. 18. v. 15.

Sed praeter vnctionem corporeo oleo factam fuit alia longe pretiosior vnctio spirituali oleo, à quo, (vt D. Basilius, ac D. Hier. testantur) etiam iusti omnes antiquae legis Christi seu vncti dicti B sunt à Psalmista, cum ait: *Nolite tangere Christos meos.* Est autem hoc spirituale oleum, supernaturalis gratia & charitas creata, quae qualitas quaedam est pulcherrima & splendidissima, animae inhaerens, velut albedo inhaeret corpori, per quam homo redditur iustus & acceptus Deo, amicus, ac filius eius adoptiuus, & diuinae naturae particeps. Quae spiritualiter vocatur oleum. In sacra enim Scriptura (vt docet Eusebius) naturae virtus, quae omnia valet, omne bonum praestat, omnem pulchritudinem subministrat, oleum vocatur, quoniam oleum auget lumen, fessos subleuat, vulnera curat, aufert labores, hilares facit eo inunctos, instar luminis de seipso vibrat splendores, nitidum ac micantem eorum reddit vultum, qui ipso vtuntur, omnia subit, & penetrat, & cibos vt melius sapiant, condit. Haec autem omnia animae praestat Dei gratia. Est enim oleum salutis, quo sanantur interna vulnera. Oleum fortitudinis, quo debilitas eius roboratur, & ad luctandum contra diabolum tanquam C fortis athleta vngitur. Est oleum pacis, quo parta victoria reconciliatur Deo. Oleum luminis, quo tenebrae peccati, & ignorantiae pellnntur, & fidei veritas elucescit. Oleum splendoris, quo facies eius pulchra, & splendida coram Deo apparet. Oleum laetitiae, quo vultus interior exhilaratur. Oleum nutritionis, quo in deuotione impinguatur Spiritus. Et tandem sicut oleum omnibus superemeinet liquoribus, ita gratia omnibus supereminet Dei donis, quae viatoribus conceduntur. Et quid mirum quod illis praeemineat, quae secum affert ipsam personam Spiritus sancti, qui, vt praediximus, etiam oleum & vnctio dicitur: & infundendo hanc gratiam, suam perficit vnctionem. Nec tamen gratia cuncta haec per se sola praestat, sed sicut vnguentum, quod Graece chrisma dicitur, ex multis perficitur aromaticis liquoribus oleo mixtis: ita vnguentum hoc spirituale fit ex septem donis D Spiritus sancti, alijsque supernaturalibus virtutibus ipsi gratiae, & charitati vnitis, quae instar olei etiam vsque ad intima ossa intrat, & penetrat, vngens omnes animae vires & confortans eas.

Ps. 104. v. 15

Quid ... gratia Dei.

Lib. 4. demonstrat. c. 15.

Ps. 103. v. 5.

Ps. 108. v. 18.

De duplici Christi vnctione per diuinitatem & gratiam creatam § 1.

AB hoc igitur oleo iusti omnes dicebantur Christi, & vncti, ac vere Sancti: Christus autem Dominus, etsi hanc gratiam habuerit, ea tamen non indiguit, vt Christus & Sanctus diceretur, sed singulari, nouo, & stupendo modo, quod gratia creata præstat alijs, præstitit ipsi diuinitas, ac persona Verbi, quando eius humanitati est vnita. Vnde potissime vocatur Christus, & vnctus, & infinite Sanctus: iuxta illud Psalmi: *Vnxit te Deus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Et quid est hoc (inquit Origenes) nisi repleri ipso Spiritu Dei sancto, non eo modo quo Prophetæ, sed quia ipsius Verbi Dei substantialis ei inerat plenitudo: quia in eo (teste Apostolo) *habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* Quid aliud (ait Augustinus) intelligendus est Christus, nisi ille qui oleo lætitiæ vnctus refertur, id est substantialiter Deo repletus est? Et D. Cyrillus, cum Verbum ante non esset Christus, in ipsa carnis assumptione dictus est Christus. Ipse (inquit Dionysius Alexandrinus) seipsum vnxit: diuinitas enim humanitatis vnctio est, nec indiguit vnctione externa, quia per se vnctus est, & sibi ipsi est vnctio: vnde per antonomasiam ait Daniel, omnes prophetias & visiones duraturas vsque dum *Vngatur Sanctus Sanctorum*, id est, Christus noster, qui inter omnes Sanctos singulari & ineffabili gaudet sanctitatis vnctione. Et hæc est causa, cur sponsa declarans hic nomen sponsi, quem expectabat; non dixit: Messias, aut Christus nomen tuum, *Sed oleum effusum nomen tuum*, vt indicaret esse Deum, & ipsummet fore sibi oleum, quo vngeretur, & ita singulariter vngendum, vt vocari posset ipsummet oleum, & ipsamet vnctio, ipsaque sapientia, & sanctitas, quod solius Dei est proprium, vt in præcedenti exhortatione monstratum est. Ad quod significandum summus Sacerdos olim afferebat auream laminam super frontem, in qua sculptum erat: *Sanctum Domino, vel sanctitas Domini.* Quod iuxta Diuum Hieronymum & alios interpretes, erat nomen ineffabile Iehoua: quia nimirum verus Sacerdos Christus per illum repræsentatus, est verus Deus, & Sanctus, ac sanctitas ipsa: de quo Dauid ad hanc laminam alludens, ait: *Super ipsum efflorebit sanctificatio mea*, id est, lamina, cui insculpta sit, sanctitas mea, in ipso præ alijs efflorebit.

Ps. 44. v. 8.

Lib. 2. Periar. c. 6.

Ad Col. 2. v. 9.

Lib. 2 de Incarnat. Verbi ad medium tom. 4.

Lib. 2. in Ioan. c. 29.

In epist. contra Paulum Samosatenum.

Daniel. 9. v. 24.

Exod. 28. v. 36.

Vide Lipomanum ibi.

Ps. 131. v. 18.

Ex hac autem Christi vnctione increata & infinita orta est secunda, qua eius humanitas & anima vncta est & sanctificata per gratiam & virtutes, ac dona eam comitantia: vt etiam ab hoc sacro oleo dicatur Christus & vnctus præ participibus suis. Nam esto hæc gratia creata sit, tamen perfectionem & intentionem habet prope infinitam, immense omnium hominum & Angelorum gratias superexcedentem. Vtramque autem vnctionem coniunxit Diuus Petrus, cum dixit Christum Dominum vnctum fuisse Spiritu sancto, & virtute, virtutem vocans omnia dona sapientiæ, gratiæ ac potentiæ ad mirabilia & prodigiosa opera peragenda. Et clarius Isaias: *Et requiescet super eum Spiritus Domini.* Ille scilicet, de quo ipse dixit: *Spiritus Domini super me, eo quod vnxit me.* Et mox de singulis spiritibus subdit, *Spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis: & replebit eum spiritus timoris Domini.* Verbum replebit ad cæteros spiritus extendendum puto: quibus repletus citra dubium est, summa plenitudine: de qua Ioannes dixit: *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis.*

D. Tho. 3. p. q. 7.

Act. 10. v. 38.

Isai. 11. v. 2.

Isa. 6 v. 1.

Luca 4. v. 18.

Io. 1. v. 14.

Sed si prima vnctio sufficiebat ad plene sanctificandam Christi animam, vt quid superaddita est secunda? Quia nimirum valde expediebat, vt infinita diuinitatis virtus in ijs creatis donis splenderet: & præterea vt anima modo suæ naturæ consono grata redderetur, & ad operandum idonea: deinde cum esset vas, in quo preciosissimum diuinitatis vnguentum recondebatur, oportebat in seipso etiam preciosissimum esse tanquam candidum alabastrum miris virtutum coloribus decoratum. Cum denique tunc humanitas Verbo diuino desponderetur, vt superius diximus, æquum erat sponsam vestibus deauratis, monilibus, & lapidibus preciosis cœlestium donorum exornari: vt tunc etiam sponso diuino diceret, *Oleum effusum nomen tuum.* Quia in me tot effudisti dona, & preciosissimis vnguentis vnxisti vires meas, vt tibi omnino grata sim, & ad operandum quæ tibi placent, satis apta.

Hinc fit hanc sanctitatem ita fuisse Christo ingenitam, vt impossibile fuerit eam amittere, aut aliquid indecens operari: quod præclare canit Psaltes cum ait: *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem propterea vnxit te Deus.* Cuius sensus non est, quia tu prius dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, ideo te Deus vnxit oleo diuinitatis, & gratiæ; non enim hoc oleum datum est humanitati ex aliquo merito præcedenti, sed omnino gratis. Sensus igitur est: Propterea vnxit te Deus, vt semper diligeres iustitiam, & odio haberes iniquitatem. Est enim phrasis Prophetarum, ad denotandam infallibilem certitudinem rei futuræ, quasi præteritam recensere. Et quia certissimum erat Christum semper, & perpetuo dilecturum iustitiam, dilexisse commemorat. Quod egregie duabus appositis similitudinibus declarat Origenes: Si enim massa ferri semper in igne sit polita, omnibus suis poris & venis ignem recipiens, à quo nequeat separari; non poterit aliquando frigus recipere, totamque ignem effectam dicimus, quia nihil in ea nisi ignem cernimus. Ita Christi anima, quæ quasi ferrum in igne, sic semper in Verbo est posita, omne quod agit, omne quod sentit & intelligit, Deus est, nec mutabilis esse potest, quæ immutabilitatem ex Verbi Dei vnitate indesinenter ignita possedit: ad reliquos vero Sanctos aliquis calor Verbi Dei putandus est peruenisse ex igne diuino in ipsa Christi anima substantialiter requiescente: & hinc fit Christum incapacem esse frigoris quod est peccatum: non sic reliqui Sancti in via, qui non sunt vniti ipsi igni per essentiam, sicut Christus; sed partem caloris ab eo recipiunt, quam amittere possunt. Similiter (inquit) vas quod inseparabiliter substantiam vnguenti continet, non potest aliquid recipere fœtoris; quæ vero ex odore eius participant, si se paulo longius ab eo remouerint, possibile est vt incidentem fœtorem recipiant. Ita Christus Dominus vas, in quo erat vnguenti substantia, id est, diuinitas ipsa, impossibile erat vt contrarium reciperet odo-

Ps. 44. v. 8.

D. Tho. 3. p. q. 35 art. 1. & q. 19. art. 3.

Vbi suprà. Simolia.

l. 2 c. 6.

A „ rem. Participes vero eius, quanto ei fuerint propinquiores, tanto magis odoris erunt capaces, & à peccato immunes; sed cum ab eo possint elongari, poterunt fœtorem peccati alicuius admittere. Eandem similitudinem eleganter etiam prosequitur Diuus Augustinus: sed intelligenda est seclusis priuilegijs: nam solus Christus ex proprio iure, virtute diuinitatis sanctus est, & impeccabilis, ita vt nullus hominum nec dæmonum potuerit eum arguere vel notare de peccato, aut à se patrato, aut aliunde contracto: quia vt dixit Angelus ad Mariam; *Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* Cæteri vero ex se non sancti, sed mutabiles, & peccati capaces. At ex priuilegio beatissima Deipara, vtpote mater futura Christi olei effusi, in primo suæ conceptionis instanti oleo gratiæ est vncta, & ab omni labe perpetuo præseruata. Nam quæ propinquior erat fonti olei, præcellentius ei debuit assimilari. Nobis autem incumbit Christo per amorem semper adhærere, B vt ab ipsius igne perpetuum recipiamus calorem, & ab eius oleo talem odorem, qui omnem peccati fœtorem longius propellat.

Vbi supra.

Io. 8. v. 46.
Luca 1. v. 35.
Conceptio immaculata Deiparæ.

De infinita excellentia triplicis Christi dignitatis ab eius vnctione desumpta §. 2.

HINC deducere licet singularem & infinitam excellentiam triplicis dignitatis, aut quadruplicis, propter quam Saluator noster nominatur Christus, & vnctus: infinite excedens omnes Sacerdotes, Reges, Prophetas, & Sanctos, qui illum præcesserunt, vel aliquandiu erunt. Etenim illi multoties denominabantur vncti à sola vnctione corporea, sine spirituali; quia suas præcellentes dignitates turpissimis peccatorum maculis defœdarunt, vt videre licuit in Heli summo Sacerdote, in Saule Rege, in Balaam Propheta, & alijs. Quibus apte con- C uenit, quod dixit Salomon: *Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua*; quia annulum aureum tam insignis dignitatis pro nihilo ducentes velut sues turpium vitiorum cœno fœdarunt. At Christus Dominus, cum non vnctus dicatur ab vnctione corporea, sed spirituali quam nunquam potuit maculare, semper has dignitates summa munditie, pulchritudine & honore retinuit: imo si sic loqui licet, ipsæmet dignitates Christi aduentum vehementer desiderabant, vt iuxta mysticum Isaiæ vaticinium, apprehenderent hunc virum vnum, & in mundo vnicum, qui ab eis auferret opprobrium, quod in alijs vitia patiebantur. Abstulit autem ita præcellenter, vt infinite deificaret dignitatem Sacerdotalem, Regiam, & Propheticam; esset que diuinus Sacerdos, diuinus Rex, diuinus Propheta, imo Deus verus, & Sanctorum San- D ctus, quem pater vnxit oleo lætitiæ *præ consortibus suis*, id est præ omnibus illis qui sui nominis, & officij dicuntur consortes: nempe præ Sacerdotibus, præ Regibus, & Prophetis, & præ omnibus sanctis, ac sapientibus: nam isti creaturæ, ille Creator; isti terreni, ille cœlestis, & de cœlo descendens, vt quæ in terra erant dignitates sanctificaret, ac cœlestes redderet.

Prou. 11. v. 22.

Isa. 4. v. 1
De hoc infra lib. 2 exhortat. 16.

A Vnde cœli ipsi prodigia magna prodiderunt in die quo Christus ortus est, vt hanc eius triplicem diuinamque dignitatem iudicarent. Etenim, vt referunt Diuus Thomas, alijque graues Doctores, imperante Cæsare Augusto, (cuius tempore natus est Christus) apparuerunt in Hispania tres soles paulatim in vnum coeuntes; quasi testantes natum esse in terra vnicum solem iustitiæ, in quo coierunt tres supremæ dignitates, quæ soles mundi merito dici possunt. Sacerdotalis enim dignitas Sol est Ecclesiasticæ reipublicæ, regia vero secularis, prophetica autem vtriusque. Sacerdotes enim Reges & Prophetæ seu sapientes lucent vt Sol in mundo, alios illuminant, & gubernant: at Sol iustitiæ excellentius præ alijs, quia simul est homo & Deus: de quo dicitur in Psalmo: *In Sole posuit tabernaculum suum.* Quia in Christo fixit Deus suam permanentem habitationem; in quo iuxta sententiam D. Pauli placuit habitare om- B nem plenitudinem diuinitatis corporaliter, & sub hoc nomine renunciatur eius natiuitas à Prophetis, dum vocatur vir oriens, id est, sol oriens in mundo, de quo Malachias ait: *Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius.* Id est in radijs lucis, & ardoris, quos effundet in homines, vt fide luceant, & ardeant charitate. Nec sine mysterio, hoc prodigium apparuit in Hispania, quæ tunc temporis ab omnibus finis terræ vocabatur, vt innotesceret, tunc nasci illum de quo scriptum erat, *Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ*: maxime cum præuiderit Deus ex Hispania solem iustitiæ deferendum aliquando ad nationes gentium, quæ vere fines sunt terræ, vt suis radijs fidem, lucem & gratiam impertiret.

Prodigia in Christi natiuitate.
3 p. q. 3. art. 4. ad 3
Iulius Obsequens lib. de prodigijs 129.
Plinius lib. 2. hist. c. 31.

Psal. 18. v. 6.
Ad Col. 1. v. 19.
Ad Col. 2. v. 9.

Malach. 4. v. 2.

Isa. 49. v. 6.

Sed adhuc alio prodigio testatum est cœlum hanc triplicem Christi dignitatem. Cum idem Augustus Imperium iam pacifice possidens o- C uans ingrederetur Romam sexto die Ianuarij, quo die nos Epiphaniam, id est, apparitionem, seu manifestationem Dominicæ Natiuitatis celebramus, hora tertia, vt refert Paulus Orosius, repente puro serenoque cœlo circulus ad speciem arcus cœlestis orbem solis ambijt, quasi eum Cæsarem vnum ac potentissimum in hoc mundo, solumque clarissimum in orbe monstraret, cuius tempore venturus erat Christus, qui ipsum solem mundumque vniuersum solus effecisset, & regeret. Hæc Orosius. Sed altiora mysteria prodigium præsignabat. Etenim arcus cœli signum fuit fœderis quod Deus pepigit cum Noe, postquam inundans diluuium cessauit. Symbolumque est (vt iam supra insinuauimus) reconciliationis, ac pacis Dei cum hominibus initæ; triplicique constat colore, viridi, rubeo, & cæruleo: vnde apte Christum in terris D natum indicat, per quem peccatorum diluuium absorbendum erat, & pax mundi cum Deo stabilienda, ad quod præstandum triplici fulgebat cœlesti dignitate illo trino colore repræsentata: Sacerdotis enim est homines cum Deo pacificare, Regis autem ciues inter se, Prophetæ vero & Doctoris vnumquemque cum semetipso, dum carnem subijcit spiritui, & appetitum rationi. At hæc pari homines præstare nequirent, nisi virtute Christi, qui cœlestis iris est, hanc

Lib. 6. historiæ c. 20
Baronius to. 1. in apparatu.

Genes. 9. v. 13.
Vbi Pereira
Eusebius q. 8.

trinam

trinam infinita præcellentia continens dignitatem. Et quamuis naturalis iris dimidium tantum faciat circulum, & nunquam integrum; illa tamen iris, quæ solem circumdabat, circulum perficiebat, ad significandum quod pax Christi perfecta est vndequaque & æterna, nunquam finem habitura. Scriptum est enim; *Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur Luna*; id est, in æternum. Idque indicat ipsum nomen Christi, seu vncti oleo diuinitatis, quia oleum sicut & iris, symbolum est pacis. Vnde columba ex arca à Nue emissa, reuersa est ad ipsum portans ramum oliuæ, in signum quod euanuerant aquæ diluuij. Quod clarius vaticinatus est Isaias, dicens: *In illa die auferetur onus eius, de humero tuo, & iugum eius de collo tuo: & computrescet iugum à facie olei*, id est ad præsentiam Christi vncti, qui tam copiosum afferet spirituale oleum, vt onus, & iugum diaboli computrescat, & facillime excutiatur, abigaturque procul, vt sit perfecta pax, tranquillitas, & lætitia, quam in eius natiuitate militia cœlestis decantabat. Quod si adhuc onus & iugum diaboli humerum, & collum tuum premit, ideo est, quia ob tuam ignauiam Christi præsentia non frueris, ac si tibi natus non fuisset, nec obedis dicenti: *Tollite iugum meum super vos, iugum enim meum suaue est, & onus meum leue*, ob abundantiam olei & gratiæ quo liniuit illud. Sed de hoc mox plura.

Apoc.4.v.3. *Psal.71.v.7.* *Genes.8.v.10.* *Isa.10.v.27.* *Luca 2.v.13.* *Matth.11.v.29.*

Tres magos agnouisse hanc triplicem Christi dignitatem. §. 3.

Matth.2.v.1. NEc sine mysterio tricolor arcus in die Epiphaniæ apparuit in cœlo, siquidem hæc triplex Christi dignitas hoc die manifestata est mundo. Magi enim primitiæ gentium illam agnouerunt, ac muneribus sunt testati. Cum enim Reges essent, ac sapientes inter Orientales, morem suæ gentis nouerant, quæ huiusmodi heroes nuncupabat *trismegistos*, id est, ter maximos, à magnitudine Sacerdotali, & Regia, & ab eminentia sapientiæ, virtutisque; quam alijs honoribus præferebant: de quorum numero magos fuisse crediderim, nec timeo trismegistos eos vocare. Vnde non mirum est quod Regem Iudæorum, quem quærebant; trismegistum existimarent. Vel forte quod verius est, qui per stellam eos foris ducebat; intus illuminauit, vt puerum natum vere, & per antonomasiam trimegistum crederent Sacerdotum, Regum, ac Prophetarum Sapientumque omnium excellentissimum, ac supremum. Quamuis solum Regiæ dignitatis meminerint, cum interrogabant; *Vbi est qui natus est Rex Iudæorum?* eo quod Regia potestas notior est mundo, & sub hoc nomine illum agnouerant ex vaticinio Balaam qui dixerat: *Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel.* Virgam vocat Regem ac ducem, qui regnaturus erat in Israel.

Num.24.v.17.

Cum ergo Bethleem stella duce peruenerunt, virgam inuenerunt, ortam de radice Iesse, & florem de radice eius ascendentem, id est, *Puerum cum Maria matre eius.* Nam vt interpretatur D. Hieronymus, puer cum matre est flos cum virga, quæ sine detrimento pudoris virgo perpetuo manens protulit florem Saluatoris. Qui etiam simul est virga & flos, quia Rex, & Sacerdos, ac Sanctus; non enim est virga arida, sed florida sicut virga Aaron: quia cum Regia potestate, etiam Sacerdotis, & Prophetæ insignia coniungit. Videntes ergo magi puerum, *Procidentes adorauerunt eum*, Sacerdotes Sacerdotem, Reges Regem, imo Prophetæ Prophetam magnum. Vt quid non Prophetas dixerim eos, qui in Oriente videntes stellam longe distantem, Regem natum agnoscunt, & tanti mysterij internam reuelationem accipiunt, muneraque deferunt quibus id exterius testentur. Vnde, *Apertis thesauris suis obtulerunt ei munera aurum, thus & myrrham.* Aurum quidem tanquam Regi potentissimo, cui omne regnum acceptum referebant; thus vero tanquam summo Sacerdoti, à quo omnis Sacerdotalis dignitas deriuatur. Myrrham, tanquam Prophetæ sapientissimo, ac sanctissimo, corpore quidem mortali, sed mente integro & incorrupto. Vnde omnis prophetia, sapientia, & sanctimonia procedit. Quapropter peracta adoratione surgentes magi, multo excellentius quam antea nomine trismegisti decorati sunt: dum illos constituit spirituales Reges, Sacerdotes, ac sapientes, vt munia hæc diuino quodam modo deinceps obirent. Ad quorum imitationem, ad Christi Domini pedes te prosternēs, offerto ei aurum dilectionis, tanquam Regi Regum, ac Domino dominantium: thus orationis, tanquam summo Sacerdoti, qui se obtulit pro nobis Deo Patri: & myrrham propriæ abnegationis, tanquam Prophetæ, ac integerrimo Doctori perfectionis Euangelicæ. Vnde fiet, quod ab eius pedibus surgas trismegistus, & ter maximus, triplici illa dignitate condecoratus, quam Christi nomen significat, & impartitur ijs, qui ab ipso digne denominantur Christiani.

Cant.1.v.1. Plura de hoc

A Christo deriuari nomen Christiani, quod eamdem triplicem dignitatem spiritualiter importat. §. 4.

HÆc est enim supereminentia Christi Domini, qua cunctos alios, qui Christi dicti sunt, infinite antecellit; quos certum est non posse pro libito alios similes Christos, Sacerdotes, Reges, vel Prophetas facere, & oleum suæ vnctionis alijs communicare. De solo Elia, idque ex Dei præcepto, dictum est: *Qui vnges Reges ad pœnitentiam*, id est, ad pœnam infligendam illis, *& Prophetas facis successores post te.* At Christus Deus, & homo proprio iure & authoritate cuncta hæc valet præstare, ideoque de illo inquit sponsa: *Oleum effusum nomen tuum*: ac si dicat. Tu Domine, non solum es Christus, & vnctus, sed nomen tuum, virtus ac potestas tua, adeo est magna, vt oleum sit effusum in alios: tu solus potes vngere Reges, Sacerdotes, & Prophetas, & à te fideles tui dicuntur Christiani à Christo, vncti ab vncto, quippe per te spirituales Sacerdotes, Reges & Prophetæ sunt constituti, & vbique terrarum sunt diffusi. *Ipse* (inquit Ioannes) *fecit nos Regnum & Sacerdotes Deo & Patri suo. Vos autem* (ait D. Petrus) *genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta.* Et infra: *Offerte spirituales hostias acceptabiles Deo per Iesum Christum.* Quod sic explicat D. Cyprianus: Non solum in

Eccles.48.v.8. *3 Reg.19.v.16.* *Apoc.1.v.6.* *1. Petri 2.v.9.* *Serm. de vnctione chrismatis.*

I 2 Regibus

A Regibus & Sacerdotibus vnctionis honor permansit, sed in omnem populum Catholicum effusa est huius gratiæ plenitudo. Et sicut Christus à chrismate dictus est, eo quod singularis excellentiæ oleo vnxit eum Dominus; ita & participes eius, quotquot sunt, consortes sunt iam vnctionis quam nominis, vt dicantur à Christo Christiani, vt sint sui, duce Christo, rectores, & duces, & offerant Deo quotidianum sacrificium ordinati à Deo sanctimoniæ Sacerdotes. Hæc Cyprianus.

Memento ergo, ô Christiane, quod iuxta tui nominis proprietatem à Christo denominaris, vnctus tanquam spiritualis Sacerdos, vt in ara cordis tui offeras illi varia sacrificia contritionis, laudis, gratiarum actionis, thus orationis, & sacrificium iustitiæ bonis operibus contestatæ. Es etiam spiritualis Rex constitutus, vt tuas potentias regas, appetitibus domineris, coerceas sensus, dirigas actus, & alijs benefacias. Et insuper vnctus tanquam spiritualis Propheta, vt fi- B dei & contemplationis lumine ad cœlestia, & futura intuenda mentis oculos eleues, & defixos habeas. Per hanc autem tui nominis vnctionem triplicem illam pacem consequeris, quam iris solem iustitiæ ambiens præsagiebat; pacem videlicet cum Deo, cum proximis, & cum teipso, computrescet enim tibi diaboli & mundi iugum à facie olei spiritualis, quod in te effundet ille cui oleum effusum nomen est, nihilque ita desiderat, quam vasa vacua & apta inuenire, in quæ illud effundat.

In baptismo imponitur nomē Christiani.

Vide D. Th. qui optime hæc docet 3. p. q. 66. art. 10. ad 4.

Hinc est quod in Sacramento Baptismi vtrumque præstat; effundit enim magnam olei gratiæ plenitudinem in baptizatum; in cuius signum etiam materiali oleo benedicto vngitur in pectore: & in scapulis tanquam Dei athleta, vt corde & opere legem & onus Christi portet. In vertice autem capitis vngitur sacro chrismate in signum quod constituitur Christianus, illique à Christo nomen imponitur Christiani: C quod super omnia alia debet æstimare tanquam nominum honorificentissimum, quod ipse Deus proprio ore suæ sponsæ communicauit. De hoc enim, vt Diuus Ignatius Martyr, ac Diuus Cyrillus interpretantur; loquitur Isaias cum ait, *Videbunt gentes iustum tuum, & cuncti Reges inclytum tuum: & vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit.* Id est. Gentes & Reges, ô Ecclesia, videbunt in terra natum Christum, qui tuus Iustus, & inclytus est: nam propter te natus est, vt te iustam & inclytam constitueret. Et tunc imponetur tibi nomen nouum, vt omnes filij tui dicantur Christiani à Christo, quod est nouum nomen. Quia licet multi præcesserint Christi, tamen Saluator noster est nouus Christus, ante quem nullus talis fuit, qui singulari eius vnctione vnctus esset. Vnde non sine magno mysterio hæc prophetia quoad vtramque partem impleta est eodem die, quem Ecclesia Epiphaniam vocat, licet non eodem anno, in quo magi venerunt ad videndum, & adorandum iustum & inclytum nostrum Christum; & ipse postea baptizatus est, tribuens aquis vim nos regenerandi per baptismum, quem tunc instituit, in quo & nomen Christi & eius vnctio nobis applicatur, vt Christiani dicamur, & sanctificati maneamus per gratiam.

Epist. ad Mag. catechesi 17.

Isa. 62. v. 2.

A Nec sine causa factum est, vt quamuis Iudæi anxie desiderarent Messiam, in quo totam suam spem collocabant, non tamen denominarentur à Messia (vt ita dicam) Messiani, nec à Christo Christiani, sed ab Heber Hebræi, vel Israelitæ ab Israel; forte quia apud illum populum confusa valde erat notitia immensæ dignitatis, ac diuinitatis Christi; & quia propter legis imperfectionem modica erat effusio olei gratiæ, nomen Christi vel Christiani non decuit illis communicari; at postquam Christus natus est, eiusque gratia & notitia in nos est effusa, suam Ecclesiam nouo nomine, & legem gratiæ noua vnctionis nomenclatura decorare voluit, nobisque reseruauit Christiani nomen, vt recordemur nouos nos esse homines, nouum hominem Christum imitaturos, vitam tanto nomine dignam agentes, vt honorificetur in nobis ipse, qui sui nominis nos fecit esse participes. Præclare satis declarauit hoc idem Isaias B contra rebelles Iudæos, sic dicens: *Dimittetis nomen vestrum in iuramentum seruis meis; & interficiet te Dominus Deus, & seruos suos vocabit nomine alio, in quo qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo amen. Et qui iurat in terra, iurat in Deo amen.* Id est. Nomen quo hactenus vocati estis, nempe Hebræi, Iudæi, & huiusmodi, seruis meis futuris in lege noua dimittetis in iuramentum execratorium. Erit enim tuum nomen tam execrandum, vt dicant per adiurationem execrando: ita mihi contingat, sicut contingit iudæis. At vero te interfecto & destructo, vocabo seruos meos alio nomine, scilicet nomine Christiano à Christo deducto: in quo nomine, qui sibi vel alijs benedixerit, vel iurauerit, perinde erit, ac si benedicatur, vel iuret in Deo amen, hoc est in Deo vero & fideli: quia Christus est Deus verus, qui omnia quæ promittit, implet, & quæ ab eo tali nomine petuntur, affluenter elargitur. O mira nominis Christi gloria, admiranda C potestas, & infinita virtus! O gloriosum & benedictum nomen Christianorum à tanto Christo desumptum! Lætamini in Domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes qui vocamini Christiani: quia in vestro nomine gestatis authorem benedictionis, qui sua implebit promissa, & vestras exaudiet deprecationes.

Isa. 65. v. 5.

Ita D. Hieronymus.

Contra eos qui degenerant à nomine Christiano. §. 5.

OPORTET tamen quod nomen Christiani honorificetis, vitam degentes tali nomine dignam; sicut feruentissimus Ignatius Martyr dicebat scribens ad Romanos: Ex omni virtute optate mihi, vt non solum dicar, sed etiam inueniar Christianus. Christianitas enim est quæ D oditur à mundo, amatur à Christo, quia non est ab hominibus, sed à Deo. Sicut ergo nomen Christi nunquam fuit in eo inane, sed plenum diuino oleo, & omnimoda gratia à qua dicebatur vnctus; ita nomen Christiani nunquam inueniatur in te vacuum vnctione gratiæ quam significat, & quam baptismus tibi per Christum contulit. Quod eleganter ita declarat D. Leo Papa: Factus est Deus homo nostri generis, vt nos diuinæ naturæ possimus esse consortes, ori-

Epist. 12.

Serm. 5. de Natiuit. ad finem.

gionem,

Virtus baptismi. „ gioem, quam sumpsit in vtero Virginis, posuit in fonte baptismatis. Dedit aquæ, quod dedit matri: virtus enim Altissimi, & obumbratio Spiritus sancti, quæ fecit vt Maria pareret Saluatorem, eadem fecit, vt regeneret vnda credentem. Frustra tamen appellamur Christiani, si imitatores non sumus Christi: qui ideo se viam esse dixit, vt conuersatio magistri forma esset discipuli, & illam humilitatem eligeret seruus, quam sectatus est Dominus. Hæc D. Leo. Sed audi aureum os, quod mira eloquentia recensitis multis nominibus, viris sanctis impositis, sic ait: (Chrysost. hom. 18. in Ioan.) Nunc vero omnes appellamur nomine, Christiano, scilicet, omnium maximo, atque præstantissimo, cum quo & filij Dei, & amici, & corpus ipsius dicti sumus. Qua appellatione cæteris omnibus vehementius excitari, & promptiores ad virtutem complectendam fieri, neque ea quicquam indignum facere, conari debemus, cum eodem, quo Christus, nomine vocemur. Id statim confirmat comparatione eius, qui principis nomen gerens, cauet ne quid eo nomine indignum gerat. (Refert Ioannes Monachus in vita Alexandri Magni. Refert Louonus in Act. 11. v. 26.) Sicut enim Alexander Magnus arcem expugnare adortus, militem cui Alexandri erat nomen, appellans: Te (inquit) ob huiusmodi nomen strenue dimicare opus est. Idem autem militi ignauo sibi item cognomini exprobrauit, quod nomen suum infamiæ nota inureret: ita Christus Dominus suo isto nomine, nos ad dimicandum viriliter contra diabolum exhortatur, vehementerque exprobrabit ei qui nomen suum inhonoret, propter quem etiam nomen suum inter gentes blasphematur. (Isa. 52. v. 5.)

(Isai. 45. v. 1.) Similem istum dixerim Cyro Persarum Regi, cui Deus nomen Christi attribuit, quia elegerat eum vt Iudæos à captiuitate Babylonica eriperet, & patriæ suæ restitueret, templumque ei ædificaret. *Hæc* (inquit Isaias) *dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subiiciam ei gentes.* Cumque plura alia eius encomia retulisset, concludit: *Vocaui te nomine tuo, assimilaui te, & non cognouisti me: accinxi te, & non cognouisti me.* Ac si diceret, vt explicat Diuus Hieronymus; Assimilaui te mihi in nomine, quod imposui tibi: & tamen conuersus es vt adorares idola tua me relicto: accinxi te fortitudine magna ad præliandum contra hostes tuos, & non cognouisti me, dans mihi gloriam victoriæ tuæ. Quid ergo est peccator Christianus nisi alter Cyrus? De quo Saluator noster merito conqueritur dicens: Assimilaui te mihi, nomen meum Christi imponens tibi, & tamen non cognouisti me: quia etsi dicas te nosse Deum, factis tamen negas, & ad idola vitiorum me relicto conuerteris. (Ad Titum 1. v. 16.) Accinxi te in baptismate, vnxi te oleo gratiæ, vt tanquam fortis athleta contra diabolum luctateris, & inimicos deuinceres, (Vide infra Exhort. 27.) & tamen non me cognouisti: quia non mihi, sed tibi gloriam bonorum D quæ habes, ascribis, & de iis gloriaris, quasi non acceperis. (Apoc. 3. v. 1.) *Scio opera tua; quia nomen habes, quod viuas, & mortuus es.* Nomen Christiani, nomen est eius, qui viuit Christo; & tamen mortuus es, quia vita non congruit nomini. *Non enim inuenio opera tua plena coram Deo.* Plena inquam gratia, & sanctitate, quam vita nominis exige- A bat. Imple ergo illa, imple nomen tuum oleo sacro, à quo Christianus diceris. En Christus, paratus est esse in te oleum effusum, vt te gratia sua repleat, vt & nomen suum Christi glorificetur inter gentes, dum vita Christi manifestatur in homine Christiano: cuius opera congruunt nomini ad gloriam ipsius Christi in secula seculorum. Amen.

EXHORTATIO XXIII.

De admirabili modo quo Christus Dominus ab origine mundi fuit oleum effusum gratiæ in antiquos patres, & potissime in B. Virginem matrem eius ante incarnationem, & de effusionibus factis in ipso die incarnationis. (Pro festo annunciationis.)

B

Oleum effusum nomen tuum.

INTER immensas Christi Domini gratias, illa celebris habetur apud Theologos, (D. Th. 3. p. q. 8. art. 1.) quam vocant gratiam capitis; ratione cuius illi soli, & non alteri, conuenit quod sponsa inquit: *Oleum effusum nomen tuum.* Quia solus Christus gratiam accepit ad infundendum tanquam caput spirituale gratiæ oleum in omnes, qui sui corporis mystici sunt membra: & teste D. Paulo constitutus est caput super omnem Ecclesiam; (Ad Ephes. 1. v. 13.) quæ in terris triplicem sortita est statum, iuxta triplicem legem, naturalem, scilicet, veterem, & Euangelicam, ac in omnes homines, qui ad hanc triplicem Ecclesiam (eo modo quo triplex nuncupari potest) spectant, influxum capitis habuit, & quælibet earum suo tempore existens verissime Christo dicere potuit, *Oleum effusum nomen tuum.* Nec sine mysterio in hac sen- C tentia reticetur vox, quæ à Latinis vocatur verbum: non enim ait, nomen tuum est, fuit, aut erit oleum effusum: sed absolute: *Oleum effusum nomen tuum*; vt significaretur, quod Messias promissus tali nomine, eo munere fungebatur, siue in tempore præterito respectu eorum, qui præcessissent, siue in præsenti quamdiu degeret in mundo, siue in futuro, vsque ad finem seculi. De quibus sigillatim dicendum, vt aperiamus mysterium, quod Spiritus sanctus docuit in eo ipso quod reticuit.

De oleo gratiæ effuso in iustos legis naturalis & scriptæ propter Christi merita. § I.

IN primis autem certum est omnes iustos post peccatum Adæ, in lege naturali vel scripta degentes, oleum, gratiæ, quo vncti & iustificati sunt, meritis Christi recepisse, propter quod respectu eorum vere illi dicitur: *Oleum effusum* D *nomen tuum.* Fuerat quidem Verbum diuinum, vt vnus Deus cum Patre, & Spiritu sancto oleum effusum in Angelos, & in primos parentes eum illos sanctificauit per gratiam, & iustitiam originalem, vngens Adam in caput generis humani, vt si perseuerasset in iustitia, filios eadem gratia vnctos generaret. Peccauit tamen Infelix, & sibi suisque filijs oleum gratiæ perdi-

 dit, vni-

dit, vniuersamque naturam reddidit vlceratam, A infirmam, priuatam vero lumine, fœdam & fœtidam, laboribusque ac morti obnoxiam. Nec erat vllus Angelus vel homo qui oleum deperditum restaurare valeret, aut pretium haberet ad emendum illud: quia cum creatura finitam habeat virtutem, non potuit sortiri pretium infiniti valoris, quale necessarium erat ad tam ingens damnum reparandum. Placuit igitur Deo, vt Verbum diuinum naturam humanam assumeret, suaque diuinitate eam vngeret, ac sanctificaret tanta plenitudine gratiæ, vt æquale & superexcedens pretium soluens, omnibus gratiæ oleum mereretur, & posset impartiri: iuxta illud Zachariæ Prophetæ; *Educet lapidem primarium, & exæquabit gratiam gratiæ eius.*

Zach. 4. v. 7. Ps. 117. v. 22. Matth. 21. v. 42.

Lapidem primarium vocat Christum, qui primatum tenet super omnes homines, & factus est in caput anguli: cuius gratia erit tam copiosa, vt exæquet omnem gratiam, quam effundet in alios. Nam æquale & superabundans pre- B tium afferet; vt sicut dixit Diuus Ioannes, de plenitudine eius omnes possent accipere, & gratiam pro gratia, id est, gratiam quæ nos vngat, propter gratiam, qua ipse est vnctus, & nostram meruit. Vnde totam naturæ humanæ massam peccato Adæ infectam reparauit isto cœlesti oleo, vulnera curans, sanans infirmitates, lumen ac lætitiam restituens, conferens splendorem, fœtorem procul abigens, & virtutis fragrantiam spirans.

[Ioan. 1.] v. 16.

Facta igitur hac futuri Christi promissione, Ecclesia quæ ab Adam pœnitente, vel ab Abel iusto cœpit, fide testabatur; *Oleum effusum nomen tuum.* Quia ex tunc cœpit in omnes fidei, & gratiæ oleum eius meritis infundi: ab oleo ex Christi meritis concesso vncti sunt Abel, Noe, Abraham, Moyses, Patriarchæ, Prophetæ, & iusti omnes vtriusque legis, eam mensuram olei, recipientes, quæ vniuscuiusque dispositioni & cooperationi coæquabat. Vnde sicut C in Apocalypsi Christus Dominus vocatur agnus occisus ab origine mundi, quia propter mortem ipsius multo post futuram, sed à Deo præuisam, collata est peccatorum remissio hominibus ab initio mundi vsque ad eius aduentum: ita vocari potest oleum effusum ab origine mundi, quia ex ipsa mundi origine cœpit in omnes oleum gratiæ effundere, & munus sanctificatoris exercere, iuxta illud Pauli: *Qui elegit nos in ipso*, id est, Christo, *ante mundi constitutionem, vt essemus sancti.* Quod confirmat Diuus Petrus, dicens: *Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati; præcogniti quidem ante mundi constitutionem, manifestati autem nouissimis temporibus.*

Apoc. 13. v. 8. Vide Viegas ibi sect. 4.

Ad Ephes. 1. v. 4.

1. Petr. 1. v. 18.

Huius veritatis insignis testis fuit Iob ante legem scriptam: cum dixit: *Scio quod Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursus circumdabor pelle mea, & in carne mea* D *videbo Deum meum.* De Christo Redemptore mundi loquitur, qui pro omnibus moriturus erat, & postea resurrecturus. Sed vt notat Diuus Hieronymus, nec dum mortuus erat Dominus, & athleta Ecclesiæ videbat ab inferis resurgentem. Si videbat resurgentem, videbat prius natum, & cum hominibus conuersatum:

Iob. 19. v. 25.

Epist. 51. Ad Pammachium. Et D. Greg. lib. 4. Mor. c. 16.

sed si nondum natus erat, nec nisi post longum tempus nasciturus, quomodo inquit; scio quod Redemptor meus viuit? Viuit quidem, quia Deus est, semper & ab æterno viuens. Viuit etiam, vt Deus homo in Dei Patris decreto. Viuit item vt Redemptor in eius acceptatione, apud quem ab æterno viuunt eius merita; viuit eius sanguis in pretium redemptionis effundendus; & ideo etiam in omni lege est oleum effusum: quia ita vngit, ac si effusus esset. Sed quia scio, quod non videbo illum in carne mortali, spero tamen quod in nouissimo die resurgam, & tunc videbo oculis meis corporeis Deum, non vt Deum, sed vt existentem in carne mea; id est, in carne simili carni meæ, quam pro me assumpsit. Hæc Iob.

Nota sensum horum verborum. In carne mea videbo Deũ.

Vt autem fides ista, quæ in eius sinu erat, in aliorum etiam memoria non periret, placuit Deo, quod sicut Christus Dominus (vt D. Thomas explicat) fuit agnus occisus ab origine mun- B di in repræsentatione, quia fuit occisus in figuris hominum, vel animalium occisorum, quæ eius mortem repræsentabant: ita etiam diceretur oleum effusum ab origine mundi propter figuras, quæ eius effusionem adumbrabant; quarum appositissima fuit, quæ ostensa est Iacob dormienti lapide capiti supposito; qui postquam vidit scalam à terra in cœlum erectam per quam Angeli ascendebant & descendebant, audiuitque Deum promittentem ei, quod in semine suo, id est, in Christo futuro benedicendæ erant omnes gentes; expergefactus tulit lapidem, quem capiti supposuerat, erexitque in titulum seu memoriam rei, quam viderat, fundens oleum desuper. En duplicem Christi futuri imaginem depictam, alteram ab ipso Deo per ostensionem scalæ, alteram à Iacob per erectionem lapidis, & vnctionem eius oleo, quod secum ferebat, vaticinans, vt innuit Diuus Augustinus, ministerium Christi, & vnctionis eius, C qui in Scriptura crebro lapis vocari solet. Lapis autem iste antea iacebat in terra, cui Iacob dormiens caput superposuit; quia licet omnes Israelitæ, in eo spem suam collocarent, tamen adhuc ignotus eis erat, & quasi dormientes non plene agnoscebant arcana diuinitatis, & vnctionis ipsius. Volens autem Deus hæc omnia Iacobo patefacere, duplicem præfatam imaginem depinxit. Suum enim descensum à cœlis in terras delineauit per scalam, & gradus illius, qui eius progenitores repræsentabant; quos Diuus Matthæus, & Diuus Lucas commemorant, licet ordine inuerso ascendendo vel descendendo; sicut & Angeli iam dicuntur ascendentes, iam descendentes. Diuus Lucas enim cum loqueretur de mysterio iam perfecto, & de Iesu, cum triginta esset annorum, gradus numerat ab vltimo ascendendo vsque ad primum; *Qui fuit* (inquit) *Leui*, &c. *qui fuit Adam, qui fuit Dei:* qui in summo vertice scalæ erat, suo tempore descen- D surus per illam in terram ex illis progenitoribus carnem sumens. At Matthæus, cum modum narret, quo Incarnatio executioni mandata est, incohat ab insignioribus progenitoribus, Abraham, Isaac, &c. per quos Deus descendit in terras vsque ad vltimum. Toto autem illo tempore intermedio, Angeli descendebant de cœlo, nouas afferentes reuelationes Patriarchis, & Pro-

3. p. q. 1. a. 1.

De mysterio Incarnationis v[i]sio.

Gen. 28. v. 12.

Lib. 16. de ciuit. Dei c. 38. & lib. 12. contra Faustum c. 36.

Matt. 1. v. 1. Luc. 3. v. 23.

Prophetis de Messia venturo, vt fides & spes amplius roboraretur. Ascendebant autem è terra deserentes illorum patrum orationes, desideria, & gemitus, quibus Dei descensum efflagitabant. Hac Deus visione & reuelatione Iacob solitarium, profugum iræ fratris, & mœstum exhilarauit.

At ipse Iacob, vt pro tanto beneficio sibi ostenso gratias ageret, ipsius Dei instinctu, & illustratione edoctus, aliam eiusdem mysterij imaginem delineauit. Dum enim lapidem, cui caput superposuerat, erexit, & oleo inunxit, naturam humanam erigendam, & oleo diuinitatis inungendam prophetauit, sperans venturum Christum vnctum, per quem ipse, & omnes homines gratiæ, ac cœlestis benedictionis oleo essent inungendi. Quod si tantæ visionis ac vnctionis vis particeps fieri, esto, vt Iacob, solitudinis amans, delicias contemnens, & voluptates; cui humus lectus, lapis ceruical, baculus crux Christi: semper aliquid olei deuotionis, ac misericordiæ tecum gerens, sicut pius Samaritanus, vt Deum colas, & proximis subuenias; sic enim fiet, vt ab ipso Deo vberiore gratiæ suæ oleo perungaris.

De oleo gratiæ effuso in beatam Virginem ante Incarnationem §. 2.

Pro conceptione B. M. Virginis, & natiuitate. *Matt. 1. v. 16.*

CVM igitur omnes scalæ gradus Deo prædefiniti, consummati sunt, peruentum est ad vltimum, quem designat beatus Matthæus, dicens, *Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.* Fuit enim beatissima Virgo vltimus scalæ gradus, sed dignitate primus, in quam Deus è fastigio scalæ oculos coniiciebat, vt eam sibi assumeret in matrem, quæ simul ex regia, sacerdotalique stirpe orta est, vt in filio eius Christo mystica vtriusque inueniretur vnctio, regni scilicet, & sacerdotij. Ideoque (vt Diuus Hilarius, ac Diuus Augustinus testantur) Diuus Matthæus regale Christi genus per naturales generationes vsque ad Iacob patrem naturalem Ioseph: D. vero Lucas sacerdotale per generationes adoptionis vsque ad Heli patrem eiusdem Ioseph secundum legem, percurrit.

Cant. 1. in Matt. lib. 2. De consensu Euang. c. 54. Opinione de his Baronius in Apparatu 1 tom.

Quis autem intellectus percipere, aut quæ lingua poterit explicare abundantiam spiritualis olei, quæ propter Christi merita in eam, quæ electa erat in matrem ipsius, effusa est in ipso primo suæ conceptionis instanti? Forte vterque Euangelista tantum Ioseph parentes recenset. Mariæ vero, quæ tamen secundum legem eiusdem erat tribus, consulto reticuit, non quod parentes non habuerit Ioachim, & Annam, sed vt intelligeremus Mariam Virginem esse plane cœlestem, nihilque terrenæ labis à terrenis parentibus contraxisse, vt cœlestis Adami noua, & cœlestis oriretur mater in cœlesti gratia concepta. Quod & parentum nomina præsagiebant, sicut his verbis explicat Diuus Epiphanius; „Ioachim (inquit) interpretatur præparatio Do„mini, eo quod ex illo præparatum sit templum „Domini, nempe Virgo. Anna rursum gratia in„terpretatur, propterea quo Ioachim & Anna „gratiam acceperunt, vt antecedentibus preci„bus (erant enim steriles) talem fructum gremi-

In orat. de laud. Mariæ Virginis. Apud Bar. in Apparatu.

A narent sanctam Virginem. Anna vero grauida effecta cœlum, & thronum cherubicum peperit sanctam puellam Mariam. Nata est igitur splendidissimo oleo gratiæ & lætitiæ vncta, gaudium annuncians vniuerso mundo. Cum enim mater futura esset ipsius olei, id est, Christi, vnxit eam Deus oleo gratiæ & lætitiæ præ omnibus progenitoribus, & consortibus suis. Si quid fidei, & obedientiæ fuit in Abraham, per Christum; si quid submissionis, & patientiæ in Isaac, si quid longanimitatis, & laborum tolerantiæ in Iacob; si quid mansuetudinis, & misericordiæ in Dauid, & si quid denique sanctitatis oleum fuit in progenitoribus eius, totum id præcellentiori, & vberiori modo infusum est illi: quoniam omnes propter illam, sicut illa propter Christum, & sicut omnia flumina intrant in mare, ita (inquit Diuus Bonauentura) omnes congregationes gratiarum sunt in Maria.

Vide supra in Exhort. 21.

B Vt autem hæc vnctio gratiæ amplius cresceret, ex voto parentum trimula adducta est in templum Domini, In domoque fœminarum cum alijs virginibus diuino obsequio mancipata diu permansit. Olim virgines regi Assuero offerendæ, in regiam domum fœminarum adducebantur, vbi integrum annum se præparabant; *Vt sex mensibus oleo vngerentur myrrhino, & alijs sex quibusdam pigmentis & aromatibus vterentur.* Inter plurimas autem virgines adducta est Esther virgo, quæ *erat formosa valde, & incredibili pulchritudine: omnium oculis gratiosa, & amabilis videbatur.* Postquam autem oleo myrrhino, pigmentis, & aromatibus vsa est, cum introduceretur ad regem; *Adamauit eam rex plusquam omnes mulieres, habuitque gratiam, & misericordiam coram eo super omnes mulieres, & posuit diadema regni in capite eius.* Nunquid non Esther virgo beatissimam Virginem in hoc ornatu egregie repræsentat? Decreuerat Deus Rex Regum, & Dominus dominantium, vt in templo Ierosolymitano domus esset separata, in qua commorarentur virgines & viduæ, quæ eius obsequio se deuouebant, vt antiqua traditio habet. Idque crediderim potissime à Deo decretum, vt hac occasione Virgo sibi electa in matrem, in templo sacro ab infantia permaneret, vt etiam futuris in Ecclesia Christi virginibus pudicitiæ, & reclusionis præberet exemplum. Vtraque de causa dictum videtur à Regio vate; *Adducentur regi virgines post eam, proximæ eius afferentur tibi: afferentur in lætitia & exultatione, adducentur in templum regis:* Omnes enim virgines tam quæ præcesserunt illam, quam quæ sequutæ sunt, in gloriam & honorem huius Virginis, ac Reginæ virginum destinatæ sunt, & in templum Dei adductæ.

Opusc. de [illegible] Virg. c. 7. Pro festo præsentationis S. Mariæ.

Esther 2. v. 12.

Colligitur ex Scriptura: *Exod 38. v. 8. 4. Reg 11. v 3. 2. Mach. 3 v. 19.*

Ps. 44. v. 16.

C

Mansit autem hæc purissima Virgo in templo
D non vno anno, sed (vt Nicephorus refert ex Euodio Episcopo Antiocheno) vndecim annis; nam magno regi, supremæque omnium dignitati præparabatur. Vngebatur autem continuo oleo myrrhino, quod ab omni corruptione, & fœtore, ac sudore præseruat; id est, oleo diuinæ gratiæ specialis, quæ non solum à labe originalis culpæ eam præseruauit, sed per vniuersæ vitæ tempus etiam ab omni macula actuali, & ab omni imperfectione, vt nihil vnquam in eade-

Lib. 2. hist. c. 3.

fectuosum, nihil imperfectum, aut superfluum inuentum sit: mitis etiam condecorabatur omnium virtutum pigmentis, & fragrantissimis sanctorum actuum aromatibus, vt nihil ea pulchrius, nihil fragrantius posset repetiri: ita vt esset plus quam Esther, corpore & animo *Formosa valde, & incredibili pulchritudine: omnium oculis gratiosa, & amabilis videbatur.* Sicut enim crescebat ætate, ita & proficiebat vnctione sapientiæ, & gratiæ; ascensiones iugiter in corde suo disponens, vt in dies gratior inueniretur. Fuit enim velut scala Iacob mitis gradibus constituta, per quos gradiebatur scandens de virtute in virtutem, ab vno gradu in alium sublimiorem, donec perueniret ad summum quem decebat habere genitricem Dei. Si autem Angeli per scalam descendebant, nouas huius mysterij reuelationes priscis patribus afferentes, & iterum ascendebant eorum desideria Deo præsentantes: quot Angelos putas per hanc scalam ad Virginem descendisse, mirabiles ei annunciantes reuelationes Messiæ iamiam terræ appropinquantis? qui etiam alacritate iterum ascendebant ad Deum tantæ virginis ardentia desideria reportantes?

Pro annunciatione.
Dan. 9. v. 24.

Descenderat olim Gabriel vt reuelaret Danieli quod post septuaginta annorum hebdomadas, vngendus erat Sanctus Sanctorum Christus: ac completis his hebdomadibus, vt vnctio perficeretur, descendit idem Gabriel ad hanc præcellentissimam Virginem, *Missus est* (inquit Diuus Lucas) *Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, & nomen Virginis Maria.* Et quid illi reuelauit? non aduentum Messiæ longe futurum, sed iam esse in ianuis, iam peruentum esse ad vltimum scalæ gradum, quæ ipsa erat, vt in eius vtero sacræ humanitatis petra oleo diuinitatis incta fieret Christus Deus & homo. Et quia *omnium oculis*, vt diximus, *erat gratiosa & amabilis*, salutauit eam, dicens, *Aue gratia plena*; id est, vere gratiosa, & amabilis Deo, Angelis, & hominibus, totiusque sanctitatis oleo plena, cuius comparatione omnes prædecessores tui erant quasi vacui: vnde tu sola inter omnes fœminas, *Inuenisti gratiam apud Deum*; vt te in matrem suam, & Reginam nostram velit assumere, *Adamauit enim te rex plus quam omnes mulieres, & habuisti gratiam & misericordiam coram eo super omnes mulieres: & posuit diadema regni in capite tuo.* Respondet humilis virgo; *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Quo verbo mira humilitate & obedientia fragrante tantam adepta est olei gratiæ copiosissimam infusionem, vt ipsum olei fontem in vtero suo concipere mereretur.

Luc. 1. v. 26.

C

De effusionibus olei factis in ipsa Incarnatione. § 3.

CVM primum Virgo responsum dedit, discessit ab illa Angelus, & ascendit in cœlum, & in momento temporis, Deus descendit de cœlo in vterum eius, & efformatum est virtute Spiritus sancti, ex Virgineo sanguine corpus humanum, animaque informatum, & oleo diuinitatis inunctum, sortitum est nomen Christi; & impletum est desiderium sponsæ, dicen-

D

A

tis; *Oleum effusum nomen tuum.* Alia lectio quam Origenes sequitur, sic habet, *Vnguentum exinanitum nomen tuum*: quoniam ille qui in forma Dei erat, semetipsum (vt Apostolus ait) exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus. Hæc autem exinanitio sui fragrantissimi vnguenti fuit stupenda effusio. Et quis intellectus poterit capere, vel quæ lingua verbis explicare effusionem gratiæ & lætitiæ, quæ Christi humanitati tunc temporis concessa est? Vt merito Psalmista dicerit, *Vnxit te Deus tuus, oleo lætitiæ*: ac si diceret; O Deus Fili, qui pro nobis factus es homo, Deus Pater, qui est Deus tuus, imo vnus Deus tecum; vnxit te oleo quod per quandam excellentiam, oleum lætitiæ nominatur; nam diuinitas, quæ est ipsa essentialis lætitia, tuam inunxit humanitatem, & immensa repleuit lætitia, ac ineffabili exultatione; Si Deus, vt ait Psaltes, *lætatur in operibus suis*; & eo magis lætatur, quo illustriora sunt eius opera, quanta putas exultauit lætitia, cum omnium maximum Incarnationis perfecit, quod per excellentiam opus eius nominatur? Et quæ in Christi humanitatem effusa est lætitia, cum se intuebatur deitatis oleo perunctam, tam immensis gratijs ornatam, & tanto lumine diuinæ claritatis circumfusam? Vere tunc Christus sol iustitiæ, tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendam viam; à summo cœlo, id est, à sinu Patris egressio eius; & occursus eius vsque ad summum eius, id est, vsque ad sinum matris, quæ inter res creatas summum cœli potest nuncupari. Dies autem, quem hoc occursu sol iste peregit, vocatur in hoc Cantico dies desponsationis, coronationis, & lætitiæ cordis eius; *Egredimini* (inquit) *filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.* Coronauerat illum Pater eius (si ita licet loqui more humano) diademate deitatis, quam per æternam generationem illi communicauit. Cæterum mater eius beata Virgo coronauit eum diademate humanitatis, quam ex suis sanguinibus efformatam, illi tribuit; & ipse sibi eam desponsauit, cum suæ diuinæ personæ coniunxit. Et quia cum coronantur oleo etiam vnguntur, sicut de Salomone dicitur, *Vnxerunt eum regem in Gihon*; diuinus Salomon, qui hoc die etiam constitutus est rex à Patre in monte sancto eius, vnctus est tanto lætitiæ oleo, vt hæc dies lætitiæ cordis sui merito nuncupetur. Sed de hac coronatione fusius suo loco agendum est, ad matrem quæ eum coronauit, transeamus.

De Christi lætitia in instanti Incarnationis.
Ad Philip. 2. v.
Ps. 44. v. 8.
B
Abacuch 3. v. 2.
Ps. 18. v. 26.
Cant. 3. v. 11.
C
Reg. 1. v. 45.

Placuit enim Deo quod hoc diuinum oleum, & pretiosissimum vnguentum nouem mensibus esset inclusum in pixide, & candidissimi alabastri vase, in vtero scilicet purissimæ Virginis Mariæ, quam ideo Iacob, dum scalam vidit, cum ingenti stupore exclamans, vocauit domum Dei, & portam cœli, quia in ipsa Verbum caro factum habitauit, & per eius aluum ad nos exiuit: sed tamen intra vasculum istud animarum statim cœpit filius munus sui nominis Christi proprium exercere: & tanquam oleum effusum, matrem, quæ antea erat gratia plena de nouo inunxit, ea olei & gratiæ, & lætitiæ plenitudine, vtte-

Gen. 28. v. 17.
D

vt reliquos vnctos superaret: vncta enim est tunc temporis oleo lætitiæ præ consortibus suis. Lætatus est Deus in suscepitone carnis, quæ præ omnibus fuit opus eius, vt diximus. Lætata est sine dubio Virgo in talis filij conceptione, quæ obumbrante Spiritu sancto vere etiam est opus illius. Si dies iste fuit dies lætitiæ Christo, quia in eo accepit diadema humanitatis à matre, erit etiam & dies lætitiæ matri, quæ tale diadema imposuit filio. Gaudet filius, quia desponsauit sibi humanitatem Gaudet mater, quia vterus suus fuit huius desponsationis immaculatus thalamus. Si Abraham exultauit vt videret diem Christi, vidit & gauisus est: vidit enim fide, & gauisus est spe. Quali gaudio exultauit Virgo, cum præsentem vidit diem Christi, & non spe, sed re possedit illum? *Magnificat* (inquit ipsa) *anima mea Dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo: quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius.* Quod est sanctum nomen eius, nisi quod hic dicitur; oleum effusum nomen tuum, quo vnctus est tanquam Sanctus Sanctorum ad sanctificandum alios? Et quæ fecit illi magna, qui potens est, nisi vt repleret eam oleo gratiæ & lætitiæ, non tantum sibi, sed nobis; ipsumque numen olei effusi ex parte etiam illi communicaret. Ita enim fatetur Ecclesia in quodam responsorio, dicens; *Viderunt eam filiæ Sion, beatissimam prædicauerunt, dicentes; Vnguentum effusum nomen tuum.* Voluit enim Christus Dominus eam assumere in mediatricem inter ipsum & homines, cuius precibus oleum gratiæ in illos effunderetur hac via de plenitudine Christi, mediante plenitudine matris suæ, omnes repleremur. Hoc enim honorifico nomine mediatricis à sanctis Patribus decoratur; Quomodo, inquit Diuus Laurentius Iustinianus, non est Maria gratia plena, quæ effecta est mater Dei, paradisi scala, cœli ianua, interuentrix mundi, dæmonum fuga, peccatorum spes, Dei & hominum verissima mediatrix. Intuere, ô homo, (ait D. Bernardus) consilium Dei, cœlesti rore arcem rigaturus, totum vellus prius infudit, redempturus humanum genus, pretium vniuersum contulit in Mariam. Opus est mediatrice ad mediatorem istum, nec alter vtilior est nobis quam Maria, de cuius plenitudine accipiunt vniuersi; captiuus redemptionem, æger curationem, tristis consolationem, peccator veniam, iustus gratiam, Angelus lætitiam: denique tota Trinitas gloriam, Filij persona carnis humanæ substantiam, vt non sit qui se abscondat à calore eius. Hæc Bernardus optime describens modum, quo Christus factus est nobis per Virginem oleum effusum, & per ipsum etiam Virgo est nobis fons salutis, & lætitiæ, misericordiæ & gratiæ. Vnde merito, inquit, in te respiciunt oculi totius creaturæ, quia in te, & per te, & de te benigna manus Omnipotentis quidquid creauerat, recreauit. Nam hominem à Deo creatum, & propria culpa deperditum Virginem reparauit, vniuersumque mundum lætitia repleuit. Et cuncta hæc operatus est hodie in medio terræ; id est, in vtero Virginis; ad quam tanquam ad medium omnes confugere debemus.

Cant.3.v.11. — *Io.8 v.56.* — *Luc.1.v.47.* — *Mariæ nomen oleum effusum.* — *In Festo Niuis.* — *Vide Suarez to.2.in 3.p. disp.18.sect.4.* — *Serm. de Annunciatione.* — *Serm de Natiuit.* — *Iudic.6 v.37.* — *Serm. in id Signum magnum apparuit.* — *Serm.1. de Pentec.* — *Ps.117.v.24.*

Hæc est ergo dies quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea; exultemus de lætitia filij, lætemur de exultatione matris; gaudeamus de spe olei per ipsos in nos effundendi, gratias agentes Deo, à quo tot bona recipere speramus; sed oportet nos præparare, vt huius diuinæ vnctionis possimus esse participes. Munda ergo vas cordis, in quo est effundendum oleum gratiæ & lætitiæ. Egredere à peccandi periculis, contemplare Regis tui humile, simul & pretiosum diadema, quo coronatus ingreditur, vt humilitatem eius secteris, & spe victoriæ ipsius erigaris. Inuoca matrem mediatricem, quæ illum hoc diademate coronauit, vt eius precibus vitia, & tentationes superans, corona gloriæ merearis coronari in sæcula sæculorum. Amen.

EXHORTATIO XXIV.

De mira effusione gratiæ facta à Christo in Ioannem, per vocem Deiparæ salutantis Elizabeth, ad capiendam possessionem muneris pro nobis assumpti, & matri suæ etiam communicati: & de affectu deuotionis ergà Virginem.

Profesto visitationis B. Virginis, ad S. Elizabeth.

VIx Verbum diuinum in Virgineo vtero opus incarnationis peregerat, Christique nomen & munus sortitum fuit, cum illud exercere voluit, & hominibus manifestare. Consueuerunt enim qui ad aliquam insignem promouentur dignitatem, officium, aut magisterium, cum primum licet, possessionem capere alicuius illius muneris exercendo proprium actum. Cum ergo Dei Filius factus homo Saluatoris, & olei effusi munus assumpserit, & beatissimam Virginem in adiutricem, & mediatricem ad idem præstandum elegerit, decreuit per illam statim mirabiles & varias olei effusiones efficere: mox ergo vt conceptus est, inspirauit illi, vt surgens abeat cum festinatione in montana Iuda, in domum Zachariæ. Et quare cum tam celeri festinatione? quia agitabatur à Filio, de quo scriptum erat, *Voca nomen eius, accelera, spolia detrahe, festina prædari; quia antequam sciat puer vocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram rege Assyriorum:* id est; Adhuc in infantili ætate diabolum vincet, & spolia detrahet, accipiendo sibi animas, quas ille captiuas tenebat: sed tam velox est eius festinatio, vt etiam antequam è ventre matris exeat, id agere incipiat. Pergit ergo Virgo mater cum festinatione impulsa à filio festinante eripere prædam, Visitat Elizabeth; in cuius vtero iacebat filiolus diaboli captiuus, in peccato conceptus, sed à Deo prælectus, vt præcursor esset ipsius. Salutat Virgo cognatam, & per salutationis vocem, Christus in ventre salutantis existens effundit oleum lætitiæ spiritualis in Ioannem, *Et factum est*, inquit Euangelista, *vt audiuit salutationem Mariæ Elizabeth, exultauit infans in vtero eius.* Et ipsa Elizabeth exclamans, ait, *Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit infans in gaudio in vtero meo.* Exultauit infans ad præsentiam Christi, qui fortitudinem Damasci, id est, peccatum originale in eo contriuit, & à diaboli eripuit

Luc.1.v.39. — *Isa.8.v.3.*

eripuit captiuitate, vngens illum gratia & charitate, Spiritu sancto & virtute modo mirabili.

Ioannem fuisse primogenitum inter adoptiuos Christi, & Deiparæ. §. 1.

EN qua ratione Christus in Ioanne muneris sui possessionem capessit. Ille enim qui à Prophetis vocatur Pater futuri sæculi, scilicet Christianorum, & fons olei, à quo Christiani, & vncti erant denominandi; hodie primum genuit filium adoptiuum, qui initium esset huius sæculi futuri, & primus filius legis gratiæ, cui & consonat nomen Ioannis, quod interpretatur gratia. Vnde merito hanc sibi arrogat prærogatiuam, vt primogenitus sit Christi, maior natu Apostolis, & omnium Christianorum primus; quippe qui ab ipso Christo, vt multi Sanctorum restantur, in Iordane baptizatus sit, eo Baptismo qui est Christianorum proprium symbolum; ibique de nouo à Christo vnctus copiosissimo olei diuinæ gratiæ incremento.

Isa. 9. v. 6.

Nazianz. orat. 39. Chrysost. hom. 4. imp. Diuus Hier. in id Matth. 3. Sine modo. D. Th. 3. p. q. 38. art. 6. ad 3. & q. 66. ar. 2.

Sed si Ioannes fuit primogenitus Christi, cur non etiam vocabimus illum primogenitum Virginis inter adoptatos? Beatissima enim Virgo, ex quo mater facta est Christi, constituta est cum ipso mater futuri sæculi, mater scilicet omnium Christianorum, quorum Christus est pater. Vnde merito vocatur Dei genitrix, Deipara & Christifera duplici titulo: altero veræ generationis, & partus corporalis, quia in vtero eum concepit, nouem mensibus gestauit, ac tandem peperit: altero vero generationis, & partus spiritualis, quia vere nobis est Christifera: id est, deferens ad nos Christum, & in nobis illum per gratiam pariens, & oleo eius nos vngens. Voluit ergo Christus, quod beatissima Virgo huius muneris etiam possessioné capesseret in Ioanne media illius salutatione eum sanctificando: vt intelligeremus, quotquot futuri erant filij eius per gratiam, pariter fore filios matris suæ per adoptionem; vt sicut Eua vocata est mater viuentium secundum naturam; ita Maria diceretur mater viuentium secundum gratiam: Quia, inquit Diuus Irenæus, sicut Eua per inobedientiam omnibus fuit causa mortis, sic Maria obediens Deo facta est generi humano causa salutis. Mater generis nostri (ait Diuus Augustinus) pœnam intulit mundo, genitrix Domini nostri salutem edidit mundo. Eua occidendo obfuit, Maria viuificando profuit. Elizabeth ergo vt filia Euæ genuit Ioannem mortuum per culpam; Maria vero obediendo inspirationi Christi viuificauit illum per gratiam. Bona mater Ioannis Elizabeth, sed multo melior Maria: illa generauit Ioannem; hæc regenerauit; quia statuit Deus per illam, quidquid creauerat, recreare: Hanc igitur beatissimam summo opere veneremur; vt munus matris erga nos solicite gerat: Et vt se nobis monstret matrem impetrando indulgentiam, monstremus nos ei filios exhibendo obedientiam.

Lib. 3. con. Hæret. c. 33.

Serm. 35. de Sanctis.

Ex D. Ber. vbi supra.

De perfecto modo sanctificationis Ioannis Baptistæ. §. 2.

SED quoniam Christi opera perfecta sunt, voluit perfecto modo sanctificare Ioannem, non solum infundendo gratiam sicut cæteris infantibus conferebatur in circumcisione, & modo datur in Baptismo, sed accelerando illustrationis vsum, & liberi arbitrij exercitium, præbens ei lumen fidei, quo suum cognosceret sanctificatorem, & de cuius aduentu magno gaudio exultaret. Habebat (inquit Diuus Ambrosius) intelligendi sensum, qui exultandi habebat affectum. Et quia sine pœnitentia sunt dona Dei, donum quod semel accepit, numquam amisit: imo (vt notat idem Ambrosius) ideo beata Virgo permansit tribus mensibus cum Elizabeth, vt maior esset Ioannis profectus. Vngebatur, inquit, & quasi bonus athleta exercebatur in vtero matris, amplissimo enim virtus eius certamini parabatur. Quasi velit dicere; Quod sicut Christus Dominus per primam vocem matris suæ, Ioannem vnxit oleo gratiæ, sic per alias multoties oleum idem augebat, quia ad fortia certamina illum præparabat, ita vt venter maternus esset illi quasi antrum ad ea exercitia, quæ postea peracturus erat in eremo. O mira Dei omnipotentia; quod de Virgine prophetauerat Ieremias, dicens, *Nouum creauit Dominus super terram, fœmina circundabit virum*: id est, Christum ætate infantem, sed sapientia virum perfectum. Hoc extendit nouo modo ad Elizabeth, quæ virum portaret perfecta cognitione pollentem; & sicut ambæ matres dulcia miscebant colloquia, sic etiam & spiritualiter ipsi filij. Etenim Christus Dominus sapientia increata, cuius deliciæ sunt esse cum filijs hominum, cum esset in angustiis in vtero materno, infantulum quæsiuit cum quo delicias suas haberet, quia omnis homo simili sui sociabitur. Inuenit Ioannem in ventre etiam matris degentem, quem vt magister instruebat, & cum eo dulciter colloquebatur, vt ab ipso instructus ad eremum adhuc puer abiret securus. Recte ergo Ioannes Angelus est vocatus à Domino, quia in vtero matris adhuc vitam degebat angelicam, & nesciens loqui lingua corporis vt homo, loquebatur cum Christo lingua spiritus vt Angelus. Merito etiam Angelus nuncupatur, qui tantam gratiam accepit in hac prima sanctificatione, vt in illa instar Angeli immutabilis permaneret, & oleum quod semel accepit, nunquam disperdidit. Nam propter hoc Gabriel Angelus Zachariæ dixit, *Et Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ.* Quid est adhuc? nisi affirmare quod semper repleius erit Spiritu sancto. Et quod huiusmodi repletio incipiet ex vtero materno inchoans suum tyrocinium ab ea perfectione in qua alij consummantur. Nam, teste Diuo Ambrosio, à mensura cœpit ætatis plenitudinis Christi. Disce ergo à Ioanne non tepide, & remisse, sed feruenter, & viriliter viam Domini ingredi, & perfectionis studium inchoare; nam dimidium facti habet qui bene cœpit, & felix initium felicem iudicat finem, & beatam perseuerantiam vsque ad gloriam. Ideo Diuus Basilius tyronem monebat, vt in initio conuersionis præberet non infantem, sed virum ea ætate perfectum. Diuus Bernardus, Sit incipis, (inquit) incipe perfecte; nam si perfecte incipis, ad perfectionis culmen cito peruenies.

Ita fere cuncti Patres, quos refert Suarez vbi supr. disp. 5. se. 1. lib. in Lucam & lib. 1.

Ier. 31. v. 22.

Prou. 8. v. 31.

Eccl. 13 v. 19.

Mat. 10. v 10.

Vide Suarez sup. a d sp. 24. sect. 4.

Lib. 1. in Lucam.

In hom. de abdicat. rerum.

Ad Fratres de monte Dei.

Sed adhuc amplius splendet potentia Christi, & vir-

& virtus ... quod est oleum effusum, in eo quod tres vno momento vnxit Prophetas antiquis multo præcellentiores. Singulare fuit Eliæ priuilegium (vt Ecclesiasticus dicit) facere Prophetas successores post se, quia vnum elegit Elisæum; at Christus Dominus adhuc infantulus, sed Propheta magnus qui surrexit in nobis, Ioannem elegit in Prophetam, non vt sibi succederet, sed vt se præiret in spiritu & virtute spiritus Eliæ, id est, tanquam alter Elias in officio, sed excellentior in sanctitate, & eminentior in prophetia; quia Messiam præsentem, sed in signi... demonstrauit: nam si non verbis, signis tamen & saltibus matri dicebat; Ecce adest Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, & sustulit peccatum meum; & per vocem matris suæ auditui meo dedit gaudium & lætitiam, & exultauerunt ossa mea, quæ in hoc ergastulo iacebant humiliata. Percipit Elizabeth, quæ filius suggerit; nã & Christus Dominus per eandem matris suæ vocem, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum, eam vnxit in Prophetissam, & gratiæ oleo ac Spiritu sancto repleuit, vt eundem Christum intra Virginis vterum existentem agnosceret, & Mariæ futura prædiceret; vnde exclamans, ait, *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.* Et, *Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?* Et, *Beata quæ credidisti, quoniam perficientur quæ dicta sunt tibi à Domino.* Vere beata Virgo, quæ præ omnibus etiam tunc excellentissima facta est prophetissa. Nam, vt fatetur Diuus Basilius, prophetiæ lumine perfusa canticum illud intonuit; *Magnificat anima mea Dominum*; & sibi futura præuidit, dum ait, *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Et, sicut notat Diuus Ambrosius, quo maior est persona, eo plenior est prophetia. Imo & Rupertus satis egregie eam vocat Prophetarum Prophetissam, quia & Prophetas docuit, & de ea Prophetæ alij sunt vaticinati.

Eccl. 48. v. 8.

Lib. 2. in Lucam. Vide Suarez disp. 20. sect. 1.

Lib. 2. in Lucam.

Felices matres, quæ tales filios in vteris gestare meruerunt: nam teste Diuo Ambrosio, duplici miraculo prophetant matres spiritu paruulorum. Audeo dicere non fuisse, nec fore præcellentiores matres, si materna dignitas comparatione ad filios genitus perpendatur: quæ enim excellentior mater mente concipi potest, quam quæ mater est Dei: Nam sicut nullus potest esse melior filius, quam filius Dei, ita (inquit Angelicus Doctor) nulla potest esse dignior in ratione matris, quam quæ Theotocos, & Dei genitrix appellatur, nec nobilior concipiendi modus, quam ex Spiritu sancto, qui tribuit fœcunditatem matris sine detrimento virginitatis. Vnde merito exclamans Elizabeth, inquit, *Vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me?* Ego enim sum mater serui, tu Domini, qui est Rex Regum, & dominus dominantium: Ego vilis ancilla, tu domina, quia mater Domini mei es; ideoque Maria, id est, Domina & dominatrix nuncuparis. Hæc Elizabeth. Sed ipsa etiam felix, quæ talem habuit filium, de quo Saluator diceret, *Inter natos mulierum, non surrexit maior Ioanne Baptista.* Ergo si dignitatem matris respectu filiorum consideres, nulla maior quàm Elizabet, quæ digniorem omnibus filium habere meruit, inter matres dico filiorum, non

1. p. q. 25. a. 6. ad 4.

Matt. 11. v. 11.

A filiatum; nam beatissima Anna tanto est excellentior mater quam Elizabeth, quanto gloriosissima filia eius Deipara maior est Ioanne. Hanc si demas, quæ digniores matres, his duabus, quæ filios gestarunt in vtero miraculose, licet diuerso modo conceptos, ab eodem Angelo Gabriele prænunciatos, & Spiritu sancto repletos? Contigit autem tam illis, quam paruulis, quos in ventre gerebant, quod duabus lyris quarum fides sunt concordes: nam si prope sint, vnius pulsu recinit alia: sic eum beatissima Virgo spiritu filij sui pulsata, vocem salutationis emisit, statim Ioannes resilijt in vtero. Et Elizabeth reccinit, dicens, *Vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me*: cui iterum consonat Maria, inquiens; *Magnificat anima mea Dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.* Vtinam & nos consonemus, & illius humilitati, & huius gratitudini; vt nos indignos existimemus beneficijs acceptis, & pro illis immensas Deo gratias B agamus.

Beata Anna præcellentior mater quam Elizabeth.

Simile.

De ingenti deuotionis affectu erga beatissimam Virginem. §. 3.

INTVERE ergo, humilique & grato animo contemplare quomodo beatissima Virgo officium gerit Christiferæ, & intrante per ipsam Christo, in domum Zachariæ, cuncti repleti sunt oleo gratiæ, lætitiæ, & exultationis. Prædixerat Angelus de Ioanne, *Multi in natiuitate eius gaudebunt.* Sed Christus Angelorum Dominus, etiam ante natiuitatem multos fecit gaudentes. Lætatus est Obededon, & cuncta eius familia, cum arca Dei, in qua erat aureum propitiatorium, ingressa est in illam, ibique permansit mensibus tribus; eo quod benedixit Dominus illi, & omni domui eius, replens singulos magnis bonis, quæ ingentis fuere causa gaudij; quanto ergo magis lætatus est Zacharias etsi mutus, Elizabeth que C & vniuersa eius familia, cum arca viua, in qua Christus propitiator noster erat, ingressa est domum eius, & benedictionibus cœlestibus repleuit illos. Sed quid ait Dauid cum audiuit Dominum benedixisse Obededon, & omnia eius propter arcam? *Ibo, & reducam arcam Dei cum benedictione in domum meam*, & reduxit illam cum gaudio magno. Sic ergo cum audis quæ gesta sunt in domo Zachariæ pia quadam æmulatione desiderans particeps fieri donorum quæ Ioanni, & Elizabethæ collata sunt, dicito ex toto corde tuo: Ibo; & reducam in domum cordis mei arcam Dei viui beatissimam eius matrem, vt ambo ibi commorentur, non tantum tribus mensibus, sed omnibus diebus vitæ meæ, quorũ obsequio & cultui me perpetuo consecrabo. Certus enim sum quod Christus propter amorem erga eius matrem, vnget me oleo misericordiæ & lætitiæ; & omnigena me cumulabit cœlesti benedictione. Illa melius quam Rebecca, induet me vestimentis valde bonis, & fragrantibus primogeniti filij sui; propter quorum fragrantiam Pater æternus suam mihi impartietur benedictionem.

Luc. 1. v. 14.

2. Reg. 6. v. 11.

Hæc verba habentur in Biblijs antiquis.

Gen. 27. v. 15.

D

Sed hoc ad cumulum lætitiæ accedit, nec modicum fiduciam auget, quod intrante Virgine in domum Zachariæ, nihil legimus eam postulasse à Domino; & tamen eo solum quod intrauit, Deus benedictionem super domum effudit: sicut

sicut ex eo quod arca Dei in domum Obededonis ingressa est, nihil ipso petente, illam felicem fecit. Tanta enim dilectione Christus Dominus prosequitur matrem suam, vt omnes erga ipsam bene affectos, ac deuotos ingenti etiam prosequatur amore: & quoties in aliqua religiosa familia, aut pia anima, peculiari deuotionis affectu Virgo inhabitat, eius solo intuitu cœlesti benedictione repletur. Ideoque illam Deus inhabitare decreuit in electis, quos æterna benedictione ditare disposuit; iuxta illud Sapientiæ. *Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi, In Iacob inhabita, & in Israel hereditare, & in electis meis mitte radices.* Ex quo enim Virginis Creator in eius tabernaculo homo factus requieuit, hanc gratiam ei contulit vt ipsa in eis requiescat, quos ad magnam prædestinat sanctitatem. Non enim inhabitat in domo Esau reprobi, sed in domo Iacob dilecti; constituens hominem inuictum luctatorem contra diabolum, sicut Iacob, & Dei strenuum contemplatorem, sicut Israel; in electisque ad gloriam radices charitatis, & deuotionis mittit, vt electionem suam sanctis operibus certam faciant. Vnde non leue huius electionis indicium est; ita affectum esse ad beatissimam Virginem: quod D. Anselmus testatur, dicens, Cui ita concessum fuerit dulci studio sæpe cogitare posse de illa, magnum promerendæ salutis indicium esse conlecto.

Eccl. 24. v. 12.

Lib. 1. de excellentia Virginis c. 4. ad finem.

His accedit pietas huius clementissimæ matris, quæ dum nostras intuetur necessitates, etiam nihil nobis postulantibus, pro earum remedio potentissime interpellat. Intrauit quondam cum filio eius in domum nuptiarum in Cana Galilææ, & deficiente vino, intercessit pro conuiuis nihil ipsis petentibus, dicens ad filium *Vinum non habent* Propter quam filius domui benedicens sex hydrias aquæ repleuit optimo vino, nec ipsa obliuiscetur orare pro nobis, quia non potest vlla intercedere obliuio, vbi ingens viget dilectio. Deipara autem diligentes se diligit, & in manibus suis inscriptos habet; & quæ omnibus Sanctis est potior, præ omnibus etiam est solicitior. Et esto ipsa nihil peteret, filius propter ipsam solicitus erit de nobis, quia gloria matris est gloria filij & cum oporteat eam ab omnibus honorari, omnibus propter illam benefaciet, vt ab illis amplius honoretur. Vnde & Diuus Bernardus audet dicere; Sileat misericordiam tuam, Virgo beata, si quis est qui in necessitatibus suis sibi meminerit defuisse. Ac si diceret; Nullus est est qui possit silere, quia nullus est qui desierit misericordiam tuam experiri. Si ergo vis experiri eius misericordiam; sequere vestigia illius; quæ ex misericordia ascendit in montana cum festinatione, vt congratulationis ergo gauderet cum gaudente cognata, & misero subueniret infanti. Conare igitur, vt semper ad superiora festinus ascendas, æmulans semper meliora charismata; & vt proximis subuenias in aduersis; & graruleris in prosperis; ita enim fiet, vt intercessione Virginis, Christus sit in te oleum effusum copiosa te replens lætitia & gratia.

Ioan. 2. v. 3.

Serm. 4. de Assumpt.

D

Sed illud tandem Virginis pietatem auget, quod cum sat esset octo vel quindecim diebus cum cognata commorari, mansit tamen quasi tribus mensibus vsque ad partum Elizabeth, vt ei etiam tunc astaret, & opus Dei perfectum, &

A consummatum videret. Quod testantur Origenes, D. Ambros. Beda, & alij, nec desint plures congruentesque rationes; sed nobis sufficiat illa mystica, vt sciamus beatam Deiparam non cursim tantum suos inuisere deuotos, sed permanenter, donec plene illos à cunctis eripiat periculis, & opus redemptionis in ipsis consummatum videat; & hoc denotat numerus trium mensium; nam ternarius numerus multitudinem perfectam in Scriptura sæpe significat. Si arca Testamenti, quæ symbolum fuit Virginis, vt diximus, tribus mensibus mansit in domo Obededon Gethæi, qui fideles eius seruos repræsentat. Obededon enim interpretatur seruus hominis, Get torcular. Illi igitur qui serui sunt Christi filij hominis, qui in torculari crucis pro nobis sanguinem fudit, serui etiam sunt Virginis matris eius: in quibus per affectum diu permanet, quos cœlestibus benedictionibus replet ipse qui ex ea carnem sumere dignatus est Esto ergo humilis, & abiectus in oculis tuis, tanquam omnium seruus, nec de aliquo ita glorieris ac de Christi seruitute, & cruce ipsius, & tunc permanebit in te hæc diuina fœderis arca, & cum ea cœlestis benedictio, qua frueris in sæcula sæculorum. Amen.

Hom. ... in Lucam ... Tolet. in Card. in Luc. ... 134.

2. Reg. 6. v. 11.

In Glossa ordinaria.

B

EXHORTATIO XXV.

De mirabilibus effusionibus olei gratiæ & lætitiæ, in natiuitate Christi factis in Deiparam, & S. Ioseph, in pastores & Magos, qui populum Hebræorum & Gentium, ex quibus Ecclesia congreganda erat, repræsentabant.

Oleum effusum nomen tuum.

C CVM Isaias Propheta vehementius desideraret Messiæ aduentum, tum ob eius immensam maiestatem, tum ob eximiam hominum indigentiam, sic ait; *Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & Saluator eius vt lampas accendatur.* Ac si diceret; Et si vita mihi ad tempus vsque Messiæ produceretur, non cessarem orationibus, & bonis operibus eius aduentum efflagitare, donec viderem illum iam ortum tanquam solis splendorem, & accensum tanquam lampadem, quia id valde nostrum interest cum sine ipso, in tenebris simus, velut quando abest sol, qui illuminet diem, vel lampas quæ lucet in nocte. In solis splendore claritas diuinitatis Messiæ, & immensa eius maiestas designatur; sed in lampade omnia clarius comprehenduntur, quæ ad munus Saluatoris id est Iesu, spectare videntur. In lampade enim sunt hæc tria, vas, ignis, & oleum. Vas, est humanitas assumpta: ignis persona Verbi diuini, cui est vnita; oleum autem diuinitas & gratia, à qua vncta dicitur, & sanctificata: cuius iam immensa fuit olei plenitudo, vt non solum sibi sufficeret, sed etiam implere posset omnes lampades, & lucernas ac vasa, quæ oleo indigerent, vel illius capacia essent: Quod admirabili visione Angelus manifestauit Zachariæ Prophetæ, ostendens illi candelabrum aureum, in cuius capite, & summo vertice erat lampas magna duo habens

Isa. 62. v. 1.

Zach. 4. v. 2. V. de Riberam. hi.

habens rostra, à quibus pendebant septem infusoria antea ad infundendum oleum in septem lucernas, seu lampades paruas, quæ infra lampadem magnam in eodem erant candelabro. Lampas magna erat Iesus Saluator caput Ecclesiæ, quæ per candelabrum repræsentabatur: influens oleum gratiæ in omnes lampades paruas, & lucernas, id est, in omnes particulares Ecclesias, & animas, quæ partes sunt Ecclesiæ vniuersalis, & sub numero septenario comprehenduntur. Ab illius autem duplici rostro, id est, duplici natura diuina & humana pendent septem infusoria aurea, hoc est omnia vasa continentia oleum gratiæ, nempe sacramenta, & sacrificia, & cætera media, à Christo instituta, vt per illa in singulos gratiam effundat, quæ oleum est adeo pretiosum, vt alia versio dicat, quod infusoria euacuabant aurum; id est, oleum potum splendidum, & pretiosum instar auri. Sed notat Diuus Cyrillus, hæc vasa olei posita intra lampadem magnam, & iuxta paruas, quia bis deseruiebant, non illi: Christus enim à se ipso oleum luminis & gratiæ habet, nec indiget infusorio alio, cum tamen omnes indigeamus illo, & ab eo dumtaxat recipere valeamus. Et cum sit sol infinitæ splendor immensæ gloriæ, & totius olei fons; assimilatur tamen ab vtroque Propheta lampadi; quia propter nimiam charitatem suam factus est eiusdem nobiscum consors naturæ, vt tanquam lampas lucens & ardens, lucendi & ardendi nobis præberet exemplum. Ideoque Isaias vehementer desiderabat Iesum, & Saluatorem, vt lampadem accendi, & manifestari mundo, cui erat promissa, erat enim tunc temporis instar illius,
Iob 12. v. 5. de qua scriptum est in Iob; *Lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum.* Apud Gentes enim despectus & incognitus iacebat Christus, sed in decreto Dei paratus reuelari, & manifestari tempore nouissimo in vltima mundi ætate.

De manifestatione Christi vt oleum effusum. §. 1.

CVM ergo venit plenitudo temporis prædefiniti ortus est iustus, vt splendor, & accensus, ac manifestatus est Saluator, vt lampas oleo plena, lucens & ardens parata infundere oleum in omnes homines quo ipsi etiam lucerent, & arderent; quod præstitum est ipsa de natiuitate Christi, quo innotescere cœpit mundo nomen Christi, & Iesu, ac Saluatoris, de quo dictum est, *Oleum effusum nomen tuum.* Oleum quidem in lampade contentum, sed effusum in omnem populum Hebræorum, & Gentium, & in vniuersum mundum, vt de plenitudine eius omnes reciperent.

In chro. Refert idē D. Th. 3 p. q. 36. art. 3. ad 1. Lib. 6. hist. c. 20.
» In huius autem signum, ipso die natiuitatis
» Dominicæ, aut circiter illam Romæ, teste Euse-
» bio, è taberna meritoria trans Tyberim oleum
» terra erupit, fluxitque tota die. Quo signo, vt op-
» time perpendit Paulus Orosius, quid euidentius
» quam quod in diebus Cæsaris Augusti toto orbe
» regnantis, futura Christi natiuitas declarata est?
» Christus enim vnctus interpretatur. Fons ergo
» olei Romæ, sub principatu Cæsaris Ianes indi-
» cabat per totum diem: id est, per omne Romani
» tempus Imperij Christum, & ex eo Christianos,

A Vnctum, & ex eo vnctos de meritoria taberna, hoc est, de hospita largaque Ecclesia affluenter, atque incessabiliter processuros. Hæc fere Orosius. Placuit autem Deo, vt hic prodigiosus fons olei non in Iudæa nasceretur; sed inter gentes, & Romæ, quæ caput erat Imperij & fera totius orbis, vt manifestaret nobis Christum & Saluatorem tunc natum, & oleum fidei & gratiæ quod afferebat, potissime effundendum esse inter Gentes, præcipueque in Romanam Ecclesiam, quæ caput futura erat omnium Ecclesiarum, & sedes Petri Christi Vicarij, eiusque successorum; vbi semper manaret fons olei veræ fidei, doctrinæ, & gratiæ per sacramenta conferendæ, quod ad alias Ecclesias inde deferretur. Obseruat autem Cardinalis Cæsar Baronius, non sine diuino numine Iudæos, qui eo tempore Romæ degebant, trans Tyberim habitasse, vt author est Philo Iudæus, eamque regionem tanto illustratam fuisse miraculo, vt significaretur quod ex Iudæis qui- Tom. 1 in Apparatu. Lib. de legatione ad Caium.
B dem ventura erat salus, Saluator, & Christus Dominus, quem quidam eorum etsi pauci, etiam erant recepturi. Vt autem figura congrueret veritati, fons olei effluxit in taberna meritoria, seu diuersorio, quod fere idem est, sicut Christus natus est in eo. Vtrumque autem repræsentabat Ecclesiam Christi, in qua dumtaxat huiusmodi oleum è quo Christiani dicimur, inuenitur; quæ multo excellentius quam antiqua, *Facta est dilecto in cornu filio olei*: id est potentissima ac fertilissima, plena diuina pinguedine gratiæ, vnde filij eius merito filij olei possunt nuncupari. Gaudeamus ergo quod membra sumus Ecclesiæ, cuius caput est Christus. Lætemur de fonte olei perenni & patenti, qui est in hac taberna meritoria, per septem canales oleum in paruulas lucernas effundens. Hauriamus inde oleum, vt simus etiam sicut lucernæ ardentes super candelabrum Ecclesiæ, vt qui viderint opera nostra bona, glorificent Patrem qui in cœlis est. Fugiamus virginum Isa. 5. v. 1. Matt. 5. v. 16. Matt. 25. v. 3.
C fatuarum periculosam ignauiam, quæ acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum, & ideo exclusæ sunt à regno cœlorum, in quod sine oleo gratiæ nullus ingredietur, etsi cæteris bonis fulgeat. Imitemur potius virgines prudentes, quæ acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus, præ manibus habentes sacramentorum vasa, & infusoria, vt lampas nostra nunquam inueniatur oleo vacua. Sed ad hæc quis idoneus?

Contemplare igitur Christum natum in diuersorio tanquam fontem olei gratiæ, & lætitiæ spiritualis, paratum effundere illud in omnes tribus nationes, & populos Iudæorum, & Gentium, ex quibus Ecclesia Ipsius congreganda erat. Et quamuis fons paruulus tibi videatur, scito tamē scriptum esse, *Quod paruus fons creuit in fluuium, & in lucem, solemque conuersus est, & in aquas plurimas* Esther 10 v. 10.
D *redundauit*: paruulus iste olei fons, ita cresceret, vt suum splendorem & lumen in vniuersum mundum effundat, & plurimos filios olei gignat: tres tamen effusiones vere mirabiles contemplari poteris in diuersorio, & præsepio factas.

De beata Maria & Ioseph assistentibus coram Christo in præsepio. §. 2.

PRIMA effusio, & potissima fuit in Mariam, & Ioseph, qui paruulo fonti propinquiores Luc. 2. v. 7.

 erant,

erant, & Christo magis dilecti, & tunc abundantiori oleo luminis & gratiæ peruncti: & quis enarrare sufficiat gratias, virtutes, & dona in vtrumque tunc temporis effusa? Quam præclarum fidei lumen! quam sublimis contemplatio! quam profunda humilitas, quam ingens reuerentia, & quam ardens fulgebat in vtroque dilectio! Vidit quondam Isaias gloriam Christi sedentis in templo super solium excelsum, & eleuatum, & duos Seraphinos stantes iuxta illud, clamantes ad inuicem; *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius.* Sed ecce nunc diuersorium templum, præsepe thronus, in quo iacet Christus paruulus. Duo Seraphim iuxta illum stantes, Maria, & Ioseph; alter ad alterum clamantes, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum; quem etiam in præsepio iacentem exercitus militiæ cœlestis adorat, & laudat, dicens, *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax.* Ardebant Angeli & Seraphini charitatem paruuli intuentes, sed non minus ardebant Maria & Ioseph, qui continuo astabant coram ipso, à quo miris modis inflammabantur.

Isa. 6. v. 1. — Isa. 6. v. 3. — Luc. 2. v. 14.

Ostendit Angelus Zachariæ Prophetæ ad latera candelabri, & lampadis, cuius mentionem fecimus, duas oliuas existentes vnam ad dexteram, & alteram ad sinistram, in quarum vertice, qui lampadem attingebat, erant duæ spicæ oleis plenæ, & cum Propheta interrogasset, quænam essent istæ spicæ oliuarum, respondit Angelus; *Hi sunt duo filij olei splendoris, qui assistunt coram dominatore vniuersæ terræ.* En lampadem in candelabro, Christum in præsepio & diuersorio. Sed Maria & Ioseph duæ oliuæ pretiosæ, & fructiferæ, duoque filij olei splendidissimi assistentes coram dominatore vniuersæ terræ in incunabulis reclinato, à quo ineffabilem olei recipiunt splendorem.

Zach. 4. v. 3. & 12. — Et spigas de azeitunas. Sicut spicæ tritici granis plenæ. — Laudes B. Virginis Mariæ.

Ad dexteram lampadis, id est, Christi, adest beatissima Virgo, de qua dicitur, *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.* Varietate quidem, quia spica erat oliuarum, non inanis, sed varijs virtutum & gratiarum oleis plena. Respice colloquium eius cum Angelo, & canticum coram Elizabetha, & tot inuenies virtutum oleas, quot sententias, imo longe pluries. Olea suauissima virginitatis fuit, *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Olea humilitatis & obedientiæ *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Olea laudis & gratiarum actionis *Magnificat anima mea Dominum.* Vere oleis gratiæ plena, cuius detentio, vt dicit Diuus Bernardus, in plenitudine Sanctorum fuit; quia in sua mirabili perfectione, plenitudo perfectionis omnium Sanctorum non defuit illi; vniuersamque exeruit coram dominatore cœli & terræ in præsepio iacenti; qui in illam effudit abundantissimum oleum lætitiæ & gratiæ: sed nec tunc solum, sed semper astitit illi, velut vlnis portans, vel peregrinantem, ac prædicantem sequens, imo etiam iuxta crucem illius stans, quia nunquam ab eo potuit separari. O Virgo dulcissima præ omnibus Sanctis filia olei splendoris, omnium splendidissima, quocumque ibas filia splendoris eras, quia vbique virtutibus splendebas. Splendebas in diuersorio iuxta præsepe, cuius splendorem mirabantur pastores, stupebant

Psal. 44. v. 10. — Eccl. 24. v. 16.

Magi, & Angeli venerabantur. Tu oliua & spica plena ad verticem vsque lampadis ascendens, & pertingens, quia te nulla alia similior Christo, nulla sublimior. Iuxta crucem etiam, bas corpore, sed ad verticem lampadis, quæ super crucis candelabrum erat, pertingebas mente. Multæ filiæ iuxta præsepe, & iuxta crucem existentes per contemplationem, congregauerunt sibi diuitias, at tu supergressa es vniuersas; & sicut oleum supereminet omnibus liquoribus, tu supereminens omnibus Sanctis. Tu (inquit Andreas Cretensis) habes cum alijs non comparabilem appellationem, quæ, excepto solo Deo, es omnibus altior. O sancta, & Sanctis sanctior, & omnis sanctitatis sanctissime thesaure. Attende Seraphim (ait Petrus Damianus) & videbis, quidquid maius est, minus est Virgine, solumque opificem opus istud supergredi. Fac ergo nos, Virgo purissima, precibus tuis, oliuas fructiferas in domo Domini, & filios olei gratiæ ipsius, vt coram ipso semper mereamur assistere.

Serm. de dormit. Deiparæ. — Serm. de Assumpt.

Sed quid dicam de altera oliua ad sinistram præsepis existenti, beatissimo, scilicet, Ioseph, Deiparæ sponso, ideoque illi simillimo? Oliua fuit & ipse, cum spica oleis plena. Plenus fuit iustitia, quia cum esset vir iustus, voluit occulte dimittere vxorem prægnantem, ne admitteret à se non cognitam. Plenus etiam fide, qui Angelo miraculosam reuelanti conceptionem fidem adhibuit. Plenus virginitate, cui sponsæ, & Dei matris cito potuit virginitas commendari. Plenus etiam obedientia, cum ad præceptum Angeli nocte accepit puerum, & matrem eius fugiens in Ægyptum, tempus reuersionis ignorans. Vere plenus Ioseph, & iuxta sui nominis etymologiam, filius accrescens, qui adeo creuit, vt sicut oliua ad lampadis Christi caput attingeret post Deiparam, summam cum illo haberet similitudinem, vt qui eius pater meruit nuncupari. Cæteri iusti sunt filij Dei adoptiui; at ipse Deus (vt inquit D. Augustinus) cum factus est homo, filius fuit adoptiuus Iosephi; qui Christum, ex Virgine & Spiritu sancto conceptum, sibi in filium, Deo præstante, adoptauit, vt cætera patris munia erga illum exerceret. At qui ita fuit pater Christi vt hominis, filius fuit ipsius Christi, vt Dei hominis; filius olei splendoris, & inter Sanctos splendidissimus, summa olei plenitudine vnctus; vt tantæ Virginis sponsum, & tanti filij patrem nuncupatum, vngi decebat. Dignus filius olei assistens coram dominatore vniuersæ terræ, illi parans hospitium, & in præsepio præstans obsequium, deducens in Ægyptum, & reducens, vbique eum protegens, & ab eius pingui contemplatione nunquam recedens, quæ sdeo fuit sublimis in diuersorio, vt versum sit illi in cœlum, vngente eum Christo ingenti oleo lætitiæ præ consortibus suis.

Laudes B. Ioseph. — Matt. 1. v. 19. — Mat. 2. v. 14. — Gen. 49. v. 22. — Lib. 1. de consensu Euangelistarum c. 1. — Vide Suar. to. 2. in 3. p. disp. 8. sect. 1.

Felices Maria & Ioseph Christo in præsepio assistentes, eum protegentes in sua infantia, & ab illo amplius protecti: hi sunt velut duo Cherubim aurei, qui propitiatorium suis alis operiebant, & etiam velut alij duo Cherubim de lignis oliuarum deaurati, qui alis extensis protegebant interius templi oraculum. Et quid Maria & Ioseph, nisi Cherubim à plenitudine scientiæ? Aurei propter eminentiam charitatis. De lignis oliua-

Exod 25. v. 18. — 3. Reg. 6. v. 23.

oliuarum propter ingne oleum misericordiæ, A Christum propitiatorem nostrum in præsepio protegentes, quorum precibus templum eius, quod est Ecclesia, etiam custoditur, & defenditur, recipientes omnes qui ad eorum extensas alas confugiunt. Confugiamus ergo ad hos patronos, vt per illos à Christo Domino in æternum protegamur.

Sed oportet etiam quod ad eorum imitationem, assistas Christo in diuersorio nato, & reclinato in præsepio, ita contemplans hunc viuum fontem olei, misericordiæ, lætitiæ, & gratiæ, vt ab illo filius olei & splendoris, id est, filius gratiæ, & filius Christi vncti, filiusque vnctionis eius dici merearis. Est enim phrasis hæc Scripturæ ad aliquid maxime extollendum: vt cum vocat filium dilectionis, eum qui est dilectissimus, virum misericordiæ, eum qui est misericordiosissimus: sic filius olei dicitur, filius pinguissimus, filius splendoris, filius splendidissimus, qui olei gratiæ præcellentias obtineat: nempe vt sis deuo- B tione pinguis, fide lucens, splendens contemplatione, in charitate ardens, conscientia hilaris, athleta fortis in certamine, vt sicut oleum supereminet alijs liquoribus, sic superstis cunctis

Ps. 52. v. 10.

sæculi aduersitatibus. Vnde etiam fiet, quod sis sicut oliua plantata in domo Domini, non solum virentibus folijs, sed pinguibus fructibus referta in modum ipsæ oleis plenæ. Oleæ autem, ex quibus conteritis fit oleum, sunt opera iusta & sancta, quæ dum atrita & molita dicuntur, vel sui ipsius abnegatione, vel sedula eius quod faciendum est consideratione, olei in gratiæ emittunt, illam augent, & vitam æternam promerentur. Ad iam ingens incrementum conandum est peruenire, vt ad verticem lampadis, id est, ad Christi Domini perfectam imitationem, iuxta tuas vires pertingas; Quia (sicut inquit Gregorius Nyssenus) Christianus alter Christus dici debet, non æqualitate, sed imitatione.

Homili de perfecta forma hominis Christiani.

Vnde tandem fiet quod dignus sis, qui continuo C assistas coram dominatore vniuersæ terræ, intimam cum ipso iniens amicitiam, & familiarem communicationem, ambulans coram ipso sicut

Gen. 17. v. 1.

Abraham, vt sis perfectus.

De pastoribus & Magis, qui venerunt ad Christum in præsepio iacentem. §. 3.

HÆc amplius dignosces si alias duas effusiones contempleris in pastores, & Magos, Hebræorum, & Gentium primitias, qui ad diuersorium vbi Christus erat, Ecclesiam suam repræsentans, tracti sunt. Cum enim Christus Dominus caput esset hominum & Angelorum sui nominis fragrantiam vsque ad Angelos extendit, effundens in illos ingens oleum lætitiæ, & exultationis, quo vncta cœlestis militia ad terra descendit, vt Christi natiuitatem, eiusque fructus hominibus manifestaret, vt pro tanto dono laudes Deo caneret. Venit ergo Angelus ad pastores, qui in Bethleemitica regione greges suos cu- D stodiebant, dicens illis,

Luc. 2. v. 11.

Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis Saluator, qui est Christus Dominus, in ciuitate Dauid: Ecce nomen Christi prædicatur; & oleum lætitiæ, & salutis tribuendum omni populo, non solum Hebræo, sed etiam Gentili. Confirmat nuncium cœlestis militia, hoc canticum laudis intonans, *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*: Non inquiunt hominibus Hebræis tantum, sed cunctis hominibus etiam ex Gentilibus: qui si bonam velint habere voluntatem, Deus ex bona ac gratuita sua voluntate pacem illis per Christum conferet, & reconciliationem. Hoc audito nuncio tendunt pastores ad diuersorium, inueniunt infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio; reperiunt fontem olei in taberna meritoria ebullientem, qui statim in illos effudit vtrumque oleum, replens eos gaudio magno, & reconcilians illos Deo, largiens illis bonam voluntatem, vt copiosiorem reciperent pacem, & fruerentur regno Dei, quod est iustitia, pax & gaudium in Spiritu sancto. Sed vnde hoc constat? ex eo quod Euangelista subdit, *Et reuersi sunt pastores glorificantes & laudantes Deum in omnibus quæ videbant, sicut dictum est ad illos.*

Ad Rom. 14. v. 17.

Luc. 2. v. 20.

Viderunt cuncta quæ annunciauerat Angelus; nec solum viderunt oculis corporeis, sed multo B magis oculis fidei valde illustratæ, & magnitudine luminis, quod ab infantis splendore procedebat, vt illum crederent verum Messiam, & Christum Filium Dei hominem factum; propter pueri immensam maiestatem, glorificabant Deum. Laudabant autem propter eius profundam humilitatem, & ob vtramque simul repleti sunt gaudio, admiratione, & stupore; ita vt Angelo dicere possent. *Iam non propter tuam loquelam credimus, ipsi enim audiuimus, & scimus, quia hic est vere Saluator mundi.*

Viderunt & cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero.

Io. 4. v. 42.

Intrauit in Ecclesiæ diuersorium populus Hebræorum, vt etiam gentes intrarent, gaudiumque diffunderetur in omnem populum, mittitur nuncius in Orientem; nempe stella ibi orta; quæ non verbis, sed signis, instar Angeli diceret,

Matt. 2. v. 1.

Ecce euangelizo vobis gaudium magnum; quod erit omni populo, etiam Gentilico; quia natus est etiam vobis hodie Saluator mundi, & Rex desideratus cunctis gentibus. Videntes autem Magi stel- C lam, & nuncium eius fide percipientes: *Gauisi sunt gaudio magno valde.* Triplici voce magnitudinem gaudij amplificat Euangelista dicens, quod gauisi sunt gaudio, & magno, & valde; quia maxima erat ratio gaudendi, sicut maxima præcesserat causa mœrendi. Iacebant gentes in tenebris infidelitatis, non videbant lumen cœli, nec agnoscebant solem iustitiæ; ideo non poterant verum gaudium capere,

Pro Epiphania Domini: Ilura l.b. 2. tit. aid, Trahe me post te.

Thob. 5. v. 12.

Quale (inquit Thobias cæcus) *gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video?* Forti animo esto, respondet Angelus, in proximo est vt cureris à Deo. Gaudete, (ait stella) forti animo estote ad quærendum Saluatorem. Ecce iam in Iudæa populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam; habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis: vobis etiam orta est, quærite, & inuenietis; quia omnis qui quærit inuenit. Audiunt Magi nuncium, obediunt, quærunt; perueniunt ad Bethleem: intrauerunt domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, ad præsentiam au- D tem Christi vncti sunt oleo lætitiæ præ omnibus consortibus populi sui. Si enim visa stella gauisi sunt gaudio magno valde, quanto maiori gaudio sunt gauisi; videntes eum qui per stellam repræsentabatur? qui est stella splendida, & matutina expellens ignorantiæ tenebras; & veram lucem annuncians, & efficiens.

Isa. 9. v. 2.

Apoc. 2. v. 28. & c. 22. v. 16.

nimi [illegible], nemo tamen ea [illegible] [illegible] quā Saluatori oste[illegible]

Saluatorem nostrum infinite excedere alios ita nominatos. §. 1.

HANC Saluatoris excellentiam explicuit Angelus ad Ioseph dicens: *Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Reliqui enim qui Iesus vocati sunt, non potuerunt saluare aliquem à peccatis, sed solum saluabant populum ab aliqua seruitute tyrannica, vel temporali miseria. ideoque eorum salus erat imperfecta, quia miseriæ radicem, quæ est peccatum, non auferebat: at solus Iesus Dominus noster à peccatis saluat, quia solus est simul Deus & homo; & nisi esset Deus, non afferret salutem, & remedium quo expelleret peccatum, quod est infinitum malum. — Matt. 1. v. 21.

B Vnde prouenit alia præcellentia; quod alij saluatores, vnum vel alterum populum saluabant à miseria: at Saluator noster saluat omnem populum à miseria culpæ, quæ post lapsum Adæ grassata est in vniuersam terram; sicut nullus est qui non peccauerit in Adam, & ex illa innumeras contraxerit miserias, ita nullus est qui non indigeat hoc Saluatore. ideoque Angelus gaudium nuntiauit non solum pastoribus, sed omni populo: quia cunctis gentibus Saluator adueniebat. Et hinc etiam fit, ita esse proprium Christi nomen, vt hac ratione nulli alij potuerit conuenire; sed sicut est vnus tantum Deus; ita tantum est vnicus Iesus & Saluator, sine quo nulli continget salus; iuxta illud Diui Petri, *Nec est in aliquo alio salus, neque enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.* — Luc. 2. v. 11. — 3. — Act. 4. v. 12.

4. Vnde tandem in solo nomine Iesu coniunguntur omnia bona, quæ ad salutem nostram vlla ratione conferre possunt. Quare recte Angelus dixit, *Annuntio vobis gaudium magnum*; quia annunciabat Saluatorem, in quo coadunabantur omnia bona, quæ causa essent veri gaudij. Quærit Origenes, cur, cum dicat Isaias, *Quam pulchri sunt pedes annunciantium bonum, prædicantium salutem!* Diuus Paulus referens idem, ait, euangelizantium bona; Quia, inquit, non solum vnum bonum Iesus, sed omnia bona, Vita bonum est, Iesus est vita. Resurrectio bonum est, Iesus est resurrectio. Lux mundi bonum est, Iesus est lux mundi. Et ita prosequitur dicens, quod Iesus est veritas, via, ostium, sapientia, potentia, thesaurus denique omnium bonorum. Vnde euangelizare Iesum, est euangelizare omnia bona; quia multitudo bonorum est Iesus, eo quod in ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis corporaliter habitare. Origeni consonat Diuus Ambrosius, dicens: Omnia habemus in Christo, & omnia nobis Christus est. Si vulnus curare desideras, medicus est: si febribus æstuas, fons est: si grauaris iniquitate, iustitia est: si auxilio indiges, virtus est: si mortem times, vita est: si cœlum desideras, via est: si tenebras fugis, lux est: si cibum quæris, alimentum est. Gustate igitur, & videte, quoniam suauis est Dominus Iesus, beatus vir qui sperat in eo. Merito ergo Ecclesia dicit, *Oleum effusum nomen tuum.* Effusum, inquam, in omnes homines quotquot habent fa[illegible] — Præfat. in Ioannem. — Isa. 52. v. 7. — Ad Rom. 10. v. 15. — Lib. 3. de Virg. versus finem.

luem, & aliquod vere bonum, quia non nisi à Iesu nomine illud habere potuerunt. O dulcissime Iesu, vere mihi oleum effusum est nomen tuum: tuum, dicam, an meum? Sed vtrumque fateor, & tuum, & meum: tuum, quia tua est salus, & à te solo procedit: meum, quia totum est in me effusum, & propter me impositum. Dulce nomen Christi, à quo dicor vnctus, sed mihi magis proprium Iesus, per quem sum saluatus. Etenim nomen Christi partim est ipsius, & propter ipsum, & partim propter me: nam ipse etiam vnctus dicitur ab vnctione, quam recepit, scilicet, diuinitate, & gratia, sine qua Christus non esset, nec mihi suam vnctionem impertiret. At vocatus est Iesus, non propter se, sed duntaxat propter me. Ipse enim non indiget saluatore, cum non potuerit peccare. Et licet magnas assumpserit temporales miserias, ipse se saluare poterat ab illis, *Saluabit* (inquit) *mihi brachium meum.* Solum ergo nos indigebamus Saluatore; & ideo Angelus notanter dixit pastoribus, *Natus est vobis hodie Saluator.* Non sibi natus Saluator, nec nobis Angelis, sed vobis hominibus; quia propter hos homines, & propter nostram salutem descendit è cœlis, & incarnatus est. Propter me ergo ab officio saluandi, impositum est ei nomen Iesu, vt sciam Iesum totum esse meum, & propter hoc gaudeam gaudio magno, dicens cum Propheta, *Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo.* Et cum beatissima Deipara, *Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.* Si ergo nomen Iesus est propter te, & tu esto propter Iesum, vt eius salutis sis particeps, & eius seruitio mancipieris, sicut prædixerat Isaias, *Iste dicet, Domini sum, & ille vocabitur nomine Iacob*: id est, profitebitur non sui esse iuris, sed Domini, cuius voluntati deseruiat, & optabit imponi sibi nomen Domini; vt à Christo dicatur Christianus, à Iesu Saluatore saluatus. Vtinam Domine totus sim tuus, sicut totus es factus meus; sit mihi nomen tuum oleum effusum, infundens mihi salutem, vitam, & benedictionem; quam tuum dulce importat nomen. — Isa. 63. v. 5. — Luc. 2. v. 11. — Abacuch 3. v. 18. — Luc. 1. v. 47. — Isa. 44. v. 5. — C

De collatione nominis Iesu ad Emmanuel, & de vellere Gedeonis. §. 2.

SED expendamus amplius præcellentias huius sacratissimi nominis; quod (sicut docet D. Bernardus) oleum dicitur, quia omnia olei insignia nostram salutem indicantia eminentissime continet, vt ex dictis superius satis constare potest. Effusum autem vocatur, quia super omnia Christi nomina effunditur, vt in omnibus illis Iesum inuenias, & virtutem saluationis eius agnoscas; vt propterea sicut oleum alijs liquoribus supereminet, ita nomen Iesu alijs nominibus præcellat: vt etiam in hoc sensu possit intelligi quod ait Paulus, *Datum est illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur.* Nomen super omne nomē, est nomen Iesu, quia quidquid diuinum est, & humanum in cæteris nominibus, in hoc vno includitur; & sicut vnguentum pretiosum ex multis aromatibus, odoratisque speciebus conficitur, ita & nomen Iesu, ea quæ odorata sunt in rebus creatis & increatis, comprehendit. — Serm. 15. in Cant. — Serm. 1. de Circumcisione. — D — Ad Phil. 2. v. 9.

Præclarum [illegible] Virgi[illegible] di, fuit Emmanuel, *Et vocabitur* [illegible] *nomen eius Emmanuel*, id est, *nobiscum Deus*. [illegible] idem (vt aduertit Diuus Thomas) est [illegible] Iesus. Est enim Deus nobiscum per a[illegible] nem carnis, vt saluet nos, & eruat ab omnibus malis. Cuius mirabilis typus præcessit in Gedeone, cui quondam dixit Angelus, *Dominus tecum, virorum fortissime*. Respondit Gedeon, *Obsecro, mi domine, si Dominus nobiscum est, cur apprehenderunt nos hæc mala? vbi sunt mirabilia eius quæ narrauerunt patres nostri, & dixerunt, de Ægypto eduxit nos Dominus? nunc autem dereliquit nos Dominus, & tradidit in manus Madian*. En Gedeon nesciens separare numen Emmanuelis à nomine Saluatoris. Nam si Deus, inquit, esset nobiscum, esset & Saluator eripiens nos à malis quæ patimur. Non reprobat Dominus sententiam illius, sed potius confirmat quod dixerat, Dominus tecum, quod est Emmanuel, ostendens velle saluare populum suum: vnde mox dixit illi, *Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Israel de medio Madian, & scito quod miserim te*. Constituit ergo eum Dominus vice sui saluatorem Israelis, vt adumbraret salutem, quæ per Emmanuelem & Iesum danda erat omni populo. Quod ex signo à Gedeone postulato, certo colligitur, *Si saluum*, inquit, *facis per manum meam Israel, sicut locutus es, ponam hoc vellus lanæ in area: si ros in solo vellere fuerit, & in omni terra siccitas, sciam quod per manum meam, sicut locutus es, liberabis Israel. Factumque est ita. Ac de nocte consurgens, expresso vellere concham rore impleuit*. Et quid hoc prodigiosum signum capri[illegible] mit, nisi Gedeonem fore saluatorem populi sui ab oppressione Madian, non virtute propria, sed virtute Christi Saluatoris nostri, per illud signum repræsentati? Et quid aliud est Iesus, nisi ros in vellere lanæ, Deus verus in natura humana? Quod clarius docuerat Dauid dicens; *Descendit sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram*. Descendit ergo ros diuinitatis in vellus humanitatis, cum omnium gratiarum plenitudine, vt fieret Iesus, & perfectus Saluator. Sed nunquid ros iste descendit in vellus, vt in ipso tantum maneat, an vero vt effundatur in alios? Ecce Gedeon vellus exprimit, & concham rore implet; vt constet quod ait sponsa, *Oleum effusum nomen tuum*. Iesus enim oleum est, & ros effusus tanquam in concham in Ecclesiam, & in sacramenta eius, quæ gratiam Christi vel significabant tantum, vt sacramenta antiqua, vel etiam continent & efficiunt, vt noua: ad hoc quod omnes hoc rore, & oleo potiantur, si velint illud recipere. Sed diuersimode ros gratiæ Hebræis, & Gentibus communicatus est, vt egregie declarat Diuus Augustinus dicens, quod locus vbi erat vellus madidum, significabat populum Hebræorum, quibus promissus est Saluator: apud quem erat vera fides, & notitia illius, licet obscura & adumbrata, sicut ros occultabatur in vellere: sed tunc temporis reliqua terra seu area sicca erat; quia reliqua pars orbis, & gentes fere omnes fide, & gratia Christi carebant. Cæterum postea forte versa contrarium accidit; quod indicabit secundum signum à Gedeone postulatum, dicit enim iterum, *Obsecro vt solum vellus siccum sit, & omnis terra rore ma-*

Isa. 7. v. 14.
Mat. 1. v. 23.
3. p. q. 37. art. 2. ad 1.
Iud. 6. v. 12.
Versu 36.
Psal. 71. v. 6.
Lib. de unit. Ecclesiæ c. 5. tom. 7.

[illegible] factum e[illegible] [illegible] præd[illegible] [illegible] [illegible], populo [illegible] tiæ [illegible], & h[illegible]es ac[illegible] [illegible] vniuersum o[illegible], & [illegible] mus rata exp[illegible] de Ecclesia Gentium amplius [illegible] & fru[illegible] care: iuxta illud Prophetæ *Lætare sterilis, quæ non paris, & clama quæ non parturis, quia multi [illegible] deserta magis quam eius quæ habet virum*. Lætemur ergo, & gratias agamus Saluatori, cuius nomen oleum effusum factum est nobis; & cuius ros irrorauit populum Gentium, a quem nos spectamus: simulque timeamus stupenda iudicia Dei, terribilis in consilijs super filios hominum, qui cum prius irrorauerit Iudæos, deserens Gentiles, nunc vice versa Gentiles irrorat deserens Iudæos.

Sed & adhuc est magna stupendi occasio, B dum intueor ariditatem maioris partis terræ varijs infidelium sectis, & hæresibus infectæ, etiam postquam natus est Iesus, & factus est Emmanuel, & nobiscum Deus; stupens, ac gemens cum Gedeone dicam: Obsecro mi Domine, si Dominus nobiscum est, cur apprehenderunt nos ista mala? Vbi sunt mirabilia, quæ narrauerunt patres nostri, & dixerunt; Non iam sicut Hebræi, ex Ægypto eduxit nos Dominus; sed ex seruitute diaboli pretio sui sanguinis eruit nos Dominus Iesus. Nunc autem dereliquit nos Dominus, & iterum tradidit nos in manus Madian, vt inimici nos vexent, & innumeris malis afficiant. Nunquid exsiccatum est iam vellus? Absit. Quod si vellus rore plenum est, quare maior terræ pars arida est? Res quidem stupenda, sed in nostram ignauiam, & rebellionem causa est reijcienda. Iesus enim vellus est Gedeonis volentes saluans, & irrorans, sed rebelles deserens: fons olei patens est ad salutem omnium gen- C tium; oleum effusum est nomen eius, si velis illud recipere: Emmanuel est, & nobiscum Deus: non poterunt nos mala opprimere, si ad Saluatorem, vt decet, velimus accedere.

Quomodo in vnum coeunt nomen Iesus, & plura alia eius nomina in ordine ad saluandum nos. §. 3.

SED nunquid Saluator noster tardus est in eargiendo salutem, aut molestus erit petentibus illam? Nunquid potens est ad debellandos inimicos omnes, vel est quispiam qui possit resistere voluntati illius? Nunquid scit omnia media, quæ salutem pariunt, aut poterit hostis eludere & abscondere prædam? Numquid saluare potest in perpetuum, vt necessarius non sit Saluator alius? Sed quomodo de his vel leuis poterit esse suspicio, si quid Iesus intelligatur? Nomen est quod continet reliqua eius nomina, D in quibus virtus, scientia, & potentia ad cuncta hæc præstanda declaratur, *Voca* (inquit Isaias) *nomen eius, accelera, spolia detrahe, festina prædari. Et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis*. Cuncta hæc comprehendit Iesus Saluator potentissimus, & propugnator nostræ salutis acerrimus, accelerans ad detrahendum spolia inimici, & festi-

Isa. 54. v. 1.
Isai. 8. v. 3.
Isa. 9. v. 6.

nans

[illegible] A
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] & a[illegible]
[illegible] a[illegible]
[illegible] amatiæ
[illegible] fortem [illegible] um, qui a-
[illegible] auf [illegible] rma eius, &
[illegible] rue is pe cata, & allu-
[illegible] bi peccatore. Non decipiet eum Sat[illegible]-
nas, qu[illegible] ouf[illegible] ariu[illegible] est omn sciens [illegible] compre-
h[illegible] sapientes in astutia eorum, & eo-
[illegible] de[illegible] t sapientiam; non est, nec erit v[illegible]
[illegible] us[illegible] ust[illegible]r, quia pater est futuri seculi, &
[illegible] s pacis: futurum autem seculum nun-
qua[illegible] d fi[illegible]t & pax eius in æternum du[illegible]
[illegible] ptum est enim, *Orietur in diebus eius iusti-
tia, & abundantia pacis, donec auferatur Luna.* Id est,
[illegible] a[illegible] co[illegible] summationem huius seculi, quan-
[illegible] o[illegible]nis mirabi[illegible]itas, ignorantia, cul- B
pa, & defectus; sed a lhuc etiam permanebit
sicut Luna perfecta in æternum. Propter hæc
autem om[illegible]ia maxime [illegible]ocent nomen Iesus, &
nomen admirabilis. quia admirabilia egit vt
saluaret nos, mirabilis vna persona ea natura
diuina, & humana composita. Mirabilis con-
ceptio ea Spiritu sancto, & Virgine intacta. Mi-
rabilis natiuitas ea integra matre, & sine dolo-
re enixa. Et quid mirabilius quam iacere in præ-
sepio, & fulgere in cœlo? Esse inter duo anima-
lia, & laudari ab Angelis, venerari à Pastoribus,
adorari à magis? Nonne admirabile quod ad-
huc [illegible] infantulus, & simul pater futuri seculi?
In vlnis portatur, ad vbera matris pendet, & si-
mul filios generat, qui in præsenti seculo ne-
quam degentes, seculum futurum degustent,
& vitam illo dignam agant? O sol iustitiæ, vas
admirabile, opus Excelsi, & gloria Domini ple-
num est opus eius. Quid mirabilius opere incar-
nationis? Vniuersum mundum replet gloria ma- C
iestatis eius. Iesus sit tibi admirabilis, per quem
mirabilia opera facere poteris. Iesus fortis pro-
pugnator, cui vnitus semper vinces. Iesus pa-
ter futuri seculi, per quem æternam hæredita-
tem consequeris. Iesus princeps pacis, cuius au-
xilio deuictis hostibus perpetua pace frueris.
Vere Domine Iesu, oleum effusum nomen tu-
um, quia à te effusa est in nos sapientia, iustitia,
sanctificatio, & redemptio: consilium, fortitu-
do, spes vitæ æternæ, & pax quæ superat omnem
sensum.

Cuncta hæc mirabiliter delineata sunt per a-
liud signum Gedeoni exhibitum, vt intelligeret
se constitutum esse Saluatorem populi sui, attu-
lit enim hædum coctum, & positum supra pe-
tram ius desuper fudit, Angelus autem Domini
virga quam manu tenebat, tetigit carnes, &
mox è petra processit ignis, qui omnia consum-
psit. Ædificauit autem ibi Gedeon altare Do-
mino, & vocauit illud, *Domini pax*, Intellexit e- D
nim quod sicut ignis consumpsit hædum, ita il-
le consumpturus erat Madianitas, liberans po-
pulum, & pacem illi restituens. Sed hoc ipsum
symbolum erat Saluatoris nostri per petram si-
gnificati, super quem positus est hædus nostro-
rum peccatorum, & ius carnalium cogitatio-
num, vt pro illis satisfaceret, iuxta illud Isaiæ:

[illegible] *in eo iniquitatem omnium nostrum, &
vere dolores nostros ipse tulit, & iniquitates nost as ipse
portauit.* Et sicut e[illegible] ad tactum virgæ exiuit
ignis, qui carnes & ius consumpsit ita Christus
Dominus virtute suæ omnipotentiæ, & passio-
nis quam perpessus est in ligno crucis, ignem
quem venit mittere in terram, emisit, vt omnia
peccata consumeret, & peccatores Deo recon-
ciliaret, illisque veram pacem tribueret. Quare
illi egregie aptatur; esse altare, cuius nomen sit,
Domini pax: quia Iesus est viuum altare, &
ipsummet sacrificium placans Deum, ipseque
est pax nostra, quam annunciant Angeli dicen-
tes: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax.* Ac si dice- Luc. 2. v. 14.
rent; Gloria sit Deo in altissimis, quia hodie in
terra erectum est altare pacis, & offertur homi-
nibus qui bona voluntate illam à Saluatore vo-
luerint recipere: consumpto enim hædo corpo- Isa. 59. v. 2.
ris peccati, quod inter nos & Deum diuisionem
efficiebat, summa pax perfecta est: cuius si par- Lib. 3.
B ticeps esse volueris, mysticum hoc sacrificium Moral. c. 17.
Gedeonis imitare, vt à Diuo Gregorio explica-
tur. Carnes super petram ponis, cum corpus
tuum in Christi imitatione crucias. Ius carni-
um desuper fundis, cum in conuersatione Chri-
sti ipsas etiam à te carnales cogitationes euacuas.
Quæ tamen mox Angelus virga tanget, quia in-
tentionem tuam potestas diuini adiutorij ne-
quaquam deseret: de petraque ignis exibit, qui
carnes & ius consumat, quia afflatus à Redem-
ptore Spiritus, tanta cor tuum compunctio-
nis flamma concremabit, vt omne quod in eo
illicitum est, & operis & cogitationis exu-
rat.

*De mirabili modo, quo perfecta est saluatio mundi
per Iesum. §. 4.*

MIRABILIA sunt prodigia quæ retulimus;
sed non minus mirabilis consiliarius Iesus
C in modo quem elegit ad perficiendam saluatio-
nem, & restaurandam pacem, quem expressit
Angelus Gedeoni, docens eum modum quo
inchoanda erat salus populi sui. *Destrue* (inquit) Iud. 6. v. 25.
*aram Baal, quæ est patris tui, & nemus, quod circa a-
ram est succide. Et ædificabis altare Domino Deo tuo in
summitate petræ huius super quam ante sacrificium po-
suisti.*

Ac si dixisset; Si vis saluare populum ab ho-
stibus oppressum, destrue delictum maximum
idololatriæ, propter quod iuste oppressus ia-
cet. Euerte aram Baal etiam si sit in domo pa-
tris tui, ne timeas eius iram, nec in hoc reuerea-
ris canitiem illius, nihili facito indignationem
populi adorantis idolum, nam tandem cessa-
bit indignatio, & omnibus adueniet salus. Suc-
cide etiam nemus quod aram obumbrat, & or-
nat, vt idololatria radicitus euertatur. Tunc pla-
cabis Deum, offerens in altari taurum septem
annorum super struem lignorum, quæ de ne-
D more succidisti. Hæc Angelus Gedeoni, sed
magis propter Iesum Saluatorem nostrum, cu-
ius vera salus in hoc sita est, quod vniuersum
mundum ab idololatria, & ab alijs vitijs quæ ido-
lorum seruitus dicuntur, liberauit. Aras eorum
destruxit, cordium immanes affectiones ad hæc
idola dissipans; & insuper nemus quod circa i-
psas erat succidit, destruens quidquid mundo &

 carni

Marginal notes (left column): Isa. 9. v. 6. / 1 Cor. 3. v. 19. / Psal. 71. v. 7. / Psal. 88. v. 38. / Iesus & admirabilis. / Eccl. 43. v. 2. / Eccl. 42. v. 16. / 1 Cor. 1. v. 30. / Iud. 6. v. 20. / Isa. 53. v. 4. & 6. & 11.

carni delectabile est & amœnum: quod Diuus A
1. Ioan. v. 16. Ioannes vocat, concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, & superbiam vitæ. Hæc omnia cœpit Iesus euertere & succedere, cum primus natus est in diuersorio, reclinatus in præsepio & pannis inuolutus. Non nascitur Iesus in amœno nemore, sed in vili stabulo omni amœnitate destituto, vt doceret humanam amœnitatem contemnere, & viam saluationis inquirere. Quia in delicijs non est salus, sed languor; in diuitijs non est pax, sed cruentum bellum; in vanis honoribus non est vera sublimitas, sed profunda despectio. Succidenda sunt hæc omnia securi mortificationis, & ad Christi imitationem occidendus est taurus septem annorum, id est, maximum vitium superbiæ cum septem vitijs capitalibus sibi adiunctis: de quo
Eccl. 6. v. 2. dicitur: *Ne te extollas in cogitatione animæ tuæ sicut taurus*: & cum lignis nemoris mundani, id est, voluptatibus & vanis honoribus cremanda sunt omnia igne diuini amoris, & in holocaustum B Deo offerenda; nam vt dicebat Moyses, abo-
Exod. 8. v. 26. minationes Ægyptiorum immolandæ sunt Deo nostro, sicut immolauit eas Iesus in diuersorio, & in Caluario. Et quamuis succenseat pater, & mater gemat, irascantur fratres, indignentur domestici, & totus populus furore feruescat contra te, sicut contra Gedeonem, nihil horum timeas; obediendum est potius Deo, quam hominibus, vt sequaris Iesum, qui dixit: *Qui*
Luc. 14. v. 26. *non odit patrem & matrem, vxorem & filios, & fratres, & insuper animam suam, non potest meus esse discipulus*. Imo sicut Gedeon gloriosior euasit, ex quo hæc petegit, sic sublimior eris apud Deum & homines dum hæc pro Christi amore perfeceris.

Mutauit Deus Gedeoni nomen cum primum
Iud. 6. v. 32. aram Baal destruxit; & qui antea vocabatur *Gedeon*, id est, *circumiens in vtero*; vocatus est *Ierobaal*, *id est fortis contra Baal*, vel impugnans Baal, quia non potuit se vlcisci de eo, qui eum destru- C
Apud interpretem idē fusius D. Greg. lib. 30. moral. c. 17. Ad Heb. 10. v. 10. xit. Vt hoc symbolo, sicut notat Diuus Isidorus, significaretur virtus Filij Dei in vtero Virginis concepti, qui intra vterum fuit, per substantiam infirmitatis, & extra mundum per potentiam maiestatis. Et adhuc intra vterum inclusus erat, cum per meritum primæ oblationis qua se ibi Deo Patri, obtulit, victoriam contra diabolum obtinuit, & nostram salutem promeruit. Cuius virtute etiam spiritus tuus licet debili carne, velut vtero circumdatus, contra diabolum fortis erit, eiusque aras in corde tuo destrues, nec ipse de te vltionem sumere poterit: quia virtus Saluatoris nostri reprimet illum, tam ingentesque tibi præstabit vires, vt
Iud. 6. v. 16. facile vitia omnia subuertas. *Ego* (inquit) *tecum ero, & percuties Madian quasi virum vnum*. Aptissime dicit, quasi virum vnum: quia ersi hostes nostri innumeri sint, & fortissimi, tamen velut vnus reputantur, cum Iesus nobiscum sit saluans nos. Vnicum enim inimicum habemus, quod D est peccatum, à quo reliqui vires sumunt; quo deuicto facile de reliquis triumphabimus. Cum ergo Iesus à peccatis saluat, omnes hostes prosternit.

Propter hæc autem omnia conuenienter de Iesu dicitur: *Oleum effusum nomen tuum*. Oleum est non inclusum in vtero, seu in vase, sed effu-

sum extra pro salute m[illegible] [illegible] est quo vngi[illegible] tanquam athletæ, [illegible] ad luctandum cum diabolo [illegible] quo accenditur & [illegible] bu- renda idolorum viria, & [illegible] ptates [illegible] ius lumen & splendor [illegible] [illegible], fugat dæmones, & omnes profligat inimicos. Confirmat hoc vltimum Gedeonis prodigium, qui Iud. cum militibus suis, lagenam [illegible] intra quam lampas erat accensa, fracta autem lagena, & lampadis luce per campum diffusa, Madianitas fugauit. Diximus autem supra ex Isaia Propheta, per lampadem accensam Saluatorem Iesum designari, cuius diuinitas animæ coniuncta intra carnem tanquam intra lagenam erat abscondita; fracta autem carnis lagena in passione, virtus & potentia diuinitatis manifestata est mundo, & per vniuersum orbem diffusa, vincens diabolum, destruens idololatriam, & omnia sibi subijciens. Vtinam & nos sicut veri milites Gedeonis intra lagenam corporis nostri hanc Saluatoris accensam lampadem per fidem & amorem retineamus, vt dum corpus laboribus, & mortificationibus frangitur, & atteritur, virtus Saluatoris in nos & per nos manifestetur, vt fragrantia eius vbique diffundatur iuxta illud Pauli, *Semper mortificationem Iesu in* 2. Cor. 4. v. *corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris*. Obseruat autem Diuus Gregorius hoc gestum moralizans milites Gedeonis fuisse trecentos, qui numerus à littera T. Lib. 30. Mor. c. 17. inchoat, quæ symbolum est crucis, ad significandum illos tantum hostes deuincere, & salutem consequi, qui crucem Christi tollunt, & illum sequuntur, quod & ipsum nomen Iesus manifestat, vt in exhortatione sequenti mox dicemus.

EXHORTATIO XXVII.

De impositione nominis Iesu in Circuncisione facta, eiusque mysterijs, & de coniunctione vtriusque nominis Iesu & Christi, & causis eius.

Oleum effusum nomen tuum.

QVAMVIS munus saluandi commune sit tribus diuinis personis, quæ vnica ac præcipua sunt nostræ salutis, nomen tamen Iesus proprium est solius Verbi diuini hominis facti eo quod ipse solus in carne assumpta munus peregit Saluatoris, satisfaciendo diuinæ iustitiæ, & soluendo nostra debita per sanguinem suum, quem pro nobis fudit: vnde ram impositio nominis, quam eius exaltatio facta est per sanguinis effusionem, illa in circumcisione, hæc in passione. Quia de causa forte (vt notant qui linguam Refer Ca Hebræam norunt) nomen Iesus in Scriptura Tolet scriptum inuenitur cum litera Tau, quæ teste Luca Diuo Hieronymo, ac Gregorio, mysterium not. crucis significat, sicque interpretatur locum Ezech. Ezechielis, vbi illos dicit saluos factos fuisse, Lib. 3. Mor. 17 qui in frontibus literam Tau inscriptam habebant. Obseruant autem aliquando literam T. positam esse in principio nominis; ac si diceres

[illegible] *autem* [illegible] A [illegible] de [illegible], a [illegible], le- [illegible] ob di[illegible] *Fiat Dan* [illegible], [illegible] *salutare tuum expe*[illegible] *Dom*[illegible] [illegible] Isaias: *Videbunt omnes* [illegible] *terr*[illegible] [illegible] Quo denota[illegible] o-strae [illegible], quam eius pe[illegible] consumma-ti[illegible], est à Iesu per virt[illegible]is, ac p[illegible]is. Vnde & in [illegible] de [illegible] a[illegible] omni ex pa[illegible] opus nostrae a-[illegible], a[illegible] in cœl[illegible] signum filij ho[illegible], quod D[illegible] C[illegible]sostomus signum crucis in-terp[illegible]. V[illegible]de & Iacob contra diabolum, qui inst[illegible] c[illegible] & cerastae hominibus insi-di[illegible] exp[illegible]ctabat Iesum, qui per crucem illum d[illegible]bellaturus erat, & nos etiam contra diabo-[illegible]na, & an[illegible]ichristum, qui teste Diuo Gregorio, per Dan significatur, capectamus secundum aduentum Christi Domini, qui per virtutem crucis de illis triumphabit. Merito ergo prima positio nominis Iesu, quae facta est in initio B vitae p[illegible]us, & exaltatio eiusdem nominis, quae facta est in fine; vtraque perfecta est per sanguinis effusionem, ignominia, & dolore tefeitam, vt significaretur perfectum munus saluandi homines, quod proprium est solius Christi, cum his doloribus, & cruciatibus exerceri.

Lib. 31. Mor. c. 30.

Isa. 62. vers. 2. Hoc etiam insinuat Isaias, cum iuxta interpretationem Diui Cyrilli supra relatam: de nomine Iesu dixit: *Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominabit.* Vel iuxta proprietatem vocis Hebraeae; *perforabit*, id est perforando, aut sculpendo incidet. Ad eum modum quo fieri solet quando literas, vel notas perpetuas esse cupimus in materia molli, qualis est humana caro; illas enim incidimus compunctas, aut perforatas carni; qualia gestant in facie coempta mancipia, quae eo stigmate fatentur non esse sui iuris, sed alterius. Ita ergo nomen Iesus vocatum, ac perforatum est Christo per vulnera carni inflicta, tum in circumcisione, tum in C passione; vt inde deducas salutem, quam à Iesu expectas, eisdem cruciatibus tibi applicandam, & notam crucis tibi etiam perforandam, & sculpendam, vt in carne tua portes, sicut Paulus, stigmata Iesu, quibus fatearis, iam non esse tui iuris, sed Christi Iesu, qui te saluauit, & sanguine suo emit, vt illi esses seruus sempiternus. Sed iam ad impositionem nominis Iesu reuertamur.

Ad Gal. 6. v. 17.

De modo quo nomen Iesus impositum est Christo Domini. §. 1.

Lucae 2. v. 21. MIRABILIS fuit impositio nominis Iesu, quam ita describit Euangelista: *Postquam consummati sunt dies octo, vt circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab Angelo priusquam in vtero conciperetur.* Breue verbum, quia nomen indicat diuini Verbi abbreuiati propter nos Sed sicut verbum abbreuiatum infinitis fulget perfectionibus, ita abbreuiata eius D nominis impositio innumeris est plena mysterijs, quorum tam mira est fragrantia, vt possimus dicere: *Oleum effusum nomen tuum.* Ita enim sedolet cum imponitur, & manifestatur, sicut sedolere solet preciosum vnguentum cum effunditur.

Sed perpendamus quis nomen imponit, quo tempore, qua occasione, & quale nomen. Proprium est parentum nomina imponere filijs suis, vt satis ex Scriptura, & experientia constat. Docet enim Diuus Chrysostomus dominos seruis emptis in signum sui dominij noua imponere nomina. Quod ea eo colligit, quia volens Deus docere Adamum, quod eum principem & dominum fecisset omnium animantium, adduxit ea ad eum, vt videret quid vocaret ea: monstraos quod nominum impositio dominium tribuetur. Rex etiam Babylonis com captiuos duxit Danielem, Ananiam, Azariam & Misaelem, eorum nomina mutauit. Ideoque dicit Christum Dominum cum Saulum captiuum sibi fecit, mutasse nomen eius in Paulum, vt sciret se iam alium habere dominum. Et hac de causa impositio nominis olim fiebat octauo die in circumcisione, sicut modo fit in baptismo, quia per sacramentum puer efficiebatur pars populi Dei, & mancipabatur diuino seruitio.

Hom. de conuersione Pauli tom. 3. idem D. Damascenus lib. 3. de fide c. 30. Gen. 2. v. 19. Dan. 1. v. 7.

Hinc igitur deducimos Patrem aeternum duplici titulo hoc nomen *Iesus*, imposuisse Christo Domino, qui verus erat Deus & homo. Quia enim nemo nouit Filium nisi Pater, & cui voluerit Pater reuelare: ita nemo potuit illi nomen imponere nisi ipse. Reuelauit autem Angelo, vt ipse nomen à Patre impositum manifestaret matri. A matre enim sola non potuit sortiri nomen Iesus & Saluatoris, quia tantum ab illa habuit, quod esset homo mortalis, capax circumcisionis, & doloris, vnde si ab illa esset nomen sortiturus, potuisset enim vocare veluti Rachel, *Benoni*, id est, filium doloris mei, propter eximium dolorem quem illi afferebat circumcisio, & cruenta illa sanguinis effusio. At vero pater qui Christum nouerat esse filium Dei altissimi, vocauit illum Iesum, filium dexterae, id est, potentissimum ad saluandum genus humanum, & mirabilia inter homines operandum.

Mat. 11. v. 27. *Gen. 35. v. 18.*

Sed cum Saluator noster qua homo, seruus sit Patris, & sub eius dominio, hoc etiam titulo imponit ei nomen, officium Saluatoris illi iniungens, in quo ei deseruire posset: quod expresse testatur per Isaiam Prophetam, dicens: *Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob. Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terrae.*

Isa. 49 v. 6.

Id est, vt exerceas munus Saluatoris erga omnes gentes. Et sicut Abraham, cum accepit praeceptum circumcisionis, per quam diuino seruitio mancipabatur, impositum est honorificum nomen Abraham, quod est pater multarum gentium procedentium ab ipso, vt eadem qua ipse fide Deo seruirent: ita Christus Dominus in circumcisione, qua vt homo pars fiebat populi Dei, & eius cultui dedicabatur, accepit insigne nomen Iesus, quod est Saluator omnium gentium, quae in eum erant credituræ, & pater futuri seculi, id est, omnium hominum, qui in futuro seculo legis Euangelicae nouam vivendi rationem erant instituturi.

Gen. 17. v. 5. *Isa. 9 v. 6.*

Et quia consueuit Deus eos qui se humiliant exaltare, & eo amplius exaltare quo se profundius humiliauerint, cum Christus in circumcisione depresserit se summum quod poterat imaginem

ginem assumens, & cauterium peccatoris, voluit pater in eadem circumcisione honorificentissimum illi nomen imponere, quod esset super omne nomen: nempe nomen Iesus, non eo modo quo alijs hominibus antea impositum fuerat, sed singulari quadam ratione, quæ in immensum alios excederet. Et hoc est quod ait Euangelista; *Vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab Angelo prius, quam in vtero conciperetur.* Ac si diceret: Vocatum est nomen Iesus, non quodcumque, sed quale descriptum est ab Angelo, cum dixit Virgini: *Vocabis nomen eius Iesum; Sic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur. Dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Quibus verbis tres insignes assignat præcellentias nominis Iesus. Prima, quod erit magnus, non tantum coram Domino, sicut prædictum fuerat de Baptista, qui seruus fuit, licet dilectus; sed absolute magnus, tanquam Dominus dominantium, coram quo alij optant esse magni. De alio Iesu dixit Zacharias, *Ostendit mihi Dominus Iesum Sacerdotem magnum stantem coram Angelo Domini, & Iesus erat indutus vestibus sordidis. Et stabat ante faciem Angeli.* At Iesus noster est Sacerdos magnus, non quidem stans coram Angelo, sed sedens in throno, coram quo Angeli stant tanquam ministri, vt faciant verbum eius. Indutus apparet vestibus sordidis, quia tincta est caro eius sanguine circumcisionis, sed intus est muratorijs & preciosis vestibus ornatus, quia Deus est magnus super omnes deos. Ipse humilitatis ergo vocat se filium hominis, quod satis circumcisio demonstrat: at vere est etiam filius Altissimi, non adoptiuus, sed naturalis, cuius tanta est potestas, vt possit multos alios filios facere, per gratiam adoptionis, qui eiusdem hereditatis possunt esse participes. Denique hic Iesus simul erit ille Messias & Christus antiquis patribus promissus ex semine Abrahæ, & Dauid qui in regno eius succedet, cuius regnum non erit temporale, sed æternum. Est enim lapis ille excisus è monte sine manibus, natus ex virgine sine opera virili, qui conteret omnia regna mundi, quoad idololatriam, & subijciet illa sibi, crescetque in montem magnum qui impleat vniuersam terram: paruitas enim eius apud homines fiet maxima instar magni montis, replens terram gloria, misericordia, doctrina, & sanctitate ipsius. Vnde aptissime dicitur, *Oleum effusum nomen tuum.* Quia virtus maiestatis eius in vniuersum orbem diffunditur. Paruulus quidem est cui nomen Iesus imponitur; quia *Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis.* Cæterum *factus est principatus eius super humerum eius*, humeros enim habet quia Deus est, vt totius orbis sustineat principatum. Et tu ergo id cura, vt nomen Iesus sit tibi oleum effusum, effundens in te tria sui nominis insignia: vt tu etiam per ipsum sis magnus coram Domino, filius eius per adoptionem, & rex qui tuas regas potentias, & affectus, vt postea simul cum eo in æternum regnes. Quod si te humiliaueris sicut ipse, hanc exaltationem consequeris ab ipso: quia omnis qui se humiliat, exaltabitur.

Luca 1. v. 31.
Luca 1. v. 31.
Zach. 3. v. 1.
Dan. 2. v. 34.
Isa. 9. v. 6.

De coniunctione nominis Iesu & Christi.

§ 2.

HINC perpendere licet causas mysticas, ob quas, Angeli, Euangelistæ, & Apostoli crebrius coniunxerint nomen Iesu cum nomine Christi: vt scilicet indicarent (sicut notat D. Ambrosius) hunc Iesum, quem natum confitemur in Bethleem, & passum in monte Caluario, non quemuis esse, sed illum qui Christus est in lege patribus promissus, vnde fit Messiæ aduentum peractum esse. Sic Angelus pastoribus dixit: *Natus est vobis hodie Saluator qui est Christus Dominus*, id est, non quiuis Saluator, sed ille qui est Christus, & Dominus omnium à vobis expectatus. Et D. Matthæus sic exorditur Euangelium. *Liber generationis Iesu Christi*, & genealogiam concludit dicens: *De qua natus est Iesus qui vocatur Christus.* Diuus Paulus etiam sæpe eadem nomina iungit. *Vt omnis lingua confiteatur, quod Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.* Vnde & Ecclesia Catholica hanc nominum coniunctionem veneratur, propter perfidos Iudæos, qui Iesum confitentur, negant tamen esse Christum. Contra quos D. Ioannes acerrime pugnat dicens: *Qui credit quoniam Iesus est Christus*, id est, Messias promissus, *ex Deo natus est & omnis qui confitetur Iesum Christum in carne venisse ex Deo est. Et omnis spiritus, qui soluit Iesum ex Deo non est.* Soluere Iesum est separare ea quæ in eo coniuncta sunt, negando vel esse verum Messiam, vel Deum verum, aut verum hominem, aut vere circumcisum, & passum pro nobis, & alia huiusmodi, quæ hæretici somniant: nos autem ne soluamus Iesum, confitemur ingenue illum esse Iesum Christum: in quo simul coeunt omnes præcellentiæ veri Christi quas supra commemorauimus, scilicet, Regis, Sacerdotis, Prophetæ, & supremi vncti, & quæ necessariæ sunt ad perfectissime saluandum. Vnde in Iesu præcipue confitemur diuinitatem; quia, vt dicit D. Leo, nisi esset Deus, saluare non posset: in Christo autem, humanitatem, quia vt dicit D. Hilarius, nisi esset homo non posset vngi. Vtrumque tamen necesse fuit in eodem coniungi, quoniam purus homo (ait D. Augustinus) satisfacere non poterat: Deus autem satisfacere non debebat; vnde oportebat Deum & hominem esse Iesum Christum, in quo est vniuersa nostra salus testante ipso Domino, cum ait; *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.*

Luca 2.
Matt. 1. & 16.
Ad Phil. 2. v. 11.
1. Io. 5. v. 1. & 4. v. 2.
V. de Toletum anno 5. in 1. cap. Ioannis.
Serm. de Natiu. & Lib. de Trinitate.
Lib. 13. de Trinit. ca.
Io. 17. v. 3.

Nec sine mysterio voluit etiam Dominus vtrumque nomen super crucem in titulo affigi: cum scripsit Pilatus *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum.* Nam vox, Iudæorum, æquipollebat voci Christi, qui Rex erat illis promissus. Vnde perfidi Iudæi conati sunt hanc vocem de titulo abradi: sed renuit Pilatus, qui instinctu Dei respondit, *Quod scripsi, scripsi.* Gentilis approbat quod populus Hebræus respuit: quia hic derelinquendus erat, ille assumendus, & vt constans esset apud omnes Iesum crucifixum illum eundem esse qui Christus est Rex Iudæis promissus, & ab ipsis desideratus, etsi tunc ab illis reiectus, Vnde Hebraice, Græce, & Latine titulum conscribi iussit, vt omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus est in gloria Dei Patris; & hanc coniunctionem vtriusque nominis amplectatur per quam omnes salui fiant.

Io. 19. v. 20.
Cur Christus Hebræo & Græco nomine vbique vocetur.

Vnde

Vnde etiam factum est non sine Spiritus sancti instinctu, quod Ecclesia Catholica hæc duo nomina coniungens, nomen Iesus in suo idiomate Hebræo retineat, alterum vero relicto nomine Hebræo Messiæ, mutet illud in Græcum, quod est Christus, statuens quod omnes nationes & linguæ vtroque nomine eodem modo vtantur: ad significandum quod Ecclesia colligenda erat non solum ex Hebræis, sed etiam ex Gentibus, imo magis ex Gentibus, quia à Iudæis propter eorum proteruiam auferendum erat regnum Dei, & dandum Gentibus, quæ fructum ferrent illius. Hoc ipsum egregie obseruat Diuus Augustinus, reddens rationem ob quam Apostolus commendans spiritum adoptionis filiorum Dei, subdit Hebraice, & Græce: *In quo clamamus Abba Pater.* Imo Diuus Marcus referens Christi orationem in horto, similiter sit, *Abba Pater.* Vt scilicet indicaret filiationem Dei ad omnes gentes, & nationes extendendam esse, omnesque accepturas à Deo eundem spiritum, quo eum vocarent patrem. Ad hunc igitur modum omnes vocant eisdem nominibus Hebræo, & Græco Iesum Christum, quia per eandem fidem, & eundem baptismum summa vnione, & concordia animorum illum confitentur, adorant, amant, & imitari conantur, currentes in odorem nominis ipsius, quia *Oleum effusum nomen tuum.* Quod nomen? Nomen Iesu Christi, quod vnum integrat nomen, cuius fragrantia per omnes nationes orbis diffunditur, trahens illas ad se, vt in ipso sint vnum: quia iam non est distinctio Iudæi & Græci, sed idem Dominus omnium diues in omnes qui inuocant illum. In quo non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus, neque liber, sed omnes vos vnum estis in Christo Iesu.

[Vide Toletum vbi supra. Mat. 21. v. 43. Lib. de spiritu & littera c. 32. & serm. 13. de verbis Apostoli. Ad Ro. 8. v. 15. Ad Gal. 4. v. 6. Marci 14. v. 36. Ad Rom. 10. v. 12. Ad Gal. 3. v. 28.]

Quoties ergo nomen dulcissimum Iesu Christi audieris, vel protuleris, aut legeris, memento vt hanc vnionem fidei, amoris, & concordiæ intrare, & cum omnibus serues. Et caue ne vllo modo soluas Iesum Christum, nam omnis spiritus qui soluit Iesum, non est ex Deo, sed ex diabolo. *Nunquid diuisus est Christus?* Absit. Vnus est indiuisus omnino, ne diuidas illum, aut soluas, seu separes quæ in illo coniuncta sunt: nec solum non separes Iesum à Christo, sicut ethnici, qui fide errant, sed nec etiam soluas Iesum sicut peccatores, qui dicunt se nosse illum, factis autem negant: dum separant ab illo aut misericordiam, aut iustitiam, aut munus Saluatoris, vel munus iudicis, aut sacerdotis, & regis. Vtrumque enim præstat: vt in Iesu Christo inuenias quid speres, & quid timeas, quid sequaris, & quid fugias, ne sola misericordia Saluatoris te faciat segnem, & torpentem, aut sola iustitia iudicis & regis te reddat nimis pusillanimem, vtrumque simul amplectere: quia vtrumque spectat ad perfectum munus Iesu, vt saluum te faciat in æternum.

[1. Cor. 1. v. 13.]

Sed hinc non iniucundam quæstiunculā decides: cur nomen Iesus ita est Domino impositum, tanquam illi proprium, vt discipulis illud noluerit impertire. Credentes enim non denominati sunt à Iesu, Iesuitæ, vel Iesuati, sed à Christo Christiani. Sed ratio est in promptu. Quia Christus nomen erat dignitatis, sub quo expectabatur à Iudæis, & desiderabatur à Gentibus, ideoque oportuit eos qui legem nouam profitebantur, vt ab alijs distinguerentur à Christo Christianos dici, & hoc præclaro nomine insigniri. Rursus Iesus non nomen est eius qui saluatur, sed qui saluat, & est saluator. Christus vero econtra non tam est nomē vngentis, quam vncti. Conuenienter ergo à Christo dicuntur Christiani, id est, vncti per oleum gratiæ; quod omnibus conuenire posse certum est. At licet omnes saluati sint per Iesum, non tamen omnes participes sunt muneris, & officij Saluatoris, ideo non decuit omnes à Iesu Iesuitas, vel Iesuatos nominari. Hoc tamen non obstat, quin huiusmodi nomen alicui assignetur familiæ, quæ se totam deuouit speciali ratione Iesu vestigia sequi in munere saluandi alios tanquam coadiutores & cooperatores ipsius, vasaque electionis vt portent nomen eius per omnes gentes, & mundi nationes. Propter quod S. Ignatius nostræ religionis Patriarcha hoc nomine eam insigniri voluit, non sine Dei instinctu, vt societas Iesu vocaretur: non quidem vt socij Iesuitæ vel Iesuati appellentur (licet aliæ nationes hoc nobis nomen imponant) sed tantum vt dicantur socij Iesu, id est, milites in eius societatem, & militiam ascripti, ad pugnandum contra eius hostes & animarum salutem procurandam. Refert etiam Diuus Epiphanius in Ægypto primitiuos Christianos appellatos fuisse à Iesu Iessæos, propterea quod à Iesu procederent, & eum omnibus præponentes sequerentur.

[Cur fideles non sint nominati à Iesu Iesuitæ, sed à Christo Christiani.]

[De nomine societatis Iesu.]

[Hæresi 29.]

Quid ab vtroque nomine nobis desumere debeamus. §. 3.

TV autem tibi dictum existima quod à principio adduximus ex Isaia, *Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominabit,* seu *perforabit.* Vt scias hoc nomen (siue sit nomen Christiani, siue Iesuitæ, siue filij Dei adoptiui) ab ipso Deo te cooperante tibi insculpendum esse, & perforandum, vt perpetuo fixum maneat in corde, in fronte, & in manibus, vt quidquid dicas, cogites, vel agas non tibi sit, sed Christo Iesu, cuius seruus es, & miles. Iuxta illud eiusdem Prophetæ, *Iste scribet manu sua, Domino.* Id est sicut serui olim patiuntur aliquo signo, vel literis, quæ personam dominorum suorum repræsentaret, vnde inscripti, vel literati serui dicuntur: & milites etiam olim in manu sua signum vel stigma suæ militiæ ferebant: ita qui Christi mancipatur seruitio, & militiæ, in sua manu scribet, & imprimet hoc signum, *Domino:* id est, quidquid sum, viuo, sapio, loquor, & ago, solum est dicatum Domino, ad cultum, & gloriam eius; quia nolo esse mei iuris sed ipsius; dicens cum Psalte, *Anima mea illi viuet,* omnes potentiæ meæ seruient ipsi. Et ipse Christus viuet in me, quia ego sum ipsius.

[Isa. 62. v. 2. Isa. 44. v. 5. Vegetius lib. 2. c. indicat. D. Greg. lib. 2. registri epist. 100. & 103. Ps. 21. v. 31.]

Et hinc deduces egregiam rationem, cur nomen Iesu Christi dicatur, *Oleum effusum,* ad modum, quo oleum, vel vnguentum, quod in vno vase continetur, effunditur in plura vasa: quia nomen Christi Iesu non manet in ipso solo, sed effunditur in alios fideles, quibus communicatur salus, vnctio, & virtus ipsius: vt quilibet Iustus per participationem & imitationem sit alter Iesus Christus. Hoc autem proprium est so-

Lus

lius Dei, & Saluatoris nostri, vt possit nomina A sua in alios effundere, infundendo illis dona quibus nomina aptantur. Nam infundens sapientiam, communicat nomen sapientis: infundens gratiam qua homo fit consors naturæ diuinæ; communicat nomen filij Dei, imo Dei etiam per similitudinem: infundens etiam oleum vnctionis spiritualis, & salutis, communicat nomen Christiani & saluati per ipsum.

Vnde fit nomina imposita à Deo nunquam esse inania, & vacua, sed plena eius rei, quam significant, & ideo non solum dicitur ea nominare, sed perforare, quia intus illa imprimit, imprimendo ipsam rem per illud significatam: vnde subdit Isaias: *Et vocaberis voluntas mea in ea.* Id est nomen nouum quod tibi imponam, hoc fecum afferet: quod ego in te complaceam, & tu obsequens sis voluntati meæ. Quæ phrasis frequens est in sacra Scriptura; sicut enim inquit Ezechiel: *Et nomen ciuitatis ex illa die, Dominus ibidem.* Et Baruch Propheta; *Nominabitur tibi nomen* B *tuum à Deo in sempiternum, pax iustitiæ, & honor pietatis.* Hoc ergo curare debes vehementer, vt nomina quæ tibi Deus plena communicat, tua ignauia non facias inania, & vacua. Ne ibi exprobret, sicut supra dicebamus; Quia *Nomen habes quod viuas, & mortuus es: quia non inuenio opera tua plena coram Deo meo.* Imple ergo nomen Christiani, & filij Dei, imple nomen discipuli, & ministri Iesu; satagens illi assimilari, non solum in nomine, sed in re significata, vt eam internam vnctionem, sanctitatem, & salutem habeas quam nomen significat. Iuxta illud Isaiæ, *Et in nomine Israel assimulabitur.* Id est, curabit assimilare se ad nomen Dei Israel, ad nomen Christi Iesu; ad cuius similitudinem studia, & mores suos componet, vt simul cum nomine promissam recipias hæreditatem, & integrum seruaueris vsque in finem. Ideo enim (inquit Diuus Cyprianus) iussum est in lege octauo die puerum circumcidi, & nomen circumciso aptari, vt intimaretur his qui digni consortio sanctorum censebantur, quod eorum nomina scriberentur in cœlis, & æternæ beatitudinis, quam post vitæ huius septimanam octaua consequitur, hæredes fierent, & consortes, quicumque vitæ innocentia, & cælibatus sanctimonia sese Domino consecrassent. Vtinam & nos ita circumcisis cordibus viuamus in huius seculi septimana, vt nomina nostra scribantur in cœlis, & promissam hæreditatem consequamur, in qua huius diuini nominis inscriptio nouo, & mirabili modo nobis est promissa. *Qui vicerit* (inquit) *faciam eum columnam in templo Dei mei, & scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Ierusalem Dei mei, & nomen meum nouum,* id est bonorificentissimum & perpetuum nomen obtinebit, nempe nomen filij Dei, qui hæreditatem iam cœpit, nomen item ciuis ciuitatis Ierusalem cœlestis, à qua nunquam exibit; & nomen meum nouum, quod est Iesus; deinceps enim pleno ore vocabitur Iesuita, quia perfectissimam per me salutem obtinebit, & totus erit meus, & ego totus suus, in secula seculorum.

Amen.

Isa. 62. v. 4.

Ezech 48. v. 35.

Baruch 5. v. 4.

Apoc. 3. v. 1.

Vide supra exhortatione 25.

Isai. 44. v. 5.

Tractatu de circumcisione.

Apoc 3. v. 12

EXHORTATIO XXVIII.

De effusione sanguinis facta in circumcisione, & mira fragrantia virtutum Christi Iesu in illa: propter qua nomen istud oleo effuso comparatur.

Pro circumcisione Domini.

IMPOSITIONEM sacratissimi nominis Iesu in circumcisione factam duo stupenda comitata sunt, propter quæ merito Ecclesia proclamat: *Oleum effusum nomen tuum*, vel, *Vnguentum exinanitum nomen tuum*: nam sicut duplex est effusio olei, & vnguenti. Prima cum substantia eius in aliud vas effunditur; altera, quæ hanc consequitur, cum eius odor & fragrantia longius spargitur: ita in Christi circumcisione duplex fuit effusio, & vtraque admirabilis valde. Prior quæ ad substantiam spectat, cum proprium sanguinem diminuitari vnitum, per vulnus circumcisionis effudit, posterior cum insignium virtutum fragrantiam per vniuersum mundum sparsit. Illa ad salutem conferebat, hæc ad exemplum. Vtraque ad nomen Iesus attinet: quia per effusionem sanguinis saluationem omnium promeruit, & per exempla virtutum, ad illius consecutionem excitauit. Et quia phrasis est Scripturæ satis vsitata, vt supra diximus, nomen pro re nominata vsurpare; ita nomen Iesus pro ipso Iesu, quem nomen significat, sæpius accipiemus.

Effusionem sanguinis quantitate paruam, & valore fuisse immensam pro omnium salute. §. 2.

SI sanguinis effusionem contemplor, non possum non grato animo clamare; *Oleum effusum nomen tuum* Domine Iesu: quia sanguis tuus effusus pro me oleum est effusum in me, vt mea lethalia vulnera sanes, & peccata remittas; quia, sine sanguinis effusione (inquit Paulus) non fit remissio. Effundebatur olim sanguis hircorum, & taurorum, aliorumque animalium, & altilium, quæ Deo in sacrificio offerebantur, sed nullius valoris erat sanguis iste, solumque repræsentabat sanguinem agni Dei, qui venturus erat, vt auferret peccatum mundi. Venit, & natus est in Bethleem, & cum adhuc esset agniculus octo dierum sanguinem fudit; quantitate paruum, sed dignitate maximum, virtute immensum, & valore infinitum: quia fusus est à Iesu corpore paruulo, sed diuinitate immenso. Qualis vnusquisque est, talia offert dona. Iesus infans guttulas sanguinis quasi duo æra minuta mittit in Gazophylacium, & ærarium Ecclesiæ, quæ tamen thesaurus sunt infiniti precij, & valoris, qui exhauriri non potest: minuta apparent, sed diuitias inæstimabiles continent, vnde vniuersus mundus soluere peccatorum debita, ditescere, saluari, & viuere in æternum valeat. Paruum olei videtur, sed quia oleum est Prophetæ magni qui surrexit in nobis, tam immensæ est virtutis, vt omnia vasa vacua totius mundi implere queat. Vnde sicut Eliseus dixit viduæ, *Vende oleum, & redde creditori tuo, tu autem & filij tui viuite de reliquo.* Ita Ecclesia & omnes filij

Ad Heb. 9. v. 22.

Lucæ 21. v. 2.

4. Reg. 4. v. 7.

filij eius in hoc paruo oleo seu sanguine fuso, A pretiũ habentsufficiens,& superabundans quo peccata soluant, Deoque creditori satisfaciant, quo etiam viuant,& in æternum salui fiant. Refert Paulus Orosius, quod eũ tempore Augusti Cæsaris Romæ in taberna meritoria fons olei erupit, qui Christi natiuitatem præsignabat, vt superius diximus; Idem Cæsar dum ouans vrbē ingrederetur, omnia superiora populi Romani debita donanda, literarum etiam monumentis aboliri censuisse; vt significaretur, remittenda fore debita peccatorum in ea vrbe, in quā spontaneum fluxisset oleum; per sanguinem Christi Iesu deleto; vt inquit Paulus, quod aduersum nos erat chirographo decreti. Si debeam decem millia talenta, & non habeam vnde reddā creditori meo, propter quod creditor Rex cœli. & terræ iubeat me venundari & torqueri, vt solutam, ad te Domine Iesu, confugiam, qui oleum effusum es: sanguis tuus effusus; in ærario publico repositus, valet ad reddendum omnia: oleum est continuo fluens, vt inde sumam precij quo cuncta debita soluam. Non timeo debitorum multitudinem, non expauesco grauitatem qui plus potes dimittere, quam ego peccare; maius est oleum misericordiæ tuæ, quam grauitas miseriæ nostræ. Addam ego mea duo minuta, nempe oris humilem & contritam confessionem, & satisfactionem operis: quæ licet sint minuta, & diminuta valde, tamen tuo preciosissimo sanguini coniuncta, omnia peccata delebũt & vulnera mea sanabunt.

Lib. 6. hist. c. 20.

Ad Col. 2. v. 14.
Matth. 18. v. 24.

B

Sed quid prodesset debita soluisse, si non haberem deinceps vnde viuerem? Famelicus sum, & sitibundus, nudus, pauper, debilis, & multis necessitatibus oppressus, ideoque pluribus vt viuam indigeo. Quis mihi hæc præstabit? Tu Domine Iesu & sanctum nomen tuum hæc omnia præstat. Sanguis tuus pretium est quo hæc omnia emam: nutrimentum est mihi quo viuā: oleum est, quo cunctis meis necessitatibus pro- C uideam: quia melior est mihi misericordia tuā super vitas. Tu confortas debilitatem meā, quia sine te genua mea infirmata sunt à ieiunio, *Et facies mea immutata est propter oleum*; i. ob defectum nutrimenti, & olei. Sine te omnes facultates & potentiæ animæ meæ sunt velut vasa vacua & omni bono destituta; sed nomen & virtus tua oleum est effusum replens illa: nā quidquid boni petierimus in nomine tuo, datur nobis; & tu es qui reples in bonis desiderium nostrum, & coronas nos in misericordia & miserationib. Quid ergo *Retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.* Calicem inquam Saluatoris mei, & sanguinis, quem pro me effudit, hunc accipiam & applicabo mihi, vt iterum illum ei offeram: & simul nomen Domini, quod est nomen Iesus, inuocabo, & glorificabo semper pro bonis, quæ suo sanguine mihi comparauit.

Psal. 62. v. 4.
Psal. 108. v. 24.

Ioan 14. v. 14. & c. 16. v. 23.
Psal. 102. v. 3
Psal. 115. v. 2.

Disce tamen ab ipso in hac circũcisione, quid D illi retribuas, & offeras pro salute tua, & pro remissione delictorum tuorum. Iesus enim nunc pro salute omnium obtulit pātri parum sanguinis iuxta ætatem paruuli, sed affectu fudit totũ, quem habebat, sicuti fudit in passione. Scit n. quod apud Deum, (sicut notat D. Gregor.) non tantum valet sensus, quantum affectus; nec tam respicit quantitatem doni, quam dantis amorem:

Hom. 5. in Euang.

Magnus amor semper dat Deo magna, quoniā licet aliquando det parum denum, vel quia non valet dare maius, aut tunc non expedit; tamen eo affectu dat, vt velit dare multa & magna, si posset, vel expediret: sic Iesus immensa flagrans charitate parum sanguinis puerulus effudit, quia plus tunc effundere non expediebat, eo tamen fudit affectu, vt si expediret, nihil sibi sanguinis retineret. Fuit ergo Iesus etiam in circumcisione, *Oleum effusum*: quia etsi non effectu, affectu tamen totum sanguinem effudit pro salute nostra. Vtinam & nos eensum, honorem, vitam & sanguinem proprium pro gloria ipsius effundamus, agentes quidquid iuxta vires valemus, etsi parum sit, eo tamen affectu, vt multo plus agere conatemur, si vires suppeterent, & expediret.

De vnctione mystica, quæ fit per sanguinem Christi effusum pro nobis. §. 2.

Sed ecce in nouam incidimus vnctionem, à qua Christus Dominus dicatur vnctus, & nos ab illo, propter quam etiam merito dicimus; *Oleum effusum nomen tuum.* Etenim sanguis eius munus gerit olei, quo vncta & tincta est caro ipsius, vt dicere iam possimus ei: *Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestimentis de Bosra? Iste formosus in stola sua gradiens in multitudine virtutis suæ. ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum.* Ecce Saluator noster in ipso natiuitatis die tanquam sponsus processit è thalamo suo, formosus in stola suā, id est, in humanitāte, qua exiuit indutus, gradiens magna cum pompa & maiestate cœlestis exercitus, vt tantum Regem decebat. At in circumcisione tincta est hæc stola; rubrum factum est hoc indumentum sanguine ipso, quē tunc effudit propter nos: tunc enim cœpit loqui iustitiam, id est, illam exercere, diuinæ iustitiæ satisfaciendo pro delictis nostris, & propugnator factus est ad saluandum nos; dum Iesus id est, Saluatoris nomē, & munus accepit. Manfit autem Iesu caro sanguine suo vncta & tincta, sed non coinquinatā, quin potius multo magis formosā; vt possit sponsa dicere; *Dilectus meus candidus, & rubicundus.* Candidus (inquit Nyssenus) propter carnem ipsam; rubicundus propter sanguinem quo est tincta. At sanguis iste, quia est sanguis Saluatoris, ad hoc effunditur, vt per illum nos vngamur, & tingamur: & hæc vnctio nostræ salutis signum sit, & efficax causa. Voluit olim Dominus occidere Moysem propter trāsgressionem legis, quia filium non circumciderat: circumcidit eum in diuersorio Sephora vxor eius, & sanguis tetigit ac tinxit pedes pueri, vel pedes Moysis, qui prope erat, vel ad cuius pedea præputium iecerat sanguine madidum: dixitque ei, *Sponsus sanguinum tu mihi es*, id est, tu qui sponsus es meus, occidendus eras, & sanguis tuus fundendus propter transgressionem legis, nisi ego puerum circumcidissem: aut verba hæc ad ipsum puerum direxit, vt sensus sit: O filiole, sponsus es mihi cinctus sanguine hoc cædis, sed circumcisionis. Matres enim teneri amoris ergo etiam filios sponsos vocant. Tunc autem Dominus dimisit Moysem liberum, nec amplius voluit eum occidere. Ad hũc igitur modum intelligere possumus, quod cum humanum genus propter transgressionem diuinæ

Isa. 63. v. 1.

Cant. 5. v. 10.
Hom. 13. in Cant.

Exod. 4. v. 4.

Vide Lipomanum ubi qui hos sensus refert, & approbat.

uinæ legis in protoparente perpetratam; (oẽs n. in Adam peccauerunt) dignum esset morte æterna, beatissima Virgo in diuersorio Bethleemitico filium suum Iesum circuncidi voluit; cuius sanguis carnem ipsius infantis corporaliter tinxit, spiritualiter vero vniuersum genus humanum vnxit. Propter quod Deus hoc sanguine placatus homines liberos dimisit, & à morte quam eis minabatur abstinuit. Vnde & beatissima Deipara potuit dicere sicut Sephora: Tu, ô fili mi, es mihi hodie sponsus sanguinum, quia ne omnes homines perirent, oportuit, vt sanguinem tuum per circumcisionem funderemus, quo tincti omnes ab interitu illæsi permanerent.

Exod. 12. v. 7. Sed clarius hoc ipsum significauit ꝙ Dominus præcepit Hebræis cum eos ab Ægypto educere decreuit: vt scilicet immolarent agnum & hædum, sed sanguine agni vngerent ac linirent vtrumque postem & superliminare domus vbi essent: vt cum Dominus transiret occidens oẽs primogenitos Ægyptiorum, viso isto signo domum illam saluam, & intactam relinqueret. Et quid agnus & hædus iste nisi Iesum repræsentabat? Est enim agnus propter innocentiam, hædus propter carnis peccati similitudinem. Agnus Dei, quia Iesus, & Saluator tollẽs peccata mundi: hædus quia circumcisus est tanquam peccator, & cum sceleratis reputatus est. Oblatus est agnus & hædus, vterq; sanguinem fudit, sed solo sanguine agni tincti sunt postes domus; quia licet idem sit Christus Deus & homo, innocentis, & imaginem peccatoris gerens, tamen propter eius diuinitatem, & innocentiam sanguis eius saluauit nos. Sãguis illius agni saluauit Hebræos

Ad Lipomanum ibi. Simile. vt notat D. Chrys. propter sanguinem agni Dei Christi Iesu quem repræsentabat. Nam quemadmodum regiæ statuæ quæuis inanimatæ sint, eos tamen qui ad te confugiunt, seruare solent, non quia statuæ sunt, sed quia regem repræsentant: similiter & sanguis agni homines à morte liberabat, nõ quia sanguis erat, sed quia sanguinem Christi adumbrabat. In omni ergo domo, quæ non fuerit hoc sanguine tincta, & in omni anima quæ illo sanguine Christi aspersa & vncta non fuerit, mors dominabitur; id que quod in ea est preciosum & quasi primogenitũ, nempe spiritus, morte morietur. At vero quæ tincta fuerit, vel vncta illo per baptismum vel alia sacramenta applicato, à morte eruetur, & salua erit. Propter hoc igitur Iesus dnm Saluatoris sibi nomen assumit, *Et oleum effusum*, fundens sanguinem suum vt per illum tingamur & vngamur, & saluationis eius possimus esse participes. Oportet tamen, quod hoc sanguine vtrumq; postem & superliminare animæ linias, & vngas: i. e. duplicem eius præcipuam potentiam; intellectum

Ex D. Greg. hom. 22. in Euang. & voluntatem, illum fidei lumine, hanc charitatis ardore; intentio vero, quæ instar superliminaris est, vtramq; potentiam in suis actibus coniungens, vngenda est zelo gloriæ Dei, & Christi sanguinem suum fundentis, vt à te, & ab omnibus summe glorificetur in secula. Hac vnctione tinctus mancbis, sed non coinquinatus: quia sanguis iste tingens stolam, mundat, & de-

Apoc. 7. v. 14. albat illam; sicut de martyribus dicitur: *Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni.* Sicut ergo

Cant. 5. v. 10. agnus Dei Christus, *Candidus est, & rubicundus.* Candidus, ob innocentiam, munditiem, aut virginitatem, sicut docet D. Hieronymus; rubicundus propter sanguinis effusionem, & charitatis ardorem, vnde alij vertunt *ignitus*: ita & tu simili pulchritudine decoratus eundem puritatis candorem, & dilectionis ruborem obtineas, resistens peccato vsque ad sanguinis effusionem, si opus fuerit, vt Christo Iesu similis esse merearis.

Lib. 1. c. 13. & lib. 1. contra Iouin. D. Greg. in Cant. 5.

De præclaris virtutibus quæ fragrarunt in circumcisione. §. 3.

Hinc ad secundam effusionem fragrantissimi odoris, quæ facta est in circumcisione, ascendamus: propter quam verissime dicitur, *Oleum effusum nomen tuum.* Nam sicut oleum vnguentumq; cum effunditur plus fragrat: Sic Iesus in hac sanguinis effusione miram virtutum fragrantiam emisit. Fragrat humilitas dum voluit fratribus etiam peccatoribus in circumcisione assimilari. Redolet obedientia, subijciens se legi, quæ illum non ligabat. Floret misericordia permittens se vulnerari, vt nostra vulnera sanet. Splendet mansuetudo, non refugiens gladij ictum, quem etsi infans, prævidebat moxfuturum: ardet charitas, ita vt nos amans, ꝙ proprium sanguinem pro nobis fundat. Hi sunt primi flores Saluatoris, quibus nul'i pulchriores & fragrantiores poterũt inuenire, clamantis exemplo quod postea prædicaturus est verbo, vt amplectãtur membra, quod præfulgere intuentur in suo capite, de quo inter laudes sponsæ dicitur: *Caput tuum vt Carmelus, & coma capitis tui sicut purpura regis vincta canalibus.* Carmelus mons est sublimis, fertilis & amœnus, nomenque interpretatum, teste D. Hieronymo, est cognitio vel scientia circumcisionis, vel vt alij dicunt, agnus circumcisus. Caput autem sponsæ est Christus Dominus, caput Ecclesiæ, qui est mons diuinitate sublimis, fertilis præclaris operibus, & infinitis virtutibus amœnus. Et in ipso vitæ suæ exordio scientiam habuit circumcisionis, scientiam inquam experimentalem; vir n. est dolorũ, & sciens infirmitatem, passusque est circumcidi, vt hos dolores experiretur: vnde merito vocatur agnus circumcisus, licet immaculatus; nam & coram tondente se obmutuit. Nec circumciditur, quia ipse indigeat, sed vt exemplum præberet spiritualis circumcisionis, de qua dicitur: *Circumcidimini Domino in cordibus vestris.* Propter quod illas maxime exercuit virtutes, quæ hanc perficiunt circumcisionem; illas scilicet quas iam commemorauimus. Et hæ dicuntur comæ huius capitis, sicut purpura Regis, quia tinctæ sunt sanguine regio, imo diuino, ex suis venis deductæ: vnde regiæ dicuntur virtutes omni dignæ veneratione, & summo amore complectẽdæ. Dicuntur autem esse sicut purpura vincta canalibus, quia inter se sunt connexæ, & mire complicatæ; eoque grauiores & rubicundiores, sicut purpura recenter tincta, & canalibus vt lauetur coniuncta; quia primæuę sunt Christi virtutes, in infantili sanguinis effusione primitus demonstratæ.

Cant. 7. v. 5. De nominibus Hebraicis. Isa. 53. v. 3. Ier. 4. v. 4.

Hæc est regia purpura qua circumdatur nouus iste Rex, etsi paruulus, cuius imperium est super humerum eius, quam induere debes, si salutis eius particeps esse volueris. Nihil enim tibi proderit nomen IESVS, si durus sis, & incircum-

inc rum , amplectere scientiam circumcisionis ut induas Christi regium purpurã exh mlitat , & bed entia, ex mansuetudine, & pa tu ac ex m sericordia, charitateq; contex . C mcide superbiam, vt induas Christi h ilitatem; circumcide voluntatem propriam, vt induas eius obedientiam; circumcide iram, vt ind as mansuetudinem; circumcide cupiditatem, & am rem tui, vt induas misericordiam & amorem Dei.

Sed attendas oportet quod in circumcisione non præcidebatur pars corporis superflua, sicut cum circumciduntur vngues vel capilli, qui vltra mensuram creuerint, & oneri sint, aut ignominiæ portantibus illos: sed pars scindebatur quæ vtilis erat, & ad corporis spectabat integritatem; licet tegmen illius significaret præcisionem: vt intelligeres quod duplex tibi commendatur spiritualis circumcisio, altera peccatorum, quæ nisi circumcidantur; suo te onere p ement, & ignominia magna afficient: altera B affectionum ad res, quas licet citra culpam possis retinere, perfectius tamen consilium est eas relinquere, vt longius à peccato recedas, & Christo regi similior fias: sicuti fecerunt Apostoli, Martyres, Virgines, & pauperes spiritu, qui teste Diuo Anselmo, dicuntur comæ capitis Christi; quia proxime illi adhærent, eiusdemque sunt maximum ornamentum & gloria; sunt q e sicut purpura Regis vincta canalibus, quia imitatores sunt passionis Christi, in eiusque vulneribus commorantur, vt ab illis gratiam, vitam, & omnes virtutes hauriant. Hæc ergo si feceris, caput tuum, hoc est, spiritus tuus, etiam erit vt Carmelus sanctitate sublimis, & bonis operibus fœcundus; scientiam habens circumcisionis, per experientiam & exercitium ipsius, per quam omnes comæ capitis tui, id est, præ tuæ cogitationes, & affectus componentur ad similitudinem Regiæ purpuræ Christi, & passionis ipsius; imo animum indues regium, & Christi discipulo di- C gnum. Nam, vt inquit Diuus Ambrosius hunc

Moral. » locum interpretans; anima tanquam bene me-
» rita Regina, Christi sanguine coronatur: sicut
» scriptum est: *Coma capitis tui sicut purpura regis.*
» Sanguis Christi purpura est, quæ inficit sancto-
» rum animas non solum colore resplendens, sed
» etiam potestate: quia reges facit, & meliores re-
» ges, quibus regnum donet æternum. Meritoque
» ad tantum Ecclesiæ decorem, cui Christi san-
» guis rutilat, Spiritus sanctus exclamat: *Quam*
pul bra es, & quam decora charißima in delitiis. Eu delitias coniungit cum regio purpuræ ornamento, ne horreas sanguinis effusionem, cui nouit Dominus spirituales delitias adiungere, vt suauis sit spiritualis circumcisio, quæ carni videtur horribilis.

Non enim sine causa cum Christus circumciditur, imponitur illi nomen Iesus: de quo dicitur, *Oleum effusum nomen tuum*, vt scias circumcisionis infundi oleum deuotionis, & lætitiæ spiritualis, D quæ suauem reddit cordis circumcisionem. Et quo amplius fueris circumcisus, superfluis omnibus amputatis, eo capacior efficieris, vt abundantius diuitiæ gratiæ oleum recipias: intolerabilis est circumcisio, si à nomine Iesu, & eius oleo separetur: illa cruciat, hoc lenit; illa vulnerat, hoc sanat. Tu Domine Iesu es Saluator &

A salus mea: *Dic animæ meæ, salus tua ego sum*, & mox *Psal. 34. v. 3.*
reddetur sana. *Sana me Domine, & sanabor, saluum* *Ier. 17. v.*
me fac & saluus ero, quoniam laus mea tu es. Benedic *14.*
ergo anima mea Domino, & omnia quæ intra *Psal. 102. v. 1.*
me sunt nomini sancto eius, quod est nomen Iesus qui tanquam Saluator propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, & sanat omnes infirmitates tuas; redimit de interitu vitam tuam, & coronat te in misericordia, & miserationibus: & insuper confido quod per nomen Iesus quod est nomen nouum, renouabitur, vt aquilæ, iuuentus mea, vt pristina vetustate deposita, no-
uos eius mores induam. Hoc nomen mihi pro- *Serm. 15. in*
ponam tanquam nouæ vitæ meæ exemplar quod *Cant.*
» imitet & sequar: nam vt verbis Diui Bernardi v-
» tar, cum nomino Iesum, hominem mihi propo-
» no mitem, & humilem corde, benignum, so-
» brium, castum, misericordem, & omni denique
» honestate, ac sanctitate conspicuum, eumque i-
» psum Deum omnipotentē qui suo me & exem-
B » plo sanet, & roboret adiutorio. Hæc omnia mihi sonant, cum mihi sonuerit Iesus. Sumo itaque mihi exemplar de homine, & auxilium à potente. Iesus ergo erit mihi ingter oleum effusum in corde, vt illum semper diligam, effusum in ore, vt continuo de ipso loquar: effusum in manibus, vt quæ illi placent efficiam opera: effusum in pedibus vt eius sequar vestigia, effusum in toto corpore, vt stigmata eius in ipso portem; effusum in tota anima mea, vt cum illo vnus spiritus fiam, donec tandem effundat semetipsum totum in gloria in secula seculorum: Amen.

EXHORTATIO XXX.

De omnimoda sanguinis effusione facta in passione, & de noua impositione, & exaltatione nominis Iesu super omne genu cælestium, terrestrium, & infernorum; & de miris modis quibus illud fuit oleum effusum.

Profesto Inuentionis vel exaltationis sanctæ crucis.

Oleum effusum nomen tuum.

NOmen & munus Saluatoris peracta circumcisione per modicam sanguinis effusionem cœpit mundo manifestari, vt iam vidimus; nouo tamen modo impositum est exaltatum, & propalatum hominibus in passione per omnimodam sanguinis effusionem, si ut testatur Diuus Paulus dicens. *Humiliauit semetipsum* *Ad Phil. 2.*
factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: *v. 8.*
propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. En Diuus Paulus vtrumque coniunxit; & humiliationem vsque ad mortem crucis, vbi omni sanguine fuso expirauit; & exaltationem, ac nominis donationem propter illam.

Sed oportet præmittere Christum Dominum in Euangelio mortem crucis vocasse crebro exaltationem, duplici titulo, vel quia eleuatio in cruce, licet apud homines esset ignominiosa, apud ipsum tamen, & apud patrem erat

summe gloriosa: vel quia per eam supremam meruit exaltationem apud Deum, & homines, & inter omnes creaturas. De vtraque dicemus, quoniam vtriusque ratione merito sponsa clamat de Iesu sponso suo: *Oleum effusum nomen tuum.*

De effusione sanguinis, & exaltatione nominis Iesu in ipsa cruce. §. 1.

ET quidem in circumcisione Christus paruulus modicum sanguinis fudit, affectu fundens totum, si expediret: vehementer enim id desiderabat, vt opus nostræ redemptionis

Luc. 12. v. 50. perficeret, sicut testantur illa verba: *Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor vsque dum perficiatur?* Baptismum vocat totius sanguinis proprij effusionem, quo tingendus erat, & quasi immergendus in illum. Perfecit tempore passionis, & factus est pro nobis *Oleum effusum*: quia dum omnem sanguinem pro nobis fudit, copiosissimum in nos effudit oleum gratiæ, misericordiæ, reconciliationis, & pacis. Qualis autem fuerit hæc effusio, ipse explicuit in Psalmo,

Psal. 21. v. 15. dicens: *Sicut aqua effusus sum, dispersa sunt omnia ossa mea; factum est cor meum vt cera liquescens in medio ventris mei, aruit tanquam testa virtus mea.* Ecce duplicem Christi effusionem in passione sua. Alteram externam instar aquæ in terram effusæ: internam alteram sicut ceræ liquefactæ ab igne. Hæc prior fuit: quia ipse primum assumpsit spontaneam cordis afflictionem, quod à vehementi igne charitatis suæ totum præangustia intus est liquefactum, & diffusum; adeoque interior æstus creuit, vt facta sit effusio sanguinis per poros vsque ad humum. Nam vt inquit Euangeli-

Luc. 24. v. 43. sta; *Factus in agonia prolixius orabat, & factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis currentis in terram.* Mira & noua effusio sanguinis, quia mira & noua fuit angustia cordis, & ardor charitatis. Sed effusio altera facta est, non instar sudoris, cum corpus guttas paulatim distillat, sed velut aqua quæ magno impetu in terram proijcitur, & effunditur.

Cum enim Christus à persecutoribus est flagellatus, spinis coronatus, & cruci clauis affixus, riui sanguinis per vulnera profluebant, & totus sanguis effusus est, sicut aqua super terram; manentibus ossibus ita dilaceratis & dispersis, vt numerari possent, & virtus corporis arefacta, sicut testa, quæ vehementi igne est decocta: quia decoctus est igne fortissimæ tribulationis, sed multo magis igne suæ ardentissimæ charitatis. Quia maiori pro nostra salute ardebat patiendi desiderio, quam eius persecutores contra ipsum æstuabant odio. Totus ergo Iesus in passione effusus: vt ibi plenius constet, quod *Oleum effusum nomen tuum.*

Quinque enim vulnera tua Domine, quinque fontes olei sunt, fundentes pretium redemptionis nostræ, quo soluamus cuncta nostra debita, & emamus dona gratiæ tuæ, quo vncta curentur nostra vulnera, & remittantur nostra peccata, quantumuis sint multiplicia, & grauia. Si à

4. Reg. 4. v. 7. planta pedis vsque ad verticem capitis non fuerit in me sanitas, sed liuor & plaga tumens, non

Isa. 1. v. 6. diffido, quia præsto est mihi medicamen, prope adest oleum; tu enim à planta pedis vsque ad

A verticem capitis repletus es [illegible] & [illegible] ribus, vnde manat oleum, [illegible] in natiuitate tua annunciata est per Angelos [illegible] hominibus bonæ vol[illegible] perfecta: in circumc[illegible] Saluatoris per modicam [illegible] sed nondum consummasti. A[illegible] cum totum fudisti sanguinem [illegible] omnia hæc consummata sunt. Vnde & [illegible] etiam mo[illegible] sti: *Consummatum est.* [illegible] pax, [illegible] redemptio, & salus perfectam acceperunt consummationem.

Hoc est quod docuit nos Apostolus [illegible]: Ad [illegible] *Per eum placuit reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius siue quæ [illegible], siue quæ in cælis sunt.* Omnia enim creata [illegible] bant 1. contra hominem propter peccatum. Pugnabit (inquit Sapiens) pro eo orbis terrarum contra Sap. 5. v. 2. insensatos. Angeli etiam di[illegible] ab hominibus, nec vnam cum illis rempublicam, & so-

B cietatem constituere valebant, [illegible] nullus hominum regnum cœlorum po[illegible] intrare. Imo ipsi homines valde inter se d[illegible] bant, dum populus Hebræus, & Gentiles in vnam non conuenirent legem, & gentes ho[illegible] macerriam transire circumcisionis. Den[illegible] D[illegible] inimicitias gerebat cum hominibus, quia peccata nostra diuiserunt inter nos & illum. Hæc autem omnia pacificauit Iesus per suum [illegible] nguinem in cruce fusum: nam facta reconciliatione cum creatore, peracta est reconciliatio cum omnib. creaturis cœli & terræ, quæ pro ipso pugnabát. Deletum est enim chirographum decreti, & Ad Col. sublatum de medio affixum est cruci, dum per v. 14. sanguinem in ea fusum satisfactum est Deo: & quasi rupta scriptura est, quæ nostræ damnationis decretum continebat. Præterea in cruce apertum est ostium regni cœlestis: in cuius testimonium Chr. stus Dominus latroni misericordiam imploranti, respondit: *Hodie mecum eris in* Luc. 23. v.

C *paradiso*, Id est, hodie aperiam portas paradisi, & 43. mecum intrabis in illum. Nam teste D. Hiero- Ex D. Paunymo, sanguis Christi clauis fuit paradisi. Ter- lo ad Hebr. ram enim viuentium, quam primus Adam per- 10. v. 19. didit, iste secundus inuenit, imo ab illo perditam iste restituit: vnde ex tunc homines intrare possunt in regnum Dei, & simul cum Angelis vnam rempublicam cœlestem efficere. Deinde in cruce abolita est lex circumcisionis, & ablata occasio dissensionis inter vtrumque populum: nam vt ait D. Paulus, *Ipse est pax nostra, qui fecit v-* Ad Ephes. *traque vnum, & medium parietem maceriæ soluens ini-* 2. v. 14. *micitiam in carne sua.* Id est, abrogans legem veterem, quæ erat velut paries medius inter vtrumque populum, & inimicitias inter eos seminabat: vt ambo essent velut vnus nouus homo in vno mystico corpore sub vno Christo capite.

Denique in circumcisione post sanguinis effusionem coram paucis, qui aderant, impo-

D situm est Christo nomen Iesus, vt humiliatus exaltaretur, propter hoc enim ait Euangelista, *Et vocatum est nomen eius Iesus.* At in cruce impositum, & donatum est illi nomen Iesus nouo modo, & nouis titulis promeritum per omnimodam sui sanguinis effusionem ad saluandum nos, ideoque in vertice crucis affixus est titulus cum hac inscriptione. IESVS Ioan. 19. v. NAZARENVS, REX IVDÆORVM. 20.

Hebraice,

Hebraice, Græce, & Latine, vt ab omnibus publice posset legi: vt à cruce inchoaret exaltatio nominis quod est super omne nomen: vocatus ibi Iesus Saluator Nazarenus, id est sanctus & omnium virtutum floribus fragrans. Rex Iudæorum, Messias in lege promissus: vt omnes nationes Hebrææ, Grecæ, & Latinæ dicāt, quia regnauit à ligno Deus; & inde regia potestas

Ps. 95. v. 10. iuxta Septuaginta. Christi Iesu, vt in nomine eius: *Omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum.* Ante Iesum enim crucifixum flectunt genu cœlestia, cum sol obscuratur, & tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, opere ipso testantes, quod ille qui occubuit sol est iustitiæ, creator lucis, ex

Matth. 27. v. 51. cuius absentia fiunt tenebræ. Terrestria genu flectunt, cum terra mota est, & petrę scissæ sunt, & velum templi scissum est in duas partes. His enim signis confitentur Iesum esse suum creatorem, cuius mortem, si sensum haberent, amare plangerent scindendo corda, & vestimenta sua. Inferna etiam genu flectunt, dum aperiun- B tur monumenta, & mortua corpora extra se foras proijciunt, vt suo creatori, ac Saluatori ad nutum obediant.

Ibi etiam Iesus fit oleum effusum in omnes qui illi genua flectunt, adest latro in altera cruce, crura habens ligata clauis, & tamen velut alter Rex Manasses, flectit genua cordis sui ante

Refertur in oratione illius. Iesum, adorans eum & confitens nihil mali fecisse, sed verum Regem, & Deum esse; & mox

Luc. 23. v. 42. effudit in illum oleum gratiæ, & indulgentiæ, eunctа ei peccata dimittens, & promittens paradisum, omnibusque peccatoribus spem certam tribuens. Quod si ita ante eum genu flectāt, eandem consequentur indulgentiam. Et quis dubitet, quod effudit oleum misericordiæ suæ in centurionem, & alios qui cum eo erant, dum etiam genua cordis flectentes timore correpti

Matth. 27. v. 54. dicebant, *Vere filius Dei erat iste?* Duplici ergo titulo nomen Iesus est oleum effusum in cruce, & C quia totum suum sanguinem pro nobis fudit, & quia sanguis ille oleum est gratiæ & misericordiæ ad sananda peccatorum vulnera dummodo ante ipsum humiliter genu flectant, iuxta il-

Ioh. 3. v. 14 lud; *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam.* Credere autem in ipsum, est humiliter genu flexo ei omnino subijci. Si ergo omne genu cœlestium, terrestrium & infernorum ante Iesum crucifixum flectitur, cur tu saxis & sepulchris durior, & ipsis elementis insensibilior, non flectes genu cordis tui, vt ab illo instar boni latronis indulgentiam petas, & oleum recōciliationis obtineas? Quod si in cruce tribulationum fixus manes, disce à Iesu, qua ratione te gerere debeas: cum ibi de ipso dicatur: *Oleum effusum nomen tuum.* Vel, *Vnguentum exinanitum nomen tuum.* Etenim vnguen-

In tribulationibus debemus esse instar vnguenti, & olei effusi. tum odoratum, etsi effundatur, non amittit odorem, sed latius spargit illum: oleum si in aquam, vel alios liquores impetu quodam inij- D citur, licet descendat infra ipsos, tamen statim ascendit, & super omnes firmiter eminet: sic Iesus etsi tribulationibus concussus sit & oppres-

Ps. 68. v. 2. sus, ita vt diceret: *Infixus sum in limo profundi, & non est substantia, veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me*: tamen non fuit ab illis superatus, sed omnibus tribulationibus, & ignomi-

A nijs superior stetit: ambulans super aquas maris, & super omnes persecutionum vndas, nihil

Matth. 14. v. 5. læsionis patiens ab illis: sed mirabili odore fra-

Ioh. 9. v. 5. grans; cuius mira fragrātia in cruce, omnes post se trahit, vt ad ipsum currant. Curre ergo ad ipsum, vt eius odore confortatus, in tribulationibus iis instar olei supereminens illis, patientię odorem vbique spargens.

De exaltatione nominis Iesu post passionem trahendo ad se cœlestia, terrestria & infera, vt eum venerentur. §. 2.

SEd aliam exaltationem nominis Iesu, quam in passione promeruit, declaremus: de qua

Ad Phil. 2. v. 9. Paulus; *Propter quod Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen.* Quid est, ô Paule, quod ais, donauit illi nomen? Nunquid non iam donatum erat octauo die post ortum in circumcisione? Quomodo ergo donatum B dic s, quia humiliauit se in passione? sed miro artificio hac phrasi nouam Christi natiuitatem, seu generationē indicat præter illam qua à Patre est ante luciferum genitus, & à matre de Spiritu sancto conceptus, & in sæculo natus: eam scilicet quā post passionem & mortem suam iterùm est reuocatus ad vitam, & quasi nouus

Ioan. 16. v. 21. homo natus est in mūdo. Hac enim phrasi eam circumscripsit ipse Dominus, cum Apostolos de sua morte tristes consolabatur. Et clarius idē

Act. 13. v. 33. Paulus cum de promissione patribus facta lo-

Ps. 2. v. 7. quens ait: *Hanc adimpleuit Deus filiis nostris resuscitans Iesum, sicut in Psalmo secundo scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Hodie inquit, id est, in die resurrectionis, cum te iterum genui; & ad vitam reduxi. Cum ergo nomina soleant imponi hominibus recenter natis, sicut Christo impositum est nomen Iesus octauo die post natiuitatem ex Virgine; sic cum secundo est regeneratus per resurrectionem, nomen Iesus quod C per mortem videbatur obliteratum, tunc denuo maiori cum gloria donatum est, & exaltatum in præmium humiliationis vsque ad mortem crucis: ita vt omne genu cœlestium, terrestrium, & infernorum flectatur ante ipsum adorans eum, tanquam verum Deum, & Iesum Saluatorem mundi, & omnis lingua tam humana quam angelica confiteatur, quia Dominus Iesus Christus dignus est sedere in gloria Patris, in cuius testimonium omnes Angeli, & viginti quatuor seniores, & quatuor animalia ante thronum Dei cantabant. *Dignus est agnus, qui occi-*

Apoc. 5. v. 12. *sus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.* Quid dicitis ô Angeli? quid clamatis ô seniores? Nunquid agnus antequam occisus esset carebat virtute, & diuinitate, sapientia, & fortitudine? Absit. Cur ergo dicitis, quia dignus est accipere ista, eo quod occisus est, quasi antea non habuisset? Habuit quidem, sed non D erant hominibus nota, nec exaltatus apud homines tanquam habens illa. Dignus ergo fuit, quia se humiliauit vsq; ad mortem crucis, quod ab omnibus cognoscatur, adoretur, & laudetur eius virtus, diuinitas, sapientia, & fortitudo: & quod omnis lingua tribuat ei honorem, benedictionem, & gloriam.

Propter hæc ipse Christus Dominus loquens

[...] Christus in gloria est A [...] Angeli, sed sedens in [...] nus, & Filius Dei natura[...]mus ergo nos, & iubilemus de hac [...] nostri exaltatione, in qua nos etiam [...]mus; quia vbi fuerit corpus, ibi con[...]buntur & aquilæ; & vbi ego sum, illic & [...] meus erit: ita tamen vt amplectamur [...] tionem, quia si compatimur, con[...]bimur, si sustinemus, conregnabimus.

Christum esse modo oleum effusum in cælestia & terrestria. §. 3.

S[...] d Christus exaltatus in cœlo desi[...] oleum [...] un sicut antea? minimè. Imo [...] & terrestria continuo ef[...] oleum [...] de quo inquit Isaias, Christi [...] ferens [...], *Vt darem eis coronam, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro spiritu mæroris.* Cum B [...] caput ist non solum hominum, sed etiam principatuum & potestatum, cæterorumque Angelorum, de ratione autem capitis sit ali[...]quid [...] in membra, vt supra diximus ex Diuo Thoma, hinc fit etiam vt omnes beatos aliquid influere: in animas quidem hominum beatitudinem essentialem, in Angelos vero saltem [...] am, quam vocant accidentalem gloriam; nempe innumeros modos gaudiorum, reuelationum, & laudorum, quos illis communicat: vt ibi etiam nomen ipsius sit super omne nomen, sicut dicit Diuus Paulus, *Constituens enim ad dexteram suam in cælestibus supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem: & omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro.* Hoc autem nomen præcelentius ibi est oleum effusum, quia vasa inuenit præclariora, & magis ad recipiendum apta. Sed de beatis plura superius dicta sunt. Et etiam nomen Iesus oleum effusum erga nos qui degimus in terris, quoniam in cœlis assistit tanquam aduocatus, & propitiator noster apud Patrem, effundens coram illo sua merita, & satisfactiones, vt propitietur nobis, & nostras preces exaudiat: vnde quidquid gratiæ & virtutis à cœlo descendit, siue per sacramenta & sacrificia, siue per bona opera & merita; & quidquid benedictionis spiritualis gratis imbuitur, aut per orationes impetratur, totum hoc ab ipso Christo effunditur, & in nomine ipsius exhibetur, propter quod etiam nunc merito clamamus, *Oleum effusum nomen tuum;* quia semper nomen Iesus odorem spirat Saluatoris. Et omnibus inuocantibus illum præsto est, vt saluet & auxilietur in tempore opportuno. Stat Stephanus tanquam fortis athleta pugnans contra impetum Iudæorum lapidantium illum, vidit cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris Dei: stabat autem oleum effundens, quo athletam suum vngebat, & vires suppeditabat, vt de hostibus triumphum reportaret: quia nisi ita Iesus adfuisset, Stephanus non vicisset. Eodemque D modo etiam pio nobis stat, etsi post parietem nostrum, respiciens per fenestras, & prospiciens per cancellos, vt oleum gaudii, roboris, & gratiæ effundat, & auxilietur nobis. Nam D. Protomartyr, nò tam pro se quam pro nobis, quod videtur, manifestauit, vt quod ipse prospexit, nouo & ineffabili modo, nos perspiceremus oculis fidei, eademque roboratemur spe.

Præterea insignis illa & celeberrima Christi promissio, *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis;* Et, *Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam, vt glorificetur Pater in Filio: & si quid petieritis me in nomine meo hoc faciam.* Quid aliud clamat, quam *Oleum effusum est nomen tuum?* Siquidem à nomine tuo propter quod & cuncta perimus omnia bona prosluunt, quæ impetramus. Modo nomen tuum pereunis fons olei est, qui nunquam cessabit manare, donec fuerit, qui velit digne postulare, vt nomen tuum ab omnibus superexaltetur, quod ita videtur exaltari à Patre. Sed quid dicam de aliis effusionibus, quæ continuo fiunt per sacramenta nomine Christi collata? maxime per Eucharistiam, quæ cætera antecellit? Sed de hoc commodius in sequenti Exhortatione.

Modo huic corollarium imponamus, monendo propter has omnes effusiones Iesum esse summe ab omnibus diligendum; vt sicut ante ipsum flectitur omne genu, cœlestium, terrestrium, & infernorum; ita omne cor in eius ardeat dilectione, qua maxime homines, pro quibus sanguis eius effusus est, inflammentur: vnde nomen Iesus, nomen amoris sit nobis, ipse sit amor noster, sicut dicebat sponsa, *Ipse est amicus meus:* vel vt habet alia lectio, *Ipse est amor meus.* Et igniser Ignatius Martyr, teste Areopagita, hoc nomine eum compellabat, dicens; Amor meus crucifixus est. Ecclesia etiam in hymnis ait; Iesu nostra redemptio, amor, & desiderium. Amor Iesu dulcissime, quando cor nostrum visitas. Dignissimus enim est, qui ab omnibus somme diligatur. Et ideo subdit sponsa, vt mox videbimus, *Ideo adolescentulæ dilexerunt te.* Sed væ illi, qui tot effusionibus spretis, non diligit Iesum, nec amat ipsum amorem, qui est Iesus. Nam (vt inquit Apostolus) *Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema, maranatha:* Id est, sit maledictus, execratus, & separatos in aduentu Domini. Cum enim Iesus venerit ad iudicandum homines, vt illi flectatur omne genu, separabit eos ab ouibus, quæ sunt inscrip æ suo nomine, quod est Iesus, & insignitæ suo charact re, qui est amor, & ponet eos inter hædos, fulminans contra illos horrendam maledictionem, & separationem, & æternum anathemata, dicendo; *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius;* E contrario autem, qui amat Dominum Iesum, erit benedictus nunc, & in aduentu eius; separatus enim ab hædis, & ad dexteram ipsius collocatus audiet dulcissimam, & æternam benedictionem, qua cœlestibus ciuibus aggregetur; scilicet, *Venite benedicti Patris mei, & possidete paratum vobis regnum.* Tunc Iesus erit perfecte illis Iesus, Saluator simul & glorificator: aperiet enim eis paradisi ianuas, & corpore, & anima glorificatis eo fruantur in æternum.

Quid ergo retribuam Domino Iesu pro omnibus quæ retribuit mihi? quid exhibebo illi pro euectis effusionibus sanguinis, & pro bonis, quæ per illas promeritus est mihi? Ipse (inquit D. Chrysostomus) draconem mihi inimicum occidit, portas æneas mortis descendens in infernum confregit, ex deliciis paradisi me eiectum reduxit, nô mea iustitia, sed sua gratia cæli portas mihi aperuit, regnum cœlorum promisit, scalam à terra in cœlum fidem & charitatem mihi esse voluit, & erexit. Propter me sustinuit sputa, &

Marginalia: Isa. 61. v. 3. — Ad Ephes. 1. v. 20. — Exhort. 16. & 17. — 1. Io. 2. v. 1. — Act. 7. v. 55. — Cant. 2. v. 9. — Io. 15. v. 23. & c. 14. v. 14. — Cant. 5. v. 16. — In epist. ad Ro. c. 4. — de diu. no. — In hymno Ascensionis & Transfigurationis. — 1. Cor. 16. v. 22. — Matt. 25. v. 41. — Homil in Psal. 113.

alapas: propter me spineam coronam in capite A suo portauit, fel aceto mixtum bibit; propter me multa passus est, vt præparata mihi mortis amaritudinem, malitiamq; exhauriret. Quid retribuam Domino Iesu pro omnibus quæ retribuit mihi? Scio quid retribuam. Amabo illum sicut amauit me, & operibus ostendam amorem meum, sicut ipse manifestauit amorem suum. Calicem salutaris accipiam, eius passionem imitando; vt patiens cum ipso, regnem simul cum illo in secula seculorum. Amen.

EXHORTATIO XXX.

De admirabili modo quo Christus Dominus in Eucharistia effundit oleum spirituale in omnes digne offerentes, & communicantes, vel etiam adorantes; & Eucharistia nomen esse oleum effusum. B

Oleum effusum nomen tuum.

ADEST vltima & stupenda Saluatoris effusio, qua nulla maior & profusior potuit excogitari. Propter quam Ecclesia merito clamat, *Oleum effusum nomen tuum*; quia nomen Iesu, eius maiestas, virtus, potentia, fama, & redemptio per venerandum Eucharistiæ sacramentum & sacrificium vbique terrarum effunditur: & ipsemet Iesus Deus & homo per vniuersum orbem defertur. Vbique gentium celebratur conuiuium istud, omnes homines vocantur ad illud, omnibus paratur, & offertur effusio sanguinis Christi, & gratiæ eius, & ne mo est qui excludatur à participatione Ipsius. Facit quidē Christus Dominus in cœlo conuiuium beatis; at secundum quod homo in vnico residet loco omnium supremo; & exinde omnes adimplet lætitia cū vultu suo, in omnes effundit oleum gaudii & exultationis, satians illos gloria sua: at in terra non ita conuiuium parat, non vni astringitur loco, sed idem ipse qui est in cœlo, cum primum dicuntur verba consecrationis super panē & vinum, vbique terrarum profertantur, fit sicut oleum effusum, quod effunditur in vniuersam terram, in omnes regiones Orientis & Occidentis, per Meridiem vsque ad Aquilonem, in omnes prouincias, ciuitates, & vicos, ac Ecclesias totius orbis; alius panis, & aliud vinum apponitur in Hispania, vel Germania, aut India; sed peracta cōsecratione, ibi infunditur idem Christus, non similitudine tantum, non secundum effectus solum, sed idem re ipsa, eadem eius caro, & sanguis, & anima Deitati vnita; vt omnes cuiuscumque nationis gentes comedentes eundem numero cœlestem cibum, eundem habeant spiritum, & vnum fiant corpus mysticum, hoc diuino oleo, & glutine compactum; iuxta D illud Pauli, *Vnus panis, vnum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane participamus.* O miraculum miraculorum! ô prodigium prodigiorum! De Spiritus sancti missione dictum est, *Effundam spiritum meum super omnem carnem*; vt omnis caro habeat reuera eundem Spiritum sanctum inhabitantem intra seips(u)m. At de hoc sacramento quid dicit Christus? Effundam carnem meam, & sanguinem meum super omnem carnem; ita vt omnis caro per vniuersum orbem dispersa, habeat intra se meam carnem, & meum sanguinem, qui effundat in illum oleum meæ charitatis, & gratiæ; *Nam caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo:* Et quasi oleum eff(u)sum sum in eo, & quomodo oleum quod effunditur in linteum, penetrat illud, & quasi vnum fit cum eo; ita ego intime adhæreo ei qui manducat me, & totus effundor in illum, vt totus maneat in me, vnitus semper mihi. Sed quia Eucharistia triplicem habet denominationem, scilicet sacrificii, sacramenti, & throni gratiæ in Ecclesia constituti, omnibus his modis (ve)re oleum effusum in offerentes, communicantes, & adorantes explicandum est modo.

De sacrificio Altaris, seu Missæ. §. 1.

CVM Christus Dominus cruentum suiipsius obtulisset sacrificium in cruce, effundens totum suum sanguinem pro nobis, ita vt maneret à corpore exangui separatus, In memoriam huius effusionis in passione factæ, instituit sacrosanctum sacrificium Eucharistiæ: in quo sub accidentibus panis corpus specialiter cōtineretur, & sub accidentibus vini sanguis, & vtrumque hanc separationem repræsentans in sacrificium offerretur; per quod suæ redemptionis, & mortis nobis fructus applicaret, & oleum gratiæ & misericordiæ suæ in nos copiosissime effunderet, adeo vt iure optimo illi dicere possimus, *Oleum effusum nomen tuum.*

Quod vt clare perspicias, memento Iacob, vt supra retulimus, cum vidit scalam, cui Deus erat innixus, lapidem erexisse in titulum seu memoriam illius, effundens oleū desuper. Erat autem C lapis iste altare quoddam erectum in memoriā & cultum Dei, pro beneficio sibi in scala ostenso, ac promisso, quod olei perfusione dedicauit. Vnde Catholica Ecclesia (vt refert Rabbanus) morem suū desumpsit, altare (quod modo arā vocamus) solum ex lapide erigere, & oleo vngere, ac sacrare. Quod altare oleo delibutum, Domini nostri Iesu Christi, qui altare, hostia, & sacerdos noster est, figuram exprimit; & teste D. Cypriano, sacris mysteriis designat inesse pinguedinem. Cum autem scala illa symbolum sit diuinæ incarnationis, vel secundum D. Augustinum, crucis ac passionis Christi; Nam quid (inquit) est Deum in scalam incumbere, nisi in ligno crucis pēdere? Hinc est quod lapis erectus in memoriam scalæ oleo perfusus, fit sacrosanctum sacrificium Eucharistiæ erectum & institutum in memoriam Dominicæ passionis; iuxta illud, *Hoc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis*: Et, *Mortem Domini annunciabitis, donec veniat.* Vnde sicut Iacob super illo altari non obtulit holocaustum ex agris, vitulis, aut hircis, sed vice eorum fudit oleum, quod etiam in sacrificiis offerri consueuerat; sic spiritu prophetico indicabat super hoc altari Ecclesiæ non fore offerenda holocaustomata ex animalib. imperfectis, sed dumtaxat aliud sacrificium, quod erat ipse Christus per lapidem oleo perfusum repræsentatus. Ipse est altare, chrismate delibutus, tanquam verus Christus, & Sacerdos, ac hostia Deo

Marginalia: *Nota.* — 1. Cor. 10. v. 17. — *Nota.* — Ioel 2. v. 28. Act. 2. v. 17. — Ioa. 6. v. 55. — In Exhort 13. — Gen. 28. v. 18. — Lib. de Institu. clericorum c. 55. — Ita habetur in Festo Dedicationis Ecclesiæ. — 9. Nouembris Ser. 79 de Tempore. — Sermon. de Vnctione Chrismatis. — Luc. 22. v. 19. — 1. Cor. 11. v. 26.

[illegible] eius nomen, A [illegible] per vniuersum [illegible]. Olim enim solum immola[illegible] agnus Hierosolymis, & a singulis diuersus: [illegible] eidem omnino agnus vbique terrarum [illegible] ab omnibus fidelibus; iuxta illud

[illegible] ch. 1. v. [illegible] *Triden. [illegible] 22. c. 1*

Malachiæ Prophetæ, *Ab ortu solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in Gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur mihi oblatio munda*: Id est, hæc Eucharistica hostia, quę oblatio est munda, & immaculata, in omni loco oblata Deo, cui ita est grata propter immensam sacerdotis & hostię præcellentiam, vt nihil sit spiritualis benedictionis, quod per illam nequeat non impetrari: cuius non solum sunt participes sacerdotes Missam celebrantes, sed omnes qui ei assistunt, vel per illum offerunt, imo omnes qui Ecclesiæ sunt B viua membra. Clament ergo omnes Christicolæ. & Christo Domino decantent, *Oleum effusum nomen tuum*. Quod nomen, nouum quod pro nobis assumpsisti cum Eucharistiam instituere dignatus es, nomē tuum est altare nostrum, sacerdos noster, hostia nostra: totū hoc est oleum effusum in nos, quia de plenitudine tua in hoc diuino sacrificio oēs accipimus. Pignus est nobis datum, vt quidquid propter illud petierimus, impetremus. Pretiosius multo est pignus, quam res postulata, nō est cur de illius impetratione fluctuemus. Non sumus nos qui petimus, sed Christus summus Sacerdos orat, & offert se pro nobis; certū est quod exaudiemur: nam de hoc altari mystice dictum est, *Ibi præcipiam filiis Israel, & sanctificabitur altare in gloria mea* Vbi Hebræus textus, vt Caietanus notat, sic habet; *Ibi paratus ero filiis Israel*. Proculdubio ad exaudienda vota eorū. Vnde propter hoc altare magnus mihi honor accrescet & gloria.

Exod. 29. v. 43. Ibi vnde Lipomanum in catena.

Sed hoc præcellentissimum est in hoc sacrificio, vt Tridentinum Concilium testatur, quod remissionem peccatorum, & ingentium etiam C criminum impertitur, oleum reconciliationis & gratiæ, & donum pœnitētiæ impetrat, & infundit. Vnde in consecratione calicis dicitur, *Hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum*. Verbum autem, effundetur, potest referri, vel ad effusionem, quæ facta est in passione, vel quæ fit in Sacramento cum sanguis sumitur à sacerdote. Vtraque autem per modum sacrificii prodest ad remissionem peccatorū: vnde per antiqua sacrificia, quæ expiationis dicebantur, præfiguratum est, largiēs eam expiationem, quam ipsa significabant, sed non dabāt. Quæ egregie depingitur in oblatione vituli, qui per singulos dies offerebatur pro peccato ad expiādum illud, & subiicitur, *Mundabisque altare cum immolaueris hostiam, & vnges illud in sanctificationem, & erit Sanctum Sanctorum: omnis qui tetigerit illud, sanctificabitur*. D Vitulus in expiationem oblatus Christus Dominus est, qui pro nostris peccatis expiādis oblatus est in altari crucis, & mō offertur in altari Ecclesiæ. Mundare autē altare, est offerre super illud hostiam mundam, & sanctā, quę causa sit expiationis, remissionis peccatorū, vt hac ablata immunditia, mundi maneant qui expiantur. Ideoq; altare vngitur oleo in sanctificationem, & nuncupatur Sanctum Sanctorum, seu iuxta Hebræum textum, *Sanctitas sanctitatum*; eo quod Christus

Tridentin. Sess 22. c. 2

Exod. 29. v. 36.

A Dominus, qui in [illegible]tur, est vnctus tanquā Sanctum Sanctorum [illegible] ēdum alios oleo suæ gratiæ. Propter quod dicitur, Omnis qui altare tetigerit, sanctificabitur; quia si digne offert, & sacrificio assistit, ab illo sanctitatem recipiet. Vtinam sacerdotes huius venerandi sacrificii ministri, oleum suæ consecrationis agnoscerent, & sanctitatem quam ministerio prolixētur, habere curarent, vt hac quotidiana oblatione tā ingens gratiæ incrementum obtinerent: vt quemadmodum (sicut inquit Diuus Cyprianus) oleum fluitat, & in omnibus humidis superfertur, ita excellentia sacerdotalis, & regiæ dignitatis, secundum formam Dei & Christi sub se omnia continens, regimen, tam actiuæ, quam contemplatiuæ vitæ obtineret. Vtinā & reliqui fideles, B qui huius sacerdotalis, & regiæ dignitatis sunt aliquomodo participes, ita diuino assisterēt sacrificio, vt ex illo eandem reciperent animi magnitudinem, quę omnia terrena pedibus cōculcaret. Ad hoc enim erectus est lapis, & altare quod est Christus, vt per ipsum oēs erigamur, & nostrarum virtutum splendore gloria eius exaltetur; sicut scriptum esse diximus, *Sanctificabitur altare in gloria mea*; vt ex illo glorificetur in omnibus nomen meum.

Serm. de chrysmate.

Exod. 29. v. 43.

De sacramento Eucharistiæ & communione. §. 2.

SED quia peracto sacrificio, permanet sacramētum à fidelibus sumendum, de hoc etiam aliquid dicamus, recolentes quæ supra diximus ex Zacharia Propheta, quod ex magna lampade in candelabri vertice existente, quæ Christi Domini figurā gerebat, septem pendebāt infusoria aurea oleo plena, quæ septē sacramenta Ecclesiæ significabant, ad oleū gratię in fideles infundendum destinata. Horum autem maximū est Eucharistiæ sacramētum; alia enim solum con- C tinent gratiam, quasi in transitu, velut carnales; nam cum primum fiunt, gratiam conferunt, & statim euanescunt: at Eucharistia permanenter continet ipsum authorem gratiæ Christum, paratum ad effundēdum eam in omnes, qui digne receperint illum; in sacrariisque detinetur, vt ipsum adorantibus, suam etiā largiatur benedictionem: vt si à me quæreres quod est nomen Christi cōtenti in Eucharistia, aptissime responderem, *Oleum effusum nomen eius*; quia insignia olei singulariter ibi continet, & exercet.

Zach. 4. v. 2. Exhort. 25.

Etenim ibidem oleū est medicinale, vulnera & languores animæ curās & sanans. Adest enim intra illas species sacramētales panis & vini, verus ille Samaritanus, qui custos interpretatur, Ecclesiam & filios eius custodiens, suumq; afferens oleum & vinum, vt si infirmum inueniat, D alliget vulnera, oleoq; & vino superinfuso eis medeatur. Quoniā nihil ita iræ impetum cohibet, superbię tremorem dissipat, extinguit libidinis flammam, sitim temperat auaritiæ, ac totius immunditiæ fugat pruriginem, sicut Christus humiliter in domo cordis hospitio recept9. *Fili* (inquit Ecclesiasticus) *in infirmitate tua ne despicias teipsum, nec despetes, sed da locum medico*; nempe Christo, qui in hoc sacramento medicus est, & medicina, non vrens ardenti cauterio, vel purgans potione amara; sed, *Curans* (ait) *mitigabit dolorem, & pigmentarius faciet pigmenta suauitatis, & vn-*

Eucharistia oleum medicinale.

Lu. 10. v. 34

Ecc. 38. v. 9

& vnctiones conficiet sanitatum: oleo enim spiritualis dulcedinis & deuotionis sanat animæ ægrotes, *& non consummabuntur opera eius*: quoniam medicina hæc iugis est, & perpetua, nec vnquam habebit finem. Cæterum oportet te cooperatorem esse Dei, vt hoc sacramento sanitatem perficiat; ideoque, *Da sanitatem, & memoriam similaginis, & impingua oblationem.* Similago est panis ex medulla farinæ triticeæ, quæ oleo desuper infuso Deo offerebatur, simul cum thure odorifero, & Eucharistiæ sacramentum apprime repræsentat; in quo Christus oleo diuinitatis vnctus continetur, quod offere debes Deo in memoriam beneficiorum, quæ ab eo recepisti cum suaui odore ex thure incensæ orationis, & corde pingui, ac deuoto, per quod Deo holocaustum tuum pingue fiat.

Leuit. 2. v. 1. *Ps. 19. v. 4.*

A

Sed vlterius hoc sacramentum post restitutam sanitatem, oleum est nutriens animam, salutem seruans, & augens vires, vt in bono proficiant. De eo enim scriptum est; *A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt.* Frumentum & vinū species sunt sacramentales panis & vini, quibus Scriptura crebro adiungit oleum, vt significet, quod sunt pingue nutrimentum, impinguans non carnem, sed spiritum, cūcta interiora deuotionis pinguedine replens, & ad multiplices virtutum actus corroborās, vt virtute eius progrediantur, velut alter Elias, vsque ad montem Dei Oreb, pulsa mœstitia, quæ fastidium generabat, & lassabat animum. Hoc enim sacramento aptatur, quod ait Psaltes, *Vt educas panem de terra, & vinum lætificet cor hominis: vt exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet.* Habet enim Eucharistia lætificare, & confirmare cor, & internū spiritum, & insuper exhilarare conscientiam, vt sit quasi ingens conuiuium, vnde etiam externa splendeat facies. Quod si in via insurgāt hostes iter nostrum impedientes, sacramētum hoc vngit nos tanquam pugiles & athletas fortes, vt dimicantes contra eos victores euadamus. *Parasti* (inquit Dauid) *mensam aduersus eos qui tribulant me; impinguasti in oleo caput meum; & calix meus inebrians quam præclarus est.* En mensa vbi tria hæc abundantissime suppeditātur, panis cor hominis cōfirmans, calix vini præclarus vsq; ad ebrietatem satians, & oleum caput vngens, ac instar galeæ fortissime muniens. Hæc mensa apposita est aduersus inimicos, qui persequūtur nos tum interius, tū exterius: nam (vt inquit D. Chrysostomus) tanquam leones flammam spirantes ab hac mensa recedimus, terribiles effecti diabolo. Eadem etiam mēnsa corroboramur ad affectus propriæ carnis iugulādos, vt eius dulcedine copiosius perfruatur spiritus: sic enim potest intelligi quod ait Salomon; *Cum sederis, vt comedas cum principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam, & statue cultrum in gutture tuo.* Nam dum attente consideras carnem & sanguinem ipsius sub diuersis accidentibus panis & vini contenta, ad significādam separationem, quam sæui milites & tortores fecerunt in cruce, vires non modicas assumes ad iugulandum in te cultro mortificationis, quidquid carni est delectabile, separando pretiosum à vili, vt Christum valeas imitari.

B

Est oleum nutrimentum. *Ps. 4. v. 8.* *Ps. 103. v. 16.* *Est oleum cōfortans ad pugnā.* C *Ps. 22. v. 5.* *Ho. 61. ad popul.* *Prou. 23. v. 1.* D

Denique, mos erat antiquis in conuiuiis, capita conuiuarum oleo, seu vnguento pretioso vngere in signum amoris, & lætitiæ, qua excipiebantur. Vnde Christus Dominus de Pharisæo qui ipsum inuitauerat, conqueritur, dicens, *Oleo caput meum non vnxisti.* Maria autem quæ tunc ex humili reuerentia tantum vnxit pedes Domini, postea in cœna facta in Bethania, non solum pedes vnxit, sed et caput. Quando autem cōuiuæ fatigati erant ex longo itinere peracto, etiam vngebant ad confortandum eos: sicut de quibusdam illis fatigatis ait Scriptura, quod Samaritæ refecerunt eos cibo, ac potu, & vnxerunt propter laborem. Cum igitur Christus Dominus inuitet nos ad hanc cœnam magnam, quam nobis præparauit, conuiuas omnes, non solum cibo & potu sui pretiosissimi corporis & sanguinis reficit, sed etiam oleo, & vnguento fragrantissimo gratiæ, deuotionis, ac lætitiæ spiritualis vngit, vt ad illam mensam crebro, & digne sedentes spirent affectuum, & operum miram fragrantiam, quæ Deum oblectet, lætificet Angelos, ædificet Ecclesiam, proprium spiritum impinguet, & videntes excitet vt glorificent Christum, à quo tanquam à fonte cuncta ista procedunt: quod si lassati sunt in via mandatorū Dei, etiam propter laborem vngit eos, vt iuxta prophetiam Isaiæ currant, & non laborent, ambulent, & non deficiant.

Luc. 7. v. 46. *Io. 12. v. 3.* *Mar. 14. v. 3.* *2. Par. 28. v. 15.* *Is. 40. v. 31.*

Vnde intra hoc sacramentum inclusus occulte clamat, *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos: tollite iugum meum super vos*; Ego leuabo laborem vestrum refectione corporis mei, quam præstabo vobis; leue faciam vestrum onus, & iugum meum reddam vobis suaue: *Ego* (inquit) *quasi nutritius Ephraim portabam eos in brachiis meis, & ero exaltans iugum super maxillas eorum; & declinaui ad eos, vt vescerentur.* Hoc enim cibo, quem humilians meipsum eis præbeo, exalto, & leuo iugū quod super collum habēt, vt grauamen nō sentiant, & oleo copiosæ gratiæ computrescere illud facio, vt sit quasi nō esset; libentissime enim illud portare faciam. Omnes ergo qui in operibus studiosis laboratis, & ministeriorum vestrorum pondere onerati estis, venite ad hoc cōuiuium in quo Christus vos reficiet, & vnget, & requiē dabit animabus vestris. Quare appenditis argentum vestrum, & non in panibus, & laborem vestrū & non in saturitatem? Cur quæritis tam anxie panes qui non satiant, & hunc cœlestem panem negligitis? *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis.* Sed quid est operamini cibum? nunquid non Deus est qui operatur illum, & filius hominis impertitur? Quid ergo nos operamur? Sacerdotes quidem operantur hunc cibum, quādo virtute verborum consecrationis, quæ Christi nomine proferunt, panem in carnem, & vinum in sanguinem conuertūt: at reliqui fideles operari præcipiuntur, summum studium & laborem adhibentes, vt hunc cibū quærant, & ad illum digne gustandum se præparent. Hoc igitur vsus est verbo, vt intelligas operibus bonis, & præclaris virtutum exercitiis hunc cibum tibi esse quærendum. Vnde in loco supra ex Salomone allegato, sic legunt LXX. Interpretes, *Si sederis cœnare ad mensam potentis, considerans intellige quæ apponuntur tibi, & sic mitte manum tuam, sciens quia te talia oportet præparare.* Quæ verba D. Augustinus de Eu-

Matt. 11. v. 28. *Osee 11. v. 3.* *Is. 10. v. 27.* *Isa. 55. v. 2.* *Io. 6. v. 27.* *De Eucharistia ex D. Cyrill. lib. 4. in Ioan. c. 18.* *D. August. tract. 25 in Ioannem.* *Pro. 23. v. 1.*

Tract. 47. & 84. super Ioan. de Eucharistia interpretatur; quia qui fruitur, A præparate debet similia opera charitatis, & dilectionis, quæ pro ipso Christo, eiusque imitatione efficiat, vt Christum diligat, sicut dilectus est ab eo, vt animam suam ponat pro ipso, sicut ipse posuit pro nobis: vt humiliemus nos, sicut se humiliauit factus obediens vsque ad mortem, quam hoc sacramentum repræsentat.

De veneratione Eucharistiæ, quæ est thronus gratiæ. §. 3.

SED iam vltimam huius sacramenti præcellentiam deducamus ex ipso nomine Eucharistia, quæ bona gratia interpretatur. Vnde optime infertur de hoc sacramento, *Oleum effusum nomen tuum*; tuum nomen, tuaque virtus, est bona gratia in omnes effusa, quia est fons omnis gratiæ, cuius participes fiūt omnes digne te recipiētes, B à quo vnde dicuntur, & sanctificati. Bona gratia humilitas, & patiētia; bona gratia obedientia, & castitas; bona gratia omnis virtus, quæ bonom facit habērem; si has omnes obtinere desideras, accede ad Eucharistiam, quæ per antonomasiam est bona gratia, omnes comprehendens, & in alios effundens. De hac optime potest intelligi quod dicit D. Paulus: *Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in tempore opportuno.* Habet Christus thronum fixum in cœlo ad dexteram Patris, ad quem ascendunt orationes nostræ per manus Angelorū delatæ, vt præsentent illas ante altare aureū, quod est ante thronum Dei, quæ propter merita, & sacrificia Christi illas exaudit, & effundit in nos flouium aquæ viuæ, qui à sede Dei, & agni procedere dicitur. At thronus iste eleuatissimus est, quis poterit ad illū ascendere? Constituit ergo Christus in terra thronū gratiæ eius in veneranda, & sacrosancta Eucharistia; q̄ C semper manet in Ecclesia, vt in conspectu ipsius effundamus orationes nostras, & ipse effundet in nos oleum misericordiæ suæ, & aquam viuā gratiæ, quæ ab hoc throno procedit; non solum in recipientes sacramentum, sed etiam, quia virtus eius omnipotens receptioni sacramētali nō est alligata, copiosam effundit benedictionem in credentes, & libere liter, ac deuote adorantes illū, vt in eos qui in conspectu eius assistunt magnalia ipsius meditantes, viuaque fide illum inspicientes. Insp cit enim inspicientes se, & hoc aspectu magna illis infundit dona; nam, *Rex qui sedet in solio iudicii dissipat omne malum intuitu suo.* Idem qui est thronus gratiæ & misericordiæ erga peccatores, est solium iudicii & iustitiæ cōtra peccata: illos viuificat, hæc dissipat, & disperdit, cum oculis pietatis nos respicit.

Ad Heb. 4. v. 16.

Apoc. 8. v. 3.

Apoc. 22. v. 1.

Prou. 20. v. 8.

Cum igitur Christus eleuatur in sacrificio D Missæ, inspice illum reuerenter, & ipse te inspiciet, & effundet in te misericordiam suā. Si enim serpens æneus super lignū exaltatus effundebat salutem in omnes percussos à serpētibus, qui inspiciebāt illum, eo quod Christum crucifixum repræsentabat; multo magis Christus in sacrificio isto eleuatus, qui seipsum, vt in cruce eleuatū repræsentat, salutem & benedictionē inspicientibus ipsum elargitur. Cum ire magna pompa in processionibus defertur, inspice, reuerere, & adora eum in spiritu, & veritate, & ipse te inspiciet, & suo amore inflammabit. Est enim verus Rex Salomon, qui in pretioso ferculo, quod sibi fecit, vehitur per Ecclesiam accensus charitate, & amore quasi combustus propter filias Ierusalem, vt easdem sui amoris igne ardere faciat, *Egredimini ergo filiæ Sion, & videte Regem Salomonem, in diademate quo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius, & lætitiæ cordis eius.* Eg redimini, ô animæ contemplatiuæ, à cognitione quæ habetur per sensus carnis, & transite ad cognitionem quæ est per lumen fidei. Quo illustratæ videte, & contemplamini Christum regem pacificum, in diademate, & ornatu specierum sacramentalium, quæ ad modum coronæ cingunt illum, vt coronet vos in misericordia, & miserationibus, & vngat vnctione gratiæ, & lætitiæ in secula seculorum. Amen.

Num. 21. v. 9. Io. 3. v. 14.

Cant. 3 v. 9

Cant. 3. v. 11 De his duo bus locis habetur in lib. 6. Exhortationes integra de hoc mysterio.

EXHORTATIO XXXI.

De dilectione Dei propter diuina beneficia naturalia & supernaturalia, quæ hactenus sunt commemorata.

Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te.

CONCLVDIT Salomon periodum huius primæ sponsæ deprecationis, dicens; *Ideo adolescentulæ dilexerūt te.* Ac si diceret; Propterea quod osculatus es me osculo oris tui, & præbuisti mihi vbera tua fragrantia vnguentis optimis, & insuper oleum effusum factum est nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te super omnia. Per adolescētulas autem quidam iuxta proprietatem vocis Hebrææ, intelligūt virgines absconditas ab hominū conspectu, D. Ambro. & Greg. animas per Baptismū renouatas; D. Anselmus, animas imperfectas; D. Bernardus, animas adhuc incipientes; Gregorius Magnus, & Nyssenus, animas proficientes, aut virili vigore, & perfecto sensu præditas. Consulto tamē hoc nomen ponitur hic, vt intelligamus hanc dilectionem ad omnis generis animas pertinere. Licet adolescentulis Salomon vltimum locum in domo sua post reginas & concubinas tribuerit. Si ergo istæ propter commemorata beneficia sponsum ita diligunt, quāta putas dilectione illū prosequetur reginarum regina, & omnium adolescētularum domina, Virgo virginum, vnica colūba, & perfecta, quæ vnica est simul sponsa, & mater ipsius Dei? Etiam cæli incolas adolescētulas, Angelicas dico Hierarchias supe. at dilectione, sicut superat matris dignitate. Sileāt in conspectu eius Cherubim, taceat Seraphim, qui ab ardore amoris ita nuncupantur; quia cōparatione eius scintillam amoris habēt. Nam, vt inquit beatus Ephrem, sanctior est quam Seraphim, & nulla cōparatione cæteris omnibus superis exercitibus gloriosior: præstantissimum orbis terræ miraculum, omniumSanctorum corona ob fulgorem inaccensa. Maria (inquit D. Bernardus) mulier amicta sole, mira vicinitas solis & mulieris. Quomodo in tam vehementi feruore, tam fragilis natura subsistit? O Virgo amantissima, adolescentularum dux & magistra, præ omnibusq; & erga

Salutatio ad Deiparā de eius dilectione.

De Isaac & anima c. 3. & lib. 5. de Sacra ca. 2. lib. 24. Moral c. 4. & lib. 19. c. 9. Ber. s. c. 19 in Cant. Nyss hom. 1. Cant. Cant. 6. v. 7

Serm. de laud. Virginis.

Serm. in Apoc. 12. Signum magnum.

& erga omnes charitate flagrans, ostende nobis charitatem tuam, & vel scintillas diuini amoris benigne nobis imploia, vt de illo nunc non tepide, sed ardenter effari valeamus.

Diuina beneficia esse oleum nutriens ignem diuini amoris. § 1.

INchoemus ergo adolescentularum dilectionis encomiũ, à connexione verborum Salomonis, dum ait, *Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te.* Diximus supra duplicem esse diuini olei effusionem, alteram per creationem, per sanctificationem alteram: ad hæc duo capita omnia Dei beneficia reducũtur, quæ naturalia appellamus, & supernaturalia; innumeraq; sunt, & immensa, ac efficacissima ad excitãdum in nobis amorem summi benefactoris Dei, à cuius summo amore procedunt: Ideoq; merito oleo effuso comparantur. Nam sicut oleum lampadi infusum ignem nutrit, & fouet; sic huiusmodi beneficia ignẽ diuini amoris in cordibus nostris accendunt, nutriunt, & augent. Quia ergo nomen, ac virtus Dei, & Christi Iesu est oleum effusum, dum hæc in nos effundit beneficia; ideo adolescẽtulæ, id est animæ, quæ ad eius domum, & famularum attinent, diligunt ipsum propter illa. Consulto autem nõ dixit, ideo vulnerũ diligũt te, sed adolescẽtulæ, quia infideles, & excæcati, ac indurati peccatores nõ diligũt illum, cũ cum in ratione olei effusi non agnoscãt; solum ergo diligunt; qui eum supremũ benefactorẽ credũt, & eius beneficia meditãtur ac perpendũt. Sunt n. huiusmodi beneficia instar silicis, qui si annulo ferreo percutitur, scintillas ignis emittit; q̃ dum in escam siccã decidũt, materiam præbent accendendi ingentẽ flammam: sic dũ per meditationem profundam hæc Christi mysteria tãgis, ex illis scintillas diuini amoris concipies; ignemq; magnum accendes, si oleum addideris, ipsa rursus vehementius considerans & perscrutans. Continent enim intra se viuum lapidem, & igneum silicem Christum Iesum, de quo mystice dicitur, *Vt sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo*: quoniã ex illo procedit mel diuinæ dulcedinis, quæ mentem illustrat, reficit, & delectat; ac oleum cœlestium donorum, quod ignem dilectionis auget, & animam valde impinguat, si tamen illa instanter mente reuoluat. Nam (inquit D. Chrysostomus) memoria beneficiorum Dei sufficiens est, quę ad virtutũ
» labores nos adhortetur, & præparet, vt præsentia
» omnia despiciamus, & vt ei, qui tanta in nos be-
» neficia cõtulit, adhæreamus, amorem illius sin-
» gulis diebus augere declarantes.

In Exhort. 20.

Deut. 32. v. 13.

Hom. 27. in Gen.

Amplius declarat hoc D. Basilius, postquam docuit bonam animi affectionẽ esse, cupiditatem vehementem placendi Deo, eamque insatiabilem, stabilem, & constantẽ; subiicit: Statim
» comparatur hæc ex solerti & continenti contẽ-
» platione magnitudinis gloriæ Dei, & grata re-
» petitione, & recordatione assidua datorũ nobis
» beneficiorũ à Deo, ex quibus in anima illud in-
» generatur, *Diliges Dominum tuum ex toto corde tuo,*
» *& ex tota fortitudine tua, & ex tota mente tua.* Sic ergo delictas ita Deum diligere, vt ipse Deus pręscripsit & vt D. Basilius monet, dilectione vehementi, insatiabili & constanti, oportet quod cre-

Reg. 157. ex breuiorib.

Ex Matt. 22. v. 37. & aliis.

bro mediteris magnitudinem benefacientis, & beneficiorum, quę tibi elargitur: Vnde tam ardens desiderium Dei proueniet (inquit Basilius) vt dicas sicut Dauid; *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus*: tam constansque erit tua dilectio, vt possis dicere cum Apostolo, *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia?* &c. Vt hunc ergo amorem assequamur, præcipua beneficia, quatenus oleum sunt hunc ignem accendens, contemplemur.

Psal. 41. v. 1.

Ad Rom. 8. v. 35.

De dilectione Dei propter beneficia naturalia creationis, & prouidentiæ. § 2.

NATVRALIA beneficia ad duo præcipua reducuntur. Primum est beneficium creationis, quo Deus trinus & vnus instar olei effusi suam effundit bonitatem per vniuersum mundum, visibilem, & inuisibilem, cuncta creans, & ordinans in nostrum commodum; non solum hæc infima, sed etiam cœlos, solem, lunam, & stellas, quæ creauit Deus, vt ait Moyses, in ministerium cunctis gentibus, imo Angelos etiam propter nos fecit cœlorũ motores, ad nostramque custodiam benigne destinauit. Quot ergo sunt in mũdo creaturæ, tot agnosce Dei beneficia, magna voce clamantia, vt diligas Deum, qui fecit illas propter te. Et cum tu ipse sis etiam creatura Dei, tam corpus, quam anima, & omnia quæ intra te sunt, similiter clamant vt eum diligas, à quo hæc omnia recepisti: quia ergo Domine, *Oleũ effusum est nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerũt te.* Et quid mirum quod diligant te, eum omnia quæ in se & extra se in mundo possident, benignissime receperint à te? Fecisti illas ex nihilo, vel ex luto, quod est omnium minimum. Creasti eas ad imaginem & similitudinem tuam, quod est omnium maximum. Constituisti eas super opera manuum tuarum, & sub earum pedibus cuncta subiecisti: cur ergo non diligent te plusquam se, & omnia alia, vt tam munifico largitori non ingratæ videantur? *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi,* nisi ea toto corde diligere illum, qui me, & cuncta mea mihi gratis tribuit? Cœlum (inquit D. Chrysostomus) propter me expandit, fulgidis stellis illud ornauit; propter me cœlo affixit solem aureis splendentem fulgoribus, propter me lunam fecit noctiuagã, vt obscura noctis illustret, nauisque ac viatoribus dux sit itinerum. Propter me terram coagulauit, eamque multigenis arboribus tam fructiferis, quam sterilibus ornauit, & impleuit herbis, & floribus: aquarum, quæ pisces proferũt, multitudines in vnam conclusit congregationem. Fontes aquarum salsarum, ac dulciũ, vt è scatebris suis prorumperẽt, ad sedandam hominum sitim præparauit: è puluere de terra excepto formauit me, & cum non essem, vt essem prodire me fecit, imagine propria honestauit, Angelorum gloria vestiuit, aliaque innumera bona concessit. Quo ergo amore prosequar illum, qui tanto amore prosecutus est me? Cur non audiam creaturarum clamores, quæ sicut prædicant, *Ipse fecit nos, & non ipsi nos*; ita etiam clamant, Dilige non nos propter nos, sed eũ qui propter te fecit nos. Diligam te, Domine creator meus, in quo omnes viui-

Deut. 4. v. 19.

Gen. 1. v. 26.

Psal. 8. v. 7.

Psal. 115. v. 12.

Ho. in dictum Psal.

viuimus, monemur, & sumus, sine quo in nihil A redigemur.

Sed quid profuisset creatio, si nō succederet beneficium prouidētiæ, quæ creata seruaret, regeret, tueretur, & necessaria ad vitam, ad voluptatem, ad honorem præstaret? Quis affluenter tribuit cibum & potum, vestitum, & ornatum; domū & supellectilia, prædia & patrimonia, & alia quam plurima tibi tam apta, tam pretiosa, & tam iucunda? Nonne diuina prouidentia, quæ, *Exhor. 18.* vt supra diximus, instar matris te in manibus gestat; lactat vberibus, recreat vnguentis fragrantibus; & velut oleum effusum per creaturas tuis illas commodis facit deseruire? Neque *Lib. 4. de beneficiis c. 5.* enim, ait Seneca, in necessitatibus tantummodo nostris prouisum est; vsque in delicias amamur. Propter hæc ergo, Domine, adolescentulæ diligunt te, tanquam filiæ matrem; sicut parnulæ nutricem, & sicut egentes diuitem, per B quem locupletantur, & omnibus bonis replentur. Et hac forte de causa vsus est Salomon hic vocabulo, *adolescentula*: nihil enim est egentius *Prima acceptio vocis, Adolescentulæ.* illis, quæ per seipsas, nec sciunt, nec valent sibi necessaria prouidere, nec à periculis eruere, vel se tueri, nisi matrū patrocinio protegantur. Huiusmodi ergo adolescentulæ, quæ propriā agnoscunt inopiam, & indigentiam, & dependentiam, quam habent ab omnium matre, & nutrice diuina prouidentia, vehemēter illi per amorem inhærent. Duo igitur hāc dilectionem excitant, nempe cognitio propriæ necessitatis, & miseriæ, cuius remedium à solius Dei pendet misericordia: & notitia diuinæ munificentiæ, quæ summa solicitudine & affluētia omnium prouidet saluti. Primum indicat vox *adolescentula*; secundum vox altera, *ideo*: quæ commemorata refert beneficia, & dilectionis reddit causam. Vtitur autem Salomon, vt mos est frequens apud Prophetas, verbo præterito *dilexerunt*, pro futuro, diligent, C ad significandam certam vim & efficacitatē diuinorum beneficiorum, ad extorquendam hāc dilectionem, si enim ꝓfunde teipsum agnoscas, & Deum, & à te nihil boni habere, omnia autem bona Dei esse gratuita beneficia, nō poteris non diligere illū, nisi brutis, & lapidibus durior fias; est enim hic amor Dei à Deo insitus naturæ, tum *1. p. q. 60 a. 5.* angelicæ, tum humanæ (vt optime probat Diuus Thomas) quod si natura esset integra ex sua propria inclinatione, omnes Deum plus quam nos ipsos diligeremus; quia Deus est vniuersale bonum omnis creaturæ, à quo pendet, & sine quo in nihilum recideret. Qua ratione pars naturali pondere, plus totum corpus & caput amat quam se; & seipsam ictui exponit, vt corpus indemne seruet, sine quo subsistere nequit: quæ contemplans Dauid, dicebat, *Diligam te Domine fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus; protector meus, & cornu salutis mea.* D *Ps. 17. v. 1.* Si enim tibi diligis vitam, salutem, diuitias, honores, & cætera bona, consequens est, si iuxta rationem viuas, quod Deum diligas; quia Deus est qui hæc præstat. Deus est fortitudo, firmamentum, salus, & vita tua.

❧

A *De dilectione Dei propter septem beneficia supernaturalia. §. 3.*

Ex naturalibus ascēdamus ad supernaturalia beneficia, quæ licet innumera sint, ad septem capita sub metaphora osculi supra reduximus; & quanto sunt præclariora diuini erga nos amoris indicia, tāto vehementius clamant, prædicant, & compellunt nos, vt eum amemus, à quo tam immēsa dona recepimus. Singula sunt oleum effusum in nos, aut potius velut septem infusoria aurea instar eorum quæ Zacharias vidit, sed non è candelabro pendentia, sed desursum à Deo patre misericordiarum ad nos missa, *Zach. 4. v. 2 & 10.* plena oleo pretioso, & pingui ad ignem charitatis accendendum, & nutriendum. Quinimo vocare liber ignea Dei tela, aut ignitas prunas, quę dum cor humanum tangūt, vehementer vrunt, B & in Dei amorem totum incendūt. Olim missæ sunt è cœlo prunæ ignis in Ierusalem, vt eam vel *Ezec. 10. v. 2. & 7.* punirent, vel purgarent; at modo è cœlo mittuntur super Ecclesiam, aut animas pias cœlestis ignis prunæ, vt diuini amoris flāmam in cordibus accendant, à peccatis purgent, & ad virtutis culmen deducant. Et quid enim est diuini Verbi incarnatio nisi ignea pruna, in qua Deus qui ignis est, humanitati, vt carboni, est vnitus, eam splendidam reddens, nos in sui amorē rapit? Et quid est aduentus Spiritus sancti nisi flāma linguis igneis coruscans, vt nos ignitos constituat? Lex Christi tota ignea; doctrina & verba eius *Deut. 33. v. 3.* quasi ignis; sacramēta ignē spirant; Eucharistia, ignea pruna, licet accidentibus panis obtecta, *Lev. 23. v. 19.* vt inflammet corda. Hæc & cætera beneficia ita ardent, vt ea meditantes ardere faciant: de quibus intelligatur illud Dauidicum, *In meditatione mea exardescet ignis*. *Ps. 39. v. 4.* Propter quod merito Salomon his recensitis beneficiis subdit, *ideo adolescentula dilexerunt te*. C Et quæ adolescentulæ (inquit Diuus Gregorius) nisi animæ in lege noua degentes, quæ per Christum sunt renouatæ, & in *Hie, & 14. M ral. c. 4.* adolescentiam, & vigorem spiritus reductæ? *Alia acceptio vocis Adolescētulæ.* quibus dictum est, *Beati oculi qui vident quæ vos videtis; dico enim vobis, quod multi Prophetæ & Reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt*. *Lu. 10. v. 23.* Antiqui enim patres desiderarunt septem hæc beneficia videre, & eis potiri, sed non obtinuerunt: spe tamen & fide contemplantes ea, exardescebant amore illius qui tam ingentia illis promiserat dona: at cum iam sint re ipsa exhibita, vehementius in Dei amorem inflammant; propter quod merito dicitur; *Ideo adolescentulæ dilexerunt te*. Quid est ideo? quia scilicet propter ipsas factus es homo, quia dedisti illis Spiritum sanctum tuum, quia talem docuisti legem, & doctrinam, & tam gloriosa sacramenta illis pręparasti, D regniq; cœlorum ianuas aperuisti; propter hæc te diligunt, tibi inhærent, nec à te volunt separari.

Sed vt citius, & vehementius inflammeris, considera propriam inopiam, & qualis esses his beneficiis destitutus, similis sine dubio descendētibus in infernum, omnium miseriarum sentina fœdatus, à quibus tamen benigne te Deus eripuit, cum hæc dona largitus est. Audi hyperbolem, sed verā ex voce adolescentularum de- *Alia acceptio vocis Adolescētulæ.* sumptā; cogita adolescētulas pro ætatis conditione sicut egētiores, ita ex natura corrupta, lascinio-

ciuiores, & petulantiores, aliquandoque ex Dei permissione mundo, mundanisq; pompis, & illecebris immersas, & carnis spurcitiis absorptas, quæ tamen ex Dei misericordia oculos mentis aperiunt, vt suam miseriam agnoscant, & hæc Dei beneficia intueãtur, à quibus suam salutem pendere vident, vehementer in tanti benefactoris amorem inflammẽtur. Id ergo sonat vox, *Ideo adolescentulæ dilexerunt te*: id est, tam immensa est suauitas nominis tui, vt etiam deperditæ adolescentulæ relictis illecebris te pure diligere incipiant, & amorem carnis in vehementiorem spiritus amorem conuertant. Vna ex his adolescentulis erat mulier illa in ciuitate peccatrix, quæ dum anteactam vitam recoluit, & Christum oleum effusum esse experiri cœpit; ita ardenter eum amauit, vt dictum sit de illa, *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Nam quanto maiora sibi agnouit data beneficia, tanto ardentius dilexit eorum largitorem. Mente igitur recole, & millies reuolue hæc præclara Dei beneficia, vt exuas veterem hominem cum actibus suis, & induas nouum, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis; vt inter illas computeris, de quibus dictum est, *Ideo adolescentulæ dilexerunt te.* Adolescentulæ (inquit Diuus Ambrosius) sunt animæ quæ deposuerunt istius corporis senectutem, & renouatæ sunt per Spiritum sanctum, quibus dicitur in Psalmo, *Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.* Hæ, quia ad nouum Testamentum, non tantum nomine, sed etiam opere pertinẽt, dilectionem amplectuntur; quam Christus Dominus notam voluit esse nouæ legis; qua (vt docet Diuus Augustinus) secernitur à veteri; quia in hac timor, in illa præualet amor: eo quod præualuerunt insigniora beneficia, quæ sunt amoris incentiua; vt si te Deum amare pigebat, iam redamare sic te amantem non pigeat: iuxta illud Diui Ioannis, *Nos ergo diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos.* Ipse pro te prius factus est quasi oleum effusum, vt tu instar adolescentularum intime diligas illum; & quo plus dilexeris, eo copiosiorem olei effusionem in te senties. Nam cum ipse dixerit, *Ego diligentes me diligo*, iuxta mensuram nostræ dilectionis, erit diuina effusio, quæ ex eius erga nos dilectione manat.

Lu. 7. v. 47. — Ad Col. 3. v. 9. — Ad Ephes. 4. v. 24. — Lib. 5 de Sacra. c. 2. & de Isaac & ani. c. 3 — Ps. 102. v. 5. — Lib. aduer. Adimantũ c. 17. & de moribus Eccl. c. 28. — Ita idem Aug. lib. de Catechizandis rudibus c. 4 10. 4. — 1. Io. 4 v. 19 — Prou. 8. v. 17.

Hoc etiam denotant verba ista, *Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te*: si vim particulæ, *ideo*, vel, *propterea*, qua Septuaginta vtuntur, perpendas: quæ licet frequentius significet id quod sequitur, effectum esse eius quod præcessit; seu (quod idem est) id quod præcessit causam esse eius quod sequitur, ad modum iam expositum. Nam quia Deus est oleum effusum, ideo effectum est vt adolescentulæ diligant illum; tamen aliquando vice versa solet importare rationem causæ respectu eius quod præcessit, sicut supra explicuimus locum Psalmi, *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus*; id est, dilexisti iustitiam, ex eo quod Deus vnxit te: & iterum, *Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea*; id est, ex eo quod, *benedixit te Deus in æternum.* Sic etiam in hoc loco; potest sensus esse, nomen tuum est oleum effusum; ex eo quod adolescentulæ dilexerunt te; quia enim valde te diligebant, perceperunt fragrantiam nominis tui instar olei effusi in illas. Est enim quædam quasi reciproca motio inter nostrum amorem, & diuinum, eiusque beneficia. Nam licet amor Dei nos præueniat, & prius effundat in nos dona sua; tamen ex eo quod amplius eum amamus, & operibus nostris hunc testamur amorem, fit quod iterum nos Deus maiori prosequatur amore, & effundat in nos maiora dona. Ideoque iusti vehementer desiderant Deum in dies vehementius amare, & pro collatis beneficiis amoris signa impendere, vt amplius redamentur, & plurimum beneficiorum capaciores, & digniores reddantur. Hoc affectu dicebat Dauid, *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Vtrobique ponit verbum, retribuit, quod est iterum tribuere, & quasi remunerare, & recompensare; quia cum nos quidpiam ex amore retribuimus Deo, etiam Deus ex amore multa retribuit nobis. Vnde omnia cõplectens Dauid ait, Quid ego retribuam Domino pro omnibus, non tãtum quæ tribuit, sed etiam quæ retribuit mihi? Ea autem debes retribuere, quæ tuum erga Deum amorem testentur, nutriant, & vehementer augeant: quæ autem sint ista, sequens Exhortatio amplius declarabit.

Ps. 44. v. 8. — Ps. 115. v. 2.

EXHORTATIO XXXII.

De modo nutriendi, & augendi diuinam dilectionem per opera deuotionis erga Deum; & misericordiæ erga proximos; & ab adolescentia dilectionem Dei inchoandam esse.

Pro Confessore nõ Pont. vel pro Virgine & Mart. circa Euangelia.

Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te.

CVM amor Dei in hac vita, sit quasi ignis extra suam sphæram, & locum naturalem, indiget continuo nutrimẽto, ne deficiat, & vt cõseruetur, & increscat. Qua de causa in lege veteri duplex sacro igni assignabatur nutrimentũ. De igne enim quod super altare semper ardebat, dicitur, *Quem nutriet sacerdos subiiciẽs ligna mane per singulos dies.* At de septem lucernis, quæ erãt super candelabrum (& mystice significabãt omnes pias animas Ecclesiæ) scriptum est, *Præcipe filiis Israel, vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum, piloque contusum, vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonii.* Vterque ignis semper ardere præcipitur, tam die, quam noctu; quia omni tempore siue prospero, siue aduerso ignẽ diuini amoris in corde ardere necesse est; & ita vtroque tempore est nutriendus: sed nutrimentum olei, quod lampadibus seu lucernis apponitur, est pinguius, suauius, & facilius. Et hoc sæpius commendatur nobis in Euangelio, cum Saluator noster comparat regnum cœlorum virginibus, quæ obuiam exeunt sponso cum lampadibus & oleo in vasis præparato, ne lampades extinguantur. Et iterum iubet habere nos lucernas ardentes in manibus nostris. Non ait ardentes, & lucentes, sicut dixerat de Ioanne Baptista; sed tãtum ardentes, quia omnibus necesse est ardere per charitatem, licet nõ luceant per

Leu. 6. v. 12 — Exod. 25. v. 37. — Exod. 27. v. 20. — Mat. 25. v. 1. — Lu. 12. v. 35. — Io. 5. v. 35.

per doctrinam: hoc enim ad solos doctores & A pastores spectat qualis erat Ioannes: at qui ardet per amorem, lucebit per bonæ operationis exemplum, quod cum ardore coniungitur.

Ad hunc autem ignem diuini amoris nutriendum, duplex oleum adhiberi potest, alterum ab ipso Deo, alterum vero etiam à nobis. A Deo quidem effunditur in animas tanquam in lucernas oleum beneficiorum, quæ vehementer amorem accendunt, & augent; propter quod dicitur,
Lu. 12. v. 35 *Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te*; sicut iam explicatum est. A nobis autem quamuis non sine adiutorio ipsius Dei, qui est oleum effusum in operibus nostris, adhibendum est oleum bonorum operum, quæ vim habent hunc ignem nutriendi, & augendi. Ad hoc enim insinuandum præcipitur, vt lucernæ ardentes B sint in manibus, quæ operum sunt instrumenta; quanto autem vehementior est ignis lucernæ, tanto maiori indiget nutrimento: at ignis diuini
Can. 8. v. 6 amoris vehemens est; de quo dicitur, *Lampades eius, lampades ignis, atque flammarum*: id est, erumpentes in vehementes flammas: ad quas nutriendas, oportet crebro infundere oleum bonorum operum; quæ sint vel deuotionis, cultus, & religionis erga Deum; cuiusmodi sunt oratio, contemplatio, laudatio, oblatio sacrificii, & cætera huiusmodi; vel beneficentiæ, & misericordiæ erga proximos, curando infirmos, subleuando inopes, consolando tristes, & reliqua huius generis. Hæc si debite fiant, oleum sunt pingue, & efficax ad Dei amorem nutriendum, vt instar lucernæ & lampadis vehementer in corde ardeat.

Qualia opera nutriant diuinum amorem. §. 2.

SED quale debeat esse hoc oleum, eleganter descripsit diuinus Spiritus in loco citato, cum
Exod. 27. v. 20. præcepit, quod esset, *Oliuarum purissimum, & pilo* C *contusum*; tres præcellentes in hoc oleo exigens proprietates.

1. Prima, quod sit de arboribus oliuarum, Id significat, quod sit verum oleum. Multa enim nuncupantur olea, quæ fiunt de nuce, vel lino, vel nardo, aliisque diuersis rebus; sed hæc non sunt vera olea, sed conficta, & per quandam similitudinem ita nuncupata. Voluit autem Deus (vt
In Exod. 27 aduertit Beda) quod in eius tabernaculo offerretur, & infunderetur lucernis oleum dumtaxat verum de lignis oliuarum; sicut etiam præcepit, quod nullus alius ignis, nisi qui de cœlo descendit, in lucernis, vel in altari accenderetur: ad significandum, quod Deus exigit à nobis vera & propria charitatis, & virtutis opera, non ficta, &
1. Io. 3. v. 18 apparentia; vt diligamus (sicut ait Diuus Ioannes) *Non verbo, & lingua, sed opere, & veritate*: id D
Sap. 1. v. 5. Is. 29. v. 13. Mat. 15. v. 8. est, operibus quæ vera sunt, & solidæ dilectionis signa; Spiritus enim sanctus disciplinæ effugit fictum, & abominatur populum, qui labiis eum honorat, cor autem longe est ab ipso. Nam sicut necesse est vt ignis, qui in lucerna cordis ardere debet, sit ignis cœlestis, & verus charitatis amor desursum descendens, & in cordibus nostris
Leuit. 10. v. 1. diffusus, abominatur autem Deus ignem alienum, & apparentem, qualis est ignis amoris proprii, & fallacis concupiscentiæ sub titulo pietatis; ita etiam necesse est oleum, quo hic

A charitatis ignis nutritur, esse opus vere bonum, gratum, & Deo acceptum, de veris solidis virtutum deceptum; vt placeamus ipsi in charitate 2. ad Cor. 6. v. 6. non ficta.

2. Sed superaddenda est altera conditio, vt sit oleum purissimum, & omnino defæcatum. Nam (vt docet D. Paulus) *Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta*. Vnde sicut vera charitas omnem horret fictionem, ita omnem fugit impuritatem, nolens misceri peccatis, vel terrenis, aut carnalibus affectibus, vel intentionibus deprauatis. Quare per opera ab his omnibus depurata nutriri desiderat; vt etiam flamma eius ascendat pura & splendida, & non aliquo fumo vanitatis, vel terrenæ cupiditatis obscurata.

B Ad hoc autem maxime confert tertium quod 3. exigitur, vt scilicet oleum sit pilo contusum. Prohibebat enim Deus oleas mola moli, sed tantum mortario conteri, vt oleum ex carne seu pulpa oleæ, & non ex ossibus eiusdem fieret. Duplex enim oleum in templo asseruabatur: alte- Ref. vt Lirum pretiosum, & purum, expressum ex oleis romanus contritis in pilo, seu mortario, ne vllæ essent in in catena, eo fæces: & hoc maxime applicabatur lucernis in Exod. 27 ad nutriendum ignem sacrum: alterum, quod educebatur ex oleis eas molendo in molis, vbi etiam franguntur ossa, & hoc deseruiebat pro sacrificiis. Sic duo sunt bonorum operum genera ex charitate profluentia. Quædam omnino pura, & defæcata, non solum à culpis, sed etiam à sollicitudinibus rerum temporalium, & seculi anxietatibus; cuiusmodi sunt opera vitæ contemplatiuæ, in quibus maxime deuotio, & cultus erga Deum splendet; de quibus dicitur, *Sicut adipe,* Ps. 62. v. 6. *& pinguedine repleatur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum*: Et, *Vacate, & videte, quoniam e-* Ps. 45. v. 7. *go sum Deus*. Et hæc maxime nutriunt charitatis ignem, eiusque lumen, splendorem, & ardorem C accendunt. Nec ab hoc oleo aliena putamus opera, quæ in animarum commodum destinantur, quando ex pura intentione, & zelo gloriæ Dei, corde quieto, & pacifico proficiscuntur. Nam (teste Diuo Gregorio) contemplatiua vita Hom. 14 in est, charitatem Dei & proximi tota mente reti- Ezech. & 6 nere. Vnde ex ipsa contemplatione, in qua Deum Mor. c. 28. ardenter diligimus, ad charitatem proximis exhibendam, contemplata illis tradentes, eodem animi feruore progredimur. Alia vero opera sunt minus defæcata, quæ curis & turbationibus sunt admixta; qualia sunt opera externa vitæ actiuæ, maxime circa temporalia proximis misericorditer administranda, quæ Marthæ assimilantur; cui dictum est, *Solicita es, & turbaris* Lu. 10. v. 41 *erga plurima*. Et hæc quidem exercitia valde deseruiunt pro sacrificiis, quæ dicuntur vel cordis D contriti, vel quibus corpora offeruntur in hostiam viuam, vel subuenitur pauperibus per hostiam, quam Apostolus vocat beneficentiæ. Ad Heb. 13 v. 16. Hæc etiam plurimum iuuant, vt spiritualem ignem charitatis in lucernis, & lampadibus nutriant. Neque enim ab omnibus æqualis perfectio exigitur.

Pastores enim & doctores, & perfecti quique, quos oportet esse lucernas ardentes, simul & lucentes per doctrinam, primi olei copiam debent aggregare, vt ignem charitatis in suo munere nutriant, Reliqui vero, quibus tantum incumbit

esse lucernas ardētes, si ex infirmitate perfectiora opera tanquam oleum pilo contusum offerre nequeant; offerant reliqua minus perfecta, necessaria tamen, ne lucernæ extinguantur, licet minus pure ardeant, & splendeant. Fæces enim solent ad ima descendere, quæ igne purgatorii excoquentur, si in hac vita non fuerint expurgatæ. Et tunc ad cœlestes nuptias omnes qui vigilarunt, admittentur, quoniam lampades, & lucernas ardentes vsque ad finem vitæ retinuerunt. Et hoc est quod dicit Scriptura de lucerna, *Vsque ad mane luceat coram Domino*: id est, (sicut interpretantur Beda & Rupertus) ardeant lucernæ vestræ tota nocte huius seculi, vsque quo mane futuri seculi clarescat; nam tunc oriente vobis sol iustitiæ, qui vos illuminet: & ciuitas Ierusalem non eget sole, & luna; sed claritas Dei illuminat illam, & lucerna eius est Agnus. Non quod iustorum lucernæ non ardeant, & luceant in cœlo, sicut & lucernæ templi etiam ardebant in die, sicut & in nocte, vt ex Scriptura colligitur; sed quoniam necessitas, & præceptum ardēti per bona opera, vt ignis charitatis non pereat, viget in hac vita; in alia autem æterna fulgebunt iusti sicut sol, & ardebunt sicut ignis, Dei visione & amore accensi; & cum ignis ibi sit in propria sphæra, & in loco sibi connaturali, non indiget extrinseco nutrimento, nec oleo operum huius vitæ: ipsa enim Dei visio, & amor perpetua sunt, nec vnquam deficient.

Exod. 27. v. 21.

Apoc. 21. v. 23.

Exod. 30. v. 7.

Vide Lipomanum in Exod 27. v. 21.

En tibi tres proprietates sacri olei ad nutriendam charitatem, quas coniunxit Paulus cum dixit debere esse in fide nō ficta, & de corde puro, & conscientia bona. Cæterum, sicut oleum nō exprimitur, nisi molā aut olea, siue pilo, siue mola, sic bona opera nō habebunt perfectionem debitam ad nutriendam charitatem, nisi adsit vera cordis contritio, & abnegatio, quæ separet pretiosum à vili, bonum à malo. Vnde prius dictum est, *Fortis est vt mors dilectio*: postea vero, *Lampades eius, lampades ignis, atque flammarum*: nam cum dilectio mortificat vitia oleum exprimit, vt suā lampadem nutriat. Rursus sicut oleum nō continuo effūditur in lampadem, sed statis temporibus; oportet tamen illud præ manibus habere, vt cum opus fuerit, infundatur. Vnde de prudentibus virginibus dicitur, quod *Acceperunt oleum in vasis cum lampadibus*: ita etiam bona opera congruis & opportunis tēporibus sunt exercenda; oportet tamen potētias & vires animæ semper esse promptas, & paratas ad eā præstanda, & hoc est oleum habere in vasis suis. Quo fit, vt charitas id obtineat quod summe appetit: nempe vt (sicut docet D. Augustinus) cum nata fuerit, nutriatur; & cum nutrita fuerit, roboretur; & cum fuerit roborata, perficiatur: quæ tria huiusmodi bona opera abunde illi præstant.

1. ad Tim. 1. v. 5.

Cant. 8. v. 6

Matt. 25. v. 4.

Tract. 5 in ep. Ioan. ad finem.

Quomodo sit diligendum corpus Christi mysticum. §. 2.

SED adhuc mysterium latet in verbis istis, *Ideo adolescentulæ dilexerunt te.* Quid amabo significat nomen te? Nam licet breue, multa comprehendit. Animæ enim piæ diligunt non solum te, hoc est, tuam propriam personam, qui es Iesus, Deus & homo, sed etiam te, id est, corpus tuum mysticum, quies tu ipse, per amoris vnionem: & omnis dilectio quæ fidelibus membris tuis præstatur, tibi præstatur: propter quod Apostolus ausus est dicere, *Qui diligit proximum, legem impleuit.* Cum tamen Christus Dominus dixerit, quod à duobus mādatis dilectionis Dei & proximi, vniuersa lex pendet, & Prophetæ; sed vtrumque est verum; quia qui diligit ex charitate proximum, etiam diligit Deum; & qui vere diligit Deum, non potest non diligere proximum. Vnde Diuus Ioannes inquit, *Hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.* Adolescentulæ igitur, quibus olei effusi nomen gustandum communicatum est, diligunt Christum, & corpus eius mysticum, quod est aggregatio fidelium; & dilectionem erga vtrumque operibus testantur. Quod sub eadem olei effusi metaphora, alio modo iucundiori lib. texpl care.

Ad Ro. 13. v. 8.

Matt. 22. v. 39.

1. Ioan 4. v. 21.

Oleum enim nō solum effunditur in lampades, vt ignem nutriat, sed etiam in corpora, vt illa vngat, quo modo scriptum est Mariam Magdalenam, quæ prius vnxerat pedes Iesu, fracto alabastro effudisse vnguentum super caput ipsius vngens illud. Qui ergo Iesum diligit sicut hæc mulier, dilectionem refertur spiritualiter ipsum bonis operibus vngēdo; pedes quidem vngat operibus vitæ actiuæ, eius sequendo vestigia; & imitando gressus, quos vt homo propter nos in hoc seculo fecit. Caput vero quod eius diuinitas, vngat operibus vitæ contemplatiuæ, varios erga ipsum orationis, & deuotionis affectus, & actus exercendo, & maiestatem eius aliis manifestando. Nam (vt dicit Glossa) quisquis Christi diuinitatem prædicat, caput eius vngit. Rursus, si amor tuus est perfectus, etiam Christum, id est, corpus eius mysticum, vngere debes: pedes vngis, cum proximorum necessitatibus per opera misericordiæ libenter subuenis. Christus enim tuis vnctionibus non indiget, indigent autem pedes eius, qui sunt pauperes, quos dum vngis, Christum vngis, nam, *quod vni ex his minimis fecistis, mihi fecistis.* Murmurat Iudas, dicens, Melius fotet vnguentum illud, quo pedes Iesu vngebantur, venundari, & pretium tribui pauperibus; sed ignorabat mysterium: nam vnguentum illud pauperibus dabatur, qui per Domini pedes repræsentabantur. Caput autem Christi, id est, eos qui in eius corpore munus capitis gerunt; tunc vngis, quando Prælatos, & superiores amore prosequeris, & honorem debitum, obedientiam, & gratitudinem exhibes. Nam de istis dixit, *Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit.* Denique vngere debes totum corpus Christi mortuum, vel peccatores ad vitam reducere conando, aut eis impetrando indulgentiam, vel fidelibus defunctis, qui in purgatorio detinentur suffragando. Atque ita fiet, quod sicut Christus Iesus ob suam immensam dilectionem oleum est effusum in te, & in omnes homines quos diligit; ita tu tanquam fida adolescentula diligas illum, & omnes quos diligit ipse; desumens ab eo nomen, & munus olei effusi: vt sicut à Christo vngente alios, dicaris & ipse vngens, & à Christo oleo effuso, ipse etiam sis licet oleum effusum, Dilectio enim transformat in naturam rei dilectæ, iuxta illud Diui Augustini, talis vnusquisque

Luc. 7. v. 38.

Ioā. 12. v. 3.

Matt. 26. v. 7.

Marc. 14.

In Mat. 26.

Ex D. August. tract. 50. in Ioan. & D. Greg. hom. 33. in Euangelia.

Mat. 25. v. 40.

Luc. 10. v. 16

Tract. in 1. ep. Ioan.

quisque est, qualis eius dilectio est. Si terram A diligis, terra es: si Christum diligis, Christus es; si Christus est oleum effusum, & tu per imitationem oleum effusum eris; cuius odore domus Ecclesiæ impleb tur, Christique bonus o- Io. 12. v. 3. 2. Cor. 2. v. 15. dor eius vbique, quia nihil ita Christi gloriam dilatat, ac Ecclesiam ædificat, quam bonorum operum suauis odor & fragrantia.

Hæc tandem opera te in statu spiritualis adolescentiæ seruabunt, & in dies crescere facient, vt nunquam veterascas, nec à iuuentutis vigore decidas; quoniam per illa augetur oleum diuinæ gratiæ, quod faciem internam exhilarat, & iugum Domini facit suaue, vt per viam mandatorum eius sine offendiculo velociter curras. Hûc statum desiderasse videtur Iob, quando dice- Iob 29. v. 4 bat, *Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos,* &c. *Sicut fui in diebus adolescentia mea, quando petra fundebat mihi riuos olei.* Dies adolescentiæ vocat, B Lib 19. c. 9. & 12. secúdum D. uum Gregorium, dies primæui fernoris & vigoris; in quibus petra, qui est Christus, cuius nomen est oleum effusum, effundebat in illum riuos olei, & magnam abundantiã gratiæ, ac dulcedinis spiritualis, quæ dies illos iucundos reddebat, & festiuos. Propter quod merito de hac petra dicitur, *Ideo adolescentula dilexerunt te*; quia ex oleo tuo per te in illas effuso, factæ sunt adolescentulæ, & ad pristinam iuuentutem renouatæ.

Ab adolescentia diligendum esse Deum.

§. 3.

TANDEM si vim huius nominis spectes, cum adolescentulus, & adolescentula indicent viros & mulieres non grandæuos, sed adhuc paruulos, qui post pueritiam adolescere incipiunt, non immerito dices commendari hic exercitium diuinæ dilectionis ab adolescentia in- C choandum esse: & ex benigna Christi Domini effusione prouenire, vt primum etiam adolescentulæ incipiant eum diligere, colere, & inser- Thre. 3. v. 27. uire; quia scriptum est, *Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. sedebit solitarius & tacebit, quia leuabit se super se.* Est enim valde honestum, vtile, & iucundum, ab ineunte ætate portare iugum diuinæ legis, & dulce iugum amoris, vt simul adolescat amor cum adolescente: nam per amorem leuat se super se, siquidem dum amat cœlestia, ad cœlestia, quibus coniungitur, eleuatur. Cum igitur sponsa laudauerit sponsi vbera, quæ ad lactandos paruulos deputantur; cum commendauerit nominis fragrantiam instar olei infusi in alios, infert paruulas animas, & adolescentulas inardescere in amorem illius: quasi dicat; Hic est primus partus, hic primus fructus diuinæ & maternæ erga nos dilectionis, vt adolescentuli, & adolescentulæ eum diligant, & amplectantur; quibus postea maiora dona largiatur, vt in amore proficiant. D Can. 1. v. 3 Vnde paulo post iterum ait, *Recti diligunt te*; quibus verbis indicat multo excellentiorem dilectionis gradum ex parte intentionis puræ, rectæ, ac simplicis, qua diligendus est Deus. Particula enim illa, *ideo*, nonnullam videtur inuoluere imperfectionem amoris propter suauitatem, & dulcedinem vberum, & vnguentorum, quæ tamen à tyronibus & paruulis non est omnino aliena; prouectiores autem, qui recti nuncupantur, ad nobiliorem amoris formam aspirant, quæ infra circa prædicta verba commodius explicabitur. Nobis autẽ sat sit modo à quo- Lib. 1. Exhort. 17. uis gradu diuini amoris, vero tamen, inchoare; licet semper ad vlteriorem sit aspirandum. Ideo enim in ipso exordio legis, ante alia præcepta proponitur hoc primum & maximum mandatum, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,* Deut. 6. v. 5. *& ex tota mente tua, & ex tota fortitudine tua*: vt sciant tyrones ab hoc sibi incipiendum, quia pri- Matt. 22. v. 36. mum; & ad eius culmen aspirandum, quia maximum; turpeque valde esse hanc perfectam dilectionem in finem vsque vitæ reiicere, & non ab ipsa adolescentia inchoare. Obseruat egregie D. Chrysostomus, dum psalmum 14. qui incipit, *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis* Hom. in Psal. 14. *requiescet in monte sancto tuo?* commentatur; quod B cum Dauid pluribus præcedentibus psalmis " hunc præfixerit titulum, *In finem Psalmus Dauid*: " in hoc tamen reticuit vocem illam, in finẽ, quo- " niam docet (inquit) de iustitia, & de reliquis vir- " tutibus: qui autem de his docet, non debet in fi- " nem vitæ suadere hæc acquirere, sed ab initio, " ab ipsis incunabulis, & à teneris vnguiculis cum " eis versari. Nemo enim puero suadens, & eum " admonens, dicit, Sis temperans ad finem; sed ab " initio eum instituit ad vitam modestam, & ab " ineunte ætate ei iacit fundamentum, Dei timorem. Sicut de Thobia legitur, quod filium ab in- Thob. 1. v. 10. fantia timere Deum docuit. Idque triplici confirmat ratione. Prima, infans adhuc vbera sugẽs 1. adducitur, vt baptizetur, & statim sacerdos exigit ab infima ætate, pacta, conuenta, & assensiones, & minoris ætate fideiussorem accipit susceptorem, & interrogat: Renũciat Satanæ? Et non dicit in finem, vel cum Christo coniungitur C in finem, sed statim in principio vitæ petit renũciationes, & cõ unctiones. Deinde omnis vir orat, vt filius eius non in finẽ ditetur; nec vt quãdo fuerit senex, prudẽs euadat; sed vt diuitiæ, & prudentia, & authoritas cum eo ab initio, versantes, ei comites sint vsq; ad senectutem. Item si nullus nostrum vult possidere seruum senem, neq; qui habet delectum exercitus, senea refert in numerum, nisi forte imperante necessitate, & vi impellente; multo magis regnans virtus mauult adolescentiam, quàm senectutem, & tanquam intactam virginem, & nihil probri passam adolescentiam secum iungit necessitudine, vt eius vitæ primitias ambiat. Vnde Christus dice- Mat. 19. v. 14. bat, *Sinite paruulos, & nolite prohibere eos venire ad* Marci 10. v. 16. *me, talium est enim regnum cælorum.* Et D. Marcus addit, *Et complexans eos, & imponens manus super illos benedicebat eos.* Complexatur in signum dilectionis; & vt notat idem Chrysostomus, quasi in si- Apud D. Tho. in catena. num suum eos eleuat; nam qui à pueritia Deum diligit, in magnam eleuatur familiaritatem cum ipso. Imponit autem manus super eos, quia spe- D ciali cura eos protegit, & auxiliatur ad ingentia opera patranda, benedictionibusq; cœlestibus replet illos. Vnde mox refert idem Euangelista quod cum quidã ei dixisset cuncta se præcepta à iuuẽtute sua seruasse, intuens eum dilexit illum. Valde enim diligit eos qui ab adolescentia sua seruiũt ei. Propter hæc igitur sponsa quasi sponso congratulans, ait, *Ideo adolescentula dilexerunt te*: quia etiam ab ineunte ætate perceperunt fra-

grantiam nominis tui. Nec mysterio caret, quod A
Salomon, qui in ipso Prouerbiorum exordio
adolescentium mentionem facit, dum ait para-
Prou.1.v.4. bolas conscribere, *Vt detur paruulis astutia, ad le-*
scenti scientia, & intellectus: nunc in cantici initio
memoratur adolescentularũ diligentium Deũ,
vt insinuet à iuuentute discendam esse sapienti-
am, & exercendam Dei dilectionem: sicut de se
Sap.8.v.2. testatur, cum ait. *Hanc amaui, & exquisiui à iuuen-*
tute mea, & quæsiui sponsam mihi eam assumere, & a-
mator factus sum formæ illius, cum ait hanc eam sa-
pientiam intelligit, de qua paulo ante dixerat,
Sa.7 v.28. *Amicos Dei ipsa constituit: neminem enim diligit Deus,*
nisi eum qui cum sapientia inhabitat. Cum autem in-
creata Sapientia sit ipsum Dei Verbum, iam spõ-
If.61.v.10. sa, iam sponsus nominatur sicut apud Isaiam sa-
tis constat. Hinc fit vt ad[illegible] ec-
clesiam tanquam sponsam, a[illegible] tã-
quam sponsum.

Vnde quod hic dicitur, *Ideo adolescentulæ dile-*
xerunt te si pręteritum pro futuro [illegible], iuxta
supra dicta, vaticinium est de eo quod futurum
erat post Christi aduẽtum in lege Euangelica, in
qua innumeri adolescẽtes & adolescentulæ ita
Christum Dominum diligunt, vt spretis carna-
libus nuptiis, virginitatem colant, vitam profi-
teãtur monasticam, & solius Christi dilectioni,
obsequioque incumbant. Vtinam sicut multi-
plicauit gentem, ita magnificet de profectu lęti-
tiam ad laudem & gloriam ipsius cœlestis
sponsi in secula seculorum.
Amen.



EXPOSITIONIS MORALIS IN CANTICVM CANTICORVM

LIBER SECVNDVS.

DE GRATIA DEI NECESSARIA AD SE-quendum Christum, ad contemplanda diuina mysteria, & ad mala huius vitæ superanda, & de nostra cooperatione cum ipsa.

TEXTVS.

Versus 3. Trahe me: post te curremus in odorem vnguentorum tuorum. Introduxit me Rex in cellaria sua: exultabimus, & lætabimur in te, memores vberum tuorum super vinum. Recti diligunt
Versus 4. te. Nigra sum, sed formosa, filiæ Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Nolite me considerare quod fusca sim, quia decolo-
Versus 5. rauit me Sol. Filii matris meæ pugnauerunt contra me. Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui.



SECVNDA deprecatio B sponsæ breuis, sed mysteriis affluens, est, *Trahe me.* Mox rationem adhibet vt exaudiatur, non quidem ex parte filius Dei, vt in præcedenti precatione, sed etiam ex parte sui dicens: quia si me traxeris; *Post te curremus in odorem vnguẽtorum tuorum.* Deinde se exauditam & tractam testatur cum subiungit; *Introduxit me Rex in cellaria sua.* Et vtriusque tam tractionis, quam introductionis fructum apponit, cum ait: *Recti diligunt te.* Sed fusius id per sequẽtia verba declarat, quæ suo loco plenius præcedentibus connectemus. Iuxta hæc tripartitus erit liber iste secundus, sicut titulus præ se fert, & textus in quo fundatur. Prima enim pars, seu primus tractatus erit de gratia Dei & Christi trahentis nos ad currendum post ipsum, & sequẽdum eius vestigia, & de nostra cooperatione cum ipsa, quod maxime spectat ad incipientes, & ad eos qui inhiant operibus vitæ actiuæ. Secunda vero de gratia Dei introducente nos in eius mystica cellaria ad contemplandum diuina mysteria. Quod præcipue ad eos attinet qui vitæ vacant contemplatiuæ. Tertia demum, de miseriis huius vitæ tum culpæ, tum pœnæ, propter quas indigemus gratia Dei trahente, & auxiliante, quoniam per ipsam auferuntur, vel tolerantur, & sine ipsa nos opprimunt.

Sed ne multiplex significatio nominis, *gratia*, aliquem pariat errorem, aduertendum est hic vsurpari nõ tantum pro habitu supernaturali, qui animæ inhæret, & eam iustam, ac sanctam reddit, sed etiam pro gratuitis auxiliis, quæ animæ tribuuntur ad iustitiam & sanctitatem ac-

tem acquirendam, vel augendam, vel ad insi- A gnia sanctitatis opera patranda. Quam gratiam Theologi vocant excitantem, præuenientem, trahentem, vel operantem. Quia vero cuncta hæc ex Christi Domini meritis nobis conceduntur, generali nomine, gratia Christi nuncupantur.

PARS PRIMA Libri II.

De gratia Dei & Christi trahentis nos ad currendum post ipsum, & de nostra cooperatione cum illa.

EXHORTATIO I.

Pro festo Annunciationis vel Natiuitatis Domini.

De iis quæ Deum traxerunt ad nos vt homo fieres, & qua ratione dilecto Dei trahat ipsum ad animam, vel potius anima trahatur ad Deum.

TEXTVS IVXTA LXX.

Propterea adolescentulæ dilexerunt te, traxerunt te.

ETSI iuxta vulgatam lectionem, quam alijs præferendam censemus, noua inchoetur precatio illis verbis, *Trahe me*: tamen septuaginta interpretes ea aliter vertunt, præcedentiq; connectunt narrationi, in hunc modum; *Propterea adolescentulæ dilexerunt te, traxerunt te*, scilicet, ad se ipsas. Quam lectionem Origenes, Theodoretus, D. Gregorius Nyssenus, ac D. Ambrosius, aliique multi patres sequuntur, etsi alij negant; *Traxerunt me*. Quæ verba referri possunt, vel ad sponsam ita sponsum alloquentem; Quia adolescentulæ dilexerunt te, ideo me traxerunt, iuueruntque me amore languentem, vt venirem ad te: vel ad ipsum sponsum sic ad præcedentia respondentem: Istæ adolescentulæ quæ, vt dicis, dilexerunt me, etiam traxerunt me ad se. In his autem lectionibus nonnulla latent mysteria, quæ breuiter oportet detegere, quoniam viam etiam aperiunt ad reliqua, quæ ex vulgata lectione iuxta huius libri propositum, deducenda sunt.

Ita habetur in codice Complutensi & Regio.

Miserias hominum & orationes sanctorum traxisse Deum vt fieres homo. §. 1.

PETierat sponsa, vt vidimus, osculum oris Dei, nempe aduentum Verbi diuini in carne, & Spiritus sancti ad sanctificandum Apostolos, & reliquos fideles, aliaque plurima dona gratiæ; experta etiam est nomen & virtutem eius esse velut oleum effusum, se ipsum effundens & communicans creaturis, propter quæ omnia (inquit) *Adolescentulæ dilexerunt te*. Amplificat modo quod dixerat, subiungens etiam; *Traxerunt te*. Hoc est, traxerunt te filium Dei vnigenitum, vt è cœlo descenderes ad terras, & fieres homo propter nos; traxerunt te spiritum paracletum, vt descenderes in Apostolos & discipulos & maneres cum illis; traxerunt te Deum viuum, & Christum Saluatorem nostrum, vt in dilectis tuis sis, & habites per fidem, gratiam, & charitatem. Sed quomodo traxerunt, & trahant explicandum est.

Et quidem si de incarnationis decreto & promisso sermo sit; duo traxerunt Deum vt vellet pro nobis homo fieri: nempe eius immensa bonitas, & nostra summa miseria. Trahi enim dicitur quis quando vi aliqua mouetur, & impellitur ad aliquid agendum; etsi vis sit interna. Quo sensu dicitur, trahit sua quemq; voluptas: & res delectabiles appetitum trahūt ad se ipsas. Contemplans ergo anima filij Dei aduentum in carne, ait, *Traxerunt te*, ô Domine, ad nos, tua infinita bonitas, tua charitas immensa, tua summa benignitas, & clementia, tua ineffabilis mi- B sericordia; & tuæ deitatis vehemens inclinatio ad compatiendum miseris, ad communicādum te creaturis, ad benefaciendum hominibus etiam inimicis & ingratis; quia delitiæ tuæ sunt esse cum filijs hominum, & miserorum compati, manifestando illis omnimodam misericordiam tuam: amor enim tuus se ipsum extra se extre compulit, vt alijs benefaceres, ijs maxime qui maioribus premebantur miserijs.

Hinc fit quod non traxerint filium Dei merita hominum, aut preces, aut eorum virtutes, cum potius peccante Adamo omnes essent peccatores, & Deo inimici, & nihil minus quam de hoc aduentu possent cogitare. Traxerunt ergo illum ipsorum hominum ingentia peccata, miseriæ, & æternus interitus, eo locutionis genere quo diceremus patrem aliquem trahi à filio periclitante in domo igne circumfusa, vel vndarum procellis agitata, vt illum à periculo liberaret; ita Deus propter nimiam suam chari- C tatem, cum videret homines grauissimis peccatis oppressos in æternum perire, tractus est ab illis vt eos erueret & saluaret. Hoc est quod testatur ipse Dominus per Isaiam, dicens: *Non me inuocasti Iacob, neque laborasti in me Israel. Veruntamen seruire me fecisti in peccatis tuis, & præbuisti laborem mihi in iniquitatibus tuis. Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me*. Ac si diceret; Ne existimes me in mundum venturum tuis attractum precibus, aut bonis operibus, vel condignis meritis: nihil enim boni in te erat quod me attraheret: sed peccata tua & iniquitates tuæ me traxerunt, & compulerunt vt formam serui acciperem, & innumeros labores & angustias propter te redimendum sustinerem. Ego ipse solus sum, qui deleo iniquitates tuas, non propter te, nec propter opera iustitiæ quæ feceris, sed propter me, & propter meam magnam misericordiam, quæ mouit me vt saluum te facerem. Cum peccarunt protoparentes in paradiso, venit Deus D statim ad illos. Sed quis traxit illum? Nunquid iustitia sua, vt serpenti malediceret, & peccatores puniret, à paradiso eiciendo illos? Vtique. Sed audeo dicere, magis traxit eum sua ipsius misericordia vt tam graui malo mederetur, spei veniam præberet, & semen mulieris futurum promitteret, quod caput serpentis contereret, & in meliorem homines reduceret paradisum.

Isa 43. v. 22.

Ad Tit 3. v. 4.
Gen 3. v. 8.

Hæc ergo peccata te Domine à cœlo traxerunt in mundum, quia nisi illa præcessissent, carnem non assumpsisses, in qua pro nostra salute mori posses.

At si de ipsa incarnationis executione loquamur, non incongrue dici potest, merita Sanctorum Patrum, bona eorum opera, preces & gemitus traxisse Deum vt decretū suum exequeretur, & homo fieret. Nam vt docet D. Thom. Sancti Patres ex congruo meruerunt incarnationem, desiderando & petendo; congruum enim erat vt Deus exaudiret eos qui ei obediebant. Inde Abrahamo dictum est: *Quia fecisti hāc rem & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi, &c. & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ.* Idemque dicendum de reliquis Patriarchis, & Prophetis, ac iustis qui vehementer Messiæ aduentum desiderabant, & poscebant. Vnde ipse Dominus in Psalmo ait. *Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus: ponam in salutari, fiducialiter agam in eo.* Id est propter mala, ac miserias quas inopes patiuntur, & propter pauperum preces, suspiria, & gemitus exurgam nunc quando iam est tēpus acceptabile, & dies salutis, & mittam filium meum vt illos redimat; salutem eorum in Iesu Saluatore constitui, per quem fortiter operabor quidquid est necesse, vt liberem eos.

3. p. q. 2. ar. 11.
Vide Suarez. disp. 10. sect. 6.
Gen. 22. v. 16.
Ps. 11. v. 6.

Hoc igitur est quod nunc ait sponsa postquā huius Saluatoris, cuius nomen est oleum effusum, aduentum petierat; *Ideo adolescentulæ dilexerunt te, traxerunt te.* Ac si diceret; Tu effudisti in animas Sanctorum Patrum oleum gratiæ tuæ ob tua merita futura, propter hoc valde dilexerunt te, & tandem suis orationibus, gemitibus, & bonis operibus traxerunt te vt oscularetis illas osculo oris tui. Libet per has adolescētulas seriem illorum patrum ac mulierum intelligere, quam refert Matthæus in genealogia Saluatoris ab Abraham vsque ad Ioseph *Virum Mariæ, de qua natus est Iesus qui vocatur Christus.* Hi omnes aut vere & ex corde dilexerunt Christum vt qui iusti erant; aut diligebant, & desiderabant aduentum eius, qui illis erat promissus. Traxerunt ergo Christum, & fecerunt illum venire Abraham, Isaac, Iacob, Dauid, & reliqui ipsius progenitores.

Matt. 1. v. 1.

Virgo beatissima traxit ad nos filium Dei. §. 2.

SEd præ omnibus traxit illum beatissima Virgo adolescentularum, & Virginum Regina, de qua natus est Iesus. Qui iure optimo potuit dicere: Multæ virgines & adolescentulæ dilexerunt me, & traxerunt, sed tu Virgo virginum præ omnibus dilexisti, & traxisti me. Tua ardentissima charitas, purissima tua virginitas, immaculata innocentia, & omnimoda perfectio traxerunt me, vt sumerem carnem ex te, quia te inueni, & feci dignam vt esses mater mea.

Ex eo enim excellentissima hæc Virgo traxit ad nos filium Dei, & ad vterum suum, vt in eo fieret homo, quod condigne est ab ipso disposita ad hoc munus præstandum, sicut passim testantur Sancti Patres. D. enim Ambrosius, cū præclaras illius virtutes retulisset, tandem concludit: Quid in singulis morer, quæ digna fuit, ex qua filius Dei nasceretur? Adstipulatur Diuus Bernardus dicens: Quæ vel Angelica puritas virginitati illi audeat comparari, quæ digna fuit Spiritus sancti sacrarium fieri, & habitaculum filij Dei. Idem D. Epiphanius: Electa est, inquit, ex multis millibus, quo vas, & habitaculum dignum esset diuini Verbi. A virginis ergo eximia pulchritudine, & puritate captus, & tractus est filius Dei, vt in eius vtero requiescere dignaretur. Testatur Diuus Basilius in Scriptura vnicornem, vel Rhinocerotem; figuram esse filij Dei: de quo dicitur: *Et dilectus quemadmodum filius vnicornium.* Est, inquit, vnicornis animal imperiosum, homini non subditum, nullis viribus domabile, perpetuo in solitudinibus agens, vno cornu securum. De quo Dominus ad Iob: *Nunquid volet Rhinoceros seruire tibi, aut morabitur ad præsepe tuum?* Quapropter & inaspectabilis Domini natura vnicorni assimilata est, cum propterea quod omnibus dominatur, tum quod vnum habeat sui ipsius principium, nempe Patrem. Caput namque Christi Deus est. De hoc refert Pierius inter hieroglyphica, ita amantem pudicitiæ esse, vt deposita feritate cum ad fontem tendit; in virginis gremium inclinatum caput collocet, ibique dormiat: & ita à venatoribus capiatur. Quod si ita est, etiam in hoc hieroglyphicum erit eiusdem vnigeniti filij Dei, qui sacratissima virginis pudicitia delectatus, in eius vtero requieuit, cum ex ea carnem sumpsit; ipsaque eum nobis cepit, alligauit fascijs, & in præsepio commorari fecit; ac sibi seruire: scriptum est enim, *Quod erat subditus illis*: imo etiam ministrauit, & tandem à venatoribus & inimicis captus morti addictus est.

Lib. 2. de virginibus sere à principio.
Serm. 4. de Assumpt.
Hæresi 78.
Hom. in Psalm. 28. circa versum 6.
Idem in hom. 2. super eundem Psal.
Iob. 39. v. 9.
Lib. 2. ad finem.
Luc. 2. v. 51.

Propter hæc ergo sponsus, quasi respondens omnibus quæ sponsa de illo prædicauerat ait: *Traxerunt me.* Qui Domine traxerunt te? Et quo traxerunt te? Traxerunt me (inquit) homines, & eorum peccata, ac miseriæ, à cœlo in terram, à sede patris in matris gremium; à gremio in præsepium. Traxerunt me inimici mei vinctum ab horto in domum Caiphæ, inde in prætorium Pilati, & à prætorio in crucem. Sed quis Domine posset trahere te, nisi tu voluisses trahi? Traxerunt te quidem homines, sed magis traxerunt te tuæ immensæ charitatis virtutes: traditus es, quia voluisti; tractus es, quia ipse venire desiderasti. Quid retribuemus tibi pro ijs quæ retribuisti nobis, nisi vt omnes *Curramus post te in odorem vnguentorum tuorum.* Vtinam singulis auxilieris, vt ad nos te trahere valeamus.

Iuxta aliā lectionem.

Qua ratione nostra dilectio trahat Deum ad animam. §. 3.

HIc est potissimus fructus Dominici aduentus; & secundus sensus tropologicus valdeque proficuus horum verborum, *Ideo adolescentulæ dilexerunt te, traxerunt te.* Ad cuius intelligētiam aduertere oportet ordinem Iustificationis, & sanctificationis ita se habere, quod ipsa Dei charitas & dilectio præuenit peccatores, qua ipse trahitur, vt illorum miserijs & languoribus medeatur: peccatores autem à Deo excitati, & adiuti, diuinæ gratiæ consentientes, ad iustificationem se vltimo disponunt per actum contritionis & dilectionis Dei super omnia; in eodemque

Modus iustificationis à peccato

den qu[illegible] gratia& ha-titas, ac [illegible] illis Spiritus san[illegible]: perſequentes vero actus dilectionis Dei, merentur noua gratiæ & charitatis incrementa, quæ illi etiam [illegible] Spiritu ſancto quaſi nouo modo ſtatim communicantur. Vtrumque ergo ſtatum complectuntur hæc verba: vt ſenſus ſit; Adoleſcentulæ illæ animæ quæ aliquando licentioſe viuentes à te receſſerant modo vero in virtute proficiunt,& dilexerunt te,& prima ſua dilectione dei[illegible] traxerunt te, vt in ipſis per gratiam & charitatem habitares; deinde vero continuo diligentes te, traxerunt te vt in illis libentius commoreris & adhæreas. Inde D.Gregor. Nyſſenus ait, trahi Deum ab animabus diligentibus ipſum, per ipſammet earum dilectionem, per quam illum ad ſe conuertunt, prout ipſe fatetur cum ait: *Ego diligentes me diligo. Et qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum.* Et paulo poſt; *Et ad eum veniemus & manſionem apud eum faciemus.* Et ſponſa ait: *Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius.*

Hom. 1. in Cant.

Pſ 8. v. 21.

Ioan. 14. v. 21. & 23.

Cant 7. v. 10.

Magna ergo præcellentia & vis diuinæ dilectionis, quod Deum trahat ad animam diligentem. Ipſa Dei dilectio, eſt Dei attractio, & quidquid Dei dilectionem nutrit & auget, Deum ad ſe trahit; & qui ad ſe trahit donum dilectionis creatæ attrahit etiā ipſam dilectionem, & charitatem increatam qui eſt Spiritus ſanctus: inde & Dauid dicebat: *Os meum aperui & attraxi ſpiritum, quia mandata tua deſiderabam.* Nam ſicut homo cum reſpirat, attrahit ad ſe aerem, qui intrat ipſa penetralia, & refrigerat illum: ita etiam cum deſiderat mandata Dei, quod eſt ipſum diligere, attrahit ad ſe Spiritum ſanctum vt in ea illo maneat. Ideoque merito ipſe diuinus Spiritus ait, *Traxerunt me:* veſtræ ſcilicet orationes, veſtra deſideria, gemitus, ſuſpiria, & bona opera, hæc me traxerunt, & vi quadam mihi ſuaui me ad vos deſcendere fecerunt, hæc me vinciunt, hæc me trahunt, & miro modo cogunt vt quod vultis faciam. Nonne vinctus erat à Iacob, qui dicebat: *Dimitte me, jam enim aſcendit aurora?* & ipſe Iacob reſpondit; *Non dimittam te niſi benedixeris mihi.* Nonne ligatum ſe putabat à Moyſe, qui dicebat illi; *Dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos?* Preces enim Sanctorum quaſi ligant, & impediunt Deum, ne malum quod minatur, efficiat. O mira vis animæ diligentis Deum! O dulce colloquium inter Deum, & animam! Hæc dicit, *Adoleſcentulæ dilexerunt te.* Ille reſpondet, *Traxerunt me.* Quaſi dicat: Si vis me trahere ad te, dilige me. Si cupis quod orationes, ac deſideria tua, Deum trahant, vt faciat quod poſtulas, dilige ipſum ex toto corde tuo, quia dilectio virginis caſtæ amorem inſuperabilem ſuperat, ad ſe trahit, & ſibi adhærere per amorem facit. *Nam dilectus ficut filius vnicornium.* Id eſt, eum eſt dilectus ab ipſa anima caſta, eſt erga illam quaſi vnicornis, in eius gremio libenter requieſcens.

Pſ 118. v. 131.

De efficacia orationis eius qui Deum diligit.

Geneſ 32. v. 26.

Exod 32. v. 10.

D. Hieron. epiſt. ad Gaudentium.

Pſ. 82. v. 6.

Sed adhuc eſt myſterium mirabilius in ijs verbis: quia tanta eſt virtus animarum ſanctarum, quod non ſolum trahant Deum ad ſe ipſas, ſed etiam ad plures alios. Et ſicut preces Moyſi vincebant Deum ne vindictam ſumeret de peccatoribus, ita trahebant ipſum, vt parceret & benefaceret etiam indignis. Et quis traxit Chriſtū

Exod 32. v. 10.

Act 9.

Dominum à cœlo, vt converteret Saulum? Profecto miſeria ipſius Sauli & feruens oratio D. Stephani. Illa mouit Dei miſericordiam ad compaſſionem, hæc impetrauit veniam, & Sauli conuerſionem, vt li[illegible]eat etiam hic dicere: *Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam dicit Dominus.* Nam miſeria peccatorum, & gemitus ac oratio iuſtorum excitant diuinam clementiam vt miſeris modo benefaciat. Imo quod maius eſt, etiam iuſti & ſancti à minoribus adiuuantur. Quorum preces etiam multoties Deum trahunt ve maioribus auxilietur. Propter quod Paulus iam in Apoſtolatus apice conſtitutus, à fidelibus petebat, vt orationibus eum apud Deum adiuuarent. Et hoc etiam videtur ſenſiſſe ſponſa, cum ſponſo, cuius præſentiam poſtulauerat, & oſculum concupierat, inquit: *Adoleſcentulæ dilexerunt te, traxerunt te.* Ipſæ adoleſcentulæ pediſſequæ meæ, quæ nimis diligebant, traxerunt te ad me, vt tua ego præſentia fruerer, vt ego etiam illis benefaciam: vt ego cum illis, & illæ mecum ſimul, *Poſt te curramus in odorem vnguentorum tuorum.* Sed de hoc poſtea.

Pſ. 11. v. 6.

Ad Rom. 15. v. 30.

2. Cor. 1. v. 11.

§. 4.

Hoc tamen aduertere oportet, quod quando animæ diligentes Deum ſuis dilectionibus & precibus dicuntur trahere ipſum, reuera non tam Deum trahunt ad ſe, quam Deus trahit illas, vel ipſæ trahuntur ad Deum. Quoniam ille trahitur proprie qui mouetur ad alium locum. Deus autem cum ſit vbique & immutabilis, non trahitur, ſed trahit alios vt adhæreant illi, quando de nouo ſua illis communicat dona; vnde fit vt ipſe de nouo denominetur venire, aut trahi, quoniam in illis aliquid de nouo operatur. Quod exemplis declarat D. Dionyſius his fere verbis Si lucidiſſima cathena à cæli ſummitate eſſet ſuſpenſa vſque ad terram, & nos ſemper eam alternis manibus in anteriora porrectis capiamus, videremur quidem ipſam ad nos trahere, ſed reuera potius nos traheremur, & ad ſublimiores illius radios ſeu annulos promoueremur. Rurſus ſi ingreſſi nauim funes è rupe vel ſaxo quodam ad nos vſq; porrectos teneamus, dum funes trahimus, videmur ſaxum trahere & tamen è contrario nos ipſos & nauim ad ſaxum, quod immobile eſt trahimus & reducimus. Ad hunc igitur modum animæ per orationem miſſam ad cœlum, tanquam per cathenam, & per preces fuſas petram quæ Chriſtus eſt, tanquam per funes, videntur ad ſe trahere Deum, qui tamen immobilis vbique manet: cæterum potius nos trahimur ad illum vt ei vniamur & adhæreamus, & hoc quod ſubditur eſt; *Poſt te curremus:* tracti à te & à virtute tuorum cœleſtium vnguentorum ſequemur veſtigia tua. Quare magis propria eſt vulgata verſio quæ dicit, *Trahe nos.* Quā in ſequentibus explicabimus, ita tamen vt hanc orationis cathenam, & horum precum funes crebro mittamus ad cœlum; vt vel Deum trahamus ad nos, vel vt ipſe nos ad ſe trahat: ſuper omnia autem inſiſtentes dilectioni Dei ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & ex omnibus viribus noſtris, vt trahamus Deum ad cor, animam, mentem, & vires, vt in illis, ſemper ſit, & permaneat.

c. 3. de diu. nom.

Etenim cū Deus charitas ſit, & amor increatus

tus creatumq; amorem quem ipse infundit, inseparabiliter comitetur, quicunque hunc elicit, etiam illum ad se trahit. Si diligis Deum ex toto corde tuo, trahis Deum ad cor tuum. Si diligis ex tota anima & mente, trahis ad animam & mentem tuam. Si diligis ex omnibus viribus tuis, trahis eum ad omnes vires tuas vt cum illis sit & operetur. Quamuis enim proprium amoris sit amantem in rem quam amat, transferre, vt quasi alienatus à se, ibi sit cor, vbi est thesaurus, & res dilecta, cuius bonitas, & pulchritudo trahit ad se diligentem vt sit in ipsa: tamen tanta est bonitas, & pulchritudo dilectionis, quam Deus animæ communicat vt trahat ipsum Deum ad illam: ob quod dicitur manentem in charitate in Deo manere, & Deum in illo. Et quid mirum quod anima diligens trahat ad se Deum, quæ

Cant. 4. v. 9. potens est vulnerare ipsum? Ipse enim ait, *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa.* Vbi Septuaginta legunt iuxta textum Hebræum; *Cor abstulisti nobis soror mea sponsa.* Et quomodo à me abstulisti, B

Cant. 6. v. 4. nisi quia ad te illud traxisti? Et iterum ait: *Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt.* Hoc est, rege parumper oculos tuos; tanta est enim eorum pulchritudo, quod me auolare fecerunt extra me, & egredi à me ipso, vt in te sim. Hoc autem idem est, ac si diceret; Ipsi me traxerunt ad te. Quamuis autem anima dicatur trahere ad se Deum, quia tamen ipse Deus dat illi pulchritudinem, virtutem & dilectionem, per quã trahit illum, potius ipse Deus trahit illam ad se, vt illam vniat sibi.

Denique quamuis charitas præcipue Deum ad se trahat, idem etiam dicendum est de virtutibus supernaturalibus, quæ illam comitantur in adolescentulis. Humilitas enim, mansuetudo, patientia, obedientia, misericordia, castitas, & aliæ huiusmodi trahunt ad se Deum, vt sit in anima quæ illis virtutibus est cõdecorata. Quo sensu dicimus quod humilitas, & virginitas traxerunt filium Dei ad beatissimam Deiparam. C Sed hæc melius intelligentur per ea quæ dicemus, de modo quo nos ad se trahit Deus, cui sit honor & gloria in secula seculorum.

EXHORTATIO II.

De munere vocandi, & trahendi homines ad se, quod fuit proprium Christi Domini, & de efficacia qua trahebat eos prodigiosis beneficiis, doctrinæ verbis, & sanctitatis exemplis.

Trahe me; post te curremus in odorem vnguentorum tuorum.

Pro Dom. 4. quadragesimæ Et pro cõmuni Martyrum circa Euangeliũ, *Descendens Iesus.* vel vnius

ADest secunda precatio Ecclesiæ, quæ vel ad antiquam referri potest, vel ad nouam, D & ad singulas animas quæ in ipsa sunt, & vtroque modo magnis scatet mysterijs. Et ab antiqua exordientes, cum ardenter exoptasset, & petijsset Saluatoris aduentum, nunc petit primum fructum aduentus illius sub his verbis, *Trahe me; post te curremus in odorem vnguentorum tuorum.*

A Dei letans ... ipso Christo excitari, vocari & ... ad fidem, cognitionem, & amorem ipsius ... vt curtat post ipsum, eius imitando & sequendo vestigia. Petit autem Ecclesia ex populo Israel ... collecta, quod cum tra... primum ipsam, efficeret quod si traheret illam, non solum ipsa curreret, sed etiam curreret populus gentium, similiter vocatus ... ; & hoc indicant illa verba: *Post te curremus.* *Martyris ... Venite ad me omnes qui laboratis.*

Ad cuius intelligentiam aduertendum est, præcipuum Saluatoris munus fuisse, postquam prædicare cœpit, vocare, & inuitare homines, maxime ex populo Israel, ad veram fidem & cognitionem ipsius habendam, & amplectendam legem quam promulgabat: nec quomodocunque vocare, sed etiam trahere, id est, vi quadam interna dulci, suaui, sed efficaci eos mouere, & quasi compellere, vt ad ipsum venirent, vel post ipsum currerent: infundebat enim illis lumen quoddam internum, quod ita intel- *Gratia excitans & trahens.* B lectum illustrabat, & inflammabat voluntatem erga bonum quod illis proponebat, vt mox relictis omnibus ad illum confluerent, sicut Prophetæ præ dixerant, sed maxime Oseas, qui postquam dixerat, *Ex Ægypto vocaui filium meũ.* Quod Diuus Matthæus interpretatur de reditu Christi Domini ex Ægypto: subiicit modum, quo cum cœpisset prædicare, tracturus erat post se populum; dicens: *Traham eos in funiculis Adam, & in vinculis charitatis.* *Isa. 2. v. 2. Michææ 4. v. 1. Osee 11. v. 1. & 4. Matth. 2. v. 15.*

Ac si diceret; Non traham eos in funiculis timoris & minarum, nec in vinculis ferreis flagellorum; minans, sicut olim feceram in lege veteri, horribiles maledictiones & temporales pœnas transgressoribus; sed traham eos in funiculis, quibus homines rationis compotes & ingenui trahi solent, & in vinculis charitatis & dilectionis, vt amore trahantur ad id quod volo amplectendum. Et *Quia funiculus triplex difficile rumpitur*, eo quod fortis est ad ad ligandum, tri- *Eccl. 4. v. 12.* C plici funiculo trinoq; charitatis vinculo Christus Dominus suum munus trahendi erga homines exercuit, vt mirandum, aut stupendum sit, quod non traxerit omnes, sed plurimi restiterint, nec trahenti consenserint. *Vide infra lib. 2. exhort. 5. & lib. 5 exhort. 4.*

De tractione per prodigia & beneficia. §. 1.

PRIMO quidem cœpit Christus Dominus homines ad se trahere ingentibus miraculis & prodigijs in eorum vtilitatem exhibitis, benefaciendo & sanando omnes oppressos à diabolo, innumera ac prodigiosa singulis beneficia impertiendo; quæ funiculi erant Adam, & vincula charitatis, quibus trahebantur ad fidem, & doctrinam eius recipiendam. Conuertit primum aquam in vinum, & crediderunt in eum discipuli eius. Sanauit filium reguli, & credidit ipse, & domus eius tota. Curabat infirmos, mundabat leprosos, cæcos illuminabat, & suscitabat mortuos, & his beneficiis ligatum tra- D hebat ad se vniuersum populum. Sic enim ait D. Ioannes; *Sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa quæ fiebant super his qui infirmabantur.* Et D. Lucas ait, quod *multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa, &c. venerant vt audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.* *Act. 10. v. 38. Ioan. 2. v. 11. & 53. Ioan. 6. v. 2. Luc. 6. v. 17.*

Duplex

Duplex quidem exibat ab eo virtus, quæ sanabat, & trahebat ad se omnes: altera sanitatis corporalis, altera spiritualis salutis: per priorem trahebat ad se corpora, per posteriorem animas: nã quoniam medebatur corporibus, sanabat etiam mentes. Imo ideo trahebat eos ad se in funiculis Adam, quæ sunt beneficia corporalia hominibus magis nota, & accommoda, vt traheret animas in vinculis charitatis per interiores illustrationes & affectiones immissas, & admissas, occasione impertitæ sanitatis. Quod egregie confirmat Angelicus Doctor hac ratione. Quoniam Christus Dominus miracula patrabat diuina virtute: Dei autem perfecta sunt opera, nihil vero est perfectum nisi finem consequatur, at externarum curationum per Christum præstitarũ, finis præcipuus erat curatio animæ. Non ergo dicebat ipsum alicuius corpus curare, nisi si nul eius curaret animam. Vnde vt Saluatoris expleret officium, languidos quos curabat, monebat, ne amplius peccarent, indicans à peccatis etiam fuisse sanatos. Et cuidam Paralytico dixit: *Ecce sanus factus es, iam noli peccare.* De quo postea testificatus est: *Quod totum hominem sanum feci in Sabbato.* Totum (inquit D. Augustinus) sanum fecit, quia curatus est vt sanus maneret in corpore, & credidit vt sanus esset in anima, & iterũ curaturus in Sabbato hominem habentem manum aridam, interrogauit Scribas & Pharisæos circumstantes; *Si licet Sabbatu benefacere, an male? an animam saluam facere, an perdere?* Et statim sanauit manum. Qui interrogatione, vt idem Augustinus notat, vsus est Dominus, quia sanitas manus dexteræ, collatam animæ salutem significabat.

3. p. q. 44. art. 3. ad 3. Deut. 32. v. 4.

Ioh. 5. v. 14. Ioh. 5. v. 23. Tra. 30. in Ioan.

Luc. 6. v. 9.

Lib. de quæst. Euang. q. 7. tom. 4.

Nec solum sanabat infirmos, sed etiam sanabat famelicos, & pœne deficientes reficiebat, nam panibus & piscib. quatuor & quinque millia hominum qui eum sequebantur, satianit, quo beneficio eos fortius ad se trahere conabatur, vt in se crederent. Quam ob rem cũ multi eorum, non spiritu traherentur, sed carne, nec eum ad salutem animæ, sed ad satietatem corporum iterum quærerent, obiurgauit eos dicens: *Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam.* Quo monet nos omnia beneficia temporalia, & miracula ab ipso patrata, ita à nobis accipienda tanquam funes & vincula quibus trahamur ad ipsum quærendum, & per fidem ac dilectionem adhærendum illi. Indecens enim est in ipsis beneficijs sistere, vt tibi tantum vtilia sunt; hoc enim est seipsum quærere, non Christum; & commodum tuũ benefactori præferre: quin potius ex illis funiculos debes texere, & dulcia vincula facere quib. à Deo traharis, post ipsum curras, illique hæreas: ascendens à cibo qui perit ad quærendum eum qui in æternum manet; tractus per temporalia bona, vt inquiras & obtineas sempiterna.

Ioh. 6. v. 26.

Sed contemplare quæso admirabilem prouidentiam Dei ad trahendos ad se homines. Duplicia enim Dei beneficia supra retulimus, quædam naturalia, quædam vero supernaturalia: illa quæ ad creationem, & conseruationem spectant, funiculi Adam conuenienter vocantur. (Sumitur autem hic Adam non vt nomen proprium, sed cõmune hominis) quia per illa homo, si hominis rationem non exuit, vehementer alligatur & astringitur Deo benefactori suo, vt illi seruiat. Vnde cum Rex Dauid audisset Dei insignia beneficia à Natham Propheta sibi nũciata exclamans ait: *Quis sum ego Domine Deus, & quæ domus mea, quia adduxisti me huc vsque?* (id est vsque ad sceptrum regni) *Sed & hoc paruum est in conspectu tuo Domine Deus, nisi loquereris etiam de domo serui tui in longinquum: ista est enim lex Adam Domine Deus.* Ac si dicat: Collatio tantorum beneficiorum est lex qua Adam, & cunctos homines ligas, ac trahis vt seruiant tibi. His funiculis Adam Patriarcha Ioseph ita se astrictũ sensit tum Deo, tum Putiphari hero suo, vt eius vxori quæ ad peccatum eum instigabat, responderet, *Dominus meus omnia mihi tradidit præter te, quæ es vxor eius: quomodo ergo possum hoc malum facere & peccare in Deum meum?* Quid est, quomodo possum? Nunquid non liber erat ad faciendum quod vellet? Vtique. Sed ita erat beneficiorum catenis ligatus; vt quasi impossibile sibi putaret à tanto benefactore Deo, & homine per peccatum diuelli. Vnde vim vi repulit; vim importunæ mulieris, vi quam illi inferebat munificentia benefactoris.

Alius sensus est de posteritate habenda per generationẽ. Gen. 39. v. 8.

D. Greg. lib. 30. Mor. c. 18.

Sed licet hi funiculi Adam fortissimi sint ad trahendum homines, placuit tamen Deo addere vincula charitatis, id est beneficia supernaturalia, quæ ab ipso Deo qui charitas est, procedunt; cuiusmodi sunt incarnatio Verbi diuini, promissio regni cœlestis, & cætera quæ supra commemorauimus: quæ si agnoscantur vehementius ligant, & trahunt homines ad Deum, vnde Saluator testatus est quod, *A diebus Ioannis Baptistæ regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Ipse enim primus cœpit manifestare ingentem regni cœlestis promissionem, dicens: *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum.* Hæc autem tam præclari beneficij promissio talem vim intulit hominum cordibus vt eos quasi vinculis quibusdam ligatos ad baptismũ traheret. Nam vt refert D. Mathæus, *Exibat ad eum Ierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane confitentes peccata sua.* Sed multo clarius Redemptor ipse de singularissimo suæ passionis & mortis beneficio loquens, ait: *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* Sed de hoc paulo post.

Matth. 11. v. 12.

Matt. 3. v. 5.

Cum igitur hæc omnia quasi à longe intueretur antiqua Ecclesia, quæ Messiam expectabat, merito dicebat: *Trahe me, post te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Ac si diceret; Vtinam iam in carne appareres, & traheres me in funiculis Adam, & in vinculis charitatis, per ea beneficia quæ mundo es exhibiturus; tunc enim omnes curremus in odorem vnguentorum tuorum, id est tracti fragrantia beneficiorum istorum. Beneficia enim tua odores sont, à tuis virtutibus ac perfectionibus efflati, qui nos alliciunt, & trahũt vt sequamur te. Tu ergo qui hęc beneficia recepisti, & hos odores percepisti, si tamen percepisti, cur non curres post Christum tractus ab illo? Contemplare igitur huiusmodi Saluatoris tui beneficia, & ipsa trahent te vt sequaris illum.

Ioan. 12. v. 32.

De tractione per efficaciam prædicationis, & magnitudinem doctrinæ. §. 2.

PRæter miracula, & beneficia, ipsa etiã Christi verba homines ad se trahebant in funiculis Adam, & in vinculis charitatis. Erant n. verba diuina, & verba vitæ æternæ. Vnde ipsi dicenti ad Apostolos; *Et vos vultis abire?* Respondet Petrus nomine omnium Apostolorum; *Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* Ac si diceret; Quomodo à te recedere possumus, qui nos tibi ligatos habes verbis tuis, in quibus nostra salus, fœlicitas, & vita æterna consistit? Doctrina enim Christi altissima erat, ac plane diuina, quam tradebat ipse talib⁹ verbis, rationibus, ac persuasionibus, vt quasi quibusdam funiculis Adam ligaret homines: hi n. qui secundum rationem viuunt, ratione ligati solent: & quia in his verbis mira splendebat charitas, affabilitas, & mansuetudo, etiam erant vincula charitatis, quæ est vinculum perfectionis, quibus vinctos ad se trahebat omnes; ideoque de illo dicitur: *Quod erat docens tanquam potestatem habens*, sc. super corda audientium, vt illos illuminaret, inclinaret, & traheret quocunq; vellet. Trahebat autem innumeram populi multitudinem qui cum audiebant credebant, ac admirantes dicebant: *Nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo.*

Ioan. 6. v. 68.
Ad Col. 3. v. 14.
Matt. 7. v. 29.
Ioh 7. v. 46
Luc. 6. v. 17.

Et hoc ipsum est quod testatur D. Lucas cum ait, quod multitudo copiosa sequebatur Deum; qui venerant *Vt audirent eum, & sanarentur à languoribus suis.* Non enim veniebant tantum vt sanarentur à languoribus, si quidem multo plures sani concurrebant ad ipsum; sed vt audirent eum diuinis verbis diuinam doctrinam edocentem, *Quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.* Ex ore enim eius procedebat virtus, quæ miraculose sanabat infirmos: nam dicẽs cæco, respice, præstabat ei visum: dicens mortuo, surge, ad vitam reuocabat. Nam (vt ait Sapiens) *Neque herba, neque malagma sanauit eos, sed tuus Domine sermo qui sanat omnia.* Cæterum præter hoc, ex ore ipsius procedebat sermo doctrinæ cœlestis, tam miræ & prodigiosæ virtutis, vt illuminaret, & sanaret eorum & ea sibi deuinciret. Vnde ad manifestandam hanc omnipotẽtem virtutem vnico verbo plures ad se trahit: hac n. voce *sequere me*, attraxit Petrum & Andream, Iacobum & Ioannem, Philippum & Matthæum publicanum; qui relictis parentibus, & omnibus quæ possidebant, etsi Matthæus multis polleret diuitijs, mox hilariter secuti sunt eum, non imprudẽter vel inepte, aut animi leuitate moti, sed ab interno lumine, & affectu, fortissimisque rationibus subito eis impressis allecti, & tracti, & vi quadam diuina ad id compulsi. Et quamuis Scribæ & Pharisæi propter nimiam eorum superbiam, & auaritiam ei restiterint, tamen sæpius ita eos rationibus conuincebat, vt obmutescere faceret, nec haberent quid responderent ei, traherenturq; ab illo, n. si malitia sua excæcaret eos. Vocatio n. & gratia trahens (vt mox dicemus) nemini aufert libertatem, sed volentem trahit, & libere consentiẽtem ad Christum perducit. Inde sponsa paratam se præbens ad ipsum audiendum, & sequendũ ait: *Trahe me, post te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Ac si dicat; Veni Domine, vt verbis tuis nos doceas, & trahas, quia ego & filij mei trahi cupimus, & prompte post te curremus post mirificos odores, qui ab ore tuo, & verbis tuis ad nos vsque procedunt; *Labia enim tua lilia sunt distillantia myrrham primam.* Lilia præ omnibus floribus sunt candidissima, pulcherrima, & odoratissima. Myrrha v. non quæuis, sed prima, & electa, quæ sponte ab arbore prodit, etiam est valde flagrãs, incorruptionemq; impertiens; cum autem Christus Deus sit, homoque, verba, sermones, ac doctrina ipsius à diuinitate habent q̃ sint purissima, & præcellentissima, diuinæque fragrãtiæ sicut lilia; ab humanitate antẽm quod à corruptione vitiorum per abnegationem, ac mortificationem sui ipsius præseruent, instar myrrhæ Doctrinam ergo sublimis perfectionis, & abnegationis distillant, i. e. suam, & iucundo modo proponunt, & cordibus infundunt: propter hoc enim de ipso dicitur; *Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis.* Per labia autem diffundebatur hæc gratia in audientes illum, vt eos in admirationem raperet. Nam vt ait D. Lucas: *Omnes mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius.* Et hæc etiam gratia trahebat eos, vt verbis adhiberent fidem, & magistri sequerentur vestigia. Vtinam modo hæc verba profunde considerares, nam adhuc inest illis vis ista, vt ab eis traharis.

Sap. 16. v. 12.
Matt 9. v. 9.
Cant. 5. v. 13.
Ps. 44. v. 3
Luc. 4. v. 22.

De tractione per heroica sanctitatis exempla. §. 3.

MAximam verbi & doctrinæ ad trahendum homines efficaciam præbent heroica sanctitatis exempla, quæ in Christo Domino omnimodam, & infinitam præ se ferebant gratiam, & pulchritudinem plus diuinam, quam humanam, quæ omnium intuentium caperet oculos, si aliqua non essent lippitudine infecti. Insultabat Iulianus Apostata in filios Zebedæi & Matthæum, quod ad vnicam vocãtis vocem sequerentur Christum; respondet D. Hieron. Certe fulgor ipse, & maiestas diuinitatis occultæ, quæ etiam in humana facie relucebat, ex primo ad se videntes trahere poterat aspectu Si n. in magnete lapide, & succinis hæc vis esse dicitur, vt anulos, & stipulas, & festucas sibi copulent, quanto magis Dominus omnium creaturarum ad se trahere poterat, quos volebat? Hæc Hiero. Iste autem diuinitatis fulgor non solum splendebat in facie Christi, sed in omnibus eius partibus, quas sigillatim numerat & commendat sponsa à summa pulchritudine, qua tracta est vt eum diligenter & anxie quæreret. Refulgebat etiam hæc diuinitas in cunctis eius operibus & virtutibus, in modestia, mansuetudine, humilitate, misericordia, charitate, & reliquis. Vnde sicut magnes ferrum ad se trahit, per hoc quod imprimit illi qualitatem quãdam, & impulsum, quo affectum ferrum trahitur, & adducitur ad illum: sic diuinitatis fulgor in Christo, emittebat cœlestem quẽdam splendorem in eos quos efficaciter vocabat, quo illustrati & inflammati interius, vi quadam diuina attracti ad ipsum currebant.

In Matt 9.
Idem D. Tho. 3. p. q. 44 art. 3. ad 1.
Cant. 5. v. 10.

Hic eius fulgor mire describitur in Psalmo, q̃ de ipso decantatur, cum dicitur: *Accingere gladio tuo* (scilicet verbo prædicationis) *super femur tuum potentissime. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prospere procede & regna. Propter veritatem & mansuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittæ tuæ acutæ: populi sub te cadent; in corda inimicorum Regis.* Ideo n. verba Christi prædicantis, erant velut gladius potentissimus, & sicut sagittæ acu-

[illegible] ...ebant, A & [illegible] ab [illegible] ... [illegible] ... tema veritas, manifestu [illegible] iustitia, ac omnig[illegible] virtus, quę cuncta d[illegible] tem p[illegible].

I[illegible] igitur [illegible] bus funiculis, & vinculis charitatis [illegible] olés Christus Dominus omnes ad se trahere, sic vocabat eos: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, [illegible] ego refi[illegible]iam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris: iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.* En tibi tria vincula charitatis, quibus trahaeris. Primum promi[illegible]io [illegible]ngentium [illegible]enficiorum, dum ait; *Ego reficiam vos, & inuenietis requiem animabus vestris.* Secundum, præclarum sanctitatis exemplū quod sequ[illegible]is, dum inquit: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Tertium vero, præcellentia ac suauita[illegible], ac doctrinę quæ dicitur iugum suaue, & onus leue. Cunctaque verba trahunt, quia diffusa est mira gratia in illis, & sunt velut li[illegible] destillantia myrrham primam legis Euangelicæ, quæ omnium peccatorum vulnera sanat & summe fragrat. Hanc vocationem audire desiderabat, quæ dicebat: *Trahe me, post te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Vnguenta tua Domine sunt deitatis tuæ infinitæ perfectiones, maxime autem hæ tres. Tua omnipotens misericordia, & charitas, à qua tanquam odores profluunt innumera in nos collata beneficia, & cōfetenda: tua immensa sapientia, vnde fluit odorifera tua doctrina, & verba, quæ sunt spiritus & vita; ac tandem diuina tua bonitas & sanctitas, vnde tot exhalatur odorea, quot exercuisti virtutum actus. His ergo odoribus attracti post tē curremus, si non traxeris. Trahe ergo nos Domine ad te, vt sequamur te. O magnes diuine, ferrea nostra corda ad te benigne trahe: vt tibi sem per adhærentes per amorem; curramus post te per imitationem. Et sicut non tantum magnea, sed ferrum ab ipso tactum aliud trahit ferrum; ita nos tua virtute tracti, & corroborati, alios etiam trahamus, vt plures simul curramus post te in odorem exemplorum tuorum.

Simile. Sed aduertas oportet, quod quamuis ferrum natura sua grane sit, & proprio pondere feratur deorsum, tamen tractū virtute magnetis ascendit sursum vt hæreat illi: sic etiam etsi sensus hominis, & cogitatio prona sit ad malum ab adolescentia sua, & ex corruptione naturæ propensus sit homo ad terrena, & voluptuosa; tamen cum trahitur à Christo virtute gratiæ trahentis, hanc superat inclinationem, & contra propensionem deprauatæ naturæ ascendit ad superiora, vt Christo per amorem inhæreat, & post ipsū curtat: idque non coactus, sed valde spōtaneus, summaque facilitate, & suauitate, quoniam gratia trahens facit iugum suaue, & onus leue. Est enim instar trochleæ, per quam saxum, vel lignum magni ponderis, quod multi homines D manibus leuare nequirent, pauci facile leuant & in sublime quocunq; volunt, illud trahunt: ita etiam contingit animæ, quæ multotiea est peccatis onerata, & terum terrenarum affectione oppressa, vt nullæ hominum suasiones, consilia, & promissa illam valeant inde amouere, vel leuare: cæterum cum gratia Christi trahens tangit cor eius, tanquam quadam cęlesti troch-

[illegible], eleuat [illegible] terra, peccata deserit, diuitias cōtemnit, [illegible]luptates respuit, & ad Christum tendit, eu[illegible] volat, v[illegible] illum sequatur, & illi adhæreat. [illegible] posset Matthæum à telonio auellere? Mat. 9. v. 9 aut quis Saulum furibundum à persecutione q̄ Act. 9 v. 1. minabatur, detinere valeret? Accessit gratia trahens, lumen Dei illuminās mentem, & eam inflammans: & mox tracti sunt, vt relictis omnib. post Christum currerent. Et quis modo innumeram adolescentium, & virginum turbam à sęculo in religionem facillime transfert relictis parentibus, connubijs, patrimonijs, & ingenib. diuitijs, ac honoribus? Nonne gratia Christi trahens, quæ in funiculis Adam, & in vinculis charitatis impellit eos à sæculo fugere, & post Christum currere? cuius iugum, & onus quod antea incomportabile apparebat, modo leue apparet, & suaue. Vnde postquam dixerat; *Tra-* Ose. 11. v. 4 *bam eos in funiculis, &c.* subdit; *& ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum.* Nā gratia Christi B suauiter trahens, iugum & onus, quod antea premebat, ita exaltat, & eleuat, vt nulla molestia sentiatur.

Confirmat quod diximus modus loquendi Isa. 2. v. 2. Prophetarum dicentium, quod ad Christum Michea 4. montem eleuatum super verticem montium v. 1. fluent populi, & gentes vt doceantur ab illo: fluere autem proprium est aquæ, & fluminum, qui potius à mōtibus in præceps & decline tendunt, nunquam vero sursum ascendunt & ad montes fluunt, cum id sit contra eorum naturalem propensionem. At hanc vincis Christi gratia trahens, vt etiam repugnante carne contra spiritum ad Christū qui sursum est, & ad superna faciat homines fluere & gaudenter ascēdere.

Cur non multi tracti sint post Christum vt sequerentur eius exempla & vestigia. §. 4.

SEd non possum nō stupere horrenda Dei iodicia, dum considero quam pauci ex Iudæis, C saltem ex primoribus, tracti sunt à Christo vt eius doctrinam reciperent, & vitam imitarentur. Currebant quidem plurimi vt eum audirēt. sed tamen pauci postea currebant post ipsum, vt eius sequerētur vestigia. Insinuauit hoc ipse Dominus in parabola, quam turbis multis proposuit, sicut testatur D. Lucas, dicens: *Cū turba plurima conuenirent, & de ciuitatibus properarent ad eum;* Luc 8. v. 4. *dixit per similitudinem: Exiit qui seminat seminare semen suum.* Se ipsum indicat, cum ait. Exiit qui seminat. Nam Deus exire dicitur cum se hominibus aliquo modo manifestat; exiit autem à cœlo cum se per assumptionem carnis manifestauit in mundo, vt munus gereret seminantis. Tempore autem prædefinito exiit seminare & prædicare legem, ac doctrinam suam, quam vocat verbum Dei, ab ipso æterno Dei verbo procedens: Vnde immensam fortitur virtutem & efficaciam. Seminauit autem hoc semen in vniuersa Iudæa, & Galilæa, concurrentibus, & properantibus omnibus, nō quidem post eum, sed vt dicit Euangelista, ad eum, vt audirent illum. Videbat autem Dominus paucos esse, in quibus hoc semen fructum ferret, in pluribus autem sine fructu manere, explicauit illis causam huius, dicens: *Dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est; & volucres cœli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram; & natum aruit, quia nō habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas, & simul*

multexorta spina, suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum, fecit fructum centuplum. Hec autem dicens clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat. Clamabat autem ... & stupens quomodo cum semen esset tam efficax, tres eius partes non tulerunt fructum, non quidem defectu virtutis eius, sed defectu terrae, in qua seminatum est: aut potius clamauit, vt nos dolentes, & stupentes redderet, aure que apertam ad audiendum, vt decet, verbum Dei: ac si nobis diceret, multorum corda, quibus ego verbum Dei prædico, sunt velut terra ab itinerantibus conculcata; quia inculti sunt, & indociles ad diuina, solumque admittunt humana, & terrena, vnde facile diabolus rapit verbum à memoria, & corde eorum; alij vero sunt quasi terra petrosa, corde duro, & indomito, proprioq; iudicio pertinaciter inhærentes, cum tamen leuiter ei q fidei sunt, assentiantur, vnde radices in ea non mittunt; alij denique, vt terra spinis referta, quia auaritiæ, voluptati, & ambitioni student, vnde sibi à diuitijs, delitijs, & honoribus semen Dei in corde suffocari. At quidam sunt tanquam terra optima, qui cor habent docile, molle, & ad diuina bene affectum, & hi fructum afferunt copiosum triplicitet, qui pro defectu aliarum triū partium satorem consolarentur: nam quidam fecerunt fructum tricesimum, alij sexagesimum, alij centesimum, in diuersis statibus & gradibus virtutis ac perfectionis mire fulgentem. Edisserens autem hanc parabolam discipulis, amplius hoc explicauit dicens: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Ac si dicat; Vobis qui estis terra optima, data est Dei gratia, vt cognoscatis mysteria in semine verbi diuini in. lusa vt fructum centesimum afferatis in patientia: cæteris autem, qui sunt velut terra inculta, petrosa, & spinosa, solum datur vt audiant in parabolis obscuris, quas ob suam duritiem, & cæcitatem ac ... dispositionem non intelligāt, nec penetrent, neces proficiant. Hoc autem interest inter has terræ partes, quod terra humani cordis à se habet petras & spinas, duritiē, & passiones, cæteraque impedimenta ob quæ semen non fert fructum: at vim fructificandi non habet à se, sed ab ipso semine verbi Dei, interius in illo seminato scilicet ab illustratione & inspiratione Spiritus S. quæ verbum etiam Dei est; cuius virtute humanum cor fit docile, molle, aptū, & potens ad fructus sanctitatis germinandum. Nam scriptum est: Perditio tua Israel: tantummodo ex me auxilium tuum. Hoc auxilium q Christus vocat semen Dei, cum omnem suam exerit vim, vocatur gratia trahens, quia cuncta vincit & aufert impedimenta corque expeditum reddit & propensum, vt post ipsum Christum currat, & fructus iustitiæ Christo sanctitati simile ferat. Hoc igitur est quod sponsa petebat, cū ait, Trahe me, post te curremus. Ac si dicat O sator cœlestis, qui à cœlo venisti seminare semen tuum, quod tibi est proprium, & à te solo procedit, cum exieris seminare illud in terram nostram, trahe me non tantum ad te vt audiam vocem, & prædicationem tuam, sed etiam vt curram post te, faciendo quod prædicas, & opere exequendo q tuo exemplo nos doces. Abige cœli volucres, remoue petras, euelle spinas, vt terra cordis no-

De hoc in ... de infra li ... 23. § 5.

Matth. 13. v. 11.

Osea. 13. v. 9.

A ... fructū, ...

EXHORTATIO III.

De modo ... Dominus exa... attrahit ... nationes ... omnibus mysterijs suis ... & maxime in Eucharistia.

Trahe me: post te curremus in odore vnguentorum tuorum.

B

ET Christus Dominus ... Euangelium ... sumpsit ... Adam & in ... modo iam expl... ex Hebræis: Qui a non ... que deserunt domum ... etiam gentes ... tium etiam hanc ... bat; Trahe me, post te currem... inquies, pet hanc ... Sed & ego ... quem ignor... P ophetæ ... Aggæ. 2. v. 8. gentibus ... gen ... Expectatio gentium. Gr... Verum ... gratio (in quarum ... non defuerunt aliqui iusti, in ut Iob & amici eius) & desiderat ... & petebat Saluatoris aduentum, qm nimirum ... genere locutionis quod dicimus, vnamquamque rem quasi pondere, & propensione naturæ appetere & postulare id, quo maxime indiget. Quo sensu Euripides, teste Ethic. 8. Aristotele, dicebat terram cum arefacta est, amare imbrem; & cœlum imbre plenum cupere

C

cadere in terram. Quæ etiam phrasis frequens est in Scriptura. Nam apud Oseam dixit Dominus, Exaudiam cœlos ... et optantes, & petentes imbribus terram perfundere. Et illi exaudient terram, quasi desiderantem, & petentem ab eis irrigari. Et terra exaudiet triticum, nimirum quod copiose nasci, & crescere cupit. Eodem sensu ait David pullos coruorum inuocare Deum, onagros expectare in siti sua, & catulos leonum quærere à Deo escam sibi. Et Paulus inquit omnem creaturam ingemiscere, & parturire vsque adhuc, &c. Multoties etiam in Scriptura homines nihil tale cogitantes, eum affectum habere dicuntur, quem vulgus eos habere iudicaret, si id quod futurum erat, cognoscerent. Cum igitur Christi aduentus, prædicatio, vocatio, & gratia trahens summe necessaria esset cunctis gentibus, ideo illam dicuntur desiderare, & petere; quam item si cognouissent, ardenter cuperent, & postularent. Ideoque illis etiam accommodare possumus precationem istam, Trahe me: & propositum sequens, post te curremus.

D

Osea 2. v. 21.

Psal. 103.

v. 11. & 12. ad Rom. 8. v. 22.

De tractione gentium virtute Christi exaltati in cruce. §.1.

Gratia trahens per stellam bethlem magos ad præsepiū. Matt. 2. v. 1. Apoc. 22. v. 16.

EXaudiit Dominus orationem istam, etiam vt ab Isaia fatam, & cum primum natus est in Bethlehem, voluit trahere ad se primitias gentium, traxit per stellam tres Reges ab Oriente. Nec tñ traxit eos sola stella illa corporea quæ fulgebat in cœlo, etsi pulchra; sed potius ipse Christus, qui est stella splendida & matutina; & summe mane cum orta est, illuminauit mentes eorum vt Regem Messiam natū esse crederent, illumque videre, & adorare tanto affectu cuperent, vt mira vi attracti ab illo, domos proprias relinquerent, Ierosolymam intrepide intrarent, & de nato Rege quærerent, Herodis sæuitia neglecta, nec desisterent, donec peruenerunt ad præsepium, vbi Christus infantulus iacebat, & procidentes coram ipso mystica illi obtulerunt munera. O mira & stupenda vis gratiæ Dei trahentis, quæ per visibilem stellam repræsentabatur? Sed hoc pignus quoddam erat, & signum admirabilis, & efficacis vocationis gentium: & Regum terræ quos Christus ad se postea trahere decreuerat.

Professio C. ucis circa Euangeliū.

Vnde cum instante passionis tempore quidam Gentiles desiderarent videre Christum, ad quem, cum eorum desiderium Philippus & Andreas detulissent, sumpta hinc occasione, quod futurum erat prædicens, ait: *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* Id est non solum Hebræos, sed etiam nationes gentium ad me traham, & eorum desiderium exaudiam, quod & mire perfecit. Traxit enim eos *in funiculis Adā, & in vinculis charitatis.* Id est summis beneficijs & præclarissimis sanctitatis exemplis. In cruce n. increuerunt beneficia, & virtutis exempla, dum omnipotens Deus humiliauit semetipsum vsq; ad crucis ignominiosam, & terribilem mortem, quam summa charitate, mansuetudine, & patientia pertulit, pro nobis totum profundendo sanguinem, vt à peccatis redimeret, erueret à gehenna, & portas paradisi aperiret, cuius indigenæ esse possemus, & quæ his maiora beneficia? aut quæ præclariora virtutis exempla poterunt inueniri? Hi sunt funiculi Adam omnium potentissima, quibus Christus crucifixus ad se traxit omnia.

Ioan. 12. v. 21. & 32.

Plura etiā de hoc supra in exhortatione 29 lib. 1. Osea 11. v. 4

Christus adbuc viuus trahebat ad se omnes infirmos, quia virtus de illo exibat, & sanabat eos: multo fortius Christus cruci affixus trahet ad se omnes hominum nationes, quoniam ex illo virtus mira profluit, qua mentes ad se conuertat. Serpens æneus exaltatus in ligno trahebat ad se omnes vulneratos à serpentibus, quia ad aspectum illius salutem sperabant, & promissione Dei, eo quod Christum crucifixum repræsentabat. Quanto ergo fortius ipse Christus vere trahet, gratiam trahentem infundens, vt omnes ad ipsum currant? Christus enim crucifixus, vt ait Paulus, vocatis siue Iudæis, siue Græcis est Dei virtus, & sapientia. Vbi quæso ita effulsit infinita Dei sapientia, ac in cruce? Vbi plus flagrauit immensa eius charitas? Vbi vehementiores spirauit odores omnipotens eius virtus, & misericordia? Vbi resplenduit magis eius sanctitas, mansuetudo, patientia, obedientia, paupertas, & omnigena perfectio? Quid ergo mirum quod omnes ad se trahat, & quod omnes post illum currant in odorem talium vnguentorum?

Ioh. 3. v. 14

1 Cor. 1. v. 23.

Hæc traxerunt latronem in cruce pendentē, & quamuis corpore ligatus clauis, & cruci affixus, spiritu tamen liber ita velociter cucurrit post Christum, vt breuissimo tempore acceperit brauium, persensit odorem virtutum Christi in cruce, stupuit ad tam heroicam patientiam & mansuetudinem, ac dilectionem, quod pro persequentibus exoraret, credidit esse filium Dei, & cœli regem, & credens ait, *Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum.* Cui Dominus vt plenius ad se traheret nouis funiculis Adam, & fortioribus vinculis charitatis, respondit; *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.* Id est tu ipse qui mecum es in cruce hoc ipso die eris mecum in paradiso: quia exaltatus à terra omnia traham ad me ipsum, vt vbi ego sum, illic sit & minister meus, & quicunq; secuti fuerint me. Ego sum in cruce secundum corpus, & inferiorem portionem animæ, quæ afflictionibus premitur, sum tamen in paradiso secundum partem spiritus quæ Deo fruitur. Vtrobique erit mecum ille quem ego traxero, quia in cruce quidem erit, sed de cruce gloriabitur, gaudebit, & exultabit, nam crux simul etiam est paradisus, qui in cruce gustatur, & per illam tandem plene possidetur. Hodie, id est ex hoc die, quicunque me trahentem secutus fuerit, erit mecum & sub mea protectione in paradiso Dei, quem nunc aperio, & promitto, & vt mecum introeat, benigne traho. Traho quidem vt currat post me crucifixum, mea crucis sequens vestigia, sed traho vt perueniat ad me in paradisum, vt regnet mecum, sicut passus est mecum. Ibi sunt funiculi Adam, & vincula charitatis, quibus oportet eos trahi vt mecum sint funiculis tribulationum coniuncti & vinculis dilectionis, & gaudij astricti. Merito ergo omnis Ecclesia clamat: *Trahe me, post te curremus.* Vtinam Domine, exaltatus in cruce trahas nos ad te ipsum, vt post te curramus, & vbi tu es nos simus. Vtinam & tu perpenderes hæc beneficia, & exempla Christi in cruce pro te exaltati; traheret enim ad se te ipsum, & omnia tua: sic enim interpretatur hæc verba D. Augustinus: *Omnia traham ad me ipsum.* Id est carnem, animam, spiritum, & mentem, nihilque hominis erit, quod ad me non traham, vt omnia eius seruiant mihi: vt etiam post me currant, corpus, & spiritus, memoria, intellectus, voluntas, appetitus, & sensus; imo traham etiam ad me diuitias, honores, dignitates, & quasuis delicias, vt omnia hæc meo mancipentur seruitio, vel propter me relinquantur, vt expeditius liceat post me currere, & Euangelicam perfectionem profiteri. XV

Luc. 23. v. 42.

Ioan. 12. v. 26.

Tract. 52. in Ioan.

De vocatione & tractione gentium mediis Apostolis & discipulis. §.2.

CÆterum hanc propheticam Christi prædicationem: *Omnia traham ad me ipsum*, post passionem eius, & aduentum Spiritus sancti impletam esse constat, quando Apostoli, & discipuli per vniuersum orbem dispersi Euangelium vbique prædicarunt, & Christo nationes gentium subiecerunt, dixit tamen *Ego traham*, quoniam Apostoli solum fuerunt eius instrumenta. XVI.

Ipſe vero per illos præcipue omnia trahebat, infundens gratiam trahentem, quæ intus corda immutabat, & ad ipſum ire vi quadam dinina compellebat. Huius autem gratiæ vim & efficaciam ad gentes attrahendas manifeſtauit Dominus Diuo Petro in eſtaſi quadam; vidit enim *Vas quoddam velut linteum magnum quatuor initiis ſubmitti de cælo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ, & volatilia cæli.* Et cum vox de cœlo ter dixiſſet Petro, *Occide & manduca,* poſtea, *receptum eſt vas in cælum.* Vas iſtud quaſi linteum repræſentabat, vel Eccleſiam, cui aggreganda erat multitudo gentium, vel corpus Chriſti in cruce extenſum & mortuum; linteum enim eſt mortificationis indicium; vel Euangelium Chriſti vbique prædicatum; quod virtute paſſionis ipſius omnes gentes amplexatæ ſunt; vt verificetur quod dixit, *Omnia traham ad me,* id eſt; omnia quadrupedia, ſerpentia terræ, & volatilia cœli, & omnium gentium nationes diuerſis vitijs infectas traham ad meam Eccleſiã, & ad me ipſum in cruce, vt eas mihi vniam per fidem, & amorem; & ad meum Euangelium, vt illud amplexentur, & legi meæ ſubijciantur. Quatuor autem initia lintei ſeu quatuor anguli vincti funibus, quibus à cœlo deſcendit in terram, & à terra iterum aſcendit in cœlum, ſunt eadem quæ vocat funiculos Adam, & vincula charitatis, quibus nos ad ſe trahit; initia videlicet noſtræ ſalutis, & conuerſionis ad ipſum, quę omnia à cœlo deſcendunt: quia *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt*; & tandem in cœlum nos deducunt vbi vita æterna conſummatur.

Act. 10. v. 11. — *Primum ſenſum ſequitur D. Aug. l. 50. Hom. in Hom. 45. D. Ambr. Hieron & Gregor. 30. Mor. ca. 7. ſecundum gloſſam interlinearis: tertium. Item Caſſ. lib. 3. de inſtit. renun. c. 3.* — *Iob. 1. v. 17.*

Quatuor ergo initia erunt beneficia nobis à Chriſto collata, ex quo factus eſt homo, miracula quibus prædicationem & doctrinam confirmauit, heroica eius ſanctitatis exempla, & ſacramenta pro omnium ſalute ab ipſo inſtituta. Cognitio ergo horum quatuor, ſeu quatuor hæ notitiæ à Deo infuſæ, ſunt quatuor initia fidei, & conuerſionis gentium, quæ tradiderunt quatuor Euangeliſtæ, & prædicauerunt Apoſtoli, quibus gentes conuictæ legem Euangelicam receperunt, & Chriſto Domino, eiuſque Eccleſiæ aggregatæ ſunt.

Vox autem de cœlo dicens Petro; *Occide & manduca*; admonitio eſt prædicatoribus ac miniſtris Euangelij facta, vt ſint cooperatores Chriſti, & gratiæ eius in reductione animarum ad ipſum: trahit enim Deus peccatores ad miniſtrorum pedes, vt ipſi in eis occidant peccata, & Chriſto capiti, eiuſque Eccleſiæ vicario veniant per veram fidem & charitatem, ſacramentorumque adminiſtrationem. Quibus peractis vas in cœlum recipitur, quia ad vitam cœleſtem admittuntur, per quam in regnum cœlorum, quod ſanguine Chriſti apertum eſt, tandem recipiantur.

Quomodo Chriſtus Dominus modo omnia trahat ad ſe. § 3.

HÆc pro gentium conuerſione epicta, ad ea quæ modo in Eccleſia contingunt, facile eſt accommodare. Prophetica enim illa prædictio Saluatoris continuo vſq; ad finem mundi implenda eſt: quouis enim tempor, & ætate trahit omnia ad ſe, & vas illud lintei nõdum plenum eſt omnibus animantibus, quę capere poteſt, ſed in dies noua recipit animantia, quæ occidenda, & manducanda Petro detandantur. Vnde non ſine myſterio relata hac viſione, ſubdit D. Luc. *Hoc autem factum eſt per ter,* nam ſemel, iterum, & tertio demiſſum eſt linteum è cœlo, totieſque retractum, & ad ſingulas demiſſiones vox de cœlo emiſſa, & à Petro reſpõſio reddita, poſt tertiam vero receptum eſt vas in cœlum: quod ita factum affirmant D. Auguſt. & Cyrillus Alexandrinus, aliique Doctores: cauſaque fuit vt ſignificaretur, ſicut diximus, ſucceſſu temporis Eccleſiam colligendam eſſe ex omnibus gentibus, Euangeliumque per varias mundi partes deſcendum, & peccatores ad Chriſtum Dominum trahendos, vt illi vniãtur, donec tandem omnes iuſti in fine mundi cum ipſo Chriſto triumphali pompa iam glorificati in cœlum Empyreũ ingrediantur. Et ſicut animantia iſta non proprijs viribus, nec ſuis pedibus, aut aliis in cœlum aſcenderunt, ſed in linteo à cœlo per quatuor initia demiſſo: ſic peccatores non ſuis viribus iuſtitiam, gratiam, & gloriam poſſunt adipiſci, niſi trahãtur ab ipſo Deo, & eius auxilio præueniantur, excitentur & deducantur. Vnde tandem infert D. Auguſtinus, non pertinere ad Eccleſiam niſi qui continentur intra hoc linteum, nec recipiuntur in cęlum, ſicut nec animantia erepta ſunt à diluuio niſi quæ in arca cum Noë introierunt. Oportet ergo in hoc linteum primo intrare, occidi, & manducari, id eſt peccatis mori, & intra Chriſti & Eccleſiæ viſcera aſſumi, vt in cœlum pateat introitus. Qui ergo iam ex Dei miſericordia ſemel intra hoc linteum per baptiſmum receptus es, hoc curare debes, vt in te peccata non viuant amplius, ſed gladio pœnitentiæ occidãtur, vt Chriſto tanquam viuum ipſius membrum reuniaris. Et quia ad hoc etiam indiges gratia Dei trahente, hanc ſolicite debes expoſtulare, dicens cum ſponſa, *Trahe me poſt te curremus.*

Ternarius numerus plenum ... cat Apoſt. de cælo ... ſunt omnia ... Vid. ... — *Serm. de temp.*

At ſicut Chriſtus Dominus paratus eſt te trahere, ita tu paratus eſſe debes trahenti & vocanti conſentire, & poſt ipſum currere. Quod facile obtinebis, ſi perpendas ineffabilia bona quæ latent in voce illa, *Ad me,* cum ait; *Omnia traham ad me ipſum*; &, *Venite ad me omnes.* Ad me inquam tanquam ad propitiatorem, qui veſtra remittit peccata; tanquam ad medicum qui ſanat veſtra vulnera; tanquam ad magiſtrum, qui docet vos viam ſalutis; tanquam ad regem & protectorẽ, qui vos regit, & ab hoſtibus tuetur; tanquam ad patrem, qui veſtri curam gerit; tanquam ad paſtorem, imo & nutritium, qui vos paſcit, & ſuo corpore, ac ſanguine nutrit; tanquam ad ideam, & exẽplar ſanctitatis, quã imitari deberis; & tandẽ tanquã ad vltimũ finẽ veſtræ fœlicitatis æternæ quã ſumme deſideratis, & ne putetis me ad ſpiritualia ita vos inuitare, quod tẽporalia vobis impertiri negligã: ſcitote, quod ego ſi exaltatus fuero à terra, oĩa

Matth. 11. v. 28.

traham

t ham [illegible] vt [illegible] bi eo [illegible] quo [illegible] ad [illegible] , sq[illegible] bona q[illegible] tua [illegible] xi [illegible] pter [illegible].

XVII. Sc [illegible] àm [illegible] tra[illegible]di [illegible] re [illegible] lab[illegible]a. I[illegible] exaltat fuit in cruce, [illegible] xu a[illegible] o[illegible] oia, & tu similiter si pro amor[illegible] cru[illegible] m am[illegible] lexatus fueris, & obediens v[illegible] eiu dic[illegible] *Qui vult venire post me, abneget semetipsum & tollat crucem suam, & sequatur me*: citra dubiu[illegible] h[illegible] istis trahes a [illegible] omnia, ni[illegible] um omnia [illegible] tua [illegible], quæ tibi expedie[illegible] int a[illegible] ten, & etiam temp[illegible] alia, quæ ad [illegible] a [illegible] on[illegible] end[illegible] necessaria fierint. Vnde [illegible] vsurpās [illegible] voc[illegible] capitis

Mat. 16. v. 24.

Bern. [illegible] Cant

„ C[illegible] udacte[illegible], E[illegible] si exaltatus fuero B
„ à terra, [illegible] nia trah. ma[illegible] e[illegible] ipsum, neq; enim
„ [illegible] tra[illegible] v[illegible] om[illegible] fratres mei, vocem co-
„ us [illegible] tudine [illegible] ita est, nō
„ [illegible] d[illegible] uites huius sec[illegible] tates Christ sola
„ [illegible] quia a[illegible] iunt dicentem *Beati*
„ *paup[illegible] itu, quoniam ipsorum est regnum cælorum*:
„ [illegible] & [illegible] ena. E[illegible] qu dem tanquam nihil
„ [illegible] & [illegible] a possidentes, non mēdican-
„ [illegible] enies vt domini, copto

Mat. 5.

1. [illegible] v. 1c.

certo [illegible] D[illegible], qoo minus cupidi. Etenim fideli homi[illegible] totus mundus diuitiatum est; to-
» tus [illegible] lane [illegible] quia tam aduersa, quam prospera i-
» psius, æque omnia seruiunt ei, & cooperantur
» io bonum.

4. Denique hoc præ omoibus considerare debes, quod Christus Dominos vbique eandem vim habet trahendi ad se omnes, qui illum meditari & intueri desiderant: siue illum considetes in d uersorio natum, & positum in præsepio, siue fugientem in Ægyptum, siue io Iordane baprizatum, siue transfiguratum io monte, siue prædicantem io synagogis, siue otantem in deserto, & in horto, siue ligatum ad columnam, siue baiulantem sibi crucem, aut in ea fixum, siue ab inferis resurgentem, vel ascendentem super omnes cœlos, trahet ad se cot tuum, & animam tuam, & omnia quæ tua fuot: quia vbique vim habet infundendi gratiam trahentem, quæ mentem illuminat, cor liquefacit, & ad cœlestia eleuat & deducit, quæ imprimit vt post ipsum curras, donec assequaris. Sempet ergo studeillum meditari, & sempet traheris ab illo. Similis esto herbæ solari quæ heliotropium dicitur, quod se cum sole circumagat die ac nocte etiam die nubilo. Solis ortum maoe spectat, & eius itet ita sequitur illum respiciens, quod cum eo cooueitatur spectans occasum. Crediderim aotem ita esse natura comparatum, vt virtus solis trahat herbam versus se, & herba naturali impulso ferarur versus solem: ita Christus Dominus sol iustitiæ, qui ab otru suo in diuersorio Bethleemitico cursum suum petegit vsq; ad occasum mortis in monte Caluariæ, & postea ascendit io cœlum, vnde prius descenderat, sempet tamen, & vbique omnes ad se trahendi virtutem habet, gratiam, impulsum, & odotes inspirat, qui trahere valeant.

Simile. Tornaso.

[illegible] tanq[illegible] m he- [illegible] iacet [illegible] tad [illegible] , v[illegible] inc [illegible] m [illegible] nis [illegible] , [illegible] ium [illegible] is [illegible] teamut, [illegible] te [illegible] ono[illegible] m ipsius [illegible] participes. De[illegible] autem [illegible] um iuuer[illegible] e ac nocte, & die e[illegible] nubi[illegible]; id est iam in prosperis, quam in aduer[illegible]s tam in die consolationis spiritualis, q[illegible]am in n[illegible]e desolationis, vel in nebula obscur tat[illegible] & caliginis; oculus enim fidei, & puræ in ent[illegible] o[illegible] s vbique & semper ad Christum dirigend[illegible] s est *Nam oculi mei semper ad Dominū*. Qua-re [illegible] mp[illegible]? *[illegible] uoniam ipse euellet de laqueo pedes meos*. Vb[illegible] lun[illegible] quei nos detinentes, ne post Christ[illegible] c[illegible] tra[illegible] nus. Vbique ergo sempet oculi oostri dirigantur ad Christum, qui gratia sua laqueos dirumpet, & nos ad se trahet. Ps. 24. v. 15.

De tractione per diuinissimam Eucharistiam. §. 4.

SEd præ omnibus mysteriis vis ista trahendi XIX.
inaxime inest diuioissimæ Eucharistiæ: vtn. Professò
perpetuo vsque ad consummationem seculi corporis
veritas statet promissionis: *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum*, instituit in memotiale perpetuum suæ in cruce exaltationis, hoc venerandum sacramentum & sacrificium, in quo ipse Christus sub speciebus panis, & vini quotidie exaltatur in Ecclesia, vt omnium fidelium corda trahat, & rapiat ad se ipsum. Est n. etiam memotiale omnium quæ fecit, vt homines ad se trahetet: ad quæ respiciens Ecclesia, modo illi dicit, *Trahe me, post te curremus in odorem vnguentorum tuorum.*

Christi. Ioan 12. v. 16.

Etenim Eucharistia est funiculus noui, & cœlestis Adam, quo ipse ligatur speciebus sacramentalibus paois & vini, quamdiu illæ durant: quo summo beneficio ligat, & vehementet trahit filios veteris Adami; vt exuentes eius actus, post nouum celeriter currant, & illum per imitationem induant. Est etiam vinculum charitatis iotet Deum, qui charitas est; & Ecclesiam eius sponsam, omnesque credentes in illum, plurima continens vincula, & ingentia amoris beneficia, quibus illos trahit ad se, vt illum similiter eadem prosequantur charitate, quæ est vinculum perfectionis, & per hanc dilectionis excellentiotem viam, ad voionem cum ipso perueniant.

5. Epilogus eorum quæ dicta sunt, pro Eucharistia.

Ex Osea 11. v. 4.

Vnde postquam Propheta dixit: *In funiculis Adam traham eos, & in vinculis charitatis*: subiicit. *Et declinaui ad eum vt vesceretur*. Nam sicut in deserto dedit Israelitis manna de cœlo, de qno ibi est sermo, ita nuoc declinauit, & humiliatus est, præbens panem viuum de cœlo, suum corpus, & sanguinem, vt vesceremur; quo victu nos ad se allicerer, & vehemeotius traheret.

Rursus Eucharistia est vestimentum Christi, à quo prodit virtus ad sanandum totum hominem ab omnibus languoribus suis; qua spe trahitur omnis turba fidelium, & quæritque illum tangere, qoia virtus de illo exit, & sanat omoes; & qui viua fide dixerit, sicut mulier quæ fluxom sanguinis patiebatur, *Si tetigero tantum vestimentum eius, saluus ero*; perfectam coosequetur sanitatem, virtute ipsius qui dixit, *Quis me tetigit? nam ego*

2. Ex Luc. 6. v. 19. & c. 8. v. 46.

Mat. 9. v. 21.

 ego

& egenus ... ex ... Ex... vt saner ... es qui ... ra ... & recipiun...

3\. E... nostra ne me... illas ... splendid... tutina, ... tube ... ciden ... um ... eran ... contecta, quæ vi... bet trahendi non ... e... g... ex Oriente, sed omnes ... mines ex quatuor mundi plaga, currentes ad diuersoriu ecclesiæ, vbi in abati velut in ... quodam præsepio, est Christus pabulum ... panis vitæ: cuius fama & desiderio trahuntur, vt eum spiritualiter reficiantur. Est præterea diuinus ... per ... mundum cursum peragens, & quamuis sit in nubib... tra hit ad se homines, vt tanquam spiritualia quæ dam heliotropia post illum ferantur, & vbicunque est, oculos in illum conuertant; quod facile in Ecclesiis, & processionibus cernetur. nam vbicunque est hoc diuinum sacramentum, ad se oculos fidelium trahit, relicta aliis quæ caro videre concupiscit.

Ain. m. v.16.

4\. Vnde non immerito illud etiam vocauerim diuinum quendam magnetem trahentem ad se ferrea corda hominum, vt illi inhæreant: at sicut magnes non trahit ad se aurum, vel argentum, sed ferrum, eo quod ei in quibusdam proprietatibus naturæ magis assimilatur: ita Christus Dominus in hoc sacramento non trahit nobiles, diuites, vel potētes, sed humiles, & mites, & eos, qui in iustitia, & sanctitate ei assimilantur. Est n. cibus iustorum, propter iustos exhibitus; etsi in sacrificio etiam offeratur pro peccatoribus, eosque trahat, vt à vulneribus sanet.

5\. Deniq; Eucharistia est pretiosissimum Christi vas, in quo recondita sunt omnia quæ in ipso sunt fragrantissima, cum contineat Dei, & hominis immensas perfectiones, & virtutes: inter Dei beneficia supremum, inter Christi sanctitatis exempla summum, & vtraq; ratione ad trahendum omnia post se potentissimum. O diuinissima Eucharistia, *Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum.* In te fragrat humilitas & obedientia; exhalat odorem charitas, & patientia; redolet misericordia, & liberalitas: trahe me, vt ego, & vires meæ curramus in odorem horum vnguentorum, donec eorum mereamur esse participes.

In Exhort. 15. l. 1. de dictum est de bu vnguentis.

XX. Sed quid est quod sponsa non dixit, curremus in odorea vnguētorum tuorum, sed in odotem; enim tamen plura vnguenta, plures ēt emittant odorea? Sed hoc vnitatem quandam indicat in odoribus profluentibus ab vnguentis. Quamuis n. in Christo Domino plures fuerint virtutes & perfectiones tanquam vnguēta optima, plures etiam habeat naturas, diuinam, & humanā; & in humana plures partes, ac facultates mitifice fragrantes; cuncta tamen hæc vnum spirant odorem diuinitatis, cum vnus tantum sit Christus, vnicus tantum Dei filius singulis partibus, & facultatibus humanitatis vnitus, & eundem infinitatis valorem cunctis operibus præstans. Propter quod omnis Christi operatio humana, licet diuersa sit à diuina, vnico nomine vocatur à D. Dionysio, *Theandrica*, id est Deiuirilis Sic etiam Eucharistia etsi plures contineat partes omnigenum odorem spirantes, vnum tamē præcipuum diuinitatis spirant odorē: & hic est qui potissime nos trahit ad Christum: nam à diuinitate inest virtutibus, ac operibus humanis, & fa...

Cap. 2. de diu. nom. post medit. D. Th. 3. p. q. 19. art. 1.

... ... na ... n... & ... thus ... thus ... t obtulerunt ... De ... Euchari ... fide es, ... t ... d... c... en ... od... Vnde ... ...

...torum tuorum super omnia aromata, ... dicitur, *Et odor vestimentorum tuorum* ... quasi id quod prædictum erat ... re volens, ex eo quo ... nus, & Theodoretus ... Vestimenta aut ... est ipse Christus ... *minum nostrum Iesum Christum.* ... diuinitatis efflat odorem. ... autem ... pet vestimenta virtutes ... eas odorem efflare dicit sicut thuris, ... Christi diuinitatem imitantur. Vnde & qui E... charistiæ diuino odore tracti, ea sæpius vescuntur, eundē diuinitatis odorem induunt ... dum diuinas eius opera conantur imitari. Prædixerat hoc Oseas Propheta, cum dixit, *Ero quasi ros, Israel, germinabit sicut lilium, & erumpet radix eius, vt Libani. Ibunt rami eius, & erit quasi oliua gloria eius, & odor eius vt Libani. Conuertentur sedentes sub vmbra eius, & viuent tritico.* Quæ verba de Eucharistia interpretatur D. Cyrillus Alexandrinus, vt fusius diximus in fra in id, *Sub vmbra illius quem desideraueram sedi, & fructus illius dulcis gutturi meo.* Qui ergo viuet, seu inebriabitur hoc diuino tritico Eucharistiæ cœlestem percipiet gratiæ rorem, germinabit vt pulchrum lilium, omni semota temporali sollicitudine, altas figet humilitatis radices vt cedrus, crescentque rami bonorum operum in altum tendentes, & instar oliuæ gloriosa misericordiæ opera producet Et denique odor eius erit vt Libani, qui mune multis arboribus aromaticis redundabat, maxime vero thuriferis: vnde & D. Hieron sic explicat, *Erit odor eius vt thuris*, quoniam nomen Hebræum & Græcum, tam montem Libani, quam thus significat Qui ergo Eucharistia fruitur, & post Christum currit, sic bonis operibus fragrabit, vt odor eius sit quasi Libani & thuris, quia Christi diuinitatem redolebit, cuius particeps fit, cum eum manducat. Dicat ergo Christi Ecclesia, Trahe me, Domine, efficaci gratia tua, vt omnes filij mei post te curramus ad venerandum Eucharistiæ sacramentum, & sacrificium, quod in Missa offertur, percipientes diuinitatis odorem, quem spirant species illæ sacramentales, & omnia vnguenta optima, quæ in illa cœlesti pixide sunt recondita; quo odore confortati ad vitam æternam, cuius nobis pignus est, feliciter perueniamus, Amen.

Osea 14. ... Exhort. 27 ... In id 4. ... Vestimentorum tuorum ... Libani.

EXHOR-

[illegible] IV.

[illegible] *no [illegible] de* [illegible] *am & de* [illegible] *ostio & de* [illegible] *es indictus,* [illegible] *ve non tr*[illegible]

I[illegible] gul s animabus [illegible] ba sponsæ declare[illegible] traduntur [illegible] nostræ [illegible] fundamenta. Alte[illegible] gratiæ excitanti, & a[illegible] [illegible] itati, & perfect[illegible] o[illegible] rum vero libertas ar[illegible] [illegible] entientis, & cũ ea [illegible] o[illegible] erant [illegible] n édit. Primum [illegible] *trahe me*; secundum ve[illegible] uens [illegible] op[illegible], *post te curremus*: vtrumque [illegible] tunt [illegible] tes, quos nos vocam[us] hæreticos, [s]po[nsa] vero fi[lios] matris [illegible] p[illegible] nabam David autem ciues [illegible] s & [illegible] Edo[m], id est filiorum [illegible] & te[illegible] qui contra Ecclesiam clam[illegible] *x naui* [illegible] *vsque ad fundamentum in ea*, [illegible] nolimini, cuncta destruere, [illegible] pis super lapidem, etiam fun[damenta illegible] vt quod ædificatum erat, [illegible] nequeat. Hoc verbis dixe[illegible] hoc operibus testantur super[illegible] omnes.

De [illegible] tia exigente se contra gratiam Dei habentium not. §. I

C

QVONIAM enim, vt liberum arbitrium, [illegible] quisque vires extollant, & magnificiant, gratiam Dei destruere conantur; negantes necessarium esse quod à Deo trahamur, vel petere ab eo quod trahat nos, sed postquam nos creauit, legemque euangelicam dedit, nostris viribus posse ad illum ire, post illum currere, & cæteras bona peragere; superbe, & blaspheme contra Deum gloriantes, & dicentes, *Manus nostra excelsa & non Dominus fecit hæc omnia*. Et iterum, *In fortitudine manus meæ feci; & in sapientia mea intellexi, & abstuli terminos populorum*; in hoc instar diaboli se ipsos Altissimo similes esse credentes. [Est] autem hæc superbia (vt notat Diuus Bernar[dus]) aut cæca, aut vana: cæca cum errans contra [Deum], hæc ita esse credit, vt præsumit: vana cum [ea] de suis viribus se iactat, ac si à seipsa illas habebet. Contra vtramque insurgit Apostolus, dicens, *Quid habes quod non accepisti? quod si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* Ac si diceret; O superbia cæca, quid habes quod nõ receperis à Deo creatore tuo, sine quo nihil fuisseã, neq; esses? Et quid boni agis, quod non per virtutem à Deo receptam agas? Quod si fateris recepisse à Deo, quid, ô superbia vana gloriaris, ac si non recepisses ab illo, cui gratias agere, & gloriam dare debuisses? Vere vtraque superbia cæca, & vtraque vana; quia putat se non errare, nec de[li]nquere, cum tamen vere erret & delinquat,

D

[illegible] *nul-* [illegible] nus [illegible] *quia in [illegible] per, ca[illegible] dus.* [illegible] superbis terra & cinis [illegible] contra D[eum illegible] erigis monstrosa fera? Au[fert] à te Deus dona sua, vt cum te videris nudum, [ips]a experientia cognoscas non fuisse tua. Vidit [illegible] Daniel [f]erocem bestiam ascendentem [d]e mari. *Erat autem quasi leæna alas habens aquilæ & aspiciebam (inquit) donec euulsæ sunt alæ eius, & sublata est de terra, & super pedes quasi homo stetit, & cor hominis datum est ei.* En hieroglyphicum [superbi]æ, supplicii, & remedii ipsius, desumptũ [à leæ]na, & aquila, quæ inter animantia terrena, & volatilia tenent principatum. Leæna sæuissima est, & (ita teste Plinio) coitum gestiens, vt non vnius leonis [illegible] congressu, cum pardo, & hyæna miscetur. Aquila vero altissime volat, nec reuerita solem, contumaciter in ipsum aciem intuetur. Quadrant hæc in superbos seculi sapientes, qui (vt refert Diuus Paulus) *Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, & dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, in passiones ignominiæ*, &c. Vnde ex hac parte leænis fuere turpiores, qui se iactabant reliquis sapientiores. Sed missos modo faciamus antiquos: nunquid non leæna habens alas aquilæ, superbus, qui cum homo sit terrenus, & terrenis affectus, vires se præsumit habere supra id quod homini est, vt se solo ad cœlestia volet, & se Deo æquare velit, quasi Deo non egeat? Vt leæna quadrupes, manibus, ac pedibus per terram ambulat, terræ inhæret, & tamen ex diuitiis, honoribus, scientiis, aliisque donis sibi alas construit, vt sursum se suasque vires se attollat, aliis se præferat, &, sicut dicit Diuus Gregorius, dum accepta dona sibi arrogat, suis contra eum Deum armis pugnat. Iustum ergo superbi supplicium erit, quod auellantur ei alæ, *Aspiciebam* (inquit) *donec auulsæ sunt ei alæ*. Auferunt enim illi diuitiæ, potestas, regnum, & dona etiam spiritualia; vnde occasionem sumebat superbiendi, vt reipsa cognoscat, quam inepte de illis tanquam de propriis bonis gloriabatur.

Hoc est quod per Isaiam minatur Dominus cuidam superbo, dum prius eius arrogantiam exprobrasset, *Nunquid, ait, gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum à quo trahitur? quomodo si eleuetur virga contra eleuantem se, & exaltetur baculus qui vtique lignum est.* En quatuor egregiæ similitudines ad cõfundendam superborum arrogantiam. Nihil enim miser homo magis potest sine diuino adiutorio, quã securis, aut serra, virga vel baculus sine artifice, vel homine qui operatur, aut trahit, vel mouet illa. Et sicut hæc instrumenta inepte gloriarentur de motu & artificio facto, sibi illud arrogantia; ita impie gloriatur homo ea sibi attribuens, quæ sine Deo auxiliante agere nõ potest. *Propter hoc ergo*, id est, propter hanc vestram inanem gloriam & iactantiam, *mittet dominator Dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatem, & subtus gloriam eius succensa ardebit quasi combustio ignis.* Hoc est, auferet à pinguibus pinguedinem, a fortibus fortitudinem, & à gloriosis gloriam; & subtus arma gloriæ eorum incendetur ignis, qui omnia absumat, ne vlterius in iis fidant, &

Apoc. 3.

Dan. 7. v. 4.

Ita Plinius lib 8. c. 16.

Ad Rom. 1. v. 21.

Lib 8 Mor. c. 2.

Isa. 10. v. 15.

Psal. [illegible]

4. Reg. [illegible]

1. Cor. 4. v. 7.

conita D[illegible] [illegible]ent. S[illegible] cio pu[illegible] [illegible] quam [illegible] po[illegible] [illegible] um [illegible]atur, [illegible] *puluere virgo filia Ba[illegible] in terra non e[illegible] filia Chaldaeorum quia [illegible] non vocaberis [illegible] tenera: tolle molam, & mole farinam.* [illegible] superbiam inam cade[illegible] regio[illegible] tenerae, & delicatae, in miseram c[illegible] ancillae alligatae molae ad molendam farinam tunc autem *Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum. Vltionem capiam, & non resist[et] mihi homo:* nam qui patienter [illegible] superbo[illegible] vindictam de eis sumit, nemo est qui resistere ei valeat.

Isa. 47. v. D. Gregor. [illegible] Mor. [illegible]

Sed quia huiusmodi supplicium saepe est languoris remedium, sicut contigit superbo Nabuchodonosor Babylonis regi; e[illegible] Daniel loquitur sub specie leaenae habentis alas aquilae, ideo subdit, quod auulsis alis, *Stetit super pedes quasi homo, & cor hominis datum est ei.* Nam qui antea, vel quatuor pedibus ambulabat super terram, tanquam leaena terrenis inhians, vel alis aquilae volabat super se altiora quam poterat, inquitens; iam vel vt homo rationis compos medium tenet, super duos pedes erectus stat, caput & oculos ad eum leuat, quia cor homini dignū datum est ei, vt se ipsum agnoscat, & Deum, eique se penitus humiliet, & subiiciat. Quod stupendo exemplo confirmat Scriptura de superbissimo rege Antiocho, cuius superbiam, & humiliationem ita describit, *Is qui sibi videbatur fluctibus maris imperare, & altitudines montium in statera appendere, & sydera caeli contingere, nunc humiliatus ad terram in gestatorio portabatur.* Et paulo post. *Hinc igitur coepit ex graui superbia deductus in sui agnitionem venire diuina admonitus plaga.* Tunc autem protulit mirabilem & proficuam valde sententiam, quam velut margaritam ex luto decerptam, (quia impius iste per fictam non egit poenitentiam) sic accipe, *Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire.* Iustissimum quippe est hominem Deo subiici, à quo quidquid est, quidquid habet, & quidquid agit, benigne recipit.

Lib. 2. Machab. c. 9. v. 8 & 12.

De necessitate gratiae Dei trahentis nos. § 2.

HÆC igitur omnia contemplans Christi sponsa, vtramque superbiam caecam, & vanam omnino respuens, dum ait, *Trahe me,* tria nobis salutaria monita tradit. Primo enim fatetur se egere continuo gratia Dei praemouente, excitante, & trahente ipsam, quam non à se, sed à gratuita Dei benignitate debet recipere; prout edocta est à suo sponso, dicente, *Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum.* Et paulo post. *Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum desuper.* Quod prius dixit; nisi traxerit, postea repetens, ait, nisi fuerit datum; vt intelligamus quod trahi est donum Dei, de caelo descēdens, vnde nō est donum solius Patris, sed trium personarum, licet Patri attribuatur; quia in gratia trahente maxime omnipotentia, quae ei accōmodatur, splendet; nam subito voluntati imprimit impetum adeo vehementem, vt eam immutet, & incipiat velle, quod antea nolebat. Filius autem etiam trahit, suam ostendens sapien-

Ioan. 6. v. 44. & 65.

[illegible]

B Vnde [illegible] & humilis [illegible] mu[illegible] ne [illegible] inflatio [illegible] supra memo[illegible] Dei que[illegible] *[illegible] fortis [illegible] a quo [illegible]* [illegible] ne[illegible] facet [illegible] N[illegible] gl[illegible] bor contra Dominum, neo [illegible] abo na tribuam, q[illegible] se trahetet, & adiuuat [illegible] nullo esse gloria[illegible] quando [illegible] est. Hanc tandem [illegible] propriam nopiam & indigentiam, tanquam men[illegible] orat, & petit à Deo quod sibi deest, dicens, *Trahe me.* A. [illegible] cat; Desidero venire ad te, & post te currere, sed non valeo, nisi tu traxeris me; trahe ergo me, Domine, vt facile vadam ad te.

C Sed nunquid expectat Deus, vt petas ab illo, quod te trahat, & oratio tua, *trahe me,* praeuenit illum, vt trahat? Absit. Alioqui iam initium salutis nostrae à nobis esset, vt fautores Pelagii dixerunt, & de hoc gloriari possemus, non in Deo, sed in nobis, quod impium est. Initium enim salutis, nō à solo libero arbitrio est, sed à Dei gratia illud praeueniēte & excitante, vt oret, petat, & desideret, quod sibi expedit, prout oportet, & prima subita cogitatio bona, & affectio, quae nos excitat, non à nobis est, sed à Deo caelitus emissa: vnde per Isaiam inquit, *Inuentus sum à non quaerentibus me, & palam apparui iis qui me non interrogabant.* Et, *Deus est* (inquit Paulus) *qui operatur in nobis, & velle, & perficere pro bona voluntate,* quā, scilicet, habet erga nos. Cuius misericordia, vt dicit Dauid, praeuenit nos, vt oremus, & velimus, & quidquid ei placet agamus. Vnde sponsa non diceret, *Trahe me,* nisi praeuēta esset à Deo, vt propriam agnosceret infirmitatem, & nisi excitata esset, vt post ipsum currere vellet; quia iuxta sententiam Diui Pauli, non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis sed sufficientia nostra ex Deo est. Et nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto, sc. inspirante & mouente, vt illum inuocet, vel confiteatur, vel quidpiam nomine ipsius petat. Quae omnia comprehendit Christus Dominus, cum adhibita parabola vitis & palmitis, concludit, *Sine me nihil potestis facere.*

D

Isa. 65. v. Ad Rom. [illegible] v. 16. Ad Philip. [illegible] Psal. 58. v. [illegible] 2. Cor. [illegible] Ioa. 15. v.

De triplici gradu humilitatis ex indigentia auxilii Dei. § 3.

HINC deducere debes tres gradus perfectae humilitatis, quibus haec veritas magis elucescit, & omnis superbia propulsatur, quique ipso fidei firmissimo fundamento nititur: vnde

etiam

etiam texere poteris triplicem funiculum beneficiorum Dei, quo libenter us te trahi sinas, nisi ingratus esse velis. Primus oritur ex indigentia diuini auxilii, eo ipso quod homo es, & creatura Dei. Secundus, ex eo quod filius sis Adæ in statu naturæ per eius peccatum infectæ constitutus. Tertius vero ex eo quod eleuatus sis ad finem supernaturalem, per media naturæ vires superexcedentia consequendum: vnde necesse est vt Deo [illegible], *Trahe me*: alioquin nihil efficies, nec po[illegible] a Deo traharis, & adiuueris.

1. Dei auxilium generale Dei. Etenim eo ipso quo creatura Dei es, quantũuis facultates, ac vires habeas, integras, & expeditas ad operãdum ea quæ naturæ tuæ sunt consentanea, dhucind ges cõtinuo Dei auxilio, vt operari valeas, quo sublato, nihil ages, ac si vires non haberes; sicut ignis non comburebat rubum, nec tres pueros in fornace, & tamẽ illuminabat, & splendebat, quia Deus noluit cum eo concurrere ad comburendum, sed dumtaxat ad illuminandum: ita nec videre, aut loqui vel, te mouere poteris, nisi tibi auxilietur Deus, in quo (teste Paulo) viuimus, & mouemur; & Deus est qui operatur omnia in omnibus. Vnde & Isaias ait, *Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine.* Et clarius Christus Dominus, *Pater meus vsque modo operatur, & ego operor*: vt intelligas tres diuinas personas operari cum operantibus, dum aurantur eis, vt operentur. Dicebat quidam imperitus Diuo Hieronymo; Si voluero curuare digitum, mouere manum, sedere, stare, ambulare, semper mihi auxilium Dei necessarium erit? Respondet Hieronymus; Audi, ingrate, imo sacrilege, Apostolum prædicantẽ, Sine manducatis, siue bibitis, siue quid aliud facitis, omnia in nomine Domini facite. Si hęc negas, ingratus es benefactori tuo, & sacrilegus contra eum qui ea nobis reuelauit: si autem admittis, non potes gloriari de tuis operibus, quasi à te solo sint sine Dei auxilio; sed potius iuxta Pauli sententiam; siue comedas, siue bibas, siue quidpiam aliud agas, omnia debes in Dei gloriam facere, gratias illi agens, quod ad ea peragẽda tibi auxilium præstat. Tibi quidem potes & debes peccatum attribuere, quia Dei auxilio abuteris, vt præcepta eius transgrediaris: at Deo attribue quidquid boni feceris, cuius auxilio liberum tuum arbitrium illud operatur: nam verissima est sententia Creatoris dicentis, *Perditio tua, Israel, tantummodo in me auxilium tuum.*

Act. 17. v. 28. 1. Cor. 12. v. 6. Isa. 26. v. 12. Io. 5. v. 17. In epist. ad Ctesiphon. 1. Cor. 10. v. 31. Ad Col. 3. v. 17. Ose. 13. v. 9.

2. Dei auxilium speciale Dei ad seruandã legem naturalem. D. Tho. 1. 2. qu. 65. Ex Beda in Luca 10. v. 30. Hæc si profunde medireris, primũ humilitatis gradum cõsequeris; sed ad vlteriorem te debes accingere: nam esto, auxilium hoc generale Dei præsto sit tibi ad quæcumq; opera velis efficere, adhuc tamen indiges alio auxilio speciali, quod tamen nulli homini negatur, sed omnibus præstatur, vt cuncta legis præcepta impleas, tentationes vincas, & pericula peccãdi effugere queas; eo quod post peccatum Adæ, licet liberum arbitrium non fuerit extinctum, mansit tamen extenuatũ & vulneratum, instar illius qui incidit in latrones: vnde si solis suis viribus, eum generali Dei auxilio relinqueretur, in æternum periret; ne autem pereat, speciali auxilio Deus illum præuenit, excitat, & auxiliatur; quod ab illo petimus, cum ei dicimus, *Trahe me, post te curremus*; quia nisi adiuuerit nos, non poterimus currere post te Creatorem nostrum,

vt cuncta quæ nobis præcipis, opere perficiamus: caro enim rebellis est contra spiritum, corpus quod corrumpitur aggrauat animam; volũtas prona est ad bonum commutabile & proprium commodũ; intellectus laborat ignorantia, inaduertentia, & obliuione: hostis fortis & astutus; nec est potestas super terram quæ comparetur ei: Si ergò Angeli in cœlo non fuerunt stabiles, quid mirum quod corruant homines qui habitant in domibus luteis, & terrenum habent fundamentum? Nam irruentibus pluuiis, fluminibus, & vẽtis super domum in arena fundatam, facile corruit, nisi potentiore virtute à Deo fulciatur. *Infelix ego homo*, ait Paulus, *quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christum*: cuius meritis etiam dantur nobis huiusmodi auxilia, vt legem etiam naturæ impleamus: nec vllum est præceptum ita arduum, vel tentatio ita vehemens, quin præsto sit Dei auxilium, vt quod teneris agere perficias. Nam (vt docet D. Leo Papa) iuste instat præcepto qui præcurrit auxilio; & fidelis est, qui non permittit nos tentari supra id quod possumus: semper enim auxilium offert, quo vincere possimus: quo si vti nolumus, nostra culpa vincemur. Nam (vt dicit Diuus Innocentius Papa) necesse est, vt quo auxiliante vincimus; eodem rursus non adiouãte, vincamur. Quare, vt eius successor Zoximus Papa docuit, cum nullũ interueniat tempus quo Dei non indigeamus auxilio; ita in omnibus actibus, causisq;, cogitationibus, & motibus adiutor, & protector orãdus est. Superbum est enim, vt quidquam sibi humana natura præsumat, clamante Apostolo, *Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, & mundi rectores tenebrarum harum.* Omni ergo tempore debes clamare ad Deum, trahe me ad te, ne diabolus trahat te ad se. Fidelis autem est Deus, qui dum tentatio pulsat cor tuum, vt te destruat, etiam pulsat illud, vt ores, & auxilium petas, quo vincas: vinces autem si eo vteris; quia sicut verum est quod sine Deo nihil potes, ita etiam certum est, quod omnia potes in ipso Deo qui te confortat, & auxilium gratiæ tribuit in opportuno.

Iob 4. v. 18. Matt. 7. v. 26. Ad Rom 7. v. 24. Serm. 16. de Passione. 1. Cor. 10. v. 13. Epist. ad Conc. Carthag. qua est 91. D. Aug. "In epist. "cuius me "minit "Cælesti- "nus Papa "ad Gallos "c. 9. Ad Eph. 6. v. 12. Ad Heb. 4. v. 16. Ad Phil. 4. v. 13.

Iam ad tertium humilitatis gradum ascẽdere oportet, in quo maior resplendet Dei gratia, & misericordia, & nostra detegitur infirmitas, non quidem ex corruptione naturæ; nam etsi esset sana, & integra sicut angelica, adhuc maneret infirma ad insignia opera fidei, spei, & charitatis, reliquaque ad salutem, & vitam æternam conducentia, propter eximiam eorum sublimitatem, quæ omnes naturales vires hominis, vel Angeli superexcedit, & ideo indiget alio auxilio magis speciali & nobiliori, quo ad huiusmodi opera excitetur, & eleuetur, vires que habeat, vt illa perficiat. Sicut enim homo quantumuis sanus, & integer sit, possitq; strenue ambulare, & currere, & per scalam ascendere, quia pedes ad hoc aptos à natura recipit; cæterum volare non potest, quia supra naturam eius est, vt volãdo in altum tendat, nec alas ad hoc habet, sed nec habere à se potest: sic etiam, etsi ad opera bona ordinis naturæ integras haberet vires, tamen ad ea quæ sunt supernaturalis ordinis, nihil potest, nisi Deus etiã supernaturales vires addat, quæ in Scriptura alæ nuncupantur; & ideo Angelos, Cheru-

Dei auxilium speciale ad super naturalia. Simile.

Cherubinos, ac Seraphinos alatos depingit, propter celeritatem & promptitudinem, qua ex Dei gratia eius iussa exequuntur. Et David desiderabat alas columbæ, vt fugeret in solitudinem: mulieri amictæ sole dare sunt duæ alæ aquilæ, vt fugeret à facie serpentis. Et Isaias ait, eos qui confidunt in Domino assumere pennas sicut aquilæ. Sunt autem hæ duæ alæ duo supernaturalium auxiliorum genera; alterum, quo intellectus eleuatur, & corroboratur ad credendum, & cognoscendum, contemplandumque mysteria fidei prout oportet ad salutem: alterum, quo eleuatur, & iuuatur voluntas ad sperandum & amandum Deum, & obediendum ei in cunctis, quę fides præcipit & ostendit diuinę esse voluntati consentanea. Sine huiusmodi autem alis & auxiliis, nihil supernaturale potest homo efficere, nec ea potest habere nisi gratis à Deo illi præstentur, & per excitantem gratiam preueniatur, & adiutus ea inquirat, petat, & obtineat. Ideoque de iis potissime dixit Christus Dominus, *Nemo potest venire ad me*, (vt, scilicet, in me credat, & me diligat, & legem meam obseruet) *nisi Pater meus traxerit eum, vel ei datum fuerit desuper*. Et D. Paulus ait, *Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis; Dei enim donum est*; quia non est volentis, nec currentis, sed Dei miserentis: id est, non est in solo arbitrio volentis, velle bonum, nec in sola potestate currētis, currere ad brauium supernæ vocationis; sed vtrumque est ex Dei misericordia, quæ id benigne nobis præstat.

Ps. 54. v. 7.
Apoc. 12. v. 14.
Is. 40. v. 31.
Io. 6. v. 44.
Ad Eph. 2. v. 6.
Ad Rom. 8. v. 16.

Propter quę sponsa, & omnis pia anima continuo orare, & clamare debet, dicens, *Trahe me, post te curremus*. Ac si diceret; Agnosco, Domine, imbecillitatem meam, vt per opera tam gloriosa ad te perueniā; trahe me tua gratia vehementi, forti, & efficaci, quæ sit mihi instar alarū, quibus velocissime curram post te: alæ etenim istæ pedes meos, id est, vires meas naturales adiuuāt, vt celeriter post te currant, *Nam qui confidunt in Domino, mutabunt fortitudinem assument pennas sicut aquilæ, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient*. Ad modum quo de eo qui nimia pernicitate currit, dicere solemus, quod volat, & quod vix pedibus terram tāgit; & de struthione dicitur in lib. Iob, quod pedibus currēs alis erectis deridet equum, & ascēsorem; quia illum velocissimo cursu fugiens, delusum relinquit cum eum venari cupiebat. Vnde cum sponsa inquit, *Trahe me*, nō petit quamuis gratiam præuenientem, & excitantem, quam Theologi sufficientem vocant; hæc enim hanc, & similes precationes præcedit, sed gratiam trahentem, quæ congrua vocatio dicitur, & vi quadam diuina vehementi, & efficaci animam impellit, vt currat; de qua dicitur in parabola de inuitatis ad cœnam, *Exi in vias & plateas, & compelle intrare*, vt mox fusius explicabimus. Quantumcumq; ergo magnus sis, humiliate coram Deo tāquam paruulus, qui mouere se non potest nisi trahatur ab alio: scriptum enim est, *Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum*; & pete ab ipso vt te trahat. Quoniam (vt inquit Diuus Bernardus) conatus nostri cassi sunt, si non adiuuentur, & nulli si non excitentur. Et vbiq; (ait Diuus Ambrosius) Domini virtus studiis cooperatur humanis, vt nemo, iuxta Psalmistam, possit ædificare sine Domino, nemo custodire

Ita D. Ber. serm. 21. in Cant. fuse.
Iob 39. v. 18.
Nota legitimum sensum.
Lu. 14. v. 23.
Mat. 18. v. 3.
Lib. de gratia & lib. arbit.
lib. 2. in Lucam c. 12.
Ps. 126. v. 1.

sine Domino, nemo incipere sine Domino. *Vanum est vobis ante lucem surgere*; id est, antequam oriatur vobis radius diuinæ lucis, & gratiæ quæ vos excitat, quia ex vobis non potestis surgere, inchoare bonum opus, & ipsa adiuuante, perficere.

De subiiciendo intellectu occultis Dei iudiciis circa eos quos trahit, vel non trahit. §. 4.

SED adhuc superest vltimus & heroicus humilitatis actus, quo captiuatur intellectus & humiliter subiicitur occultis, sed iustis iudiciis Dei, qui terribilis est in consiliis super filios hominum, dum quosdam ad se trahit, alios vero non trahit; quæ iudicia, quia occulta sunt, talem nonnullis incutiunt timorem, vt pene mergantur in desperationem: immerito tamen dum adsit humilitas, quæ Dei sapientiam & prouidētiam veneretur. Quod ita dilucide perspicies, si credas ex immensa Dei charitate & misericordia erga homines prouenire, quod quosdam ad se trahat, vt conuertantur, & salui fiant, sicut expresse testatur per Ieremiam, dicens, *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans*. Id est, quia ab æterno gratis te dilexi, & tuæ miseriæ sum misertus, ideo te traxi ad me. Quamuis autem hæc charitas & misericordia Dei non ita trahat omnes, vt actu conuertantur, tamen quia vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, paratus est omnes trahere, si impedimentum non apponant, & velint consentire. Vnde opportuno tempore omnes vocat, excitat, & mouet intus, vt velint venire ad ipsum: qui si velint, trahentur: quod si non trahuntur, est, quia nolunt vocanti assentiri.

Ps. 65. v. 5.
Ier. 31. v. 3.
1. ad Tim. 2. v. 4.

Hinc est quod multoties similibus beneficiis, miraculis, exemplis, & prædicationibus vocat, exhortatur, & excitat eos qui resistunt, & qui ei obediūt, imo aliquādo maioribus beneficiis, & miraculis excitat rebelles, sicut videre licet in Pharaone, qui Deo restitit, pluraque miracula vidit, quam Nabuchodonosor, qui tandem assensit. Vnde tantum abest, quod iuste conquerantur de Deo, quod potius Christus Dominus iustissime conqueratur de illis, sicut de ciuitatibus, in quibus prædicauit, dicens, *Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent*.

Mat. 12. v. 42.
Matt. 11. v. 21.

Non negamus eos qui trahuntur à Deo, his beneficiis, & donis præueniri eo loco, tempore, & opportunitate prout oportet, vt velint venire, & trahi; & hoc est maximū donum Dei, & supremum beneficium, quod ita exaggerat Diuus Augustinus; Nemo venit, nisi velit, trahitur autem miris modis, vt velit ab illo qui nouit intus in ipsis hominum cordibus operari, non vt homines (quod fieri non potest) nolentes credant, & conuertantur, sed vt volentes ex nolentibus fiant. Reliquis autem hominibus auxilium præbet sufficiens etiam, vt ex nolētibus fiant volentes, sed ipsi nolunt mutare cōsilium; & ideo sibi imputent, quod non veniant, & trahantur. Hoc autem ita disposuit Deus, vt manifesta fiat, tum omnipotēs virtus gratiæ ipsius, tum liberum arbitrium hominis; in laudem quidem bonorum, qui potuerunt transgredi, & non sunt transgressi, resistere Deo, & nō restitere; in confusionem

Lib. contra duas ep. Pelag. c. 19. to. 7.

vero

[illegible] ideo
[illegible] ese vel [illegible]
[illegible] t, vel [illegible] us
[illegible], & te [illegible] D[illegible]
[illegible] & [illegible] tia
[illegible] ica h[illegible]itas
[illegible] lectu [illegible] b
[illegible] cu[illegible]os
[illegible] occulta D[illegible] udicia,
[illegible] atictum in omni-
[illegible] et onem hn
[illegible] mentur apud D[illegible]
[illegible] rium [illegible] clare v-
d[illegible] ama cum Apostolo;
[illegible] tiæ, & [illegible] tiæ D[illegible]!
[illegible] sunt iudicia eius, &
[illegible] cognouit sensum
[illegible] us eius fui. B

[illegible] tare con[illegible] um
[illegible] c trahat, & illum
[illegible] iud care, si non vis erra-
[illegible] ge; non traheri, ora
vt [illegible] aheris: [illegible] ce[illegible] stanter cum sponsa,
Trahe me post te: nam fortan dispol[illegible] Deus pro-
[illegible] han[illegible] rationem, ex eius præmot one ottá
a[illegible] bi [illegible] is post ipsum, a[illegible] hoc vt
ita c[illegible]s, q[illegible] um in æternum [illegible] uatis.
[illegible] d [illegible] octu[illegible] re lu[illegible] aterr, & [illegible] etiá
[illegible], p[illegible] ex[illegible] p[illegible]diuit, ne Deus media
ap[illegible] quibus trahendus es, sicut è contra in-
[illegible], & [illegible]tas, ac misericordia maxime
[illegible] ua [illegible] vt te trahat. Insinuauit hoc Chri-
[illegible] ddens rationem cur in Caphar-
naum [illegible] f[illegible]cerit, nulla tamen in patria
sua, causam in suos ociues refundit; quia incre-
duli erant, & sinistre de ipso loquebantur, idque
ex inuidia, *Quia nemo Propheta acceptus est in patria
sua*; Id est apud suos, quibuscum conuersatus est, C
qui ægre ferunt illum eis præponi; & sed vlterius
[illegible] Multæ viduæ erant in Israel in diebus
Eliæ, quā [illegible] nes magna erat in omni terra, &
tamen non est ad vllam earum missus, nisi ad e-
am quæ erat in Sarepta Sidoniæ: multi etiam le-
prosi erant in Israel sub Elisæo Propheta, & ne-
mo illorum mundatus est nisi Naaman Syrus;
[illegible] mul perpende varia & secreta media tra-
[illegible] gratiæ: nam Elias missus est ad viduam,
non vidua ad Eliam. E conuerso autem Naamá
venit ad [illegible] seum, non Elisæus ad Naaman; quia
[illegible] quando Deus inspirat prædicatoribus, vt eant
ad locum, vbi peccatores sunt, & trahant illos;
aliquādo è contra ipsis peccatoribus suggerit, vt
eāt ad prædicatores & medicos, à quibus sunt sa-
nādi: sed cur relictæ sunt viduę Israeliticę, & mis-
sus est [illegible] ias ad viduā Sidoniam? Quia illæ nimi-
tum erant incredulæ, paruifaciebantq; Dei Pro-
phetam; vnde iuste repulsæ sunt. Hæc autē pau- D
per erat, pia, & misericors, ac ita docilis & obe-
diens Prophetæ, vt petenti buccellam panis ex
farinula quam habebat, libéter porrigeret, pro-
pter quod voluit Deus ex gratia benignum se
præbere illi. Nam, *Beati misericordes, quoniam ipsi
misericordiam consequentur*; & infelices duri corde,
quia iram potius inuenient. Rursus Naaman
adeo fuit fide præstans, vt puellæ Hebrææ nar-
ranti virtutem, ac potentiam Elisæi Prophetæ
mox crederet, & egressus è domo sua ad illum

[illegible] an superbia [illegible] edi[illegible]m Exhort. 9. 1.
[illegible] præst tutum respueret, vt [illegible] ox
[illegible] en postea saniori mente [illegible] b-
[illegible] tem obnuit. En vbi occulta Dei iu-
[illegible] nt iusta, dum quuidam peccato-
[illegible] eserit, misericordia tamen, &
[illegible] lena dum alios trahit, & licet ali-
q[illegible] am trahat infideles rebelles, vt Sau-
[illegible] otrand[illegible], vt incredulitatem,
& [illegible] di[illegible] d ponant, ne diuinæ gratiæ
[illegible] & pietate, ac misericor-
[illegible] D[illegible] nt, vt illos trahat.
S[illegible] hortatione sequenti.

EXHORTATIO V.

*De iis, qui varii ex causis resistunt Deo vo-
canti; & de miris modis, quibus alios vo-
cat, trahit, introducit, & compellit ad se ve-
nire, aliquando etiam per flagella.*

Trahe me, post te curremus.

CVM regnum cœlorum ex sententia Saluato- Mat. 11. v.
ris, vim patiatur, ppter multa quæ illius im-
pediunt consecutionem, oportuit vim vi repel-
lere: vim quidem iniustam & diabolicam, vi iu-
sta & diuina repellendo. Neutra coactionem in-
fert volūtati, quę libera manet (alioquin nec et-
iam peccatum haberet, aut meritum, nec vllus
dignus esset laude, vel vituperio, præmio, aut
supplicio) sed vehementi impetu illā trahit, vt in
rem concupitam feratur. Vitiosa autem vis, &
diabolica triplex est, quæ nuncupari potest, car-
nalis, terrena, mundana, iuxta illa tria quæ con-
numerat D. Ioannes, dicens; *Quidquid est in mun-* 1 Io. 2. v. 16
*do est concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, &
superbia vitæ.* Trahuntur enim homines praui in
funiculis Adam terreni, & in vinculis amoris
proprii, à rebus visibilibus quas vehementer
concupiscunt: videlicet vel à carnalibus volu-
ptatibus, vel à terrenis diuitiis & possessionibus,
vel à mundanis honoribus & dignitatibus, aut
potius ab harum rerum inordinatis concupi-
scentiis, & affectionibus, quæ funes sunt, com-
pedes & vincula quibus ligati trahuntur ad in-
numera & grauissima scelera perpetranda, qui-
bus etiam compediti & vincti detinentur, ne
Deo vocanti obediant, trahantur ab ipso, &
post illum currant.

*De tribus hominum generibus qui Deo vocanti
resistunt. §. 1.*

HANC vim patiebātur tres illi miseri, qui in- Luc. 14. v. 18
uitati ad cœnam venire noluerunt, volebat Matt. 22. v. 1.
Deus trahere eos ad se, *In funiculis Adam, & in vin-* Osea 11. v. 4.
culis charitatis, modo supra exposito; nam maxi-
mum erat beneficium contulisse illis bona tem-
poralia, quibus abundabant, & insuper inuitare
eos ad cœnam magnam, & nuptialem, sanissi-
mis ferculis refertam: sed quid illi inuitanti re-
spondent? *Cœperunt omnes simul se excusare. Pri-
mus dixit villam emi, & necesse habeo exire, & vi-
dere il-*

dere illam, [illegible] habe me excusatum [illegible] quis, A
ser, in hanc te adegit necessitatem [illegible] ad
Serm. 13. de verbis Domini. videndum villam quam [illegible] P[illegible]
(inquit D. Augustinus) superbia vitæ, [illegible]
seculi, quæ [illegible] mundum, [illegible]
tus dom[illegible] te comp[illegible], vt dicas, [illegible] ha-
beo ex te. Vim patem [illegible] vi la quam en[illegible] & à
dignitate quam assecutus es, à qua [illegible] o-
In Mat. 22. hoc vocatur negotiatio. tes, imo non vis, & ideo ad Dei cœn[illegible]
ctas. Secundus dixit, *Iuga boum emi quinque, copro-
bare illa, rogo te, habe me excusatum.* O cupide nego-
tiator, qui quinq; iuga boum super tuum collũ
coacervasti! & quid [illegible] diuitiarũ cupiditates,
nisi quædam iuga super ceruices diuitũ, quæ il-
los cogũt arare terram, vt ex eius visceribus au-
Mat. 19. v. 24. tum & argentũ extrahant? Propter quod ad Dei
conuiuium ire nolunt; quia facilius est camelũ
per foramē acus intrare, quam diuitem auarum
Matt. 7. v. 14. iuga diuitiarum à se proiicere, vt intret in cœlo- B
rum regnum, cuius porta est angusta, nec tot iu-
gis oneratos potest capere. Sed quid ait tertius?
Vxorem duxi, & ideo non possum venire. O infelix
vir! quis tantam tibi intulit vim, vt eundi ad Dei
cœnam abstulerit potestatem? Non possum ve-
nire (inquis) quia vinculis alligatus sum: nõ qui-
dem vinculo iusto matrimonii, sed vinculis car-
nalis concupiscentiæ erga propriam vxorem,
quã non amabas, sed deperibas. O cæca concu-
piscentia! ô stupenda hominum malitia! non p̃-
cipiebatur illis villæ, & boum dominium abdi-
care, nec vxorem dimittere; & tamen ita affectu
illis inhærebant, vt nec ad modicum temporis
vsum vellent interrumpere, vt ad cœleste cõui-
uium properarent. Vincula etenim nostra non
sunt res iustæ possessæ, sed inordinatæ earum af-
fectiones, & malus vsus ex illis ortus.

Poterat quidem Deus fecundo eos vocare,
& fortius trahere, sed noluit: nam sicut dixit
Exod. 33. v. 19. Moysi, *Miserebor cui voluerõ, & clemens ero in* C
quem mihi placuerit. Iustissime tamen noluit;
Ad Rom. 9. v. 15. nam cum voluisset eos trahere in funiculis
Adam, & in vinculis charitatis, ipsi ruperunt
hos funiculos, & vincula; id est, legem grati-
tudinis, quæ obligabat ad diligendum & obe-
diendum benefactori, à quo bona illa recepe-
rant; quin potius ex receptis beneficiis ansam
nacti sunt ad illũ resistendum; sicut populus il-
Deut. 32. v. 15. le, de quo Moyses, *Incrassatus est dilectus, & recal-
citrauit; incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit
Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo.*
Ier. 2. v. 20. & c. 5. v. 5. Cui concinit Ieremias, dicens, *A sæculo confregisti
iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti non serui-
am.* Optimates autem, qui viam Domini igno-
rauerant, id tenacius diserunt, & fecerunt. Iusto
ergo iudicio iratus Dominus sententiam tremẽ-
Num. 11. v. 4. dam contra eos protulit, dicens, *Amen dico vobis,* D
*quod nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cœ-
nam meam.* Ipsi maluerunt suas gustare cœnas,
carnibus, cæpis, & alliis Ægypti se satiando, in-
digni sunt qui ad mensam meam sedeant, in qua
manna de cœlo apponitur, quod non datur re-
manentibus in Ægypto.

Peribit villa, & deficient boues, morietur v-
xor, & omnis eorum transibit gustus, ac dele-
ctatio; si venerint sicut virgines fatuæ, dicen-
Mat. 25. v. 11. tes, *Domine, Domine aperi nobis;* Respondebo eis,
Clausa est ianua, nescio vos: Aliquando vos noui,
& introducere volui in domum meam, & in te-

A g[illegible]um [illegible]
[illegible] ctis & n[illegible]
e[illegible] ianua [illegible] tibus, ne[illegible]o
tes [illegible] co[illegible] f[illegible] p[illegible] bo[illegible]
*renuistis, ego quoque in interitu vestro ri[illegible]
sannabo, cum* [illegible] *id quod time*[illegible] *a*[illegible]
no e[illegible], pe[illegible] lapis es tu [illegible] & cum v[illegible]
ris, n[illegible] es, ne[illegible] cum [illegible]
quam[illegible] in terris. [illegible] utiæ
fluant, [illegible] es, ut am[illegible]
noli cor a[illegible] [illegible] amore
hæreas, [illegible] paratus e[illegible]
tuerit, vt Deo vocante [illegible] C[illegible]
compede iniicis? [illegible]
rea [illegible] ile, vel argentea, [illegible]
uere, & [illegible] ad Deum [illegible]
quam [illegible] is Deo [illegible] & [illegible]
perate, vbi ligat[illegible] pedibus [illegible] gnem,
B æternis vinculis [illegible] Tunc [illegible]
vlulans dices cum reliquis [illegible] *Quid no-
profuit superbia, & iactantia diuitiarum quid contu-
lit nobis?* Quid mihi profuit villa, quid [illegible]
um, aut chara vxor? [illegible] omnia [illegible] tan-
quam vmbra, & ego per[illegible] cru[illegible] in hac flamma.
Scito ergo Deum vocare te non quia te indi-
geat, sed quia tu indiges illo [illegible] tereris,
etsi magnam ei iniuriam [illegible], nullum tamen
damnum infers, tibi autem maximum. Ipse enim
cum sit omnipotens, pro nihilo ducit conterere Iob 34. v.
multos, & innumerabiles, cum sunt ei rebelles, 24.
facileq; stare facit alios pro eis. Quod & præsens
parabola manifeste demonstrat: dum reiectis
Iudæis innumeræ Gentium nationes vocantur
ad cœnam.

De aliis qui efficacius vocantur & trahuntur.

DIXIT igitur paterfamilias seruo, *Exi cito in* Lu. 14. v. 21.
C *plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles,* Mat. 22. v.
cæcos & claudos introduc huc. Quid est introduc, ni- 9.
si voca, & duc tecum, nec dimittas donec intrẽt
in domum, vt gustent cœnam meam: Quo per-
acto, dicit iterum, *Exi in vias, & sepes, & compel-
le intrare, vt impleatur domus mea.* Quid est com-
pelle, nisi non admittas excusationes eorum, sed
vehemẽti vi impelle, & fac vt ingrediantur do-
mum meam. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & Ad Rom. [illegible]
sciẽtiæ Dei! quàm terribilis est & admirabilis in
deserendo vel trahẽdo filios hominum. En tibi
duplex mira efficasque Dei vocatio, quæ gratia
trahens dicitur, vna quæ vocari potest gratia in-
troducens, altera compellens: de quibus sponsa Du. [illegible]
ait, *Trahe me post te.* Et, *Introduxit me rex in cellaria*
sua. Exhibetur autem diuersis hominum generi-
bus, prout eorum expostulat ingenium & con- &
D ditio, vt ad Deum perueniant.

Quidã enim sunt miseriis temporalibus op-
pressi, quos Christus Dominus vocat hic paupe-
res, debiles, cæcos, & claudos, qui ob suam ino-
piã non habent quo se excusent; dicẽtes, villam
emi, & quinque iuga boum, & vxorem diuitem
magna cum põpa duxi, & ideo facilius obediũt
diuinæ vocationi; quia retẽ temporalium vin-
culis nõ sunt cõpediti: quod si ligati sint deside-
riis habẽdi illas, facilius rumpunt ista vincula,
nec tã vehementi & acri indigent vocatione, sed
suauiori trahũtur, quę eos ducat ac introducat in
locum Dominicæ cœnæ, vt in Deum credant &
sperent,

sperent, vt ad ipsum connectantur, eumq; super omnia diligant, & mandata eius seruent. Nam cum primum radius diuinæ lucis eorum tangit corda, suam agnoscunt pauperiem, & indigentiam, indignosq; se iudicant, qui ad Dei cœnam inuitentur; sed hac submissione aptiores redduntur, vt suauius trahantur. Quia sicut Deus superbis resistit, ita humilibus dat gratiam, & ita hos potissime diuina Sapientia inuitat, dicens, *Si quis est paruulus, veniat ad me.* Et insipientibus locuta est, *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis*: nam qui se reputant paruulos & insipientes, facile illi acquiescunt; qui autem in oculis suis magni sunt & sapientes, acriori indigent vocatione vt trahantur.

Iac. 4. v. 6. — Prou. 7. v. 4. — Iob 35. v. 5. — Mat. 22. v. 9.

Sed quia Deus potentes non abijcit, cum ipse sit potens, nec sapientes, nobiles, & diuites contemnit, sed benigne etiam eos vocat, & fortioribus vinculis trahit; ideo ait, *Exi in vias, & sepes, & compelle eos intrare.* Non inquit, voca pauperes & cæcos, sed potius, vt dicit alia parabola. *Quoscumque inueneritis in exitibus viarum*, etsi potentes ac diuites, vel coniugati sint. Quod si dixerint, villam emi, aut iuga boum, & eo videre, aut probare illa, aut vxorem duxi, & ideo non possum venire, non cedas, nec permittas manere, iosta fortius, & compelle eos vt intrent. Triplex autẽ est modus compellendi. Primus per superabundantem & extraordinariam illustrationem mentis, & impulsum vehementem voluntatis, quæ ita cor immutet, vt quadam vi cœlesti, ac diuina repellat omnem vim carnalem, terrenam & mundanam; quam à vitijs & passionibus, & à possessione rerum temporalium patiebatur, incipiatq; alacriter post Christum currere. Hac mira vi traxit ad se Christus tres insignes peccatores, scilicet, Magdalenam, Matthæum, & Saulum, in quibus prædominabatur concupiscentia carnis, diuitiarum cupiditas, & superbia vitæ, qui facillime rupẽrũt hæc vincula per copiosam illis infusam gratiam, quę illos ad Christum duxit, & introduxit, traxit, & intrare compulit. Raro quidem hæc contingunt, & miraculosa sunt; sed vt egregie docet D. Paulinus, in omni loco plura quotidie mirabiliora solito signa crebescunt, vt omnem quantum in ipso est hominem saluum faciat: ostendit in raris, quod omnibus, si velint, prosit. Sufficit enim vniuersorum institutioni forma paucorum; quæ ibi vtrumque proponitur, vt credentibus exemplo sit, indurantibus testimonio.

Luc. 7. v. 37. — Mat. 9. v. 9. — Act. 9. v. 1. — D. Paulinus ep. 8. ad Apium. Plura apud Bellar. l. 2. de gratia, & lib. arbit. c. 5. 10. 3.

Duplicem esse tractionem, vel beneficiis, vel flagellis. § 3.

SED quoniam varijs medijs externis etiam, homines ad se venire compellit, &, vt diximus ex Diuo Augustino, mitis modis trahit, duo tangamus potentiora. Primum est multiplicando beneficia, & dona, nouos funiculos Adam texẽdo, & noua vincula charitatis inijciendo; quibus trahit illos; ad modum quo traxit ad se regem Dauid post patratum adulterium; quem sic affatus est Natham Propheta, *Hæc dicit Dominus: Ego vnxi te in regẽ super Israel, & ego erui te de manu Saul: dedi tibi domum Domini tui, & vxores Domini tui in sinu tuo: dedique tibi domum Israel & Iuda: & si parua sunt ista, adiciam tibi multo maiora: quare ergo contempsisti verbum Domini, vt faceres malum in conspectu meo?* O mira & fortis vocatio! Ordinauit in illum aciem beneficiorum, retulit manifesta, insinuauit occulta, texit ex vtrisque funiculos adeo fortes, vt his constrictus Dauid, & intus à Deo tractus ac compulsus, diceret, *Peccaui Domino*, qui tot tantaque in me contulit beneficia. Vnde mox dissoluit funiculos iniquitatis, & perfecte est ad Deum conuersus. Et tu ergo qui maiora longe quam Dauid, recepisti à Deo Patre beneficia, cum Filium suum propter te misit in mundum, recole omnia illa sigillatim; quæ pro te Christus Dominus gessit, & passus est, & quæ quotidie applicantur tibi per eius prouidentiam, vt tam corpus, quam animam seruet, tueatur; & reficiat, vt ex illis tibi funiculos Adam; & vincula facias charitatis, quibus traharis; vt post ipsum curras, iuxta ea quæ in Exhortatione secunda dicta sunt.

Lib. 1. cont. duas ep. st. Pelag. c. 19. Plura supra in Exhort. 2. 2. Reg. 12. v. 7.

Sed quoniam multi diuites, nobiles ac potentes, non trahuntur receptis beneficiis, quin potius abutuntur illis, vt licentiosius viuant, & in grauiora labantur crimina, ne isti pereant, trahit Deus eos alio modo illis accommodato, non in funiculis Adam, & in vinculis charitatis, sed funiculis, vt ita dicam, belluarum, & bestiarum, ferreis vinculis. Nam qui comparãtur iumentis insipientibus, quid mirum quod more iumentorum trahantur, vt seruiant Domino suo? Monuerat eos Dauid, vt resipiscerent, cum dixit, *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.* Sed videns hanc admonitionem nihil illis profuisse; addit, *In chamo & fræno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.* Ac si diceret; Hos, Domine, qui fiunt sicut equus & mulus, & à tẽ dissimilitudine vitæ se elongant, constringe chamo & fræno, velut iumenta: vt compellas eos venire ad te. Hoc enim est eorum ingenium, quia duri sunt corde, & terrenis valde agglutinati; vt non nisi verberibus afflicti illa deserant, & ad te veniant; sicut de Hebræis dicit idem Psalmista, *Cum occideret eos quærebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum: & rememorati sunt, quia Deus adiutor est eorum, & Deus excelsus redemptor eorum est.* Vexatio enim dabat intellectum auditui, vt voci vocantis obtemperarent. Propter quod Dauid ita pro eis Deum deprecabatur; *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine.* Hi enim contumaces sunt, & ad cœnam vocati venire renuunt: quia potentes sunt, nobiles, diuites, & fortes, fac eos, Domine, pauperes, debiles, cæcos, & claudos, vt cum eos voces, statim annuant, & ad te veniant. Sæpe enim (inquit Diuus Gregorius) hos elegit Deus, quos despicit mundus; quia plerumque ipsa despectio, hominem reuocat ad semetipsum; & tanto celerius vocem Dei aliqui audiunt, quanto in hoc mundo non habent vnde delectentur. Sicut filius prodigus, cum in tantam miseriam ac famem incidit, vt nec siliquis porcorum satiari permitteretur, in se reuersus est, & in domum patris redire decreuit. Longe erat à patre, sed chamo & fræno constrictus est, vt approximaret ad illum: Gloriabatur Israel quod bene erat illi; cum recessisset à Deo, & Idolis seruiebat, sepiuit Deus vias eius spinis, & tribulationibus, quibus puncta, & dilacerata, dixit, *Reuertar ad virum meum priorem, quia melius erat mihi tunc, quam nunc*; vt fuse alio loco explicuimus.

Psal. 44. v. 13. — Psal. 31. v. 9. — Psal. 77. v. 34. — Isa. 28. v. 19. — Psal. 82. v. 17. — Hom. 36. in Euang. — Luc. 15. v. 17. — Osea 2. v. 12. — Tom. 1. de perfect. ona Christiana, tract. 1 c. 13. & to. 3 tractatu 4. c. 6.

Magnam miſericordiam Dei eſſe trahi flagellis, & magnam iram parcere illis. §. 4.

HAs omnes vocationes, aut vocandi modos complexa eſt ſponſa; id eſt, Eccleſia Chriſti, cum orat, & ait, *Trahe me, post te curremus.* Petit enim cuncta eius membra, imo omnes homines ad Chriſtum trahi, infideles ad fidem, peccatores ad pœnitentiam, tepidos ad feruorem, ſæculares ad religionem, imperfectos ad perfectionis viam; non tantum vocatione ſufficienti, ſed efficaci, quæ trahat, introducat, & compellat, ſiue per proſpera, ſiue per aduerſa, ſiue per beneficia, ſiue per flagella, ſiue funiculis Adam, & vinculis charitatis, ſiue chamo & fræno, ac vinculis ferreis; ſicut in collectis ſæpe orat, *Ad te noſtras propitius rebelles compelle voluntates.* Certiſſimum enim eſt omnia hæc vocari debere vincula charitatis, quatenus ex immenſa Dei charitate & miſericordia procedunt, etſi ferrea & dura videantur. Parcere enim flagellis, & relinquere peccatores impunitos, frui proſperitatibus, ſicut eres illos qui vocati ad cœnam, venire recuſarunt, non eſt ſignum amoris, ſed indignationis; non indicat miſericordiam, ſed tremendam iram: quia diſſimulat punire in hoc ſeculo, vt in æternum puniat in futuro. Vtrumque ſic explicat D. Auguſt. Seculi lætitia eſt impunita nequitia: magnæ miſericordiæ eſt, nequitiæ impunitatem non relinquere: ne Deus cogatur in extremo damnare, modo flagello dignatur caſtigare. Vis noſſe, nulla pœna quanta ſit pœna, non iuſto, ſed peccatori, cui eſt temporalis pœna, ne ſuccedat æterna. Pſalmum interroga, *Exacerbauit Dominum peccator, ſecundum multitudinem iræ ſuæ non quæret.* Ideo non exquirit Deus, quia multum iraſcitur, parcendo ſæuit, ſed iuſte ſæuit. Eſt enim lenitas; quaſi ſæua veritas. Si ergo aliquando ſæuit parcendo, bonum eſt nobis vt ſubueniat caſtigando. Hæc Auguſtinus. Quæ confirmantur ea ſeuera illa ſententia Iſaiæ, *Miſereamur impio, & non diſcet facere iuſtitiam, in terra ſanctorum iniqua geſſit, & non videbit gloriam Domini.* O miſericordia horrenda, ex qua oritur triplex grauiſſima pœna; quia nec diſcet facere iuſtitiam, pœnitendo, & ſatisfaciendo pro delictis, nec in Eccleſia, quæ eſt terra Sanctorum, ab illis diſcet ſanctitatem, ſed potius à diabolo iniquitatem; vnde non videbit gloriam Domini, quia in infernum detrudetur. Nolo hanc miſericordiam, ait D. Bernardus, quia ſuper omnem iram miſeratio iſta. Volo iraſcaris mihi, pater miſericordiarum, ſed illa ira qua corrigis deuium, non qua extrudis de via: illud tua nobis benigna animaduerſio parit, hoc formidoloſa nutrit diſſimulatio.

Semm. 37. de verbis Domini.

Pſal. 9. v. 25.

Iſa. 26. v. 10.

Serm. 42. in Cant.

Ideo, Domine, humiliter à te poſco, vt trahas me quocumque modo volueris, etſi in chamo & fræno, & in vinculis ferreis, quia vtilius mihi eſt, vt penitus appropinquem tibi; quam quod impunitus longe ſim à te. Satius (inquit idem Bernardus) eſt mihi vt trahas me qualem cumq; vim mihi, aut terrendo minis, aut exercēdo flagellis, inferas; quam parcens in meo me torpore male ſecurum derelinquas. Trahe me quodam modo inuitum, vt facias voluntarium, trahe torpentē, vt reddas currentem. Væ autem illi; qui nec ducitur beneficijs, nec flagellis flectitur, vt trahi velit. Tunc enim tanquam ægrotum, de cuius vale-

Serm 21 in Cant. post medium

A tudine medicus deſperat; permittit Deus, vt lubet viuere, & quibuſdā bonis temporalibus frui, vt ſi quæ bona fecit, remuneret: iuxta illud Ezechielis, *Auferetur zelus meus à te, & quieſcam, & non iraſcar amplius.* Id eſt, hactenus zelo tuæ ſalutis iraſcebar, vt te flagellis traherem; ſed quia nec beneficijs, nec verberibus flecteris, permittam te poſt concupiſcentias tuas nunc abire impunitam, in æternum poſtea ſæuius puniendam.

Ezech. 16. v. 42.

Hinc deduci poteſt, quis ſit ſeruus ille, de quo dicitur, quod trahit, introducit, & compellit intrare. Quidam enim Patres affirmant eſſe Chriſtum Dominum, qua homo eſt: alij Apoſtolos, & Euangeliſtas, alij prædicatores omnes: ego vero crediderim in vniuerſum dici ſeruum, quidquid inſtrumentum eſt Dei ad vocandum, vel trahendum ad ſe homines, ſiue ſit Angelus, ſiue homo, qui concionatur, vel bonum præbet exemplum, ſiue pius liber, ſiue creatura aliqua inſenſibilis, quæ vice Dei ſoneat, aut flagellet, delectet, aut

Luc. 14. v. 23. Apud D. Thomam in Catena.

B torqueat eo fine vt reſipiſcant. Cum ergo dicis, *Trahe me poſt te*, idem eſt ac ſi Deo diceres; Domine, dic obſecro, ſeruo tuo, vt compellat me intrare; dicito paupertati, dicito ægritudini, dicito ignominiæ, dicito tribulationi, & perſecutioni; compelle hunc venire ad cœnam meam, & currere poſt me ipſum; malo enim ita compulſus intrare, quam plenus diuitijs, bonoribus, & voluptatibus foris remanere: hic vre, hic ſeca, dummodo ad te me trahas, & in æternum parcas.

Quotieſcumque ergo ſenſeris vehementem carnis rebellionem, vel torporem, aut ignauiam, vel animi debilitatem, vt Dei inſpirationi conſentias, ſiue cum te vocat ad pœnitentiam, vel ad maiorem vitæ feruorem, vel ad religionis ſtatum, ſeu ad quoduis aliud inſigne perfectionis opus, hanc precationem ardenter fundere debes, *Trahe me, poſt te curremus.* Deſiderans trahi ad id quod Deus præcipit, ſi neceſſe eſt, etiam per tribulationum ſpinas, aut velut aliter Ionas,

C per ventrem cete, & furibundum mare, vſque ad ſalutis portum. Nec debes expectare otioſus, quod Deus te trahat, ſed iuxta conſilium Diui Auguſtini, ſi non traheris, ora vt traharis, vel vt dixerat Diuus Ambroſius, excita tu Chriſtum vt trahat te; quia ſi rogari nollet ſponſa ab ipſo præmora, non diceret trahe me.

Supra ſunt allata loca.

Nec item cauſeris quod pauper ſis, debilis, cæcus, aut claudus ſpiritu; quia ipſa gratia trahens, hos ſupplet defectus: nam pauperes bonis actibus ditat, vt ſe ad introeundum diſponant, debiles fortitudine roborat, illuminat cæcos, & erigit claudos, vt quid agendum ſit videant, & rectis greſſibus tendant, vt id aſſequantur. Quatuor itaque præſtat hæc gratia, ac ſecum affert; nempe congruentem diſpoſitionem ad Dei amicitiam, vel ad munus ad quod vocat; robur animi ad currēdum poſt Chriſtum, lumen quod errorem & ignorantiam pellat, & rectam intentionem quæ puro affectu ad Deum deducat.

D Denique etſi qui trahitur, flagellis & aduerſitatibus, calcaribus incipiat currere velut equus; tamen poſtquam tractus eſt ſemel, calcaribus non indiget; ſed ſumma voluptate currit, eo modo quo ait ſponſa, *Curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Canes enim venatici non alijs ſtimulis agitantur, vt currant ad inquirendos cuniculos, vel lepores, quam odore eorum. Flagella quidem

dem deseruiunt vt auferant impedimenta, & A rumpant interna vincula, quibus cor alligatum erat, sed his ablatis, sponte currit post Christum, cuius percipit odorem. Nam, vt dicit Diuus Bernardus, qui tractus est quodam modo inuitus, factus est iam voluntarius. Nec modus ille tractionis impedit, quin obedientia & cursus postea possit esse valde perfectus. Nam quid (inquit Cassianus) obfuit Paulo, quod repente » cæcatus ad viam salutis velut inuitus videtur at» tractus, qui postea Dominum toto animi feruo» re sectatus initium necessitatis voluntaria deuo» tione consummans gloriosam tantis virtutibus » vitam inimitabili fine conclusit? Filius etiam prodigus inopia, & fame pressus compulsus est ad patrem redire; at lubens rediit tractus odore paternæ benignitatis, ac affluentiæ bonorum quibus affluebat domus eius.

Serm. 21. in Cant.

Collat. 3. cap. 5

Luc. 15. v. 17.

Non negamus eos qui huiusmodi minis, & terroribus, aut flagellis trahuntur, etsi magnum a Deo recipiant beneficium, aliquando tamen non omnino interna recepisse vincula, & affectiones ad res quas possidebant: vnde minus sponraneè quam par erat obediunt, ideoque segnes currunt & deficiunt, quia suauissimos Christi odores non percipiunt. Misit quidem Dominus duos Angelos vt Luth, vxoremque eius, ac filias è Sodomis educerent, eo quod delenda esset ciuitas. Dissimulantibus autem illis, aut nonnihil repugnantibus apprehenderūt Angeli manus eorum, & eduxerunt eos extra ciuitatem; quæ tandem subuersa est: at vxor Loth, contra Domini præceptum retro aspiciens, versa est in statuam salis. Sed cur retro aspexit, nisi quia quodammodo inuita exijt, & adhuc erga bona quæ in Sodomis reliquerat, cor inordinate affectum retinebat? Et quia lento gressu progrediebatur ad destinatum locum, suam segnitiem, & repugnantiam manifestans; ideo cum iam maritus eius ingressus esset in Segor; ipsa adhuc longe erat, & tunc in itinere adhuc posita retro aspexit, cum strepitum vehementem ignis & fulguris descendentis super Sodomam persensit: si autem cum marito properasset, hoc periculum euasisset. Miseri etiam eueotus Loth in monte, in eius paruam credulitatem & confidentiam refundendi sunt. Ideo enim permisit eum Dominus in ebrietatem, & incestum labi, quia non satis prompte, & confidenter diuinæ obediuit vocationi; nec dictis Angelorum se subiecit; sed de hoc alibi. Istorum tamen periculo cautus esse debes, vt diuinæ vocationi, & gratiæ Dei trahenti non consentias nec segniter, sed alacriter post vocantem curras ad modum quo in sequentibus Exhortationibus exponetur.

Gen. 19. v. 15.

V. de Pereiram in dictum locum Genesis.

EXHORTATIO VI.

De nostra libera cooperatione cum gratia Dei trahente, & de modo currendi cum ea per affectus internos amoris & spei, & per opera externa pigritia reiecta.

Pro Fer. 4. Post Pentec.

Trahe me, post te curremus.

MISERA, stupenda, & horrenda nimis conditio hominis vera fide destituti; qui

Manichæi, veref. 11 D.

cum à veritatis tramite recedit, incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim; & sicut quidam, vt liberum hominis arbitrium tuerentur, gratiam Dei destruere moliti sunt, ita è conuerso alij, vt gratiam Dei magnifacerent, liberum arbitrium extenuarunt, aut sustulerunt; dicentes gratiam Dei ideo dici trahere homines, quia illos cogit, & necessario mouet; eo prorsus modo, quo artifex serram, & pictor penicillum; ita vt non sit in nostra potestate illi resistere: nam hoc (inquiunt) significat verbum trahere, quo Christus Dominus vtitur; iuxta illud facta volentem ducunt, nolentem trahunt. Alij autem peius errantes, vt licentiosius viuant; se bestijs exæquant, dicentes liberum arbitrium per peccatum Adæ omnino extinctum, nec necessaria esse alia bona opera præter ea, quæ ipse Christus fecit nobis imputata. Sed abeant miseri, quia contra bestias non est rationibus agendum, & velint nolint, propter opera, quæ suo arbitrio faciunt, iustissimè æternis flammis addicentur.

Aug. tract. 26. in Ioan. Chrysost. hom 45. Caluinus idem sentit.

Io. 6. v. 44.

Lutherus.

Gratiam Dei trahentem exigere liberi arbitrii cooperationem §. 1.

SAT nobis sit precatio sponsæ, *Trahe me, post te curremus*; vt liberum hominis arbitrium, quod omnes experimur, fide certa teneamus, nec per gratiam lædi; etsi dicatur trahere: non enim peteret trahi, nisi id vellet, & summe desideraret; nec se paratam offerret ad currendum, nisi cum gratia trahente, libere ipsa consentiens, cursuram se sciret. Cum ergo petit trahi, non petit cogi; non vim, quæ libertatem tollat, sibi inferri, sed vehementem sibi inclinationem, supernaturalem imprimi, à qua fortiter & suauiter trahatur; nam etiam trahit sua quemque voluptas, & vehemens inclinatio. Quemadmodum (inquit D. August.) ostendens puero nucem, aut non ramum viridem; illum ad te trahis; ita Deus dum C lumine suo ostendit nobis seipsum, aut Christum & eius bona, trahit nos ad se, non coactione, nec necessitate; sed summa voluptate: quod si aliqua est ibi violentia, & coactio, non fit voluntati à Deo præmotæ, sed vitijs, sed diabolo, sed mundo, sed carni, & omnibus, quæ nos à Deo auertere, & cursum nostrum post Christum impedire conantur. Propter quod dicitur, *Quod regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Non enim dicuntur violenti; quia inuiti violentiam patiantur; sed quia volentes, & cupidi violentiam inferunt ijs quæ quomodocumque detinent, ne regnum cœlorum sibi rapiant.

Virgilius Egloga 2. Tract. 26. in Ioan.

Mat. 11. v. 12.

Quia autem Deus est, qui hanc suauissimam vim, & impetum imprimit, eleuans hominem ad ea quæ suas vires excedunt; ideo dicitur homo quasi serra, vel penicillus, aut instrumentum Dei, libere tamen Deo assentiens, & cum Deo D operante cooperans. Et hoc forte est quod ait sponsa, *Trahe me, post te curremus*; id est, non ego sola curram, sed tu, Domine, curres mecum, ambo simul curremus; tu mihi præbens vires ad cursum, & mouens, ac dirigens gressus meos, ego tibi consentiens, & simul tecum operans. Ita expresse Diuus Paulus testatur, cum ait, *Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit;*

Alia noua expositio.

1. Cor. 15. v. 10.

A *sed abundantius illis omnibus laboraui; non ego, sed gratia Dei mecum.* Ac si diceret, Gratia Dei traxit me, non inuitum, sed spontaneum, quia ea nolente fecit volentem; ita vt dicerem, *Domine, quid me vis facere?* Hæc autem gratia non fuit in me vacua, sed statim cœpi laborare, & currere cum illa vehementius, & abundantius quam cæteri: sed non laborabam, nec currebam solus, sed ipse Deus, & gratia eius mecum: ipse me excitabat, ego sequebar; ambo simul eundem cursum, & idem opus perficientes, sicut de quatuor animalibus dicit Ezechiel, quod *Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur.* Et de rotis ait, *Quocumque ibat spiritus, illuc eunte spiritu rota pariter eleuabantur sequentes eum. spiritus enim vitæ erat in rotis.* Quoniã Spiritus sancti inspiratio, quæ est gratia trahens, homines impellit tam magnos quam paruos, vt bonum sequantur; ipsi vero inspirationem Dei sequentes, & ab ipsa tracti & adiuti cum ea gradiuntur, & ambulant, ac currunt in similitudinem fulguris coruscantis. Quid ergo timidus es modicæ fidei? quid times laborem cursus? quid asperitatem pœnitentiæ, vel amaritudinem viæ purgatiuæ? quid longitudinem illuminatiuæ viæ, aut sublimitatem vnitiuæ? Ecce non solus curres, sed Deus tecum; ambo curretis simul, ambo portabitis legis Euangelicæ iugum; per quamcumque viam gradiaris præcedet te, deducet te, trahet te, si consenseris illi, & spem tuam in eo collocaueris: nam, *Qui confidunt in Domino, mutabunt fortitudinem*, humanam in diuinam, assument enim pennas à Deo quibuscum ipso adiuuante, ambulent, currant, & volent: nec deficient, quia ab ipso trahuntur, & diriguntur, ne succumbant. Etenim huiusmodi auxilia gratiæ trahentis, sunt quædam inchoationes nostrorum actuum à Deo immissæ nostris viribus, & potentijs, vt ipsæ Deo adiuuante facilius prosequantur. Illustratio enim diuina subito intellectui impressa, est quædam quasi inchoatio actus fidei, vel meditationis aut contemplationis, qua excitatus intellectus suauiter credit, meditatur, & contemplatur mysteria; quæ per illam illustrationem raptim sunt ei ostensa. Inspiratio item in voluntatem immissa, quædam est inchoatio spei vel dilectionis, deuotionis, gratitudinis, vel amoris, aut cuiusuis alterius pij affectus, quem voluntas sic excitata vehementius prosequitur, & exercet, ita vt ab illa scintilla magnus augeatur ignis, si homo cum immissa Inspiratione velit cooperari; sicut enim magister, & dux canentium solet psalmos & cantica inchoare, quæ, ipso dirigente, alij cantores prosequuntur: sic etiam cum nos (sicut docet Diuus Paulus) Deo cantamus, & psallimus in cordibus nostris hymnos, psalmos, & cantica spiritualia, Ipse Deus per has illustrationes & inspirationes inchoat in nobis huiusmodi cantica, & internos actus, eo fine, vt nos, ipso dirigente & adiuuante, eos prosequamur. Qua forte de causa dicit Psaltes Deum immisisse in os eius canticum nouum. Et quomodo immisit, nisi inchoando canticum & imprimendo illi nouum affectum, & feruorem Deum laudandi; quo adiutus vsque ad finem canticum perduxit? Hoc igitur ipsum est quod inquit sponsa, *Trahe me.* Et quid est trahe me, nisi, tu Domine inchoa in me bonum opus, fortiter & suauiter me impellens ad illud; ego vero tua gratia adiuta illud perficiam, & omnes vires meæ, *curremus post te*, vt inchoatum à te opus peragamus; non quidem ego sola, sed tu etiam mecum misericordia tua subsequente me; nam qui cœpit opus bonum, ipse (inquit Apostolus) perficiet, confirmabit, solidabitque. Quare summo studio tibi curandum est, vt huiusmodi gratiæ Dei fidelissia cooperator; quacumque diei hora vel momento senseris illum, vt monet consilium Ecclesiastici, *Non defrauderis à die bono, nec particula boni doni te prætereat.* Particula enim boni doni est gratia excitans & trahens, quæ initium est magni doni in te perficiendi si illam admiseris: ne ergo illam vacuam abire sinas, nec diem hunc bonum in quo te Deus visitat, defraudatum transire permittas, ne tanto bono priuatus iram Dei prouoces, illumque reuocare nequeas.

Act. 9. v. 6. — *Ezech. 1. v. 12.* — *Isa. 40 v. 31.* — *Nota.* — *Eccl. 51. v. 34.* — *Simile.* — *Ad Ephes. 5. v. 19.* — *Ad Col. 3. v. 16.* — *Psal. 39. v. 4.* — *Alius sensus horum verborum.* — *Psal. 1 v. 4.* — *Ad Phil. 1 v. 6.* — *Eccl. 14. v. 14.*

B

Contra eos qui omnia relinquunt Deo & Christo, nihil operari volentes. § 2.

HINC deducere primo potes quam turpiter errent tam nostræ ætatis hæretici, quam alij peccatores pigri, segnes, & voluptuosi, quæ omnia gratiæ Dei relinquentes, quasi Deus solus, & Christus Dominus cuncta quæ ad eorum salutem spectant, sit perfecturus, ipsi nullam propriæ salutis curam gerunt, nec vllis bonis operibus incumbunt. Dicunt quidem cum sponsa, *Trahe me*, sed nolunt addere, *post te curremus*; quin potius cursus laborem respuunt, sedere eligunt, vel iacere in lectulo, otium amantes, solumque carnis illecebras sitientes. Et tamen infelices ita securi sunt ac si facta iustorum babeant, quia proprio iudicio ducuntur, sanctorum Patrum neglecta sententia, de quibus optime Salomon sic ait, *Sapientior sibi piger videtur septem viris loquentibus sententias.* Et qui sunt hi septem viri fortes ad laborandum, & sapientes ad proferendum sententias non vanas, sed omni laude dignas? Hi profecto sunt Prophetæ. Apostoli, Euangelistæ, Ecclesiæ Doctores & Pastores, Martyres, & insignes Confessores, qui septem vnanimiter testantur hominem teneri cooperari gratiæ Dei, & otio reiecto se ad laborandum applicare, & post Christum currere eius sequendo vestigia. At piger sapientior sibi videtur his septem viris, quorum sententias reijcis, suam illis præferendo, dicens salutem à solo Deo & Christo dandam, & datam fuisse, nec oportere amplius bonis operibus grauari, vnde duplicem sibi conciliat pigritiam; alteram quæ acedia dicitur, & est tædium de bonis operibus, quæ Christus ad salutem necessaria præfinit, fugit enim sacramentalem confessionem, horret satisfactionem, ieiunium respuit, & cætera quæ aspera sunt, & insuauia: alteram vero, quæ carnis libertas vocatur, qua libenter amplectitur cuncta quæ carni arrident; D ad hæc strenuus, ad cætera timidus. O filia Babylonis misera, beatus qui retribuet tibi retributionem, quam intendis retribuere nobis. Felix qui tibi dicit sicut tu nobis, *Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea.* O execranda Ecclesia malignantium, cœtus in meridie cæcutientium! mare feruens suas despumans confusiones: quibus egregie aptatur, quod Paulus de Epi-

C

Prou. 26. v. 16. — *Psal. 136 v. 7.* — *Iudæ in ep. v. 13.*

[illegible] im[illegible] *[illegible]tes, ma-* A *[illegible]lia*, [illegible] venter est, [illegible] ad bona opera [illegible].

Sed a[illegible] pe[illegible] qui veram re[illegible]uent [illegible] trahi [illegible] [illegible] labore re[illegible]giunt. [illegible] orum typus [illegible] in Naaman [illegible] cum puë[illegible] Hebræa diceret, *[illegible] Dominus meus ad Prophetam qui est in Samaria, pro[illegible] curasset eum à lepra quam habet*, [illegible] [illegible] eo, tetendit ad [illegible] [illegible] vbi E[illegible] erat, quid [illegible], *[illegible], & lauare [illegible] in [illegible], & recipiet sanitatem caro tua.* At N[illegible] & piger, qui sapient [illegible] a loquente [illegible], *[illegible] quod egrederetur ad me, & stans [illegible] Domini Dei sui, & tangeret manu [illegible] curaret me, nunquid non meliores [illegible] Damasci, omnibus a[illegible] lauer in eis, & munder?* Hæc dicens B [illegible] vt abiret indignans; O piger & superbe [illegible], sed sine vllo tuo labore, sine [illegible] Propheta (inquis) det sanitatem [illegible] Deum, manu tangat lepram, & [illegible] vt quid præcipit quod [illegible] adeam, [illegible] corpus nudem, lepram detegam, [illegible] non semel, aut bis, sed septies? Ad quid [illegible] lauari velim vt sanet, meliores aquas habeo in patria mea, vt quid lauabor in Iordane? En typum eorum qui salutem animæ quærunt, sed sine labore vllo. Puella paruula Hebræa gratiam Dei excitantem repræsentat: quæ varijs modis peccatores prouocat; vt salutem quærant; concipiunt salutis desiderium, quærere incipiunt, sed refugiunt peccata detegere, carnem macerare, præceptis Christi, & ministrorum eius obedire. Petunt quidem aliorum orationes, ipsi orare detrectant. Vellent solo tactu [illegible] lepram sanari, oleum dumtaxat vulneribus infundi, non vinum: quia acres increpatio- C nes [illegible], cuncta aspera horrent, & ea quæ blanda & lenia sunt, concupiscunt, & quia lepra proprij iudicij; proprijque voluntatis sunt infecti; [illegible] quecumque iudicium proprium suggerit; reliquis præferunt: ideo perpetuo manebunt leprosi, & miseri; in æternumque peribunt, si in suo errore contumaces perstiterint.

Felicior Naaman, quem vtinam imitarentur qui semel errant, vt mutato consilio resipiscant: Nam cum recedere vellet ab Elisæo, suam secum portans lepram, accesserunt famuli; qui prudenter consilium Elisæi approbantes, dixerunt ei, *Etsi rem grandem dixisset tibi Propheta, facere debueras, quanto magis quia nunc dixit tibi, Lauare, & mundaberis?* Assensit, abnegato iudicio proprio, & pigritia pulsa, descendit in Iordanem, nudauit corpus, lauit septies, & mundatus est. Hæc est via salutis, hæc semita sanctitatis; Deo subijci, ministris eius obedire, & cuncta præcepta libenter implere; quia etsi grandiora essent; & D diuriora, propter salutem tamen animæ alacriter essent implenda: ideoque sponsa ait, *Trahe me, Domine, non vt otiosa sedeam; sed vt post te curramus.*

Deseruore [illegible] est currendum, & cooperandum cum Deo. § 3.

SED magnam emphasim habet, non dixisse sponsam post te ibimus, vel ambulabimus, sed *post te curremus*: quoniam gratia trahens non solum respicit pigros qui iacent, sedent, vel stant ottosi nihil operantes; sed etiam qui tepide & remisse operantur. Nam, vt ait Diuus Ambrosius, nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia. Et quoniam huiusmodi remissio proxima valde est otiositati; nec solum bona spiritualia non acquirit, sed etiam parta destruit iuxta illud Salomonis, *Qui mollis est, & dissolutus in opere suo, frater est sua opera dissipantis.* Id est, (sicut explicat Diuus Gregorius) qui cœpta bona districte non exequitur, dissolutione negligentiæ manum destruentis imitatur. Ad declarandum ergo feruorem spiritus, qui ex gratia Dei impellente concipitur, ait sponsa, *post te curremus*: non pedibus corporis, sed animæ, qui sunt affectus eius interni, quibus ad Dei mandata & consilia implenda progreditur. Nam (vt docet Diuus Augustinus) in rebus corporalibus aliud sunt pedes; aliud scalæ, aliud pennæ; intus autem, & pedes, & scalæ, & pennæ affectus sunt. His ambulemus, his ascendamus, his volemus. His affectibus dicuntur ambulare; qui pressius pedes figunt in terra, dum terrenis rebus amore inhærent; & tanto tardius ambulant, quanto maiori affectu in illis detinentur. Currunt vero qui minus rebus terrenis inhærent, & dum solum necessarijs contenti sunt, vtunturque hoc mundo quasi non vtantur, velocissime currunt. Ascendunt autem per scalam cum gradiuntur de virtute in virtutem, omnes virtutum gradus vsque ad summum percurrentes: volant autem cum à terrenis eleuantur, vt cœlestia contemplentur, eorumque sit in cœlis conuersatio. At sponsa ad hoc desiderat trahi, vt non tantum ambulet, sed etiam currat in via Domini, magno spiritus feruore in virtutum gradibus proficiens; quia Deus est, qui hos pedes excitat, mouet, deducit; & perducit ad perfectionis culmen quod desiderat: iuxta illud Psalmistæ, *Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum, super excelsa statuens me.* Et, *Statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos.*

Inter affectus autem duo sunt omnium præstantissimi, ad quos cæteri reducuntur, qui duo spiritus pedes aptissime dicuntur. In naturalibus enim, vt docet Diuus Thomas, amor & spes sunt duæ primæ affectiones duplicis appetitus animæ sentientis, quæ cæteras post se trahunt: Nam ex amore oritur desiderium rei amatæ quando abest; delectatio & gaudium quando iam possidetur; odium mali ei oppositi; timor cum appropinquat, tristitia cum iam est præsens. Spes autem quasi propinquior est amori; & quasi alter pes sinister, affectus quidam est ad bonum futurum arduum quod potest adipisci: Vnde nascitur audacia ad insequendum illud, fiducia, fortitudo; magnanimitas, & constantia donec obtineat, ira; vel zelus, vt quidquid obstat repellatur: Hos autem affectus tribuit nobis Deus; vt author est naturæ rationalis, vt illis ambulare & currere possemus secundum regulas rationis. Cæterum vt author est gratiæ, nobiliores & fortiores pedes largitus est; nempe amorem diui-

Ezech. 3. [illegible]

Lib. 7. in Lucam.

Prou. 18. v. 9.

[illegible] p. post admon. 35.

In Psal. 38.

Isa. 40. v. 31.

hæc est complexus.

Psal. 17. v. 34.

Psal. 39. v. 3.

1. 2. q. 25. art. 1. & 3.

 tinu

rum, quo ex charitate Deum propter se, & proximum propter ipsum diligimus: ac supernaturalem spem, qua Deo eiosque auxilio nisi ardua, cœlestia, & æterna bona adipisci conamur. Hi sunt pedes quasi ceruorum, quibus ad excelsa currimus, & vt prædixit Isaias, curremus sine labore, imo & volamus sicut aquilæ cum operibus vitæ contemplatiuæ, & actiuæ feruenter incumbimus. Præmouet quidem Deus hos pedes, sed nos Deo cooperantes illis celeriter currimus per viam mandatorum eius. Quia etsi dura sint & aspera, per hunc amorem, & spem fiunt leuia, & suauia, abnegatio dulcescit, pœnitentia fit leuis, obedientia iucunda: patientia in laboribus constans, humilitas in ignominijs gloriosa, lectio proficua, meditatio profunda, oratio feruens, contemplatio quieta, & ipsa quies in Deo delectatione plena. Si ergo vis currere sine labore, si cupis, vt Ecclesiasticus monet in omnibus operibus tuis præcellens esse, & velox, ama, & spera; dilige & confide, deprecans Deum vt pedes amoris & spei stimulet, perficiat, & ad superna eleuet, vt post ipsum curras, donec ad ipsum peruenias. Magis autem nititur de bes amore; qui pes dexter est, & vires addit spei, illamque corroborat, ne deficiat: quoniam iuxta Diui Pauli sententiam, *Spes ideo non confundit, quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis*; cuius munus est, hos pedes præmouere intra iustorum corda; de quibus dicitur: *Qui Spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei*. Idem autem est agi, & trahi. Vnde sensus est, quia Spiritu sancto trahuntur & magna vi impelluntur, vt post Christum currant, hi sunt dilecti eius filij, quorum fœlicem sortem cupiebat sponsa cum dixit; *Trahe me, post te curremus*.

Isa. 40. v. 31.

Col. 33. v. 23.
& c. 51. v. 27.

Ad Ro. 5. v. 5.

Ad Rom. 8. v. 14.

Opera externa coniungenda esse internis ad bene currendum. §. 4.

Hic efficitur perfectum, & feruidum cursum etiam pertinere opera externa à Deo præcepta, vel quomodolibet iniuncta, & inspirata; nam verus amor, & spes hæc opera pariunt, & indicia sunt interni feruoris. Quod egregie demonstrat encomium illud sponsæ, *Quam pulchri sunt gressus tui*. (vel vt alij legunt) *pedes tui, filia principis, in calceamentis*. Per calceamenta autem, quæ tegunt & ornant pedes corporis, apte intelligimus externa opera quæ comitantur interiores pedes, & affectus mentis. At sicut calceamenta hic non laudantur cum sunt à pedibus separata, sed cum illos induunt, & ideo gressus pedibus calceatis extolluntur: ita huiusmodi opera externa non sunt laude digna, si ab effectibus internis seiungantur; essent enim opera vana & inania, imaginem habentia virtutis, non veram speciem sanctitatis: quia omnis gloria filiæ Regis est ab intus. At cum internis affectibus coniunguntur, & ex illis prodeunt, adeo sunt mirabile vt dicatur *Quam pulchri sunt gressus tui, ò filia principis*, calceamenta & opera externa virtutis, quibus pedes tuos ornatos gestas. Et quia calceamenta ex pellibus animalium mortuorum fieri solent, potissime designantur externa opera quibus caro mortificatur, & castigatur, carnalesque concupiscentiæ reprimuntur, cu-

Cant. 7. v. 1.

Psal. 44. v. 19.

A iusmodi sunt quæ ad [illegible], & [illegible] citiam tuendam [illegible]. Huiusmodi enim opera has internas virtutes tuentur, sicut calceamenta pedes, ne lædantur. Et præterea sicut qui pedibus nudis graditur, lassatur cito, nec diu currere potest, quin spinis & saxis vulneretur, indecensque est & indecorum filiæ principis, ingenuæque puellæ pedes nudos gestare: ita qui solis internis affectibus currere vellet, operibus externis neglectis diu perseuerare non posset, quin à multis terrenis rebus læderetur; indecorumque esset at ima hæc externa contemnere & quasi discalceata procedere, cum dicat Paulus: *Prouidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus*. Homines enim non intuentur internos affectus, nisi per externa opera, sicut nec vident pulchritudinem pedum, nisi per calceamenta. Et ideo necesse est externa etiam exercere, vt spiritu & corpore sancti simus, & Deo placeamus. Vnde Diuus Ambrosius hæc verba Cantici interpretans sic ait: "Speciosam hic significat animæ pulchritudinem, quæ carne tanquam calceamento vtitur, & in ipso impedimentum non patitur sed incessus decore præcellit. Quod fit si calceamentum suum non inquinet luto corporali, nec in vitiorum mergat voragine; si castiget carnem suam ne moueatur ad cutium, & ærumnæ pinguis pondere prægrauetur. Bonum calceamentum animæ pudicitia est: bonus gressus vestigium est castitatis. Vtamur ergo corpore tanquam calceamento ad inferioris opera virtutis, ad ministerium, non ad præcipitium, ad obsequium, non ad delectationem, ad obedientiam, non ad dissensionem &c. Hæc Ambrosius. Et de his affectibus qui comitantur opera dixit Paulus: *Calceati pedes in præparatione Euangelii pacis*. Ac si dicat; Præparatio ad prædicandum Euangelium est pedes habere apte calceatos: id est insignes, & feruentes habere affectus operibus studiosis munitos; quod vnico verbo Diuus Chrysostomus dixit esse vitam optimam. Vita autem optima ex actibus interioribus, & exterioribus conflatur. Vtrosque autem sponsa, quæ sancta corpore & spiritu esse copit, Christo offert, cum ait, *Trahe me, post te curremus*, pedibus scilicet calceatis, vt te assequamur, intus & foris te imitantes. Cum autem tempus currendi breue sit & incertum, oportet per huiusmodi bona opera velociter currere; iuxta Sapientis consilium, qui ait; *Quodcumque potest facere manus tua, instanter operare. Quia nec opus, nec ratio nec sapientia, nec scientia est apud inferos, quo tu properas*. Post mortem enim non est tempus currendi neque operandi. Si autem nunc recte operando cucurreris, beatus eris: Nam, *Beati mortui qui in Domino moriuntur*. Et quare beati? *Opera enim illorum sequuntur illos*. Opera vocat ea quæ sunt bona & sancta: nam iniqua non tam sunt opera quam operum dissipationes, & iniqui potius sunt ociosi cum nihil ad suum finem & vitam æternam conducens operentur.

Rom. 12. 2. Cor. 8.

B

Ambrosius lib. de Isaac.

Ad Ephes. 6. v. 15.

C

Hom. 24 in 1. ad Hebr.

Eccl. 9. v. 10.

Apoc. 14.

D

Qua ratione Deus dicatur portare super humeros eos quos trahit post se. §. 5.

Sed ne in re tam graui aliquid indiscussum relinquamus, his quæ diximus obstare videtur

[illegible] oues, qui [illegible] o va ri quæ- [illegible] in- [illegible] suos gaudens, [illegible] us et c n- [illegible] vel ad [illegible] ipsa [illegible] pedibus suis [illegible] post ipsu [illegible] sed ve [illegible] cooperans. [illegible] ve currat & trahen [illegible] tia trahens simul est [illegible] noua indicat myste- [illegible]

[illegible] ad causam generalem satisfaciendi [illegible] peccatis, & merendi nubis gratiam, [illegible] & vitam æternam, respiciamus, solus [illegible] generis humani deperditã quæ- [illegible] super humeros portauit; quia i- [illegible] nunquam vniuer alis Redemptor, cun- [illegible] ienter præstitit Nam vt inquit I- [illegible] *languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.* & *peccata nostra* (ait Diuus Petrus) *ipse pertulit in corpore suo super lignum.* Ideoque idem [illegible] Propheta dixit, *Factus est principatus eius, super humerum eius.* [illegible] super humerum portauit omnes quos [illegible] assumpsit. Sed quid est quod Isaias ait [illegible] humerum, parabola vero super humeros? [illegible] quia Christus duplicem habet naturam, humanam & diuinam, & vtraque fuit necessaria, tanquam duplex humerus ad hoc munus portandi, proprium Redemptoris; quia nec Deus solus posset satisfacere, nec homo solus valeret æqua-le reddere. Atex vtraque natura vnus est Christus, quia vnica est vtriusque persona. Et ideo proprie dicitur & portare super humeros, & super humerum.

Sed si ad genus humanum singulosque homines per peccatum perditos attendas, extrema eorum indicatur imbecillitas, & virium defectus: ita vt nihil ex se ipsis possint agere, quo pro culpa satisfaciant, vel veniam & gratiam mereantur; sed totum hoc gratis ex sola Christi misericordia recipere debeant. Cæterùm ne animum despondeant cum se vident debiles, claudos, cæcos, langu-dos, & dilaceratos, sed diuinæ fidant omnipotentiæ, ideo Christus dicitur eos portare super humeros suos cum à peccatis, & à diaboli eripit faucibus. Quod clarius indicat parabola miseri hominis, qui incidit in latrones, & spoliatus, vulneratus, ac semiuiuus relictus est: quem tamen pius Samaritanus, postquam oleo, & vino infuso alligauit, & curauit vulnera eius, imponens in iumentum suum duxit in stabulum. Iumentum autem, quod à iuuando dicitur quasi iuuamentum, humanitas & caro Christi est, quæ verbum diuinum iuuit ad opus redemptionis nostræ, eique promptissimé obediuit, & subiecta fuit quocumque eam ducere volebat, etiam vsque ad mortem crucis; super eamque onus peccatorum posuit, & hominum; qui cum ita essent vulnerati, & seminiui seu semimortui, suis pedibus ambulare nequibant nisi Christus super se eos assumeret & duceret in stabulum quod est Ecclesia, vbi illorum curam ageret. Hæc autem præstat singulis peccatoribus gratia Christi quæ dicitur trahens, & portans. Alligat enim vulnera, cum sanguinem peccatorum flu-

[illegible] Isa. [illegible]
[illegible] Petr. [illegible]
[illegible] Isai. 9. 6.
Luca 10. v. 34.
[illegible] gratia trahens & portans.

xum reprimit per [illegible] ut nunquam amplius peccarent, per [illegible] concupiscentias insienans ne in extremam perniciem præcipitent; infundit vinum, dum incutit acrem diuinæ iustitiæ timorem, & dolorem de peccatis, qui vinum compunctionis vocatur: adhibet autem oleum, quia spem veniæ à diuina misericordia impetrandæ simul largitur, vt timore & spe qui semiuiuus erat, incipiat reuiuiscere & vires resumere, vt velit, & possit super iumentum ascendere, & Christo fidere, & vti, ab illoque duci quo ipse velit, nempe intra Ecclesiam, vbi integram recipiat sanitatem. Sed hæc sine proprio consensu, & cooperatione præstare nequeunt. Nam licet gratia excitans hos affectus primo imprimat, liberum tamen arbitrium ea excitatum cos fouet, & cum ipsa gratia in perfectiorem gradum deducit.

Sic igitur Pastor ouem errantem inueniens portat ad caulas super humeros suos, quia inuenit eam à lupis vulneratam, confractam, & fere dilaceratam; ita tamen vt aliquid ex ea manserit quo portari à Pastore velle possit, & illum sequi. Quod eleganter insinuat Amos Propheta dicens: *Quomodo si eruat Pastor de ore leonis duo crura, & extremum auriculæ, sic eruentur filii Israel qui habitant in Samaria, in plaga lectuli, & in Damasci grabbato.* Id est; illi qui in peccatis & sanguinibus suis tanquam in lectulis & grabbatis requiescunt, deuorabuntur sicut oues errantes à leone, hoc est ab aduersario nostro diabolo, qui tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret: quidam tamen ab eius faucibus eruentur per Pastorem Christum, nempe illi quorum dignatur duo crura, & extremum auriculæ eruere: duo crura ad ambulandum deseruiunt, auricula vero ad audiendum. Eruitur auricula cum datur vis & auxilium ad audiendam Dei vocem & inspirationem, & verbum Dei ad obediendum illi, & subijciendum se fidei & legi Christi: cruantur autem duo crura; cum confertur auxilium ad ambulandum & bene operandum quæ Deus præcepit & necessaria sunt ad salutem, recipiendo sacramenta, & seruando mandata; quæ duo sunt velut duo crura quibus ad salutem properatur. Per hæc autem dilacerata ouis, & à diabolo occisa, reuiuiscit & redintegratur per Pastorem Christum; qui etsi super humerum portet ad significandum nihil ipsam posse à se, nisi per illum, tamē duo crura, & auriculam peculiariter eruisse dicit, vt intelligat se ad obediendum, & ambulandum vocatam, vt etiam proprijs cruribus & pedibus ambulet, & curtat post ipsum.

Hæc clarius in Deuteronomio sub alia metaphora explicuit Moyses dicens: *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis.* Vbi mire duo supradicta tanguntur. Nam primo Christus Dominus pullos infirmos ac debiles, eiusmodi sunt delinquentes, per gratiam excitantem prouocat, incitat, & mouet, vt velint volare, à peccato surgere, à terra, & terrenis contagionibus se eleuare: ad quod suadendum super eos volitat, proponens ante illos exemplaria suæ passionis, & ea quæ ipse fecit, & passus est pro peccatis nostris, vt ad aliquid simile præstandum prouocentur.

Amos 3. v. 12.
Deut. 32. v. 11.

E ce cooperatione necessariam ex parte nostra. Sed quia nihil nostris viribus possumus, ne vocatum istum ex magnitudine operis, vel ex difficultate laboris pusillanimes fugiamus, subijcit secundum, extendit alas suas, & assumit portat in humeris suis, ducens eos quo tendere debent vt saluentur. Quod & de iustis etiam verum esse constat, simul enim si post Christum currunt, & tamen ab ipso portantur, quatenus ipse tribuit pedes quibus currat, & insuper summa afficit Lætitia, vt quasi sine labore tanquam ab alio portati opus suum perficiant.

Isa. Quod & Isaias insinuauit metaphoram Pastoris prosequens: *Sicut Pastor gregem suum pascet* (grex autem dum pascit, pedibus suis ambulat, & Pastorem sequitur: sed subdit) *In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit:* quod ad gratiam trahentem, sublevantem, & magna consolatione onus mitigantem, referendum est. Sed non citra mysterium ouem errantem super humeros portare dicitur, agnos B vero in brachijs, & in sinu; quoniam ponderosissimum omnium Christi onus fuit peccatum, ac peccantium cœtus, & ideo super humeros collocatur, vbi grauia pondera portantur; vnde & Christus Dominus super humeros baiulauit crucem, quam pro peccatis nostris portabat, at ijs dimissis per pœnitentiam, istos tanquam filios charissimos in brachijs, & in sinu suo portat, quibuscum maxime delectatur, & magna eos replet consolatione.

Illud denique valde perpendendum est, quod Dominus *errantem* ouem gaudens imposuit super humeros suos: summo enim gaudio afficitur Christus cum peccatores quærit, inuenit, vocat, trahit, & portat, ideoque eorum conuiuijs intererat, cum illis libenter manducabat, vt inde ansam eos ad se trahendi arriperet, Pharisæosque de hoc murmurantes hac parabola compescuit, ipsos potius exhortans vt gratularentur ei de oue perdita, & inuenta, etsi magno labore super humeros suos à se efferreportata. Propter quod immensas ei gratias persoluere tenemur, portantes libenter ipsum, sicut ipse portauit nos. Ad modum quod Apostolus inquit: Empti estis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore vestro. Et sicut portauimus imaginem hominis terreni; ita portemus imaginem cœlestis in secula seculorum. Amen.

1. Cor. 6. v. 20. & c. 15. v. 49.

EXHORTATIO VII.

Pro Euangelijs in quibus h. betur hoc verbum, Sequatur me. Discite à me; Exemplum dedi vobis.

De modo currendi post Christum sequendo eius vestigia; obseruando præcepta & consilia Euangelica, & imitando heroica eius exempla: & de Zelo trahendi alios qui currant nobiscum.

Post te curremus in odorem vnguentorum tuorum. D

IAM ingenuum & heroicum sponsæ animum aperiamus, cum trahi se petit vt curras post sponsum in odorem vnguentorum eius. Nec refert si dictionem *post te*, coniungas cum præcedenti, legens cum Diuo Bernardo: *Trahe me post te*, siue iungas sequentibus, vt cæteri passim agunt, & Vulgata, *Post te curremus in odorem vnguentorum tuorum*. Nam vtroque idem omnino sensus, & ... post ... vestigia, dictio autem ... gentia ... ... Deum ... Christum Deum & hominem ... tari tenemur; sed Deum ... quo Christus homo imitatus est illum ... Diuus Bernardus consuluit ... trahe me, ad te curremus, ... non appetit brauium, ... dem sed laborem. Postea mercedem, & quietem petet, dicens: *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie.* Modo vero tantum postulat trahi, vt post illum currat, eo tamen modo vt ad ipsum perueniat. Quam pauci, inquit, post te, o Domine Iesu ire volunt, cum tamen ad te peruenire nemo sit qui nolit hoc sentientibus cunctis quod delectationes in dextera tua vsque in finem. Et propterea volunt omnes te frui, at non ita & imitari: conregnare cupiunt, sed non compati. Et tamen necesse est compati, vt conregnemus; gradi post te, vt perueniamus ad te.

Confirmat hoc eleganter D. Nyssenus explicans verba quæ Dominus respondit Moysi cum ei dixit: *Ostende mihi faciem tuam.* Exo. *Videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris.* Quibus verbis docuit Moysem viam perueniendi ad videndum faciem Dei in alio seculo, nimirum videre tergum eius in hac vita, sequendo ipsum & currendo post illum. Nam qui sequitur alium, non faciem, sed tergum aspicit & post eius vestigia graditur. Qui autem faciem suam auertit à tergo Dei ne eum aspiciat & sequatur, non videbit vnquam faciem illius; sicut C illi quos Isaias refert dixisse: *Auersi sumus, ne iremus post tergum Dei nostri*, scilicet sequendo vestigia eius. Sed quoniam in Scriptura vestigia vocari solent, aut ipsa signa pedum terræ impressa à gradientibus per illam; aut ipsi gressus ambulantium vel currentium per viam, hinc vestigia Christi nuncupantur, aut præcepta & consilia Euangelica, quæ signa sunt gressuum eius, aut ipsi Christi gressus, exempla, & heroica opera quæ fecit implendo huiusmodi præcepta, & consilia. Et quamuis virtumque in idem fere recidat, seorsum de vnoquoque agemus, quia primum ad Dei imitationem etiam spectat. Vtrumque etiam Christus Dominus complexus est, quoties discipulis & turbis dicebat hæc verba, Et sequatur me.

De imitatione Dei & Christi, seruando præcepta & consilia Euangelica. §. 1.

ILLE igitur post cœlestem sponsum perfecte currit; qui cuncta eius seruat præcepta, & insuper iuxta propriam vocationem etiam consilia Euangelica quæ vestigia sunt sanctitatis, & perfectionis Dei & Christi, quam suis operibus testatus fuit. De quorum obseruantia gloriabat sanctus Iob, dicens: *Vestigia eius secutus est pes meus: viam eius custodiui, & non declinaui ex ea à mandatis labiorum eius non recessi, & in sinu meo abscondi*

abscondi verba oris eius. Quæ vocauerat vestigia, A postea vocat viam eius, mandata, atque verba oris illius, quæ se custodisse profitetur, & in sinu suo tanquam rem preciosam & summe dilectam abscondisse. Et quintuplici phrasi eandem sententiam exprimit, replicat & inculcat, vt ostendat se obseruasse non vnum vel alterum Dei mandatum, sed omnia, non remisse, sed plene & perfecte, nec solum externus, sed interius & ex toto corde; quia in hoc consistit nostra vera quies, delectatio & summa fœlicitas. Vnde non sine mysterio vox Hebræa cui respondet nomen, vestigia, significat etiam, vt notat Cardinalis Caietanus, beate, seu beatitudinem, vt sensus sit: *Beate tuum secutus est pes meus*; quo denotatur beatitudinem nostram in eo sitam esse, vt Dei vestigia sequamur & vias ac semitas eius custodiamus. Vnde Dauid Psalmos ab hac beatitudine inchoauit dicens: *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, &c. Sed in lege Domini voluntas eius.* Et Psalmum 118. qui totus est de diuina lege sic B exorditur; *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* Et Christus Dominus etiam insignem sermonem in monte habitum sic exorsus est, vt nomen beatitudinis adiungeret actibus virtutum, quibus præcepta & consilia Euangelica adimplentur: vt cum dixit: *Beati pauperes, Beati mites*, &c. Hæc enim si recte meditemur, & obseruemus, nos facient beatos, plene quidem in futuro seculo, ex parte etiam in præsenti. Nam qui post Agnum currit in hac vita eius cuncta sequens vestigia, sequetur etiam in altera quocumque ierit omnimoda eius fruens gloria. Caietanus prædictum locum ita vertit: *In beatitudine vidit pes meus.* Nam licet videre pertineat ad oculos, non ad pedes, tamen pedes dicuntur videre, quia non mouentur nisi videndo & intuendo præcepta: iuxta illud Salomonis: *Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos.* Ita autem inspicere mandata, vt pes moueatur ad exequendum illa, vere beat nos: quia vt di- C xit Ecclesiasticus; *Nihil dulcius quam respicere in mandatis Domini.*

Vide Pinedam ibi.

Psal. 1. v. 1.

Apoc. 14. v. 4.

Prou. 4. v. 25.

Eccl. 23. v. 37.

Sed quid est quod Iob non dixit vestigia eius secuti sunt pedes mei, sed pes meus? nunquid vnico tantum pede sequebatur Dei vestigia? Absit. Sic enim difficillime ambularet, vel claudicaret in duas partes, sicut quondam Israel tæ. Sed cum pedes animæ, vt iam diximus, sint eius affectus, animæ autem duplex sit pars affectiua; altera inferior quæ carnem, altera superior quæ mentem vel spiritum attingit: ita duplex est pes vel affectus, alter partis sororientis, alter vero partis rationalis, in qua liberum est arbitrium; & hic pes sufficiens est ad sequenda Dei vestigia, etsi alter repugnet, vel contradicat; ita enim testatur Diuus Paulus dicens: *Condelector legi Dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati.* Et paulo post: *Ego ipse mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati.* D Sed vt ostendat hæc sine culpa posse contingere subijcit: *Nihil ergo nunc damnationis est iis qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant.* Ideo ergo sanctus Iob vnius duntaxat pedis mentionem fecit, quia iste, qui ad mentem spectat, necessarius est & sufficiens ad Christi vestigia sequenda, quamuis vigente hac carnis re-

3 Reg. 18. v. 21.

Ad Rom. 7. v. 22.

Ad Rom. 8. v. 1.

pugnantia, sequela non erit tam iucunda, nec tam velox, sicut quando ex Dei gratia caro subijcitur spiritui, & homo interior & exterior illa gaudent concordia de qua Psaltes ait: *Tu vero homo vnanimis, dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu.* Forte hanc concordiam obtinuerat Iob; & ideo solum dixit: *Vestigia eius secutus est pes meus*: vt indicaret omnes eius affectus carnis, & spiritus in vnionem redactos, ac si essent vnus pes, summo consensu Dei legem esse secutos. Nec inusitatum est in Scriptura singulari vti pro plurali, ad denotandam plurium vnionem & concordiam.

Psal. 54. v. 14.

Aliæ expositiones.

1. Esdra 2. v. 64.

Omnis multitudo quasi vnus.

Hanc expectabat sponsa cum dixit: *Trahe me, post te curremus*, ac si diceret, Trahe me totam; trahe spiritum, trahe carnem; trahe omnes vires, vt omnes simul curramus post te. Nam si caro repugnet, non sinet spiritum alacriter, & velociter currere; cum alter pes langueat: nam & per viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum; quando scilicet cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. At si caro à carne opprimitur, quis poterit currere post te? Sed nec tunc cadam animo, nam gratia tua trahens, vel carnem subijciet spiritui, vt prompte cum eo currat vel spiritui præstabit robur, vt secum quocumque libuerit carnem trahat, & cum eo simul currat. *In odorem vnguentorum tuorum.* Id est propter dulcedinem & fragrantiam quam habent tua præcepta quæ dicuntur odores vnguentorum Dei & Christi: quoniam sicut odores effectus sunt qui exhalantur ab vnguentis, ita præcepta & consilia procedunt à diuinis virtutibus, & perfectionibus. & ideo diuinam redolent sanctitatem.

Psal. 118. v. 32.

Psal. 83. v. 3.

De currendo post Christum Dominum imitando eius exempla §. 2.

HÆc melius percipientur si perpendas modum sequendi Dei & Christi vestigia id est eorum gressus, opera, & exempla. Et quidem sæpius inuitamur ad Dei sanctitatem, misericordiam, charitatem, & perfectionem imitandam, vt cum monemur diligere inimicos, benefacere ingratis, sicut Deus solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, vnde inculit Christus Dominus; *Estote perfecti, sicut pater vester cælestis perfectus est.* Sed quoniam huiusmodi exempla non tam conspicua sunt omnibus ad imitandum, Christi Domini clarissima gesta, & opera, proponuntur cunctis: sicut ipse sæpius testatur cum ait: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.* Quod Diuus Petrus magis expressit dicens *Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius, qui peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur non comminabatur. Tradebat autem iudicanti se iniuste.*

Matt. 5. v. 45.

Mat. 11. v. 29.

Io. 13. v. 15.

1 Petr. 2. v. 21.

Hæc & alia huiusmodi fuerunt vestigia Christi & gressus eius per præcepta, & consilia Euangelica: post quos gressus debemus omnes gradi ac currere sequentes ipsum: vnde cum aliquando diceret se multa Hierosolymis passurum, Petrusque responderet

ei; *Ab-*

ei; *Absit à te Domine, non erit tibi hoc*, Christus eum vehementer increpans ait: *Vade post me, Sathana, scandalum mihi es, quia non sapis quæ Dei sunt, sed quæ hominum*; ac si diceret: ô aduersarie, quare cursum meum retardare satagis & alio diuertere? non ego cursurus sum post te, sed tu post me, non te sequar ego, sed tu me sequere. Nam currere post me est sapere quæ Dei sunt, huic obstare est sapere quæ sunt hominum, & mihi, id est Ecclesiæ meæ scandalum ponere. Memento quod te vocans & fratrem tuum in mari dixerim: *Venite post me*. Vade ergo post me, & non errabis, sed securus curres.

Mat. 16. v. 22.

Hinc autem occasione arrepta docuit discipulos modum eundi & currendi post ipsum, dicens illis; *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, tollat crucem suam & sequatur me*. Quibus verbis tria docet necessaria ad veniendum & currendum post ipsum, nempe abnegare se, tollere crucem suam, & eius sequi vestigia moresque imitari, terribilis quidem sententia, & menti sponsæ, vt apparet, aduersa. Illa cupit expedite currere post Christum, ad currendum autem celeriter deponendum est omne pondus, non vero aliud nouum assumendum. At quid ponderosius cruce? quid illa molestius? quomodo currere, & simul poterit crucem portare? Sed esto crux pondus graue sit carni, auferet tamen omne pondus ab spiritu. Iugum est, sed suaue, onus est, sed leue, si portatur post Christum eius intuendo exemplum. Quomodo non milites alacriter currêt post ducem idem ferentes pondus, quod ipsum ferre conspiciunt? Ascendit olim Abimelech cum exercitu suo in montem Selmon, & arrepta securi præcidit arboris ramum, impositumque ferens humero dixit ad socios: *Quod me videtis facere, cito facite*. Igitur certatim ramos de arboribus præcidentes sequebantur ducem. Ad hunc igitur modum ascendens Christus in montem Caluarium, baiulans sibi crucem, militibus suis dicit: quod me videris facere, cito facite. Si vultis venire post me, tollite crucem vestram sicut ego tuli meam, & sequimini me. Sed quia supra vires nostras est cruce ferre, dicimus nos ipsi *Trahe me, post te curremus*. Trabe nos tu Domine gratia tua, cuius virtute baiulantes crucem curremos post te.

Mat. 16. v. 24.

Iud. 9. v. 49.

Sed præmisit, *Abneget semetipsum*, quia strenue se abnegare est pedirum se ad currendum reddere. Abnegatio enim omnia impedimenta celeris cursus penitus aufert, præcipue tria illa, quæ diuinæ obstant vocationi, nimirum concupiscentiam carnis, cupiditatem diuitiarum, ambitionem & superbiam vitæ: ijs enim per mortificationem ablatis, facile ac suaue erit crucem ferre, & cum ea simul post Christum currere. Quod egregie satis docuit Diuus Paulus quasi Christi prætactam sententiam nobis explanans: *Deponentes (inquit) omne pondus, & circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta*. Quod Christus Dominus dixit; abneget semetipsum, interpretatur Paulus per hoc, quod est deponere omne pondus & circumstans peccatum, abnegando & proijciendo à nobis omnem inordinatam affectionem ad res terrenas, quæ velut graue pondus opprimit animam, & omnem affectum carnis, quæ spiritum circundat, & in peccatum pertrahit, cuncta denique alia quæ quomodocumque nos circumstant & ansam delinquendi præbent. Hoc autem pondere deposito facile est crucem ferre, & per patientiam currere ad propositum nobis certamen, patienter ferendo tribulationes, ignominias, dolores, & reliqua quæ contra nos certant & vehementer pugnant, vt sanctitatem deseramus. Habet autem emphasim modus loquendi Diui Pauli; quia parum est non fugere certamen istud, multo autem illustrius armatum patientia currere ad illud, & se laboribus, ac tribulationibus paratum offerre. Hoc enim est currere post Christum, qui ad simile certamen alacer cucurrit, eius exemplum intuendo, qui proposito sibi gaudio, scilicet huius vitæ, quod facile obtinere potuisset, illud respuit: & maluit sustinere acerbam, & contemptibilem mortem crucis, nihili faciens confusionem coram hominibus, vt voluntatem patris expleret, & mundi redemptionem perficeret: propter quod factus est nobis auctor, & consummator fidei. Auctor quidem, nam per passionem suam fundauit Ecclesiam, stabiliuit fidem, & meruit nobis omnia salutis nostræ media; consummator autem, quia hæc omnia perfecit & obtemperantibus sibi æternum præmium largitur. Nam sicut ipse per crucem intrauit in regnum, ita currentes post illum ad eundem in suo regno existentem perueniunt.

Ad Heb. 12. v. 1.

Aspiciamus igitur in auctorem & consummatorem fidei Christum Iesum: curramus post illum alacriter; nam vt auctor fidei trahet nos & auxiliabitur nobis; vt consummator vero eiusdem, deducet nos ad se ipsum, vt vbi ille est modo, simus omnes sequentes illum: Si omnis qui in agone contendit, (inquit Paulus) ab omnibus se abstinet vt corruptibilem coronam accipiat; tu cur necesse est, sicut docuit Ecclesiasticus, agonizare pro salute animæ tuæ, & certare vsque ad mortem pro iustitia, cur non abstinebis te ab omnibus, & omne noxium pondus depones, vt recipias coronam incorruptam? quoniam non coronabitur, nisi qui legitime certauerit, & frustra tendes ad Christum in gloria patris existentem, nisi per abnegationem & baiulationem crucis, quam præcepit, curras post illum.

1. Cor. 9. v. 25.
Eccl. 4. v. 43.

2. Ad Tim. 2. v. 5.

Qua forma sit currendum post Christum. § 3.

Ad hunc autem cursum magna necessaria est fortitudo & robur animi, quoniam cursis post gigantem, de quo scriptum est: *Exultauit, vt gigas ad currendam viam*. Sed tuam agnoscens debilitatem dicito cum sponsa; *Trahe me, post te curremus*. Non facile post gigantem curritur qui à gigante trahitur. Debilis enim qui aliquo onere pressus ascendere nō potest ad montem; sitta vt est oneratus, arripiatur à gigante fortissimo, cito ascendet ad cacumen. Christus autem Dominus cum aliquem sua gratia trahit, hoc habet singulare, vt giganteas vires omnibus præstet: gigas reddit gigantes, fortis fortes, robustus robustos: imo quod amplius est, omnipotens, omnipotentes, siquidem Paulus ait; *Omnia possum in eo qui me confortat*. Et Diuus Bernardus attestatur nullam rem elatiorem reddere

Psal. 18. v. 6.

Ad Phil. 4. v. 13.
Serm. 55. in Cant.

dere omnipotentiam Verbi, quam quod omni-potentes facit sperantes in se.

Vnde & cum Christus Dominus ait: *Venite post me*, non solum præcedit tanquam exemplar vitæ, & dux viæ quem sequamur, sed tanquam adiutor fortis, qui vias asperas complanat, hostes irruentes fugat, & difficultates occurentes vincit iuxta illud; *Ego ante te ibo, & gloriosos terræ humiliabo; portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam*. In quo mira Christi prouidentia cernitur. Etenim cum peccatorem vocat, qui ab ipso est auersus, ipse stat à tergo clamans vt ad se reuertatur, sicut prædixerat Isaias dicens: *Aures tuæ audient verba post tergum monentis: hæc est via, ambulate in ea*. At postquam peccator hanc vocem audit, ipse Christus incipit illum præcedere, & eum à tergo relinquit, vt sequatur vestigia ipsius, omnia obuiantia impedimenta propellens: sicut postquam Israelitæ ex Ægypto prodiere, ducem sequebantur Dominum qui præibat illis ad ostendendam viam tanquam dux itineris, & ad debellandos hostes: vnde & Moyses dicebat Domino, *Si tu ipse non præcedas, non educas nos de loco isto*: nimirum quia corruemus coram inimicis impugnantibus nos: cui Dominus. *Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi*. Non ergo timeas post Christum currere, quia etsi post gigantem curras, ipse est auxiliator tuus, vt assequaris eum.

Isa. 45. v. 2.
Isa. 30. v. 21.
Exod 33. v. 15. & c. 23. v. 15.

2. Sed adhuc facilior est cursus: quia currimus, vt inquit sponsa, *In odorem vnguentorum tuorum*. Etenim cum Christus præcedat currens fragrantissimis vnguentis delibutus, relinquit post se miros odores, quibus qui eum sequuntur trahuntur vehementer, vt eum insequatur. Odores isti sunt cœlestes benedictiones quas impartitur sequentibus ipsum. Has enim solet post se relinquere, vt inquit Ioel Propheta: *Quis scit si conuertatur, & ignoscat Dominus, & relinquat post se benedictionem?* Odores isti sunt spirituales consolationes, deuotionis dulces affectus, illustrationes cœlestes, & alij huiusmodi affectus, qui signum sunt diuinæ præsentiæ præcedentis, vt post se trahat quos vocat. Curremus ait, D. Bernard. cum reddideris lætitiam salutaris tui, cum redierit melior temperies gratiæ, cum sol iustitiæ tepescens incaluerit, & ad flatum auræ blandioris cœperint vnguenta liquescere, & aromata fluere, & dare odorem suum, tunc in odore illo curremus.

Ioel. 2. v. 14.

3. Sed adhuc mysterium latet in his verbis: *Curremus in odorem vnguentorum tuorum*. Vnguenta enim vnde profluunt odores, sunt virtutes vnde procedunt actus, & opera studiosa. Omnibus quidem hominibus placent vnguenta, non tamen omnes percipiunt odores, vt currant post illos, quia etiam peccatoribus placent virtutes, & speciosæ videntur, quia reuera nihil illis est honestius, nihil iucundius, aut vtilius hominibus: cæterum actus & exercitia ipsarum non placent, nec insequuntur, quin potius fugiunt illos. Vellent quidem, vt inquit D. Gregorius, humilitatem, sed sine humiliatione & contemptu; pacem, sed absque tribulatione & patientia; obedientiam, sed sine propriæ voluntatis abnegatione. Nullam tamè assequuntur virtutem, quia hæc non acquiritur solo aspectu & consideratione, sed opere & exercitio, currendo post Christum in odorem vnguentorum eius. Id est tracti, & allecti non solum ab vnguentis & virtutibus ipsius, sed ab ipsis odoribus & actibus eius, vt assequantur humilitatem per humiliationem quæ vriaest ad ipsam; pacem per exercitium patientiæ, & obedientiam per propriæ voluntatis & iudicij abnegationem. Nam sicut homo legendo & audiendo fit sapiens, ita operando, & se bene exercendo fit studiosus & sanctus. Et sicut parum prodest didicisse artem ædificandi, si nunquam ædifices, ita inquit D. Basilius, parum prodeit agnouisse per Scripturas naturam virtutum, si bonis operibus quibus illæ acquiruntur, non insistas.

Sap. 5. v. 7.
Lib. 7. Moral. c. 12.
D. Bern. Epist. 87.
D. Basilius Reg. 7. ex fusis.

4. Sed lynceis oculis inspicere oportet post què curras, ne fallaris; sponsa enim inquit: *Post te curremus*, at multi eum currere putant post verum Christum, currunt post Antichristum, vel pseudo Christum, qui se verum Christum esse mentitur; & dum putant se currere post virtutes, introgrediuntur in vitiorũ domos, quæ virtutum palliis obteguntur. Ideo autem sponsa subjicit: *In odorem vnguentorum tuorum*, quia sicut vera & pretiosa vnguenta à falsis ex odoribus discernũtur, & arbores dignoscuntur ex fructibus: ita veræ ac perfectæ Christi virtutes ex actibus & operibus sunt dignoscendæ, quæ te oportet imitari, vt earumdem virtutũ particeps esse valeas. Vnguenta Christi redolent abnegationem propriæ voluntatis & iudicij, carnis mortificationem, patientiam in laboribus, & tribulationibus, obedientiam ad Ecclesiæ Prælatos, misericordiam erga pauperes, & infirmos, cultum verum & antiquitate probatum erga Deum, In odorem horum & similium vnguentorum secure poteris currere; vbi nulla est erroris, aut malitiæ mixtura, quæ eorum maculet puritatem.

Ad hoc autem non parum conducet ita currere post Christum, vt iuxta vires valde ei appropinques: periculosum enim est eum à longe sequi; id est corde frigido, vel remisso. Sicut de Petro scriptum est in nocte passionis quod Christum sequebatur à longe vsque in atrium principis Sacerdotum, ideoque in eo atrio ter Dominum negauit, quia corde timido eum secutus fuerat. Vigebat frigus, calefaciebat se ad ignem, sed corpus non cor, & ideo gelidum emisit verbum; *Non noui hominem*. Sed cur non nouit, nisi quia sequebatur à longe? qui enim à longe sequitur aliũ, non satis dignoscit vestigia eius, vt illa sequatur, ita qui timido ac tepido animo post Christum abit, dum putat se eius sequi vestigia, vagatur post vestigia gregum eorum qui sponsũ inquirunt se esse sodales: quod timens sponsa dicebat: *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum*. Sed de hoc suo loco.

Mat. 26. v. 58. Luca 22. v. 54.
Cant. 1. v. 7.

Denique ipsum verbum currendi quo sponsa vtitur feruorem indicat vt diximus; & sicut currens ex vno loco in alium, celeriter mouetur donec ad præfinitum locum perueniat: ita si post Christum curris, continuo debes proficere, & ex vno gradu virtutis ad alium ascendere: donec ad supremum tibi prædefinitum ascendas, & æternum præmium consequaris. Vnde cum D. Paulus dixisset *Omnia facio propter Euangeliũ, vt eius particeps efficiar*. Id est omnium virtutũ & gratiarum, totiusq; perfectionis & præmij quod Euangeliũ

1. Cor. 9. v. 23.

secta

vocati[illegible] aucos [illegible] elegit quos ex ag[illegible] stibus cicures fecit, & domesticos, diuinisq; vi[r]tutibus ac gratijs exornauit, fragrantissimoque odore gratiæ ac deuotionis alas intellectus & af[fect]us del[iniu]it, & Spiritu sancto vnxit, ac repleuit; postea ver[o] eos in mundum ipsum agrestem misit: ac si diceret eis, *Surge, propera amica mea, columba mea*; ibique inter mundanos iussit degere, vt fulgentes in medio nationis prauæ, tum efficacia doctrinæ, tum præcellentis vitæ fragrantia alios secum traherent, & domicilio ac columbario Ecclesiæ, seu religionum adiungerent; hac arte vsus, ex agresti Iudæorum grege paucos selegit Apostolos, dicens: *Venite post me, faciam vos fieri piscatores, & venatores hominum*, trienioque cicures, dum secu[m] e[ran]t, m[i]tes ac bonis [m]oribus imbutos reddidit. In die autem Pentecostes eorum alas preciosi[ssimo] & fragrantissimo vnguento Spiritus sancti & gratiæ ipsius perunxit, tunc per vniuersum agrestem orbem misit, ac plurimos ad sequendum Christum traxerunt, eiusque fidem, & Ecclesiam dilatarunt. Eadem arte aucupatus est Saulum acerrimum Ecclesiæ persecutorem; & in ictu oculi cicurem fecit, alas vnxit, misit ad omnes gentes, & vbiq; fuit bonus Christi odor, trahens ad illum plures gentium nationes. Simile quid contemplari licet in D. Francisco, Dominico, Ignatio alijsq; religionum Patriarchis, primæuisque eorum socijs: quotidieque similes columbas à Christo cicuratas videmus, quarum virtutum fragrantia alias agrestes animas suis c[olumb]ibus accumulat.

[Cant. 2. v. 10.] [Vocatio Apostolorum & Sauli.] [Matt. 4. v. 19.] [Act. 9. v. 1.] [Ad Rom. 1. v. 19.]

Hanc igitur artem Saluatoris præsciens Ecclesia sponsa eius orabat ipsum vt ea in bonum totius orbis vteretur, dicens; *Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum.* Nā licet odor vnguentorum meorum alios alliciat, tamen vnguenta mea tua sunt, & ex meis ad odorandum tua peruenient, quorum fragrantia post te current: Dicent enim sicut Samaritæ: *Iam non propter tuam loquelam credimus, sed quia nos ipsi audiuimus & vidimus*, ac odorati sumus, *quod hic est Filius Dei*, quem sequi tenemur. Caueant tamē qui alios ad Christum & ad religiosum statum vocant, vel se vocatos sentiunt, ne leuiter ferantur ex solo odore exemplorum quæ in viris modestis intuentur, vt eorum vitam & professionem arripiant, nisi etiā intus penetrent virtutem Christi & fragrantiam eius, quam sancti imitantur: alioqui cito cursum lassati intermittent, imo & retrocedent. Erunt enim velut catuli, qui dum vident venaticos canes currere sequentes cuniculorum odores, currunt & ipsi post illos, sed quia eumdem odorem non percipiūt, mox subsistunt. Ad eundem modum qui religiosam vitam aggrediuntur, eo solum quod socios religionem ingredi intuentur, vel in[du]cti tantum persuasibilibus & odoriferis humanæ sapientiæ verbis, cito ad seculum reuertuntur, quia non currebant in odorem vnguentorum Christi, nec ab Ipso vere attracti.

[Io. 4. v. 42.] [...ce ex ...sun.]

[Ad Phil. 2. v. 21.] Vnde tandem concludendum eos omnes iudicandos pseudo-Christos, falsos Prophetas, vel prædicatores superbos & prophanos, qui dum quærunt quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, trahere conantur alios vt currant, non post Christum, sed post se ipsos, non in odorem vnguentorum Christi, sed vnguentorum suorum nouas

[2. Cor. 4. v. 5.] introducentes sectas, & peregrinos viuendi modos, aut seipsos præd[ica]ntes potius quam Christum, vt ab hominibus honorentur & magnificent; non vt auditores iustos reddant, sed vt ex [e]is laudes vel lucra extrahat, existimantes quæstum esse pietatem, & docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia. Hos autem omnes vt inquit D. Aug. non trahit pater ad filium, nec audiendi sunt, sed repellēdi: ipsum cœlestem sponsum deprecantes, ne nos seduci permittat, sed quod trahat nos ad seipsum, vt curramus post illum, donec tandem perueniamus ad eum in regno suo in secula seculorum. Amen.

[1. Ad Tim. 6. v. 5.] [Ad Tit. 1. v. 11.] [Tract. 26. in Ioan.]

SECVNDA PARS Libri II.

De gratia Dei introducente nos ad contemplandā diuina mysteria, & de rectitudine dilectionis ac virtutis quā comitatur illam.

TEXTVS

Introduxit me rex in cellaria sua. Exultabimus, & lætabimur in te, memores vberum tuorum super vinum. Recti diligunt te.

QVÆ trahi petijt, exauditam se esse fatetur, & ita tractam vt introduceretur in sponsi ædes, in eius cellaria & abdita cubicula; deinde quam ibi voluptatem ceperit, & quid egerit declarat, rationem reddens, à quibus, cur & quomodo sponsus sit diligendus. Notanda est autem versio LXX. apud plures patres valde recepta, quam etiam interpretabimur, nam plura subindicat mysteria: ea est: *Introduxit me Rex in cubiculum suum. Exultemus & lætemur in te. Diligemus vbera tua super vinum. Rectitudo dilexit te.*

EXHORTATIO VIII.

De gratia Dei introducente in contemplationem diuinorum mysteriorum; eamque tribui iis qui strenue post Christum currunt, & ad eius similitudinem perueniunt abnegatis omnibus quæ illam impediunt.

[Pro Festo omnium Sanctorum circa id Beati mundo corde. Salutatio ad B. Virginem.]

Introduxit me Rex in cellaria sua.

SI sponsa gloriatur introductam fuisse in cellaria, & recondita loca domus Dei, & non ab alio quam ab ipso rege, quid putandum de Deipara dilectissima omnium ipsius regis sponsa? Nunquid rex regum nō introduxit secum hanc sibi charissimam reginam in secretiora cellaria, vt altissima ei plusquam alijs reuelaret mysteria? Audet Dauid dicere, *Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.* Audet & Virgo, quia Dauide sanctior & occultiora Deus manifestauit illi. Raptus est Paulus in tertium cœlum & in paradisum, & audiuit arcana verba quæ non licet ho-

[Psal. 50. v. 8.] [2. Cor. 12. v. 2.]

 mini

mini loqui; Rapta est & Deipára in tertium cœlum, altissimæ Triadis, & in paradisi cellaria, ... summa voluptate repleta, audiuit arcana verba, quæ tunc fortè nec Paulus audiuit: qui si diuinam essentiam est intuitus, intuita est multo ... tius ipsa: quæ denique optimam Mariæ partem semper elegit quæ non auferetur ab ea in æternum. Non enim in quæuis cellaria introducta est, sed in omnium optima, opulentissima & iucundissima, in quibus præ omnibus creaturis mirè est refecta & locupletata, cœlestibus affluens delicijs, & diuitijs. O gloriosa Regina & mater nostra, nos velut adolescentulæ non inuidentes gloriæ tuæ, sed potius gratulantes, *Exultabimus, & lætabimur in te*: quia in te est spes nostra, & post Christum tu es salus, gloria, & lætitia nostra. *Et memores vberum tuorum*, quæ cœlestis sapientiæ & dulcedinis lacte scatent, vt lactes nos filios tuos, te humiliter deprecamur, vt introduci nos facias in hæc cœlestia cellaria, eorumque mysteria cognoscere, vt ea etiam alijs dignè propalare meteamur.

Lu... 10. v. 41.

Donum contemplationis describi per introductionem in Dei cellaria § 1.

PETIERAT sponsa trahi à Domino, desiderans vehementer post ipsum currere in odorem vnguentorum eius, exaudiuit sponsus hanc deprecationem, remuneratque laborem cursus, quod agnoscens sponsa inquit; *Introduxit me Rex in cellaria sua*. Vnũ dicit, & plura supponit, nempe ille me traxit, & ego cucurri post ipsum, ideoque introduxit me in domum suam: nisi enim currere ... stanter cucurrisset, introducta non esset: & qui traxit eam vt curreret apprehendit vt introduceret; nam gratia trahens, vt supra vidimus, etiam vocatur introducens. Sicut de vocatis ad cœnam dicitur, *Introduc eos huc*. Quid est hoc in domum meam intra quam seorsum sunt cellaria, id est loca quædam abdita quietis & refectionis, ac brauij cœlestis, quod hic datur currentibus, vt animosiores reddantur ad iterum perniciùs currendum: & repræsentant recondita fi ... ei nostræ mysteria, vel ea in quibus hæc mysteria continẽtur, siue sint sacræ Scripturæ, siue creaturæ, in quibus sunt perfectiones creatoris; siue aliæ res occultæ, quæ nos eleuant ad contemplanda tam Christi quam Dei, Trinitatisque arcana, in quæ ille dicitur introducĩ, qui Dei gratia, & diuino lumine prænũtus & adiutus illa meditatur, contemplatur, amat, & amplexatur. Sub hac igitur metaphora sponsa gratiam, & donum contemplationis sibi concessum esse confitetur: quamuis quidam, verbum de præterito, *Introduxit*, positum esse dicant pro futuro iuxta phrasim Hebræorum, qui futura per verbum de præterito annunciant ad certitudinem euentus indicandam: ac si diceret, certissime introducet me Rex in cellaria sua. Duplex enim est modus, quo Deus sanctorum preces exaudit, vel statim præstando quod petitur, vel certam spem præbẽdo, quod opportuno tempore præstabit. Quem modum exauditionis perpendit egregie Cassianus, & confirmari potest exemplis Annæ matris Samuelis, Tobiæ, Saræ, Iudith, D. Virginis in nuptijs Cana, & aliorum qui hac interna fiducia se exauditos fuisse crediderunt: & vterque modus aptari potest

Lucæ 14. v. 21.

Duplex modus exauditionis.

Collat. 9. c. 32.

De hoc agitur in lib. 5. exhort. 10

verbis ..., sed pro... quo ... Dei splendet ... potens est ... quam petitionem ... effluentium ... Cu... tan... prop... currere in ... vnguentorum ... introducit eam in cellaria vbi sunt diuina vnguenta ... nõ tantum à longe, sed propè odoretur ... imò vngatur ei, virtutumque cœlestium particeps fiat. Nec solum odore reficeat, sed visu, gustu, tactu & possessione. Cellaria enim vocari solent promptuaria vel penuariæ cellæ, vbi annona, & quidquid ad refectionem ... confert, reconditur, & insuper thesaurorum, & quarumlibet rerum preciosarum repositoria loca, vt constat ex illo quod de Rege Ezechia dicitur: *Ostendit eis cellam aromatum, & argenti, & auri, & odoramentorum, & vnguenti optimi, & omnes apothecas supellectilis suæ, & vniuersa quæ inuenta sunt in thesauris suis*. Sed vlterius si vim vocis Hebrææ *Hadar* attendas, significat etiã penetralia domus secretiora, ideoque amantium secessui aptiora, vnde LXX. verterunt: *Introduxit me Rex in cubiculum suum*. Cuncta autem hæc in mysticis Dei cellarijs excellentissime inueniuntur & conferuntur digne contemplantibus diuina mysteria, quæ sunt velut promptuaria, in quibus continentur dulcissimi ac exquisitissimi cibi spirituales ad animæ nutritionem, & voluptatem conducentes: sunt item repositoria, vbi reconditi sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei, cœlestiumque virtutum, quibus animæ ditescunt: sunt denique secreta cubicula, vbi Deus & anima se mutuo amantes dulcia miscent colloquia & affectus, effectusque reciproci amoris continuo eructant. Vocantur autem in singulari, *cubiculum*: quia licet plura sint cellaria, tyronibus proficientibus, & perfectis accommodata, cuncta tamen ad vnum reducuntur, vnumque est præ alijs à turba remotius in quo Deus dilectos abscondit in abscondito vultus sui à conturbatione hominum.

Isa. 39.

Ps. 30. v. ...

Nec tamen sine mysterio vocat sponsa tegem eum qui illam introduxit ad significandam eximiam abundantiam & plenitudinem horum cellariorum. Nam, vt dixit Psaltes, diuitum ac procerum, maxime regum, promptuaria solent esse plena, eructantia ex hoc in illud, repositoria ditissima immensis pene thesauris referta, cubicula vero vt regiam decent maiestatem ornatissima. Reges item munifici valde solent esse in distribuendis portionibus, vel donis ex ijs quæ in cellarijs continentur, secretaque habent consilia, & recondita negotia, de quibus cum amicis confabulantur in cubiculis. Hæc autem tanto præcellentius reperies in diuinis cellariis, & cubiculis, quanto Rex cœlestis terrenos superexcedit: vt omnia quæ in contemplatione experiuntur Sancti, diuina prorsus sint, immensam que Dei sapientiam, diuitias, ac delicias sapiant, felicissimusque habeatur labor currendi post Christum, cuius finis & brauium sit in huiusmodi introduci cellaria, eorumque bonis abundanter frui. Hæc in genere de illis dicta sint. Sed antequam ad singula descendamus, quæ communia sunt cuiuis contemplationi, & ex his verbis deducuntur, explananda sunt.

Cor ... sponsus Rex. Ex O... hom. ... Ps. 144

Necessariam esse gratiam Dei introducentem ad contemplationem & petendam esse ab ipso. §. 2.

PRIMO igitur statuendum est ad intrandum in Dei cellaria, & digne contemplanda diuina mysteria, necessariam esse ipsius Dei vocationem & gratiam trahentem, auxiliantem, & introducentem animam in illam; ob propriam infirmitatem, & operis excellentiam, quæ nostras omnino exiles superat vires. Quia si non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, quanto minus arcana Dei mysteria contemplari? Si ad opera vitæ actiuæ, quibus currimus post Christũ, indigemus trahi à Deo, multo magis ad opera contemplatiuæ, quibus nos super nosipsos eleuamus, vt cum ipso quiete commoremur, cœlestia ab ipso audientes, & ediscentes mysteria. Vnde etiam de ijs intelligitur quod dixit: *Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum & nisi datum ei fuerit à patre meo.* Idem autem est venire ad me, quod intrare in cellaria, & mysteria mea. *Ego enim*, inquit, *sum ostium, per me si quis introierit saluabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet.* Id est inueniet refectionem quam intra cellaria mea præbere soleo. Ad hoc autem ostium nullus accedere potest, nisi trahatur à patre, nullus introire per illud, nisi introducatur à Rege. Vidit Ioannes ostium apertum in cœlo, & audiuit vocem dicentem sibi, *Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri cito.* Sed quomodo mortalis homo corporis grauedine pressus ascendere posset in cœlum, & per ostium etiam apertum intrare, nisi prius vocatus, & adiutus ab eo qui ostium aperuit, qui dum vocat, alas & vires ascẽdendi præbet, potentique auxilio illuc introducit? Quamuis enim Christus dixerit: *Maria optimam partem elegit*, tamen non ipsa à se, sed à Christo vocata & præmota eam elegit: cũ ipse dicat, *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.* Ipse enim elegit, quos in sua cellaria introducere decreuit. Ad Dominum enim domus ac cellariorum spectat vocare eos, qui in ea ingredi & cum ipso ibi commorari debent. Et quia locus est sublimis & arduus, plurimique sunt hostes insidiantes in via, vt iter impediant, manu ducat eos oportet, suaque potentia defendat, & protegat. Ideoque notanter sponsa inquit, *Introduxit me Rex in cellaria sua.* Rex nomẽ est potentiæ & maiestatis ad subditos regendos, & protegendos ab hostibus. Sponsus ergo, cum me deduxit in cellaria sua, ostendit se regem præpotẽtem, qui me infirmam ab inimicis oppugnantibus protexit, & in sublimia domus suæ cubicula introduxit, alioqui foris perpetuo manerem. Inde fit summis precibus implorãdum esse huiusmodi Dei auxilium, quo in hæc cellaria ingrediamur, dicentes cum Psalmista: *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam. Ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.* Id est, emitte Domine de cœlo radios lucis & sapientiæ tuæ: ipsi enim manu ducent me, & insuper adducent, seu (vt vertit D. Hieron.) introducent me in tua tabernacula & cellaria, quæ sita sunt in monte sublimi & eleuato, ad quem ego meis viribus nequirem ascendere. Vtitur autem Dauid verbis de præterito pro futuris, ad significandam, vt diximus, euentus certitudinem; quia qui ardenter & fidenter

2. Cor. 3. v. 5.
Io. 6. v. 44. & 66.
Io. 10. v. 9.
Apoc. 4 v. 1.
Luca 10. v. 42.
Io. 15. v. 16.
2. Causa cur dicatur Rex.
Ps. 42. v. 3.

A orat, hos radios impetrat: radij vero hanc introductionem efficiunt, testante Domino cum inquit; *Petite & accipietis; quærite & inuenietis; pulsate & aperietur vobis.* Vbi tres potissimos actus vitæ contemplatiuæ comprehendit, qui dicuntur oratio, meditatio, & contemplatio: & insuper operationes quæ ad eam præparant.

Matt. 7 v. 7.
Luca 11. v. 9.

Etenim petimus quod nobis deest, quærimus cum labore quod non habemus, aut absconditum est vel distans, pulsamus autem manu, cum sumus prope ostium, vt aperiatur nobis. Petite ergo, ait Dominus, importunis precibus gratiam Dei, & auxilium efficax, ad quærendum & pulsandum ac operãdum, prout oportet, & accipietis illud; quia omnis qui bene petit accipit. Et cum auxiliũ hoc acceperitis, cooperamini cum illo, & quærite per profundam meditationem mysteria fidei intelligere, & per strenuam imitationem Christi virtutes apprehendere, & inuenietis eas, quia omnis qui quærit inuenit. Post- B quam autem hæc inueneritis, iam estis prope ostium domus Dei, & cellariorum eius, tunc pulsate vehementioribus desiderijs, suspirijs, ieiuniis, & aliis supererogationis operibus, & aperietur vobis ostium vt introeatis, & introducamini in Dei cellaria, & bonis quæ ibi sunt perfruamini: nam ita pulsanti, benigne aperietur.

Sed cur sponsa non petiit introduci in hæc cellaria? Non enim dixit, introduc me, sicut dixerat trahe me. Symmachus quidem ita vertit, *Introducat me Rex in cellaria sua*, vt noua sit precatio. Sed sequenda est Vulgatæ, & LXX. editio: & dicendum, mira prudentia sponsam tantum asseruisse, trahe me, quia certo sciebat quod si fideliter cooperaretur gratiæ Dei trahenti, & strenue post Christum curreret, statim introducenda foret. Mos enim sponsi est currentes post se, tempore opportuno reficere, ne deficiant in via, & laborantibus in vita actiua quietem contemplationis eum expedit elargiri. Voluit etiam suo ex- C emplo adolescentulas & tyrunculos monere, ne præpropere quid simile peterent. Illos enim adhuc oportet currere, & laborare, non cellaria & quietem appetere, nec ad supremum contemplationis donum præmature aspirare. Et præterea inter cellaria diuina quædam adeo sublimia sunt, & recondita, vt in ea non nisi raro paucis valde dilectis ingressus pateat. Sunt enim quædam extraordinaria contemplationis dona, quæ computantur inter gratias gratis datas, quas Spiritus sanctus diuidit inter electos prout vult: & sicut quibusdam multum prosunt, qui in humilitatem altas iecerunt radices: ita alijs obesse solent, superbiendi occasionem inde arripientibus. Quare prudenter sponsa noluit hanc introductionem efflagitare, sed sponsi prouidentiæ committere, qui nouit, quid vnicuique vtile futurum sit.

Ex Chrysost. hom. 18. imperfecti.

D

Abnegationem sui & Christi imitationem dispositionem esse ad obtinendum contemplationis donum. §. 3.

HINC fit ordinem ab sponsa præscriptum seruandũ esse. Nostra enim interest post Christum currere, eius mores imitando, & sic nos dignos efficere qui in eius cellaria introducamur. Christi enim imitatio præcellentissima omnium dispositio est ad contemplationis donum obti-

nendum ex duplici capite. Primò quidem, quia per opera vitæ actiuæ & sui abnegationem, quā
21.q.182.art.4. hom. 1. & 14 in Ezech. & 6. Mor. c. 28. suggerit, cuncta aufert contemplationis impedimenta dum vitia mortificat, carnis impetus coercet, infrænat sensus, appetitus ac passiones deuincit & per virtutes morales cunctas hominis actiones componit. Et hac ratione, vt probat Angelicus Doctor ea D. Gregorij sententia, spiritum ad contemplationem aptum reddit. Deinde Christi imitatio magnam cum ipso confert similitudinem, similitudo autem hæc ad diuinam eleuat communicationem. Nam sicut omnis caro ad similem sibi coniungitur, & omnis homo
Eccl. 13. v. 19. Epist. 8. ad Demophilum. simili sui sociatur sicut dixit Ecclesiasticus: ita Deus cum sibi similibus conuersari gaudet. Inde D. Dionysius testatur Moysem ad tam eximiam cum Deo familiaritatem eleuatum fuisse, quia maximam cum ipso contraxerat morum similitudinem. Nouerat (inquit) oportere eum qui Deo bono familiariter iungitur, quam maxime conari ei pro viribus simillimũ fieri, ac propterea sibi esse bonorum operum conscium. Et de
Act. 13. v. 22. Dauide pariter affirmat id eum effecisse hac diuina amicitia dignum, quod inuenerit illum hominem secundum cor suum, id est gerentem cor in omnibus Dei cordi simile, diuinæque voluntati conforme. Propter quod beatos vocat eos qui mundo sunt corde, quoniam ipsi Deum vi-
Matt. 5. v. 8. debunt; nam cordis munditia quæ eos facit Dei similes, reddit etiam & contemplatores.

Vtrumque comprehendit quod dicit sponsa; *Post te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Nam sicut ille qui currit ab vno loco celeriter recedit, vt accedat ad alium, ita currere post Christum, est recedere ab eius dissimilitudine, id est ab omnibus vitijs, passionibus, concupiscentijs, & imperfectionibus, quibus illi dissimiles sumus, & festine properare ad eius similitudinem obtinendam, qua obtenta in eius cellaria introducemur, vt post laborem currendi succedat fructus, & præmium illius, quies contemplationis, & re- C fectio mentis. Nam sicut currens continuo motu laborat, qui autē intra cellaria est, stat & quiescit, & bonis quæ in ea sunt fruitur: ita qui operibus vitæ actiuæ inhiat, circa multa laborat, &
Genes. 29. v. 16. fatigatur. Vnde Lia quæ illam repræsentat nomine suo laborem indicat. Idem enim est quod la-
Luc. 10 v. 39. D. Gregorius vbi supra ita hæc nomina interpretatur. boriosa: & Martha similiter solicita est, & turbatur erga plurima. At qui contemplatiuæ vacat, quiescit sicut Maria, quæ ad pedes Domini sedens, verbis eius pascebatur; & sicut Rachel, quę visum principium significat, soli Deo qui summum principium est, videndo & contemplando est intenta. Quemadmodum etiā animalia illa quæ Ezechieli sunt ostensa, prius extensis alis ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis, huc illucque celeriter discurrendo; *At cum vox fieret super firmamentum, stabant & submittebant alas suas.* Primum indicabat celerem cursum per exercitia multiplicia vitæ actiuæ; secundum vero quietem contemplatiuæ, cessan- D do à motu & tumultu, vt verba Dei audire, & contemplari valerent. Hinc fit ad fruendum bono contemplationis necessariam esse tranquillitatem cordis sine solicitudine & anxietate, quæ illud in diuersa rapiat & post illa ire compellat:
Abacuch 2. v 1. iuxta illud quod diait Abacuch Propheta: *Super custodiam meam stabo, & figam gradum: super munitio-*

A *nem, & contemplabor, vt videam quid dicatur mihi.* Custodia nostra potissima, seu arx nostræ custodiæ commissa est cor nostrum, de quo scriptum est: *Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit.* Munitio vero, vt inquit Rupertus, est profunda humilitas, quæ omnes munit virtutes. Prou. 4. v. 23. Lib. 5. exhort. 14. amplius hic lo us explicatur.
Stabo igitur firmiter super cor meum vigilans vt custodiam illud, & figam gradum super humilitatis virtutem, vt Deo assistam & contempler quid dicat mihi, & quid à me fieri velit. Indecens enim est cum tanto rege loqui, quasi aliud agens & non attente & fixe coram eo assistere.

Et hæc est alia causa, ob quam sponsa hic vsa est nomine regis, quod nomen est dignitatis, reuerentiæ ac timoris; quem affectum induit, statim ac se introductam vidit. Valde enim placet Deo huiusmodi reuerentia innumeris titulis illi debita. Et quo est profundior, eo animam digniorem reddit, quæ in magis interna cellaria introducatur & secreta mysteria percipiat. Vnde cum 5. 3. Causa cur dicatur Rex. De reuerentia erga Deū
B Abraham confabularetur cum Domino, de secreto illo iudicio euertendi Sodomam, semper reuerentiam, ac humilitatem profundam retinuit ne à colloquio repelleretur diuino, dicens; *Quia semel cœpi, loquar ad Dominum meum cum sim puluis & cinis.* Adeoque placuit hæc eius submissio & humilis reuerentia, vt quamuis septies importunus intercesserit, & interrogauerit, toties exauditus fuerit, & responsum acceperit. Superborum autem, qui minus Deum reuerentur vel vnica interrogatio displicet, eiusque indignationem excitat; vt videre licuit in illo principe quē D. Hieron. superbum & elatum vocat; qui accedens ad Iesum interrogauit eum: *Magister bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam?* Gen. 18. v. 27. Mat. 19. v. 16. Luc. 18. v. 18.

Nonnullam quidem habuit reuerentiam, sed non plenam. Ait enim D. Marcus quod procurrit ante eum genu flexo, alterum tantum genuflexit, quia purum hominem Christum credidit. Debuisset autem vtrumque genu flectere, ho- Marci 10. v. 17.
C minem & Deum simul confitendo. Vnde illum redarguens Dominus, & quasi indignās respondit ei, *Quid me interrogas de bono? Vnus est bonus Deus, vel nemo bonus nisi Deus.* Ac si diceret; Non placet mihi hæc tua confessio ac reuerentia, quia diminuta est & semiplena. Flecte vtrumque genu coram me, credens hominem me esse & Deum, summa veneratione colendum, latriaque adorandum. Cum igitur Dei cellaria ingressus fueris, summa reuerentia ipsum venerare, nominibusque eum compella, quæ eius maiestatem indicent, & te ad reuerentiam excitent. Sic enim fiet, vt magis propitium inuenias cœlestem regem, sicuti & regina Esther ingressa coram rege Assuero, cum primum illum conspexit, corruit in pallorem colore mutato, quia *Vidi te* (inquit) *sicut Angelum Dei, & conturbatum est cor meum præ timore gloriæ tuæ.* At rex festinus exiluit de solio vt eam consolaretur, timorem pelleret, & blandiens osculatus est eam. Fecit hoc terrenus rex er- Esther. 15. v. 10.
D ga terrenam sponsam, cur ergo non faciet idem cœlestis erga cœlestem? Nam quo ille excelsior, eo magis timendus, sed eo ipse affabilior erga timentes eum.

Hinc igitur habes quatuor dispositiones præcipuas ad obtinendum cōtemplationis donum intrandumque in Dei cellaria, vt potiaris eo, scilicet abnegationem tui ipsius, omniumque terrenorum,

renorum, quæ Dei amicitiam impediunt; strenuam Christi imitationem, quæ ad eius similitudinem perueniat; cordis tranquillitatem, quæ alijs omnibus tunc temporis valedicat, & profundam cordis reuerentiam, & submissionem diuinam timens maiestatem.

Declarantur hæc amplius ex facto Moysis tendentis ad videndum rubum. § 4.

Exod. 3. v. 3.

SED iucundum, & proficuum erit hæc amplius declarare per id quod Moysi contigit, cum vidit rubum ardentem, qui non comburebatur: volens enim causam tanti mysterij indagare, & cominus inspicere, dixit; *Vadam, & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. Cernens autem Dominus, quod pergeret ad videndum, ait illi, ne appropies huc, solue calceamenta de pedibus tuis: locus enim in quo stas, terra sancta est.* Locus iste vnus erat ex Dei cellariis, in quo ingentia Christi continebantur mysteria per illum rubum, & ignem repræsentata: ad quæ intuenda tam vehementi impulsu trahebatur Moyses, vt neglecto grege quem pascebat, diceret intra se; Vadam, ab hoc loco recedam, cuncta deseram, vt visionem hanc magnam intuear, causasque eius exquiram. Generosa quidem resolutio, sed non plena. Non satis erat relinquere externa, nisi etiam relinqueret interna, eique magis coniuncta, & magna cum reuerentia ad Dei præsentiam accederet. Vtriusque autem admonetur Moyses cum dicitur illi, *Ne appropies huc,* scilicet cum ea dispositione, quam modo habes, nondum aptus es, nec dignus appropinquare. Vis accedere calceatus, reuerere diuinam maiestatem; recognosce tremendam Dei præsentiam. Nuda pedes tuos, quia terra sancta in qua stas, nudis pedibus est tangenda. Hæc est prima causa huius præcepti Moysi exhibiti, vt discamus valde reuereri locum vbi Deus est, & vbi nobiscum loqui decreuit, nempe templum, oratorium, orationis domum, & multo magis ipsum Deum qui sanctificat locum. Reuerentia autem debet esse non solum interna, sed externa, illis signis testata quæ ab ipso instituta fuerint: siue sit nudatio capitis, aut pedum, genuflexio aut humi prostratio, & alia huiusmodi. Interna autem reuerentia non sit seruilis, quia potest nos punire, sed potius filialis, quia cum punire possit vt iudex, mauult benefacere vt pater misericors, qui velut ignis rubũ ambit quem facile posset comburere, & tamen non comburit, sed benigne protegit ac defendit. Hoc ergo exemplo Moysem & nos ad reuerentiam excitat, vt cuncta quæ eius sunt, summo cultu veneremur, & coram ipso reuerenter assistamus.

1. Ex Theodoreto & Caietano apud Lipomanum in Catena.

Eccl. 8. v. 12.

Quia Ego (inquit Ecclesiastes) *cognoui quod erit bonum timentibus Deum, qui verentur faciem eius.*

2. Apud Lipomanum habentur. Ex D. Ambr. lib. 7. in Lucam cap. 10. D. Bernard. serm. de Beata Virg. ac.

Sed alias tres causas mysticas assignant Patres huius præcepti, quod iniunctum est Moysi: *Solue* (inquit) *calceamenta de pedibus tuis.* Hæc enim de pellibus animalium confecta oneri sunt pedibus tuis. Id est affectibus quibus ad me debes accedere. Displicent mihi morticinis hæc inuolucra, exue illa, quia puro cordis affectu te oportet venire, vt loquaris mecum. Eijciendus est (inquit Nyssenus) omnis vndique amictus pelliceus, ac terrestris, & sordidus passionum æstus, vt ipsius qui est cognitio possit suscipi. Vnde notat Diuus Dionysius, Seraphinos qui ante Deum stabant, nudos habuisse pedes, proprijsque alis eos tantum habuisse velatos, vt significaretur astantem & colloquentem cum Deo in eiusque amorem exardescentem, puros erga Deum sortiri tum affectus ab omni exutos inordinato amore creaturarum, & loco terrestrium calceamentorum tegendos esse hos pedes alis cœlestium virtutum, quæ eos ad superna eleuent, & non ad infima deprimant. Hoc ipsum deducunt patres ex mystico sensu verbi, quo Septuaginta vtuntur, vertentes; *Transibo, & videbo visionem hanc.* Qui enim (inquit Diuus Hieronymus) non transierit omnia vitia, non potest videre hanc magnam visionem. Moyses solutis vinculis pedum transiuit videre rubum; & tu si appunas animam vt transeas à morte ad vitam, non pedum gressibus, sed animi virtute, dirigentur à Domino gressus tui. Moyses (inquit Diuus Ambrosius) transiens secularia flumina, vidit visum magnum. Si enim fuisset in corporis vitijs, & seculi istius lubricis voluptatibus, tanta non vidisset mysteria. Moyses (ait Diuus Gregorius) cum supernæ contemplationis gloriam quæreret, dixit, transiens videbo visionem, quia nisi gressum cordis à seculi amore remouisset, nequaquam intelligere superna potuisset.

Lib. de cœlesti hierarchia cap. 15.

In Psal. 141.

Lib. 1. de pœnit. c. 14.

Lib. 15. Mor. c. 25.

Nota.

Sed profundius Rupertus Abbas hinc deducit ingentem pœnam, quam minabatur Dominus Moysi, si calceatus accederet; nempe quod combureretur ab igne qui non comburebat rubum. Nam Deus noster (inquit) qui ignis consumens dicitur, multum dissimilis est igni elementari, qui quidem res absumit quibus continetur; procul autem positis innoxius est; Deus autem suam è contrario potentiam exerit: nam illis intra quos est, non solum innoxius, verum salutaris & clementissimus est, velut ignis rubo. Longe autem positis, & indigne appropinquare volentibus nimis damnosus existit, de quibus Psalmista inquit; *Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.* Ne ergo in Dei præsentia liquefiamus, si appropinquare volumus, in pedibus non portemus calceamenta, quæ de animalium mortuorum pellibus fiunt, id est, mortuorum mortifera, & in peccatis suis morientium exempla non imitemur. Hæc fere ex Ruperto. Constat igitur quod si digne accesseris ad Deum illuminaberis sicut rubus & non confunderis, iuxta illud Psalmi: *Accedite ad Deum & illuminamini, & facies vestra non confundentur.* Si vero indigne appropies, vice versa non illuminaberis, sed combureris, tuæ præsumptionis dignas luens pœnas.

Deut. 4. v. 24.

Psal. 67. v. 3.

Psal. 33. v. 6.

Hinc infertur alia causa cur dixerit Deus Moysi, *Solue calceamenta de pedibus tuis;* quia scilicet volo te deinceps ad me assumere, vt meo seruitio manciperis: cede ergo iuri tuo, & renuncia pastorale officium quod exerces pascens greges Ietro soceri tui. In huius autem testimonium, sicut mos futurus est in Israel, solue calceamenta de pedibus tuis, vt tu & domus tua vocetur domus discalceati, qui reliquit ius suum, vt Deo aggregaretur. Quo significatur optimam dispositionem ad contemplandum Deum, esse renunciationem omnis iuris, quod circa negotia secularia

Ex D. Isidoro ex parte.

Ruth. 4. v. 7.

habere possimus, vt ab illis expediti tranquillius Deo vacemus. Iuxta illud Pauli, *Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus, vt placeat ei, cui se probauit.* Qui ergo familiariter cum Deo colloquia crebro inire cupit, soluat calceamenta ligata pedibus suis, aut relinquendo omnia terrena, vt relinquunt religiosi, aut earum affectiones vt liberum maneat cor, nulli ligatum creaturæ, sed soli Deo mancipatum, vt dicere possit cum Dauide. *Quid mihi est in cœlo & à te quid volui super terram?* Id est nihil præter te volo, nihil amo, sed tibi soli inhærere desidero.

2.ad Tim. 2. v. 4.

Exod. 12. v. 11.

Psal. 72. v. 25.

Vnde tandem vltima procedit ratio cur dicitur, *Solue calceamenta de pedibus tuis*; quoniam nimirum modo non vocaris ad currendum, vel ambulandum, sed ad standum coram Deo, ad quod non indiges calceamentis. Filij quidem Israel comedant agnum pedibus calceatis, quia comedunt ad iter agendum & fugiendum ex Ægypto; tu autem qui eligeris ad conuersandum cum Deo, esto pedibus nudis, ne appetas tunc ambulare, sed quiescere, vt hinc leias esse tempus currendi, & tempus standi, tempus ad opera vitæ actiuæ, & tempus ad exercitia vitæ contemplatiuæ. Quando illis insistendum est, oportet calceare pedes virtutibus moralibus, quæ passiones moderantur, & gressus in negotijs externis dirigunt, ne pedes animæ lædantur. Quando autem contemplationi vacandum est, oportet pedibus nudis esse, & tunc exercitia ac negotia externa etiam pia relinquere; & non obiter, sed sicut ex Propheta diximus, diutius super custodiam stare, & gradum figere, vt quid Deus in nobis existens, loquatur nobis, percipiamus. Et in hunc sensum cedunt etiam verba illa, *Transibo, & videbo visionem hanc*; cui respondit Dominus. Siste gradum Moyses, non est modo tempus transeundi, sed standi, & audiendi quod loquor ad te, & ne transire appetas, solue calceamenta de pedibus tuis.

Abacuch 2. v. 1.

2. Reg. 15. v. 30.

Deoique nudis pedibus ambulare, signum est humilitatis & pœnitentiæ, sicut dicitur de Dauide cum fugeret ab Absalon, quod nudis pedibus incedebat. Isaias etiam iussu Dei ad ostendendum animi dolem, & retrendum populum pedibus discalceatis ambulault. Moysi igitur idem præcipitur, quoniam oportet humilem esse, Deo, sibi vero asperum & bisfutum eum qui accedit ad contemplandam diuinam maiestatem rubo, qui symbolum erat humanitatis, coniunctam, in qua humilis fuit & mitis, & omnibus carnis valedixit voluptatibus. At sicut Moyses calceatis pedibus potuit eminus videre ignem in rubo, non tamen cominus, nisi discalceatus; ita peccatores superbi & carnales, possunt quidem quasi à longe per lumen scientiæ, vel fidei Deum cognoscere; nam, *Omnes homines vident eum, vnusquisque autem intuetur procul*: manent tamen frigidi, nec à diuino igne ardorem recipiunt charitatis, recipient autem si prope accedant, digne se per ea quæ dicta sunt ad huiusmodi accessum præparantes. Quæ tamen ex his quæ mox subijciemus, amplius patebunt.

Isa. 20. v. 2.

Iob 36. v. 26.

EXHORTATIO IX.

De causis ob quas multi non introducuntur in cellarium contemplationis, vel introducti tam expelluntur, aut diutius commorari non possunt; & de fiducia obtinendi huiusmodi donum.

Pro Festo transfigurationis.

Introduxit me rex in cellaria sua.

NON sine mysterio cum sponsa dixisset, *Post te curremus*; non dixit, introduxit nos, sed tantum, *Introduxit me rex in cellaria sua.* Insinuans non omnes qui post Christum currunt, in recondita eius cellaria, & cubicula introduci, sicut nec omnes qui in stadio currunt, accipiunt brauium, sed vnus tantum; ille, scilicet, qui cuncta reducit ad vnionem, seu ad vnum illud de quo dictum est, *Porro vnum est necessarium; Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Ad quam partem non est admissa Martha, licet post Christum curreret, quia solicita erat, & turbabatur erga plurima. Et quamuis ex dictis in præcedente Exhortatione multæ deducantur causæ cur pauci in donum contemplationis admittantur, vel hanc optimam partem eligant, vel ita in ea permaneant, quod non auferatur ab illis. Oportet tamen omnes causas breuiter attingere, vt quid intersit inter strenuos, & pusillanimes dignoscatur; nec superbiant qui introducuntur, aut qui relinquuntur, fiant pusillo animo, quando id fit sine propria culpa.

1. Cor. 9. v. 24.

Luc. 10. v. 42.

Ex Dei ordinatione quosdam non introduci in donum contemplationis. §. 1.

ETSI certe cum omnibus hominibus necessarium sit ad salutem post Christum currere eius sequendo vestigia; ideo omnes ad hoc vocantur, & sufficiens habent Dei auxilium; vt id præstare possint. Secus autem in dono contemplationis, quod ad salutem æternam consequendam necessarium non est. Quare nec etiam est mirandum, quod ijs tantum Deus illud largiatur quibus vult, & prout vult. Nam in huiusmodi donis, *Spiritus vbi vult spirat, & singulis diuidit prout vult*, & sicut illi placet. Sicut omnibus Apostolis & discipulis datum est post Christum ire, & illum sequi; at solos tres assumpsit, *Et duxit eos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos.* Fuit mons iste velut quoddam Dei cellarium, in quo manifestanda erat Christi Domini maiestas & diuinitas per splendorem faciei, & vestimentorum atque per vocem de cœlo allatam. Non duxit autem ad illum montem omnes Apostolos, sed tantum tres, quia noluit, nec expediebat: vt sciremus huiusmodi dona non passim omnibus, sed paucis raro concedi. Assumpsit autem Petrum & Iacobum, & Ioannem, potius quam alios, quia ita voluit, & ei placuit. Quis enim cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit? Forte enim Diuus Andreas, qui non erat inferior illis, non est assumptus, vt etiam constaret hæc dona non semper tribui sanctioribus. Solet enim Deus suo

Ioan. 3. v. 8. 1. Cor. 12. v. 11. Matt. 17. v. 1.

peccato

Luc.15.v.23. occulto iudicio vitulum saginatum præbere filio prodigo, quem tamen nunquam præbuit filio obedienti, qui multis annis seruiens ipsi mandatum eius nunquam præteriuit. Si ergo introduceris in Dei cellaria, ne præsumas, vel glorieris contemnens alios non introductos quasi minus dilectos, nec si non introduceris, tristeris valde, vel despondeas animum quasi minus Deo placeas; sed venerare Dei iudicia, & pro donis tibi, vel alijs distributis, gratias age; & proximi bonum quo cares, per dilectionem, & gaudium charitatis fac tibi proprium: quod forte si haberes tibi occasio ruinæ esset, ex eo autem quod alius habet, potes non modicum proficere. Nam & adolescentulæ ex eo quod sponsa introducta est in cellaria, non modicum profecerunt, vt constat ex subiunctis verbis, *Exultabimus, & lætabimur in te:* de quibus postea. Et sicut Christus Dominus tres tantum adduxit in montem, per quos suam transfigurationem postea manifestauit reliquis Apostolis, qui forte ex magnitudine fidei non minus profecerunt audientes mysterium, quam alij illud speculantes; imo nunc plurimi multo magis proficiunt audientes mirabilia, quæ Deus fecit in Ægypto, & in deserto, quam ipsi Hebræi, qui ea oculis perspexerunt: ita etiam ex Dei suaui prouidentia, quæ diuersis vijs eundem spiritualem fructum conferre nouit, quidam ad ostia cellariorum Dei permanentes, quibus non datur per diuturnam contemplationem cœlestibus potiri delicijs, ex eo tamen quod humiles, resignati, & patientes sunt, non minus proficiunt, quam si introducti essent, nec sua priuantur portione, quam inter ipsa externa opera, vel ad breuem orationem iaculatoriam recipiunt, dum tanta animi alacritate ac fortitudine, ad bona opera exercenda replentur, ac si intra cellaria diutius morati fuissent. Hæc dixerim pro consolatione pusillanimium & infirmorum, vel eorum qui negotijs vitæ actiuæ vacare cogun- C tur: quibus nihil deberet esse optabilius, nec esset vtilius, quam propriam ad diuinam conformare voluntatem; quoniam sicut ait Psaltes,
Ps.29.v.6. *Vita in voluntate eius*; & qui fecerit Dei volunta-
Matt.6.v.10. tem in terra sicut in cœlo, quiuis locus erit illi cellarium instar cœli, quo nihil pretiosius inueniet in terra.

Sed quoniam ordinatio Dei, etsi occulta semper tamen est iusta, nec rationi dissona, reddenda est ratio cur noluerit omnes potiri contemplationis dono. Etenim in corpore mystico Eccle-
1.Cor.12.v.12. siæ, sicut in corpore naturali, iuxta Pauli sententiam, multa oportet esse membra diuersis munijs deputata. Nam si totum corpus esset oculus, aut auditus, vbi manus aut pes? Pertinet igitur ad decorem Ecclesiæ, quosdam esse contemplationi deditos, qui sint instar oculi vel auditus, dum vacant videndis Dei mysterijs, vel eius verbis audiendis, alios vero esse actioni mancipatos instar manus vel pedis alijs deserui- D entes. Deus autem vniuersalis Ecclesiæ gubernator, has gratias, istaque talenta inter fideles distribuit, diuidens singulis prout libet; & quia natura fundamentum est gratiæ, cui deseruit;
Lib. 6. Mor. c.17. diuina prouidentia ita naturales complexiones distribuit, (sicut Diuus Gregorius notat) vt quibusdam tribuerit insitam mentis tranquillita-

A tem, per quam ad contemplationem sint apti, & ad actionem inepti; alijs è conuerso ad externa negotia talem propensionem, vt contemplationis quieti inepti videantur, *Et vnusquisque pro-* *1.Cor.7.v.7.* *prium donum habet ex Deo, vnus sic, alius vero sic.* Sit igitur quisque sua sorte contentus, & in sua permaneat vocatione, solicitus in ea Deo placere. Sed quia multoties gratia naturam moderatur, & perficit, ac supra se ipsam eleuat, nemo à gratia contemplationis se alienum putet, nec omnino actioni ineptum credat. Nam sæpe (inquit Diuus Gregorius) pigras mentes amor Dei ad opus excitat, & inquietas in contemplatione Dei timor infrænat. Vnde (ait Angelicus Doctor) *2.2.q.182.a.4 ad 3.* isti per exercitia actiuæ vitæ possunt ad contemplationem præparari; illi vero per similia opera ad contemplationem amplius promoueri.

Vnde sicut Scriptura refert, quod manus *Exod.17.v.12.* Moysi erant graues, lassabanturque in oratione; propter quod Aaron, & Hur sustentabant B illas ex vtraque parte, vnde factum est quod non lassarentur vsque ad occasum solis: ita similiter qui corpus & complexionem habet minus aptam orationis, & contemplationis exercitijs; ideoque cito lassatur, & deficit in illis, non despondeat animum, sed adiutores quærat Aaron & Hur: Aaron (inquit Gregorius) interpretatur mons fortitudinis, & Hur ignis, & repræ- *Hom. 33. in Euang.* sentant Christum mediatorem, & Spiritum sanctum paraclitum, quorum patrocinio poterit nouam induere fortitudinem, & in oratione & contemplatione diu stare. Idem Pater affirmat *In 1.Reg.c.15.* quod Aaron & Hur significant considerationem, & spem præmij cœlestis, & ardorem charitatis, quæ magnas addunt vires ad standum in oratione, & contemplationi vacandum, etsi natura repugnet, & grauetur. Denique Christus Dominus ascendebat in montem ad orandum solus, quia adiutorio non indigebat alieno; at Moyses ascendit cum Aaron & Hur, quia *Mat.18.v.19.* C aliorum consortium nos valde iuuat, vt oremus; nam cum duo vel tres consentiunt ad orandum, Christus est in medio eorum.

Quosdam propria culpa non assequi donum contemplationis. § 2.

SEd magis dolendum est cum plures videas meditationi & contemplationi non ineptos, imo ratione status, & officij quasi obligatos, sua tamen malitia & negligentia non introduci in Dei cellaria, quia dispositiones ad id requisitas, quas supra retulimus, præparare negligunt.

Quibusdam negatur propter superbiam, & 1. animi elationem, quæ est velut trabs in oculo, illum excæcans, ne Deum valeat contemplari: nam Deus qui mysteria sua reuelat paruulis, abscondit superbis sapientibus & prudentibus præsumptione excæcatis, sicut in ipso Iob scri- *Matt.11.v.25.* D ptum est, *Neque audebunt eum contemplari, qui sibi* *Iob 37.v.24.* *videntur esse sapientes*; quia ob eorum superbiam dum contemplationem inchoant, repellentur ignominiose. Nam (vt dixit Salomon) *Vbi superbia, ibi contumelia, vbi autem est humilitas, ibi & sapientia.*

Alijs negatur ob vehementiam passionum; 2. quibus opprimuntur, nolentes eas mortificare:

[Exod. 3. v. 5.] Vnde cum huiusmodi calceamentis animalium mortuorum accedere velint ad cōtemplandum Deum in rubo, repelluntur ab illo, vt iam diximus. [In exhort. præcedenti.] Propter quod etiam descendente Domino in montem Sina, quo Moyses ascensurus erat, [Exod. 19. v. 13.] præceptum est quod nullus de populo, neque iumentum, seu bestia tangeret montem, alioquin lapidibus obrueretur. Bestia (inquit Diuus Gregorius) [Lib. 6. Mor. c. 18.] montem tangit, cùm mens irrationabilibus desideriis subdita ad contemplationis alta se erigit, sed lapidibus percutitur, quia summa non sustinens, ipsis superni ponderis ictibus necatur. Pulchre tamē pluribus exemplis amplificat hoc Diuus Gregorius Nazianzenus, his verbis; [Lib. 2. de Theologia.] Qui fuerit bestia immanis & fera, ad disciplinam cōtemplationis, & Theologiæ prorsus inutilis, longe maneat, procuique à monte secedat, aliter enim lapidibus obruetur. Veri namque & firmi sermones sunt lapides, his qui feris moribus imbuti sunt. Siue igitur panthera fuerit eum multiplici varietate macularum, morietur, siue leo rapiens & rugiens, & quærens quam animam, siue sermonem in cibū rapiat; siue sus speciosas splendentesque veritatis margaritas conculcans; siue lupus Arabicus, & alienigena ad tendendas fallacias acutior; siue illa sit vulpes, id est, anima dolis instructa, & sine fide; allas in aliam formam pro temporis, aut necessitatis ratione commutāta. vescēs mortuis corporibus, tetrum odorem afflantibus, breuesq; vites carpens, altiores nōn attingens; siue postremo aliud quoduis animal crudis carnibus pasci solitum, & à lege damnatum comedētes inquinans: ab omnibus istis vult diuini verbi ratio seiungi, vt sic tandem valeat firmis & lapideis tabulis inscribi. Hæc Nazianzenus. Sicut igitur omnes isti indigni sunt diuinam legem accipere, cum illam respuant: ita & repelluntur, ne Dei magnalia contemplentur, aut ad ipsum accedant. Qua etiam de causa non ascendit cum Christo in montem Thabor multitudo quæ sequebatur illum, quia in turba multi sunt huiusmodi donis indigni.

3. Alijs præterea negatur contemplationis donum, quia pigre & remisse post Christum currunt, & quasi à longe sequuntur. Vnde mirum non est, quod ad cellaria non appropinquent, nedum introducātur. Solum enim introducuntur, qui currere satagunt post ipsum, *in odorem vnguentorum eius*, quem perceperunt. Illos autem nōn ad cellaria, sed ad forinsecas mittere oportet; [Prou. 6. v. 4. Simile.] eum Salomone dicente, *Vade ad formicam, ô piger, & considera vias eius, & disce sapientiam.* Et quæ sunt formicarum viæ? Nonne vides odore vnguentorum dulciumque confectionum tractas turmatim ex hortis, in vnguentariorum apothecas ascendere, vt ipsis confectionibus, quarum odorem à longe perceperunt, pascantur? Disce ergo à formica hanc sapientiam, vel saltem ob tuum commodum, & spiritus iucunditatem, vt in odorem vnguentorum Christi, eius sequens vestigia, curras, tanta cum alacritate & promptitudine, vt in eius cellaria introduci merearis, alioqui tua te pigritia ab illis longe pellet, [Prou. 6. v. 11.] *Et veniet tibi quasi viator egestas & pauperies quasi vir armatus*; cui resistere non valeas: *Si autem impiger fueris, veniet vt fons messis tua, & egestas longe fugiet à te.*

4. Sed addere oportet, non omnes impigros festineque currentes mox introduci in hæc cellaria, [Prou. 13. v. 11.] si tyrones adhuc sunt, quibus expediat in via purgatiua amplius demorari. Substantia enim festinata minuetur, & promotio per saltum non [Lib. Exhort. 14.] est secura, vt supra visum est: vnde sponsa introductam se dicit, & non adolescentulas; quia etsi festine currerent, tamen quia adolescentulæ erant, intra terminos suos humiliter se continere oportebat. Cuius egregiū symbolum fuit, quod Moysi præcepit Dominus descensurus in montem Sina, cuius mentionem fecimus, *Vade*, inquit, [Exod. 19. v. 10.] *ad populū & sanctifica illos hodie, & cras, lauentque vestimenta sua, & sint parati in diem tertium.* Esto autem ita essent præparati; adhuc secundo præcepit, vt constitueret populo terminos per circuitum, quos nullus auderet transcendere, vt monti appropinquaret: *Contestare*, inquit, *populos,* [Versu 21.] *ne velint transcendere terminos ad videndum Deum, & pereat ex eis plurima multitudo.* Vides igitur non satis fuisse quod essent loti, & parati ad recipiendam Dei legem per manum Moysis, vt etiam digni reputarentur, qui accederent ad montem ad videndum Deum: & ne illis curiosum desiderium videndi Deum plus nimio vrgeret, comminatus est illis pœnam mortis, nisi se intra præfixos terminos continerent, quia vulgus populi, & tyrones in Dei seruitio, etsi bene apti sint, vt Dei legem & voluntatem expleant, non tamen vt eius maiestatem contemplentur, nec ad hoc vocati sunt. Quod si immature se ingerant, ex curiositatis affectu patientur repulsam.

Sed quia non omnino à contemplatiuæ vitæ [Versu 13. Lipomanus plures adfert expositiones.] exercitijs amouendi sunt, audi quid dicat sacer textus, *Cum cœperit clangere buccina, tunc ascendant in montem.* Cuius sensus (quia difficilis est locus) ne videatur contradicere præcepto non accedendi ad montem, hic est secundum Richardum de sancto Victore; Vt clangente buccina ascendat populus, non quidem ad verticem montis, sed ad radicem, & latus eius intra terminos præscriptos. Quo significabatur huiusmodi incipientes, vulgusque populi licet non possint ascendere ad cacumen montis, vbi perfectum est contemplationis donum: debere tamen ex Dei iussu maiorumque monitu ad radicem ascendere per exercitia lectionis, orationis vocalis, vel mētalis, aut meditationis circa Christi mysteria, quibus aptiores fiant, vt tandem à Deo vocati valeant, vt ad cacumen montis, & ad supernam, ac quietam contemplationem ascendant. In vtroque autem semper inspicienda est tanquam regula ordinatio diuina, sicut eleganter ponderat Archiepiscopus Rabanus, his verbis: [In Exod. 39.] Quid est quod prius prohibet populum ne ascendat in montem, minaturque transgressoribus mortem, nunc autem iubet vt cum cœperit clangere buccina, tunc ascendāt in montem, nisi quod humanam audaciam compescens premit, & ad obediendum diuinæ iussioni mentem erigit? Neque enim inordinate ad inuestigationem sacramentorum cœlestium animus pertinax se immittere debet, irrationabili motu præsumptionis suæ instigatus, sed ad vocationem diuinam promptus ac deuotus subsequi, quo prouocat gratia largitoris. Hæc optime Rabanus; quia sicut ante vocationem Dei nemo præsumere debet in contemplationis montem ascendere, ita cum à Deo vocatus fuerit, obedire voci eius

statim

statim tenetur. Nam ipse qni vocat, & nostros A
defectus supplebit, & vires ad ascendendum
præstabit. Parque fuit obedientia trium Aposto-
lorum, qui cum Christo Dumino ascenderunt
in montem, & reliquoorum qui infra remanserũt.

*Cur quidam diutius non retineant donum con-
templationis. §.3.*

1. IAM causas indagemus cur aliqui introducti in
cellaria Dei post adeptum contemplationis
donum, foras expellantur, & dono accepto pri-
Ad Rom. 11. v.29. nentur. Nam licet sine pœnitentia sint dona Dei
& vocatio. tamẽ multoties nostra iniuria rescin-
duntur, & cum dona sunt gratuita, nec ad salu-
tem necessaria ex occultis caosis suspenduntur.
Lib. de gratia contemplat p.1.c.76. Propter quod, vt notat Richardus, exclamabat
Dauid, *Quis ascendet in montem Domini, aut quis sta-
bit in loco sancto eius?* In stando, inquit, labor, sed in
Psal. 23. v. 3. ascendendo maior, multi in ipsa ascensione de-
„ fecerunt propter laborem ascendendi, & multi B
„ ab arduo eius vertice descenderunt propter la-
„ borem standi. Inde iterum exclamat Dauid, *Do-
„ mine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requies-
Psal. 14. v. 1. cet in monte sancto tuo?* Admirationis enim est ex-
clamatio ista propter ingruentes difficultates, eo
quod, vt dixit Samuel, in colle Dei statio est Phi-
1. Reg. 10. v.5. listioorum, id est, hostium inuisibilium, qui ascẽ-
sum impedire conantur, & quietam in illo per-
seuerantiam iaculis multiplicium tentationom
vtrumque perturbant. Conturbat enim (vt ait
Diuus Bernardus) peccatorum memoria, quæ
Serm. 23. in Cant. conscientiam mordet, curarum multitudo quæ
mentem pungit, occurrunt sensus egentes, qui
Fuse de hoc in libro Ducis spiritualis tract.1. c. 3. corpus inquietant, & irruunt importuna phan-
tasmata, dissipatæque cogitationes, quæ cor tor-
quent, & extra se vagari compellunt; vnde cun-
cta hæc sæpius extra cellaria nos exire cogunt.

2. Sed illi hostes magis timendi sunt, qui intus
grassantur, & recepto dono cõtemplationis ab-
uti nos faciunt. Cuiusmodi sunt elatio animi si- C
bi, proprijsque meritis, aut industrijs donum ar-
rogans, aut ingratitudo fuotem diuinæ misera-
tioois exsiccans, aut vana & intempestiua dono-
rum Dei, quæ secreta esse oportebat, manifesta-
tio. Nam & Apostolis, quos secum Christus du-
Mat. 17. v. 19. xit in montem præcipit, ne cui visionem dicerẽt,
donec ipse à mortuis resurgeret. Periculosum e-
nim est ea quæ intra cellaria geruntur, sine causa
aliis propalare. Meminisse enim oportet regis
Isa. 39. v.2. Ezechiæ, qui alienigenis ostendit cellam aroma-
rum & argenti, & auri, & odoramentorum, &
vngueoti optimi, & omnes apothecas supelle-
ctilis suæ; & quia huiusmodi propalatio ex non-
Isa. 24. v. 16. nolla iactantia processit, durum accepit vatici-
nium, cuncta illa asportãda fore in Babylonem,
vnde erant illi quibus ea propalauit: sic etiam
qui virtutes, gratias, & dona accepta à Deo ia-
ctanter manifestat, & cellam cordis, vbi hæc re-
conduntur, mundanis aperit, amittet illa, vt di-
scat non inaniter in Dei doois gloriari, sed secre- D
tum suom seruare sibi.

3. Sed subtiliores hostes sunt qui intellectum &
voluntatem, quorom est in ijs cellarijs versari,
decipiunt, vt terminos sibi constitutos transgre-
diantur, ex eo quod intellectus nimia auiditate
sciendi curiosius scrutatur Dei maiestatem, &
plusquam oportet sapere satagit, vel ita delecta- A
tur veritatibus quas intuetur, vt illas non com-
municet voluntati; nec eam alliciat, vt quod cõ-
templatus est, amet, & amplexetur, quasi nihil
amplius quam scire concupisceret: in quod vi-
tium sæpius labuntur literati; qui plus appetunt
scientiam, quam charitatis affectum, & ideo plus
nimio Dei secreta scrutantur. Quibus euenit
quod prædixit Salomon, *Sicut qui mel multum co-* Prou. 25. v. 27.
*medit, non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis,
opprimetur à gloria.* Est autem insignis hæc simili-
tudo; nam intellectus dum contemplatur veri-
tates æternas, ipso melle dulciores, quasi come-
ditas. Sicut ergo mel rem per se optimam &
suauissimam sumere bonum est; si autem in su-
mendo modus non seruetur, perniciem affert &
cruciatum, ac vomitum; ita quamuis per se bo-
num sit ac iucundum maiestatis diuinæ cogni-
tionem degustare; tamen ea supra modum cap-
tui nostro conoenientem perscrutari periculo-
sum est, quia sua eximia claritate superbum ac
B curiosum opprimit, & in errores labi permittit,
non secus quam solis claritas directe eam aspici-
entes excæcat, quæ alioquin lætificat, & illumi-
nat. Ideoque monet Ecclesiasticus, ne nobis al-
tiora quæramus, nec fortiora nobis scrutemur.
Cui concinit Paulus, dicens, *Non plus sapere, quam
oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: & vnicuique* Eccl. 3. v. 22.
sicut Deus diuisit mensuram fidei. Sobrietas autem, Ad Rom. 12. v.3.
quæ medium rationis seruat, in eo est sita; vt
mensuretor per mensuram gratiæ luminis, &
donorum sibi à Deo exhibitam; nec vltra vires
ascendere præsumat. Sicut & ipse Paulus ante-
quam reuelationes sibi factas narraret, sic ait, *Nos
autem non immensum gloriabimur, sed secundum men-* 2. Cor. 10. v. 13.
suram regulæ, qua mensus est nobis Deus; id est, secun-
dum quantitatem gratiæ & auxilii, quod nobis
impertitur.

Contineat se ergo intellectus intra suos ter-
minos, & lumen scientiæ quod receperit, non si-
bi soli vsurpet, sed voluntati rem cognitam pro-
C ponat eo modo, vt ad illius amorẽ alliciat. Nam
vera contemplatio, vt docet sanctus Thomas, 22.q.180.a.1.
sicut oritur ex charitate applicante intellectum, & 3. ad 1.
vt Deum profundius contempletur; ita ad hoc
tendit, vt voluntas amplius inardescat in amore
immensæ pulchritudinis, quam intellectus fue-
rit contemplatus. Cum ergo intellectus fuerit in
Dei cellaria introductus, fit instar nutricis quæ
cibum accipit, mandit, conterit, & mox immit-
tit in os infantis quem nutrit; aut instar canis ve-
natici qui prædam capit, & ad Dominum defert.
Vnde non incongrue aptatur illi quod scriptum
est de Benjamin, quem Richardus de sancto
Victore figuram esse contemplatoris testatur ex Lib de contemplat. qui est Beniamin minor.
illo Psalmi, *Ibi Beniamin adolescentulus in mentis ex-
cessu.* De eo autem prædixit Iacob pater eius, *Ben-*
iamin lupus rapax mane comedet prædam, & vespere di- Ps. 67. v. 29.
uidet spolia. Mane & vespere idem est quod prius Gen. 49 v. 27.
& posterius. Intellectus igitur contemplatiuus
prius inquirit veritatem, inuenit, & pascitur illa;
D postea vero diuidit illam, & impartitur volun-
tati, vt etiam pascatur ea, alioqui auferetur ab eo
contemplationis donum, quia inordinate vtitur
eo.

Sed & voluntas cauere debet, ne plus nimio
contemplationis delectationi inhæreat, & à dul-
cedine mellis ita rapiatur, quod vel cogatur il-
lud euomere, vel difficile diuellatur ab illo gustu
spiri-

spirituali, etiam cum necesse est vt proximorum necessitatibus subueniat, propter quod soler Deus gratiam contemplationis aufertre, vt iustus discat Deum propter se, & non propter delectationem quærere, & patrum esse proprio gustui animarum commoda anteferre, de quo crebro in sequentibus incidet sermo. Sit ergo etiam voluntas sicut Benjamin lupus rapax, quæ prius comedat prædam, vt seipsam reficiat; postea vero diuidat aliis spolia, vt eis prosit, & ita diutius dono contemplationis potietur, dum illo iuxta largientis voluntatem legitime vtetur.

Matt 17.v.3. Ita Richardus lib. de præparat. ad contempl. c. 81. Denique, quicumque ad montem contemplationis ascenderit, si cupit diutius ibi permanere, duos necesse est habeat testes omnium quæ in eo geruntur, quos Christus Dominus secum habere voluit cum transfiguratus est, nempe Moysem & Eliam, id est, testimonia legis, & Prophetarum, quæ illa approbent. Nam sicut Christus Dominus in monte vere transfiguratus, & facies eius splendet sicut sol; ita in eo-B dem monte angelus Sathanæ se transfigurat in Angelum lucis, sicut dixit D. Paulus: sed transfiguratio eius ficta est, & apparens, non ad docendum cœlestia, sed terrena & carnalia, sub ficto splendore cœlestium. Inter has autem duas transfigurationes discernent Moyses & Elias; nam quidquid Christus reuelat & manifestat, conforme est diuinæ legi, & Prophetis, ac Scripturæ sacræ, nihilque dicere potest quod vllo modo ei aduersetur, aut à veritate, vel virtute veta alienum sit. Quod si ab hoc vel in minimo deficit, non à Christo, sed ab angelo Sathanæ ficte transfigurato procedit; cui si tidem adhæreas, à monte præcipitaberis: nam & multos inde præcipitauit hostis iste occultus, eo quod nimium proprio iudicio adhæserit; de quo scriptum est, *Præcipitabit eum consilium suum.* Possunt etiam per Moysem & Eliam intelligi discretio & zelus; & vtrumque necessarium est ei qui in Dei cellaria introducitur, & maxime in cellam vinariam, de qua suo loco; nam discretio regit zelum, zelus stimulat discretionem, vtrumque comitatur Christum, & vitam eius contemplatiuam; & quouis deficiente cito perit, quia facile bonum deperditur, quod indiscrete aut ignaue possidetur.

2. Cor. 11.v. 14.

Iob 18.v.7.

De spe obtinendi donum contemplationis. §. 4.

HÆc summatim dicta sunt de impedimentis introeundi in Dei cellaria, aut in eis diutius permanendi, non ad terrendum volentes introire, sed admouendum, ne desiderio suo frustrentur. Procul enim abesse oportet omnem pusillanimitatem, & cordis diffidentiam; nam si in colle Dei statio est Philistinorum nos oppugnantium, etiam est statio Angelorum nos protegentium, & plures ac fortiores sunt pro nobis, quam contra nos. Adest etiam ipse Christus rex omnipotens, qui ad montem ducit, & introducit in D cellaria, introductumque stabiliet, proteget, & auxiliabitur, vt tandem securus permaneat, quandiu expediat, dum tamen ordine à nobis hactenus præscripto tractus à Deo post debitum cursum sequens Christi vestigia, introduci ac permanere curet.

1 Reg 10. v. 5. 4. Reg. 12. 16.

Sed vt hæc clarius intuearis, sit tibi dilucidum A speculum Patriarcha Iacob, vir quidem, vt Scriptura testatur, *Simplex & habitans in tabernaculis*, id est, nō curiosus, nec malitiosus, aut vagus, & quietis impatiens: sed miro animi candore, synceritate, submissione, & stabilitate pollens, ab omni externarum rerum tumultu alienus, & domi residendi studiosus, dignus proinde, quem Deum stincti parentes mitterent in Mesopotamiam ad domum Bathuel, vt ibi vxorem duceret; quod allegorizans Philo, sic ait; Quid est mitti Iacob in domū Bathuel (quod interpretatur filia Dei) nisi mitti ad domum diuinæ sapientiæ, quæ per excellentiam dicitur filia Dei, primogenita omnis creaturæ? Ibi immenso labore pro duabus vxores duxit primo Liam, postea Rachelem, quæ, vt vidimus, actiuam & contemplatiuam vitam repræsentant, ambas vero filias diuinæ sapientiæ, natas, & enutritas in domo Bathuel, id est in domo filiæ Dei, quas nobis diuina sapientia ordine quodam despondet. Primo quidem Liam laboriosam, vt fructus pariat bonorum operum, quibus digni reddamur, in sponsam accipere Rachelem pulchriorem; per quam iuxta nominis etymologiam, summo rerum principio intuendo vacare possemus. Cum autem vtraque vxore comitante, in patriam rediret, in itinere fuerunt ei obuiam Angeli Dei, quos cum vidisset, ait, *Castra Dei sunt hæc.* Apparuit autem ei huiusmodi Angelorum exercitus duplici de causa, tum vt eum ab omni timore & angore liberarent, cum se videret Angelorum custodia munitum contra omnes inimicos, in ipso itinere insurgentes. Ad quod spectasse videtur Dauid, cum ait, *Immittet*, id est, castrametabitur, *Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.* Tum vero (vt scite notat Rupertus) ponderans, cur non dicitur quod Angeli apparuerunt, sed quod fuerunt ei obuiam; Quia (inquit) insigne quoddam erat victoris & emeriti viri; cui pro gloria triumphi pompa C cœlestis obuiam procedens, festina exceptione lætum obsequium præbuerit; & digne quidem tam gloriosum habuit occursum, qui adeo certanit & laborauit, vt vitam actiuam & contemplatiuam sponsas duxerit, & ex vtraque plures fructus genuerit.

Gen. 25. v. 27. Gen. 28. v. 2. & seq. 36. v. 3. Ordo actiuæ & contemplatiuæ. Rachel est visum principium. Gen. 32. v. Psal. 33. v. 8. Lib. 8. in Gen. c. 2. & 3.

Vt autem triumphus simul & securitatis ac contemplationis gratia cresceret, nona ei succedit lucta, non iam cum hostibus, sed cum Angelo ipsum Deum repræsentante, quem superasse dicitur, non aliis armis, quam precibus & fletibus, vt nomen Iacob mutaretur in Israel: significans quanta esset fortitudine donatus, quantaque virtute auctus, vt contra Deum fortis ad obtinendum quod peteret, & videns Deum per quietam contemplationem dici sit promeritus. Vrantem cuncta hæc secutius & diutius possideret, neruus femoris eius exsiccatus est, quasi auferretur intestinus hostis, & domesticum vtriusque vitæ validius impedimentum, quod est amor carnis, seu amor proprius, quo denicto spiritus manet ad recta opera robustus, & ad Dei contemplationem apte præparatus.

Gen. 32. v. 22. Oseæ 12. v. 4. In Duce spirituali 11. c. 3.

Tanti ergo viri exemplo cōfortatus magnam concipias fiduciam consequendi contemplationis donum; has enim luctas permittit Deus, non vt hoc donum neget, sed vt luctādo vincas, & dignus fias cui concedatur, neque tibi, sed Deo illud obtinuisse tribuas, sicenim scriptum est

ris de [illegible] *illi* [illegible] *tret*, [illegible] *tntior* [illegible] *ia.* [illegible] *Intro* [illegible] *rex* [illegible] *tua;* [illegible] *lat* [illegible] [illegible] te post ipsum [illegible] *ren* [illegible] *us et* [illegible] oducat me [illegible] ipsum est, O [illegible] *latanti* [illegible] *fa.tenti* [illegible] *iam:* [illegible] *vis tuis recordabuntur tui* Tu [illegible] sæpius occurris eis qui hilariter faciunt iustitiam, [illegible] lætatur [illegible] um [illegible] bi se uiunt; vnde fit quod dum ambulant [illegible] uias [illegible] as, seruando præcepta tua, recordentur [illegible] & exultent ac lætentur in te. *Memores vberum tuorum super vinum.* Ita occurristi Abrahamo [illegible], Moysi, & aliis Patriarchis: [illegible] so[illegible] [illegible] c[illegible] urres mihi, quia tu dixisti, *In vijs iustitiæ ambulo, & in medio semitarum iudicij, vt ditem* [illegible] *me* [illegible] *thesauros eorum repleam.* Ex [illegible] [illegible] thesauris quos reconditos [illegible] replebis in bonis desideriis [illegible] ducens me in cellaria ista. vt B [illegible] tibi me, & per me, in secula seculorum. Amen.

Prou. 8. v. 20.

EXHORTATIO X.

Pro [illegible] 4. post Pentec.

De modo quo omnes mundi creaturæ sunt Dei cellaria, ad corporis & animæ iucundam refectionem, & ad contemplandam Dei erga nos prouidentiam; & de iugi Dei memoria cum affectu gratitudinis.

Introduxit me rex in cellaria sua, exultabimus, & lætabimur in te, memores vberum tuorum super vinum.

CONTEMPLATIO conuiuium quoddam est spirituale, quod cælestis rex in suis mysticis cellarijs facit ijs qui strenue post ipsum cucurre- C runt, vt illos reficiat, & requiem, ac cordis lætitiam præbeat, non immemor corporis, cui etiam suum conuiuium parat, vt spiritui deseruiat, sed primum multo præcellentius, & primo loco appetendum; iuxta illud, *Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.* Vtrumque præstatur in regiis cellarijs, quæ sunt creaturæ huius mundi visibilia, in quibus recondita sunt admirabiles diuinitatis perfectiones, scilicet, sapientia, bonitas, pulchritudo, omnipotentia, misericordia, & iustitia, & aliæ huiusmodi; sed quoniam Deus (vt inquit Diuus Gregorius) in superficie non iacet, sed inserioribus est absconditus, oportet cum Dauide introire in potentias Domini, id est, in opera Dei, & quæ intra illa sunt profunde perscrutari; quamuis autem Dauid dixerit, *Introibo in potentias Domini*; consulto dixit sponsa, *Introduxit me rex in cellaria sua.* Nam licet homo introeat libere cooperando, & applicando se ad contemplanda Dei opera; indi- D get tamen Dei auxilio introducente ipsum. Vtrumque tamen vtitur numero plurali dicens, in potentias & in cellaria; quia vnica creatura non sufficit manifestare cuncta quæ sunt in Creatore, & ideo oportet in plures introire. Intremus ergo modo in eas, ea solum ratione qua cellaria sunt Dei, ad faciendum nobis iuge, & con-

Matt. 6. v. 33.

[illegible] Can. Cant.

Ps. 70. v. 16.

[illegible] conuiuium tum corporibus, tum maxime animabus, in quo [illegible] det summa eius erga nos prouidentia, & beneficentia. Sub hac enim ratione videtur sponsa horum cellariorum meminisse, vt colligitur ex eo quod subiungit, *Exultabimus, & lætabimur in te memores vberum tuorum super vinum.* Diximus superius per hæc verba, significari amorem Dei quasi maternum, & curam ac prouidentiam quam habet nutriendi, & conseruandi nos; ex quo amore procedit cellaria habere præparata, ac referta ijs quæ ad hanc nutritionem & conseruationem necessaria sunt, & conuenientia. Cum igitur in hæc amplissima cellaria sponsa se introductam vidit, læsata est supra modum, & recordata vberum Dei, ac immensæ eius charitatis quæ hæc cellaria instituit, & tam opiparum conuiuium præparauit.

Hoc p[illegible] quitur L[illegible] uicus Legionensis.

Lib. 1. [illegible] hort. 18.

De homine vt est cellarium Dei potissimum inter creata sensibilia ad cognoscendam Dei maiestatem melius agemus infra lib. 3. Exhort. 15.

Modus contemplandi in creaturis prouidentiam Dei erga nos. §. 1.

SI contemplaris igitur mundum hunc vniuersum, inuenies Deum omnibus creaturis adesse; vt te per solem illuminet, per ignem calefaciat, refrigeret per aquam, sustentet per terram, per aues, pisces, & animalia te nutriat, aut ornet, aut delectet, aut iuuamen aliquod tibi præstet. Et quid sunt maria & flumina piscibus referta; nisi quædam Dei cellaria ad reficiendum? Quid aer volatilibus, aut terra animalibus, arboribus & plantis abundãs, nisi quædam Dei promptuaria ad tuam nutritionem, & iucundam conseruationem? Quid mineralia, vbi aurum, argentum, aliaque metalla recondita latent, nisi depositaria Dei & thesauri ad te locupletandum? Fideli enim homini totus mundus diuitiarum thesaurus est, singula etiam animalia, quorum vel carnibus nutriris, vel lanis aut pellibus vestiris, aut lapidibus pretiosis illius ipsa inuentis ornaris, cellaria sunt Dei ad tui conseruationem deputata, nec solum ad refectionem corporis, sed multo magis ad animæ refectionem, & instructionem illa ordinauit, *Interroga*, inquit Iob, *iumenta & docebunt te, & volatilia cæli, & iudicabunt tibi: Loquere terræ, & respondebit tibi, & narrabunt pisces maris: quis ignorat quod omnia hæc manus Domini fecerit?*

Iob 12. v. 7.

Nunquid irrationabilia animantia docere possunt hominem ratione præditum? At non ipsa, sed Deus per illa docet nos, & cibat pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potat nos, vinoque charitatis nos inebriat. Nam per formicam docet te solicitudinem, quæ pigritiam depellat: per columbam, simplicitatem, per agnum, mansuetudinem, per serpentem, prudentiam, qui caput plusquam corpus seruat; per iumenta, submissionem, per volatilia, fiduciam in prouidentia Dei qui pascit illa absque eo quod habeant horrea, vel cellaria. Denique ipse Deus longam habuit cum Iob disputationem, per huiusmodi animantia multa illum docens, quæ ad diuinam commendandam prouidentiam, & ad ipsius Iobi instructionem spectabant.

Eccl. 15. v. 3.

Sed quid, inquies, de creaturis noxijs sentiendum est? nunquid hæc ad Dei cellaria pertinere possunt? imo multis modis pertinẽt. Nulla animi adeo

adeo sunt noxia, quin plures afferaut [illegible] vel corporibus medendis, vel alijs creaturis quæ nobis sunt vtiles; nam & venenum s[illegible] ebus mixtum salubre constituit antidotum S[illegible] p[illegible] illas magnam nos docere sapientiam, quam qui dam Iobi amicus vocauit timorem [illegible], & re[illegible]
Iob.28.v.12. v.28. sum à peccato. Vnde cum ipse quæreret, *Sapientia vbi inuenitur, & quis est locus intelligentiæ*: Respondere ei possemus in cellarijs Dei inueni[illegible] in ijs enim quæ tibi sunt terribilia, & noxia reperi[illegible]s, quomodo Deum timeas, & ab omni peccatu recedas, ue ab illis Dei iuiuriā vlciscentibus læd[illegible]is.

2. Sed ex teipso innumeris necessitatibus & periculis tum corporis, tum animæ immerso, scalam facito, vt introeas in potentias Domini, & in cellaria æterni regis, in quibus recondita inuenies cuncta quæ tibi necessaria vel vtilia esse possunt, vt à miserijs quas pateris te incolumem serues; imo ipsa mala quibus irretitus es, te excitāt, vt vehementius Deum quæras, & de eius cellarijs remedium expectes. Dixit quidam sapiens,
Iob.36.v.25. *Omnes homines vident eum; vnusquisque intuetur procul.* Sed LXX. Interpretes ita vertunt ea quæ diximus, clarius explicantes, *Omnis homo vidit in ipso, quicumque vulnerati sunt mortales.* Cuius sensus est; omnes quidem homines in seipsis, vel ex sibi insita vi naturali, possunt videre, & contemplari
Vide Pinedam ibi. Creatorem, à quo vitam & omnia bona recipiunt: maxime autem hoc assequuntur quicumq; vulnerati fuerí mortales. Ex eo enim quod in se intuentur tot vulnera, totq; miserias in mortem eos pertrahentes, fortius aperiunt oculos mentis, vt Deum omnium prudentissimum liberato-
Eccli.it.v.28 rem intueantur. Si pauperes, ipsa paupertas te excitat, vt Deum quæras, cui facile est subito ho-
Ps.144.v.16. nestare pauperem. Si famelicus es, ipsa te fames vrget, vt ad Deum tendas, qui dum aperit manū suam, dat omnibus escam in tempore opportuno, & implet omne animal benedictione. Si infirmus es, aut vulneratus, ipsa te vulnera prouocant, vt mentem eleues ad Deum, qui percutit, & sanat, vulnerat, & medetur, mortificat, & viuificat, deducit ad inferos & reducit. Adeoq; immensa est eius charitas, vt prouiderit cellaria, & apothecas, in quibus reperias congrua remedia & antidota, ad curanda tum corpora, tum animi vulnera.

3. Sed adhuc magis splendet charitas ac prouidentia ipsius, dum ad tuam ignauiam excitandam, alio te dulciori vulnere præuenit, & percutit quo ad sua cellaria te trahat, illo, scilicet, de q̄ io dicebat sponsa, *Vulnerata charitate ego sum.* De ijs autem vulneratis melius intelligitur quod di-
Cant.2.v.5. iuxta Septuaginta. xit Iob; *Vident eum quicumque vulnerati sunt mortales.* Qui enim vulnerati sunt charitate, ardent desiderio videndi Deum, ipsumq; charitatis vulnus eos stimulat, & impellit, vt Deum contemplentur, & in eius cellaria introeant, vbi iucunde spiritu reficiantur, considerantes munificentissimū Dei amorem erga ipsos in tot cellarijs condendis, vt eos reficeret; quare non se capientes præ
s. Expositio. D lætitia, clamant, *Exultabimus & lætabimur in te, memores vberum tuorum super vinum.* Exultabimus ego & omnia quæ in me sunt, corpus, anima, sensus, cunctæque internæ vires quia omnes in tuis cellarijs inuenimus refectionem, & lætitiæ causam. Tu præbes oculis pulchros colores, auribus suaues voces, naribus gratos odores, dulces cibos [illegible] animæ præ[illegible] super cica[illegible]rporeas, in[illegible] capiat, & [illegible] iat, intel[illegible]onem quæ ad om[illegible] deser[illegible]niat, [illegible] quā cuncta [illegible] opera an[illegible]ar. Et qu[illegible] ui[illegible]o sola (inquit sponsa [illegible] um in l[illegible] cellaria, [illegible] mea quæ [illegible] intra sunt, non mihi sol[illegible] sed omnibus parata e[illegible] n[illegible] uerim pu-
[illegible]um enim & magnum tu se[illegible], & æq[illegible] est t[illegible] cura de omnibus; non eg[illegible] exulto, & læto, sed vice omnium [illegible], omne[illegible] *[illegible]ultabimus, & lætabimur in te*, g[illegible]ntes de bene[illegible] bis cellariis, laud[illegible]s & [illegible] ar[illegible] norum larg[illegible]orem, *Memores vberum [illegible]rum*, [illegible] non m[illegible] soli, sed [illegible] ibu[illegible] h[illegible]bu[illegible] e[illegible]ctionis præbēt, & in eis cellarijs [illegible] oc ipsum [illegible] benefic[illegible] m[illegible] præ[illegible] exi-
stimo, mul[illegible] mihi v[illegible]us est cellaria ista condita esse pr[illegible]pter [illegible]nes; nam quæ inde omnes accipiunt, mihi etiam valde [illegible]. Quid-
B quid enim pisces, aues, & animan[illegible] terræ ex tuis cellarijs accipiūt sibi, in meum refunditur com-
Ps.[illegible] modum, tu enim *Producis fœnum iumentis, & herbam seruituti hominum.* Nam esto homines non [illegible] scant herbam; pascuntur tamen ea[illegible] quæ seruiunt hominibus, & vescuntur il[illegible] etiam cellarijs reficiuntur med[illegible] qui [illegible]t, magistri qui me docent, reges q[illegible] g[illegible]rnant, & artifices omnes quorū opera[illegible] eo, vt viuam, pro quibus gratias ago, & vellem [illegible] omnes similiter gratias agerēt. V[illegible] omnes [illegible]temus & lætemur in te, licut bona hæc recipimus à te.

Quotiescumque ergo in hæc cell[illegible]ia intraueris, tria verba audire curato, quæ, vt testatur Hugo de S. Victore, omnes creaturæ tibi loquuntur ibi, aut (quod verius est) Deus per illas, dicens,
Lib 6. de ca[illegible] *Accipe, redde, caue*; accipe beneficium quod tibi gratis do; redde amorem, gratitudinem, & seruitium quod debes, & à te efflagito; & caue supplicium tibi infligendum si abutaris beneficio, aut
C non reddas debitū obsequium. Creaturæ enim, quæ tibi modo sunt cellaria ad nutritionem, & voluptatem, erunt armaria ad destructionem & tormentum; illis enim vtetur Deus ad vindictam sumendam de ingratis, & iniustis, vt ignis qui ta modo calefacit, postea vrat, aqua quæ re refrigerat, te torqueat & suffocet, *Accipiet enim*, vt inquit
Sap 5 v [illegible] Sapiens, *armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.*

De præsentia & memoria solius Dei in hac contemplatione habenda. §. 2.

SED & secteriora mysteria in his verbis sponsæ scrutati oportet; habet enim magnā emphasim vox illa, *In te*, qua denotatur eos qui in cellaria introducuntur, & ex illis ingentia hauriunt beneficia, debere exultare & lætari non beneficijs acceptis, sed in ipso Deo largitore eorum, qui amandus & colendus est à nobis, non tam pro-
D pter hæc bona naturalia quæ nobis largitur, quam propter eximiam eius bonitatem quæ in his donis splendet, quod fusius explanabimus paulo post cum de recta intentione diligendi Deum egerimus.

Sed cur sponsa non dixit; vt dicere debuisset, Circa illud
exultabimus in illo, scilicet, rege qui me introdu- recte dixit, sed mutata forma loquendi, à tertia persona gitur te. transit

[illegible] me, ulo [illegible] ... [illegible] oraunt ... [illegible] existere putare ... [illegible] onis mutationem. [illegible] dum [illegible] multum interesse ... [illegible] sophos [illegible] sapientes ac San[illegible] Deum [illegible] tur. De [illegible] enim [illegible] tur quod [illegible] scriptum in I b Omnes [illegible] vident eum, vnusquisque intuetur procul. [illegible] e [illegible] bus indagant existentiam [illegible] causæ quæ ob immensam excellentiam procul est ab [illegible] intuentur tanquam ipsis [illegible] ntem, sed quasi distantem, ac si [illegible] perambularet & ibi [illegible] bere. Quam [illegible] a longe & [illegible] is-B [illegible] atur, parua videtur, & [illegible] calefacit, vt videre licet [illegible] & stellis firmamenti quæ incomparabi[illegible] nec [illegible] ram excedunt, & quia lon[illegible] e à nobis [illegible] stant paruulæ apparent; & [illegible] potentissimus ad calefaciendum, [illegible] distans est parum calefacit. Cum igitur [illegible] sophi a longe videant Deum ex creaturis, [illegible] naturæ duce, parum est quidquid [illegible] cunt, & parum amoris ac spiritua[illegible] ex hac cognitione percipiunt; imo,

Ad Rom. 1. v. 21. [illegible] inquit Diuus Paulus, cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, sed frigido Aquilone superbiæ elati, euanuerunt in cog[illegible]ibus suis.

At sancti viri, qui in Dei cellaria ab ipso introducuntur, & supernaturali lumine illustrantur, ex iis quæ in creaturis conspiciunt, ascendunt ad contemplandum Creatorem, & tegem quis illos introduxit, non quasi procul distantẽ, sed quasi in ipsis prope existentem; & de eius præsentia exultant, & lætantur. Nam (vt dixerat C

Act. 17. v. 27. iuxta ponit Glos. & Lyran. D. Paulus) cum creati sint quætere Deum si forte eum attrectent, attrectare curant, & quasi manibus palpare, & amore amplecti; cum eoq; tanquam cum præsenti loquuntur, quia non longe est ab vnoquoq; nostrum; sed intra nos, & das nobis esse, viuere, & moueri. Quod cum sponsa in cellaria introducta persensisset, exclamauit, dicens, *Exultabimus, & lætabimur in te*; in te, inquam, qui hæc cellaria reples, in te qui nobiscum habitas, & tuis bonis reficis, in te qui nos vt mater diligis, & tuis vberib. lactas, quorum nunquam obliuiscemur; sed semper erimus *Memores vberum tuorum super vinum*; dictio, *super vinum*, referri potest, vel ad vbera, quæ dicit esse meliora quam vinum; vel (quod proposito nostro magis aptatur) ad, memores erimus multo magis tuorum vberum, quam vini: obli-D uiscemur enim vini, & cuiuscunque rei temporalis nobis periucundæ, tui autem amoris nunquam obliuiscemur, sicut nec tu obliuisceris nostri.

3. Ex hac enim contemplatione sic fixa manet, aut manere debet Dei memoria in cordib. nostris, vt ab ea vix diuelli possint, cætera inde repellendo, vt tantum Dei & beneficiorum eius recordentur. Quod magis expressit Psaltes, di-

Ps. 70. v. 16 cens, *Introibo in potentias Domini. Domine memorabor iustitiæ tuæ solius.* Ac si dicat; Quanuis à te adiutus [illegible] consi[illegible] potentias, in quibus [illegible] iam & maiestatem, [illegible] fidei [illegible] nullius rei recor[illegible] iustitiæ & sanctitatis, quæ mihi [illegible] placet, & [illegible] meo infigi cupio; de [illegible] cogitabo, & loquar, & hanc [illegible] annuntiabo. Congruit etiã quod præmiserat, *Quoniam non cognoui literaturam*, & iuxta vocem Hebræam verti posset, *Quoniam non cognoui numeros*; sc. beneficiorum tuorum, quæ innumerabilia sunt, nec ea possum numerare, decreui recordari [illegible] iustitiæ, qua promissa fideliter impies, & tuæ sanctitatis, vnde hæc beneficia ad [illegible] perueniunt. Sed D. Aug. iuxta Græcam vo-

In dictum Psalmum. cem quæ ambigua est, legit, *Quoniam non cognoui negotiationem*: dein, tuæ iustitiæ tantum memorabor, ex eo quod non me ipsum inuolui negotiationibus seculi, & externis distractionibus, ac secularib. tumultib., qui & mentem à diuinorũ consideratione abstrahunt, & sæpe in peccata multa pertrahunt. Inde [illegible] inquit D. Aug. negotium dicitur quasi negans otium, illud, sc.

Ps. 45. v. 11 de quo Dauid ait, *Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus.* Si ergo in Dei cellaria, vel potentias introire vis solius Dei memorari, [illegible] à te [illegible] ce negotiationem quæ mentem distrahat, nec soli Deo inhærere sinit. Et forte si Vulgatæ lectionè sequamur, literatos, & doctos viros taci- te carpit, qui aliquãdo ex nimio appetitu sciendi, ita discursib. suis, ac studiis inhiant, vt in potentias Domini intrare nequeant, neq; eius iu-

Prou. 3. v. 32. stitiæ tantũ memorari. Quod facilius à dipsicũtur simplices, & minus curiosi; nam & cum simplicibus est sermocinatio Domini. Itaq; ait Dauid, quia ego non cognoui literas, nec humana eruditione sum institutus, facilius intrabo in potentias Domini, ad eius magnifica opera contemplanda, & eius iustitiæ memorandum.

Sed subtilius adhuc vrget D. Augustinus; Quid est, inquit, memorabor iustitiæ tuæ solius, nonne sufficiebat dicere, iustitiæ tuæ? ad quid addit, solius? Nimirum vt profundam exerceret humilitatem, fatendo iustitiam solius esse Dei, non suam, nec suis meritis acquisitã, nec in Dei potentias intrasse ex propriis meritis, aut viribus, sed ex Dei misericordia & gratia, omnemq; fiduciam in sola Dei iustitia, à qua nostra oritur, sitam esse, cum nihil habeamus quod ab ipso non recepetimus. Magnum profectò perfectionis argumentum est, etsi coram Deo institiam b[illegible]eas, & merita, & aliquid pro contemplatio-

3. [illegible] obtinenda insudaueris, nihil horum meminisse nisi iustitiæ Dei solius; dicens cum Daniele, *Non in iustificationibus nostris prosternimus preces*

Dan. 9. v. 18. *ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis mul'tis.*

Ad Philip. 3. v. 13. Vnde quæ retrò sunt obliuiscens, ad vlteriora te ipsum extendere cura. Præterea sublimis orationis & contemplationis indicium est in ea sui ipsius, & eius quod agit obliuisci: nam (vt dice-

Apud Cassian. collat. 9. c. 30. bat magnus Antonius) non est perfecta oratio in qua se monachus, vel id quod orat intelligit. In perfecta enim oratione & contemplatione ita mens est Deo intenta, vt non reflectatur super id quod agit, nec aduertat vbi sit, quo tempore & circunstantiis oret, est enim tunc velut Benjamin adolescentulus

Ps. 67. v. 28. in mentis excessu.

Q De

De iugi affectu gratitudinis, cum memoria beneficiorum D[illegible].

Modus faciendi propositain futurum.

SEn ne putes hanc in Deo lætitiam, Dei memoriam dumtaxat habendam in ipso contemplationis tempore, quãdo est intra ipsa cellaria, aut infra potentias Domini; non dixit sponsa, exultamus, & lætamur in te, sed in futurum protendit dicens, *Exultabimus, & lætab mur in te.* Et similiter Dauid, *Memorabor iustitia tuæ solius*; id est, firmo constantique animo apud me statuo toto hoc die, imo totius vitæ decursu, exultare, & lætari non in me, aut in creaturis, sed in te solo Deo viuo, & vero, & hoc in omni loco, in omni tempore, & in omni opere vel exercitio, quærens tibi soli placere, & in te gloriari; ad modum quo dicebat Psalmista, *Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo quamdiu fuero.* Et iterum. *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.* Idemque consulit Apostolus, cum ait, *Gaudete in Domino semper, & iterum dico gaudete.* Ita enim fiet, vt sicut dixit idem Psaltes, *Reliquiæ cogitationis diem festum agant tibi.* Reliquæ autem cogitationes vocantur affectus & cogitatus, qui ex præcedenti contemplatione oriuntur, & animam tota die Dei laudibus vacantem reddunt. Similem sensum; sed cum maiori amplificatione & gratitudinis nota, habent sequentia verba, *Memores vberum tuorum.* Hoc est, perpetuo memores erimus amoris quo nos prosequeris, & beneficiorum quæ nobis confers, nunquam obliuiscemur tui, nec donorum tuorum. Nam (vt inquit D. Augustinus) sicut nullum est momẽtum quo homo non fruatur, vel vtatur pietate diuina, sic nullum debet esse momẽtum quo eum præsentem non habeat in memoria: debet autem hęc memoria esse cum magna animi gratitudine, laude, & gratiarũ actione, pro beneficiis acceptis, & quę continuo accipimus, quorum obliuisci summa ingratitudo est; nam (vt dixit Seneca) ingratus est qui dissimulat, ingratior qui nõ reddit, ingratissimus qui oblitus est. Si ergo Deus gratis memor est nostri, & introducit nos in sua cellaria, vbera materna præbet, & insignia beneficia iugiter cõfert, quid mirum quod grato animo dicamus, exultabimus in te, memores vberum tuorum, gratias tibi agentes pro tot beneficiis nobis collatis?

Ps. 145. v. 1. Ps. 33. v. 1. Ad Philip. 4. v. 4. Ps. 75. v. 10

De gratitudine.

In Manuali c. 29. Idem D. Bernardus de interiore domo c. 9

Lib. 3. de benefic. c. 1. circa med. Vide Diuũ Th. 2. 2. q. 106. & 107 ar. 2.

Sed perpende amplius sponsæ prudentiam [illegible] prima deprecatione experta est magnam [illegible] erga se dilectionem & prouidẽtiam, cum dixit, *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino.* In hac autem secunda non nouum accipit beneficium, antiquum recolit, vt gratam se exhibeat; & ideo ait, *Memores vberum tuorum*, quæ nobis antea detexisti, & præbuisti, vt ex illis lac sugeremus dulce'a consolationis; vt hinc discas in hora orationis recordari beneficiorum, quæ in præcedenti recepisti; vt Deo gratias agens, amplius in eius amorem inardescas, & dignus fias, cui noua dona conferantur. Qua de causa Diuus Basilius consulit, Cum accedimus ad orandum, inchoare orationem à glorificatione Dei, & gratiarum actione pro acceptis beneficiis. Idque consuluisse Angelum testatur D. Ioannes Climacus, quoniam grata memoria, &

De const. Monast. c. 2

Cap. 28.

hc [illegible] ne[illegible] pi[illegible]

S[illegible] fe [illegible] ne a [illegible] red [illegible] Dei es enim al[illegible] in ob[illegible] pet[illegible] le, [illegible] quadi[illegible] ben[illegible] vt in Dei [illegible] tim hun[illegible] *Exultabimus, & l[illegible]* accipi[illegible] propter[illegible] fictus [illegible] mor[illegible] ing[illegible] ranter ac[illegible] etiam [illegible] offerre ob[illegible] non ex [illegible] tristitia hila[illegible]

Tãdem a [illegible] deduceris, vt si vel[illegible] nuo etiam habeas Deum [illegible] sponsa statuens exultare & l[illegible] per, subiunxit, *Memores vberu[illegible]* bat nihil efficacius esse ad re[illegible] lætitiam, quam retinere er[illegible] tum eius iugem memori[illegible] stæ, *Renuit consolari anima mea, memor* [illegible] *delectatus sum.* Vnde etiam d[illegible] ces cum de[illegible] as virtutes, simul desiderare, & prædefini[illegible] media, quibus eas acquirere valeas; vt si appetis humilitatem, eligas humiliationem, vel exercitium quo acquirenda est humilitas.

Confirmantur dicta ex introductione Adami in cellarium paradisi terrestris. §. [illegible].

SEn ipem obtinendi eunct[illegible] quæ diximus [illegible] a- triunt hæc eadem verba sponsæ, si referantur ad Ecclesiã prout fuit in statu innocẽtiæ in primis parentibus. Adam n. postquam creatus est, introductus legitur à Deo in paradisum del[illegible] rum; sic ait enim Scriptura, *Plantauerat autem Deus paradisum voluptatis, in quo posuit hominem quem formauerat.* Erat autem paradisus cellarium opulẽtissimum præ omnibus quæ Deus creauerat super terram, vbi omnigenum erat lignum fructiferum, & maxime lignum vitæ, cuius fruct[illegible] præstabat immortalitatem; in quo paterna Dei prouidẽtia erga hominis sustentationẽ maxime enituit, vt merito paradisus voluptatis diceretur, id est, voluptatis omnigenæ abundantissimus. Nihil enim homo corpori posset appetere, quod in eo loco non haberet. Sed non solum in hoc cellariũ introduxit corpus, sed in alia præstãtiora introduxit spiritum, quæ etiam paradisi voluptates dici possent, non quidem corporeæ, sed spirituales. Siquidem eleuatus est, maxime in sopore quodã, ad suprema Dei mysteria contemplanda, nimirum incarnationem Filii Dei, vt supra vidimus, ac subinde ẽt mysterium sanctissimæ Trinitatis, cuius secũda persona assumptura erat humanitatem, vt per eam homines in paradisum introduceretur, à quo expulsi fuerãt superbi, & rebelles Angeli. Huius igitur introductionis memor Ecclesia, inquit, *Introduxit me rex*

Lib. [illegible] [illegible] D. Tho. & D. Aug. l. 9 De Gen. ad lit. c. 19. D. Greg lib 4. Dia. c 1. D. Ber. ser 2 Septua. & alibi.

... cellaria sua; ... Adam ... generis humani ... con... bat ... pter quod, *Exultabimus, & lætabimur in te, memores vberum tuorum super vinum*, id est, memores amoris ... præ ..., quam nobis omnium in illo paradiso habuisti, exultamus, & lætamur in te quidem ... es: & quamuis propter peccatum expulisti nos ab illo paradiso, non tamen deseruisti nos, nec amouisti à nobis misericordiam & prouidentiam, cuius signum est, quod veniens ad redarguendum peccatores, illorum factus es protector prouidus. Siquidem cum ipsi propriam erubescentes nuditatem, fecissent perizomata ex ficuum foliis, tu tamen compatiens illis alia commodiora prouidisti, faciens eis tunicas pelliceas, quibus vndique manerent cooperti; induens inimicos tuos, vt inde amici tui cognoscerent quanto maiori cura beneficies illis, *Si enim fœnum agri quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vestiet homines sibi amicos?* Et cum tantum dedisset eis in cibum omnes fructus arborum post diluuium, tamen etiam concessit esum carnium, & piscium, vt eorum necessitati & voluptati largius prouideret. Mitto prouidentiam circa spiritualia, quæ copiosior multo fuit quam antea; nam vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia; & qui talem curam gerit corporis mortalis, multo solicitiorem geret animi immortalis. Merito igitur Ecclesia vnico verbo vtens, quod vim præteriti & futuri gerit, ex præterito id quod futurum est coniiciens, confidit, & ait, qui introduxit me in cellaria sua, spero quod introducet; & ideo desidero eius aduentum, vt re ipsa me introducat.

[Gen. 3. v. 7. & 21.] [Matt. 6. v. 30.] [Gen. 1 v. 29. & 9. v. 3.]

Hæc autem omnia etiam proprio nomine quisque potest Deo dicere: nam cum Adam introductus est in paradisum; omnes etiam homines introducti sumus cum eo: paradisus enim ille non est datus soli Adamo; sed omnibus etiam posteris eius: nam si ipse non peccasset, cuncti præclarum illud sortiremur domicilium. Qui introduxit nos, quantum ex se erat, in illum paradisum, & opulentum cellarium, introducet in aliud opulentius, nostro tamen statui accommodatum, vt non desint necessaria corpori, suppetant vero abundantissime cuncta quæ reficiunt, ornant, & ditant animum.

De cellariis miraculosis ad nutriendos electos. §. 5.

SED age iam mentem eleuemus ad sublimiora, & mystica quædam cellaria contemplemur, in quæ diuina prouidentia introducit iustos, ad eorum corpora etiam alenda, quando cellaria hæc creata videbantur illis quasi occlusa. Nunquid defuerunt Deo cellaria, ad saturandum innumerabilem populum Hebræorum in deserto? Non apparebat panis neque caro, & tamen per Moysen dicit illis, *Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus, & scietis quod ego sum Dominus Deus vester.* Vexabat terram dira & longa fames tribus annis, exhausta erant cellaria mundi: nunquid defuit cellarium, quo Deus introduceret Eliam ad reficiendum illum? Iam mittit coruos qui ex cellariis suis carnes deducant, vt mane & vespere vescatur. Iam mittit ad viduam Sareptæ, & pugillus farinæ, ac lecythus olei fuit instar cellarii, quod tribus mensibus multis tribuit nutrimentum. Vidisses quinque aut quatuor mille homines fame laborantes in deserto, accepit Iesus quinque vel septem panes in manibus suis; manus autem eius opulentissima fuerunt cellaria, vnde innumeri panes & pisces profluxerunt ad satiandos omnes, dixit quidem ad Philippum, *Vnde ememus panes vt manducent hi? hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus.* Non enim indigebat emere panes, quia manus eius erant velut cellaria panibus referta, & velut vbera copiosissimo lacte, & nutrimento plena. Voluntas & potestas Christi, eius misericordia & omnipotentia, cellaria & vbera eius sunt quæ exhauriri non possunt. Quando deficiant creaturæ quæ nutriant electos, non deficient cellaria & vbera Creatoris, quia misericordia & omnipotentia eius nequeunt deficere, & solo suo imperio potest eos nutrire & seruare, *Non enim in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Hoc dixit Moyses, quando deficientibus panibus in solitudine, dedit Deus populo manna, quod panis & carnis, ac omnis cibi continebat saporem. Eadem respondit Christus Dominus diabolo suggerenti, vt lapides conuerteret in panes ad sedandam famem; sed non est (inquit) necesse hoc tuo vano vti prodigio, quia os omnipotens Dei cellarium est opulentissimum, & indeficiens, & verbum quod ab ipso procedit, vicem gerit panis & cibi ad nutriendos homines, & quocumque modo voluerit, potest eos pascere. Vnde finita omni tentatione, *Accesserunt Angeli, & ministrabant ei*; ex Dei cellariis congruos afferentes cibos, mensam illi præparantes in deserto. Gandeat igitur Ecclesia Christi; cui à sponso suo præparata etiam sunt huiusmodi cellaria, in quæ multoties introducta est in Sanctis suis, qui ex illis miraculose sunt multo tempore nutriti ab iis diuinis vberibus lac & nutrimentum sibi congruum sugentes: pro quo stupendo beneficio iucundas ei gratias reddat, dicens, *Introduxit me rex in cellaria sua*; quæ sua tantum sunt, & in sua omnipotentia manent abscondita: *Exultabimus, & lætabimur in te, memores vberum tuorum*; à quibus dulciora & fortiora nutrimenta prodeunt quam vinum:

[Exod. 16. v. 12.] [3. Reg. 17. v. 6. & 14.] [Ioan. 6. v. 5.] [Marc. 8. v. 1.] [Deu. 8. v. 3.] [Matt. 4. v. 4.]

Vtinam ita lætemur in te, vt tibi placere valeamus in secula seculorum. Amen.



EXHORTATIO XI.

Pro Feria 3. Paschatis, circa id: *Aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas:*

De cellariis sacræ Scripturæ, quæ quatuor continet partes, scilicet, historialem, naturalem, moralem & Theologicam, quarum intelligentia præbetur ab ipso Deo; quam vtilis sit earum lectio & meditatio.

Introduxit me rex in cellaria sua, exultabimus, &c.

D. Hier. ep. 142. ad Damasũ, Rupertus Abbas, Theodoretus.

EX cellariis creaturarum huius mundi visibilis, ascendamus ad alia vberiora & pretiosiora cellaria, quæ secundum D. Gregorium, & alios Patres, sunt sacræ Scripturæ vtriusque Testamenti; in quibus non solum vt in creaturis inuenimus Deum, qua vnus est, & quæ ad nostros mores secundum rationem componendos iuuant, sed etiam ipsum Deum, vt trinum in personis, & in vniuersum quicquid est naturale vel supernaturale, visibile vel inuisibile, creatum vel increatum, in iis cellariis reperiemus. Vnde doctores Ecclesiæ Basilius, Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, & alii Patres, Scripturam partiuntur in naturalem, ethicam seu moralem, & Theologiam propter rerum varietatem, quas narrat & docet; quibus Origenes quartam addit partem, quam historiam vocat; & ipsam scripturam nuncupat mundum intelligibilem quatuor partibus, velut quatuor elementis constitutum, cuius terra instar centri est historia, eaq; locupletissima, quæ dum narrat gestum, prodit mysterium, & quot viros illustres recenset, tot cedros aut palmas, vel oliuas fructiferas ad nostrum exemplum, & eruditionem profert: quod si recenset iniquorum tribulos & spinas, in magnam cedit vtilitatem iustorum. Circa terram autem aquarum similitudine, abyssus circunfunditur naturalis scientiæ, quam profunde docet Scriptura, narrans rerum omnium originem, creationem, conseruationem, ac gubernationem, & miram Dei erga omnes creaturas prouidentiam, ipsarumque creaturarum mirabiles proprietates ab authore naturæ inditas, ad earum conseruationem, & eruditioné nostram. Super has duas veluti præfati mundi inferiores partes, aer moralis intelligentiæ circumuoluitur, quæ ethica nominatur, in qua omnia continentur, quæ scire oportet de legibus, sacramentis, sacrificiis, gratiis, & virtutibus, tam quæ propriis actibus acquiruntur, quá quæ à Deo infunduntur hominibus, vt super se, velut cœlestes aues, eleuentur, & cœlestes mores induant, omnemque sanctitatis perfectionem assequantur. Extra hæc autem, aut super omnia illa æthereus ille, & igneus ardor Empyrei cœli, hoc est, supernæ contemplationis diuinæ naturæ, quam Theologiam nominant, circumglobatur, in qua traduntur cuncta quæ spectant ad Dei personas, ac proprietates, Verbi diuini incarnatio, & quæ pro nobis egit ac passus est; Spiritus sancti missio; eiusque admirandæ gratiæ, & operationes in filios adoptionis dispertitæ, quæ licet in veteri Testamento sub multis figurarum inuolucris attingantur, in nouo tamen palam manifestantur. Cuius sym-

In præfat. ad Prouer. In Psal. 36. In epist. ad Volusianũ. Præfat. in Ecclesiastem. Ioan. 1. Fuit homo missus à Deo.

Hanc Origenes ponit 3. loco, sed nos illam ponimus in 2.

bolum [illegible] n, [illegible] pen [illegible] flo [illegible] dr [illegible] fc [illegible] es [illegible] formati sunt [illegible] a [illegible] glulas, quæ sub duro cortice medullam com[illegible] [illegible] candit [illegible] quo [illegible] per illam virgam [illegible] [illegible] tinæ, quos per Christum [illegible] non profert [illegible] obumbratos sub [illegible] & sacrificiorũ carnalium, & [illegible] ex [illegible] noxius est, medulla [illegible] Paulus *Litera occidit*, *spiritus autem viuificat*. [illegible] Testamento fracto cortice, nuda medulla comedenda proponitur, [illegible] Euangelia ex [illegible] ora sunt Christi [illegible] sublimam præstant materiam cont[illegible] mysteriorum, quæ ad Deum & Christum, & ad sanctitatis perfectionem pertinent.

Ad Deum spectare Scripturarum intelligentiam præbere. §. 1.

DE his ergo Scripturis sacris loquens sponsa, ait, *Introduxit me rex in cellaria sua*; docens primo neminem posse tuto in hæc cellaria introire, nisi ab ipso rege eorum cond[illegible] introducatur, nec vires habere sufficientes ad cognoscéda & contemplanda mysteria in sacris Scripturis cótenta, nisi à Spiritu sancto illustretur, & à Christo supremo omniũ magistro instruatur, & dirigatur. Sed cur spósa nó ait, introduxit me magister, aut præceptor, sed rex? ad quid enim regis nomen cũ de eruditione agitur? Plurimũ quidem ad cómendandam potentiam, authoritatem, & maiestatem erudiétis. Necessaria enim est diuina omnipotétia, & immensa Christi virtus, ad vincéda impediméta huius magisterii ex parte hominũ, ad illuminádum mentes eorum, ad detegéda secreta, quæ ipse Deus occulta esse voluit. Christus autẽ Dominus, cui hoc munus commissum est, cóstitutus est à Deo Patre tanquam rex potens, vt potentiam suam exercens hæc múdo manifestaret; iuxta illud Psalmi; *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius*; id est, ad prædicandum, & docendum legem eius. Vnde post resurrectionem suam obtéta iam regia dignitate, & concessa sibi iã omni potestate in cælo & in terra, hoc munus obiit, nam agẽs cum Apostolis, *Aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas.* Vox autem illa, *sensum*, referri potest vel ad discipulorum intellectum, qui est oculus animæ, vel ad sententias in Scriptura contentas. Vtrumque autem præstitit infundendo eis diuinum lumé, quo intellectus, qui antea erat velut oculus cæcus, aut clausus, apertus est, vt penetraret mysteria, & sentétias quæ in Scriptura erant clausæ & absconditæ, nec satis percipiebantur. Ipse enim merito passionis suæ, obtinuit clauẽ Dauid regis item & Prophetæ sapientissimi, ad aperiẽdas Scripturas, & corda hominũ, ac Ecclesiæ ostia: & cum ipse aperit, nemo potest claudere, cum vero claudit, nemo potest aperire; & cum aperit hæc cellaria, nemo ingressum impedire valet, cum vero claudit, nemo est qui introeat.

Psal. 2. v. 6.

Luc. 24. v. 45.

Apo. 3. v. 7.

Aliquãdo quidem claudit aliquibus propter ipsorum scelera excæcantia intellectum, ne illa mysteria intueri valeat, sicut clausit Iudæis, & modo hæreticis: de quibus apud Isaiam dicitur,

Ei

Isa. 29. v. 11. *Et erit vobis visio omnium sicut verba [illegible] nati, quem cum dederint scienti literas dicent, lege [illegible], & respondebit; non possum, signatum [illegible] enim.* [illegible] itaque Scriptura sacra [illegible] lis ta[illegible] quam liber signatus, & c[illegible] atus ob tetras exhalationes carnalium, & terrenarum a[illegible] ctionum, quæ mentis oculos ex[illegible]. Ideoque munditia cordis summe necessaria est, vt in huiusmodi scripturarum cellaria introire valeamus: sed nec hæc sufficit ut [illegible] uis aperiat, propter altitudinem mysteriorum, quæ continent, omnem hominis captum excedētem. Sicut Apocalypsis liber obsignatus erat sigillis septem, & nemo erat neq; in cœlo, neque in terra, neque subtus terram, qui posset aperire librum, donec flente multum Ioanne, Agnus aperuit illum, & soluit signacula eius. Et licet tunc liber ille apertus fuerit Ioanni, adhuc tamen multis modo est clausus, & obsignatus, qui mysteria eius plene percipere nequeunt. Quod & de aliis sacris libris dicendū est. Siquidem D. Petrus de Epistolis D. Pauli, ait, esse in illis quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles, sicut & cæteras scripturas, deprauant ad suam ipsorum perditionem.

Apo. 5. v. 1. *D. Aug. l. 2. de doctrina Christ. c. 6 & epist. 3* *D. Gregor. hom. 6 in Ezechiele* *D. Hieron. ep. ad Paulinum de studio Scriptura.* *2. Pet. 3. v. 16.*

Sed esto, in Scripturis & Euangeliis sint quędam facilia intellectu illis qui vera fide sunt prediti; vtpote quæ necessaria sint illis ad salutem; tamen vt hæc per meditationem & contēplationem ita penetrare valeas, vt internum spiritualem sensum, saporem, dulcedinem ac fructum latētem percipias, Dei auxilio, & illustratione indiges. Vnde cum Isaiæ dictum esset, *Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis;* id est, qui facile ab homine percipi possit: tamen postea iussum est illi, *Liga testimonium, & signa legem in discipulis meis,* vt, scilicet, pateat tantum iis quos ego tanquam discipulos instruxero & docuero, quia ex mea illustratione oritur omnis veritatis intelligentia: vnde & Dauid dicebat, *Beatus vir quem tu erudieris, Domine, & de lege tua docueris eum.* Hanc autem eruditionem per Christum præstandam expectabat antiqua Ecclesia, & ita apud eundem Isaiam mox subiungit, *Expectabo Dominum, qui abscondit faciem suam a Iacob, & præstolabor eum;* id est, præstolabor aduentum Messiæ, & doctoris mihi promissi, vt ipse testimonium ligatum soluat, & legem signatam aperiat, & tunc introduxit me rex in cellaria sua.

Isa. 8. v. 16.

Ps. 93. v. 12.

Is. 8. v. 17.

At postquā Christus venit, miris modis illa aperit, & discipulos suos in ea introducit, quosdam in omnia, alios in vnum vel alterū, in quo tamen cūcta eis præstat, quasi in plura introduxisset. Apostolos enim & insignes Ecclesiæ doctores introduxit in omnes libros Scripturæ sacræ, impartiens eis lumen ad illos intelligendos & interpretandos; sicut D. Hieronymo, & aliis. Specialitamen fauore & lumine, introduxisse videtur Diuum Gregorium in cellarium libri Iob, D. Bernardum in cellarium Cantici Canticorum, & alios doctores, tū antiquos, tum modernos in quosdam libros Scripturæ, vt illos penetrent, & interpretentur ad suam ipsorum, & totius Ecclesiæ vtilitatē. Sed quia magnam inter se habent connexionem, dum introducuntur in vnum, quodam modo censentur introducti in alios: & ideo sponsa non dixit, introduxit me rex in cellarium, sed in cellaria sua; quia & in vno sunt multa; & in singulis fere libris conti-

n[illegible] quatuor illæ partes, quas historicā, natura[illegible] atem, & Theologicā nominauimus.

Ezec. 1. v. 15

V[illegible] o in congrue D. Gregorius rotas illius cur[illegible] em ducebant quatuor animalia Ezechi[illegible] te 1, dicit esse sacras Scripturas quas Propheta vocat, tā vnam rotam, tam quatuor; nā & quatuor su[illegible] propter dictas quatuor partes quas comprehēdunt; & vna, quia in singulis libris includuntur; & quia maxima concordia & vnione omnia constant, & ad vnum fi[illegible] charitatis, & vitæ æternæ diriguntur. Qua etiam de causa quæ nunc ponit plura cellaria vocat, in capite sequenti cellam vinariam nominat, [illegible] quam se introductam gloriatur: nā introductio in huiusmodi plura cellaria ad illā vini & amoris cellam redūt, cuius laudes suo loco decātabimus.

Hom. 6. & 7. in Ezec.

Lib 4. Exhort. 19.

Vtilitates meditandi sacras Scripturas. §. 2.

SEn nunc cellariorū propalemus laudes, quæ plena inueniuntur omni genere cibi ac potus spiritualis, odoriferi vnguenti, vel medicinæ, ad quosuis animæ morbos curandos aptissimæ. In quibus etiā sunt absconditi oēs thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei, pretiosissimæq; virtutum gēmæ, & quidquid diuitiarum, imo & deliciarum cœlestium potest desiderari. Ad hoc autē introducit Deus spōsam in ea, vt per contemplationem diuinorum mysteriorum conuiuium ei faciat, singulis eius potentiis refectionem spiritualem tribuēs omni dulcedine & voluptate refertam, vnde & Scriptura sacra mensa vocari solet; de qua dixit Dauid, *Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me.* Et Salomon inquit, *Sapientia ædificauit sibi domum, miscuit vinum, & proposuit mensam.* Sed iucūditas explicatur huius conuiuii suauitas per duo vbera diuinę sapientiæ, quę supra diximus esse duo Testamenta, nouum & vetus, fragrātia vnguentis optimis: quorū meminit spōsa in cellaria introducta, & eorum suauitatem experta, dicens, *Exultabimus, & lætabimur in te, memores vberum tuorum super vinum.* Iungit enim cellaria cum vberibus, ad significandum scripturas sacras perfectis, qui solidis cibis vtuntur, esse velut cellaria, tyronibus autē quasi infantibus esse, velut vbera lac quod sugant illis præbentia. Vel melius dices, easdē scripturas omnibus esse vt cellaria, quatenus varias veritates, ac virtutes, perfectionisq; gradus tradunt diuersis hominū statibus congruentes: vbera vero quatenus maximam dulcedinem præ se ferunt, & maternā charitatem ostendunt. Nec solum veritates aut virtutes docēt, sed etiam earum fontem Deum communicant, eiusque infinitam sapientiam, bonitatem, misericordiam, cæterasq; eius perfectiones degustādas præbent, quæ tantam cordis lætitiam pariunt, vt sponsa exclamet in cellariis, *Exultabimus, & lætabimur in te, memores vberum tuorum super vinum.* Non dicit memores cellariorū, sed vberum; quia hæc amat, hæc amplectitur, hęc magnifacit; nec vis quid melius inuenitur in cellariis. Et hæc meliora sunt quam vinum cuiusque scientiæ sæcularis.

Ps. 22. v. 5.

Pro. 9. v. 1.

Plura de his dicta sunt supra l. 1. Exhor. 7. §. 3.

Hoc autem scire oportet, quod in hæc cellaria non ingredimur tantum ad videndum quæ continent, sed ad fruendum vel vtendum illis, manducantes spirituales cibos vt virtutes nutriantur, & increscant: & sicut corporis refectio

» cum nobis ad se conuersis boni eaordij plenitu- A
» dinem (per millenarium numerum designatã)
» tribuit, dono spiritualis sapientiæ prima nostri
» operis vestigia infundit: & hoc est aquam vsq;
» ad talos pertingere. Deinde cũ boni operis ple-
» nitudo tribuitur, ad hoc vsque nostra sapientia
» augetur, vt in prauis iam actibus minime flecta-
» tur. Et hoc est aquam vsq; ad genua peruenire:
» Vsque ad renes vero, cum ita plenitudo operis
» excrescit, quod in nobis percepta sapientia om-
» nem quoque in quantum est possibile, delecta-
» tionem carnis extinguit. Percepta autem perfe-
» ctione operis ad contemplationem venitur: in
» qua dum mẽs in altum ducitur, subleuata videt
» in Deo, quia non potest penetrare quod videt:
» & quasi tangit aquam torrentis quem pertransi-
re non valet, quia & intuetur speculando quod
libeat, & tamen hoc ipsum non valet aperte in-
tueri quodlibet. Hæc carptim decerpta ex Diuo
In Ezech. 47. Gregorio: cui concinit D. Hieronym. intelligẽs
per hunc torrentem vel fluuium Scripturam sa- B
cram quæ continet doctrinam Saluatoris, & per
gradus nos ducit ad perfectionem, sed in prin-
cipio metitur mille cubitos. quia ipsa initia pro-
fectuum sublimia sunt, exigit n. quod incipien-
Ad fratres de monte Dei. tes in gradu suo sint perfecti. Nam, vt inquit D.
Bernardus, ab omnibus perfectio exigitur, licet
non vniformis: sed si incipis, incipe perfecte, si
proficis perfecte profice, si perfectus es, hoc i-
psum consummate perage. Et ideo vir ille qua-
libet vice metiebatur mille cubitos, quia culi-
bet gradui proficiendi propria est assignata per-
fectio, & in vltima venitur ad contemplationẽ
& supremum Dei amorem cuius non est limes
vllus: sed solus Christus ad summum peruenit,
reliqui non possunt transuadere.

Sicut ergo Ezechiel paulatim, & per gradus
introductus est in torrentem istum, ita sponsa e-
tiam paulatim introducta est in regis cellaria, vt
primo ea quæ sunt tyronum propria legat, me-
ditetur, & operetur, perfecte tamen in gradu C
suo, currens post Christi vestigia ea celeritate &
perfectione quæ proprio gradu apta fuerit, vt &
rudimenta fidei prope nouerit, & fundamenta
vir purgatiuæ perfecte iacere non desistat, ab-
negando se ipsam, mortificando vitia, domau-
do appetitus & carnem spiritui subijciẽdo. Hæc
enim sunt exordia sermonis Dei, & Euangelicæ
perfectionis à quibus inchoandum est, eu tamẽ
animo vt semper ad vlteriora progrediamur.
Iob. 31. v. 35. Propter hinc enim prophetice dixit Iob, *Quis mi-
hi tribuat vt desiderium meum audiat omnipotens, & li-
brum scribat ipse qui iudicat, vt in humero meo portem
illum, & circundem illum quasi coronam mihi per sin-
gulos gradus meos pronunciabo illum.* Est autem liber
Lib. 22. Moral. c. 23. & 24. iste in sensu mystico, vt docet D. Gregorius, no-
uum testamentum doctrinam continens Chri-
sti, qui iudex est viuorum & mortuorum: etsi
autem totum illud simul amplectamur, venere-
mur, & obseruate conemur, tamen per gradus
pronunciandum est: quia nemo infima deserẽs, D
repente fit summus, sed ad virtutum & sapien-
tiæ celsitudinem per incrementa mens ducitur.
Sed quia dimidium facti habet qui bene cœpit,
oportet vt bene & strenue incipias, & ea quæ
sunt tyronum exacte peragas, vt ad
maiora & sublimiora intro-
duci merearis.

*Quatuor Euangelia esse potissima quatuor Christi
cellaria, in qua omnes introduci
possunt. §. 4.*

Ex his autem quæ diximus hoc deduci po-
test Christum regem gloriæ quatuor potis-
sima habere cellaria, in quę omnes, siue tyrones
siue perfecti, sine periculo introduci possunt, quę
vocamus quatuor Euangelia, in quibus cuncta
quæ in reliquis libris sacris traduntur, abbreuia-
ta eminentissimo modo continentur: nã de illis
dictum est: *Dabo vobis panem arctum & aquam bre-* Isa. 30. v. 20.
*uem, & non faciet vltra auolare à te doctorem tuum: &
erunt oculi tui videntes præceptorem tuum.* Scilicet
Christum, qui omnem scripturæ doctrinam ad
abbreuiatum Euangelium reducet, quod sit pa-
nis & aqua, salutareque animæ nutrimentum,
& insuper omnium opulentissimum & pinguis-
simum. Dicũtur autem quatuor Euangelia, quia
B à quatuor Euangelistis sunt conscripta, & qui-
dam nonnulla addunt mysteria quę alij omise-
runt: tamẽ reuera sunt vnum Euangelium, quia
eundem Christum eademque mysteria euan-
gelizant vno ore, vno spiritu, summaq; cõcor-
dia, & vnione. Vnde cum Ezechiel comparaue-
rit ea prius quatuor animalibus habentib. qua-
tuor facies hominis, vituli, leonis, & aquilæ, po-
stea vocat illa vnum, dicens: *Eleuata sunt Cheru-* Ezech. 1. v. 5. & 10. v. 15.
*bim, ipsum est animal quod videram iuxta fluuium Cho-
bar.* Sicut supra diximus de quatuor rotis, & vna
tota Vocantur autem Cherubim propter pleni-
tudinem scientiæ quam præbent, illustrãt enim
intellectum circa omnia quæ de Deo trino &
Christo homine, ac de cunctis ad salutem & vi-
tam æternam conducentibus scire debemus:
quatuor enim partes scripturæ iam relatę excel-
lentissime in eis comprehendũtur. Si historiam
attendas, quid illustrius, quid iucundius, quid
vtilius quam quod Euangelica narrat historia?
C Narratur enim conceptio & vita stupenda
Verbi diuini dum faciem hominis assumpsit,
inter homines degens, eos mira prudentia & sa-
pientia ducens: præterea passio eius horribilis,
in qua tanquam vitulus se ipsum in sacrificium
cruentum obtulit pro peccatis nostris. Deinde
gloriosa eius resurrectio, in qua instar fortissimi
leonis ex accubitu suo surrexit capta limbi præ-
da: ac tandem admirabilis ascensio, per quam
sicut aquila cœlos penetrauit & ad dexterã pa-
tris thronum suum constituit. Si ad naturalem Quatuor facies propter quatuor Christi mysteria.
spectes, nonne multo pręcellentius est opus re-
demptionis quam opus creationis? Per hoc n.
effecta est natura, per illud reparata. Illud sex
diebus à Deo solo iussu sine labore effectum est
hoc triginta tribus annis summo cum labore &
tormentu peractum. Illud totum naturale se-
cundum naturæ leges, hoc totum super naturã
quod ipsa natura miratur. Quid si ad moralem?
Non possunt sublimiores excogitari mores, quã
D quos Euangelium tradit, multa docuit Moyses
in Pentateucho, plura omnes Prophetæ in suis
vaticinijs, plurima Salomon & Ecclesiasticus in
sapientialibus; sed quid hæc ad ethicam Euan-
gelij? In eo docetur omnimoda sui ipsius abne-
gatio, vt homo instar vituli perfectum de se
Deo offerat holocaustum: fortitudo leonis ad
agendum quidquid Deus iubet, non timendo

... maledicerint ... homines ... te, quemadmodum ... vestra ... est ... et ... ego ... letabimur in ... noster & merces nostra ..., in te qui es Rex virtutum dilecti & speciei domus, diuidere spolia, quia es summe dilectus à patre propter tuas heroicas virtutes, & es ipsa species, pulchritudo & decor paternæ domus, ad quem spectat diuidere intellectos spolia virtutum ad præmiorum. Exultabimus ergo in te, qua spolia hęc nobis elargitus es, cum in tua cellaria nos introduxisti. Sed ... exultationis maior causa erit, quia *Erimus memores vberum tuorum, super vinum*, dum recordamur maternam amoris quo nos prosequeris & ... tuos optimos ac beatos facere concupiscis.

De tribus cellariis pro incipientibus, proficientibus & perfectis. §. 2.

SEd esto omnes iusti introducantur in Dei cellaria, non tamen eodem modo, quia inter ipsa cellaria quædam sunt alijs secretiora, & preciosiora, & virtutes diuersos habent gradus, qui accommodantur ... hominum statibus, qui dicuntur incipientes, proficientes, & perfecti: qui gradiuntur per triplicem viam purgatiuam, illuminatiuam, & vnitiuam. Vnicuique autem proprium est accõmodatum cellarium; in quo contemplari licet mysteria, quæ gradientibus per talem viam sunt aptiora & vtiliora, prout in Scriptura sacra abundantissime continetur.

1. Pro via enim purgatiua salubria præcepta, & *De via purgatiua.* consilia traduntur in libris sapientialibus, & Prophetarum, sed copiosius in nouo testamento: de purganda conscientia à peccatis, de resecandis vitijs, de mortificandis passionibus, de sensibus infrenandis, de abneganda propria voluntate & iudicio, & de concupiscentiæ motibus coercendis, & auferendis cunctis virtutum impedimentis, & labendi periculis. Qui autem per huiusmodi exercitia currit post Christum dicentem, *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, tollat crucem suam & sequatur me*: introducitur in cellaria viæ purgatiuæ, vbi contempletur ea quæ mentem ad hæc opera strenue peragenda excitent: quæ complexus videtur Dauid cum dixit: *Mat. 16. v. 24.* *Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar & scopebam spiritum meum.* Quibus verbis tria se cõtemplatum esse testatur, quorum in Scripturæ cellarijs copiosam materiam inueniemus. Primo cogitando, & reuoluendo quæ in seculis præteritis Deus pro nobis egit, vt nos ad se alliceret, quæque præstiterit benefaciendo iustis, aut puniendo peccatores; maxime vero quæ pro peccatis expiandis in carne suscepta passus est. Deinde vero considerando quæ ventura sunt in secolis æternis tam iustis quam peccatoribus, quorum præmium, aut supplicium æternum erit, & misericordia Dei erga illos sine fine erit immensa, ita vero contra eos stupenda, & sempiterna. Pulchre autem præterita tempora, dies; futura vero vocat annos, & æternos; quoniam prætérita cito transierunt; & *Mille anni coram Deo sicut dies hesterna quæ præteriit, & sicut custodia in nocte,* *Ps. 76. v. 7.* *Ps. 89. v. 4.* *quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt*, futura vero sunt anni qui nunquam deficiét. Ex his duabus considerationibus deducéda est tertia, perscrutando omnia quæ intra cor nostrum latent, vt nihil maneat absconditum, & quidquid malum, vitiosum, superfluum, & imperfectum inuentum fuerit, scopis est verrendum, foras immunditias emittendo, vt cor maneat purgatum & mundum. Nec solum Dauid scopebat spiritum, sed elimabat & scobes abradebat, vt cor esset purius, viridius & Deo gratior. Vnde his exercitijs vacans, resumpto spiritu & renouata fiducia impetrandæ misericordiæ, dixit intra se; *Nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ excelsi*. Vere iam nũc incipio seruire Deo, hæc sunt viæ Domini apta mihi primordia, sed hoc non est ex me, sed à dextera Excelsi qui introduxit me in cellaria sua, & ibi mutauit cor meum: *vt exuto vetere homine cum actibus suis nouum induerem cũ* præclaris eius virtutibus. Hinc autem vera otitur cordis lætitia; propter quod subdit; *Exultabimus & lætabimur in te*, qui cibasti nos pane lachrymarum, & potasti nos vino compunctionis, sed conuertisti planctum nostrum in gaudium, conscidisti saccum nostrum, & circumdedisti nos lætitia, quæ comes est purgatæ animæ. *Ps. 76 v. 11.*

2. Peracta purgatione introducitur in secundũ cellarium proficiẽtibus deputatum; in quo tanquam in gymnasio diuinæ sapientiæ splendide illuminatur de virtutum incrementis procurãdis, de æmulando charismata meliora, de solicitudine non pigra circa opera cultus erga Deum vel misericordiæ erga proximos, de perfectiori Christi imitatione in præclaris consilijs perfectionis Euangelicæ, quæ nobis tradidit & ipse obseruauit. Hi sunt qui progredi dicuntur in via illuminatiua, quam egregie depingit Dauid dicens: *Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exaltabuntur: quoniam gloria virtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum, quoniam Domini est assumptio nostra & sancti Israel Regis nostri.* Proficientium enim est primo ambulare in lumine, quod procedit ex vultu Dei, sequendo in omnibus dictamen luminis vel naturalis rationis, vel fidei supernaturalis, vel illustrationis diuinæ ad bonum dirigentis, ita vt nunquam ambulent in tenebris, nec in lumine vultus sui, quod est proprium iudiciũ, nec in lumine vultus hominum, quod est iudicium erroneum mũdi, sed in solo lumine diuini vultus, eius beneplacitum quærentes, ambulantes coram ipso, eius præsentiam intuendo & auxilium implorando: vnde fiet quod in nomine Domini exultent tota die & omni tempore, oẽm suam spem, amorem & gaudium in ipso collocantes. Sed quoniam nõ expedit eodẽ gradu lento semper ambulare, sed in dies proficere, ideo secũdo eis incumbit vt in virtute & iustitia accepta exaltentur mira opera peragendo, quibus se supra se eleuent, & se ipsis superiores iugiter fiant, & digni sint qui ab omnibus exaltentur. *De via illuminatiua.* *Ps. 88. v. 16.*

Hoc tamen non suis viribus assequi conantur, sed à Deo acceptis, qui est gloria virtutis, & fortitudinis eorum, cuius beneplacito exaltatur, crescit, & sublimatur fortitudo, virtus, & potentia sanctorum.

Neq; n. in gladio suo possederunt terram, & *Ps. 43. v. 4.* brachium

brachium eorum non saluauit eos, sed dextera tua, & brachium tuum, & illumina[tio] vultus tui quoniam complacu[i]st[i] in eis. Vere enim Domi- ni est assumptio n[o]stra, vt e[o] loc[o] nos sub alis suis, & sancti Israel Regis nostri, *Introducat nos Rex in cellaria sua*, vbi exultabimus, & lætabimur in te. Hos enim ita ambulantes in lumine vultus sui introducit in abscond[i]ta mysteria Scripturarum, vt contemplentur ea quæ ipsos ad hanc in sanctitate exaltationem, & incrementum deducant. Cuiusmodi sunt quæ ad Christi præclariora facinora spectant, de quibus mox agemus.

Ps. 83. v. 6. Sed quid in hoc cellario potissime agere debeant, describit idem Psalmista cum dixit: *Beatus vir cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit, in valle lachrymarum, in loco quem posuit.* Secretum contemplationis locus est, in quo Deus ponit electos suos, quibus auxiliatur, vt in eo ascensiones disponant in corde suo, Ibi n. ascensiones fiunt, non in operibus externis, sed in cogitationibus & affectibus cordis, dum conantur intensius, & vehementius Deum diligere, ei subijci, eum laudare, magnifacere, & se toto eius obsequio mancipare. In actibus enim internis ascensus potest esse in dies maior, nam externus certis limitibus circumscribitur: sed in cellarijs & intra cor etiam disponunt & ordinat ascensiones, quæ congruo tempore executioni mandentur. Nam ex ijs cellarijs progrediuntur instiro bustiores, ad velocius currendum post Christum, præclariora opera peragẽdo, vel duriora sustinendo pro eius amore; vnde & de hoc ascensu subdit statim Psalmista: *Etenim benedictionem dabit legislator: ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus Deorum in Sion.* Id est propter benedictionem & auxilium, quod benigne præstabit legislator; ascendent etiam de virtute in virtutem, de fortitudine in fortitudinem, semperq; se ipsis fient fortiores ad bene operandum; quo tandem ad hoc perueniant, vt Deum contemplentur, & intueantur in Sion, siue qoæ in terris, siue quæ in cœlis: nam vtrobique est accommodata visio, quæ est animæ refectio, & satietas salutaris, hic inchoata, post vero consummata.

3\. Hæc sunt cellaria deputata perfectis qui via gradiuntur vnitiua, quorum conuersatio, vt dixit Paulus, in cœlis est, & in cœlestibus cellarijs versantur à cœlesti rege introducti per sublimẽ contemplationem eorum quæ in cœlis geruntur, quorum exercitia declarat regius Psaltes dicens: *Vnam petii à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Vt videam voluptatem Domini; & visitem templum eius. Quoniam abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum protexit me, in abscondito tabernaculi sui.* Et quid est vnam petij? Vnam Dei dilectionem ex toto corde, & ex omnibus viribus meis: vnam cum Deo vnionem, & adhæsionem cognitione & amore, quo vnus cum eo spiritus fiam, quia mihi adhærere Deo bonum est, ponere in Deo meo spem meam: vnam Dei voluntatem, cui in omnibus meam velim esse conformem, desiderans implere illam in terris sicut fit in cœlis: vnam perfectam Christi sequelam, qua sequar agnum quocunque ierit, siue in paupertate & castitate, & alijs consilijs Euangelicis, siue etiam in mor[te]

De via vnitiua. Ad Phil. 3. v. 20. Ps. 26. v. 4. Matth. 22. v. 37. 1. Cor. 6. v. 17. Ps. 72. v. 28. Apoc. 14. v. 4. Matth. 19 v. 21.

te cum e[illegible] nam preciosa[illegible]am [illegible] ciosi[illegible]ua[illegible]cet [illegible] vendi[illegible]s [illegible]nibus vt aeq[illegible]eam [illegible] titatem [illegible] meipsum [illegible] sicut C[illegible]us [illegible]xit [illegible] cor, & vna anima cum i[illegible] sest [illegible]us [illegible] que Dei contemplationem, qua ad v[illegible] qu[illegible] necessarium est, me [c]onue[rt]am De[o] [s]emper a[illegible] sistam, eius voluptatem [illegible] viderit in hac vita potest, intuear, vt abs[c]o[n]d[a]r in abs[c]ondito tabernaculi eius, vbi in die m[al]orum ab h[illegible]malis immunis [s]ub eius protectio[ne] [ma]neam. Ha[illegible]tur vnam totis vir[i]bus à Domino orat[illegible]us crebris petam, hanc continuis media[illegible]bus requiram, nec cessabo donec inue[ni]am: *Et introducat me Rex in cellaria mea* cœlestia, v[illegible]ius bonis fruar.

In huiusmodi cellarijs deg[u]star[illegible], & re[illegible] piuntur octo illa præmia, quę Christus coniuncxit virtutibus supra commemoratis, quæ iuxta sententiam D. August. quam sequitur D. Th[omas] etiam ad hanc vitam pertinẽt tanquam inchoationes quædam beatitudinis perfectæ quam in altera vita expectamus. Et quamuis perfecti di[illegible] cere valeant, *Introduxit me rex in cellaria sua*, proficientes vero solum dicent, *Introducet me*, propter spem ingrediendi in illa; omnes vero spe hac gaudentes addent; *Exultabimus & lætabimur in te, memores vberum tuorum*. Vnde tot bona erga electos tuos ingiter promanant.

De iuuamine ad virtutes conquirendas ex sanctorum exemplis. §. 3.

Virtutum doctrinam & eius præcellentias confirmat Scriptura sacra Sanctorum exemplis & gestis, quæ narrat in vtroque Testamento. Cuius partem qnam historiam vocamus, D. Bernardus comparat horto, eo quod in ea iure nantur viri virtutum tanquam ligna fructifera in hortó sponsi, & in paradiso Dei, de quorum bonis actibus, & moribus, quot sumis exempla, tot carpis poma. Sed non incõgrue Sanctorũ vitas & historias Dei cellaria nuncupamus, in quę rex virtutum introducit animam, vt ei spiritua- le, & dulce conuiuium faciat ex eorum gestis, tot apponens fercula, quot exempla. Sed in huiusmodi conuiuijs vt idem Sanctus testatur, discernere oportet inter cibos & vasa ciborum; illos enim iuberis tollere, sed non ista, illa ponuntur ad imitationem, hæc ad admirationem. Cibi sunt merita, & virtutes; vasa aurea & argentea sunt signa, & miracula, quæ Dei manifestant omnipotentiam, & Sancti commendant insignẽ virtutem. Hanc oportet imitari, sed signa & miracula admirari, & Dei in illis magnificentiam extollere. Sed hæc admiratio est etiam nonnulla spiritus refectio dum ex illa vires desumit, vt amplius Deũ ames, reuereatur, ei fidat & obedire promptius concupiscat. Vnde duplex refectio & vtraque dulcissima ex Sanctorum cellariis desumitur. Altera ex mirabilibus quæ Deus operatus est in seruis suis, nam vt dixit regius vates: *Mirabilis Deus in sanctis suis, & mirificauit Dominus sanctum suum.* Altera vero ex mirabilibus quę ipsi sancti gesserunt cooperantes Deo: vnusquisque enim fecit mirabilia in vita sua. Recole gesta

Serm. 23 in Cant. prius [illegible] Serm. de D. Mart. Ps. 67. v. 36 Ps. 4. v. 4. Eccl. 31. v. 9.

[illegible] ium C[illegible] opipara [illegible] bus eorum vi[illegible] edas, & per i[illegible]; pr[illegible]gia ve[illegible]ntur, vt Deo [illegible] ias [illegible] eum fortius dili[illegible] introduct[illegible] ue[illegible]ria, dicas: *Exultabimus, & lætabimur in te*, n[illegible] ur in Patriarchis & Propheta vel San[illegible] po[illegible] e in te, & in illis propter te, qui [illegible]ns om[illegible]ium vir[illegible]ium, & donorum [illegible] dec[illegible] & [illegible] te expectamus si[illegible] bona, qua[illegible], & quomodo nobis expe[illegible] tibi visu[illegible] fuerit, *Memores vberum tuorũ*, qui[illegible]us lact[illegible], eadem enim parata habet vt la[illegible] ur sederis ad mensam princi[illegible]idera[illegible] quæ apponuntur tibi, [illegible] quod ta[illegible] pr[illegible] præparare: eadem [illegible] quæ [illegible] Sancti, vt in te glo[illegible]ficet[illegible] ceps, & rex cœlestis, sicut est glorificatus in [illegible]is. iuxta illud: *Sic luceat lux vestra corã hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est.*

Sed vt scias considerare quæ apponuntur in [illegible] cellarijs, vnum pro alijs, exempli gratia eligã, in quo dulcissimum conuiuium ex protomartyris Stephani gestis præparatũ inuenies, & quidem si cibos consideres, nulli meliores, & dulciores, nam & lapides torrentis illi dulces fuerunt. si vasa aurea ciborum, nulla preciosiora, & aspectu pulchriora: in Stephano splenduit plenitudo fidei & gratiæ, facies modesta & Angelica, fortitudo inuincibilis, sapientia plusquam humana, contemplatio vsque ad cœlum erecta, patientia [illegible], oratio deuota & charitas ardentissima quæ inimicos diligeret, & pro lapidantibus exoraret. In Deo autem erga illum affuit summa illius cura & protectio, tribuente vultui eius splendorem Angelicũ, aperiente ei cœlos, & oculos mentis ad se rapiente, vt suam gloriam intueretur & Iesum stantem à dextris Dei; qui adiutorium præberet & solamen vt inimicos non timeret, sed de illis triumphum & sui nominis Stephani coronam reportaret. Quid hoc conuiuio dulcius? Quæ mensa principis opulentior? quod cellarium regis abundantius? dicat Stephanus, *Introduxit me rex in cellaria sua.* Nonne introductus in cellaria cœlorũ cui cœli aperti sunt? Ad quid enim aperti, nisi vt intraret saltem spiritu, quamuis corpore adhuc esset in terra? & quamuis non est alienatus à sensibus; raptus tamen est vsque ad tertium cœlum & ad ipsum paradisum, vt Dei gloriam & maiestatem contemplaretur ac videret, sicut viator, quam mox elate videndam spetabat. Etsi non desint patres qui asserant eo esse sublimatum vt videret Deum, quia iam migrabat ad Deum: sed saltem vidit Iesum, quem filiũ hominis vocat stantem à dextris Dei, quia vtriusq; ipsius naturæ diuinæ & humanæ arcana contemplatus est, tantoque gaudio ex hac visione impletus vt omnes eius potentiæ & vires dicerent: *Exultabimus & lætabimur in te*: tam vehemensque fuit internarum virtutum exultatio, vt exundaret exterius; nec se posset continere, quin exclamaret: *Ecce video cœlos apertos & filiũ hominis stantem à dextris Dei*; quasi desiderans quod omnes idem viderent & in eadem cellaria introducerentur, [illegible] exultarent & lætarentur in Iesu Saluatore suo. Præsciebat tamen ex hac sua confessione gloriæ Christi, inimicos eius irritandos vt eum morti traderent, sed maluit mori quam tacere, & gloriam Christi non prædicare. Imo ipsa contemplatio gloriæ Dei & Christi, timorem repulit patiendi, & desiderium iniecit moriendi, vt potaretur eo torrente voluptatis, cuius guttulam tunc gustabat: vnde in medio crepitantium lapidum ictus non formidabat, quin potius de illis gaudebat.

Act. 6. v. 5. & c. 7. v. 55.

[illegible]hanos Græce est corona.

D. August. serm. 95. & 96 de diuersis. Nyssenus oratio de S. Stephan. Hilarius Arelatens. Beda & alij quos refert Lorin. in Act. 7. v. 55.

En tibi cellarium Scripturæ sacræ, & conuiuium quod in eo paratum est ex hac protomartyris historia, in quo cum introductus fueris, ea quę posita sunt ad imitationem, tibi assume, Dei autem erit dare tibi ex reliquis quod tibi profuturum viderit. Nam in huiusmodi cõuiuijs, tam Deus, quam homo conuiuæ sunt, iuxta id quod Dominus dixit in Apocalypsi. *Cœnabo cum illo, & ille mecum.* Deus cœnat & comedit ex virtutibus quas illi offert homo; homo autem ex gratijs, consolationibus, & donis q̃ illi elargitur Deus. Sed nostra interest & virtutum doctrinam edicere, & earum exempla quæ resplenduerunt in sanctis imitari: nam ad vtrumq; nos inuitat ipse Christus cum ait: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Qui ad refectionem inuitat; conuiuium paratum habet, quo reficiat. Quale vero sit istud, statim declarat dicens: *Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Iugum Christi est lex, & doctrina eius, in qua omnis virtutis perfectio continetur. Sed non solum discendum est à lege, sed à legislatoris exemplo, quia mitis est & humilis corde, & quod docuit verbo confirmauit facto; vt & doctrina & vita sint quasi duo vbera eius, quibus nutriamur & reficiamur in mente: quorum memores exultemus & lætemur in ipso, qui est Deus benedictus in secula: Amen.

Apoc. 3. v. 20.

Matth. 11. v. 28.

EXHORTATIO XIII.

De contemplatione Dei, vt est vnus & trinus, & gloria sanctorum, & de loco mystico in quo fit, qui dicitur sinus Patris, tertium cœlum, paradisus & cubiculum Dei.

Profestõ S. Trinitatis, S. Ioannis Euangelistæ & D. Pauli vel Doctorũ.

Introduxit me rex in cubiculum suum, exultabimus; &c.

INter quatuor sacræ Scripturæ partes primatum tenet quæ Theologia dicitur, tradens ea quæ ad Deum vnum & trinum & ad Christum Deum & hominem spectant: in quorum contemplatione & amore nostra consistit beatitudo, dicente Domino, *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum; & quem misisti Iesum Christum.* Hæc autem vita æterna in Scripturis sacris inuenitur, quæ de Deo & Christo testimonium perhibent, sed splendidius in Euangelijs, quæ clarius hæc annunciant: sub hoc autem nomine comprehenduntur alia plurima, quæ Scriptura commemorat ad declarandam intimam Dei cum hominibus communicationem & sub-

Cant. 1. v. 3. iuxta lxx.

Ioh. 17. v. 3.

& sublimem h[illegible]inum eleuationem ad[illegible] Dei mysteria contemplanda. Glos. Dei[illegible] Nyssenus) & locus vbi manifestatur h[illegible] multis nuncupatur à Scriptura no[illegible]us. Vna enim & eadem res in Exodo lapidis firmamen, vel capacitas appellatur, in alijs autem paradisus, delitiæ, tabernaculum æternum, Patriarcharum sinus, mansio apud patrem, regio viuentium, aqua requietis, Ierusalem superior, regnũ cœlorum, Dei consessus, locus nominatissimus, occultum tabernaculum.

In Exod. 33 v. 21. est locus apud me vide Lipomann.

Consentit D. Bernardus assignans diuersa loca, in quibus electi Dei secreta percipiunt. Vna (inquit) mulier compuncta secus pedes Domini Iesu sortita est locum, cum altera (si tamen altera) suæ deuotionis fructum ad caput innenerit, porro Thomas in latere, Ioannes in pectore, Petrus in sinu patris, Paulus in tertio cœlo secreti huius gratiam sunt assecuti. Cuncta hæc cellariorum nomine comprehenduntur. Secretiora vero in quibus maiora ostenduntur mysteria, & ardentioris amoris produntur indicia, cubiculum dicuntur, qua voce vtuntur LXX. dum vertunt: *Introduxit me rex in cubiculum suum.* Quid autem sit hoc cubiculum omnium eleuatissimum, & secretissimum nunc explicandum est.

Serm. 23 in Cant.

De sinu Patris, & de iis quæ continet, & sunt materia contemplationis. §. 1.

Est locus apud Deum, qui sinus Patris dicitur, in quo eius vnigenitus est testante discipulo, qui in ipsius Christi sinu requieuit, dum ait: *Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus qui est in sinu Patris ipse narrauit:* Vocatur autem sinus vt notat Diuus Ambrosius, intimum quoddam paternæ charitatis, naturæque secretum, seu locus abditissimus vbi occulta Dei continentur; quę enim occultare volumus, in sinu reponimus: illi autem qui in sinu est manifestari dicimus. Est etiam locus summæ dilectionis. Nam quæ vnice diligimus etiam in sinu collocamus. Sinus etiam, seu pectus, quod pro eodem vsurpatur à D. Ioanne, sedes est amoris.

Ioan. 13. v. 23 & 25. Ioh. 1. v. 18. Lib. de benedictionibus Patriarch. c. 11 & Serm. 38.

Intra hunc sinum per naturam, & necessario est vnigenitus Dei filius qui coæternus & consubstantialis est patri, ab ipso genitus & per generationem eandem patris diuinitatem recipiens, intra ipsum semper manet, & omnia quæ intra illius sinum sunt, quantumuis secretissima perfecte comprehendit.

Cuncta enim quæ scit pater, communicat filio, & in eo sibi complacet æterno, & infinito amore. Ad summam enim Dei fœlicitatem spectabat, vt quamuis esset in essentia vnus, non tamen esset solitarius, sed intra eandem naturam haberet personam sibi æqualem, cum qua perfectissimam & coæternam haberet amicitiam; & communicationem cum summa vnione, pace, & cordis iucunditate: vt in eo solo verissime D sit proloquium illud: amicus ego, & amicorum omnia communia: imo in essentialibus & absolutis omnia sunt vnum, eadem vtriusque sapientia & potestas: vt nihil lateat filium ex ijs quæ nouit pater, vt ipsemet testatus est dicens: *Pater diligit filium & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit.*

Ioh. 5. v. 20.

In hoc ergo sinu audiuit, & accepit filius à [illegible] tate qua [illegible] n[illegible]um [illegible] n[illegible] ttum e[illegible] ad[illegible]nest [illegible] es [illegible] ti [illegible] eculo [illegible] per ipsum [illegible] *cos, quia omnia quæ un[illegible] ue audiui a [illegible] atre meo nota vobis.* Nec ab [illegible] S[illegible] ctus, quia à Patre [illegible] vt [illegible] ternus & c[illegible] vt oque[illegible] cl[illegible] eand[illegible] lem qu[illegible] san[illegible] & omn[illegible] nic[illegible], ad ab [illegible] ud quæcumque [illegible] h[illegible] m[illegible] sicut testatur ipse [illegible] us di[illegible] C[illegible] *ver erit spiritus ille veritatis, docebit vos omnem [illegible] tatem, non enim loquetur a semetipso, sed quæ um[illegible] audiet loquetur. Ille me clarifi[illegible] ab[illegible], quia de meo acc[illegible], & annunciabit vobis.*

B In eodem sinu reposita sunt [illegible] a om[illegible] quæ Dei sapientia comprehendit, [illegible] omnipotentia facere potest, & [illegible]ius [illegible] era v[illegible]luntas agere decreuit quæ innumerabilia comprehensibilia sunt, & omnium creaturarũ captum excedunt Ex quibus quæd[illegible] sunt e[illegible] uelata manifeste [illegible] a secreto, de quibus Isaias dixit, *Secretum meum mihi.* alia adhuc manent occulta, cuncta tamen communi trium personarum consensu decernuntur, & approbantur, vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum. *Vnde tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, & Filius, & Spiritus S. & hi tres vnum sunt.*

Isa. [illegible] 1. Ioh. [illegible] v. [illegible]

Hic sinus est tertium cœlum, & paradisus in quem se raptum dixit Apostolus, vbi audiuit arcana verba quæ non licet homini loqui. Nam cum hæc locutio mystica sit, primum cœlum est cognitio diuinorum operum, quæ à Deo extra Deum procedunt, In quibus inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. C de ipsius cognitio diuinitatis, & omnium perfectionum eius vt vnum Deum constituunt, secundum cœlum nuncupatur. Tertium autem est, in quo ineffabile Trinitatis mysterium, & cætera quæ intra Deum sunt occultantur: nam & cœlum à cælando dicitur, quia in eo occultantur nobis, quæ clare manifestantur beatis; Aliquando tamen rapiuntur viatores, vt aliqua quæ sunt intra illud lumine quodam cœlesti & splendidissimo (citra visionem tamen intuitiuam) contemplentur. Vnde tanta perfunduntur lætitia, quod locus ille etiam paradisus vocetur: in quo quædam supremæ fœlicitatis & voluptatis participatio degustanda communicatur. Ad contemplanda igitur quæ sunt in hoc sinu patris, in hoc tertium cœlum & paradisum eleuata est, & rapta quæ dixit, *Introduxit me rex in cubiculum suum, exultabimus & lætabimur in te.*

De proprietatibus considerandis in sinu & cubiculo Dei. §. 2.

Sed iam huius paterni sinus & cœlestis cubiculi præcipuas proprietates indagemus, nimirum quæ sit eius longitudo, & sublimitas, quæ profunditas, & latitudo; nam ad hæc quatuor cuncta eius insignia reduxit Apostolus cũ desideraret *Christum* (inquit ille) *habitare per fidem*

Ad Ephes. 3. v. 18.

dem in cordibus vestris, in charitate radicati, & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit latitudo & longitudo, sublimitas & profundum. Comprehendere vo[illegible]at cogni[illegible] [illegible] q[illegible], & affectu [illegible] tenere [illegible] quod in patre quidē si[illegible]p[illegible]e, [illegible] via autem ex parte, [illegible] non concedi[illegible] [illegible] contempla[illegible] [illegible] [illegible]is [illegible] [illegible] corroborat per Spiritum sanctum, in qu[illegible] [illegible] [illegible]us habitat Christus per fidem [illegible], [illegible] [illegible]cetunt in charitate, [illegible] contemplationis [illegible], & [illegible]am erigit fundamentum non [illegible] charitatis sed & humilitatis, [illegible] [illegible]iam, & paruitatem agnosc[illegible] iuxta [illegible] q[illegible] [illegible]ptum est de Deo: *Excelsior cœlo est, quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces? Longior terra mensura eius, & latior mari.* Sicut non vales conspicere, quod est super cœlum, vel in[illegible] [illegible]um, vel quod diffusum est per vniuersam terram, vel inclusum in abysso maris, sic nec Dei maiestatem poteris comprehendere, licet quæ ij se reuelauit valeas attingere, eius tamen lumine deductus & adductus in sinum & cubiculum ipsius.

Cuius longitudo est æternitas, quidquid enim in sinu Patris est, æternum est. Semper fuit, semper erit, & semper erit, sine principio fuit, & fine carebit; immutabile, eodem modo semper existens: non est Pater antiquior filio, vel filius Spiritu sancto: sed semper & ab æterno immutabiliter ait Pater ad filium, *Ego hodie genui te:* & vterque ad Spiritum sanctum: hodie spiraui te. Illud enim hodie æternum est, omnia præterita, præsentia, & futura tempora, quæ vel imaginatio fingere potest, comprehendens. Vnde Deo nihil nouum aduenire, nihil sapientiæ, aut fortitudinis, potentiæ vel operationis internæ de nouo superaddi valet. Totus Deus est antiquus dierum, & cuncta eius decreta eandem cū ipso habent antiquitatem, sed nunquam senescentem, quoniam apud ipsum *Non est mutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* Vnde quos diligit, ab æterno diligit, & cuius miseretur, ab æterno miseretur. O magna iustorum fœlicitas; qui se intra Dei sinum conspicere possunt ab æterno dilectos, & in eodem sinu repositos, vt inde spem concipiant contemplandi quæ in eodem sinu sunt Deo coæterna, vt illis frui possint. Quidquid autem extra illum sinum est, temporale est. Quia omnes creaturæ cœperunt esse in tempore, cum antea non fuerint, & postquam sunt, mutari possunt, & in nihilum redigi à Deo qui solus habet immortalitatem per essentiam; cōmunicat autem eam spiritibus Angelicis & humanis; & post resurrectionem generalem etiam humanis corporibus; bonis quidem ad præmium, malis autem ad supplicium; vt vtrorumque retributio sit æterna, & diuina liberalitas, & iustitia in vtrisque perpetuo resplendeat. Contemplare igitur cum Apostolo non quæ videntur, sed quæ non videntur; nam quæ videntur, temporalia sunt, q̄ non videntur, æterna. Illa cōtemnenda tanq̄ cito præteritura, aut derelinquenda; hæc vero magnifacienda, quia non solum sempiterna, sed & nimis sublimia.

Sed quanta huius diuini sinus sublimitas? profecto qua nulla maior potest excogitari. Quidquid in Deo est, sublime est, quia est ipsa diuinitas & ipsemet Deus. Sublimis quidem Pater, sed non sublimior filio, nec Spiritu sancto, sed eadem est omnium, æqualisque sublimitas nec maior dignitas est esse Patrem, quam esse filium, vel Spiritum sanctum, sed par excellentia in qua nullus excedit alterum. Sublimis item Dei misericordia, & iustitia, sublimis Dei sapientia, & fortitudo; *Quia magnus Dominus & laudabilis nimis, & magnitud nis eius non est finis,* quia infinita est, & immensa ac omnino incomprehensibilis. Nihil in Deo paruum, nihil vile, vel humile, sed adeo sublime, vt nulla ratione crescere aut sublimius esse valeat. Vnde in Deo respectu sui ipsius non est actus ille, qui desiderium dicitur, quasi aliquid desideret quod sibi desit.

Omnia enim in se summa eminentia continet, nec bonorum nostrorum indiget: se ipso est satiatus, & summe beatus, nec diminutionem potest pati, sicut nec incrementum recipere. Creaturæ autem licet nonnullam ab ipso recipiant sublimitatem; quasi nihil computatur: & nulla ita est perfecta, quin aliquid ei desit, quod inre possit appetere, vt ad Dei sublimitatem propius accedat: nam tanto erit sublimior, quāto Deo propinquior. Vnde superbi tantæ sublimitatis splendore excæcati, omne sublime videni, & vane sibi appetunt; sed eo fortius repelluntur quo minus humiles inueniuntur. Tu autem intrans in Dei sinum, admirare magnitudinem, exalta sublimitatem; lauda potentiam, quia maior est omni laude; nec tamen præsumas intrare nisi vocatus, & deductus: alioqui per fidem quasi à longe tam sublimem tenere locum; & cum audieris somnum sublimis Dei, alas submitte; quæcunque à Deo procedunt, tanquam sublimia venerando, & humiliter te illis subiiciendo.

Stupenda enim est in hoc sinu profunditas propter immensam, & inscrutabilē eius sapientiam; quæ quidem omnia scrutatur, sed ipsam nullus scrutari potest, illa omnia clare comprehendit, nihil illam latet, nec latere potest, quantumuis in inferni penetralibus sit abditum, vel in cordibus hominum obseratum; futura antequam fiant intuetur; nec solum quæ erunt, sed q̄ essent, quauis hypothesi, & conditione apposita. Sed omnium profundissimæ sunt iudicioriū Dei abyssi & occultissima eius decreta circa regimen hominum, ac gubernationem mundi, maxime vero circa electionem, aut reprobationem, & quæ ad eorum vitam vel interitum temporalem vel æternum spectant, de quibus, exclamans D. Paulus ait, *O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei; quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Quis enim cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit?* nullum enim extra se habuit consiliarium, nec sui decreti potest habere perspectorem, nisi cui ipse voluerit reuelare. Voluit autē hæc occulta esse, vt cum timore & tremore salutem nostram operemur & discamus iudicium proprium abnegare, diuinoque subiicere. Cubiculum enim istud ex hac parte non est splendidum, sed caligine circumfusum, horrorem magnum incuriens & pauorem. Vnde eum Dominus iudicia hæc Isaiæ manifestaturus apparuit, mota sunt super liminaria cardinū & domus impleta est fumo. Terribilis

Margin notes: Iob. 11. v. 8. — Ps. 2. v. 7. — Dan. 7. v. 9. — Iac. 1. v. 17. — 1. Ad Tim. 6. v. 16. — 2. Cor. 4. v. 18. — Ps. 144. v. 3. — Iob. 41. v. 25. — Ezec. 1. v. 24. — Ad Heb. 4. v. 12. — Ps. 35. v. 7. — Ad Rom. 11. v. 33. — Isa. 6. v. 4. — Ps. 63. v. 5.

A ribilis n. est locus iste, quia in eo apparet Deus, terribilis in consiliis super filios hominum. Totus (inquit Bernardus) inhorrui, quanto in hunc locum raptus sum, illam apud me retinens eum timore sententiam; quis scit si est dignus amore, vel odio: nihil autem vilius tunc, quam instar Serapbinorum al s capu & pedes Dei tegere, nec immeosam eius maiestatem, quia sublimis, nec occulta eius iudicia, quia profunda, scrutando, sed veneratido hæc solum, magna voce clamantes, *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus*, sanctus in decretis, sanctus in verbis, sanctus in operibus suis: amplectentes saluiferum timoris affectum cum regio Psalte, dicentes, *Confige timore tuo carnes meas: à iudicijs enim tuis timui*. Et, *Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.*

Serm. 23. in Cant.

Ps. 118. v. 120.

Ps. 142. v. 2.

Sed non decet diutius hic morari, ne nimius timor desperationem pariat. Ideoque ad latitudinem sinus transeundum est; quæ sicut amplissima, ita & latissima; immensa enim est latitudo bonitatis, & charitatis Dei, & quidquid in illo est summe bonum est, & pulchrum, summe diligibile & dilectum, & cum summo gaudio possessum. In hoc sinu est omnis bonitatis species, omnis virtutis decor, omnis sanctitatis pulchritudo, omnigenæ perfectionis splendor, quæ infinitum exigit amorē, quo amatur ab ipso Deo; tantum enim se amat, quantum amabilis est, & quantus est amor, tantum est gaudium de fruitione rei amatæ. Vtrumque infinitum; & æquale in Patre, Filio & Spiritu S. qui huius sinus capacitatem explent.

B

Sed vltra hoc tam immensa est sinus latitudo, vt omnes creaturas capiat quas Dei omnipotētia valet efficere; omnesque illæ bonæ sunt, & amabiles, vnde & omnes amat amore quodam complacentiæ quo sibi placet in illis, gauderque de bonitate & pulchritudine quæ in illis splendet, quas si velit, poterit extra se producere; quare ab illo sinu nihil prodit quod non sit bonum, & amabile, ideoque delectabile & gratum; nam & lætatur Deus in operibus suis, maxime autem in electis, quos decreuit in hunc sinum introducere, vt perpetuo in illo secum commorentur, & bonis illius fruantur.

C

Ps. 103. v. 31

Vnde fit sinum Dei esse pelagus quoddā immensum omnium deliciarum, voluptatum, & gaudiorum quæ possunt excogitari, quod nullo aptiori vocabulo explicari potest, quam paradisi voluptatis. Nam sicut terrenus ille paradisus hortus quidam erat amœnissimus omnigenis arboribus, floribus ac fructibus refertus, quæ homines summa afficerent voluptate: ita spiritualis paradisus, locus nuncupatur cuncta illa continens, quæ animum miris modis lætificare, & satiare possunt. Deus igitur est sibimetipsi infinitus paradisus voluptatis, in se continēs omnes sapores dulcedinis, & gaudij rationes, ipse sibi est essentialis beatitudo, summa fœlicitas, immensa fruitio, & ineffabile gaudium. Gaudet enim Deus de sui paradisi longitudine, quæ est æternitas, & in gaudio immutabilitas omne pellens fastidium vel diminutionem. Gaudet de sublimitate, quia nihil sublimius. Videt de quo gaudete valeat, sed quod amplius est, gaudet etiam de profunditate; nam quæ terribilia hominibus apparent, Deo sunt iucūda. Et quid-

D

A quid facer[illegible] d[illegible] pluse[illegible] q[illegible] Si[illegible] ci[illegible] n[illegible] c[illegible] no[illegible] C[illegible] n[illegible] terun: *Vinent.* [illegible] *radijs Dei mei*. [illegible] us & v uus, eius[illegible], a[illegible] & fruitio bea[illegible], potum sæpius e[illegible] terreno præ[illegible] a-tem præstabat, a[illegible] rimæ & dulcibus fruct[illegible] sti multa alia sunt quæ an[illegible] & omnimodam satietate[illegible] c[illegible] mnia paradisus vocantur, qu[illegible] omnibus dimicantibus, sed [illegible], & de diabolo triumphum repo[illegible] paradisi, quem Ierusalem cœ[illegible] Io-han. ait longitudinem, alt[illegible] nem esse æquales, quia eade[illegible] n-surantur, & simili gaudent p[illegible] tate

B

De iis qui introducuntur in huiusmodi paradisum, sinum & cubiculum Dei. § [illegible].

HInc lætus accede ad verba sponsæ perpendenda, si memineris prius duplicis status Ecclesiæ, quæ militans & triumphans dicitur. Ecclesiæ militantis verba sunt. *Trahe me, post te curremus in odorem vnguentorum tuorum*; At postq̄ ita cucurrit vt acciperet brauiū, Ecclesia triumphans canit: *Introduxit me rex in cellaria sua*, vel *in cubiculum suum*; *exultabimus, & lætabimur in te, memores vberum tuorum super vinum*. Quoniam introducta est in sinum Dei, in paradisum voluptatis, in secretissimum cubiculum diuinæ essentiæ, vt ea quæ sunt in Deo clare intueretur, summe diligeret & lætanter possideret, & in illis cœlestibus cellariis æterni regis continuo, lauto, opiparo, & perpetuo lætatur conuiuio, edens de interato ligno vitæ dulcissimos beatitudinis fructus, & ex aliis lignis miras capiens voluptates. Nihil est in illo sinu & cubiculo quod illos terreat, nihil quod pauorem incutiat. Quia de omnibus lætantur de quibus lætatur Deus; gaudēt de eo quod intuentur, & de eo quod comprehendere nequeunt etiam exultant, iudicia inscrutabilia Dei sunt illis iucunda, quia in illis splendet Dei voluntas, quæ est ipsorū voluptas. Qua forte de causa eum Ioannes vidisset Angelum mensurantem longum, altum, & latum illius ciuitatis, reticuit profundum, quod deorsum magnam habet altitudinem: vt significaret ad beatitudinem sanctorum solum illa spectare, quæ clare intuentur, illa vero quæ illis occultantur, nihil gaudii demere, nihil afferre mœroris: quia nihil est ibi, quod cruciet, sed omnia summe delectant. Ideoque dictum est singulis: *Intra in gaudium Domini tui*: intra in paradisum voluptatis Dei tui, vt vndique sis gaudio circumdatus, & voluptate perfusus. Et ideo ait, exultabimus & lætabimur in te, qui es beatitudo nostra, exultatio & lætitia nostra. Nec nostræ exultationis & lætitiæ vllus erit finis, quia tu qui es causa & fons illius, semper

C

D

Matth. 25. v. 21.

[illegible] autem sinu corporeo, eleuatus est [illegible] sinu Patris, in quo vi[illegible] quæ [illegible] propalauit, dicens: *In principio erat Verbum, [illegible] erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Nã [illegible] D. Augustinus non sine causa narra- " quod [illegible] conuiuio super pectus Domini dis- " [illegible]bebat. De [illegible] enim pectore in secreto bi- [illegible] quod in manifesto eructauit. Paulus etiam [illegible] ius est in tertium cœlum & in paradisum, [illegible] audiuit arcana verba, quæ filius audit à Pa- & [illegible] piritus sanctus ab vtroque, eo quod futu- rus erat doctor gentium, & ea quæ tunc audiuit prædicaturus erat mũdo. Colligitur autem hæc ratio ex eo quod legimus Deum olim Abrahæ apparuisse sub specie trium virorum, qui vnum repræsentare videbantur: & volens quædam arcana illi reuelare sic ait: *Num celare potero Abrahã quæ gesturus sum, cùm futurus sit in gentem magnam ac robustissimam, & benedicenda sint in illo omnes nationes terræ? scio enim quod præcepturus sit filiis suis, & domui suæ post se, vt custodiant vias Domini & faciant iudicium & iustitiam.* O mira Dei erga viros sanctos s[illegible] & benignitatis exuperantia? Num celare potero inquit? id est quasi obligatum me sentio ad non cælandum arcana mea Abrahæ. Sed cur hoc? quia est futurus pater multarum gentium, & quæ docuero illum, docebit ipse alios, vt omnes mihi seruiant, & præcepta mea custodiant. Beatus qui fecerit & docuerit, nam magnus vocabitur in regno cœlorum, quia in illud introducetur & magna ibi percipiet, vt alios iterum doceat.

Ioh. 1. v. 1. *Tract. [illegible] in Ioan.* *2. Cor. 12. v. 2.* *Gen. 18. v. 17. & 18.* *Matth. 5. v. 19.*

[illegible] & ministri mei [illegible] patris, in eadem sinu erit [illegible] bonis quibus eg[illegible]

2. S[illegible] militanti non in[illegible] in hæc cellaria, & in [illegible]m? Vtique, vt docét [illegible] & alij patres. Intrat ergo mi[illegible] sed ra[illegible] & ad breue tempus: vt quę [illegible] parad[illegible]o & tertio cœlo, ac sinu patris gerũtur [illegible] etur, vbi audit arcana verba, quæ rex [illegible] ad cor loquitur, tantaque perfunditur lætitia, vt exclamans dicat: *Exultabimus & lætabimur in te*, in te Deo trino & vno, duratione æterno, maiestate sublimi, sapientia profundo, & charitate diffuso. In te qui es paradisus exultationis, & pelagus inexhaustum voluptatis, cur non exultabimus, *Memores vberum tuorum*, quibus sinus [illegible] tuu est circumseptum? Vbera tua sunt [illegible] lectus fœcundus, quo pater generat filium & vo[illegible]ntas fœcunda vtriusque, qua spirant Spiritum S. quos in mundum misericorditer misisti, vt omnib⁹ per illos repleremur bonis. Exultabimus ergo & lætabimur ego & omnes meæ [illegible]es, memoria, intellectus, & voluntas mea, in quibus est tuæ Trinitatis imago, contemplantes prototypum ad cuius similitudinem sunt creatæ. Tanta est autem hæc lætitia, vt instar gaudij beatorum esse videatur, vt testatur D. Bern. Qui in hunc locum est introductus aliquoties dicẽs: heu rara hora, & pauca mora, sed tantá mihi tũc subito est infusa lætitia, vt mihi visus sim tanquam vnus ex illis beatis esse. ô si durasset, iterũ iterumque visita me Domine in salutari tuo ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ. Adeo autem excrescit gaudium, vt iudicia illa inscrutabilia Dei quę in alia contemplatione terrent; ibi hæc lætificent; quia ex Deo sunt, iuxta illud Psalmistæ, *Memor fui iudiciorum tuorum à seculo Domine & consolatus sum.* Et cur consolatus sum, nisi quia tua sunt? quia à tua procedunt voluntate summa cum sapientia & iustitia decreta: & hoc satia est vt exultemus in te & in omnibus quæ procedunt à te:

Lib. de [illegible] *Serm. 23. in Cant.* *Ps. 105. v. 4.* *Ps. 118. v. 52.*

Maxime introduci qui aliorum sunt futuri magistri.

§. 4.

3. AD hanc autem tam sublimem contemplationem illi maxime eleuantur qui præalijs sunt dilecti & aliorum sunt futuri magistri, vt à Deo discant, & in ipso videant quæ alios doceant: sicut de illis tribus Apostolis diximus, qui assumpti sunt à Christo in montem excelsum; vt eum transfiguratum intuerentur: quibus etsi præceperit, vt visionem non manifestarent antequam à mortuis surgeret; tacite iniunxit, vt postea eam propalarent. Fuit autem mons ille paradisi typus, & prælibatio quædam, postea vero Ioannes Euangelista in sinu Christi recu-

Matth. 17. v. 1. *Ioan. 13. v. 23. & c. 21. v. 20.*

Hoc insinuant etiam sponsæ verba: dixerat prius, *Trahe me.* Quia si me traxeris, non ego sola curram, sed ego & plures aliæ meo exemplo & hortatu, *Curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Videns sponsus hanc animi promptitudinem; introduxit eam in cellaria sua, vt ibi eã instruat & doceat, quæ possit adolescentulis tradere, vt cum ipsa currant.

Vnde etiam deduces causam cur sponsa hæc 4.
verba coram adolescentulis protulerit, vt eas scilicet ad sui æmulationem prouocaret. Sicut enim Paulus raptus suos narrauit Corinthiis ex zelo charitatis propter ipsorum bonũ: sic sponsa ait adolescentulis: *Introduxit me Rex in cellaria sua*, vt ipsæ etiam considerent se aliquando posse introduci; excitarenturque ad currendum, ita vt introduci mererentur, & ei etiam maiorem fidem in iis quæ eas doceret adhiberent. Vnde quasi ad ipsas conuersa ad lætandum in Deo exhortatur: *Exultabimus & lætabimur in te*; vt hæc audientes simul cum ipsa exultent, & lætentur in Deo; quo dignæ fiant, quæ in cellaria introducantur.

Sed quoniam Origenes, Nyssenus & alii pa- 5.
tres hæc vltima verba tribuunt adolescentulis, attende fructum huius introductionis. Quidam enim dicunt verba esse earum congratulantium, & gaudentium de sponsæ fœlicitate. Hæc enim est lex veræ charitatis, quæ maiores inclinat, vt bona accepta non sibi tantum vsurpent, sed sine inuidia minoribus communicent, vt inde proficiant: minores vero exhortatur ne inuidia tabescant, quod sibi non fuerint communicata, sed gaudeant potius infusa fuisse maioribus, vt per hoc gaudium proficiant ex illis.

Hom. 1. ex duabus hom. 1. in Cant. & D. Bern. serm. 23.

Vnde sicut Moyses ministro suo Iosue, qui

Num. 11. v. 28.

de quibusdam prophetantibus in [illegible] ei. *Domine mi prohibe eos:* respondit mag[illegible] *Quid æmularis pro me? quis tribuat vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus spiritum suum?* Si[illegible]n sa non tam verbo quam opere ait [illegible] omnis anima introducatur in Dei ce[illegible] ill.s spiritum suum, quo et[illegible] æternum consentiunt adolescentulæ hæc audie[illegible]tes, & Hom. 1. ex quatuor in hunc locū. iuxta interpretationem Origenis, & [illegible] hæc verba deprecatiue ad Deum dirigunt [illegible] tu Domine (ait D Anselmus) sponsam iam in secreta tua iam introduxisti, ideo & nos præparabimus idoneas, vt cum ea introducamur. Si ergo rupis eleuari, vt in sinum ipsum Dei intro[illegible]ducaris, oportet te ipsum ita præparare, vt in sinum tuum Deum introducas, nam vt egregie Serm 18. docet Diuus Ambrosius, libenter in sinu sancto»rum quiescit Dominus. Sinus autē in quo Chri»stus requiescit, non corporis gremio præparatur »non vestimentorum ambitione componitur, »sed cœlestium virtutum operatione colligitur; »nam Christi sinus erat in Ioanne Euangelista fi»des, in Deo patre diuinitas, in Maria matre vir»ginitas. Ibi sinus Christi est, vbi habitaculum est »virtutum, ibi reclinat caput suum, vbi domici»lium cœlestium inuenit præceptorum. Nam id»eo peccatoribus & infidelibus dicit: *Vulpes foueas* Matth. 8. v. 20. *habent, & aues cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.* Hæc Ambrosius. Si ergo filius hominis in sinu tuo inueniat, vbi caput suum quod est eius diuinitas, requiescat, introducet te in sinum & cubiculum suum, vt in eo tu requiescas & bonis eius potiaris in secula seculorum. Amen.

EXHORTATIO XIV.

De contemplatione humanitatis Christi Domini secūdum ea quæ ad corpus & animam ipsius spectant, & ad mysteria quæ pro nobis operatus est; & de ingressu in cubiculum cordis ad orandum & contemplandum vt oportet.

Introduxit me rex in cellaria sua, vel in cubiculum suum.

Ioh. 17. v. 3. NOn solum vita æterna, exigit perfectam cognitionem Dei, vt Deus est, sed etiam Iesu Christi Dei & hominis, qui est sapientia, iustitia, sanctificatio & redemptio nostra. Vnde Ad Ephes. v. 18. postquam D. Paulus flexis genibus efflagitauit gratiam ad cognoscendum quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas & profundum Dei vt vidimus, subdit statim: *Scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei.* Innuens per hanc contemplationem Christi & charitatis eius, quæ omnem nostram superat scientiam, quasi implere quod deerat, vt obtineremus omnem plenitudinem sapientiæ, sanctitatis & lætitiæ spiritualis, quam à Deo inquirimus, & expectamus. Hæc autem maiorem habet eum nostro statu proportionem.

Exod. 33. v. 13. Vnde cum Moyses olim enixe desideraret sacram Dei contemplationem, dicens: *Ostende mihi faciem tuam, vt sciam te.* Respondit

[illegible] *in* [illegible] *me* [illegible] d[illegible] *quæ* [illegible] *am* [illegible] *proteg*[illegible] *in dext*[illegible] *a mea,* [illegible] *que* [illegible] *m meam* [illegible] *in au*[illegible] *meam videre non* [illegible].

[illegible] q[illegible] re, [illegible] exped[illegible] [illegible]ius v[illegible] trah[illegible] foramen [illegible] stum significa[illegible] & [illegible] B pso: cuius m[illegible] Dei conte[illegible] tem fueris [illegible] tram, [illegible] & curam facie [illegible] iestas mea, sed [illegible] ne videas latitud[illegible] dine immensa ta[illegible] qui opponit manum [illegible] dore lædantur oculi. No[illegible] manum meam, ita vt tra[illegible] meam non in facie, sed à terg[illegible] tibi hanc gloriam per insignia [illegible] procedunt, in quibus tibi reuelabo [illegible]nes, virtutes & cognomina mea. [illegible]ter hæc autem opera potissima ostensum est [illegible]pus Dominicæ incarnationis. Nam vt inquit D. A[illegible]stinus, posteriora Dei dicuntur quæ pe[illegible]tin[illegible] ad Christum Dominum, filius autem Dei qui [illegible] splendor gloriæ ipsius, obumbratus velo ca[illegible] est velut manus tegens Dei faciem, & h[illegible] C num vidit Moyses. Cum primum aute[illegible]t, exclamauit referendo cognomina Dei, quæ in hoc opere maxime resplenduerunt, dicens. *Dominator Domine, Deus misericors & clemens, patiens &* Exod. [illegible] v. 6 *multæ miserationis & verax.*

Sed quæ sub his figuris reuelata sunt Moysi, elatius iam contemplari licet in loco qui apud Deum est, quem sponsa cubiculum, vel cellaria nominat, dum ait. *Introduxit me rex in cubiculum suum, vel in cellaria sua.* Vtrumque enim nomen maxime quadrat Christo homini, cuius humanitas corpore & anima constans quasi regiū est Ad C[illegible] v. 9. cubiculum, in quo placuit omnē plenitudinem diuinitatis habitare corporaliter, & in quo repositi sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei, & inæstimabiles diuitiæ gratiæ ipsius. In quo etiam summa est communicatio Dei cum beatissima illius anima, reuelans illi omnia ascana & incomprehensibilia iudici[illegible]pientiæ suæ. Rursus dicitur cellaria propter plurima myD steria quæ diuersis in locis operatus est propter nostram salutem: in quorum singulis maxima præstatur spiritualis refectio omnium virtutum varietate referta. Tot autem potes cellaria distinguere, quot sunt huiusmodi loca: nempe thalamus virgineus vbi incarnatio est peracta, diuersorium, ac præsepe Bethlehemiticum, vbi natus & reclinatus est CHRISTVS, templum, desertum, cœnaculum, hortus Gethsemani,

se [illegible] mus Caluariæ, sep[illegible] ca-
taque loca, in [illegible] no-
stram in medio [illegible] e
Rex [illegible] stus introdu[illegible] electos, non [illegible]
omnia, sed modo su[illegible], mo[illegible] al[illegible]d. Ipse
enim est o[illegible]atius, qui[illegible] habet, aperiat
ostium, imo ipse etiam [illegible] ostium, per quod in-
gred[illegible]ur ad contemplanda eius mysteria, & e-
gredi[illegible] ad mirandum quæ viderimus intra
illa, & in vtroque pastum inueniemus vitæ æter-
næ. Sed quia de ijs cellarijs sigillatim alijs in lo-
cis agendum est, nunc quæ illis sunt communia
sub nomine cubiculi proponamus.

Ioan. 10. v. 9.

De contemplatione corporis Christi mortalis & passibilis. §. 1.

1. Corpus Christi Domini cubiculum animæ ipsius ac diuinitatis iure vocari potest, in quod [illegible] introducitur cum ea quæ in ipso & circa [illegible] sunt a diuino spiritu illustrata contemplatur. Solent regia cubicula pretiosis aulæis, & tapetibus mira colorum varietate contextis adornari. Et quidem si Verbi diuini maiestatem & beatissimæ animæ Christi gloriam dignitatemque spectes, corpus eius statim ornandum esset gloriosis dotibus immortalitatis, splendoris, subtilitatis, & tantæ pulchritudinis, quam Sol & Luna mirarentur, vtpote quæ eorum radios suo immenso obscuraret splendore. At volens suam erga nos eximiam ostendere charitatem, vt nostræ saluti consuleret, huic gloriæ pro tempore huius peregrinationis renunciauit, assumēs corpus mortale, passibile, & ingloriū, ornatum non sericis, vel aureis peristromatibus, sed cunctis naturæ miserijs, varijsq; ignominijs & doloribus. Ipsosque cubiculi parietes opere sculptorio elaborari fecit, flagellis, spinis, clauis, & lancea perforantibus corpus, vt vulneribus, liuoribus ac cicatricibus esset exculptum, foraminaq; essent, velut ostia cubiculi, quibus introducerentur piæ animæ ad ea quæ intus erant, contemplanda. Hoc testati sunt Prophetæ dicētes: *Corpus aptasti mihi*, i. e dedisti mihi corpus aptum vt offerretur in sacrificium. Et, *Ego cælabo sculpturam eius, ait Dominus*. Et, *Veni columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ*.

Ad Heb. 10. v. 5.
Ex Ps. 39. v. 7.
Zach. 3. v. 9.
Cant. 2. v. 14.
Exod. 3. v. 2.

Intremus ergo in hoc cubiculum & contemplemur miram hāc coniunctionem diuinitatis cum carne mortali & animæ gloriosæ cum corpore passibili & inglorio. Stupenda est visio plantulæ spinosæ coniunctæ igni potentissimo ad consumendum spinas eius, qui tamen intactas eas relinquat, ita vt rubus ardeat, sed non comburatur. Vadam ergo cū Moyse & videbo visionem hanc magnam; quare non comburatur rubus? Quare caro Christi coniuncta diuinitati, adhuc retineat spinas paupertatis, doloris, ignominiæ, & aliarum pœnarum, quas culpa originalis introduxit in filios Adæ? Cur Deus qui ignis consumens est ardentem & splendentem reddens rubum nō absumpsit illas? Si causam quæris, ea est ignis diuinæ charitatis, per quē descendit è cœlo ad liberandum populum suū, decernens illum saluare per carnem spinis, doloribus, & tormentis afflictam & ignē vehementissimæ tribulationis excoctā, sed non consum-

p[illegible]am, [illegible] potius mire effulgentem tanti fulg[illegible]tatis radijs, vt in admirationē sui ra[illegible] videntes. En tibi triplex ignis mysticus, [illegible] mentio fit crebro in Scriptura: ignis diuinitatis, q[illegible] super omnia lucet, & splendet: ignis tribulationis, qui iustos purgat & impios punit: ignis charitatis & amoris, qui eos suo affectu inflammat. Quid ergo mirabilius, quam quod ignis diuinitatis coniunctus sit cum igne tribulationis in eodem Christo? Ille n. hunc longe debuisset repellere. Et quid magis stupendum, quā quod idem deitatis ignis, qui animam Christi lumine gloriæ splendentem & ardentem reddit, radios contineat ne ad corpus transeant, & illud morti obnoxium relinquat? Quis fecit hoc nisi ignis charitatis, quæ aliquando valde inter se distātia coniungit; aliquando vero quæ deberent esse coniuncta separat? Vtinam hoc igne charitatis arderes, vt ad Christi imitationem ignem tribulationis amanter amplecteteris, & splendorem mundi libenter contemneres.

Triplex ignis mysticus.
De primo igne vide supra lib. 1. exhort. 8. §. 3.

3. Sed contemplare rursus miram pugnam secūdi ignis cum rubo. Nonne est mirabile quod rubus ignem habeat in sinu, & tamen non comburatur? Ignis totum occupabat rubum, & ardentem reddebat, sed vis eius repressa est, ne cū consumeret; quia persecutores quidem potuerunt vehementer carnem Christi vrere, affligere & torquere, sed non consumere. Inuicta n. & incorrupta permansit, & sole splendidior è sepulchro surrexit: vt spem concipias ferendi tribulationes, cum augmento gloriæ, & sanctitatis, quia nouit Dominus intercidere flammam ignis, vt electos suos purget, sed non destruat, iuxta id quod Isaias dixerat, *Cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te*. Nam ignis tribulationis torquebit, sed non nocebit, imo splendidiorem reddet. Hoc autem significabat visio ista Moysi ostensa, quód, sc. populus Hebræus, qui velut rubus ardebat igne persecutionis Pharaonicæ, consumendus nō erat, sed liberandus per eum qui in illo igne apparebat, & nos liberandos per Christum crucis afflictionibus circumdatum, qui illo hieroglyphico repræsentabatur. Exemplum modo nobis sit D. Laurentius, quem ignis vrebat in craticula, & spiritum non consumebat, sed reddebat splendidiorem, quia plenus erat Spir. tu S. & Christi ardebat amore, qui ignis alterum suauem fouebat, & spiritum valde roborabat.

Lex manens ex Eusebio Emisseno
Prou. 6. v. 27.
Ps. 18. v. 17.
Isa. 43. v. 2.
Iste videtur literalis sensus.
D. Laur.

4. Quoties autem introductus fueris in Christi cellaria ad contemplanda mysteria ipsius, vel in cruce aut sepulchro, in hoc cubiculū debes intrare, contemplando triplicem hunc ignem qui circa rubum carnis Christi vires exercebat, & de hac mirabili vnione propter te factaexultās dicito, *Introduxit me rex in cubiculū suum, exultabimus, & lætabimur in te*. In te, ait, non in nobis, quia in nobis potius est summi luctus, & mœroris causa, propter delicta nostra, ad quorū redemptionem necessaria fuit tam acerba Christi passio. Vnde ex hac parte potius deberemus flere cum flente, & patienti cōpati; ne dicat nobis, *Sustinui qui simul contristaretur mecum, & non fuit*. Cæterum *Exultabimus, & lætabimur in te*; propter immēsam charitatem, quæ talem propter nos assumpsit tribulationem, vt ab æterna nos tribulatione eriperet: nā & Abraham exultauit & gauisus est,

Ps. 68. v. 21.
Ioh. 8. v. 56.

Serm. in Ps. 118. v. 7. dum hoc ipsum contemplatus fuit. Vnde notat D. Ambros. in huiusmodi cubiculum introduci „ animam, vt in ea perficiatur spiritualis despon- „ satio, & osculum amoris tamdiu expetitum ac- „ cipiat. Quando (inquit) introduxerit eam rex in „ cubiculum suum, passionis tempus, lateris com- „ punctio declarat, sanguinis effusio, sepulturæ „ vnguentum, resurrectionis mysterium, vt oscu- „ lum quasi sponsa acceperit in cubiculū Christi „ introducta est Ecclesia, non iam quasi tantum- „ modo despōsata, sed etiam quasi nupta: nec so- „ lum thalamum sit ingressa, sed etiam legitimæ „ claues copulæ consecuta sit. Et paulo post. In- „ troduxit eam in omnia interiora mysteria: dedit „ ei claues, vt aperiret sibi thesauros scientiæ sa- „ cramentorum, clausas antea fores panderet, co- „ gnosceret quiescentis gratiam, defuncti somnū, „ virtutē resurrectionis; in illo cubiculo iustitias „ Domini Iesu nupta reperit, institificationes didi- „ cit, cognouit consilium Dei, &c. Hęc fusius pro- sequitur D. Ambros. Sed illud valde obseruan- B dum quod ait Ecclesiam moneri hic & animam quamcunq; , vt in hoc cubiculum intret ad orā- dum; de hoc enim intelligit quod Saluator ait, Matt. 6. v. 6. *Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito.* Cubiculū, inquit, Ecclesiæ corpus est Christi. In hoc ergo cubiculum per vulnerum foramina intra, vt at- tente & deuote ores, & quæ intra illud mysteria gesta sunt, contempleris.

De contemplatione eorum quæ spectant ad Christi animam, & ad tres eius potentias. §. 2.

SEd illa inprimis contemplanda sunt, quæ ad Christi animam spectant: cuius quasi cubicu- lum corpus fuit, ipsa vero pretiosius multo diui- nitatis fuit cubiculum, in quo licet tres cellas ex cogitare, nimirum memoriam, intellectum, & voluntatem; & in singulas oportet ingredi, vt q in eis sunt humiliter scruteris. Ingredere igitur 1. primo in cellam memoriæ Christi, in qua intue- C re teipsum existentem, & cuncta quæ ad te quo- modocunque pertinent, vt tui curam gerat, ma- lis medeatur, bona remuneret, à periculis eruat, & cuncta profutura prouideat: quorum omniū ita memoratur, vt nulla ei obrepere possit obli- uio. Nam qui minimi passerculi non obliuiscj- Luc. 12. v. 6. tur, non obliuiscetur tui, qui multis passeribus pluris es apud illum; & qui numeratos habet o- mnes capillos tuos, & huius numeri memoriam habet, etiam numeratas habebit reliquas po- tiores partes tam corporis quam animæ, singu- larumque indigentias, vt nulla detrimentum patiatur. Considera memoriam Saluatoris, siue dum erat in præsepio, siue in horto, vel cruce, tuorum peccatorum numero, & pondere one- ratam, vt pro illis offerret quidquid ibi patieba- tur, ac si pro te solo pateretur; iuxta illud Apo- stoli, *Qui dilexit me, & tradidit semetipsum p: me.* Ad Gal. 2. v. 20. Cogita etiam eandem memoriam tuorum bo- norum operum meritis onustam, vt singulis cō- D dignam mercedem reddat, *Non enim iniustus est* Ad Heb. 6. v. 10. *Deus* (ait idem Apostolus) *vt obliuiscatur operis ve- stri, & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius.* Quid ergo iucundius, aut quid vtilius & optabi- lius, quam semper ita esse in memoria redem- ptoris potentissimi, ditissimi, & munificentissi- mi? Cui innata sibi charitate insitum est velle

sublevare, miserias soluere, peccatorum [illegible] ad bona opera excitare, & quæ gesta fuerint re- munerare, aliaque innumera beneficia co[illegible] re: Vtinam, Domine, ita sis tu semper in memo- ria mea, sicut ego semper sum in tua, & [illegible] sem- per cogitem de te, sicut tu cogitas de me; intro- duc me in cubiculum istud, quia bonum est m[illegible] hic esse.

2. Sed vlterius ingredere in cellam intellectus Christi, quæ tota est luc[illegible]issima & splendidissi- ma per lumē gloriæ & visionis beatificæ; in qua sunt repositi omnes thesauri sapientiæ & scien- tiæ Dei. Intuere illum septem fulgentem oculis, quorum mētio celebris habetur apud Prophe- tas, & sunt septem munia eius erga homines, q̃ ex plenitudine sapiētiæ & potestatis ipsius pro- cedunt. Nempe magistri, qui intus illuminat & Zach. 3. v. 9. & 4. v. 10. Apoc. 5. viam veritatis docet; legislatoris, qui legem c[illegible] dit, & vires ad illam seruandam præbet; cōsi[illegible]a- rii, qui optima dat consilia, & auxiliatur, vt ser- B uemus ea: medici qui cunctos nouit animi lan- guores, potens facile illos curare: cust[illegible]s, qui semper vigilat, vt ab hostium insidi s defendat; gubernatoris, qui nos dirigit per vias rectas, vt ad salutis portum perueniamus; p[illegible]storis deni- que, qui nouit oues suas, & pastu singulis aptū, deducitq; eas, vt illum accipiant. H[illegible] septem o- culi dicuntur à D. Ioanne esse in Agno, propter Ps[illegible] mansuetudinem & sanctimoniam, qua hæc ex- ercet munia; à Zacharia vero super lapidem v- num, propter fortitudinem, qua sustentat Ec- clesiam. Vocantur & spiritus missi, vel oculi dis- currentes per vniuersam terram: quia etsi Chri- stus Dominus corpore tantum sit præsens in v- no loco cœli Empyrei, spiritu tamen, sapientia, & potestate vbique adest, & omnibus est psens; discurrens tamen, quia modo exercet quædam munia, modo alia, modo in vno homine, modo in aliis. Cum igitur ingressus fueris in hoc regiū cubiculum Christi, intuere hos septem eius o- C culos in te defixos, vt hæc munia Agnus circa te exerceat; à quibus quidquid in te est luminis, sa- pientiæ, & prudentiæ, profluere non dubites, pro quo immortales illi gratias agere debes.

3. Sed oportet vt in tertiam cellam voluntatis Christi mox ingrediaris, in qua reconditi sunt omnes thesauri gratiæ, charitatis, & totius virtu- tis, ac perfectionis, cum plena potestate dispe- tiendi illos inter homines. Sed sicut cella intel- lectus tota est splendens septies, immo millies q̃ sol; ita cella voluntatis tota est ardens immenso amoris igne: nam quanto maius fuit lumen co- gnitionis, tanto erat ardentior flamma amoris; tum erga Deum, à quo tam immensa acceperat beneficia, tum erga homines, quorum sibi re- demptio, & cura demandata erat. Vnde & Io- hannes in Apocalypsi, refert eius oculos esse sic- Apoc. 4. v. 14. ut flammam ignis; quia per septem oculos sen munia supra commemorata, flammas amoris erga homines spirabat. Cum igitur audis ani- D mam, Christi sponsam, dicentem, *Introduxit me rex in cellaria*, vel, *in cubiculū suum*, ad hoc intellige esse introductā, vt has tres cellas plustret, & lu- minis ardoris, ac ignis, illas penetrat, particeps fiat. Intra boc n. cubiculū gerit Xps per illā hæc munia, mentē illuminās, cor inflammans, & oēa pctrm, ac impfectionū spinas absumēs, vt liceat hic applicare q̄ Isaias dixerat, *Erat lumen Israelis in*

Isa. c. 17. & igne, sanctus eius in flãma, & succendetur, & deuorabitur spina eius, & vepres in die vna. Et quod inquit Malach. 3. v. 2. Malachias, *Ipse quasi ignis conflans, & sedebit conflans, & purgans argentum.* Sedet enim in cubiculo suo cum anima quam introducit, tanquam ignis eam purificans, & inflammans, vt ardeat eo igne, quo ipse ardet; vnde fit, quod summa repleatur voluptate, & ideo subdit, *Exultabimus, & lætabimur in te.*

Ingressum in cubiculum cordis nostri esse viam ad ingrediendum in cubiculum Christi & Dei. §. 3.

1\. SED illud valde perpendẽdum est ita esse opus Dei introducere nos in cubiculum suum, vt nostram exigat industriam, & solertiam, curandoq; strenue intrare in cubiculum nostrum; iuxta Matt. 6. v. 6. regulam præscriptam à Saluatore, dicente, *Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito.* Quod multi Cassian. coll. 9. c. 34. D. Greg. l. 22. Mor. cap. 3. Can. 5. in Matt. 1. ad Tim. 2. Lib. 6. de sa. ram. c. 3. in instit. ad Virg. c. 1. Patres de cubiculo cordis nostri interpretãtur. Nam (vt notat Diuus Hilarius) cum Paulus dicat se velle viros orare in omni loco, & Sanctorum oratio inter feras, carceres, flammas, & de profundo maris, ac bestiæ susceptæ est, consequens est, quod cum clauso ostio cubiculi orare iubemur, non occultam domum, sed cordis nostri cubiculum ingredi, & clausa mentis nostræ secreto orare admonemur. Idem confirmat D. Ambrosius, dicens: Potes vbiq; orare, & in cubiculo semper orare: habes vbique cubiculum tuum, quia est, in populo licet positus, tamen in interiore homine arcanum tuum, secretumque cõseruas: hoc est quod dixit per Isaiam, Isa. 26. v. 20. *Vade populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super te, abscondere modicum ad momentum, donec transeat indignatio.*

2\. Habet autem hoc cubiculum tres cellas (qua forte de causa cubicula ab Isaia vocantur) nempe tres potentias iam relatas, memoriam, intellectum, & volũtatem, & in omnes oportet intrate ad orandum ostio clauso, id est, non tam ore, quam mente, seu oratione mentali; vt D. Gre- Vbi supra gorius, ac Cassianus interpretantur. Intra ergo in tuam memoriam, possidendo eam, & applicando, vt memoretur solius Dei, & eius quod meditandum est. Intra in intellectum, regendo illum, vt solum discurrat, meditetur, & contempletur quæ Dei sunt. Intra in voluntatem, excitando in ea actus, & affectus circa ipsum Deum, & quæ de ipso meditatus es. Nec tamen putes, quod tuis viribus in hoc cubiculum intrare vales, nisi ille qui intrare præcipit, excitet, & adiuuet te, vt intres. Vnde iuxta hunc sensum credi- Ita in finu- derim dixisse sponsam, *Introduxit me rex in cubiculum suum*, id est, in cor meũ, quod vere est cubiculum suum, quia ipse fecit illud, ipse dignatur habitare, & requiescere in illo, & intra illud etiam mecum conuersatur, & mecum loquitur, & ego eum ibi audio, *Audiam* (inquit Dauid) *quid loquatur in me Dominus Deus.* Ad ipsum autem spectat, me introducere in hoc cubiculum, & ibi diutius me detinere; quia plurima sunt, quæ ingressum impediunt, & moram interrumpunt; quæ solus impugnare non valeo, sed eius præuentus auxilio oppugnare debeo. (as Origenes hom. 1. ex quatuor, & Theodoretum. Ps. 84. v. 9.)

3\. Debes igitur ante omnia cubiculum istud mundare, & purgare ab omnibus peccatis, & affectionibus inordinatis, quæ illud inquinãt, & perturbant, alioqui ipsa te ingressu impedient, aut cito inde te expellent. Quod egregia similitudine sic explicat Diuus Augustinus; Cum " intras in cubiculum tuum, intras in cor tuum: " beati qui gaudent, quando intrant in cor suum, " & nihil mali ibi inueniunt. Qui habent rixosas " vxores, nolunt intrare in domos suas, cumque " intrandi hora est, contristantur: intraturi enim " sunt ad tædia, ad murmura, ad amaritudines, ad " euersiones, quia non est domus composita, vbi " inter virum & vxorem pax non est, & melius æ- " stimant foris circuire. Multo autem his sunt " miseriores, qui ad cõscientiam suam redire no- " lunt, ne ibi litibus peccatorum euertantur. Ergo " vt possis libens redire ad cor tuum, munda il- " lud, *Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Aufer à me cupiditatum sordes, aufer labem auaritiæ, sacrilegia, & malas cogitationes, " aufer odia etiam aduersus inimicum: tunc intra " in cor tuũ, & gaudebis ibi; ipsa munditia cordis " tui delectabit te, & faciet orare, leua oculos " tuos ad Deum, & statim te exaudiet; vbi exau- " diet, ibi, vbi das, vbi oras, ibi exauditis, " ibi beatificaris. Hæc Augustinus. (Conc. 1. in ad Ps. 33. Exquisiui Dominum, & exaudiuit me. Matt. 5. v. 5. Hæc vltima verba posuit à primo pio.)

4\. Sed mundato corde oportet iuxta Saluatoris sententiam claudere ostium, ne aliquis introeat in cor, quod illud inquinet, aut disturbet. Ostium autem istud (vt docet idem Diuus Augusti- Lib. 1. de nus) est sensus carnalis, per quem temporalia ser. Do. in quæ foris sunt, intrant, & vanorum phantasmamonte c. 6. tum irruentes turbæ orantibus obstrepunt; & ideo ne intrent, claudẽdum est ostium quinque sensuum exteriorum, sed multo fortius ostium interius sensus, qui imaginatio vocatur, per quẽ externa transeunt, vt ad mentem perueniant. Sed difficile est prudenter hæc ostia claudere, magnaque Dei indiget illustratione. Nam per idem ostium ingreditur, & egreditur amicus, & hostis, bona & praua cogitatio, pius & noxius affectus. Oportet autem ostium reserare amicis, & occludere hostibus, sensibusque ac imaginatione vti, ad ea, quæ iuxta diuinum beneplacitum sunt, ad cætera vero illos comprimere, & infrænare. Quando autem omnia pacata sunt & munda, ipsa quies & munditia cordis ad orandum prouocat, & oratio lætitiam spiritualem gignit. Ideoq; subdit sponsa, *Exultabimus, & lætabimur in te,* scilicet, quia in cubiculum tuum introduxisti me. Et apte vocat, *tuum,* quoniam cum immundum est, & inquietum, potius vocatur nostrum; quando autem mondum est & pacificum, potius est ipsius Dei, cuius est puritas, quies, & pax, qua est adoratum. Sed amantium omnia sunt communia, & sicut Luc. 17. v. 41 Christi humanitas est eius cubiculum, & nostrũ Ad Rom. ad orandum, vt ex Diuo Ambrosio retulimus; 14. v. 17. ita cor iustorum cubiculum est Christi, & ipsius iusti; intra quod lætatur in ipso, quia intra illud inuenit regnum Dei; sicut scriptum est, *Regnum Dei intra vos est.* Regnum autem hoc (teste Diuo Paulo) est iustitia, pax, & gaudium in Spiritu sancto, quo fruuntur iusti in hoc seculo, sed abundantius in futuro, in secula seculorum. Amen.

EXHORTATIO XV.

De cellariis Christi, quæ sunt Sacramenta, maxime Eucharistia, de magnifico eius conuiuio, & de gratiarum actione, pro hoc, & aliis beneficiis, ex Dei amore prouenientibus.

Introduxit me rex in cellaria sua, exultabimus, &c.

CVM Christus sapientia æterna ædificanerit sibi domum, nempe Ecclesiam Catholicam super Petrum fundatam, oportebat intra illam etiam cellaria & cubicula ædificare adeo opulenta, & splendida, sicut regiã ipsius decebat maiestatem: in quib. & pretiosissimi cibi ad nutriendos fideles, & copiosissimi thesauri ad eos locupletandos essent reconditi; quib. antiqua Ecclesia sperans aliquando frui, dicebat, *Introducet me rex in cellaria sua.* Hac autem spe, *Exultabimus, & lætab mur in te, memores vberum tuorum super vinum.* Sacramenta nostra comparat vberibus, quia gratiam continent, & illam efficiunt; antiqua vero vino, quia sterilia erant, nec aliud quam se præstabant, nostra dulcia & facilia, antiqua vero rigida, & aspera; & ideo illa istis dicit esse præferenda, & spe fruendi illis gaudet, & exultat vehementer. Sed subtilius hoc insinuat versio aliorum, qui vbi nos legimus, *Memores vberum tuorum super vinum*, iuxta proprietatem verbi Hebræi, quod ambiguum est, ita vertunt, *Olfaciemus, & odorabimur vbera tua, seu amores tuos.* Quasi dicat; Dum non datur nobis frui vberib. tuis, & sacramentis à te instituendis, confortabimur odore, & spe illorum: quemadmodum enim homo qui ob ægritudinem vel aliam causam non potest bibere vinum, recreatur odore ipsius; sic Ecclesia antiqua, cui nondum concessum erat frui Christi præsentia, & sacramentis ab ipso institutis, odorabatur illa, & hoc odore, & spe recreabatur, ac confortabatur, interim dum in mundum veniebat.

Sed felicior Ecclesia nostra, cui iam licet dicere, *Introduxit me rex in cellaria sua.* Quid .n. Baptismus & Confirmatio, ac cætera sacramenta, nisi quædam Christi cellaria, in quæ animam introducit, & introducendo sanat, reficit, lætificat, dicit, ingentesq; delitias & diuitias spirituales, præclaraq; amoris signa præbet? Non quod omnes introducantur in omnia, sed omnes in aliqua, & aliqui in plura: in quædam semel tantum in vita, in alia pluries; in singulis autẽ causa specialis exultationis & lætitiæ, quorum memoria non potest non esse iucunda, iis, qui illis fruuntur: & ideo dicitur, *Exultabimus, & lætabimur in te, memores vberum tuorum super vinum.*

De cellariis Eucharistia, & duplici modo intrandi in illa. §. 1.

ETENIM inter nostra sacramenta præstantissimum est diuinissima Eucharistia, quæ simul est cibus & potus ad nutriendos fideles, & sacrificium incruentum ad eorũ expianda peccata, & sub vtraque ratione meminit illius Sa-

A lom[illegible], cu[illegible] ce[illegible], *Sapientia a[illegible] [illegible] domum; excidit columnas septem: im[illegible] [illegible], miscuit vinum, & proposuit me[illegible]* [illegible] quem[illegible] [illegible], [illegible] & cubicu[illegible] ipsius [illegible], quod habet in [illegible]a, quia intra illa [illegible] sacramenti [illegible] a[illegible]ter, & ab [illegible] ditus est [illegible] is; sicut rex absconditus in cubiculo [illegible], & thesaurus in repositorio. Vnde D[illegible]us Ambrosius de e[illegible] hæc verba interpretatur, *Introduxit me rex in cubiculum suum, siue in promptuarium suum.* V- "bi (inquit) bona libamina, vbi boni odores, v- "bi mella suauia, vbi [illegible]uctus diuersi, vbi epulæ variæ, vbi plurimis epulis summi prandium con- "diatur; quid enim boni desiderabis, quod in "hoe omnium bonorum promptuario non inuenias?

B Sed aptius sequentes Vulgatã cellariis comparemus; nã duæ species sacramentales sunt quasi duo Christi cellaria opulẽtissima, ab ips[illegible] fabricata ad opiparũ fidelibus conuiuium præstand[um], intra illa, in quibus cũcti illi sunt thesauri, quos in Christi humanitate esse diximus. In ea autem introducit nos rex Christus duplici modo, vel ad cõtemplandũ arcana mysteria in illis cõtenta, vnde spiritualis communio, & refec[tio] non modica desumitur; vel ad participã[d]um ipsum sacramentũ, quia dum intra cubiculũ corporis nostri illud cõdimus, per sacramẽtalẽ communionem, nos etiam intra ipsum Christum, velut intra cubiculũ ingredimur, & permanemus; iuxta illud. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.* Cum autem prior ingressus præcedit, suauissimus & vtilissimus est posterior; ideoque summopere curandum est, vt spiritualiter iam per huius mysterii contemplationem refecti; ad illud gustandum

C accedamus, sic enim eius deliciis, ac diuitiis vberibus perfruemur. Nemo tamen digne intrare poterit, nisi ipse rex eum introducat; nam propter multos qui intrare noluerunt, dixit Discipulis, *Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo.* Sed qui nos inuitat, vt veniamus, auxiliabitur, vt introducamur, & quæ in cellariis recondita sunt, perscrutemur. Io. 6.

Primo igitur contẽplare ea q̃ ad corpus Christi pertinere diximus, quod quãuis ibi sit gloriosum, ipsoque sole splendidius multo, splendorem tamen suum continet, & nube densa sacramenti contegit, vt cibus inus esse possit. Nam sicut toto suæ peregrinationis tẽpore cõpressa est gloria animæ, ne redundaret in corpus, vt pati posset, & mori; ita modò tegitur ibi gloria carnis, vt possit esse cibus viatoris. Sed quomodo tegitur? Intuere nouam & stupendam ignis cum rubo coniunctionem, *Vadam, & videbo visionem hanc magnam, quare rubus non comburatur?* Quare ignis diuinitatis, corpori & sanguini

1. In Exhort. præcedenti habentur hæc sigillatim. *Exo. 3. v.*

D Christi vnitus, qui omnipotente virtute in ictu oculi comburit, & consumit substantiam panis & vini, vt eius loco intret substantia corporis & sanguinis sui, non comburat vtriusq; accidẽtia, sed intacta relinquat? Cur ergo nõ comburitur rubus ita fragilis, vt sine propria substã[nt]ia naturaliter existere nequeat, sed potius ignis conseruat eũ? Vtiq; vt ignem tegat, ne suo nimio splẽdore nos opprimat, vel ab accessu ad ipsum retrabat;

[illegible] c [illegible] e [illegible] o- [illegible] c- [illegible] ccipe ipsum [illegible] nabit, & in- [illegible] conuertet na [illegible] han stupen- da [illegible] acci- [illegible] bus [illegible] oper [illegible] bitur [illegible].

[illegible] æ Christi cellas, [illegible] min sac [illegible] con- [illegible] emor [illegible] qua [illegible] itum, quod [illegible] de cœlo, vt [illegible] t iuge [illegible] habeas me- [illegible] . Hæc [illegible] n sui dele- [illegible], *Hoc facite in meam* [illegible], *& hæc quotiescumque feceritis, in* [illegible] egredere in cella- [illegible] contemplare splendidissi- [illegible] & [illegible] gnum ibi existentem, cum [illegible] m oculi [illegible] habere diximus, quosque in [illegible] bet defixos, vt tibi benigne prouideat, & [illegible] eius muni [illegible] ca te singulariter exerceat. [illegible] tu is est mag [illegible] ster, mentem tuam splen- [illegible] s [illegible] illuminans, legiter [illegible] uus, c [illegible] t io legem imprimens charitatis, [illegible] nat [illegible] & custos, ac bonus pastor, [illegible] o [illegible] carne, proprioque te pascit cruore, & [illegible] omnibus curam gerit.

[illegible] s pregredere ad cellam cordis, & v [illegible] atis diuino igne flagrantem, quo te in- [illegible] te desiderat: nam in sacramento existẽs, clamat non voce, sed opere, *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur?* Cupit enim nos ardere eo igne, quo ipse ardet, & eo inebria- ri a [illegible] ore, quo ipse inebriatus est, ideoque eos in hanc cellam vinariam introducit. Sed de hac suo loco.

Cum igitur hæc fueris contemplatus, dicere poteris cum sponsa, *Introduxit me rex in cellaria sua*, ex vno in aliud me manu deducẽs, & in singulis mire reficiẽs. Propter quod memoria mea, mens, intellectus meus, voluntas mea, & omnia quæ intra me sunt, *Exultabimus, & lætabimur in te, memores vberum tuorum super vinum*; id est, memores harum duarum Eucharistiæ partium, quibus velut duobus vberibus nos lacte, & mellifluis cõsolationibus reples, vt lætemur in te pastore nostro, à quo hunc pastum recipimus, En quo modo cellaria cum vberibus cõiungit. Nam & has duas sacramenti partes duo Christi vbertima vbera esse supra fuse diximus.

Quam magnificum sit conuiuium Eucharistiæ. §. 2.

SED quoniam superius diximus cellaria Dei non solum esse promptuaria deliciarum eius, & cœlestium epularum, sed etiam repositoria diuitiarum, ac thesaurorum ipsius: vtrumque simul eminentissimo modo repetitur in diuinissima Eucharistia, & sub vtraque ratione promittitur nobis ab ipso Christo Domino, cum inquit, *Vincenti dabo manna absconditum, & dabo calculum candidum, & in calculo nomen nouum inscriptum, quod nemo scit nisi qui accipit.* Per manna delicias præstat, vt mulceat, per calculum diuitias, vt ditet, per nomen nouum, honorem vt glorificet: & quia omne quod est in mundo, est concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ; contra concupiscentiam carnis manna præbet, contra concupiscentiam oculorum, calculum candidum, & contra superbiam vitæ, nomen nouum, vt clauum clauo pellat. Hæc tria magnificentissimum conuiuium regia Christi maiestate, & Dei cellariis dignum efficiunt. Decebat enim Regem Regum, & Dominum dominantium, cum Ecclesiæ suæ in cellariis suis conuiuium parat, non solum pretiosis epulis conuiuas reficere, sed etiam ingentibus diuitiis, & honoribus cumulare.

Epulæ igitur, quas in cellariis exhibet, merito manna nuncupantur, propter eminentem dulcedinem, quam includunt. Erat sapor mannæ (vt ait Scriptura) quasi similæ cum melle. Est autem simila medulla farinæ triticeæ. Et quid est Eucharistia, nisi simila & panis laudatissimus, diuina dulcedine subactus? De quo dicitur in hoc Cantico, *Comedi fauum cum melle meo.* Septuaginta vero vertunt, *Manducaui panem meum cum melle meo.* Quo Diuus Ambrosius, & alii Patres, de hoc mysterio interpretantur. Vocatur autem manna absconditum, vel quia allusio fit ad primum manna, quod in arca fœderis inclusum erat, vt populus recordaretur panis Angelici, quo in solitudine nutritus fuerat, in quo etiam tanquam in figura absconditum erat nostrum manna, quod per illud repræsentabatur; vel dicitur absconditum, quia in eo aliud oculis cernitur, & aliud fide creditur; quod etiam modo Hebræis & infidelibus manet absconditum. Et ideo despicitur ab illis; nã sicut Christus cruci fixus, sic etiam in sacramento inclusus, est adhuc Iudæis scandalum, Gentibus vero stultitia. Vnde cum Iudæi viso manna dixerunt, *Manhu; quid est hoc?* significatum fuit (vt docet Diuus Cyrillus) eos non cogniturost esse Christum, imo eum per contemptum reiecturos, dicentes quid est hoc? Secus fideles, qui tãti mysterii, & diuinæ dulcedinis admiratione capti dicunt, quid est hoc? non valentes illa comprehẽdere. Vnde cum eadem admiratione inquit Dauid, *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te?* Iis qui te non timent absondita est, quia licet fide credant, gustu non percipiunt; at iis qui timent, etsi gustu sentiant, absconditа adhuc manet in hac vita, quia non plene capiunt: capiẽt autem cum ablatum fuerit velum sacramenti. Manna quidem non descendebat nisi in nocte circa castra Hebræorum, quamdiu erant in solitudine; defecitque cum primum ingressi sunt in terram promissionis: sic hoc sacramentũ sola fide percipitur, & in Ecclesia militanti inuenitur: quoniam in cœlesti patria non erit amplius manna absconditum, sed clare cõspicietur Christus, & erit iucundissima refectio beatis. Sed quamuis sit absconditum, non desinit esse manna omne delectamentum, & omnis saporis suauitatem præstans.

Margin notes: Luc. 12. v. 49. — Can. 1. v. 4. — Cant. 1. v. 4. — Cant. 1. v. 3. — Exo. 16. v. 31. — Cant. 5. v. 1. — Lib. 5. de Sacra. c. 3. — Lib. 3. in Ioan. c. 34. — Psal. 30. v. 20. — Num. 11. v. 9. — Exo. 16. v. 13. — Sap. 16. v. 20. — Apoc. 2. v. 17. — 1. Io. 2. v. 16.

præstans. Quo nihil dulcius, nih[illegible] h..que amabilius in Dei cel[illegible], quæ [illegible] terra, po[illegible]st inueniri. De altero manna [illegible] fuit, *Substantia tua dulcedinem tuam [illegible] quam in [illegible] habes, ostendebat.* Vocatur autem sub[illegible]stantialis, quoniam Dei voluntate subsistebat, vt [illegible]s nutriret. At manna Eucharistia uni verissime di[illegible] pōt substantia Dei: est enim ipsa natura substantialis Christi diuinitati vnita, [illegible] in hoc sacramento diuinam dulcedinē manifestat. Vnde sponsa in cellariis introducta nō recenset alias epulas, quam vbera spōsi: quę ad substantiā ipsius pertinent, carnem, sc. & sanguinem, vnde lac an[illegible] quo manna longe dulcius & suauius profluit, in quo quanta sit Dei erga filios suos dulcedo, nobis manifestatur. Nam quæ vnquam mater filiis suis præbuit vbera sua, non dico ad sugendum lac ex illis, sed ad manducandum illa, vt etiam ipsa vbera cibus sint illorum, & potus. Merito ergo ait, *Exultabimus, & lætabimur in te, memores vberum tuorum super vinum.* Nostra enim exultatio & lætitia non est in cellariorum quibusque cibis, sed in te, qui es cibus noster; in te, & in vberibus tuis, quæ in ipse sunt, & anteponimus illa omni vino, & cuicumque dulcedini, quæ extra te valet reperiri.

Sap. 16 v. 21.

Increscit autem magnificentia, cum ex cellario, seu ex repositorio diuinorum thesaurorum elargitur conuiuis calculum candidum, cœlestium diuitiarum appositissimum symbolum. Est enim calculus iste lapis pretiosus, & gemmeus, quem Diuus Hieronymus carbunculum vocat; cuius meminit Isaias, cum dixit, *Volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus quem forcipe tulerat de altari;* repræsentatque Christum Dominum, qui in hoc sacramento continetur, sicut supra explanatum est. Carbunculus autem inter gemmas magno pretio habetur, nam si perfectus est, vnius drachmæ pondere, sexagies mille nummis aureis (vt fertur) æstimatur. Datur ergo nobis cum manna calculus candidus, splendens, igneus, & pretiosissimus Christus Dominus, cuius possessione diuites simus, possidentes in ipso, & per ipsum inæstimabiles diuitias gratiæ eius, quarum comparatione terrenæ pro nihilo computantur. Sed quæ coniunctio manna cum calculo & panis cum lapide, cum potius opponantur? scriptum est enim, *Quis ex vobis Patrē petit panem, nunquid lapidem porriget illi?* At tanta est maiestas Eucharistiæ, vt vna similitudine, nec pluribus exhauriri valeat. Eadem est māna, & panis qui nutrit, & etiam lapis pretiosus, qui nō solum ditat, sed miris proprietatibus curat, roborat, & mirabiles effectus pręstat: vnde per lapidem candidum, & pretiosum, non tam speciem singularem, quā omne genus gemmarum intelligerē, quæ sub nomine calculi candidi comprehenduntur, quia in Christo Domino omnis genera gratiarum continentur, & per illum cum opportet impertiuntur.

Epist. 143. ad Damasum, quæ incipit, Septuagesima. Isa. 6. v. 6. Lib. 1. Exhor. 15 §. 5. Vide Plin. lib. 33. c. 7.

Luc. 11. v. 11

Sed vlterius etiam cōuiuas suos honorificat, dum simul cum calculo inscriptum præbet nomen nouū tantæ gloriæ & præcellentiæ, vt nemo æstimare valeat, nisi is qui huiusmodi dona acceperit; est autem hoc nomē nouum nomen Iesu Christi; cuius insignia fuse iam commemorauimus; & huius sacramēti virtute nobis communicantur, dum salutis & vnctionis, quam Ie-

[illegible] Cy[illegible] [illegible] [illegible] & etiam q[illegible] d[illegible]us, [illegible]us in [illegible] & donorum [illegible]uæ [illegible] cla[illegible] quia [illegible]charistia si[illegible]ul [illegible]stat ad sponsam [illegible] sp[illegible] pignus hereditatis ęternæ, [illegible] & Christianæ religionis [illegible]um, & [illegible]un[illegible] ideo ho[illegible] [illegible] na, qui[illegible] [illegible] ipon[illegible] [illegible].

Et [illegible] Eucharistiæ [illegible] re[illegible]la pe[illegible]s, [illegible] lius æstim[illegible], v[illegible] sium, quam vt C[illegible] D[illegible] ex[illegible] iis, qui sequ[illegible] *peramini non cibum, qui per[illegible] sed [illegible] permanet [illegible] æternam, quē filius hominis dabit vobis.* L[illegible] iungit, *Hunc Pater signauit Deus.* Quæ verb[illegible] Eucharistia interpretantur D[illegible] ac [illegible] uus Cyrillus, supremum[illegible] dem; nam pronomen, hunc [illegible] minis, vel cibum, qui tamen [illegible] nam filius hominis, qui dat [illegible] cibus, de quo in eodem capite dicit, *Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi; & caro mea vere est cibus.* Hunc igitur filium hominis Pater æternus [illegible], & sigillauit, diuinitate sua, vt, scilicet [illegible] Deus sicut ipse est. Nam quemadmodum cera [illegible] ta retinet in se imaginem, & figuram [illegible] humanitas Christi per vnionem hypostaticam ad Dei filium est sigillata imagine Patris, & figura substantiæ ipsius, vt vere Christus sit Deus, & cibus noster sit Deus, cibus permanens in vitam ęternam, quo nihil sublimius dici potuit. Hunc ergo sublimissimum cibū quætamus piis operibus, nos ad illum recipiēdum præparantes, quia eum filius hominis libentissime dabit nobis, introducens nos in cellaria sua, vt illo nos reficiat

De gratiarum actione pro beneficiis, quæ in Dei cellariis exhibentur. §. 3.

QVid ergō retribuemus Domino pro omnibus quæ retribuit nobis, cum nos in sua cellaria introducere dignatus est? Pro illis quidem instituta est Eucharistia, in sacrificium laudis, & gratiarum actionis. Hoc enim significant etiam verba illa, *Hoc facite in meam commemorationem;* id est, Hoc offerte commemorando cuncta bona quæ vobis præstiti, & pro illis gratias agēdo. Hoc ipsum fecit sponsa, cum introducta in cellaria subdit, *Memores vberum tuorum super vinum.* Quod iuxta proprietatem vocis Hebrææ, alii sic vertunt, *Commentabimur, & in memoriam reuocabimus vberā tua super vinum.* Ac si dicat; Postquam me in tua cellaria introduxisti; hoc valde curo, vt commenter, & in memoriam reducam, & quasi commentarium faciam huius beneficii, & omnium bonorum, quæ ab vberibus tuis mihi prouenerunt, vt per actiones gratiarum, & iuges laudes me ubi gratam exhibeam. Nihil enim gratius Deo offerre possumus pro collatis beneficiis, quam mox grates persoluere, ipsa dona recolendo, numerando, & ipsu-

Luc. 22. v.

[illegible] va[illegible]o; sed quoniam lo-A g[illegible]t, [illegible]otare cuncta, & sin-gula be[illegible]a in ce[illegible] accepta, commemo-rat, quod summum est, & alia comprehendit, [illegible]m ait, *Memores vberum tuorum*; alludens ad causam & f[illegible]ntem beneficiorum, qui est amor Dei, quasi maternus, vt supra vidimus. Aut [illegible]rte, quoniam specialiter nunc reminiscitur, & recolit ea beneficia, quæ filiis vnice dilectis cõ-feruntur. E[illegible] quia lex gratitudinis est plus amare dantis affectum, quam donum; affectus autem diuinus est immensus eius amor; ideo non ait, memores donorum tuorum, sed vberum tuo-rum; id est, amorum tuorum, quibus filios tuos prosequeris, nutris, & lactas. Quando ergo in contemplatione D[illegible] beneficia re[illegible]olis, vt ipsum laudes, v[illegible] lex ipsis proficias, magis perpende B amorem benefactoris, quam beneficium. Nam licet [illegible]liquando beneficium sit infinitum, vt cũ seipsum dat, sicut in incarnatione & Euchari-stia euenit tamen cum donum ex se est paruum, amor semper est m[illegible]gnus, & paratus est maiora dare, si expediret. Vnde præstat magis in me-moriam reu[illegible]care vbera, quam lac, & amorem quam donum, vel donum vt amori coniun-ctum.

His a[illegible]cedit quod beneficia Dei non sunt, si-cut [illegible]m[illegible], [illegible]uæ cito arescunt, & deficiunt, v[illegible] [illegible]tuatione non pendent. Et [illegible]te, [illegible]pra diximus, vino ex vuis iam c[illegible]ur; at illa sunt perpetua, & [illegible] voluntate conseruante continuo pe[illegible]. Ideoq; ab sponsa vocantur vbera, sub q[illegible]ne ita recolit præterita, quod etiam agno[illegible] præsentia, imo & sperat futura; nam ex e[illegible]quo[illegible] grato animo recolit beneficia; fiunt illi quasi vbera, quæ nouum emittunt lac: di-gnus est enim vir gratus, vt nouam accipiat gra-tiam. Memorabor ergo, Domine, vberum tuo-rum, quæ sunt super vinum, & super omne da-C tum bonorum, & super omnem eorum amo-rem, quia iustum est, me enarrare mirabilia tua, & commentari magnitudinem amorum tuo-rum.

2\. *Opera misericordiæ præcellere operibus iustitiæ.* Sed adhuc subtilius hæc verba perpẽdamus. Duo enim sunt operum Dei genera, quædam, quæ ad eius charitatem & misericordiam spe-ctant, quædam vero quæ eius iustitiam & vindi-ctam indicant. Priora vocantur vbera, posterio-ra, vinum. In huiusmodi igitur cõtemplatione, ait sponsa, commentabimur, & erimus *Memores vberum tuorum super vinum*. Id est; magis recole-mus tua insignia beneficia, quæ opera sunt cha-ritatis, & misericordię tuæ, quam vini quod o-pera tuæ iustitiæ reptæsentat; nam illa sunt su-per hæc: scriptum enim est, *Suauis Dominus vniuer-sis, & miserationes eius super omnia opera eius.* Et rur-sus. *Misericordia superexaltat iudicium*; id est, exal-tat se super iudicium: nam valde Deus super-exaltatur operibus misericordiæ suæ, iuxta illud Isaiæ, *Expectat Dominus vt misereatur vestri, & ex-altabitur parcens vobis.* Vnde Diuus Paulus per quandam antonomasiam, Dei misericordiam vocat Dei gloriam, quia in ea summe glorifica-tur, *Omnes* (inquit) *peccauerunt, & egent gloria Dei*, Id est, egẽt diuina misericordia, in qua maxime splendet diuina gloria. Propter quod in oratio-ne & cõtemplatione expedit memorari misera-

Ps. 144. v. 9.
Iac. 2. v. 13.
Isa. 30. v. 18.
Ad Rom. 3. v. 23.

tionum Domini, & eas magnificare, sicut Isaias docet, dicens, *Miserationũ Domini recordabor, laudē Domini super omnibus quæ reddidit nobis Dominus, & super multitudinem bonorum domus Israel, quæ largitus est eis secundum indulgentiam suam, & secundum mul-titudinem misericordiarum suarum.* *Isa. 63. v. 7.*

Sed nõ existimes per hoc licere obliuisci di-uinæ iustitiæ, imo etiam oportet in memoriam reducere opera illius, sicut & opera diuinę mise-ricordiæ, sed huius magis: & ideo spõsa non di-xit; memores vberum tuorum, & non vini, sed super vinum, seu plusquam vini; quoniam scie-bat vtrorumq; operum memores esse oporte-re. Iustitiæ quidem, vt timorem incutiat, contra præsumptionem; misericordiæ vero, quæ spem erigat contra pusillanimitatẽ: nam timore & spe secure in via Domini currimus, ascendimus, & volamus. Vnde Dauid vtriusq; memor, dicebat, *Misericordiam, & iudicium cantabo tibi, Domine*; sed *Ps. 100. v. 1.* misericordiæ prius, quia *Meliora sunt vbera tua* *Can. 1. v. 1.* *quam vinum.* Nam etsi diuinę perfectiones in se-ipsis æquales sunt, vbera tamen diuinæ miseri-cordiæ nobis vtiliora & iucundiora sunt, quam vinum iustitiæ, & ipsi Deo magis propria.

Vnde nõ sine mysterio de vberibus loquens vocat illa, *tua*; de vino, non ita. Non enim dicit, super vinũ tuum, sed absolute, super vinum: eo quod vbera misericordię competūt ei; quasi ex propria & natiua propẽsione; etsi nostra meri-ta id non exigant, imo contrarium exposcant. Miseretur enim peccatorum, contra quos iuste potuisset irasci, & vindictam de eis sumere; & ideo Ecclesia canit, *Deus cui proprium est misereri semper, & parcere.* At vinum iustitiæ, & vindictæ non tam oritur ex Dei propẽsione, quam ex no-stris meritis, Deum cogentibus, quasi inuitum, vt de peccatoribus rebellibus vlciscatur. Et id-eo hoc opus putat quasi à se alienum, & de eo quasi tristatur, sicut Isaias testatur, dicens, *Sicut* *Isa. 28. v. 21.* *in monte diuisionum stabit Dominus, sicut in valle quæ est Gabaon; irascetur, vt faciat opus suum, alienum opus eius, vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo.* En vbi vindictam vocat opus suum, & opus alienum, ac peregrinum ab eo; suum quidem, quia decretum est ab ipso, aut quia iustitia etiam est proprietas, ac perfectio diuina, sine qua Deus non esset perfectus; alienum autem & peregri-nũ, quia ex proprio ingenio & natura, mitis est & liberalis, & ad miserẽdum pronus, ad suppli-cium autem inferẽdum trahitur, velut inuitus, & gemens, propter scelera nostra, & ideo dixit, *Heu! consolabor super hostibus meis, & vindicabor de i-nimicis meis.* Non enim est voluntatis meæ, dicit *Isa. 1. v. 24.* *Ezech. 18. v. 23.* Dominus, mors peccatoris, sed magis vt cõuer-tatur, & viuat. Cum igitur lex Euangelica nõ sit lex timoris, sicut antiqua, sed amoris, & charita-D tis, ideo sponsa introducta in cellaria Euangeli-cæ legis, ait, *Memores vberũ tuorum super vinum*; quā lex ipsa tua nos inuitat, vt magis memores mur a-moris, & misericordiæ, quã iustitiæ & vindictæ.

Sed placet lectionem horum verborum põ-derare, cum distinctione duplicis orationis in illis, in hunc modum, *Commentabimur: vbera tua* *super vinum*, seu, *amores tui pra vino*; vt prima ora-tio per comam sistat in verbo, commentabi-mur; sitque sensus vniuersalis, & sine limite; reuocabimus in memoriam cuncta quæ inter te & nos gesta sunt: nempe culpas, à quibus nos li-berasti; *Ita legit Loysius Le-gionensis.*

betasti; pericula à quibus eruisti; tentationes, tribulationes, molestias, ægritudines, & cætera quæ passi sumus, & per te superauimus, & præterea cuncta, & singula beneficia, & dona tā naturæ, quam gratiæ, quæ nobis largitus es; sed beta tua, & amores tui super vinum: horum præ aliis memores erimus, quia hæc sūt aliis pretiosiora, & iucūdiora. Nec est aliud, quod eis possit æquiparari; amor enim tuus super omnia eleuatur, omnia comprehēdit, omnia ad se trahit, & reducit. Hunc præclarum sensum dilucidius habent verba sponsæ, in cap. 2. cum iterum ait, *Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem, seu vexillum eius super me charitas*, quod suo loco fusius explanabitur.

Cant. 2. v. 4.

§. 4.

CVNCTA quæ diximus ad hoc tendunt, vt libenti & grato animo coram Deo enumeremus, enarremus, & magnificiamus eius præclara beneficia nobis nota. Sed quoniam plurima sunt occulta, quę narrare nequimus, pro quibus tamen & tenemur gratias agere, oportet etiam animū applicare ad ea aliquomodo indaganda; & magnificienda, vt grates iucundius persoluamus. Ad quod nos verba sponsæ & exhortatur, si sequamur versionem supra allegatam, *Olfaciemus, & odorabimus vbera tua*. Non solum sugemus lac ex vberib. tuis, sed olfaciemus illud; & odorabimus pretiosissima vnguenta, quibus vbera sunt delibuta, emittentia suauissimum odorem ad confortandum nos: vbi alium modum contemplādi occulta Dei beneficia nobis insinuat: Cum enim per olfactum rem absentem, distantem, vel absconditam indagemus, per odorem quem reliquit, eo etiam vtendum est in contemplatione; vt qui introductus est in Dei cellaria, & Dei beneficia contemplatus est, non solū memoretur eorum, quæ sibi manifesta sunt, & nota, sed per illa odoretur alia complurima sibi occulta, quæ ex Dei vberibus procedunt, pro quibus etiam gratias agat. Diuina enim prouidentia, vt notat Diuus Chrysostomus, ita disposuit bona elargiri nobis, vt quædam sint nobis nota, prouocans nos ad persoluendas grates, non propter suum commodum, sed propter nostrum, quod est maximum. Cæterum ne suspicaremur eo fine eum elargiri beneficia, vt grates extorqueat, sed gratis, & spontaneè, quia bonos est, multa confert secreto nobis ignorantibus. At nos qui hæc in genere nouimus, debemus ea odorari; & eo quo valemus modo, gratias etiam agere, vt sicut petimus liberari à peccatis occultis, ita glorificemus Deum, pro occultis beneficiis. Sed accipe Diui Chrysost. verba, quæ pulcherrima sunt; Plurima & magna quotidie Deus pro salute nostra disponit, quæ sibi soli sunt nota; quia enim sola bonitatia suæ gratia mortalibus per omnia prospicit, nihil nostris indigens laudibus, nullaque alia remuneratione opus habēs, plurima nos latere permittit: sed si aliquando hæc reuelat, & id nostræ vtilitatis causa facit; vt gratias illi semper referentes, ex hac gratitudine nostra amplius nobis attrahamus illius auxiliū. Non igitur de iis solum quæ nouimus gratias illi referamus; neq; enim volentes solum, verum inuitos quoq; & nolentes beneficiis cōsueuit afficere. Quod D. Paulus

De beneficiis occultis.

C

In lib. 1. de prouidentia.

D

A ... nouerat, cu... per, & in omnib... tias agere monebat. Hactenus Chrysostomus.

Tandem qui ... oductus est in cell... vel raptus in para... sum, aut tertium cœlum, & eleuatus ad sublimem Dei contemplatione vbi cœleste gustauit conuiuium, & lact... tus est à diuinis vberibus, quia hæc breui tēpore tra... consueuerunt, debet odorare, & ... ari Dei vbera, & in me... oriam reducere beneficia, quæ recipit: quorum recordatione veluti odore ac fragrātia suauissima roboretur, & excitetur denuo ad gratias Deo agendas, & ard... us ... gendum illum. Quod clarius indicat Septuag. versio, *Diligemus vbera tua*; id est hoc erit præcipuum opus nostrum in iis cellariis ... tes tuos, perfectiones tuas, vnde tua dona manant, & dona tua, vt à te procedunt quia hoc ipsum est diligere te qui prior dilexit nos. Id enim est dicere, diligemus amores tuos, & diligemus te, diligentem nos; quonodo enim non redamabimus te, qui ita nos amas? Hoc n. iustum est, & summe debitum. *Inde & recti diligunt te*. Sed de hoc in sequenti Exhortatione.

B

EXHORTATIO XVI.

De quintuplici rectitudine virtutibus annexa, & qua ratione dilexerint Christum, & ipse exaltauerit eas in se, & in Sanctis suis: & quomodo sunt à nobis diligendæ, & amplectendæ.

Recti diligūt te, *vel*, rectitudo dilexit te.

ABSOLVIT sponsa colloquium istud cum dilecto suo, dicens, *Recti diligunt te*, vel, vt vertunt Septuaginta, *Rectitudo dilexit te*, aut *Rectitudines diligunt te*. Alii autem variis modis vertūt. Et quamuis mos sit Hebræis abstractis nominibus pro concretis vti ad aliquid amplificādum, vt idem sit rectitudo, quod homo rectissimus; tamen in hoc loco vltra hoc sublimiorem habet sensum, præcedentibus annexum: quasi spōsa dicat, Lætabimur in te memores vberum & amorum tuorum, qui vinum cuiusuis alterius amoris excedunt; eo quod te diligunt rectitudines, id est omnes gratiæ, virtutes, lepores, & omne decus, & quidquid laude dignum esse potest: quare nihil mirum, quod ita diligamus te. Declarandum est igitur, quid potissimum sint istæ rectitudines, quomodo desiderauerint, & dilexerint Christum, & Christus vicissim dilexerit eas, & ipsæ propter eum nos diligant, vel nos eas diligere debeamus.

Orig. Æqualitas dil gere.

Virtutes dici rectitudines, quinque de causis, & per Adæ peccatum esse deperditas. §. 1.

SVpponendum igitur est virtutes ipsas merito rectitudines vocari, quoniam ipsarum essentia, & perfectio in rectitudine, & æquitate consistit, omni curuitate & iniquitate summota. Quintuplex autem rectitudo quamcumq; virtutem comitatur, si perfecta sit. Prima est rectitudo iudicii, quæ sita est in veritate ipsius, seu in confor-

co[...] ad [...] vestra[...]e[...], absq; al[...] vel econe-m[...] po[...] iuxta illud Da-uid [...] Quod ma[...] te-

Ps. 7. v. 1[?] & v. 24. de[...] dicitus, *Nolite secum [...] tem iuditiare, sed iustu iudicium iudicate.* Post hanc

2\. [...] rectitudo est intentionis, quæ dirigitur a[...] ultimum finem, qui Deus est, & ad propriu[m] finem, seu scopum ipsius virtutis, non distor-quens eam ad contrarios: nam, *iustum*, vt dixit

Sap. 10. v. 10. Sapiens *Deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei*, ad quod, scilicet, viæ rectæ ten-dunt, vt ipsum quærant, & assequantur. Hinc

3\. tertia est rectitudo affectus ad verum bonum, honestum, & Deo gratum, non incuruando il-lum ad bonum terrenum, vtile, vel delectabile, quod [...] adurescitur, & hæc est quam Dau[i]d vocat cordis rectitudinem: vnde sæpius rectos

Ps. 7. v. 11 Ps. 31. v. 11. corde commendat, quia rectum erga Deum ha- B bent affectum. Et hinc manat quarta rectitudo

4\. locutionis, quæ consistit in veritate, seu confor-mitate, ad id, quod vere est in mente, omne ex-cludēs mendacium aut falsum vel dolosum, aut cauillatorium, dictum animo alterum decipiē-di, quæ rectitudo iudicium est perfectæ virtutis,

Iac. 3. v. 2. Pro. 16. v. 13 & Deo valde grata; nam, *Voluntas regum labia iu-sta, & qui recta loquitur, dirigetur.* Et tandem vlti-

5\. ma est rectitudo operis, non declinādo ad dex-teram, neq; ad sinistram, nec in vitiorum extre-ma, per excessum, aut defectum. Et hæc est, quæ in Scriptura vocatur via, aut semita recta, cū di-citur, *Rectas facite semitas eius.* Cuncta hæc com-

Luc. 3. v. 4. Sap 10. v. 10 plectitur spiritus ille, quem sibi exoptabat Da-uid, dicens, *Spiritum rectum innoua in visceribus*

Ps. 50 v. 12 *meis*: & spectant ad perfectionem, quam Deus benigne primis parentibus contulit in suo felici

Eccl. 7. v. 30 innocētiæ statu, de quo Ecclesiastes inquit, *Deus*

Ex D. Aug. de corre-ptione & gratia c. 10 *fecit hominem rectum, ipse tamen infinitis se immiscu[it] quæstionibus*; id est, in omnes difficultatibus, re- C pugnantiis, & contradictionibus, quæ proueni-unt ex rebellione carnis contra spiritum, & ap-petituum contrarietationem, & quinque has vir-tutum rectitudines obruunt, distorquent, & di-lacerant, vt vix inter homines locum habitatio-

Ps. 13. v. 2. nis inuenerint, iuxta illud Psalmi, *Dominus de cœ-lo prospexit, vt videat si est intelligens, aut requirens Deum, omnes declinauerunt*; scilicet, a rectitudine veritatis, & virtutis, *Simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsq; ad vnum.* Quod etiam

Is. 59. v. 14 lamentabatur Isaias, dicens, *Conuersum est retror-sum iudicium, & iustitia longe stetit, quia corruit in plateis veritas, & æquitas non potuit ingredi*, scilicet,

Michæa 7. v. 2. & 4. *in domos eorum.* Sed clarius Michæas, *Periit sanctus de terra, & rectus in hominibus non est, & qui optimus in eis est, quasi paliurus, & qui rectus quasi spina de sepe.* Paliurus autem, & spina, teste D. Hieronymo, D appropinquantem sibi aduneo vngue compre-henduut, pungunt, & vulnerant.

Simile. Hinc factum est, vt rectitudines seu virtutes (si humano more loquendum sit) post lapsum Adæ, non solum non diligerent homines, sed quasi fugerent, & horrerent in eorum ingredi hospitium. Sicut viator horreret intrare in di-uersorium aliquod, si sciret stabulariū esse cru-delem, inhumanum, & deceptorem, qui hospi-tes fame, siti, & cōtumeliis vexaret, & intempe-stiue è domo violenter pelleret. Sic igitur virtu-tes, maxime supernaturales & infusæ, fastidire, &

A h[...] dicitur hospitis quia inhumane, sæue, & [...] eiusce tractarentur ab illis, & sæpius vix i[...] il[...] subito per lethale peccatum ea ex-p[el]l[...], et cum vitiorum habitibus, & passioni-bus [...] degere permittūt, innumeris sceleribus m[...] dehonestant, fame, siti, ac nuditate ve-xant; nam cum virtutes suis actibus reficiantur, vestiantur, & ornentur, illis otiosas sine operi-bus retinēt; & cum ex se sint fœcundæ, prolem-que bonorum operum concupiscant, eas sterili-tatis opprobrio affligunt. Deniq; cum virtutes semper cœlestia & superna appetāt, quidni hor-rerent hominum corda ad terrena, & ima sem-per propensa, & immensa? Rectus Deus (ait D. *Ser. 24. in Cant.*

Bernardus) rectum fecit hominem, similem si- "
bi, & corporis staturam dedit illi rectam, forsi- "
tan, vt ista corporea exterioris, vilioris; figmē- "
ti rectitudo hominem interiorē qui ad imagi- "
nem Dei factus est, spiritualis suæ seruandæ re- "
ctitudinis admoneret, & decor limi deformita- "
tem argueret animæ; quid enim indecentius, quā "
recto corpore curuum gerere animū? Peruersa "
res est, & fœda, luteum vas, quod est corpus de "
terra, oculos habere sursum, cœlos libere suspi- "
cere, cœlorumque luminaribus oblectari aspe- "
ctus, spiritualem vero cœlestemque creaturam "
suos è contrario oculos, id est, internos sensus, "
atque affectus trahere in terram deorsum: & "
quæ debuit nutriri in croceis, hærere in luto, "
tanquam suam de suibus, amplexari q; stercto- "
ra. Erubesce anima mea, diuinam in pecorinam "
commutasse similitudinem. Hæc Bernardus. Mansit igitur homo post Adæ peccatum spiritu incuruatus, sicut mulier illa, quæ teste D. Luca, decem & octo annis erat corpore inclinata, nec poterat sursū respicere, q̄ ita alligauit Sathanas, donec Christus Dominus à vinculo isto soluit. *Lu. 13. v. 11 & 16.*

C *Virtutes desiderasse aduentum Christi, vt eas ad perfe-ctum statum reduceret.* §. 2.

PROPTER hæc igitur virtutes suæ rectitudi-nis nimium amantes, sponsum diligebant, & Messiæ aduentum ardenter expectabant, vt illis pristinam, & sibi optatam perfectionē restitue-ret. Hoc enim significāt verba illa, *Rectitud. dile-xit te*; aut, *rectitudines diligunt te*; id est, nimio te a-more prosequuntur, & tecum cohabitare desi-derant. Primum quidem, quia sciunt in te om- I.
nem suā rectitudinem perfectissime habituras, & honorifice à te colendas, opipare reficiēdas, insignium fœcūdandas operum prole, nec vn-quam à tuo hospitio reiiciendas. Vnde cum pri-mum Verbum caro factum est, dilexerunt illud, eique sociatæ, & summo amore cōiunctæ sunt, D quod prænūciasse videtur Isaias, cum dixit, *Ap-prehendent septem mulieres virum vnum in die illa, dicentes; panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur, tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum.* Quem locum eleganter sic explicat Diuus Hieronymus: In ad- *Is. 4. v. 1. Ibidem.*
uentu Saluatoris septem mulieres, id est, septem "
gratiæ Spiritus sancti; de quibus in consequen- "
tibus idem Propheta dicturus est, *Egredietur vir- "
ga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & re- "
quiescet super eum Spiritus Domini, spiritus sapientiæ, "
&c.* apprehendent Iesum, quem multo tem- "
pore desiderauerant, quia nullum alium pote- *Is. 11. v. 1*

„ rant inuenire, in quo æterna statione requiesce- A
Ioa. 1. v. 33. „ rent. Vnde & Ioannes Baptista refert, qui misit „ me, ipse mihi dixit; super quem videris spiritum „ descendentem, & manentem super eum, ipse „ est. Quod autem gratia sancti Spiritus cuncta „ possideat, expositione non indiget. Sed quia in „ hominibus semper patiebatur opprobriū, ou- „ lo viuente vt Spiritus sancti dona poscebant; „ propterea Iesu nomen sibi cupiunt inuocari, vt „ quod in lege imperfectū erat, in Euangelio cō- „ pleatur. Ita D. Hieronymus. Vides omnes virtutes non rò septenatio comprehensas Christum Dominum diligentes, & amplectentes, quæ quamuis dicant suo proprio pane, & vestimēto vsuras esse, eo quod proprus actibus, vt diximus, pascuntur, & operiuntur: tamen ad hoc etiam exoptant Christo cōiungi, in quo pretiosiorem pastum & ornatum sortientur, omni opprobrio in maximam gloriam commutato. Assumpsit B autem omnes in primo instanti suæ conceptionis, tam immēsa plenitudine perfectionis, sicut decebat vnigenitum Dei Patris: quas rectitudines ita integerrime retauit, vt nihil toruū, nihil distortum, nihil non rectū vnquam fecerit, vel admiserit, sed semper quod rectum erat, & ipsa rectitodo dici possit.

2. Hinc est quod Christus Dominus cum primum natus est in mūdo, cœpit virtutes in seipso exaltare, & honorificare. Ideo enim elegit pau-
Luc. 2. v. 7. perem matrē, vile diuersorium, & humile præsepe, in quo mox vt natus reclinat° est, quia gloriabatur de paupertate, & humilitate, & eas in se glorificare cupiebat. Nam sicut reges qui denuo regnū suum ingrediuntur, pretiosissimis induūtur vestibus, quæ regiam indicent maiestatem;
Isa. 6. v. 10. ita Christus Dominus ingrediēs mundum, non aliis indumētis, quam heroicis virtutibus se ornate voluit, quasi spōsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis: vnde C
Matt. 5. v. 3. cum primum prædicare cœpit, mirifice extulit virtutes omnes, vt illas hominib. amabiles redderet, deinceps; exoptarent eas in suo hospitio recipere, & cum illis intimam societatem habere. Propter quod aperiēs os suum à commendatione virtutum, quas homines horrebāt, prædicare cœpit, dicens, *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum: beati mites, quoniam ipsi*
Simile. *possidebunt terram*, &c. Quod miro artificio disposuit instar patris habentis filiam nubilem, prudentem quidem, & optime morigeratam, sed exterius deformem, paruam & cōtemptibilem; volens autem eam viro nobili despondere, vt libenter annuat, nimium auger dotem, munera offerre, ornatum, ac supellectilem pretiosam, vt pulchritudinis defectū ditissima suppleāt sponsalia: sic cum Christus Dominus videret paupertatem, mansuetudinem, cæterasq; virtutes, in se quidem pulcherrimas, & valde concupiscibiles, sed exterius apud homines deformes, D & despicabiles, auxit supra modū dotem & spōsalia, vt ardēter eas concupiscant. Qui (inquit) spiritus paupertatem in spōsam acceperit, accipiet etiam pro dote regnum cœlorum, & quia dus partim datur statim ad matrimonii onera subleuāda, partim promitti solet in hæreditatis
Mat. 19. v. 29. successionem; vtrumque complectitur dos ista
Mar. 10. v. 3. regni cœlorum, cum cētuplum detur in hoc seculo, & in futuro vita æterna; & qui assumpserit

mansuetudinem, dabitur [illegible] ra viuentiū, qua iucunde [illegible] æternum potietur. Ad hunc igitur modum reliquis virtutibus præclari adiunxit præmia, tū in hac vita, tū in futura possidenda, vt superius diximus, quæ illas redderēt hominibus amabiles.
Qua phrasi vtitur Salomon in hoc Cantico, dū inquit; *Soror nostra parua, & vbera non habet: quid faciemus sorori nostræ in die qua alloquenda est? Si murus est, ad ficemus super eum propugnacula argentea: si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis.* Quæ verba iuxta tropologicum sensum, cuilibet virtuti aptari possunt, cuius sollicitudinem Christus gerit, vt eam hominib. s de pendeat; sed quia illis parua apparet, & et is. & inuenda, ac vilis, ait; Quid faciemus ei, cum de eius sponsatione agatur: Est quidem quasi murus fortis & fortis contra vitia, & diaboli tentamenta. Sed quia ab illis despicitur, ad ficemus super eam propugnacula argētea, pulcherrima, scilicet, ac splendidissima præmia, quæ suo splendore & cādore illum condecorent, & desiderabilem faciant. Est quidem velut ostium ad introeundum in cœlum, sed quia angustum & horridum videtur, cōpingamus, & ornemus illud bellis tabulis cedrinis, nimirū præclaris fauoribus, & gratiis, quæ illud dilatent, & speciosum reddant, sicque fiet, vt dignum sibi inueniat sponsum.

Virtutes dilectas, & magni habitas a Sanctis, ipsasque diligere illos. §. 3.

SVCCESSIT tes Christo ex animo. Per illum enim præstitum est, quod virtutes exaltarentur in opinione hominum, multique insigniter eas diligerent, & amplecterentur eius exemplo, doctrina, ac promissis adducti. Vnde postquam Isaias dixit, *Apprehendent septem mulieres virum vnum*, &c. subdit, *In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio his qui saluati fuerint de Israel.* Eo quod ex Christo germinabunt, & pullulabunt plurimi sanctitate, & gloria magnifici, virtutū fructibus sublimes, in quibus ipsæ virtutes requiescent, & fertiles erūt, cum ingenti gloria, & exultatione. Quod videre licuit in primitiua Ecclesia, & modo in religiosis familiis, imo & inter seculares etiam, cum multi sint, qui egregie virtutes colant, & amplexētur, ipsæ virtutes diligant illos, & gaudenter commorentur in eorū cordibus. Vnde multi Patres hæc verba, *Recti diligunt te*, vel, *rectitudines diligunt te*; dicunt esse adolescentularum laudantium sponsam; cuius tanta est pulchritudo, vt sponsus Christus (inquit Nyssenus) qui est ipsa rectitudo, diligat te; ipsæ etiam virtutes te summo amore prosequuntur, & quidquid rectum est, in te tanquam in hospitio sibi apto esse concupiscat, vt secure ibi diu permaneat. Æquitas (ait Ambrosius) dilexit te, quia non flexuosa itinera te sequūtur, sed solus ad te potest iustitiæ trames peruenire. Felices viri, quos Christus rectitudo & iustitia nostra dilexit, ex cuius dilectione oritur, quod ipsæ rectitudines, & virtutes diligant illos, & diligantur ab illis.

Sunt quidē aliqui specialiter à Deo prælecti; qui à natiuitate sortiti sunt animam bonam, ad virtutem propēsam, & insuper singulari gratia præ-

Margin (right): Ezech. [illegible]; D. Th. [illegible]; 1.; Isa. 4. v. 1.; Orig. hō 1. ex duabus & hō 1. et quatuor D. Amb. & Ber. & alii; Ser. 1. in Ps. 118. v. 1.; 2.

cia præuenti, quæ naturalē inclinationem perfi- A ceret, & eleuaret ad cœlestia veluti Iob, qui dicebat, *Ab infantia creuit mecum miseratio, & de vtero matris meæ egressa est mecum.* Id est, ab ineunte ætate misericordia fuit mihi chara, & mecū amicabiliter cōuiuebat, quia à natura erat quasi indita mihi; ita cum aliis Sanctis quasi de vtero egressa est pudicitia, & modestia, in aliis vero fortitudo, & patientia, aut liberalitas & magnificentia, & hæ virtutes quasi diligunt illum, & cum eo peculiarem habent amicitiam: sicuti fere omnes habuerunt cum Christi Domini præcursore, qui cum Spiritu sancto omnigena virtute repletus est, adhuc ex vtero matris suæ, & aliis huiusmodi.

Iob 31. v. 18 Vide sup l. 2. Exho. 19

Ioan. Bapt.

Qua ratione Ecclesiasticus dixit, *Initium sapientiæ timor Domini, & cum fidelibus in vulua concreatus est, & cum electis fœminis graditur.* Dicitur autem B concreatus, quia statim à principio accipiunt hoc donum, quo sunt ad pietatem, & cultum Dei proclives, aut quia sic illis adhæret, & est infixus Dei timor, postquam fideles sunt, vt videatur illis inesse quasi ex naturali complexione, in qua etiam optimum habet fundamentum; ita Deo disponēte naturam, vt vna cum gratia suauiter progrediatur in diuino cultu. Subiicit autem, *Et cum electis fœminis graditur*; quia in his potissimum hoc donum vigere solet.

Eccl. 1. v. 16

3. De recti-tud ne B. Virginis ab instāti suæ conceptionis.

Sed hoc sine hyperbole de beatissima Virgine fœminarum electissima, dici posse verissime credo; cū quam vulua ab ipso primo suæ conceptionis instāti timor Domini concreatus est, & simul cū anima concreata est Dei gratia, & cum illa perpetuo amicabiliter gradiebatur. Christus enim, qui est *rectitudo, dixit te*, ô Virgo beata; & ideo, *rectitudines dilexerunt te*, & diligunt te; singulari quadā ratione: nam cum cæteri viri & fœminæ in peccatis sint concepti, à rectitudine deuii, & in terrena propēsi, ac ipsa iniquitas videatur eos dilexisse, quia in ipso conceptionis momento amplexatur illos, quibus iis inhæret, C vt nō nisi post multos dies per sacramentum diuelli possit: at tu, sponsa electissima æterni regis, semper fuisti recta, sursū eleuata, & directa; iniquitas fugit à te, & æquitas te dilexit, & amplexata est, cum primum esse cœpisti; omnesque virtutes vehementer esse tecum desiderabant, & gaudebant, quia in te præclarum habebant, & iucundum hospitium, à quo nunquam essent expellendæ, nec vllo modo maculandæ. O virga de radice Iesse, semper recta, & nunquam curua, quia ex te ortus est flos campi, Saluator noster, super quem requieuit semper septemplex Spiritus Domini, & per ipsum singulari priuilegio similiter requieuit in te. Gaudeo quod rectitudines te ita dilexerint, & tu dilexeris eas, vt opprobriū quod in aliis hominibus patiūtur, singulariter abstuleris. Vtinam per te etiam diligant nos, & nos eas, vt itinere recto gradiantur D nobiscum, & nos cum illis.

Qualis rectitudo sit à nobis diligenda, & qui dicantur recti coram Deo. §. 4.

1. NOn ars autem, quibus datum non est, sicut prædictis viris, quod virtutes ab innata inclinatione suauiter prodeant, quin potius caro vehementer repugnet, & sensus ab adolescentia in malum propendeant, peruersaq; cogitatio in peccatū pertrahere conetur, ea virtutis rectitudo eligenda & amplectēda est, quæ recto itinere post Christum graditur, eius sequens vestigia, omnē carnis, & amoris proprii renitentiam viriliter vincens: ad modum quo scriptum est de duabus vaccis, quæ portabant arcam Dei; & licet vitulos, quos lactabant, domi relictos relinquerent, *ibant tamen in directum per viam, quæ ducit Bethsames, & itinere vno gradiebantur, pergentes, & mugientes, & non declinabant neque ad dexteram, neque ad sinistram.* Quid (inquit D. Gregor.) vaccæ, nisi fideles quosque designant, qui dum sacra eloquii præcepta considerāt, quasi super positam sibi arcam Domini portant: quas fœtas fuisse memoratur; quia plerique in viā Dei intrinsecus positi fotis carnalibus affectibus ligātur. Et non declinant à recto itinere, qui arcam Dei portant in mente, sed Bethsames pergunt; quæ domus solis interpretatur. Si ergo ad æterni solis habitationem tendimus dignum profecto est, vt de Dei itinere pro carnalibus affectibus non declinemus. Vaccæ autem Dei plaustro suppositæ pergunt, & gemunt, dant ab intimis mugitus, & tamen ab itinere nō deflectunt gressus, amorem quidem per compassionem sentiunt, sed colla posterius nō reflectūt. Sic sic necesse est vt incedere debeant fideles, quatenus per hoc quod propinquorū necessitatibus condolent, à cœpto rectitudinis itinere non declinent. Hæc D. Gregorius. Quibus adde hos gemitus & carnis renitentias nihil nobis nocere; nec veram virtutis rectitudinem tollere, si à recto itinere propter illas non deflectamus. Nam esto aliquantulum contra eos stare videantur, tamen pugna contra illos multum prodest ad meritū, dummodo iusti instar vaccarum, nec à se inuicem per discordiam separētur, nec legem Dei, quam portāt, à se excutiant, nec ab aff. ctibus prauis distorqueantur, vt iter rectum relinquāt, nec ob prospera vel aduersa ab eo recedāt.

1. Reg. 6. v. 12.

Ho. 37. in Euan. & lib. 7. Mor. c. 34.

2. Tunc autem vere dicentur coram Deo recti, quia quinq; virtutum rectitudines supra commemoratas retinēt: nam recta dicūtur, quæ suæ regulæ sunt confórmia; nempe regulæ rationis, legis Dei, ac diuinæ volūtatis, quæ omnium est prima ac suprema regula; iuxta quam qui recta sentiunt, intendunt, amant, loquuntur, & operātur, recti dicuntur; & qui hæc diuidere conantur, recti non sunt. Nam propter hoc dixit Dominus ad Cain, *Si recte offeras, & non recte diuidas, peccasti.* Quod sic explicat D. Aug. Si proponas recte offerre, tamen in executione nō recte obserues omnes debitas circunstantias, finis, loci, tēporis, & cætera huiusmodi, sed male eas diuidas, peccasti: & quamuis recta sentias per fidem, si non rectam tamen habes intentionē, vel obliquum retines affectum, aut distortum opus, nō rectus es, nec Deo places. Rectū (inquit Diuus Bernat.) te dixerim, si recte in omnibus sentias, & factis nō dissentias, inuisibilis enim animi statum nunciet fides, & actio; recte quidem quodcumq; horum offers, recte autem ab altero non diuides. Noli esse rectus oblator, & prauus diuisor. Quod diuidis actū à fide? Inique diuidis, fidem perimens tuam: nam fides sine operibus mortua est. Non mirum si Cain insurrexit in fratrem, qui prius suam occiderat fidem. Quid miraris, ô Cain, si ad tua non respicit munera,

Gen. 4 v 6 iuxta Sept. Lib 5. de ciuit. c. 7.

Serm 24. in Cant.

qui te despicit? Nec mirum si non respicit te; quia ita diuisus es in te, si manũ deuotioni, quid animum das liuori? Non concilias Deum tecũ, discors tibi; & si nec dũ fratricida, iam fideicide tenetis. Hæc & alia prosequitur D. Bernardus cõtra eos, qui commemoratas rectitudines male diuidũt, & ob prauam diuisionem virtutes interimunt, & ideo vere non diligunt Deum: nam de solis rectis dicitur, *Recti diligunt te.* Cuius duplex est sensus.

3. Primus, qui te vere diligũt, hi sunt recti: nam vera Dei dilectio omnes rectitudines ad se trahit, & in diligẽte congregat. Ille est quę recte offert, & recte diuidit, recta loquitur, & operetur; quia iuxta dilecti Dei volũtatem cuncta sua disponit. Alter sensus est, qui vere sunt recti; hi tantum diligunt te. reliqui vero qui recti non sunt, nõ te diligunt, nisi forte verbo & lingua, non tamen opere & veritate; nam cor eorum longe est à te, ad seipsos, & ad terrena incuruatũ. Nullus ergo te Domine diligit, nisi rectus, & nullus est rectus, nisi qui te diligit. Vtrumq; autem in cellariis Dei ediscitur, & obtinetur; & hic est potissimus fructus, quem intro ductio illa seu cõtemplatio intra cellaria parere solet, vt vidẽs anime dilecti sui Christi supremam rectitudinem recta esse appetat, omnesque rectitudinis gradus amplexetur, vt eum fortius & vehementius diligat, diligat autem, vt rectior in dies euadat, & Christo in rectitudine similior, quod in sequenti Exhortatione amplius declarabitur.

Ita Diuus Greg. hic.

EXHORTATIO XVII.

De recta & simplici intentione in bonis operibus, & maxime in dilectione Dei: de gradibus eius vsque ad supremum, reiectis obliquis intentionibus.

Pro Fer. 4. vel 6. circa Euang. vel pro Festo S. Mar. Pont. & Conf. circa Euang. Si oculus tuus fuerit simplex.

Recti diligunt te.

PRIMAM deprecationem finiuit sponsa, dicens, *Adolescentulæ dilexerunt te*; id est, quia sciunt te habere vbera fragrantia vnguentis optimis, & oleum effusum esse nomen tuum. In hac vero secunda ad altiorem nos prouocat dilectionem, dum ait, *Recti diligunt te.* Non inquit rectę, sed recti, vt non de fœminis adolescentulis eam loqui putemus, sed de viris pronectis, fortibus, & magnanimis, qui viriliter agunt, vt ad perfectum Dei amorem ascendant. Vt autem non de quibusuis rectis, sed de rectissimis ac perfectissimis se loqui insinuet, abstracto nomine in Hebræo vtitur, *Rectitudo*, vel, *rectitudines diligunt te*; id est, illi qui ita sunt recti; vt ipsa rectitudo esse videantur, & omnes rectitudinis gradus sint assequuti; inter quos summe splendet apud iustos rectitudo intentionis, à qua reliqui potissimam desumunt virtutis rationem, & sanctitatem. Est autem intentio actus voluntatis mouentis se ad aliquem finem præcognitum assequendum, propter quem operatur, se, & omnia sua ad illum ordinens. Hic autem finis omnium præcellentissimus est Deus; sed quia à Deo multa procedunt bona tẽporalia vel æterna, corporalia vel spiritualia, honesta & vtilia, ac delectabilia; quæ intra cellaria Dei continentur, & cõspiciuntur, & ab vberibus eius profluũt; propter q̃ adolescẽtulæ, & imperfectæ animæ nõnihil deuiare solẽt à recta intẽtione intelligendi Deum, hæc præcauens sponsa, ait, *Recti diligunt te.* Id est, illi tantum, qui puram & rectam habent intentionem, diligunt te, propter te. Alii autem licet videantur diligere te, non te, sed se diligũt, quia in te propria bona quærũt. De hac ergo recta intentione, & simplici, de qua sæpius in hoc Cantico incidit mentio: nunc fusius agere necesse est, vt sponsi mentem assequamur, & sectemur.

Ita Septuaginta.

Quid est intentio.

Triplicem esse intentionem obliquam, & quam necessaria sit recta intentio. §. 1.

SED vt à notioribus incipiamus, præmittendum est, triplicem esse intentionem vitiosam & impuram in actionibus quæ ex se videntur bonæ, nempe venam, sensualem, & mercenariam: prima propriam quærit honorem & gloriem, secunda propriam delectationem, & voluptatem; tertia vero propriam mercedem, & commodum: ad quas mundani homines respiciunt; nam, teste D. uo Ioanne, *Quidquid est in mundo est concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* Vnde opera quæ ex hac intentione procedunt, quantumuis appareant bona, tantum habent virtutis imaginem & vmbram, non veritatem & essentiam. Nam virtus quasi ancilla seruire cogitur delectationi, vtilitati, vel honori; vera autem virtus, nõ est rerum temporalium ancilla, sed domina & libera, quę aliis imperare debet, & sibi subiicere, vt tamen per illam Deo fideliter seruiatur. Quod sic pereleganter explicat Diuus Augustinus, contra quendam Iulianum Pelagianum, qui virtutes vitiis cõfundebat. Omnibus (inquit) virtutibus non solum sunt vitia manifesta discretione cõtraria, sicut prudẽtiæ temeritas, verum etiam vicina quodam modo, nec veritate, sed quadam specie fallente similia, sicut ipsi prudentiæ astutia. Noueris itaque non officiis, sed finibus à vitiis discernendas esse virtutes. Officium autem est, quod faciẽdum est, finis vero propter quem faciendum est. Cum itaque facit homo aliquid, vbi peccare non videtur, si non propter hoc facit, propter quod facere debet, peccare conuincitur. Et paulo post. Quales virtutes Epicurus introduxit voluptatis ancillas, quæ omnino quidquid facerent, propter illam vel adipiscendam facerent, vel tenendam. Absit aũt vt virtutes veræ alicui seruiant, nisi illi, vel propter illũ cui dicimus, *Deus virtutũ conuerte nos.* Proinde virtutes, quæ carnalibus delectationibus, vel cõmodis temporalibus seruiunt, veræ prorsus esse nõ possunt. Quæ autem nulli rei seruire volunt, nec ipsæ veræ sunt, veræ quippe virtutes Deo seruiunt, in hominibus quidem à quo donentur hominibus: Deo seruiunt in Angelis à quo donantur Angelis. Hæc D. Augustinus, recte ostendens in virtutibus pręcipuam rationem habendam esse intentionis rectæ, præsupposita bone materia debitis circũstãtiis muniite, quod ipse officium vocat.

Diuus Bonauentura opusc. de 7. virtutibus itinere 2.

1. Ioan. 2. v. 16.

Lib. 4. c. 3. prope medium to. 7.

Nota.

Ps. 79. v. 20.

Fusius hoc ipsum explicat Diuus Bernardus, dicens, duo esse in intentione, quam ipse faciem animæ vocat; de qua Saluator, *Cum ieiunas, faciem*

Ser. 40. in Cant.

Mat. 6. v. 17.

A „ *cum tuam lana*; scilicet, rem & causam: seu quid „ intendas, & propter quid. Ex his sane duobus „ animæ vel decor, vel deformitas iudicatur. Si „ quis enim animum intendat veritati inquirendæ, atq; id solo veritatis amore, nonne is tibi videtur & rem & causam habere honestam? Quod „ si tum ine quidē veritatis desiderio, sed aut inanis gloriæ, aut curiositatis, aut qualiscumque „ commodi temporalis obtentu veritatem intenderit, nō dubitabis iudicare ex parte deformem, „ quem causæ fœditas turpitudo. Si vero nullis honestis studiis intendat, sed carnis illecebris, quales illi, quorum Deus venter est, & gloria in cōfusione ipsorum: ex vtraq; parte fœdissimus iudicabitur, in cuius intentione, res & causa reproba inuenitur.

Propter quæ summo studio curandum est, vt omnis obliquitas ab intentione repellatur, ne B vniuersum opus vitietur; sic enim interpretantur Diuus Augustinus, & alij Patres, quod Christus Dominus dixit, *Lucerna corporis tui est oculus tuus; si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit; si autem fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.* Oculus (inquit D. Gregorius) est suum opus præueniens cordis intentio, quæ priusquam se in actione exerceat, hoc quod appetit, contemplatur. Corpus vero vocatur vnaquæque actio, quæ intentionem suam quasi intuentem oculū sequitur: quæ si simplex, & pura est, totum opus illustrat, & rectificat: si autem nequam est, totum fœdum, & tenebrosum reddit. Deinde intentio (vt idem Sanctus docet) est basis operis, & cuiuscumque spiritualis ædificii: nam sicut fabrica columnis, & columnæ basibus innititur; sic vita nostra virtutibus, virtutes vero in intima intentione subsistunt. Si autē basis super arenam, vel terrā mobilem collocetur, & non super petram, & firmum fundamentum, cito C corruet ædificium: ita etiam si intentio nitatur temporali & apparēti bono instabili, & cito periturо, virtus subsistere non valet; imo non erit virtus: nam virtus ex propria natura stabilitatē & firmitatem petit. Fundāda est ergo intentionis basis supra bonum æternum & stabile, quod est ipsa virtus, vel Christus & Deus, cuius gloria & voluntas per ipsam quæritur, vt sic perpetuo stare valeat. Vnde non pensandum est (inquit) bases quid sustineant, sed vbi sustinentur, quia nimirum quātumlibet sint summa opera, inanitur si sint, si intētiones cordium extra æternitatis fundamentum deflectuntur.

Hinc fit aduersarium valde satagere operis „ intentionem vitiare, quia si semel (ait) cor in in„ tētione corrumpitur, sequentis actionis medie„ tas, & terminus ab hoste callido secure possidentur; quoniam totam sibi arborem fructus ferre conspicit, quam veneni dente in radice vitiauit. Vnde mulieri dictum est, ipsa conteret caput tuum, id est, malam, & tu tortuosam intentionem, D qua suis operibus insidiaberis, ne vllo modo contra illam præualeas, aut caput erigas. Et hac forte de causa Christus Dominus a serpentibus prudentiam discere monet, cum ait: *Estote prudentes sicut serpentes*; nam sicut hi (velut D. Chrysostomus notat) caput suum præ omnibus obseruant, ita tu intentionem tibi illæsam seruare cures, vnde totius corporis, seu actionis vita procedit.

Mats. 6. v. · Lib. 1. de ser. Do. in monte c. 21. · 10. 4. lib. 18 Mor. c. 6. · Lu. 11. v. 34 · Hoc etiā in ps. l. 4 2 Rhori. 12. · Matt. 7. v. 27. · Lib. 8. Mor. c. 19. · Gen. 3. v. 15 · Matt. 10. v. 16. · Hom. 34. in Matth.

A Propter quæ Christus Dominus in sermone 4
insigni, quo legem Euangelicam promulgauit, Matt. 6.
nihil charius habuit, quam intē ionis rectitudinem commēdare in oratione, ieiunio, eleemosyna, & in omni opere iustitiæ, ac virtutis: secretum in omnibus præcipiens, non quia nollet opera fieri coram hominibus, sed quia oportebat intentionem esse secretam, qua soli Deo placere studeremus, ac si à nullo alio, quam à solo Deo videremur. Quod summe amplificans ait: *Nesciat sinistra tua quod facit dextera tua*, id est in tua (Mat. 6. v. 3) intentione nihil sit sinistrum, nihil obliquum, aut curuum, totum sit dextrum, totum rectum, & ad Deum solum directum: & eos qui sinistra aliqua intentione ipsum quærebant, repellebat statim, sicut eum dixit cuidam. *Vulpes foueas habent, &c.* (Lu. 8 v. 50. Io. 6 v. 26.) Et aliis, *Quæritis me, quia manducastis ex panibus: operamini non cibum, qui perit, sed qui perma-* B *net in vitam æternam.* Propter hunc enim finem ego quærendus sum, non propter bona quæ pereunt, etsi quærentibus regnum Dei, & iustitiam (Matt. 6. v. 33.) eius etiam adiciam illa.

Sed subtilius solet hostis adolescentulas, 5.
& tyrones decipere, dum virtutes desiderant, & quærunt, aut eas exercent, non quidem propter se ipsas, sed propter bona quædam eis annexa, similia valde temporalibus in quæ natura corrupta propensa est, nimirum propter spirituales delectationes, præclatos honores, & ingentia commoda, quæ virtutibus solentur. Audientes enim aut forte experientes, quod ait Salomon de diuina sapientia: *Proposui hanc adducere mihi ad conuiuendum, sciens quoniam mihi communicabit de bonis, & erit allocutio cogitationis, & tædij mei.* (Sap. 8 v. 9.) *Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud seniores iuuenis, & acutus inueniar in iudicio, & in conspectu potentium admirabilis ero.* (Sap. 7. v. 11) C *Rursus venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. Longitudo dierum in dextera illius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria.* (Prou. 3. v. 16.) Cum igitur hæc bona sapientiam, & virtutem comitentur; quidam quærunt illam propter bona quæ habet in dextera, non vt virtutis propria, sed vt sibi delectabilia, commoda, & honorifica, abutentes bonis, quæ Deus annexuit virtutibus, vt suauius illas quæreremus. Nā sicut delectatio annexa est cibo, non vt propter delectationem comedatur, hoc enim vitium est gulæ; sed vt cibus ad vitæ sustentationē necessarius debito ordine sine fastidio sumatur; sic virtus non est quærenda præcipue propter delectationem, etiam spiritualem, quæ illam comitatur, sed propter se ipsam: aliquin obliqua erit intentio, & gula quædam spiritualis multarum imperfectionū radix. Propter quod sæpe Deus has aufert sensibiles consolationes, sicut notat D. Bernardus, vt virtutes ipsas non (Serm. 5. de quadragesima.) pro delectatione quam sentimus, sed pro virtutibus ipsis, & pro solo Dei beneplacito rota in- D tentione, etsi nō tota affectione sectemur. Nam qui virtutes propter consolationes quærunt, mox tristantur, murmurant, conqueruntur de Deo, & ipsa virtutis opera aut omittunt, aut negligenter agunt: quemadmodum filius ille senior, qui liuore correptus patri insultauit, quod (Lu. 15. v. 29) nunquam dedisset illi hædum, vt epularetur cū amicis suis, cum tamen filio prodigo cōuiuium fecerit ex vitulo saginato, & tamen iuste, & pie

pater negauit, quod desiderabat, quæ ob eius obliquam intẽtionem consolatio illa non esset ei vitulus ad nutriendam vitam, sed hædus qui est reprobationis symbolum, & in ipsius virtutis detrimentum vergeret; nam vel non esset vera virtus, quæ ob talem delectationem præcipue exerceretur, vel adeo imbecillis & imperfecta, vt parum prodesset, & cito euanesceret.

De recta & simplici intentione qua vna est, & multiplex. §. 2.

RECTA igitur intentio circa virtutes ea dicitur, quæ eas quærit, & exercet propter seipsas. Quia scilicet conformes sunt regulæ rationis, & legi Dei, ac diuinæ voluntati, ipsique maxime placent, & nos ei coniungunt, & in magnam ipsius gloriam cedunt: non deflectendo animum ad quærendum illas propter bona temporalia, & terrena, vel virtute indigna: intẽdere autem in virtutes hoc modo, est intendere in ipsum Deum, seu ad Deum ipsum dirigere: & hæc etiam vocatur, *Oculus simplex*, vel simplex intentio. Nam sicut recta dicitur, quæ ad Deum tẽdit sine obliquitate, ita simplex quæ ad vnum tendit sine mixtione alicuius contrarij, vel Deo aduersi. Nam simplicitas, vt inquit D. Thomas, est virtus, qua animus non tendit in diuersa, sed idem intendit interius, & exterius, & quod exterius exequitur opere, eõsentaneum est intentioni, quam habet in corde. Vnde intentio simplex est, quæ solam quærit Dei gloriam in operibus bonis, licet inter se varia sint; quia hoc ipsa opera bona exigunt, vt propter Deum fiant. Iuxta illud Pauli: *Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Nam vt dicit Diuus Basilius, vniformis est vita Christiana, ad vnam tendens intentionem scilicet gloriam Dei: multiformis vero & varia est, quæ deforis sunt pro libitu suo variata. Et hoc modo exponit quod Christus Dominus dixit Marthæ; *Porro vnum est necessarium.* Et D. Bernardus simplicitatem definiens ait: Simplicitas est perfecta ad Deum conuersa voluntas, nõ ambiens multiplicari in seculo, vel est in conuersatione vera humilitas, virtutis magis conscientiam amplectens, quam famam. Iniquorum enim intentiones multiplices sunt, & multoties sibi inuicem repugnantes, nec ad vnum reducuntur, nisi forte ad amorem sui inordinatum. At iustorum intentiones, licet multiplices fines particulares inspiciant, omnes tamen ad vnum Deum vltimum finem, eiusq; gloriam propagandam destinantur.

Matt. 6. v. 22. Luc. 11. v. 34. 22. q. 109. art. 2. ad 4. & q. 111. a. 3 ad 2. 1. Cor. 10. v. 31. Apud Bonau. vbi supra dist. 5. Luc. 10 v. 42. Ad fratres de monte Dei, columna. 6.

Vnde triplicem gradum intẽtionis simplicis licet distinguere. Primus qui omnem rei cõtrariæ Deo, & virtuti mixtionem excludit. Et hæc communis est omnibus iustis. Sub hac autem duplicem intẽtionem assignat D. Bernardus: alteram eorum, qui vitæ actiuæ incumbunt; quæ quidem tendit in aliud, quam in Deum, sed propter Deum. Admittit enim mixtionem alicuius diuersi à Deo, sed non nisi propter ipsum, quæ (inquit) licet nihil dixerim habere deforme, non tamen ad perfectum affirmauerim peruenisse decoris; quippe quæ adhuc instar Marthæ solicita est, & turbatur erga plurima, & non potest terrenorum actuum vel tenui

Serm. 40. in Cant. D. Bona. sup. d. 3.

puluere non respergi; altera vero intent[illegible], quæ solum in Deu[illegible], & propter ip[illegible]lum. Et hæc ci[illegible]opria contemplatiuorum & est magis simplex, quia nihil etiam diuersum in eo actu intendit. Et hoc modo explicat quod ait Sapiens, *In simplicitate cordis quærite illum.* Id est non aliud tanquam illum, non aliud præter illum, non aliud post illum, simplex natura Dei simplicitatem cordis exquirit. *Et cum simplicibus sermocinatio eius.* Dicit autem non esse quærendum aliud tanquam illum, propter hypocritas, & illusos, qui se, suaque quærunt, putantes se quærere Deum: nec aliud præter illum, propter eos qui externis negotiis mancipantur, quod alienum est ab his qui contemplationi vacant: nec aliud post illum, vt perseueranter quærant, non cito eum relinquentes, vt ad alia conuertantur.

Sap. 1. v. 1. In serm. 2. exhortatorio ad fratres circa hęc [illegible] octano q[illegible] extentum eum. Prou. 3. v. 32.

Per hæc tamen non negandum est, rectam & simplicem intentionem nonnullas habere mixtiones bonas, & Deo subordinatas. Nam qui Deum quærit, etiãlic te quærit ex sancto timore fugere pœnas inferni, & ex spe consequi regnum cœlorum & ingẽtia à Deo obtinere beneficia, quæ amicis conferre solet. Siquidem & Dauid inquit, *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem.* Sicut etiam propter accepta beneficia sanctum est, bona exercere opera.

Psal. 118.

4 Sed iam simplicissimam, & omnium rectarum intentionum excellentissimam, quæ in ipsa dilectione Dei maxime resplendet, declaremus. Etenim charitas amicitia est ad Deum; amor autem amicitiæ tẽdit in amicum propter ipsum, & non propter bona vtilia, vel delectabilia, quę ab eo expectamus. Hic enim amor potius est concupiscentiæ, quo bona volumus nobis, & quodammodo magis nos, quam illa amamus. Simplicissima ergo, & rectissima intentio dilectionis Dei est, qua diligitur Deus propter se ipsum, & propter eius bonitatem, & pulchritudinem, immensasque perfectiones, quas in se habet, non propter dona, vel beneficia ab eo accepta, vel accipienda, etiam si nullum fuisset amoris, & obsequii præmium expectaretur. Vnde tam beneficia quam præmia in ipsum Deum refundit, & in illis ipsum Deum propter innatam ipsi Deitatem quærit, amat, & intuetur. Vnde merito sponsa inquit: *Diligemus vbera tua super vinum, recti tudo diligit te*, id est diligemus tuos amores, tuasq; admirabiles perfect ones, quoniam ipsa rectitudo, & sanctitas diligit te, & hęc potissima causa est vt nos diligamus te. Alii ita verba connectunt, *Super vinum rectitudinibus dilexerunt te*, id est, puræ animæ te diligunt, non amore concupiscentiæ, sicut diligitur vinum, quia est dulce, & delectabile, sed amore amicitiæ propter tuas rectitudines, & perfectiones diuinas, a communibus modis rectitudinis, quo æquum est te ab illis diligi.

Iuxta Septuaginta.

Præcellentia huius simplicissimæ intentionis ex Sanctorum testimoniis comprobatur.

§. 3.

1. QVAM sublimis autem sit hæc intentio, quamque proficua & iucunda, miris modis sancti Patres declarant, ex quibus nonnullas illius

illius coll gemus præcellentias, & insignes proprietates: & prima sit, quod huiusmodi dilectio Dei se ipsa contenta est, & ideo summe recta, & simplex: quia ad aliud non deflectitur, nec illi quatum est ex se miscetur. Quod sic explicat D. „ Bernardus; Amor per se sufficit, ipse per se placet, & propter se. Ipse meritum, ipse præmium „ sibi est amor, præter se, non requirit causam, „ non fructum. Fructus eius vsus eius, amo quia „ amo, amo vt amem. Et paulo post. Magna res „ est amor, sed sunt in eo gradus. Sponsa in summo stat. Amant enim filij, sed de hæreditate „ cogitant, suspectus mihi est amor, cui aliud „ quid adipiscendi spes suffragari videtur. Infirmus est, qui forte spe subtracta, aut extinguitur, aut minuitur. Impurus est qui & aliud cupit. Purus amor mercenarius non est, de spe „ vires non sumit, neq; tamen diffidentiæ damna sentit. Sponsæ hic est, quia spôsa res, & spes „ vnus est amor. Idem fusius prosequitur in alio „ loco dicens: non sine præmio diligitur Deus, „ etsi absq; præmij intuitu diligendus sit. Vacua „ namq; vera charitas esse nō potest, nec tamen „ mercenaria est. Amor se ipso cōtentus est, habet præmiū, sed id quod amatur. Verus amor „ præmium non requirit, sed meretur. Hæc & alia huiusmodi pronunciata de perfectissimo „ amore intelligenda sunt: nam quæstio p. æmij suum gradum habet, sed inferiorem.

Serm. 83. in Cant.

Tractatu de diligendo Deo, dicit: proinde sine nō enim.

Sed audiamus D. Augustinum, qui clarius amorem istum castum vocat, & ex pura coniugum castitate illum explicat, contra eos qui annunciant Euangelium nō recte: qui etsi rectam rem faciant, non sunt recti, & quare (inquit) nō „ sunt recti, quia aliud quam Deum quærunt in „ Ecclesia, si Deum quærerent, casti essent, quia „ legitimum sponsum anima Deum habet, quis„ quis à Deo præter Deum aliquid quærit, non „ caste Deum quærit. Si vxor amet maritum, quia „ diues est, non est casta, non enim maritum amat, sed aurum mariti, si autem vere maritum a„ met, etiam pauperem plus amat, quia cum mi„ sericordia amat. Deus autem noster nunquam „ pauper esse potest, diues est, ipse fecit oīa, nō „ tamē tibi promisit, nisi se: inuenis aliquid pretiosius, & hoc dabit. Hæc Augustinus, recte vocans hanc intentionem castam, & castæ Dei sponsæ propriam quæ ad omnes actiones extendenda est, vt qui caste amat, caste ieiunet, oret, det eleemosynam, & obediat, sicut scriptum est: *Animas vestras castificantes in obedientia charitatis*, vt castitas, ac puritas intentionis in obedientia & dilectione, castam & puram, Deoque gratam faciat animam.

Serm. 49. de verbis Domini.

Ex D. Bernar. in tractatu citato.

1. Pet. 1. v. 22.

Hinc idem Augustinus aliam infert huius amoris, & intentionis excellentiam, quæ est spōtaneè & gratis omnino diuino obsequio se mācipare, iuxta id quod dixit Dauid: *Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quo„ niam bonum est.* Quid est (inquit) voluntarie sa„ crificabo tibi? Dicam. Capiat, qui potest, cre„ dat qui non potest, & oret vt possit. Sacrifi„ cium hoc est de quo ait: *Sacrificium laudis hono„ rificabit me.* Quare voluntarie? quia gratis amo „ quod laudo. Laudo Deum & in ipsa laude „ gaudeo. Laudetur Dominus voluntate, ame„ tur charitate, gratuitum sit, & quod amatur, & „ quod laudatur, quid est gratuitum? ipse propter se non propter aliud: si enim laudas Deū, “ vt det tibi aliquid aliud, iam non gratis amas “ Deum. Erubesceres, si te vxor tua propter diuitias amaret, & forte si tibi paupertas accideret, cogitaret de adulterio. Cum ergo te à coniuge gratis amare velis, tu Deum propter aliud“ amabis? quod præmium accepturus es à Deo. “ O auare non tibi terram, sed se ipsum seruat. “ Voluntarie sacrificabo tibi, non ex necessitate. “ Si enim propter aliud laudas Deum, ex necessitate laudas, si adesset tibi quod amas non laudares Deum. Ipsum gratis dilige, quia melius“ ab eo non inuenies quod det, quam seipsum, “ *Et cōfitebor*, ait Dauid, *nomini tuo, quoniam bonum est.* Ob nihil aliud nisi quia bonum est, quia nihil melius inuenio, quam nomen tuum. Ita D. “ Augustinus. Sed amplificat D. Bernardus declarans similem locum Psalmistæ: *Confitemini* “ *Domino quoniam bonus.* Est (ait) qui confitetur “ Domino, quia potens est, alius quia bonus sibi, “ alius vero simpliciter, quia bonus est: primus “ seruus est, & timet sibi, secundus mercenarius, “ & cupit sibi, tertius filius, & defert patri: itaq; “ & qui timet, & qui cupit vtrique pro se agunt: “ sola que in filio est charitas, nō quærit quæ sua “ sunt. Amor iste merito gratus, quia gratuitus. “ Amat haud secus, quam amatus est, amat quærens vicissim & ipse non quæ sua sunt, sed quæ “ Iesu Christi, quemadmodum ille nostra, vel “ potius nos, & non sua quæsiuit. Hinc breuem, sed feruentem iaculatoriam orationem accipe quam sæpius repetas: *Diligam te Domine, sicut diligor à te.* Tu me diligis (vt scriptum est) spontaneè, & omnino gratis, nullum à me lucrum, vel emolumentum expectans, ego etiam te diligam omnino spontaneè, & gratis etiam si à te nullum aliud lucrum, aut præmium sperarem: quia te diligere est mihi lucrum, & sufficiens præmium.

Psal. 53. v. 8.

Psal. 49. v. 23.

Ps. 117. v. 1. tract. de dilig. Deo prope fin.

Nota.

Ex hac præcellentia alia quarta oritur, quod hic amor est firmissimus, & quasi inuincibilis, & insuperabilis. Nam cum nihil aliud q̄ Deum quærat, quantumuis cætera mutentur, ipse non mutatur, quia non illis sed soli Deo adhæret. Iste (inquit D. Augustinus) qui tantum diligit Deū, & proximum propter Deum, tantum Deo indiget, cui adhærendo beatus est, nemo autem illi eripit Deum. Ille ergo verissime, atque certissime inuictus homo est, qui cohæret Deo, nō vt ab eo aliquid boni extra mereatur, sed cui nihil aliud quam ipsum hætere Deo bonum est. Qui dicit Psalmista: *Quid mihi est in cælo, & à te quid volui sup. terram?* Propter hoc enim dixit Paulus: quis nos separabit à charitate Christi, non tribulatio & angustia, nec reliqua quæ cōmemorat, à quibus vinci non poterat, quoniam illa non amabat, imo contemnebat, dum suum amorem in solo Deo fixerat. Vnde qui huiusmodi est, tanquam strenuus ambidexter vtraque manu pro dextera vtitur, & eodem feruore amat Deum, & illi obsequitur in prosperis, & in aduersis, in consolationibus, & in desolationibus, quia sicut non diligit Deum propter illas, ita non omittit diligere propter has. 4.

Lib. de vera relig. c. 47. to. 1.

Ps. 72. v. 25. & 28.

Ad Ro. 8. v. 35.

His tandem gradibus peruenitur ad vltimū, & supremū amoris ac rectæ & simplicis intentionis, quæ nuda est non solum ab omnibus rebus mundi, sed etiam à seipso, omnique prorsus 5.

Prosequitur hoc D. Bonau. vbi supra dist. 4.

propria vtilitate præter Deum, illo solo contenta, quia nec seipsum diligit, nisi propter Deum, vt adhærens illi vnus spiritus fiat. Plura de hoc D. Bernhardus exclamans: O amor sanctus, & castus, ô pura & defæcata intentio voluntatis: eo certe defæcatior & purior, quo in ea de proprio nil iam admixtum relinquitur; eo iam suauior, & dulcior, quo totum diuinum est, quod sentitur. Sic affici, deificari est. In hoc gradu cōsistit summa spiritus paupertas, quæ omnibus creatis renunciat, solo contenta creatore: quam comitatur perfectissima quædam cordis resignatio in Dei beneplacitum, ad carendum, si ipsi placuerit, omnibus donis, ac bonis creatis, præter ipsius gratiam, & amicitiam, & virtutes, quæ nos illi charos reddunt, cuius voluntatem omnibus propriis commodis anteponit: ita vt si ad eius gloriam expediret, paratum sit perpetuo vel ad tempus eius visione carere, & inferni pænas sustinere, dum tamen charitas non excideret: in huncque sensum adduci solet, quod dixit Paulus, *Optabam ego anathema esse à Christo pro fratribus meis*, & quod olim dixerat Moyses, *Aut dimitte eis hanc noxam; aut si non facis, dele me de libro tuo*. Qui actus adeo insignes, sicut non sunt proponendi, vel consulendi tyronibus, & imperfectis, ac tepidis, ne tanto splendore excæcati succumbant, & deficiant: ita solent esse valde proficui perfectis, vt summam sui erga Deum amoris magnitudinem exerant, & testentur. Plura circa hunc gradū referūt Thomas de Chempis, & Ludouicus Blosius plurimos citans doctores mysticos.

Tract. de dilig. Deo § feliix quæ ad quartum.

Ad Rom. 9. v. 3.

Exod. 32. v. 32.

In contemptu mundi lib. 2. c. 11. & l. 3. c. 16. & 19 & 96. & 42. Institut. spirituali c. 2. & 7. & in appendice sequenti.

Nobis satis sit authoritas D. Dionysii affirmantis in Scriptura Seraphinos, id est, ardentes depingi nudos, & discalceatos ad significādum eos qui vehementi Dei amore ardent liberos esse, absolutos, & expeditos, atque exterioris omnis adiectionis labe puros, vt ad diuinæ simplicitatis similitudinem pro viribus tendant. Cum vero hanc rerum creatarum etiam secundum effectum habeant nuditatem, suis tantum alis conteguntur, i. propriis virtutibus, quibusdam nempe moralibus, à lumbis vsq; ad pedes, dum passiones & affectiones inferiorum appetituum moderantur: aliis autem contegunt vsq; ad caput, dum affectus omnes erga Dei cultum componunt, & ad superna eleuant. Quod si dixeris hanc nuditatem & intentionis perfectionem propriam esse beatorum, in promptu est responsio, ideo Christum Dominum tibi, & cunctis fidelibus indixisse, vt in oratione quotidiana Deo diceres; *Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra*, vt ij qui sunt *in terra*, ad eam intentionis perfectionem aspirent, quam habent Sancti in cœlo.

De cœlesti hierarch. c. 15.

Matt. 6. v. 4.

§. 4.

EN tibi proposui lectionem virtutis & sanctitatis, quam sponsa in cellaria Dei introducta ab ipsius ore audiuit, & verbis expressit; dicens: *Recti diligunt te*. Quidquid autem perfectionis in vita actiua, vel contemplatiua desiderari potest, sub his verbis comprehenditur, vt rectus sis & Deum diligas, rectitudinemque intentionis omnimodam dilectioni iungas. Hoc vnum deest si ad verticem sanctitatis ascendere cupis, vt hæc intentio, & amor non tantum habitu insit menti, sed actu ipso sæpius renouetur, & omnia opera tua quantum possibile [illegible], comitetur. Propter quod sponsa non dixit, recti dilexerunt te, sicut dixerat de adolescentulis, sed *recti diligunt te*, vt significaret perfectorū esse curare actu semper Deum diligere, quantum fragilitas humana permittit. Ad hoc enim tendit forma præcepti diuinæ dilectionis, vt diligamus eum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente & ex omnibus viribus nostris, vt scilicet simul actu diligendo propter Dei amorem, oculus videat, auris audiat, lingua loquatur, pes ambulet, manus operetur, & iunctæ vires internæ, & externæ suos actus exerant, & iuxta Diui Pauli sententiam, *Omnia nostra in charitate fiant*, i. ex charitatis imperio & fine, vel etiam cum charitatis exercitio, sicut docuit D. Augustinus dicens: Si loqueris, charitate loquere, si taces, charitate tace, si parcis, dilectione parcas, si emendes, dilectione emendes. Quod si hoc feceris, crebro introduceris in regis cellaria, & sub eius speciali cura & protectione eris, vt in dies proficias, & bonis eius iugiter fruaris. Da mihi (inquit D. Bernardus) animam nihil amantem præter Deum, & quod propter Deum amandum est, cui viuere Christus non tantum sit, sed diu iam fuerit, cui studij, & otij sit prouidere Dominum in conspectu suo semper, cui solicite ambulare cum Domino Deo suo, non dico magna, sed vna voluntas sit, & facultas non desit: da inquam talem animam, & ego non nego dignam sponsi cura, maiestatis respectu, dominantis, & solicitudine gubernantis. Insiste ergo totis viribus dilectioni, & hæc introducet te in huiusmodi bona, & in secretissimum Dei cubiculum, vbi cum ipso, & in ipso exultes, & læteris in secula seculorum. Amen.

Plura de hoc in exhort.

Matth. 22. v. 37.

1. Cor. 16. 14.

Tract. 7. in 1. Canon. Ioann.

Serm. 69. in Cant.

PARS TERTIA Libri II.

De miseriis culpæ, & pœnæ quæ tolluntur, vel superantur per Christi gratiam, sine qua nos vincunt.

TEXTVS.

Nigra sum, sed formosa, filiæ Ierusalem, Vers. 4.
sicut tabernacula Cedar, sicut pelles
Salomonis. Nolite me considerare Vers. 5.
quod fusca sim, quia decolorauit me
Sol. Filii matris meæ pugnauerunt
contra me, posuerunt me custodem
in vineis, vineam meam non custodiui,

RAtionem reddit sponsa eius, quod prædixerat, periit trahi à Deo, quia ex se nigra multis miseriis obnoxia. Sed quia tracta est, & introducta in cellaria regis, facta est formosa. Deinde nigredinis causas fusius narrat, & quid præsente Dei gratia, quid vero ipsa absente, sequatur explicat, obscuris quidem, sed pulchris metaphoris, quę tamen eiusdem gratiæ iuuamine explanare conabimur.

EXHOR-

A

EXHORTATIO XVIII.

Pro Dom. 10. post Pentecostem. *De nigredine culpæ, vel pœnæ, & de pulchritudine gratiæ omnium iustorum Ecclesiæ militantis; & qua ratione liceat se pulchrum, & iustum putare, & aliis id manifestare.*

Nigra sum, sed formosa, filiæ Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.

INgredimur nouam mysteriorum Dei abyssum, partim atram, partim pulchram, sed vestramque tenebris circumuolutam. Posuit enim Deus tenebras latibulum suum. (*Ps. 17. v. 12.*) Nunquid non tenebrosa est iudiciorum Dei abyssus, cur permittat quosdam homines nigros esse per culpam, alios vero formosos per gratiam? & cur quosdam sinat in nigredine sua permanere vsque ad mortem, alios vero per pœnitentiam, inde transferat in pulchritudinem? quare etiam velit plurimos huius vitæ miserijs, & ærumnis atros esse, ac deformes, alios vero honoribus, & prosperitatibus candidos, ac speciosos. *Indica mihi* (ait Dominus Iob) *si nosti omnia, in qua via lux habitet, & tenebrarum quis sit locus, vt ducas vnumquodque ad terminos suos & intelligas semitas domus eius.* (*Iob. 38. v. 19.*) Ac si diceret: hoc tuam excedit intelligentiam, mihi autem est apertum, qui omnia noui, & cordium ac renium sum scrutator. Vnde certo scio, quis hominum sit habitaculum lucis, quia tabernaculum tenebrarum, quis in eo tabernaculo permanebit vsque in finem, vel quis ex vno transferetur in aliud.

Homines autem hoc latet, nam multi teste Isaia dicunt malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, amarum in dulce, & dulce in amarum. (*Isa 5. v. 20.*) Plerumque se putant formosos, cum sint nigri: est enim via, quæ videtur homini recta & nouissima eius ducunt ad mortem, & sunt impij qui ita securi sunt, ac si iustorum facta habeant: (*Prou. 16 v. 25. Eccl 8 v. 14.*) quod in parabola Pharisæi, & Publicani Christus Dominus clare ostendit, vt superbos homines confunderet. (*Luc 18, v 9.*) Nam Pharisæus se putabat iustum, cum esset peccator: publicanus vero peccatorem, cum tamen iam esset iustificatus præ illo.

§. 1.

IN hanc igitur abyssum nos cogunt intrare verba sponsæ dicentis: *Nigra sum sed formosa, filiæ Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.* Dirigit autem hanc nouam dramatis partem ad filias Ierusalem, siue per has intelligas sponsæ æmulas, ei nigredinem improperantes: quæ licet nomine sint Ierusalem filiæ, merito tamen inter filias Babylonis computantur: siue intelligas adolescentulas quæ sponsum diligebant, quas adhuc rudes in via Domini docere cupit, quod eas oportet scire, ne à veritatis ac virtutis tramite recedant: nisi forte velis verba dirigi ad filias Ierusalem cœlestis, quæ sunt Angelicæ virtutes, quas alloquitur, sicut amici inter se confabulantur, vt solatium ex mutuo colloquio recipiant.

Ita Orig. hom. 2. ex 4. Athan. in synopsi & Theodor. Ita Orig. hom. 1. ex duabus. Cassiodor. Beda.

Nam illæ nunquam fuerint fuscæ, cum eas nunquam tetigerit vllum culpæ, vel pœnæ damnum: ipsa vero fusca sit in hoc mortali corpore immersa, audet tamen cum eis loqui, & amicitiam inire, quia facta est formosa & Deo chara. (*Aponius.*) Possunt autem hæc epitheta nigræ, & formosæ, vel ad diuersas personas eiusdem Ecclesiæ referri, quæ cum vnum corpus mysticum constituat, ratione prauorum hominum dicatur nigra, propter iustos vero formosa: quem sensum fusius postea prosequemur. Nunc autem respectu earundem animarum, illa interpretabimur, quæ diuersa ratione nigræ, & formosæ, siue in diuersis temporibus, siue eodem tempore nuncupantur.

Sponsa igitur in cellarijs Dei contemplans eius magnalia, duo se didicisse insinuat: alterum quod habet ex propria natura corrupta per peccatum Adæ; alterum quod obtinet ex diuina gratia. Vnum quod accidit illi ex malitia hominum, vel dæmonum: aliud quod prouenit ex benignitate conditoris. (B) Et quia homines vident quæ apparent foris, Deus autem intuetur cor, vnde illi sæpe falluntur, Deus vero falli nequit, ideo vtrumque coniungens ait: *Nigra sum, sed formosa.* Nigram se vocat in colore, sed formosam iuxta id quod modo est: quod apte stare potest, si textum Hebræum attendas, in quo nullum apponitur verbum; sed tantum dicitur, nigra ego, sed formosa. Septuaginta vero, & Vulgata addiderunt verbum *sum*, quod tamen seruandum est.

Subdit autem: *Sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.* Potest autem vtraque similitudo coniunctim aptari nigredini, & formositati, vt sensus sit: sum nigra, sed formosa eo modo, quo tam tabernacula Cedar, seu Arabum, quam pellentes operientes tabernacula, vel tentoria Salomonis, foris quidem sunt nigra, quia ardore solis exusta, imbribus & puluere oppleta: intus autem sunt formosa, quia pulchro fulgent opificio, auro & margaritis, rebusque pretiosis abundant. (*Ita Orig. hom. 2. ex 4. Nyssenus hom. 1. Bern. serm. 20. in Cant.*) (C) Arabes enim dites erant, sed ditior Salomon. Vel (quod probabilius est, & communius apud Patres) diuisim accipiendæ sunt hæ similitudines, vt dicatur nigra sicut tabernacula Cedar, quæ vndique vilia erant, & atra. Quadratque nomen Cedar, quod tenebræ interpretatur. Formosa vero sicut pelles Salomonis, eius tabernaculum operientes: quæ ex omni parte pulchræ erant, & candidæ, ac regio exornatæ cultu, cum eius imperium esset pacificum, & bellorum expers; vnde tentoria solent denigrari. (*Orig. hom. 1. ex duab. Greg. Papa Bern. serm. 26. Beda, Anselmus & alij.*) Nisi malis per pelles intelligere aulæa, vel cortinas pretiosissimas, quibus Salomonis cubile, aut lectus operiebatur. Hæc pro explicatione litteræ dicta sint. Iam ad reconditos sensus accedamus, qui multiplices sunt, eo quod multiplex est nigredo, de qua hic fit mentio: quæ scilicet contrahitur, vel ex peccato originali, vel actuali, vel ex carnis rebellione, vel ex pœnis, & afflictionibus, aut voluntarie assumptis, aut ex complexione corporis, aut tentatione dæmonum, vel hominum persecutione prouenientibus, (D) quæ omnia tolluntur, aut vincuntur per Dei gratiam, in qua vera animæ pulchritudo consistit. Nam quantumuis homo pulcher sit corpore, vt diuitijs, scientijs, digni-

dignitatibus, & alijs gratijs gratis datis polleat, si gratia gratum faciens desit, fœdus est corã Deo & deformis si hæc vero adsit, etsi cætera desint formosus vocatur.

Hinc triplex hominum genus distinguere oportet. Quidam enim sunt omnino nigri candore diuinæ gratiæ priuati, vt peccatores qui lethali culpa sunt infecti maxime autem damnati; qui omnium sunt nigerrimi, & horrende fœdissimi: alij è contra sunt omnino candidi & formosi, vt beati qui in Ecclesia triũphanti degunt, in qua nulla est macula, vel pœna aut miseria; sed cuncta hęc procul abiere. Alij vero medium statum sortiuntur, vt sunt omnes iusti Ecclesiæ militantis, qui viatores dicuntur, & in corpore peregrinantur: qui quidem partim sunt nigri, vel quia aliqua labe culpæ saltem venialis sunt infecti, vel quia aliqua pœna & miseria quamdiu viuunt in corpore sunt oppressi (vocamus autem hic pœnam, non quæ infligitur propter culpam, sed generaliter omnem miseriam, & afflictionem vndecunq; prouenientem) quare de omnibus, & solis iustis militantis Ecclesię hæc verba intelliguntur: *Nigra sum, sed formosa.* Aptissime autem comparatio desumitur à tabernaculis Cedar, & tentorijs Salomonis, quæ sunt militum habitacula, aut per deserta peregrinãtium vbi non inuenitur diuersorium, vel dom⁹ fixa: vt intelligeremus Ecclesiam loqui de seipsa, vt militans est, & viatrix. Sic enim simul nigredinem cum formositate coniungit.

Pulchritudinem gratiæ à nullo iusto certo cognosci nisi ex coniecturis. §. 2.

1. Sed non modica nobis hinc suboritur quæstio, quam ante omnia dissoluere oportet, eritque perutilis solutio: etsi enim sponsa certo sciat, & affirmare possit se nigram fuisse, aut esse quia peccata, & miseriæ omnibus sunt notæ: quomodo tamen potuit tam asseueranter affirmare, & testari se pulchram esse? Respondere n.

Iob. 8. v. 13. possent ei filiæ Ierusalem, eius æmulæ; tu de te ipsa testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum: maxime cum sit de re occulta, &

Eccl. 9. v. 1. soli Deo nota. Siquidem Ecclesiastes dixerat: *Sunt iusti, atque sapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamen nescit homo vtrum amore, an odio dignus sit. Sed omnia in futurum seruantur incerta.* Loquitur autem non de quouis homine; Nam peccator certo potest scire se esse dignum odio; sed de iustis, de quibus prædixit, sunt iusti, & opera eorum in manu Dei. Quod sic interpretatur Diuus

Ibidem. Hieronymus, iustos scire nõ posse vtrum à Deo amentur an nõ, sed ambiguos fluctuare, vtrum ad probationem sustineant quæ sustinent, an ad supplicium. Quod de seipso testatur Iob dicẽs:

Iob. 9. v. 20. *Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me: si innocentiam ostendero, prauum me comprobabit, etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea.* Cuius

1 Cor. 4. v. 4. rationem reddens D. Paulus ait: *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, qui enim iudicat me Dominus est*, & forte nigredinem inuenit vbi putant homines esse pulchritudinem, pro-

Prou. 20. v. 9. pter quod constanter affirmat Salomon: *Quis potest dicere mundum est cor meum, & purus sum à peccato?* Non inquit vt bene notat Beda; quis habet mundum cor? nam multi habent illud, dicente Domino; Beati mundo corde, sed tantum ait; quis potest hoc dicere, & de se testari? Nam licet mundum cor habeat, non potest certo scire, certitudine fidei infallibili, vt in Tridentina synodo diffinitum est: nam etsi quis sacramentum recipiat, quod peccatum remittit, & gratiam confert, nescit tamen an dispositionem attulerit, quæ ad gratiam obtinendam necessaria erat, nisi forte ex speciali priuilegio Deus velit illud alicui reuelare, sicut reuelatum est Moysi, beatissimæ Virgini, Magdalenæ, Paulo, & quibusdam Sanctis, vt de B. Antonio refert D. Athan. in eius vita, de S. Galla D. Gregor. de S. Francisco D. Bonauentura.

Sess. 6. c. 9. & 16. Exod. 33. v. 17. Luc. 1. v. 28. Luc. 7. v. 47. 2. Cor. 12. v. 9.

2. Cæterum hæc reuelatio raro fit, nec communiter expedit hominibus certos ita esse de propria gratia: facile enim vt docent D. Augustinus, ac Gregorius, superbirent, & alios contemnerent, ac sanctitatem amitterent, sicut Pharisęus, qui se iustum putabat, omnes alios spernabatur, & etiam Publicanum qui cum ipso in templum ascenderat, credebat se tantum formosum, & alios nigros, & ideo factus est niger, & humilis publicanus, formosus. Propter quod idem Diuus Gregorius illustri fœminæ, quæ per ipsum de suorum peccatorum remissione reuelationem obtinere desiderabat, respondit talem reuelationem ei non fore proficuam, sed melius esse semper trepidam culpas metuere, & quotidianis fletibus lauare, quia securitas solet esse mater negligentiæ, & ideo de propitiato peccato non debemus esse sine metu: sed beatus vir qui semper est pauidus. Vnde mirabili prouidẽtia, cum Dominus alicui reuelat esse sibi gratum, & ad gloriam electum, tanta eum præmunit humilitate, vt simul cum timore, ac tremore salutem suam operetur Sicut Paulus cui dictum est: *Sufficit tibi gratia mea*: & qui sciebat repositam sibi coronam iustitiæ etiam dicebat: *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne forte cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Reuelatio enim etsi auferat molestam anxietatem; non tamen cautum timorem virtutibus annexum, qui magnam præbet securitatem.

4. Dialog. c. 13. Instit. vi-tae c. 3. Lib. de correpti. & gratia c. 13. Lib. 9. Moral. c. 17. Luc. 18. v. 9. Lib. 6. epist. 22. Eccl. 5. v. 5. Prou. 28. v. 14. 1 Cor. 9. v. 27.

3. Sed esto iam infallibilis certitudo gratiæ haberi nequeat, sæpius tamen obtinen potest alia probabilis notitia, ex quibusdam signis & coniecturis quæ viros iustos in hac peregrinatione, & in tot procellarum periculis maxime consolantur, iuxta illud D. Pauli, *Accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, Abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei*, & quomodo reddit? Operando nimirum tales effectus intra animam, qui proprij sint diuini spiritus, per quos prudenter coniectuaret adesse intra illam.

Ad Rom. 8. v. 15.

1. Huiusmodi autem effectus & testimonia sunt, quæ hactenus sponsa experta erat in se ipsa, nempe ardens desiderium diligendi Deum, quo flagrabat cum dixit: *Osculetur me osculo oris sui.* Nam teste D. Gregorio, qui vehementer desiderat Deum diligere vel ab eo diligi, profecto iam intra se habet eum, quem desiderat, & diligitur ab illo, cum scriptum sit, ego *Diligentes me diligo.*

Hom. 30. in Euang.

2. Deinde cito à Deo exandiri, & crebro, sicut ipsa innuit exsudiram esse, indicat, inuenisse gratiam apud ipsum scilicet. Siquidem D. Ioannes

Prou. 8. v. 17. 1. Ioan. 3. v. 22.

nes ait, quidquid petierimus accipiemus ab eo, A
quoniam mandata eius custodimus, & ea quæ
3. sunt placita coram eo facimus. Tertium signum
est magnifacere Dei gratiam, & illam præponere omnibus terrenis, ac voluptatib⁹ huius vitæ, propter quod dixit, *Meliora sunt vbera tua vino.*
Ad Philip. 3 v. 7. Qui enim cuncta arbitratur tanquam stercora, vt Christum lucrifaciat, profectò iam lucrata est illum; nisi enim Christum iam possideret, nó
4. tam hilariter terrena contemneret. Et hinc sumitur quartum indicium, quod est spiritualis dulcedo, quam de vberibus Dei sugit, & copiosa effusio deuotionis, ac lætitiæ, quam recipit ab ipso Deo, cui dixit: *Oleum effusum nomen tuum*, quę cum ita abundans est, vt iugum Domini faciat suaue & onus leue, amara conuertat in dulcia, & aspera in vias planas, indicat etiam animam oleo diuinæ gratiæ splendentem esse, & pul-
5. chram. Vnde certius indicium procedit, quod est vehemens desiderium currendi post Christum sequendo eius vestigia, siue per prospera, siue per aduersa, quod indicant verba illa: *Trahe*
1. Ioh. 2. v. 6 *me, post te curremus.* Cum enim D. Iohannes moneat, quod qui dicit se manere in Christo, debet sicut ille ambulauit, ambulare. Si quis non solum gestit ambulare, sed etiam currere, sicut Christus cucurrit, signum est, quod in illo manet. Tādem magnum est testimonium pulchritudinis introductam esse ab ipso rege in cellaria & in cubiculum suum, vbi secreta sua solis amici
Ioan. 15 v. 15. cis manifestat. Nam vos (inquit) dixi amicos, quia omnia quæ audiui à patre meo nota feci vobis.

Propter hæc igitur omnia audacter dicit, *Nigra sum, sed formosa.* Vel quia loquitur nomine eorum, qui ex priuilegio huius formositatis acceperunt reuelationem, vel quia tot præcessesant signa, & coniecturæ mutui amoris inter ipsam, & sponsum, vt prudenter crediderit, ab eo se diligi, illique gratam esse.

Ex duplici causa licitum esse dona Dei secreta manifestare alii. §. 3.

Cant 4. v. 12. Sed hinc suboritur quæstio non minus difficilis, sed non inutilis, cur sponsa, quæ hortus conclusus, & fons signatus vocatur, aperit os suum coram filiabus Ierusalem, vt se pulchram vocet, ac seipsam de pulchritudine iactet, cum
Prou. 27. v. 2. scriptum sit: *Laudet te os alienum, & non os tuum, extraneus & non labia tua?* Etenim quæ soli Deo placere cupit, apud ipsum, & non apud homines pulchram se esse lætatur. Si nigra apparet filiab⁹ Ierusalem, lætetur de hoc tanquam humilis, & occultet secretam pulchritudinem, ne illā manifestando superbiat, & amittat, sicut amisit
Luc. 18. v. 9. Pharisæus inaniter sua ieiunia, & cætera bona propalando. Nam vt inquit D. Gregorius, hu-
Lib. 8. Mor. c. 30. iusmodi, etsi vera dicant, hæc dicendo aliena faciunt. Quia quæsitis remunerati fauoribus ab
aeterna retributione euacuantur. Hinc D
Ps. 67. v. 61 per Psalmistam dicitur: *Tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici:* virtus quippe & pulchritudo arrogantium inimici manibus traditur, quia omne bonum, quod per concupiscentiam laudis ostenditur, occulti aduersarij iuri mancipatur. Hostes namque ad rapinam prouocat, qui suas eorum notitiæ diuitias denudat. Sed procul absit à Christi sponsa huiusmodi affectio, & intentio vana, cui maxime semper fuit in corde profunda humilitas, sine cuius detrimento ex duplici causa licet dona Dei occulta aliis manifestare,
vt idem D. Gregorius egregie docet. Altera est *Lib. 19. Mor. c. 14. & hom. 9. & 19. in Ezech.*
vtilitas eorum, quibus hæc propalantur, vt inde ad maiorem Dei gloriam in virtutibus proficiant, vel docenti quæ eos oporret scire maiorem fidem adhibeant. Aliquando (inquit) sancti viri, & coram hominibus compelluntur bona facere, aut eadem hominibus sua facta narrare, sed ad eum finem omnia referentes, vt non ipsi eisdem operibus, sed pater eorum, qui in cælis est debeat glorificari. Dum enim sancta prædicant, ipsa prædicatio eorum fortasse despicitur, cuius vita nescitur. Compelluntur ergo vitam suam dicere, vt auditorum suorum valeant vitam mutare. Et facta sua referunt, vt venerationi sint, venerari appetunt, vt reuerenter au-
B diantur. Scriptum quippe est: *Cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur pariter & rota.* Quia
videlicet, cum auditorum mentes prædicantiū *Ezech. 1. v. 19.*
vitam suspiciunt, necessario vtique etiam vim prædicationis admirantur. Sancti ergo viri cum coguntur bona narrare, quæ agunt, non elationi seruiunt, sed vtilitati. Hæc Gregorius, superaddens hac de causa D. Paulum ingentia Dei dona sibi communicata Corinthiis manifestasse, vt eius prædicationem auide susciperent, &
doctrinam magnifacerent, nec post Pseudo-A- *2. Cor. 11. v. 12. & c. 12.*
postolos abirent. Quia tamen sancti prædicatores, & honorem propter elationem fugiunt, & honorari propter imitationem volunt, hinc est quod eisdem etiam propriam paruitatem, quā ex se habent, simul manifestant, sicut sæpius fecit idem Apostolus.

Cum igitur sponsa magistra esset filiarum Ierusalem, dum illis loquitur ab humilitate, quæ perfectionis fundamentum est, inchoat dicens:
C *Nigra sum.* At ne forte propter nigredinem contemnatur, addit, *sed formosa*, vt sic libentius audiatur, & ad ipsius imitationem pronocentur. Sed prius nigredinem narrat, quam pulchritudinem, quia sancti viri libentius suas proferunt miserias, vt se demittant, quam gloriosa dona, vt exaltentur. Primum faciunt spontaneè, secundum quasi inuiti, & ab ipsa audientium vtilitate coacti. Vnde & Diuus Paulus relatis suis reuelationibus, dixit eisdem Corinthiis: *Factus*
sum insipiens, vos me coegistis. Id est dum me videot *2. Cor. 12. v. 11.*
commendare insipiens appareo, sed non sum, quia non sponte, sed coactus feci, nec propter meum commodum, sed propter vestrum.

Et hinc est quod huiusmodi viri ita sua dona narrent, vt non se aliis præferāt, nec alios aspernentur, nisi forte hæreticos, & falsos doctores, cæteros vero non despiciunt, etsi minus iusti videantur.

Vnde apparet ingens superbia illius Phari- *Luc. 18. v. 11.*
D sæi, qui mala sua reticuit, bona publicauit, non coactè, sed spontaneè, aliis se præferendo, & socium contemnendo.

Altera causa manifestandi Dei dona est, vr- 2.
gens necessitas ipsius narrantis, cum ab aduersariis affligitur, & in desperationem pertrahitur,
sicut sanctus Iob ab amicis insultabatur; ne an- *Iob. 19.*
tem cogatur desperare, & pusillanimitatis barathro

Hom. 19. in Ezech. thro obruit, bona sua in memoriam reducit, & illis manifestat. Quid est hoc (inquit D. Gregorius) quod vir sanctus tot suas virtutes inter flagella enumerat? quid est quod ore suo opera, quæ fecerat, laudat: nisi quia inter vulnera, & verba, quæ tunc ad desperationem trahere poterant, ad spem animum reformat, & qui in prosperitate humilis fuit, reuocatis bonis suis ad memoriam infractus in aduersitate permansit. *Eccl. 11. v. 27.* Et sic impletur quod dictum est, *In die bonorum ne immemor sis malorum. Et in die malorum ne immemor sis bonorum.* Vt scilicet nec elatione pereas, nec desperatione. Quare qui in die bonorum sine causa bona sua iactat, non Dei gloriam quærit, sed propriam. Mirum est, quod contigit regi Ezechiæ, qui infirmitate oppressus seipsum quasi *Isa. 38. v. 3.* laudans & commendans dixit: *Memento Domine quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim.* Et tamen hoc non Deo displicuit, quia non ex superbia, sed ex secura conscientia animose ad spem B erigendi procedebat: cæterum idem ipse post- *Isa. 39. v. 4.* quam conualuit ab infirmitate, & Chaldæis cuncta sua bona manifestauit, iram Dei promeruit, quia non Dei, sed propriam ex iactantia quæsiuit gloriam. Non sic sponsa quæ dum proprias ærumnas, & pugnas narrare aggreditur, propter quas à quibusdam æmulis ex filiabus Ierusalem se contemni videbat, vt se in spem erigat, & illas velut alter Iob suauiter corrigat, & ad veritatis tramitem reducat ait; *Nigra sum, sed formosa:* quia quantumuis appaream atra, adhuc vere sum speciosa, & vos nolite me despicere, quia fusca sim; nam sol me decolorauit, sed pul- *D. Gregor. hom. 9 in Ezech.* chritudinem non abstulit. Disce igitur bona tua solum detegere, cum te proximorum vtilitas, aut certe propria vrgensq; necessitas cogit: nec nisi magna cautela, ne tibi appetitus laudis, sub specie vtilitatis, aut necessitatis obrepat. Quare humilibus verbis ante præmunitus ita bona tua narrabis, ne superbiendo te illis indignum red- C das.

Discrimen in hoc inter Ecclesiam, & singulos homines.
§. 4.

HÆc iuxta tropologicum sensum, ad cuiusq; animæ instructionem sint dicta. Nam si ad Ecclesiam Catholicam militantem hæc verba referas, certa fide credit, ac dicit: *Formosa sum.* Quia certum est, sanctam ac formosam esse non solum, quia sancta sunt eius sacramenta, & sacrificia, leges, & studia; sed etiam, quia in ea semper sunt aliqui sancti, & pulchri, licet nullus discernere valeat qui sint isti, vel an ipse sit inter eos computandus; nam spirituum tantum *Prou. 15. v. 2.* ponderator est Dominus, & conscientiarum solus Deus est testis, & iudex rectus. *Ioan. 16. v. 20.* Solum ergo intendit Salomon his verbis docere in Ecclesia esse sanctos, & pulchros, & hanc pulchritudinem non auferri per præcedentium peccato- D rum nigredinem, vel per præsentium afflictionum nigrorem, vel per coniunctionem cum a- *Contra hypocritas.* tris, peruersisque hominibus, quæ omnia in sequentibus fusius declaranda sunt.

Luc. 18. v. 9. Sed hoc oportet aduertere: ne in barathrum Pharisæi impudenter præcipitemur. Ex duplici enim causa deceptus est, vt se putaret iustũ: quæ quidem in Ecclesia veram arguit sanctitatem, A non tamen in singulis fidelibus. Prima fuit, quia externa ostentabat scelera, magnaque exterius exercebat bona opera: *Non sum (inquit) sicut cæteri hominum raptores, iniusti, adulteri: ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo,* hæc quidem ex se bona, ac pulchra, sed superbo animo fœdata: at externa hæc pulchritudo bonorum operum internam certo indicat in Ecclesia, quæ pura intentione Deo placẽdi ea fieri præcipit, nec multi desunt, qui ea ita operentur. Sed superborũ, & hypocritarum congregatio e conuerso potius deberet dicere, pulchra sum, sed nigra, pul- *Matth. 23. v. 27.* chra foris, & nigra intus pulchra coram hominibus, sed nigra coram Deo. Similes enim sunt (inquit Saluator) sepulchris dealbatis, quæ foris apparent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. Mundant quod deforis est calicis, & paropsidis, intus autem pleni sunt rapina, & immunditia, & tamen sunt adeo cæci, quod omnino se B pulchros, & mundos iactent. Quia ea quæ intus sunt, non vident. Quod si vident, ea tamen tegunt, ne eorum appareat turpitudo. Et solum quæ speciosa videntur, ostentant, vt laudentur ab hominibus. Si quis tibi præberet preciosum, & suauem cibum, sed absynthio conditum, in paropside aurea deforis munda, sed intus valde *Simile.* obscœna, & lutulenta, nunquid comederes illum? Et quid sunt opera hæc externa hypocritarum, nisi cibi ex se preciosi, & grati? at condiuntur ab ipsis prauæ intentionis absynthio, reponunturque in anima impura, & obscœna. Pro- *Isa. 1. v. 11.* pter quæ Deus abominatur illa: sicut fastidiebat Iudæorum holocausta, neomenias, & festiuitates, quia iniqui erant cœtus eorum, & ab iniquo animo procedebant.

Sed id miserabilius, quod iste Pharisæus ita sua opera probabat, quod propter illa gratias Deo agebat, & sub titulo referendi grates Deo illa narrat, vt hominibus etiam manifestet: *Deus* C (inquit) *gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum.* Vt quid hoc alta voce dicit, nisi vt circumstantes audiant, & publicanus etiam percipiat? Vt religiosus appareret, gratias Deo agebat, & tamen sine causa ex vana complacentia bona opera manifestabat, & laudans Deum, seipsum laudat, vt hominũ laudes sensim captet. O stupenda tygridis varietas, quæ dum se pulchram prædicat, fœdam se prodit, & atram: in eadem cute varij coloris intuere maculas, dum in templum ascendit, vt oret, Deo gratias agit, bona opera refert, alios contemnit, socium despicit, se laudat, & omnibus hominibus se præfert. Omnis hypocrita (inquit D. Gregorius) ty- *Lib. 5. Mor. c. 16.* gris est, quia dum mundus dissimulatione ducitur, vitiorum nigredine interrumpente variatur, & cum de virtutis quibusdam actibus speciosus ostenditur, peccatorum maculis fœdatur. Vnde iusto Dei iudicio dum laudes, quas non meretur, aucupari nititur, illas non conse- D quitur.

Ideoque de eo dicitur, *Tygris periit, eo quod non* *Iob. 4. v. 11.* *haberet prædam.* Id est vexatur, & torquetur, cum laudes alienas, hoc est sibi non debitas, rapere non præualuit. Et quia non fœdum, sed pulchrum se existimat, tenacius suæ nigredini adhæret. Propterea Ierem. inquit: *Si potest Æthiops* *Ier. 13. v. 23.* *mutare pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.* Apte eos

comparat

comparat Æthiopi,& pardo: quia apud Deum A
vnius tantum ſunt coloris, atri inſtar Æthiopis, cum vndique ſunt nigri & fœdi, in nullo pulchri, foris tamen apparent diſcolores, & variegati, ſicut pardus, dum bona malis miſcent, & varij ſunt ac mutabiles in ſuis affectibus. in hoc vno ſolo contumaces, quod ſua ſibi fœditas placet,& in ſua hypocriſi delectantur.

Sponſa tamen Chriſti, quæ vniuerſam Eccleſiam repræſentat, & coram ipſo aſſiſtit circumdata varietate, pulchram ſe rite putare poteſt, & de varietate virtutum in ſuo ſponſo gloriari, eique gratias agere,& bona ab ipſo accepta referre, ac laudare: non enim hæc ex inani gloria, nec ex ſui complacentia vel praua ignorantia recenſet; ſed quia ita reuelata ſibi eſſe nouit. Continet enim multos iuſtos, in quibus cuncta iſta mira, & pulcherrima varietate reſplendent, ad gloriam ſui ſponſi, qui eſt Chriſtus Deus benedictus in ſecula.

EXHORTATIO XIX.

Pro Dom. 23. poſt Penteco-ſten.

De nigredine culpæ originalis, & actualis mortiferæ, quæ tollitur vere per gratiam in baptiſmo, vel pænitentia collatam, & de affectu humilitatis ex peccatis anteactæ vitæ prouenienti.

Nigra ſum, ſed formoſa, &c.

DVplex fœda, horrendaque nigredo miſerum deturpauit humanum genus: quam Theologi duplicem vocant culpam, originalem, & actualem, quibus non incongrue aptatur, quod Salomon ait: *Sanguiſuga duæ ſunt filiæ dicentes affer, affer*: nam ſicut ſanguiſuga duo habet ora, vnum in capite, alterum in cauda, quibus ex corpore, cui hæret inſatiabiliter ſanguinem ſugit, ita diabolus ſerpens antiquus, per voluntatem Adæ præuaricatoris,& per propriam vniuſcuiuſque voluntatem inſatiabiliter haurit peccatorum ſanguinem, ad cuius ora obſtruenda, vel ſaltem ad medendum vulneribus, quæ infert,& auferendum ſanguinem atrum, quo animam fœdat, Deus factus eſt homo. Cuius typum intueri licet in eo, quod referunt Euangeliſtæ, vno itinere ſimul Chriſtum reſuſcitaſſe puellam, quæ in domo parentum mortua iacebat,& ſanaſſe mulierem, quæ multis annis ſanguinis fluxum patiebatur.

Prou 30. v. 15. — *Matt. 9. v. 20* — *Marc. 5. v. 22.* — *Luc. 8. & 41.*

C

Illa pueros originali peccato mortuos repræſentabat, hæc adultos, qui actualia multiplicant de quibus dicitur: *Maledictum & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit.* Illa non quæſiuit ſalutem, nec Saluatorem, ſed parentes petierunt pro ea: quia pueris vita gratiæ reſtituitur, etſi ipſi nō petant, ſed alij ſacramentum baptiſmi applicent. Hæc vero ad Chriſtum acceſſit, cum magna fide tetigit,& ſalutem obtinuit: quia adulti, qui propria voluntate peccarunt, eadem debēt quærere remedia. Vtriuſque præſtat Chriſtus infundens illis gratiam, qua deletur macula vtriuſque culpæ, & propter vtramque rationem ſponſa inquit, *Nigra ſum, ſed formoſa.*

Oſe. 4. v. 2.

D

Omnes præter Deiparam contrahere nigredinem culpæ originalis, à qua mundantur per gratiam baptiſmi. §. 1.

Pro feſto Conceptionis Deiparæ.

ET ſumptis Diuus Auguſtinus verba hæc de nigredine culpæ originalis quæ per candorem,& pulchritudinem gratiæ in baptiſmo collatæ, aufertur, interpretatur. Certum enim eſt ſecundum fidem vniuerſam Eccleſiam, & ſingula eius membra (ſecluſo priuilegio quod vni Virgini Deiparæ conceſſum eſt) peccatum contrahere originale, omneſque homines in peccatis eſſe conceptos, ac proinde nigros ac deformes naſci, quibus apte conuenit, quod dixit Nahum Propheta. *Facies omnium eorum ſicut nigredo ollæ.* Nam ſicut olla cum recens à figuli manibus progreditur, non nigra ſed alba eſt, ex coniunctione vero ad ignem fumoſum, & atrū fit nigra: ſic anima prout à creatore procedit,
B nullam habet maculam,& immunditiam; imo Deus fecit primum hominem rectum, & pulchrum. Quia vero Eua adhæſit diabolo, igne gehennæ atro ſuccenſo, inde facta eſt nigra. Quoniam autem Adam igneo amore adhæſit vxori, aduſtus,& ater eſt redditus. Vnde factum eſt, quod omnes eius poſteri naſcantur nigri, & facies eorum ſit velut nigredo ollæ. Nam cum primum anima tangit carnem igneo illo,& atro flatu ſerpentis infectam, atra redditur, & tenebroſa.

Serm 101. de verbis Domini & ſerm. 56. de tempore. — *Nahum. 3. v. 10.*

Propter quod ſponſa ait, *Nigra ſum ſicut tabernacula Cedar.* Quia omnes naſcimur in tabernaculis Cedar & tenebrarum, ſplendore gratiæ deſtituti. Propter quod Iob hanc culpam noctem vocat, cum inquit: *Pereat nox in qua dictum eſt, conceptus eſt homo.* Et ſicut Cedar ex progenie fuit Iſmaelis filij Abrahæ, non ex Sara libera, ſed ex Agar ancilla, ac proinde ex linea paterna fuit Ingenuus, ex materna vero ſeruus natus eſt,
C quia partus vt Ius docet ſequitur ventrem: ita homines vt à Deo creante animam procedunt, ingenui eſſent, ſed quia concepti ſunt tanquam ex matre ex natura protoparentum labe corrupta naſcuntur in tabernaculis Cedar atri, tenebroſi, & ſerui, non Dei, ſed diaboli, & carnis concupiſcentiarum eius. Vnde conſulto Dauid cum huiuſmodi peccati mentionem fecit, matri attribuit, non patri; quia non Deo, ſed naturæ ob Adam per carnalem generationem propagatæ tribuendum eſt: *In peccatis (inquit) concepit me mater mea.* Quia teſte Eccleſiaſtico, *à muliere initium factum eſt peccati, & per illam omnes morimur.* Non quod ſola mulier cauſa fuiſſet huius peccati, & mortis, ſed quia ab illa ſumpſit initium peccatum Adæ, quod vniuerſam naturam fecit.

Iob 3. v. 3. — *Gen. 25. v. 13.* — *Pſ. 50. v. 7.* — *Eccl. 25. v. 33.*

Ab hac igitur culpa, & nigredine lauatur & mundatur anima per ſacramentum baptiſmi, in quo ex meritis Chriſti pulchritudo gratiæ re-
D ſtituitur cum charitatis ac virtutum ſplendore. Vnde baptizati, ex tabernaculis Cedar, ſeu tenebrarum transferuntur ad tentoria, & pelles pulcherrimas Salomonis, quia renaſcuntur ex aqua,& Spiritu S. noua pulchritudine renouati, virtute pacifici Salomonis Chriſti Ieſu, propter quem, vt docet Apoſtolus *Eripuit nos Deus de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum*

2. Baptiſmi virtus. — *Ad Col. 1. v. 13.*

T filii

Ad Ephes. 5. v. 8. 1. Pet. 2. v. 9. filii dilectionis suæ. Et qui aliquando eramus tenebræ, nunc sumus lux in Domino, nam de tenebris vocauit, & eduxit nos in admirabile lumen suum.

Hom. 1. ex 4. Serm. 27. in Cant. Quod si pelles Salomonis significent, vt dicit Origenes, tabernaculum non manu factum, quod expectamus in cœlis: vel vt placuit Diuo Bernardo, cœlos ipsos, de quibus Dauid ait, *Qui extendit cœlum sicut pellem*, eo quod in modum cuiusdam magni tentorij Solis, Lunæ, ac stellarum varietate pulcherrimi, vniuersam operit faciem terræ, quid aptius quam decorem animæ in Christo renatæ cœlestibus pellibus diuini Salomonis comparare? Nam sicut per carnalem generationem imprimitur nobis imago primi hominis de terra terreni, vt qualis fuit terrenus, tales sint & terreni: ita per spiritualem regenerationem imprimitur imago secundi hominis de cœlo cœlestis, vt deinceps qualis fuit cœlestis tales sint & cœlestes. Vnde per baptismum, secundum eundem Paulum, Christum induimus.

1. Cor. 15. v. 47.

Ad Gal. 3. v. 27.

Gen. 3. v. 21. Deus enim qui primos parentes post peccatum vestiuit tunicis pelliceis, ex animaliū mortuorum pellibus effectis, vt memores essent mortis, tam corporis, quam animæ, cui obnoxij erant; modo in baptismo vestit baptizatos pellibus pulcherrimis de cœlo allatis, vt nouam, & cœlestem vitam inchoent, per quam ad immortalitatem perueniant.

Merito autem gratia, & virtutes huiusmodi vocantur pelles Salomonis, id est, pacifici, quia per baptismum reconciliamur Deo, & pax amissa reparatur cum fœnore gratiarum, quia vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia, & vbi fœda præcessit nigredo, præclarior est per Christum reddita pulchritudo. Dicat ergo sponsa Christi: *Nigra sum, sed formosa, sicut tabernacula Cedar, & sicut pelles Salomonis*. Nigra propter culpam, in qua concepta, & nata sum, sed formosa propter gratiam, in qua per Christum sum renata. Nigra sicut tabernacula Cedar, quia in tabernaculis tenebrarum concepit me mater mea. Formosa sicut pelles Salomonis, quia pulchritudine sua decorauit me Redemptor meus Christus.

Cur dicat Nigra sum & non nigra sum sicut tabernacula Cedar, & sicut pelles Salomonis ... infra, explicatur in §. sequenti.

Deiparam nunquam fuisse nigredine culpæ originalis fœdam. §. 2.

Sed non possum non hoc loco verba ista beatissimæ Virgini aptare seipsam tuentiaduersus filias nostræ Ierusalem, quæ pio zelo immaculatam eius oppugnant conceptionem, quas sic alloquitur. *Nigra sum sed formosa, filiæ Ierusalem, &c.* Nigra sum quidem propter nonnullum debitum peccati, quod à primis parentibus contraxissem, nisi præseruata essem. Formosa tamen semper, quoniam ex singulari priuilegio creata sum immaculata, & sancta. Audiant hæc omnes filiæ Ierusalem & lætentur, quia de illa singulariter dicit sponsus, non ex parte, sed omnino, *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*. Tota formosa secundum corpus, & secundum animam, secundum partem infimam, & supremam, secundum omnem statum, tempus, & locum, in omni ætate: ex quo primum cœpisti esse, & vsque in finem, & in æternum: nulla macula, nihil nigredinis, aut fœditatis vnquam fuit, est, vel erit in te. Vt quod sancti Patres de Ecclesia triumphante dictum existimant, hoc singulari gratia de Deipara prædicemus, vt sicut filius eius ingressus dicitur in mundum, vincens vt vinceret, & ideo tunc corona data est ei: Ita virgo gloriosa introierit hunc mundum vincens, vt inquit Diuus Augustinus, per Christi gratiam omne peccatum, conculcans serpentem, & conterens eius caput: quod est originis contagium, vt deinceps per vniuersam vitam semper vinceret, & iuges victorias, ac triumphos reportaret.

D. Hieron. l. 1. contra Pelag. D. Aug. 1. retract. c. 19. & lib. 2. c. 18. D. Bernar. serm. 30. in Cant. ad finem. Beda & alij. Aug. l. de natura & gratia c. 36.

Idcoque in ipso primo instanti corona data est ei, tanquam victrici, reliquæ filiæ Euæ ingrediuntur in mundum victæ, & conculcatæ, de illisque draco triumphat, & coronas assumit, quibus caput suum ornet. At virgo virginum sola ingressa est victrix, & diademate coronata, vt ob celeritatem tunc partam victoriam multo melius dicere posset, quam alter Imperator, Veni, vidi, vici. Confirmat hoc præclara illa sententia Diui Augustini de Deipara loquens: De qua, inquit, cum de peccatis agitur propter honorem Domini nullam prorsus volo habere quæstionem. Vnde enim scimus quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere, ac parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum. Insinuans nullam vnquam habuisse maculam, sed omnimodam munditiam, quam filius eius habuit ex proprio iure, ei concessam esse ab illo ex priuilegio.

Lib. de natura & gratia c. 36.

In Trid. sess. 6. can. 23.

Præterea reliquæ filiæ Euæ concipiuntur & nascuntur nigræ in tabernaculis Cedar, quod est tenebræ. Quia à natiuitate sunt filiæ iræ, filiæ tenebrarum, & filiæ Agar ancillæ, de progenie Agatenorum, & Cedaritarum. At Regina virginum speciali gratia concepta est, & nata formosa in speciosis tentorijs, & pellibus Salomonis, ornata veri Salomonis Christi preciosissimis virtutibus. 2.

Vnde merito tunc dicere potuit, quod Isaias cecinit. *Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me, & quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis*. Cur non gaudeat, & dicat, magnificat anima mea Dominum; & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo, & in Deo Iesu meo? Siquidem fecit illi magna qui potens est: & quæ magna? quia induit me vestimentis salutis. Nomen salutis, vt ex Hebræo constat, commune est ad significandum Saluatorem, seu Iesum vnde quidam vertunt, *Quia induit me vestimentis Iesu*. In eo enim instanti induta est vestimento gratiæ, & salutis per Iesum datæ: induitque ipsum Iesum, sicut modo baptizati dicuntur induere IESVM CHRISTVM Sed vlterius fuit tunc tanquam sponsus decoratus corona, & tanquam sponsa ornata monilibus suis.

Isa. 61. v. 10. Luc. 1. v. 47. Abac. 3. v. 18. Ita Petrus Galatinus l. 7. de arcanis Catholicæ veritatis c. 5.

Diuus Hieronymus hæc Ecclesiæ iuxta sensum litteralem attribuens, dicit vocari sponsum propter eos, qui robusti sunt, & fortes virilique animo præditi, sponsam vero propter infirmos, ac debiles infantili virtute adhue

adhuc teneros. At beatissima Virgo simul fuit sponsa, & sponsus: sponsa, quia infantilem habebat ætatem: sponsus, quia fortem & magnam sortita est virtutem. Vnde vt sponsa ornata est monilibus omnium virtutum, & tanquam sponsus est diademate coronata, maxime si vt superius diximus, per liberi arbitrij vsum ex Dei auxilio præuentum contra diabolum tunc dimicauit, & gratiam iustificationis accepit tanquam sponsa, apparuit in cœlo amicta sole, & induta vestimentis Iesu, & tanquam sponsus cum corona duodecim stellarum in capite eius, quæ illam valde reddebat gloriosam. Sola igitur virgo (si de culpa sit sermo) excipitur ab hac sententia: *Nigra sum, sed formosa, filia Ierusalem.* Nunquam nec ad momentum temporis fuit in tabernaculis Cedar, sed semper sub speciosis pellibus Salomonis: nunquam filia tenebrarum, sed lucis; nunquam portauit imaginem hominis terreni, sed cœlestis, in qua & creata est. *Qui creauit me* (inquit) *requieuit in tabernaculo meo.* Et ideo in ipso instanti, quo creauit me, dixit mihi, *In Iacob inhabita, & in Israel hæreditare, & in electis meis mitte radices.* Nos cum concipimur, incipimus habitare in domo Esau odio habiti, & inde per sacramentum transferimur in domum Iacob dilecti, cum spe, quod hæreditabimur in Israel, quæ est visio Dei in patria.

Lib. 1. Exhor. 11. §. 5.

Apoc. 12. v. 1.

Vide infra in exhort. 23.

Eccl. 24. v. 12.

At quid filios Dei sapientia ad matrem? Tu quæ futura es tabernaculum, in quo ego requiescam, habita semper in domo Iacob, tanquam dilecta, & præ omnibus electa, & hæreditas tua sit in Israel, Dei contemplationi vacans tanquam fortis, & prævalens adoersus Deum, vt inuincibile peccatum originis tu sola vincas, & ab illo per me tuta maneas: vnde multo magis contra homines prævalebis, vt eos tuæ subijcias potestati. Sed de hoc plura supra diximus, iam cœptum prosequamur.

Lib. 1. exhort. 11.

Nigredinem ex peccatis actualibus mortiferis vere auferri per gratiam restitutam in pœnitentia.

§. 2.

1. FOelix esset sponsa si semel adeptam pulchritudinem per baptismum, nunquam amitteret, nec ad pristinam rediret vnquam nigredinem: lota quidem est, & pulchra facta, quia *Christus* (ait Paulus) *dilexit Ecclesiam; & tradidit semetipsum pro ea, vt eam sanctificaret mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ.* In hoc lauacro Euangelici Nazaræi redduntur candidiores niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, & saphiro pulchriores; sed proh dolor! nam aliquando ipsorum iniuria & malitia, *Denigrata est facies eorum super carbones,* bene carbonibus comparantur, qui ex ignis combustione atrum colorem recipiunt, quia æstus vehemens concupiscentiæ per innumera peccata lethalia eos atros reddidit. Sicut ij, de quibus Isaias ait: *Facies combustæ vultus eorum,* i. veluti carnes, quæ ad ignem suspenduntur exiccandæ, & ex fumo nigrescunt. Cum igitur ij miseri constituti essent per baptismum sub pellibus Salomonis, rursus sua deprauata volontate reuersi sunt ad tabernacula Cedar, & facti iterum filij tenebrarum: vt merito nomine eorum dixerit Isaias: *Expectauimus lucem, & ecce tenebræ, splendorem, & in tenebris ambulauimus palpauimus quasi cæci parietem, & quasi sine oculis attrectauimus.*

Ad Ephes. 5. v. 25.

Thren. 4. v. 7.

Isa 3 v. 8. Nahum. 2. v 10. vbi supra. Ioel. 2. v. 6. Isa 59. v. 9.

2. Cæterum misericors Deus, qui nō vult mortem peccatoris, aliud sacramentum, & remediū instituit pœnitentiæ, quo hæc nigredo auferretor, & deletis his peccatis amissus decor iterum reparetur. Et quamuis nigror valde inhæreat, sitque instar Æthiopis, qui non potest mutare pellem suam, tamen per veram pœnitentiam Deus mutat fuscam pellem, & dealbat illā, tanquam niuem, quod per Isa. testatur dicens: *Si fuerint peccata vestra vt coccinum, q. ut nix dealbabuntur, & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt.* Color enim rubeus, sub niger, aut sanguineus nimis inhæret coccinō, coccoq; bis tinctū; sed virtus pœnitentiæ mutat illum, & animam reddit albam sicut niuem. Propter quod merito sponsa ait: *Nigra sum, sed formosa, filia Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.* Nigra quidem, propter peccata antea acta viræ, quia instar Agarenorum, aut feratum in deserto commorata sum, à recta ratione degenerans, & natiuum hominis colorem amittens: sed iam formosa, propter gratiam mihi restitutam, quia verus Salomon Christus intra me tanquam intra tabernaculum suū dignatus est habitare, & me velut domicilium suum cœleste constituere. Vtrumq; de se fatebatur D. Paulus, dicens. *Qui fui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus.* En Saulū nigrum, *sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci, superabundauit autē gratia Domini nostri Iesu Christi, cum fide & dilectione.* En Paulum formosum, quia gratia Christi nigredinem expulit, & nouam in eum pulchritudinem induxit.

Pœnitentiæ efficacia.

Isa. 1. v. 18.

1. Ad Tim. 1. v. 13.

3. Sed miro artificio tam Paulus, quam sponsa, prius narrant peccatorum nigredinem, vt splendeat magis gratiæ pulchritudo. Sic D. Ambros. Spōsa præmisit nigram, vt augeat de corā, velut peritus pictor, qui tabulam nigro operiet colore; vt imaginem pingat, quæ inde veriustior, & cōcinnior appareat. Qua etiam de causa D. Lucas Saulum inducit adhuc spirantem minarum, & cædis in discipulos Domini, & deinde eius conuersionem narrat. Sed etiam notat Nyssen. « hoc fecisse sponsam ad extollendam Dei gratiam charitatem. Dixerant (inquit) adolescentulæ: *Rectitudo, i. Christus dilexit te.* Respondet spōsa; nolite mirari quod me dilexerit rectitudo, « sed quod cum nigra essem peccato, & per opera « affinis essem & coniuncta tenebris, me pulchrā « fecit per dilectionem, sua pulchritudine commutata cum mea turpitudine. In se enim translatis sordibus meorum peccatorum, suam mihi impertijt puritatem, efficiens participem suæ pulchritudinis, qui ex deformi primus fecit amabiles. Vnde etiam hic splendet sponsi omnipotentia, cuius sola dextera hanc potest efficere mutationem. Ad hoc enim venit Christus in mundum, vt homines atros, imo mortuos per peccatum viuos, & formosos redderet. Sed præcipue venit ad tollendum originale, quod est peccatum totius mundi. Deinde vero actualia, quæ ad singulos attinebant, in cuius signum qui Christus fecit duo miracula à principio commemorata, vocatus à principe ibat ad suscitandam puellam defunctam, in itinere verò obiter obuiam habuit mulierem, quæ sanguinis fluxū patieba-

Serm. 18. in Psal. 18.

Act 9.

Hom 2. in Cant.

Ex D. Th. 3 p. q 1. ar. Matth. 9. v. 18.

nere pœnitentiam agamus. Quare cum ſponſa in Dei cellaria ſe introductam dixit, ſtatim ſe nigram eſſe agnouit & vocauit, ſed per gratiam Dei formoſam factam teſtata eſt.

5. In vtroque autem humilitatem fiduciæ coniunctam inſinuat, dum ait: *Sicut tabernacula Cedar, & ſicut pelles Salomonis.* Nam cum tabernacula, & pelles, ſeu tentoria mutabilia ſint, & de vno in alterum locum facile transferantur, hoc indicant tam nigredinem culpæ, quam nitorem gratiæ non eſſe nobis in hac peregrinatione fixe, & permanenter, ſed inſtabiles eſſe ac mutabiles propter noſtri arbitrij libertatem, & ſicut nigredo mutata eſt, quod auget ſpem, ita mutari poteſt pulchritudo, quod non modicum incutit amorem: uam & de Angelis dictum eſt,

Iob 4. v. 18 *1. Cor. 10. v. 12.* *Ecce qui ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles, & qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat.* Nam ſicut ille qui hodie eſt niger ſicut tabernacula Cedar, poteſt, Deo auxiliante, cras eſſe decorus, ſicut pelles Salomonis; ita qui hodie eſt pulcher ſicut pelles Salomonis, cras, ſua culpa poterit eſſe niger ſicut tabernacula Cedar: & quemadmodum Moyſes *Exod. 4. v. 6.* manum ſuam mittens in ſinum, protulit eam leproſam; & iterum introducens in eundem ſinum extraxit ſanam: ſic ex eodem ſinu humanæ voluntatis, modo procedit opus, quod nos reddit atros, & leproſos; modo aliud per Dei fauorem, quod nos reddit formoſos, & ſanos. Hæc ergo mutabilitas incutiens timorem, reddit animam ſtabilem. Alioqui, ſicut dixit Sapiens, *Si* *Eccl. 27. v. 4.* *non in timore Domini tenueris te, cito ſubuertetur domus tua.* Sicut ſubuerſa eſt conſcientia Salomonis, cuius pelles hic commendantur; quia humilis & cauti timoris oblitus eſt. Beatus ergo eſt vir, qui ſemper eſt pauidus in hoc ſeculo, quia ſemper erit iucundus, & ſecurus in futuro, regnans cum Chriſto in ſecula ſeculorum. Amen.

EXHORTATIO XX.

De fomite peccati, & praua concupiſcentia, quæ radix eſt peccatorum actualium, & aliorum defectuum, qui aliquam nigredinem efficiunt, & quando & quomodo pulchritudinem gratiæ non tollant.

Nigra ſum, ſed formoſa, &c. Nolite me conſiderare quod fuſca ſim, quia decolorauit me ſol.

D. Tho. 1. 2. q. 83. ar. 3. REmiſſa culpa originali per baptiſmum, manent reliquiæ ipſius, quas doctores naturæ vulnera vocant; quorum caput dicitur fomes peccati incentiuum, & nutritiuum ipſius; qui ſecundum Diuum Thomam eſt inordinata cõ- *3. p. q. 27. a. 3.* cupiſcentia appetitus ſentientis, inclinans ad malum, & difficultatem faciens in bono; quæ etiam vocari ſolet rebellio carnis contra ſpiritum; qui quidem ſi ei reſiſtat, pulchritudinem *Ita in Trid. ſeſſ. 5. decret. de peccato originali can. 5.* gratiæ, quam recipit, non amittit. Illa enim rebellio non eſt culpa, ſed pœna, aut miſeria ex peccato orta, & in peccatum propenſa. Et ideo ſicut ab Apoſtolo vocatur peccatum, ita ab ſponſa iuxta Diui Auguſtini interpretationem,

A dicitur nigredo, cum ait, *Nigra ſum, ſed formoſa;* *vbi ſupra.* nigra propter rebellem concupiſcentiam carnis, formoſa vero propter gratiam, quæ ornat ſpiritum. Vtrumque ſæpius coniunxit D. Paulus. Nam vt formoſus ſpiritu, ait, *Condelector legi* *Ad Rom. 7. v. 22.* *Dei, ſecundum interiorem hominem:* vt niger vero carne ſubiungit, *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati.* Et cupiens ab hac nigredine liberari, ingemiſcens inquit, *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Sed ſtatim reſpondet aſſignans pulchritudinem, quæ eam expellit, dicens, *Gratia Dei per Ieſum Chriſtum.* Et iterum, *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum.* Ecce vnde nigredo ſicut tabernacula Cedar, militantes vexans, *Et ſpiritus aduerſus carnem.* Ecce vbi eſt *Ad Gal. 5. v. 17.* pulchritudo, ſicut pelles Salomonis milites vincentes ornans, quam non auferri per hanc rebellionem teſtatur, cum addit, *Nihil ergo damna-* *Ad Rom. 8. v. 1.* *tionis eſt iis, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum*

B *carnem ambulant.* Id eſt, qui carni non conſentiunt, licet conſentientibus obſit, & plene atros reddat, iuxta illud D. Iacobi, *Vnuſquiſque tentatur* *Iac. 1. v. 14.* *à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus: concupiſcentia autem cum conceperit, parit peccatum; peccatum vero cum conſummatum fuerit, generat mortem.* En (in- *Libr. 6. con. Iulianum c. 5. 10. 7.* quit D. Auguſtinus) partus à pariente diſcernitur. Pariens eſt concupiſcentia, partus peccatum. Concupiſcentia non parit niſi conceperit, non concipit niſi illexerit; hoc eſt, ad malum perpetrandum obtinuerit voluntatis aſſenſum. Quod ergo aduerſus eam dimicatur, hoc agitur ne concipiat, pariatque peccatum. Simile quid docet Diuus Cyrillus his verbis; Voluptas quæ- *Lib. 4. in Ioan. c. 15.* dam ante omne peccatum præcurrit, & feruens cupiditas ad delicta ſolet allicere, quę ante peccandi actum inſidet, & mentis conſenſum arripit, perſuadens facile hac via veniendum eſſe quo gliſcimus. At vero ſi concupiſcentiæ reſiſtitur, fortior eſt pugna, illuſtrior victoria, coro-

C na iucundior, & ſplendidior eſt animæ pulchritudo, eo modo quo diximus pulchram imaginem atro circumuolutam campo pulchriorem apparere. Propter quæ Deus permiſit huiuſmodi rebellionem in baptizatis permanere. Anima igitur, vt dicit D. Ambroſ. eſt nigra exercitij ſui *Lib. de Spiritu S. c. 12.* puluere, dum præliatur; decora vero dum victoriæ ſuæ inſignibus coronatur.

Hoc ipſum eleganter expreſſit ſponſa ſub alia metaphora, ſubiungens ſtatim, *Nolite me conſiderare quod fuſca ſim, quia decolorauit me ſol.* Poteſt autem ſol, ſicut vinum, ignis, & ſimilia, & in bonum & in malum vſurpari, quod frequens eſt in Scriptura, ob diuerſas eiuſdem rei proprietates, & effectus. Senſus igitur eſt; O filiæ Ieruſalem, nolite plus nimio conſiderare quod fuſca ſim, & ob hoc turbari, & ſcandalizari, vel me deſpicere, & contemnere: hæc enim nigredo non eſt mihi iam voluntaria, nec ego elegi, aut voluieã, ſed eam quaſi inuita patior; decolorauit enim,

D & denigrauit me ſol. Id eſt, vis illa ignea malæ *Mat. 13. v. 5.* concupiſcentiæ, & fomitis à capite humani generis in me transfuſa, cuius ardentibus cupidi- *Sole orto æſtuauerunt.* tatibus, quaſi ſolis quodam æſtu ſum aduſta, & denigrata. Decoloratio vero iſta ſolum eſt in ſuperficie & cute externa, hoc eſt in carne mea ad malum propenſa, intus tamen in ſpiritu integra manet, & intacta pulchritudo. Sed quoniam

totum hoc ex iusta Dei permissione processit, A etiam per solem recte potest intelligi ipse Deus; ac si diceret; Nō est cur me despiciatis, aut putetis me Deo inuisam, & deformem coram ipso; nam ipsemet sol iustitiæ decolorauit. Siquidem cum posset per Baptismum auferre hanc carnis rebellionē, sicut abstulit culpam, noluit tamen, vt ego apparens nigra, humilior essem, & cautior, ac solicitior, meamq; salutem cum timore & tremore operari satagerem, & securius conseruarem. Certamen mihi forte præbens, vt vincerem, & cognoscerem, quod omnium potentior est sapientia: vnde clarior esset eius gloria,

Sap.10.v. 12.

copiosior meus profectus, & gloriosior corona. Ipse denique vult me habitare in tenebrosis habitaculis Cedar, secundum carnem, vt constituat spiritum meum sub speciosis pellibus Salomonis, & sub Christi Domini mei protectione, qui inter has tenebras potest me suis illustrare fulgoribus, quia scriptum est, *Tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut te-* B *nebræ eius, ita & lumen eius, & nox illuminatio mea in delitiis meis.* O mira Dei omnipotentia! ô ineffabilis sapientia! quæ nigredinem & pulchritudinem, tenebras & lucem, noctem & diem coniungere valet, & ex vtriusque coniunctione cælestibus delitijs spiritum recreare.

Ps.138. v. 10.

Simile quid accidit in peccatis actualibus, quę etsi deleantur, per gratiam in pœnitentia collatam, manent tamen quædam ipsorum reliquiæ, & propensiones ad malum, ex præcedentibus actibus acquisitæ, ratione quarum anima se nigram vocare potest, à quibus etiam decoloratur; quia vehementer eam tentant, & ad malum alliciunt, nisi illis obsistat; sed relictæ sunt ad agonem, & pugnā, vt per exercitium iugis mortificationis eas expellat. Sicut enim facile fuisset Christo Domino cum Lazarum è sepulchro viuum suscitauit, etiam liberum à linteis funeribus educere; voluit tamen vt exiret ligatis manibus, & pedibus institis; ita etiam posset per baptismum vel pœnitentiam perfectissime animā ab his omnibus erutam suscitare, permittit tamen ligatam manere passionibus. & affectionibus concupiscētiæ, & habituum præcedentium, vt laboret dissoluendo hæc vincula, tum ex iuuamine sacerdotum, tum ex propria industria & abnegatione, vt sic maius sit eius meritum, & copiosius præmium.

Ioan. 11. v. 44.

Pessimum peccandi genus ex malitia, & contemptu, leuius ex passione, & concupiscentia. §. 2.

1\. SEd subtilius aliquid innuit sponsa in his verbis, *Decolorauit me sol* Etenim ardens hæc concupiscentia, & fomes radix est, & causa omnium peccatorum actualium, non solum grauium, quæ præcesserunt iustificationem, sed etiam multorum venialium, quæ iusti quique quotidie committunt.

Nam scriptum est, *In multis offendimus omnes.* Et, *Septies in die cadit iustus.* Et, *Non est homo iustus super terram, qui faciat bonum, & non peccet.* Propter quæ merito etiam sponsa dicit, *Nigra sum, sed formosa.* Nam hæc quotidiana peccata, etsi pulchritudinem gratiæ non auferant, tamen animam nonnihil fuscam, & subnigram reddunt.

Iac.3.v 1. Prou.24. v 16. Eccles.7.v. 21.

Dicit igitur, nolite mirari, aut me despicere, quod nigra fuerim, tot antea peccata perpetrās, vel modo nigra sum in tot venialia ruens, quia *Decolorauit me sol*; i. non nigra facta fui ex malitia, sicut diabolus, qui ex deprauata voluntate, nullo alio impellente factus est ater, & fœdus; nec leuia admitto ex contemptu & electione, sed ardens concupiscentia, & vehemens cupiditatis æstus in causa fuit. Hæc me impulit, & allexit; & quamuis hoc culpam non auferat, ex parte tamen excusat, & prouocat Dei misericordiam, vt nobis ignoscat, *Nam quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum*; quod, scilicet, ab adolescentia sua pronum est ad malum, & ideo compassione dignum.

Ps.102. v. 13. Gen.8. v. 21.

Sed quorsum hæc sponsa? Nunquid inclinauit cor suum in verba malitię, ad excusandas excusationes in peccatis? An imitatur Euam, quæ dixit, *serpens decepit me?* vel Adamum, qui ait, *Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi.* Et quid hoc est, ait D. Gregorius, nisi peccatum aggrauare, dum volunt excusare; tacite Dominum redarguentes, in ipsumq; culpam reflectentes, quia serpentem posuit in paradiso, vel mulierem dedit sociam peccanti? Quid igitur est, decolorauit me sol, nisi Deo culpam ascribere, qui talem carnem animæ dedit, quæ ei culpam suadeat? Sed absit talis cogitatio ab sponsa, quæ nō coacta, sed spontanea suam nigredinem cōfitetur; quod nec Adam, nec Eua fecerunt. Nec hæc verba profert, vt se excuset, sed vt filias Ierusalem instruat, & plurima salutis monita præbeat, quorum primum est, vt valde horreant, & fugiant illud peccati genus, quod procedit, non tam ex ignorātia, vel passionis impetu, quam ex malitia, & certa scientia, & contumacia, & solet vocari peccatum in Spiritum S. quod vix remittitur in hoc seculo, vel futuro. Pessimus enim est (vt dicit D. Thomas) & diabolicus peccandi C modus iste, qui ad impœnitentiam & condemnationem tendit: & execranda est talis nigredo, quæ cū proteruia & obstinatione ita cordi hæret, vt vix ab eo auelli queat; de qua Ieremias ait, *Si potest Æthiops mutare pellem suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.* Nigra pellis Æthiopis, quæ cum à natura fit, dealbari nequit, nigrorem peccati ex consuetudine, & malitia indicat, & impœnitens cor thesaurizans sibi iram in die iræ. Non sic nigredo cuius meminit sponsa, quæ instar tabernaculi Cedar, variari potest facilius; non enim est à natura, nec ex malitia proterua, sed ex accidenti, ex ardore solis, & ex vehementi passione, & æstu concupiscentiæ, quæ consensum arripiat dum tantisper remittitur, pœnitentiæ dat locū; quia suam nigredinem & deformitatem agnoscit, & gemens odit. Et quid mirum, quod Æthiops nolit mutare pellem nigram, cui sua nigredo placet, & pulchritudo existimatur? At cui D displicet nigredo, & deformis apparet, illam à se repellere curat, vt verum animæ candorem & decorem obtineat.

2\. Ps 140. v. 4. Gen.3. v. 12. Lib 22. Mor. c. 13. D. Th. 2. 2. q. 14. a. 2. & 3. Matt.12. v 32. S. 2. q. 78. a. 4. Ier.13. v. 23

3\. Cauendum igitur est, ne per superbiā & contumeliam, concupiscentiæ ardor exurat, diutius peccato inhærendo, ne ita crescat malitia, vt eos penitus absumat. Sicut contigit illis, de quibus Oseas Propheta inquit, *Applicuerunt quasi clibanum* Ose.7. v. 6.

num cor suum, cum insidiaretur ei, tota nocte dormiuit coquens eos, mane ipse succensus quasi ignis flamma. Nam sicut clibanus à coquente succenditur, ignisque intra ipsum voluitur, eumque ex omni parte calefacit, & denigrat: ita carnale cor igne malæ concupiscentiæ, diabolo instigante, succenditur, & intus ignis iste deuoluitur, cor adurit, & turpiter denigrat, quando tota nocte in concupiscentiis demoratur, & quasi dormiens quiescit, ipse peccans se applicat tanquã fornax, & clibanus præparatus, vt succẽdatur. Vnde fit, quod mane se prodat tanquam ignis flammæ, quia postea peccatum suum, tanquam Sodoma prædicat, & alios suo peruerso exemplo adurit. Hi sunt montes illi superbi & execrandi, de quibus dicitur, *Tripliciter sol exurens montes, radios igneos exsufflans.* Nam ab hoc sole concupiscentię triplex procedit igneus radius; nempe ille, de quo Ioannes ait, *Quidquid est in mundo, est concupiscentia carnis, concupiscantia oculorum, & superbia vitæ;* quo mundani, pręcipue magnates, comburuntur, & fœde denigrantur super carbones, & Æthiopes. Absit ergo à Christi sectatoribus tam perniciosa nigredo, ne de illis conqueratur Dominus, dicens, *Nunquid non vt filii Aethiopum vos estis mihi filii Israel?* Simus ergo vt Christi filii, qui instar sponsæ, etsi aliquando nigri, dicere possimus, *Nigra sum, sed formosa.*

Eccl. 43. v. 4.
1. Io. 2. v. 16.
Amos 9. v. 7.

4
D· peccatis venialibus.

Quod de peccatis lethalibus diximus, de venialibus & leuibus intelligere etiam oportet, vt non perpetrentur ex malitia & contemptu, nec hærere diu cordi sinantur; sed ea sint qualia, nec Christi dilecta spõsa effugere potest in hac vita, quæ à sole decolorante, & à concupiscentia, & passione consensum surripiente procedant; à quibus tamen cito se lauet; quia, teste Salomone, *Septies in die cadet iustus, & resurget.* Nam statim, vt cadit, exurgere conatur, ne lutũ fortius hæreat, & deturpet, dicaturque illi, *Nunquid qui cadit, non adiiciet, vt resurgat?* Periculosus enim est valde iste modus peccandi ex consuetudine, & contemptu, paruifaciendo peccata, cum parua sunt; nam cito trãsit in nigredinem, quæ totam destruat pulchritudinem. Cauete (inquit Diuus
„ Bernardus explicans quod Paulus ait, *Misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci*) ne quis par-
„ ua reputet, qualibet parua scientia delinquere
„ conuincatur, nemo dicat in corde suo; leuia
„ sunt ista, non curo corrigere. Non est magnum,
„ si in his maneam venialibus, minimisq; pecca-
„ tis. Hæc est enim, dilectissimi, impœnitẽtia, hæc
„ quasi blasphemia in Spiritũ sanctum, blasphe-
„ mia irremissibilis. Sed iterum hoc magis expli-
„ cans, ait, Venialia nõ criminalia reputantur, ex-
„ cepto cum per cõtemptum vertantur in vsum,
„ & consuetudinem; quia tunc non peccati spe-
„ cies, sed peccãtis intentio pensatur. Elatio quip-
„ pe cõtemnentis, aut impœnitentis obstinatio in
„ minimis quippe mãdatis culpam facit non mi-
„ nimam, & cõuertit in crimen grauis rebellionis
„ næuum satis leuem simplicis transgressionis.
Hæc D. Bernardus, quæ potissime ad religiosos dirigit, in quibus huiusmodi contemptus minimorum vergit contra propriam vocationem, qua tenẽtur in perfectionem tendere per media in regulis assignata, quę sine graui peccato contemni non possunt. Et in vniuersum peccata venialia (inquit D. August.) si contemnãtur, occidunt: eo quod (vt declarat Diuus Thomas) ita cor disponũt, vt facile labatur in mortalia. Huiusmodi enim sunt muscæ morientes, quæ perdunt suauitatem vnguenti, quia moriuntur, & diutius manẽt in illo, vt inferius dicemus. Propter hoc ergo ait sponsa; nolite me considerare, & contemnere, quod ex minoribus culpis fusca sim, *Quia decolorauit me sol;* id est, Fuscus iste color mihi adiacens non est ex malitia, prauæ voluntatis illum eligentis, sed ex æstu concupiscentiæ, cui resistere satago; sed quantum cupio non valeo; & ideo multoties pecco, sed mox resurgere curo: confitens aduersus me iniustitiam meã, vt tu, Domine, statim remittas illam, quia *Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno.* Tẽpus autem opportunum est, cum primum culpa cognoscitur, ne sanctitas & pulchritudo à domestico hoste diu detẽto amplius inficiatur: at vbi feruens ardet amor Christi, peccata hæc leuia sunt velut guttulæ aquæ, quas in fornacẽ valde accensam faber ferrarius iniicit, quæ licet nonnihil videantur flammas extinguere, mox vehementius inardescentibus flammis consumuntur; quia ipse lapsus occasio fit profundioris humilitatis, & ardentioris dilectionis.

Prou. 24. v. 16.
Ier. 8. v. 4.
Ser. 1. de conuers. S. Pauli.
1. ad Timo. v. 13.
Lib. de præcept. & dispensat.
Trac. 12. in Ioan.
1. 2. q. 88. a. 3. & 4.
Ecc. 10. v. 1.
Psal. 31. v. 5.

Defectus & imperfectiones vel vita actiua, vel contemplatiua, non tollere veram pulchritudinem. §. 5.

5.
Pro Prælatis & Doctoribus.

NOn sine causa sponsa, tanquam mater, & prælatorum curam gerens, dirigit commemorata documenta ad filias Ierusalẽ, id est, animas adhuc teneras, & paruulas in Christo, quæ facile turbari solent, si in prælatis aut viris perfectis minores etiã culpas, aut defectus aliquos detegant. Nam tanquam tyrones & rudes eos dumtaxat perfectos putant, qui omni labe etiã minima carent: rursus illi, qui tanquam filiæ Ierusalem (quæ est visio pacis) in claustris sunt reconditi, solius Dei contemplationi vacantes, scandalizari, seu turbari etiam solent ex minoribus defectibus, quos notant in prælatis, vel aliis viris perfectis, qui saluti proximorũ incumbũt. Quos optime redarguit Diuus Bernardus, di-
„ cens: Temerarie obiurgat virum de prælio re-
„ uertentẽ mulier neus in domo: si is qui in clau-
„ stro est, eum qui versatur in populo interdum
„ minus districte & circunspecte in cibo, somno,
„ risu, ira, vel aliquo huiusmodi sese agere depre-
„ hendat, non ad iudicandum, & contemnen-
„ dum statim prosiliat; sed meminerit scriptum,
„ *Melior est iniquitas viri, quam benefaciens mulier.* Nã
„ tu quidem in tui custodia inuigilans benefacis;
„ sed quia iuuat multos, melius facit, & virilius.
Quod si implere non sufficit absque aliqua iniquitate, id est, absque aliqua inæqualitate vitæ, & conuersationis suæ, memento quod charitas operit multitudinem peccatorum.

Ser. 12. in Cant.
Eccl. 42. v. 4.

Propter hos igitur prælatos, & cæteros qui negotiis externis ad Dei gloriã militant, inquit sponsa, *Nigra sum, sed formosa, filiæ Ierusalem.* Nigra propter defectus, quos patior cum ea humana fragilitate delinquo: formosa, propter insignia opera, quæ in vestrum commodum perficio: nigra, *Sicut tabernacula Cedar;* quoniam pro vestra salute cogor peregrinari, & externis occupationibus insistere: formosa, *Sicut pelles Salomonis,*

quia intus cõtemplationi etiam vaco, vt vos pacifice valeã gubernare. Est enim vita perfectorum, & prælatorũ mixta ex contemplatione & actione, & ex actibus charitatis Dei & proximi. Propter quem in multas curas distrahitur; vnde nonnulla oritur nigredo; sed nolite me cõsiderare, quod fusca sum, nec despicere me, quia huiusmodi defectibus me cernitis decoloratã. Nam, *decolorauit me sol*; id est, nimius splẽdor mei officii, & continua, vrgensque eius solicitudo, & operatio, vel forte plus nimio ardens zelus illius, aut forte ignea concupiscentia, quæ huiusmodi negotiis se subito ingerit: sed hæ pulchritudinem non auferunt; imo ex alia parte multũ augent, quia ardens Dei amor & proximi his operibus multum excrescit.

Poterit hoc nõ iniucunde amplius declarari ex iis, quæ Dei iussu fecit Moyses ad tegendam arcã fœderis, & cętera quę erãt in oraculo, quod dicebatur sancta sanctorum. Primo enim fecit tabernaculum ex pulcherrimis cortinis de bysso, hyacintho, purpura, & cocco bis tincto, miro artificio contextis. Ad protegendũ vero hoc tabernaculum fecit alia vela, & operimenta ex pellibus arietum rubricatis, & ianthinis, quæ pluuias, ventos ac puluerem tolerarent. Totum autem hoc tabernaculum potuit nigrum, sed formosum nuncupari: nigrum secũdum externas pelles, formosum secũdum pretiosas cortinas, quę erant sub illis. Sic quidem anima perfecta vtriq; vitæ actiuæ & contemplatiuæ mancipata, intra quam ipse Christus habitat; formosa est, & nigra. Formosa vt cortinæ pretiosæ oraculi, & domus Salomonis, quia Dei & proximi dilectione, cœlestibusque fulget affectibus: nigra vero vt pelles externæ tabernaculi; quatenus, vt proximos iuuet, ac protegat variis negotiis, & solicitudinib. premitur; vnde fit quod tẽtationum ventis, & pluuiis concutiatur, nonnullosque defectus contrahat. Propter quos tamen, vt notat D. Gregorius, non est temerarie contemnenda à subditis, qui soli Deo vacãt, & velut cortinæ internæ tabernaculi dicuntur; quia nec ipsi possent quiete reb. spiritualibus vacare, nisi prę lati eos protegerẽt, & eorũ curas sibi assumerẽt.

Exo. 26. v. 1. & 7. & 34.

Lib. 25. Mor. c. 16. *licet ipse alio modo applicet hanc similitudinem.*

Curandum igitur est cuicumque, qui in operibus vitæ actiuæ, & externis negotiis occupatur, & velut Martha solicitus est, & turbatur erga plurima; ita hæc omnia disponere, vt quamuis nõnulla externa nigredine decoloretur, internã tamen gratiæ pulchritudinem nõ amittat. Continuis quotidie fletibus lauans quidquid nigroris contraxerit, & nonnulla opera pulchrę Rachelis; id est, vitæ contemplatiuæ exercere; nempe orationem, meditationem, & lectionẽ, vt purgetur lippitudo, & fœditas Liæ, quæ tamen etiam recompensatur eius fœcunditate, dum plurima misericordiæ ac pœnitẽtiæ opera exercet, & plures Christo generat filios, vnde non modica ei accrescit pulchritudo.

Lu. 10. v. 41

Gen. 29. v. 16.

4 Sed nũquid ipsi contemplatiui, qui Rachelis pulchræ vitam degunt, ita nigredine carent, vt dicere non debeãt, *Nigra sum, sed formosa*? Et quis est ita pure contemplationi vacans, vt inuitus aliquas nõ patiatur mentis distractiones, & lassitudines, quæ licet culpę non sint, nonnihil habent nigredinis, quietem contemplationis & splẽdorem obscurantis? Deinde in contemplatione minimi etiam defectus qui antea latebãt manifestantur, vt propter eos magis homo se humiliet in conspectu Dei, propter quod spõsa egressa è cellariis, vbi Dei magnalia est contemplata, dixit, *Nigra sum*; sicut Iob qui nihil se reprehensione dignum egisse putabat, cum ad diuinam contemplationem eleuatus est, dixit, *Nunc autem oculus meus videt te, idcirco ipse me reprehendo*. Nam, vt docet D. Gregorius, quanto quis maioris gratiæ lumen percipit, tantũ amplius reprehensibilẽ se esse cognoscit. Præterea ita immensa est diuinæ maiestatis pulchritudo, vt qui eam contemplatur, eius collatione atrum se, & deformem fateatur. Et in hunc sensum idem D. Gregorius, ac D. Bernardus interpretantur quod sponsa inquit, *Nolite considerare quod fusca sim, quia decolorauit me sol*. Sol (inquit Diuus Gregorius) illam decolorauit, quia quantumlibet fulgeat anima, in comparatione Christi fulgorem amittit. Sunt quippe nõnulli, qui in hac nocte mũdi velut stellæ hominibus fulgent, luminaria proximis apparent, sed mox vt iustitiæ Christi se comparant, quasi sine luce sunt, qui pene incomparabiliter prius hominib. lucebãt; ita igitur ait sponsa, decolorauit me sol. Ac si stellæ in meridie dicerẽt; Nolite nos considerare, quod obscuræ sumus, quia obscurauit nos sol. Vnde quidam Iobi amicus ad Dei contemplationem raptus, vocem se audisse testatur, dicentem, *Nunquid homo Dei comparatione iustificabitur?* Ac si diceret; Nemo qui se Deo comparat, iustum inuenire poterit; nam appropians Deo, ex immenso eius fulgore obscurum se, ac nigrum deprehẽdet. Abraham etiam, tum cœpit Deum alloqui, se nigrum putauit, dicens, *Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis & cinis*. Seraphim etiam in præsentia Dei vultus suos operiunt, quasi ex rubore fœdos se coram ipso æstimãtes, & Cherubim quos vidit Ezechiel, audita voce firmamenti alas dimittũt, quia Dei comparatione, suas vilipendunt virtutes. Illa igitur est perfecta cõtemplatio, ex qua egrederis niger & pulcher? niger in oculis tuis, pulcher in oculis Dei; humilis & paruus apud te, sed splẽdidus & magnus apud Deum: nam & facies Moysis splendida valde facta est ex frequenti cum Deo communicatione; qui tamen splendor non apparet, dum infinito Dei splendori confertur.

Quadruplex causa nigredinis in contemplatione.

Iob 42. v. 5.

Li. 35. Mor. c. 3.

In Cant. 1.

Ser. 48. in Cant.

Iob 4. v. 17

Gen. 18. v. 27.

Isa. 6. v. 3.

Ezech. 1. 25.

Ita D. Gregor. hom. 8. in Ezech. *vbi plura exempla adfert.*

Exo. 34. v. 30.

Tandẽ multoties in contemplatione ea Dominus manifestat, quę animam timore, mœrore & horrore concutiunt, siue ob inscrutabilia Dei iudicia, siue ob peccata hominum, & supplicia eis infligenda, siue ob propriam indigẽtiam, & periculũ, quod clarius agnoscitur; siue quia ad terribiles tentationes, & tribulationes perferẽdas præparatur. Hæc autem omnia nigredinem intus efficiunt, non culpæ, sed pœnæ: nam qui addit scientiam, addit & laborem; vt etiam cõtemplatiuus dicere possit, *Ecce in pace amaritudo mea amarissima*. Nam in ipsa pace contemplationis multa sunt, quæ animam amarissimam reddunt. Siquidem & Christus Dominus in mõte Thabor, cum facies eius splenduit sicut sol, & Moyses, & Elias erãt cum illo visi in maiestate, id est, simili fulgore, & decore fulgentes, loquebantur tamen de excessu passionis, & mortis amarissimæ, quam Christus Dominus completurus erat in Ierusalem: vt vere tunc Christi ani-

Ecc 1. v. 18

Is. 38. v. 17

Lu. 9. v. 31.

mdice-

ma dicere posset, *Ecce in pace amaritudo mea amarissima; & nigra sum, sed formosa filia Ierusalem*. Formosa propter splendorem, quem cernitis, sed nigra propter passionem, quam mihi annunciatis. Sed de hac nigredine plura statim.

Quomodo anima aliquando sit tota pulchra. §. 4.

SED quid est quod sponsa simul se nigram dicit, & pulchram ex rationibus adductis, & tamen sponsus, qui clariores habet oculos, nec falli potest, intrepide dicit, *Tota pulchra es, amica mea, & macula non est in te.* Si tota pulchra, & sine macula, ergo non nigra; si autem nigra, quomodo tota pulchra? Quod si hoc tantum de Ecclesia dicatur per synecdochem, propter præcipuam eius partem, nempe gloriosissimam Deiparam, libens admitto. Reliqui autem iusti, vel dicuntur carere macula peccati lethiferi, quæ proprie macula vocari solet; vel ad breue tempus omni carent macula; maxime cum Deo feruenti adhærent contemplatione, & diuino inardescunt amore, qui instar vehementia ignis omnes maculas absumit. Ad hoc igitur tempus aspiciens sponsus dilectam animam commendans, ait, *Tota pulchra es, amica mea, & macula non est in te.* Ascenderat enim ad môtem myrrhæ, & ad collem thuris, vbi mortificatione, & oratione à cūctis se maculis perfecte mundauerat.

Cant. 4. v. 7.

Sed nunquid sponsa introducta per contemplationem in Dei cellaria, non se etiam mundauerat ab illis? Quomodo ergo inde egrediens, ait, *Nigra sum, sed formosa?* sed mirabilia in vtroq; splendet Dei sapientia. Animam enim, vt humilitati consolat, quantumcunque in se peccatum non agnoscat; agnoscit tamen radicem eius, & labendi facilitatem, ac lapsus etiam inscitiam, quæ facile labentes obnubilat; ideoque cum Apostolo dicit, *Nihil mihi conscius sum, sed in hoc non iustificatus sum.* Quare submisse dicit; nigra sum, sed formosa; nec ita formosa quin aliquātulum nigra. At Deus qui se humiliantes exaltat, & in amicis suis valde complacet, cum illis ab omnibus peccatis mūdat per charitatem, quæ operit multitudinem peccatorū, auertit oculos ab his, quæ ex se habent, & cunctis illos in id, quod tunc temporis illis præstat; deoque alacriter dicit, *Tota pulchra es, amica mea, & macula non est in te.* Quo etiam eam consolatur, & eius spem erigit; nam cum defectus animæ sic perfectæ sint ex subreptione, valdeque eam torqueant, & cito eos exentiat: misericors Deus quasi pro nihilo ducit, eique indulgens, ait, *Macula non est in te.* Non est hærens, non permanens, est mihi quasi non esset, & præ splēdore, & ardore amoris tui, quasi non apparet. Eo modo quo ferrum, etsi aliquam habeat maculam, cum in igne candet, totum splendidum videtur. Quo sensu dixit Ezechias rex, *Dominus bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt Dominum Deum patrum suorum, & non imputabitur eis, quod minus sanctificati sint.* Denique vtraque sententia nos docet in cellariis quidem, vbi soli contemplationi vacatur, cognosci quidquid nigredinis & imperfectionis est in anima, etsi pulchra sit: at integra pulchritudo, & omnimoda mundities non acquiritur nisi in monte myrrhæ, & colle thuris, vbi contemplationi coniungitur perfecta sui ipsius abnegatio, quæ omnē expellit culpam, & significatur per montem, qui altior est colle: quia nos propinquiores reddit supremo monti Domini, quo ascendit qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam, quia nihil coinquinatum intrabit in cœlestem Ierusalem, ad quam nos perducat Deus, qui viuit in secula. Amen.

1. Cor. 4. v. 4.

1. Pet. 4. v. 8.

2. Paral. 30. v. 19.

Ps. 14. v. 1.

EXHORTATIO XXI.

De nigredine pœnitentiæ, luctus, & afflictionis voluntariæ, propter peccata commissa, & de ardente zelo destruendi illa, & castigandi corpus, vt spiritui subiiciatur.

Pro Fer. 4. cinerum.

Nigra sum, sed formosa, &c. Decolorauit me sol.

EGIMVS hactenus de nigredine quæ culpam, vel reliquias eius repræsentat, sed oportet languori adhibere medicinā, & de alia nigredine agere. Quæ (vt plures Sancti docēt) est quælibet pœna, & tribulatio huius vitæ, quomodocumque nos vexans, inchoādo ab ea; quam nos spōtanee eligimus propter culpam, & illam delet, quomodo clauus clauo pellitur: cuiusmodi est interna & externa pœnitentia, quæ apte nigredo nuncupatur, eo quod color iste sit lugubris, mœrorem luctumque significans. Dicat igitur anima culpas suas deplorans, *Nigra sum, sed formosa, filia Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, & sicut pelles Salomonis.* Quare nigra? quia summa tristitia, & dolore afficior propter mala, q̄ perpetraui derelinquendo Deum fontem aquæ viuæ, & fodiendo mihi cisternas, quæ non valent continere aquam: scio enim & video, quia malum & amarum est valde reliquisse Dominum Deum meum, & non esse timorem eius apud me. Recolā ergo mala, quæ feci, & amaritudines in quas incurri, & plurabo in amaritudine animæ meæ, vt hæc potio amara pœnitentiæ pellat amaritudinem culpæ, & purget atram bilem meæ malitiæ, *Faciam planctum velut draconum, & luctum velut struthionum*, propter victoriam quam de me reportauit inimicus. Plangunt dracones, quia victi sunt ab elephātibus, & non plangam ego, quia victa sum à dæmonibus? Lugent struthiones, dum pulli capiūtur à venatoribus, & per cuspides ferreas se intromittunt, vt eruant eos; & nō lugebo ego dum video fructus bonorum operum ab hostibus destructos, assūmens flagella volūtaria vt reparem illos? Nunquid insensibilior ero draconibus, aut struthionibus durior?

Ier. 2. v. 13. & 19.

Causæ quæ mouent ad pœnitentiam.

Mich. 1. 8.

Vide Riberam ibi.

Plangam sicut virgo accincta sacco super virum pubertatis meæ. Eram enim sponsa cœlestis regis, sub eius protectione constituta, pretiosis monilibus ornata, deliciis affluens, diuitiis abundans, gloria & honore, & omnibus bonis per sponsum coronata. Accingam ergo me sacco pœnitentiæ, & vehementer plangam, quia ego ipsa per peccatum quasi interfeci in me sponsum virū pubertatis meæ; ego rursum crucifixi

Ioel. 1. v. 8.

Ad Heb. 6. v. 6.

mihi

1. ad Thess. 5. v. 19. mihi filium Dei, & oſtētui habui; ego extinxi in A me ſpiritum eius, & meipſam viduam, omnique auxilio ac tutela Dei indignam feci. Plangam igitur quaſi recens nupta, & vidua facta; quia licet ſponſus meus ſit mortuus in me, eſt tamen viuus in ſe, & eſt benignus ac miſericors, ac præſtabilis ſuper malitia; & propter planctū meum reuertetur ad me, & iterum me in ſponſam aſſumet, & cūcta quæ perdidi libenter reſtituet: nec

Ecc. 41. v. 3. Lu. 22. v. 61. plāgere deſinam, donec induat me primam ſtolam, & depoſitis nigris veſtimentis, veſtiat me veſtibus candidis, ne appareat cōfuſio nuditatis meæ, & det mihi aurum ignitum, & probatum charitatis ſuæ, quo locuples fiam, & gloria ac honore apud ipſum iterum coronata procedam. Plangam, quoniam Angelos pacis ſuper

4.

Iſa 33. v. 7. me flere amare feci, eo quod eorum Dominum B deſpexerim, pacemque cum eis initam ruperim; ſed planctu meo lætificabo eos, & reciſam

5. pacem reſtaurabo. Plangam denique, quia relictis pretioſis Salomonis tentoriis, habitare elegi in tenebroſis tabernaculis Cedar; & quæ eram tabernaculum Chriſti, vbi ipſe per fidem & charitatē manebat, facta ſum habitatio dæmo-

Iſa. 35. v. 7. Ex D. Hie. c. 16. niorū, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi; ſcio tamen quod per fletum pœnitētiæ in cubilibus, vbi prius dracones habitabāt, oritur viror calami & iunci, quibus in corde ſcribitur fides, & dilectio Domini, & in quibus feſſa prius membra requieſcūt: & ex tabernaculis Cedar per lachrymas eſt regreſſus ad pelles Salomonis, qui magnificus ac pacificus rex non dedignatur habitare in tentoriis, quę fuerunt Cedar, expulſis per pœnitentiam eorum tenebris.

Pœnitentiam internam & externam efficere pulchritudinem. §. 1.

Ioel 2. v. 12. ECce pœnitentiam deſcripſi, ad quam Dominus exhortatur per Ioelem, dicens, *Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, fletu, & planctu.* En ſimul rationes ob quas ſponſa ait, *Nigra ſum, ſed formoſa*, eodem nomine explicans morbum & medicinam; nigrorem culpæ & pœnitētiæ, quæ reſtituit nitorem gratiæ. Nigror autem pœnitentiæ ſimul internus debet eſſe, & externus, internus quidem per cordis contritionem, & dolorem, qui dum cor mœrore afficit, illud

Pſ. 50. v. 18 mundum & formoſum reddit, *Nam cor contritum & humiliatum Deus non deſpicit.* Externa verò per verecundam oris confeſſionem, quæ dum faciem confuſione operit, candore gratiæ animam pulchram facit. Scriptū eſt enim, *Pro ani-*

Eccl 4. v. 24. *ma tua ne confundaris dicere verum: eſt enim confuſio adducens peccatum: & eſt confuſio adducens gloriam & gratiam*, & conſequenter pulchritudinem. Nam confeſſio & pulchritudo (vt ait Pſalmiſta) ſimul D

Pſ. 95. v. 6. In hunc Pſalm. ſunt in conſpectu Domini. Vis eſſe pulcher? (inquit Diuus Auguſtinus) confitere. Non enim dixit Dauid, pulchritudo & confeſſio, ſed confeſſio & pulchritudo. Fœdus eras, cōfitere, vt ſis pulcher. Peccator eras, confitere, vt ſis iuſtus. Talis eſt ſponſus noſter, qui fœdam amauit, vt pulchram faceret; dilexit nigram, vt faceret formoſam. Si amas pulchritudinē, prius elige confeſſionē, vt ſequatur pulchritudo. Sed illi adiūgenda eſt opera ſatisfactio, q̄ dū ca ne ieiuniis, ciliciis, & flagellis macerat, ſpiritum ſplēdidiorem & formoſiorem reddit: nam licet foris ſit cinere, & puluere conſperſa caro, ſicut tabernacula Cedar, intus eſt cādidus & ſpecioſus ſpiritus, ſicut pelles Salomonis. Vnde Eccleſia cum ieiunium quadrageſimale indicit, in die cinerum corpus cinere aſpergit; puluerem, qui initium & finis eius eſt, in memoriam reducit ad fletum & planctū exhortatur. Tamen in Euangelio Chriſtum introducit, dicentem, *Cum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, exterminant enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes: tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua*: ad ſignificandum, quod non placet illi ſola externa nigredo, & coacta, vel apparens pœnitētia & maceratio, quæ ex nigro animo procedit, qualis eſt ieiuniū hypocritarum, & puſillanimium; ſed illam dumtaxat approbat, quæ ex corde puro & ſyncero procedit, & voluntarie Deo offertur; quæ ſpiritum vngit ſplendenti oleo gratiæ, & faciem lauat purificando à culpa, vt ſimul ſit nigra & formoſa, macerata, & hilaris, ſoli Deo placere ſtudens.

Mat. 6. v. 16.

Sed vnde ſpōſa hanc ſibi contraxit nigredinem, & formoſitatem? profectò ex cellariis, in quæ introducta eſt, vt Dei magnalia cōtemplaretur. Nam (vt paulo ante diximus ex Iob) cum primum Deum vidit, nō ſolum ſe reprehendit, ſed pœnitentiam egit in fauilla & cinere. Fauilla & cinis reliquiæ ſunt ignis omnium viliſſimæ: illa vt minutiſſimus puluis, hic ſubniger, ſed aqua mixtus lixiuium fit, ad lintea lauanda, & dealbanda idoneum; ita in Dei contemplatione primo accēditur charitatis ignis, quæ operit per contritionem, aut potius conſumit multitudinem peccatorum: ſed inde prodit humilitatis virtus, qua homo ex veriſſima ſui cognitione ſibi ipſi vileſcit, & omnium viliſſimū ſe reputat, tanquam fauillam, & cinerem. Ex vtraq; autem virtute reſultat pœnitentia, & lachrymarum lixiuium, quo anima à peccatorum maculis mūdatur, & dealbatur ſuper niuem.

Iob 42 v. 6. Ad eadem Exhortationis præcedentis.

C

Pœnitentiam oriri ex eo quod ſol iuſtitiæ nos aſpicit. §. 2.

EGregie declarant hoc ſequentia verba, *Nolite me conſiderare quod fuſca ſim, quia decolorauit me ſol.* Sol enim iuſtitiæ ſuo lumine, & ardore me fuſcatam reddidit; quia dum me illuminauit, & accendit ad ſui cognitionem & amorem, ſimul mihi infudit lumen, quo me ſceleraq; mea cognoſcerem, & odio haberem, lugenſque peccata, formoſa fierem. Septuaginta vertunt, *Nolite aſpicere me, quia ego denigrata ſum, quia deſpexit me ſol.* Deſpicere autem hic non ſignificat contemnere, ſed inſpicere; id eſt, quia ſol directis radiis, ac pleno lumine me aſpiciens, denigrauit me, percuſſit, & combuſſit. Vnde Aquila vertit, *Quia ſol combuſſit me*; Theodotion vero, quia *Torrefecit me.* Tunc autem nos aſpicit Deus, quando ſuos miſericordes oculos ad nos conuertit, vt mentem illuminet, & inflammet; quo aſpectu peccatores pœnitentiam agunt, iuſti vero amplius in bono proficiunt. Vnde quotieſcumque Chriſtus Dominus aliquos vocabat, vt filios Zebedæi, Matthæum, Zachæum, & alios, ſemper Euangeliſtæ præmittunt, quod *Vidit illos*: non quidē ſicut reliquos videbat, ſed benignis oculis, vt

De negatione D. Petri, & eius cōuerſione.

lis, vt eos ad se trahetet, à malo aoerteret, & spiritualibus bonis repleret. Sed magis hoc elucet in Petri conuersione, *Conuersus Dominus*, (ait Euangelista) *respexit Petrum*, qui tereum negauerat, & statim, *Egressus foras fleuit amare.* Deoigrauerat Petrum sol æstuans vehementi. tentationis, vt negaret authorem vitæ, ne perderet vitam; quia ardens æstus concupiscentiæ compulit eum plus nimio propriam vitam amare, & periculum mortis timere: vo- de sol concupiscentiæ tripliciter eum reos mootes, radios igneos exsufflans, huoc Apostolicum montem tunc exussit tripliciter, dum triplici negatiooe eum denigrauit. Quare noo incongrue dicere tunc Petrus; nolire me considerare, ac vilipendere quod fuscus sim, quia decolorauit me sol teotationis vehementis, cui tanquam debilis & incautus resistere non valui.

Eccl.43.v.3

Cæterum sol iustitiæ Christus iterum aspexit illum, illuminauit mentem, vt peccatum agnosceret, tetigit & percussit cor, inflammauit, & combussit vehementi dolore, & contritione ex Dei amore procedenti, & intus decolorauit, dum mœstum, amatum & afflictum reddidit, totq; lacbrymarum riuulos per oculos vertit, vt peccata dilueret, & amissam gratiæ polchritud nem recuperaret; decolorauit eum, vt coloratet, denigrauit, vt pulchrum faceret; percussit, vt sanaret, combussit, vt splendidiorem redderet. O mira diuini solis efficacia! non obseruat locum, quia est in omni loco, non expectat tempus, quia omni præeminet tempori: in cellario respicitur sponsa, Petrus in domo Caiphæ; illa inter filias Ierusalem, hic inter hostes Christi, illa vt lugeat antiqua scelera; hic vt fleat recenter commissa: vix peccatum finierat, cū aspexit eum sol, & mox pullum reddidit, ac mœ étem, & simul pulcbrum, quia nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia: sed væ peccatoribus quos Christus nunquam respicit, quia ipsi obstinate auertunt faciem suam ab illo: certissime enim nisi respexerit eos, in peccatis suis morietur. Si ergo peccaris, ag osce eito inopiam tuam, & dicito cum Psalmista, *Respice in me, & miserere mei, quia vnicus & pauper sum ego*; & confide quod respiciet, & sanabit te. Hoc insinuant verba ista sponsæ, si admittamus versionem Symmachi, quæ sic habet *Quia torue inspexit me sol.* Quod iosensu negatiuo accepit Diuus Ambrosius, sic legens; Quia non est intuitus me sol, seu quia ooo despexit me. Idem insinuat Origenes, assignaos discrimen inter solem corporeum, & incorporeum Deum; quod ille tanto magis denigrat, quanto magis quempiam aspicit; hic vero tuoc denigrare dicitur, cum nō intuetur aliquem; cum quos magis respicit, magis illustrat, & inflammat. Vnde bæc verba attribuit Diuus Ambrosius Synagogæ, Origenes vero plebi Gentilicæ, vt sensus sit; nolite me despicere, eo quod modo sim deo grata, & multis culpis obnoxia; huius enim causa est quia sol iustitiæ oon a pexit me adhuc, meis id demeritis exigētibus; spero autem quod me aspiciet, & tuoc colorem hunc fuscum in candidum mutabit. Vera quidem est hæc doctrina, sed versio Vulgatæ, & Septuaginta, quæ sensum affirmatiuū facit, quam

Ps.24.v.16

In Psal.118 ser.1.v.1. & ser.12.v.1. Hom 2.ex 4. in Cant.

De hoc plura infra Is.5. Exhor. 21. ibid.

cæteri Patres sequuntur, omnino est præferenda, & sequenda.

Respicies per fenestras.

De zelo vindicandi propria peccata, & domandi corpus. §. 3.

CVm igitur Deus dignatur peccatorem aspicere, imprimit illi ardentem sui amorem, & zelum feruentem contra peccata perpetrata, & contra cuncta quæ ipsi peccandi occasio fuerunt. Est autem hic zelus vehemens quædam tristitia de offeosa Dei, & ardens desiderium eam à se propellendi, & insuper vindictam sumendi de seipso; qoia contra Deum insurgere ausus est. Hic zelus animam fuscat, & de eo interpretatur Diuus Bernardus quod ait sponsa, *Nolite me considerare quod fusca sim, quia decolorauit me sol.* Id est, ardens zelus, quem ex Dei amore concepi contra peccatum, & contra carnem, quæ ad illud me instigauit. Hic autem zelus cum decoigrat, pulchritudinem g atiæ efficit, aliaque complura bona confert; nam (vt inquit Diuus Paulus) *Quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Ecce enim hoc ipsum, quod secundum Deum contristati estis, quantam in vobis operatur solicitudinem, sed defensionem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam, in omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse negotio.* En nouem ingentia bona, quæ pœnitentia operatur; nempe salus stabilis & perseuerans sulicitudo ad vitanda mala, & procuranda bona; defensio, seu resistentia contra eos qui nos ad malum prouocant: Indignatio contra seipsum, quia peccauit vt deinceps noo sibi indulgeat, sed odio habeat: timor reincidendi in eadem peccata, præcaueos occasiones ruinæ: desiderium conseqnendi Deum & virtutes, vt eordi per amorem hæ eant: æmulatio sanctorum & meliorum charismatum, vt aliorum exemplo in melius proficiat: vindicta de sceleribus perpetratis, & de quibuslibet quotidianis defectibus, puniens illa vt diuinæ iustitiæ satisfaciat, ne ipse Deus postea seuerius puniat: & tandem immaculatum se præbere in omni Christiano negotio ac ministerio. Cuncta hæc operatur zelus ardens contra peccatum, qui eum decolorat, pulchritudinem nouam his virtutum coloribus circumfusam in animam introducit.

1.

Serm.28. in Cant.

1.Cor.7.v.10.

Sed nec remissio peccato, zelus decolorare cessat, tū vt à peccato præseruet, tum vt carnem domet, ne iterum in peccatum pertrahat. Nōne præcursor Christi mitam abstinētiam & pœnitentiam egit in deserto? Vt quid hoc? ne leui saltem maculare vitam famine posset. Fulcus erat, & ater, non quia peccauit, sed ne peccaret; castigabat enim carnem, vt eius rebellionem comprimeret, ne in vllum eum peccatum præcipitaret; sicut & D. Paulus qui dicebat, *Ego sic curro, non quasi in incertum, sic pugno, non quasi aerem verberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Hoc est, castigo corpus meum, & flagellis vsque ad liuorem contundo, vt subditum sit, & obedieos imperio rationis, & legi Dei: sed cur hoc? quia curro noo in incertū, sed cum spe accipiendi brauium; & si corpus non castigarem, impediretur, vel retardaretur cursus meus.

2.

1.Cor.9.v.26.

meus. Pugno etiam, nõ quasi aerem verberans, A sed vere hostes meos deuincens; at si corpus nõ castigarem, mea pugna esset quasi aeris verberatio: nam hostis externus, interno indomito coniunctus me cito debellaret; & tandem castigo corpus meũ, ne rebellio ipsius me in reproborum sortem deducat; quia negligentia spiritus in domandis carnis concupiscentiis signum est reprobationis. Ecce (inquit Diuus Augustinus) suo timore nos terret Apostolus. Quid enim facie tagnus, vbi aries timet, & tremit? Sed nunquid Paulus non certus erat de sua electione, & de corona iustitiæ, quam illi redditurus erat iustus iudex? Quomodo ergo timet, & se castigat, ne reprobus efficiatur? Respondet pro illo sponsa, *Nolite me considerare quod fusca sim, quia decolorauit me sol*; id est, ne propter hoc me contemnatis, aut scandalizemini; sol enim iustitiæ qui elegit me, vt aliis prædicarem, & illi perpe- B tuo ac fideliter seruirem, ipse me decolorauit, hunc mihi timorem, & tremorem incutiendo, & hunc zelum castigandi corpus in me accendẽdo, vt sic meam electionem certam facerem, & coronam iustitiæ non amitterem.

Apud D. Tho. lect. 5. & interlinearis.

Prodest etiam hoc non modicum ad vires animi acuendas contra hostes inuisibiles & visibiles, qui nos oppugnant, & ad labores Christianæ militiæ tolerandos. Sicut enim pastores gregum, & agricolæ, qui solis ardoribus, æstu, & gelu sunt adusti, & denigrati, valentiores sunt ad ærumnas, & labores perferendos, sic qui huiusmodi castigationibus corpus affligunt, & in seruitutem redigunt, potentiores sunt ad reliquas tentationes viriliter superandas, & tribulationes perferendas. Quod egregie declarat D. Hieronymus, circa illud verbum Amos, *Nunquid* „ *non vt filii Aethiopum vos estis mihi*? De illis loquens „ qui cum Æthiopes sint, mutant nigram pellem, „ & fiunt Dei filii per pœnitentiam; isti (inquit) di- C „ cere possunt, *Nigra sum, & speciosa, quia decolorauit* „ *me sol*; Corpora enim vmbris, otioque marcentia tentationes, & æstus seculi ferre non possunt. „ Quæ aũt ad luctam, & ad certamina præparãtur „ sole siccata, superant mundi iniurias, & benedi- „ ctionem sancti Spiritus consequuntur, dicentes „ ad iustum, *Per diem sol nõ vret te, neq; luna per noctẽ.* „ Sol igitur tentationũ illos decolorat, & deformat intus, qui concupiscentiæ se subiiciunt, & illã reprimere negligunt: qui vero illam castigationibus habent edomitã, decolorãtur quidem foris, sed intus non vruntur, quin potius splendidiores & pulchriores fiunt, quia Dei benedictionem assequuntur & gratiã: in cuius signum cum Angelis luctans, cum Iacob, imposuit illi nomen Israel, quod interpretatur fortis contra Deũ, & qui prævalere posset cõtra homines, re- D tigit eius neruum, qui statim emarcuit: ad denotandum, quod tunc fit spiritus fortis & robustus ad obtinendum aliquid à Deo per orationes, & ad pugnandum & prævalendũ contra inimicos, quando carnalis amor, & cõcupiscentia per has castigationes voluntarias Dei gratia emarcuit, & exiccata est. Vnde sicut Iacob posset dicere; nolite me contemnere quod claudus sum, quia claudicare me fecit sol, dum neruum meum tetigit, & exiccauit; sic sponsa Christi inquit; ne miremini quod fusca & afflicta incedam, quia sol diuini zeli fuscauit me, vt carnem meam

Simile.

In Amos 9. v. 7.

Psa. 120. v. 6.

Gen. 32. v. 25.

edomitam habeam, & Deo fortius inhæream.

Videmus quotidie quod sol & ignis duram ceram liquefacit, liquidum vero lutum exiccat, & durum facit. Sol ergo & ignis diuinus vtrumque præstat: nam cor durum, ad ea quæ sunt Dei, vel proximi liquefacere solet per amoris & compassionis affectum: at cor quod instar luti fluidi per ea quæ caro & mundus suggerit, diffluit, & delabitur, exiccat per opera dura pœnitentiæ, & mortificationis, quæ omnem carnalem & mundanum humorem consumunt, durumque illud efficit ad cuncta hæc aspera perferenda, & ad graues pro virtute labores tolerandos: nam vt in hoc Cantico dicitur, *Dura est sicut infernus æmulatio*; quia sicut infernus (inquit Diuus Ambrosius) nec suis parcit, & ipsi durissimi sunt ad pœnas ignis sufferendas, qui perpetuo licet inuitos torquet; ita æmulatio & zelus B Dei non parcit ei, quem possidet, sed semper quamuis spontaneum torquet, & durum constituit ad tolerandas quascumque pro peccatis suis pœnas, quas iustitia Dei exigit, & charitas illi suggerit, & ad omnia sufferenda tormenta à dæmonibus, vel tyrannis inflicta, vt Deo satisfaciat, & illi fidem seruet, cumque iis tormentis valde est denigratus, & exiccatus; tunc dicit vt sponsa, *Nolite considerare quod fusca sim, quia combussit me, vel torrefecit me sol*, & cuncta interiora mea desiccauit, in hosque angores deduxit. Vtrumque huius diuini ignis effectum expertus videtur Christus Dominus, cum de seipso in passione sua dixit, *Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei, aruit tanquam testa virtus mea.* Zelus enim diuinæ gloriæ, & nostræ salutis in causa fuit, vt cor eius instar ceræ quæ liquescit ab ardore ignis, liquesceret, & deflueret præ angore & tristitia de peccatis nostris; & corpus eius arefieret, sicut testa ab igne C decocta, & ad innumera tormenta perferenda durum esset, *Posui*, inquit, *faciem meam vt petram durissimam*; quia licet confracta sit caro velut testa, dura mansit per firmam patientiam, velut petra. Si ergo hæc Christus pro peccatis pertulit alienis, quid nos oportet pati pro propriis? Vtinam zelus gloriæ eius comburat, & torrefaciat nos, tantaque nos indignatione inflammet contra propria peccata, vt penitus absumat illa, & neruum amoris proprii arefaciat, liquefaciat nos ad diuina, & duros efficiat ad perferenda aspera, vt ei similes simus, qui pro nobis tot tantaque passus est; cui sit honor, & gloria in secula seculorum. Amen:

Cant. 8. ... in f... v. 6.

Ps. 21. v. 15.

Isa. 50. v. 7.

EXHORTATIO XXII.

D

De nigredine & pulchritudine vitæ iustorum ex rebus aduersis & prosperis per singularem Dei prouidentiam contexta ad imitationem vitæ Christi Saluatoris nostri.

Pro Festo omnium Sanctorum ea. Beati qui persecutionem patiuntur.

Nigra sum, sed formosa, &c. quia decolorauit me sol.

MISERICORS Deus (inquit D. Chrysosto- „ mus) in hac vita mœstis rebus, quædam „ iucunda

Hom. 8. in Matt.

[illegible] permiscet in Sanct[illegible], q[illegible]s A ne[illegible]que t[illegible]bu[illegible]tiones, neque [illegible] habere c[illegible]nuas, [illegible] aduer[illegible], tum ex prosperis [illegible] ad [illegible] va-rietate co[illegible], [illegible] app[illegible]ant [illegible] [illegible] premu[illegible]tur; [illegible] m[illegible], dum [illegible] tat[illegible]us dec[illegible]tur. Quia ratione o[illegible]bus c[illegible] [illegible]ponsa cecinit [illegible]ens, *Nigra sum, ed formosa, filia Ierusalem.* Con[illegible]enter e[illegible] lugubrem nigrum colorem, huius v[illegible] intelliguntur, vt [illegible]men, *Sicut tabernacula Cedar, & sicut pe[illegible] Salomonis*; ad significandum, [illegible]b[illegible]acula & tentoria muta[illegible]orem ex aduersis, & decorem ex p[illegible] var[illegible]biles esse in hac peregrinatione, v[illegible]rietate vita iustorum conte[illegible], p[illegible]tat radices deorsum, & per B p[illegible] fructum sursum: per nigredi-n[illegible]am humilietur, ne superbiat, & per p[illegible] pulchritudinem erigatur, ne despe-re[illegible], & v[illegible]raque manu sciat contra hostes dimicare, v[illegible]oque successu superiorem esse, & sponso fide[illegible] inseruire; iuxta illud Diui Pauli, *In omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis.* Ecce nigredinis, & ærumnarum, quas passus est in tabernaculis Cedar, copiolum catalogum; sed pergit vlterius, *In castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta; in verbo veritatis, in virtute Dei.* Ecce pulchritudines & virtutes, quibus decoratus erat sicut pelles Salomonis. Sed audi vtrorumque successum, vicissitudinem, & coniunctionem, *Per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam; vt seductores & veraces, sicut qui ignoti, & cogniti*, &c. O vir plus- C quam vir inter tot procellas; rerumque vicissitudines immobilis, in Dei seruitio perseuerans! Rara est hæc perfectio, & solis illis concessa, quæ instar sponsæ dicere possunt, *Nigra sum, sed formosa*; quia diuersis temporibus eadem manens in spiritu, diuersos colores recipit in corpore: sciens, vt dicit idem Apostolus, & humiliari, & abundare, satiari, & esurire, abundare, & penuriam pati, *Vbique*, ait, *& in omnibus institutus sum; & omnia possum in eo qui me confortat.* Ipse autem Deus est qui me instituit, ac instruxit, dum introduxit me in cellaria sua, & rapuit me in tertium cœlum, ipse est qui me confortat, ne me vel nigredo terreat; vel pulchritudo inflet; sed semper in ipso fixus manens bene operari non cessem.

Cassi[illegible] Beda. An[illegible] Bernard. serm. 25 in Cant. Hugo de S. [illegible] lib. 1. instit. monast. serm. 24. to. 2. Is 37. v. 31.

2. Cor. 6. v. 4.

Ad Phil. 4. v. 12.

De quatuor ærumnarum generibus, quæ pulchritudinem internam augent. §. 1.

SED ærumnarum catalogum pro instructione nostra ad quatuor capita reducamus: nam quædam oriuntur ex ipsa hominis natura post Adæ peccatũ, innumeris tum corporis tum animæ miseriis, ægritudinibus, molestiis, & tædiis onerata. Quędã vero ex ipsis causis naturalibus; elementorum scilicet contrarietate, temporum inclementia, & animalibus homini infestis proueniunt. Aliæ, & forte grauiores, ex hominum

Iob 14. v. 1.

[illegible]tur malitia, qui seipsos grauiter inse-q[illegible] exat rapinis, calumniis, litibus, rixis, [illegible]s, & variis persecutionum generibus: al[illegible] [illegible]em ex malitia dæmonum humani generis ho[illegible]um, qu[illegible], si à Deo sinantur, intus & foris homines vexant, tentant, & torquent, reliquasque ærumnarum causas vrgent, vt iustos opprimãt. Quare non incongrue hæc quatuor ærumnarum genera comparauerim quatuor cornibus ferocium animalium, quæ vidit Zacharias Propheta; de quibus dixit ille Angelus, *Hæc sunt cornua quæ ventilauerunt Iudam, & Israel, & Ierusalem*; quia omnes iusti tam incipientes, qui per Iudam, quam proficientes, qui per Israel, & perfecti, qui per Ierusalem significantur, iis cornibus, & his tribulationibus concutiuntur, & denigrantur, vt spiritus mundior, & pulchrior fiat; gloriosiorque appareat confessio eorum, B qui à Iuda confitentes dicuntur, dum in fornace tribulationum adhuc Deum confitentur, & fideles inueniuntur; vt etiam amplius splendeat fortitudo eorum, qui Israel vocantur, id est, fortes contra Deum & homines, imo & contra dæmones; dum in hac graui pugna victores euadunt; vt tandem illustrior sit visio pacis in iis, qui nuncupantur Ierusalem, dum irruente tanta ærumnarum procella, cor pacificum, & Deo vnitum retineur, vt merito omnes dicant, *Nigra sum, sed formosa, filia Ierusalem.* Id est; O filiæ Ierusalem, quę pacem sectari videmini; etsi me videatis nigram, & ærumnis oppressam, scitote tamen me esse formosam; nam ærumnæ istæ, quæ carnem nigrefaciunt, dealbant spiritum. Cum igitur iis cornibus te ventilari senseris, clama ad Deum cum Psalmista, *Circumdederunt me vituli multi; tauri pingues obsederunt me: salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam.* Scito autem quod sicut hæc animalia bina C habent cornua, quibus ventilant, & feriunt; ita hostes has ærumnas incutientes duplici modo ventilant, & ad malum pertrahunt, vel à bono retrahũt, scilicet timore, & cupiditate. Nam (vt inquit Diuus Augustinus) omne peccatũ est ex amore male inflammante; vel ex timore male humiliante, nimirum quia plus nimio timemus pati hæc mala, vel ardenter nimis cupimus contraria bona. Etsi ergo ab vtroque ventileris, vtrumque Dei gratia superare contende, & pulcher & felix eris, dicens Deo, *Transiuimus per ignem & aquam; & eduxisti nos in refrigerium*; quoniam neque ignis concupiscentiæ nos combussit, nec profunda aqua timoris nos suffocauit, sed vtrumque te adiuuante maiorem splendorem contulit. Vnde Diuus Hieronymus iuxta sensum tropologicum per illa quatuor cornua, D quæ Zachariæ sunt ostensa, intelligit quatuor animæ perturbationes, quę sunt aliarum radix, & caput; nempe gaudium, & tristitia, timor & spes, seu cupiditas; quibus diabolus electos ventilat, sed cum ærumnis coniunguntur, quæ dolorem & timorem vehementem incutiunt, & gaudiũ & cupiditatem intersecant, vehementius ventilant, sed gloriosius constringuntur. Vnde diuina prouidentia ita disponente, eidem Zachariæ ostensi sunt quatuor fabri. *Qui venerunt*, ait Angelus, *deterere ea, vt deiiciant cornua Gentium.* Hi autem, teste eodem Hieronymo, sunt quatuor virtutes cardinales, temperantia, fortitudo, iusti-

Zach. 1. v. 18.

Ps. 21. v. 13. & 122.

In ad Psalmum 79. A. censa igni & suffossa, vœ habet in sententia ex D. Tho. 1. 2. q. 77. art. 4.

Ps 65. v. 12.

2. Zach. 1. v. 20.

iustitia, & prudentia, quibus reliquæ ... ectun- A tur: quæ suis actibus tanquam quibusdam malleis vitia mortificant, carnem domant, reprimunt cupiditates, coercent timores, tolerant iniurias hominum, dæmonum tentationibus resistunt, & omnes ærumnas patienter ferunt. Vnde illustriores & splendidiores redduntur.

Ita D. Hieron. ita Dionysius Carthus. Alii per hos fabros ferrarios intelligunt Angelos, quorum præsidio defenduntur iusti; alii veru Prophetas, Apostolos, Euāgelistas, Ecclesiæque pastores & doctores; ego vero crediderim hos esse sacros scriptores; nam Scriptura sacra est velut quædam cœlestis ferraria, vbi fornax est ignea, & malleus ad conterenda ferrea corrua; vtrumque autem præstant diuina verba

Ier. 23. v. 29 in ea contenta, iuxta illud Ieremiæ, *Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, & quasi malleus conterens petras?* Ignis sunt, quia mollīūt cor, & Dei amore B succendunt; malleus, quia conterunt eius duritiam, & quidquid vitiosum est, destruūt, cornuaque diaboli confringunt. Audi quemadam fabrum ferrarium, per quem Christus loquitur, prosetētem verba quibus omnia cornua tribu-

2. Cor. 4. v. 16. lationum confringas, *Licet is*, ait Paulus, *qui foris est noster homo, corrumpatur, tamē is qui intus est renouatur de die in diem. Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Contemplantibus nobis, non quæ videntur, sed quæ non videntur; quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ non videntur æterna sunt.* Et quis hæc verba contemplatur, qui non totus ignescat, vt tribulationes amet, tristitiam pellat, duritiam cordis emolliat, ac malleo isto elaboret, excolat, poliat, vt virtutū speciosas figuras imprimat? Ecce Paulus prædicat quod sponsa clamat, *Nigra sum, sed formosa*. Vnde nigra? quia is qui foris est noster homo, corrumpitur tribulationibus, & consumitur æ- C rumnis. Vnde formosa? quia is qui intus est homo, renouatur de die in diem, & pulchrior, sanctior, & Deo fit gratior. Sed quomodo corruptio, & renouatio, lugubris nigredo, & læta formositas in vnum coeunt? quia non solum contemplatur quæ videntur, sed quæ non videntur. Nigredo enim & corruptio, ac tribulatio, quæ videtur temporalis, imo momentanea, parua est, & leuis, si compareatur gloriæ quam meretur: hæc enim æterna est, & ponderis supra mo-

Ad Rom. 5. v. 3. dum sublimis. Propter quod, *Gloriamur* (inquit idem Apostolus) *in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spi-*

Iac. 1. v. 3. *ritum sanctum qui datus est nobis.* O verbum ignitum, ô malleus conterens petras! & quomodo non glutiaberis in tribulationibus, & omne D gaudium existimabis illis ventilari, si credis quod tribulatio ex Dei gratia operatur patientiam, quæ opus perfectum habet, & mentem

Eccl. 2. v. 5. virtute consummatam constituit: patientia vero operatur probationem; quoniam sicut in i-

Sap. 3. v. 5. gne probatur aurum & argentum, sic homines receptibiles in camino humiliationis. Hæc autem probatio magnam gignit spem consequen-

Sap. 3. v. 4. di æternam coronam, & cætera præmia tribulatis promissa; nam etsi coram hominibus tormēta passi sunt, spes illorum immortalitate plena

est, ... pig... he... ras, & S... omn... sponsa ... gra... fort... esse decoram.

Denique tribul... & ... quando ita solent ... er... vt iustos ... grent, & quasi similes ... peccato... cum tamen re ve... a effi... iant ... & diuinos. Hoc insinuant ... æ... dines, *Sicut tabernacula Cedar, & si ... p...* ... au, vt significet ita esse nigra... & peccatores, easdem ærumnas p...ens, q... illi: nam (vt inquit Eccl. ... *sunt i st... mala proueniunt, q... opera egerint ...* ... ite rum. *Hoc est p... ssimum*, id est ... *quod eadem cunctis eueniunt.* Vnde fit, ... ti putent iustos hæc mala pro peccatis ... sicuti amici Iob ei insultabant. Ipsi etiam ... interius affligantur, existimantes pro ... bus saltem oceultis puniri; vnde D... di...

... *ram Domini portabo, quia peccaui ei.* Item. ... *& vere deliqui, & vt dignus eram, non recepi, & propter ... niquitatem corripuisti hominem.* Cæterū ... hac a- Iob ... milii confessione fit, vt euadant pul... pelles Salomonis, id est, sicut ipsi cœ... h... ines plane cœlestes, cœlorum incolis in mun... li miles; nam iis tunsionibus & pressuris expoliuntur lapides permansuri in sic... ædi... ius Ierusalem cœlestis. Vnde scriptum est, *S... dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri.* In Hebræo habetur, si dormiatis inter medios tripodas, & ollas, ex quarum contactu denigrati aliquantulum foetistis, & ex atris tribulationū ærumnis, in quibus tanquam in tripodibus, & ollis decoquūntur iusti, atri esse iudicemini; scitote tamen quod tuo potius estis formosi sicut columba, quæ argentaras & candidas habet pennas, quibus ad cœlestia volet, & dorsum, quo ipsas tribulationes pertulistis, erit fulgenti charitatis auro splendidum. Felices ærumnæ, quæ animam constituunt tabernaculum Altissimi, tentorium Christi, & habitaculum virtutis eius. Sic enim dictum est Paulo, tribulationibus afflicto, & ab angelo Sathanæ coalphizato, *Sufficit tibi gratia* 2. Cor. 12. v. 9. *mea, nam virtus in infirmitate perficitur.* Quod ipse audiens, lætus respondit, *Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi.*

Ex Dei prouidentia cuncta hæc aduersa prouenire.

§. 2.

SED vnde rogo, tot bona sponsæ cum tribulationibus adueniunt? Ipsa satis indicat, cum subdit, *Nolite me considerare quod fusca sim, quia decolorauit me sol.* Ac si diceret: Ideo has nigredines non despicio, sed libenter amplector, & ex illis formosior fio, quia à sole iustitiæ effectaa esse credo, cuius prouidentia cuncta hæc mihi euenire certo scio. Nolite me despicere, quod fusca sim, ego enim magnifacio colorem istum, quia ipse sol efficit illum, atque me denigratam à quatuor cornibus, quæ ventilauerunt me, ab inumi-

in... ...entibus, ... em... A ... t...us, & ... us domesti... ...bus; sed ... cur ... me, ipse ... pulchri ... ip... abstul... meum, ... d qu... erat suum ... mihi ... Iob 1. v. ... quod gra... it, iuste ab...lit. *Si ut Domino placuit, ita ... est, sit nomen Domini benedictum.* Magna ... D. ... consolatio est in eo quod d... placet, quod ... ordinate erga nos ... tur, cui non ... iustum placet. Si igitur iusta Deo placent ... pati autem nulla, nisi quae Deo ... possumus, iusta sunt cuncta quae ..., & valde iniustum est, si de iusta pa... ne m...urmuramus. Quod si volūtas hominum ..., vel diaboli tentantis, peruersa ... nocet quia potestas ad persequendum & ...ndum ex Deo est, & nocere non p... quantum volunt, sed quantum à Deo p... Vnde Iob (vt notat Diuus Augustinus) nō dixit Dominus dedit, & diabolus abstulit, sed Dominus dedit, & Dominus abstulit; à quo diabolus licētiam & potestatem obtinuit, vt auferret. Deus enim qui fecit illum (vt idem Dominus testatur) applicat gladium eius, vt solum feriat, quem, vbi, & quando, ac quantum ipse permiserit. Tanta autem est eius benignitas (ait idem D. Augustinus) vt nullo modo sineret malum esse, nisi adeo esset omnipotens, & bonus, quod benefaceret d... malo. Vnde gladium Sathanae retorquet contra ipsum, vt deprauata persecutorum voluntas, dum iustis tacent nigredinem, illis inseruiat, vt augeat eorum pulchritudinem. Dicebat Deo Sathanas contra Iob, *Extende manum tuam, & tange cuncta quae possidet.* Sed ignorat infelix, quod quidquid de manu Domini egreditur ad electos, est propter bonum ipsorum; nam manus Dei sunt tornatiles, & plenae hyacinthis, & eum extendit & aperit illas, hyacinthos nobis profert, nec solum bona, sed & mala de manu ipsius hyacinthi sunt, quia ad coelestē vitam eleuant, & terrestrē expellunt. Quare merito ipse Iob dixit, *Si bona suscepimus de manu Domini, mala cur non sustineamus?* Merito etiam sponsa ait; *Decolorauit me sol;* seu radiis suis combussit, & torrefecit me; sol autē iustitiae non minus prodest cum vrit, quam cum illuminat; nam vrit, vt consumat mala, & mentem splendidiorem reddat. Sicut scriptum est, *Sanitas in pennis eius*, id est, in radiis eius, qui siue illuminent, siue vrant electos, semper sanant, & pulchrificant illos, faciens cum tentatione prouentum.

Iob 1. v. | *Iob 1. 21.* | 2. | *Praefat. & narrat. in Ps. 29 & enar. 2. in Ps. 31* | *Iob 40. v. 14.* | *In Enchir. c. 11. & 1.* | 3. | *Iob 1 v. 11.* | *Cant. 5. v. 14* | *Iob 2 v. 10* | *Malach. 4. v. 2.* | *1 Cor. 10. v. 13.*

4. Quod si diligo solem, qui me decolorat, cur non diligam opus eius? Si vere amo Deum super optimum, & Patrem amantissimum, cur non amabo nigrorem, quem ipso disponente recepi? Ego, inquit, *Dominus, & non est alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum.* Non creo tenebras Cedar, id est culpatum, sed tenebras poenarum, per quas clariorem efficio lucem, quia à me est omnis aduersitas, & prosperitas, cuncta nigredo, & pulchritudo. Vtitur autem verbo creandi, quod ex nulla praesupposita materia opus pro libito facere significat, quia multories creat in electis has aerumnas sine ipsorum culpa, solum vt eos perficiat, vt eorum rectitudinem & amorem probet, & in dies augeat.

Is. 45. v. 6. D

...l etiam cōtextus iste miro artificio de... ...m enim dixisset sponsa, *Recti diligunt te*, ... ostendere qui sint isti recti perfecte d... ... punum, subdit, *Nigra sum*, & caetera quae de ... tribulationibus narrat, vt ostēdat illos vere esse rectos, qui Deum diligunt, non solum quādo benefacit illis, sed etiam cum facies eorum implet ignominia. Sic enim probatus est Iob, quod esset vir rectus, simplex ac timens Deum, quia in aduersis adhuc retinuit innocentiam, nec amisit rectitudinem. Peruersi (inquit D. Augustinus) qui prauo & distorto sunt corde, cum ... aerumnas huius vitae patiuntur, inīq; se patiuntur dicunt, & conqueruntur, tabieq; impatientiae exaecati in tres erroneas dilabuntur sententias, dicentes; Aut non est Deus, sed casu omnia eueniunt; aut non gubernat Deus res humanas, nec cura est illi de hominibus, aut iniustus est Deus, cui ista placent, & haec mala facit. Sed haec impia sunt, quia iustus est Deus, & rectum iudicium eius; & quia rectus est Deus, distortum illorum cor non potest rectitudini eius collineari; sicut distortum lignum si alteri recto coniungatur, non potest illi adhaerere. At vero iusti qui recto sunt corde, omnes quas patiuntur aerumnas, Deo tribuunt, tanquam iustissimo, ac sapientissimo gubernatori, & Deo recto tanquam recti, & amorem ipsius inuictum retinent. Haec ex Diuo Augustino.

Iob 1 v 1. & c. 2. v. 3. | *Enarrat. 2. in Ps. 31. v 11.* | *Gloriam ostenditur nec recti corde.* | B | *Simile.*

Sed quoniam alii, qui etiam distortum cor habent, putant semper afflictiones propter peccata euenire, iniustosque esse eo ipso, quo afflictos; aut vanum esse seruire Deo, cui dum seruiunt, tot aerumnis premuntur. Cunctos hos errores vno verbo confutat sponsa, cum ait, *Nigra sum, sed formosa.* Non sum afflicta, quia peccatrix, cum potius sim formosa; ideoque propter hoc nolite me despicere; sum enim fusca, quia ipse sol voluit me decolorare; non ex odio, sed potius ex amore, quia inspexit me, & benignos oculos in me fixit, vt mihi benefaceret, & vna sim ex illis, qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Magna enim tribulatio virtute sanguinis Christi dum patienter toleratur, lixiuium est animam lauans & dealbans, ac pulcherrimam reddens.

Iob 11. v. 4. | *Malach. 3. v. 14.* | C | *Apoc. 7. v. 14.*

Hinc fit sanctos viros nōn solum non horrere tribulationes, sed multo grauiores desiderare, & quod amplius est diuinae prouidentiae seruientes, eas vt possunt, augent, voluntarias afflictiones sibi cumulantes. Vtrumque praestitit Inuictus Iob, dicens, *Quis det, vt veniat petitio mea, & quod expecto, tribuat mihi Deus; vt qui coepit ipse me conterat, soluat manum suam, & succidat me: & haec mihi sit consolatio, vt affligens me doloris non parcat, nec contradicam sermonibus sancti?* O virum ineffabilem tot doloribus non victum, sed plures sitientem, desiderans quod Deus non pateat laboribus, sed nouos addat; quod & ipse fecit; *Nam & testa saniem radebat.* Quod sic amplificat Origenes; Non accepit molle aliquid, vt abstergeret leniter, sed testam durum; vt radetet cum dolore saniem suam. Dic, ô beate Iob, quid hoc facis? cur hunc dolorē exasperas? cur exaggeras testa radendo lamentabile vulnus, & taeuissimam plagam, cum potius debueras lauare, fouere, vngere, vt mitiorem redderes hūc terribilem

Iob 6. v. 8. | *Iob 2. v. 8.* | *Lib. 2. in Iob.*

„ bilem dolorem? Sed respondens iustus Iob [illegible]xit; Ego, ô viri, nô succumbo his doloribus, [illegible] queistis pœnis deficio, non debilitor, nec del[illegible]for. Non enim sunt dolores isti fortiores animæ meæ firmitate; non sunt hæc tormenta dur[illegible] cordis mei duritiam merito exaggero, atq; commoueo ipsos dolores, vt per cuncta ostendam nequissimo diabolo, quia eius malitiam irrideo, & omnes eius plagas, ac vulnera ad nihilum reputo. Hæc Origenes. Sed vnde huic viro tanta fortitudo, & duricies in tolerando, nisi quia de manu Domini dolores accipiebat, & à sole diuinose credebat decoloratum, cui nô contradicere omne gaudium, & solatium existimabat?

Per ardentem Christi amorem, & desiderium sequendi eius vestigia, omnes ærumnas libenter tolerari. §. 3.

SED iucundiorem proponamus interpretationem, quæ omnes afflictiones tam voluntarie assumptas, quam ab aliis illatas etiam iucûdas reddat, quia *Decolorauit me sol*; id est, Christus Dominus, qui similes ꝓ me afflictiones pertulit, suoque me exemplo compellit, vt eas amem, desiderem, & amplectar: vnde eius ardens amor me fuscum, & decoloratum externus reddit; quia ita ipsum decoloratum intueor. Video ieiunantem, cur non ieiunabo? video vigilãtem, cur non vigilabo? video innumera opprobria, & tormenta perferentem, cur non perferam &
Isa. 53. v. 2. ego? *Vidimus eum* (inquit Isaias) *& non erat aspectus; despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem: & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum.* Si ergo ipse sol propter me sic est obscuratus, & factus velut ater, dum has ærumnas mei causa suscepit, cur ergo ei assimilari non curabo?
2. Cor. 5. v. 14. *Charitas Christi* (ait Apostolus) *vrget nos, æstimantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt.* Simili igitur argumentatione côcludam; si vnus Christus sol iustitiæ pro omnibus decoloratus est, ergo omnes decolorati sunt: ergo iustũ est quod omnes propter ipsum decolorentur, afflictiones amplectantur, tribulationes patienter ferant. Charitas enim Christi vrget nos, vt eum imitari, eiusque sequi vestigia velimus, vt vere dicamus, *Decolorauit me sol.* Quis te compellit ieiuniis, ciliciis, & disciplinis macerare carnem? Sol. Quis te mouet, vt abneges temetipsum, & tollas crucem tuam, ac in ea cum oporteat vitam finias? Sol. Quis te in tribulationibus hilarem, in persecutionibus fortem, & in ærumnis constantem facit? Sol est qui me fuscum ita reddit, quia illum pro me fuscum conspicio.

Intuere Christum pendentem in patibulo, & ad ciues Ierosolymitas verba sponsæ vsurpando, dicentem, *Niger sum, sed formosus, filii Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis; nolite me considerare quod fuscus sum, quia decolorauit me sol.* Niger sum in corpore, sed formosus in anima; niger in oculis vestris plusquam tabernacula fœda Cedar, sed formosus in oculis Dei, plusquam cœlestes pelles Salomonis. Nolite me considerare, quod fuscus sum, eo modo quo me
Psal. 21. v. 18 consideratis despiciendo me, *Ipsi*, inquit, *considerauerunt, & inspexerunt me*, cum magno, scilicet,

A co[illegible]. Scitote en[illegible] col[illegible]uit me[illegible] sol? V[illegible]er, ueritus me ar[illegible], & f[illegible] vos ard[illegible] Hæ[illegible] dict[illegible], [illegible] pii Iudæi, le[illegible] eu tal in adue[illegible] c[illegible]um [illegible] ribus contra[illegible] nc[illegible], [illegible] m[illegible] ses, sed glorieris: qu[illegible] p[illegible] pulchrior; quo vi[illegible], c[illegible] iunctionem ad[illegible] *iste qui venit de E[illegible] tinctis vestibus de [illegible]ra?* Ec[illegible] de ful[illegible]us ex tore[illegible] laris fœc bus, quod c[illegible], *Iste formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis suæ.* En vnde formosus, qui [illegible] ipsa pa[illegible]one fortis fuit, & inuictus, & p[illegible] gloria & honore coronatus. Propter hæc me[illegible]ito
B sponsæ comæ, quæ eius actiones, a[illegible] iustos ei[illegible] nitos repræsentant, dicũtur nigræ sicut co[illegible]uus, & pulchræ sicut elatæ palmarum. Primu[illegible] ptet tribulationes, secundum propter victorias. Sed de hoc pluta suo loco.

Sed oportet adhuc subtiliorem, nec minus proficuum sensum in his verbis, *Decolorauit me sol*; absconditum propalare. Triplicite enim [illegible] decolorat nos, quia triplex est gradus patienter tolerandi ærumnas. Primus quidem propter peccata perpetrata, sicut pius latro qui dicebat,
Digna factis recipimus. Secundus & melior est pe- Luc. 23. v.
ti sine culpa ad probationem, & virtutis exercitium, & pro gloria Dei manifestanda, sicut passus est Iob. Sed tertius excellentissimus est, per secutiones, & ignominias pati non solum sine culpa, sed etiam propter id quod summo honore & laude dignum erat, ita vt id ipsum per quod quis apud Deum est pulcher, causa sit quod ab hominibus puteturater, & persecutionibus dilaceretur: & hos singulariter dicitur decolorare Sol, id est splendor, & claritas virtutis, & ardes amor Dei, feruensque desiderium placendi ipsi:
C vnde fit quod operentur bonum, etsi sciant inde persecutiones, & tribulationes, calumnias, ac innumera tormenta sibi prouentura: de quibus
specialiter dictum est: *Beati qui persecutionem pati-* Mat. 5. v.
untur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum 10.
cœlorum: hi egregie dicunt: *Nigra sum, sed formosa*, Nigra, quia persecutionem patior propter tuendam iustitiam: formosa, quia intus possideo regnum cœlorum, quod est iustitia, pax, & gaudium in Spiritu sancto, nec sum despicienda,
Quia decolorauit me Sol ipse. Scilicet splendidus, & Psal. 83. v. 7
ardens amor iustitiæ, & ipsemet Chr[illegible]stus, pro Ps. 37. v. 21
cuius amore, & imitatione hæc patior.

Etenim Christus Dominus excellentissime
D præ omnibus hoc modo passus est: inde enim à Iudæis putabatur nigerrimus, vnde erat speciosissimus. Doctrinam, vitam, & opera calumniabantur, denigrabant, & vocabant turpissima, cum tamen omnia essent splendidissima, & omni laude dignissima. Existimabant nigrum, tanquam tabernacula Cedaritarum, & infidelium, nam vocabant Samaritanum, & dæmoniacum, & inter reptobos annumerabant. Sed cur hoc? *Qui retribuebant mala pro bonis detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem*; ecce nulla alia fuit causa persecutionis eius, nisi quia sequebatur bonitatem: quia veritatem prædicabat, amplectebatur iustitiam & ingentia illis conferebat benefi-

beneficia, propter quæ retribuebant illi ingentia opprobria, & tormenta. Vt merito dixerit D. [*In Psal. 49.*] Augustinus: quod Christus Dominus ambulauit in mundo mira faciens, & mala patiens, donec suspenderetur in ligno, & inde patiebatur mala, quia faciebat mira.

[*1 Petr. 4. v. 16. & 14. Idem c. 2. v. 19. & c. 3. v. 14.*] Ad bone patiendi modum nos exhortator sæpius D. Petrus cum ait: *Nemo vestrum patiatur, vt homicida, &c. Si autem vt Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine.* Pati autem vt Christianum, est pati pro fide Christi, pro iustitia, pro virtute. Et hoc gloriosissimnm est, & pulcherrimum. *Si exprobramini* (inquit) *in nomine Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est eius spiritus super vos requiescat.* Hoc modo passi sunt Apostoli, qui ibãt gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Similiter, & Martyres, & plerique Sanctorum, quos decolorauit Sol, vt pulchriores redderet, & sibi similiores. In hoc autem præ omnibus aliis splenduit beatissima Virgo, cui per antonomasiam hæc verba sponsæ conueniunt, vt Exhortatio sequens manifestabit.

EXHORTATIO XXIII.

[Pro vigilia Natiu. circa Euangeliũ. Et pro purificatione & pro parasceue. Ex D. Chrysostomo, vbi supra in principio Exhort. præcedentis.]

De mira nigredine tribulationis, & humiliationis, & de pulchritudine gratiæ, & virtutis, ex qua vita Deiparæ est contexta; maxime in passione filii sui & de modo illam imitandi.

Nigra sum, sed formosa, *&c.* Quia decolorauit me Sol.

IAm hæc verba de præcellentissima Dei sponsa, & matre specialiter declaremus, cuius vita, sicut & filii eius, ex mœstis, & iucundis euentibus admirabili quadam Dei prouidentia contexta est, vt dicere potuerit; *Nigra sum, sed formosa, filia Ierusalem.* Et ex eo nigra apud vos, quo formosa apud Deum. Ne tamen propter hoc me despiciatis: *Quia decolorauit me sol*, ipse enim filius meus sol iustitiæ causa est præcipua decolorationis meæ. Quomodo autem hoc factum sit, aliquibus exemplis ostendamus.

De gestis cum S. Ioseph voluit occulte dimittere Virginem. §. 1.

[*Matt. 1. v. 18.*] PRIMVM etiam sicut narrat D. Matthæus; *Cum esset desponsata Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.* Ignorabat Ioseph mysterinm, ideoque putauit nigram, quæ valde erat formosa. Et vnde summam merebatur laudem, & supremam adepta est pulchritudinem, inde maximam apud spõsum contraxit ignominiam, & nigredinis notam. Nam vterus eius æstimabatur niger *Sicut tabernacula Cedar*, in quo moraretur filius adulteri, cum tamen esset formosus *Sicut pelles Salomonis*: quia in eo continebatur filius Dei viui, qui est plus quam Salomon, & tentorium illud exornauerat ea pulchritudine, & magnificentia, quæ talem regem decebat. Propter hoc Ioseph voluit occulte dimittere eam; vt testantur D. [*De institu. Virgin. c. 5.*] Ambrosius, Augustinus, Chrysostomus, aliique plures patres. Tacuit humillima virgo, quia [*Serm. 16. de verbis Domini &*] non expediebat ipsam sponso reuelare mysterium, amplexa est humiliationis nigrorem, quia [*Epist. 54. ad Macedonium.*] summe diligebat humilitatem: quæ per humiliationes altas mittit radices, & quo profundior, eo splendidior Deo apparet. Dicebat in corde [*Hom. 4. in*] suo; nigra sum, sed formosa, at ore non proferebat, [*Matth. Iustinus dialogo contra Tryphonem.*] quia tempus tacendi, & tempus loquendi: tunc autem tempus erat tacendi mysterium, etsi pateretur opprobrium: sed Angelus locutus est pro ea, apparens Ioseph, & dicens ei: *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.* Ac si diceret: non est nigra vt putas; sed formosa, non est tenebrosum tabernaculum Cedar, sed speciosum tentorium Salomonis, ne despicias eam, eo quod apparet fusca, & prægnans: quia decolorauit eam ipse sol, ipse Spiritus sanctus, qui superuenit in illam, & virtus Altissimi, quæ obumbrauit ei, vt simul esset virgo, & Dei mater. Tunc nigror Virginis mutatus est apud spõsum in splẽdidissimum candorem, & vnde visa est virgo decolorata, facta est nimis decora. Nec sine mysterio Ecclesia hoc Euãgelium canit in vigilia Natiuitatis, quæ Deiparæ fuit valde festiua, vt significaret humiliationes, & afflictiones vigiliam esse appropinquantis festi, & magnæ exaltationis per Christum nobis conferendæ, quia omnis qui se humiliat, exaltabitur.

§. 2.

SEd quamuis beatus Ioseph fidem Angelo adhiberet, qui dubitare permissus est de sponsæ virginitate, vt eius testis esset omni exceptione maior: adhuc tamen apud perfidos Iudæos, & hæreticos hac nota nigredinis Deipara inusta manet, cui pulchritudinem virginitatis negant, nescientes eam coniungere cum conceptione, & partu, quem nigrũ sicut in aliis mulieribus pu- [De virginitate cũ partu.] tant. Quibus tamen ipsa respondet: O filiæ Ierusalem, quæ me putatis nigram sicut tabernacula Cedar, qualia sunt aliæ mulieres, quæ in tenebris peccati; & corruptionis concipiunt, & in dolore pariunt filios suos, licet appaream vobis nigra, sum tamen formosa sicut pelles Salomonis. Id est sicut cœli cœlorum, qui integri sunt, & incorrupti, per quos sine diuisione, & corruptione ascendunt, & descendunt corpora beatorum, quoniam ipse sol decolorauit me, ipse ingressus est in me, & egressus est me intacta, quia omnipotens est virtus eius, & nõ est ei impossibile omne verbum. Si Sol corporeus in- [Simile.] fluentia sua terræ viscera absq; vlla eius confractione splendidissimum generat aurum, sine ipsius auri semine, quid mirum quod Sol iustitiæ absq; vlla virginalis mei claustri confractione, sua omnipotenti virtute intra mea viscera absq; vllo semine de meis sanguinibus purissimum, & fulgentissimũ suę humanitatis produxerit aurũ? Si Sol per vitream fenestrã, aut crystallinam radios suos mittit, & introrsum penetrat absque vlla eius ruptione, quid mirum quod Sol iustitię radios virtutis suæ, solaribus radiis subtiliores intra me miserit, & virtus eius me obumbrans

cõcipere virginem fecerit? An quia radius solis (A) crystallum tangens oculos intuẽtium perstringit, & obfuscat, ideo crystallus ipsa fusca erit, & non magis per illum splendidior? Sic non ego nigra, sed formosa: oculi autem vestri lippi sunt, & infirmi, qui tantum non potuerunt splendorem ferre.

Nolite me considerare, quod fusca sim, *Quia despexit me Sol*: Sol enim intuitus est me, & radiis suis directis respexit me, & ideo *Fecit in me*

Luc. 1. v. 48

magna, qui potens est, & sanctum nomen eius: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. O virgo benedicta, nigra, sed formosa: vnde nigra? quia in oculis tuis humilis, & parua es Dei ancilla. Vnde formosa? quia beatam te dicent omnes generationes. Vnde vtriusque coniunctio? quia Sol iustitiæ respexit te radiis suis. De aliis viris, &

Iuxta versionem Symmachi.

(B) fœminis dici potest; *Torue respexit me Sol*: quia in peccatis concepti sunt, vel ipsi declinauerunt, & inutiles facti sunt, & non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Et quia ipsi torue inspexerunt Deum, torue inspecti sunt ab eo.

In Exhort. 59.

At beatissimam Deiparam semper ab instanti conceptionis, vt iam diximus, vsque ad finem vitæ Sol iustitiæ non torue, sed directis radiis inspexit, illuminauit, inflammauit, & repleuit ea plenitudine, quæ cuilibet eius ætati congruebat, vnde quotidie formosior, & splendidior, sed semper in oculis suis humilior. Et ideo vtrumque nomen sibi arrogat, & nigræ, & formosæ, quia preciosissima inest ei coniunctio humilitatis cum innocentia, & submissionis cum virginitate: & ancillæ cum Dei matre. Et tu igitur si Virginem cupis imitari, nigredinem humilitatis cum pulchritudine castitatis coniungere satage. Nam licet teste D. Bernardo, rata

Serm. 42. in Cant. Hom. in missus est.

(C) auis in terra sit, aut sanctitatem non perdere, aut humilitatem sanctimonia non excludi, & pulcherrima sit permixtio humilitatis, & virginitatis, tamen id quod preciosum est, etiam est rarum, sed non quia rarum, ideo non est totis viribus appetendum, & inquirendum, saltem in eo gradu quo cuique desuper illi fuerit datum: vt qui non potest esse virgo, saltem castus sit, & purus, & insuper humilis, vt ita in oculis suis sit niger, in diuinis tamen pulcher & formosus.

De gestis in Purificatione Virginis. §. 3.

De purificatione Virginis. Luca 2. v. 22.

SEd iam contemplemur Dei genitricis gesta. Postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi: & cum filio ascendit in templum, vt se purificaret. Tunc enim apprime quadrat illi elogium istud. *Nigra sum, sed formosa, filia Ierusalem.* Duplex enim tunc virgini contigit nigredo, altera sponte assumpta, altera aliunde emissa. Prior fuit nigredo ipsius purificationis, quam lex dumtaxat præcipiebat fœminæ, quæ suscepto semine filium peperisset, & (D) ideo immunda putabatur. Voluit autem humilis virgo hanc legem implere, velut si immũda esset ac purificatione egens, etsi filiabus Ierusalem nigra appareret, quibus tamen ait: *Nolite me considerare quod fusca sim, quia decolorauit me Sol.* Id est filius quẽ in vlnis meis baiulo, qui Sol est iustitiæ, decolorauit me. Quæ occasio est, vt vos me fuscam putetis, quasi mulierem, quæ susce- pto semine conceperim, sicut aliæ. Cæterum formosa sum, quia Sol iste non abstulit à me virginitatem, etsi contulerit fœcunditatem. Habent singulæ res suos innatos colores sibi proprios, virginitatis autem proprius color apud homines est, non concipere, nec parere, vel filios nutrire. Hunc colorem mihi perpetuo assumẽdum decreui, cum virginitatem voui, & Angelo dixi: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Cæterum decolorauit me Sol auferendo à me colorem istum, & in alium commutando gloriosiorem, vt vere essem simul virgo, & puerpera, cõcipiẽs, & pariens singulari & prodigioso modo, qui integritatem non læderet, sed magis cõdecoraret. Quare partus meus purificatione non indigebat, eam tamen humilitas postulabat quia *decolorauit me Sol iste*. Scilicet filius meus suo exemplo fuscum hũc mihi colo- (B) rem indidit: nam si ipse cum sit agnus innocens, voluit circumcidi, ac si peccator esset; quomodo ergo ego non me purificarem, etsi purificationis legi non subiacerem? Ardens amor imitandi filiũ decolorauit me, sed tunc sum formosior, cum ei fio similior. Vtinam Sol iste decoloret nos, vt filii & matris exemplis accensi circumcisionem concupiscentiæ carnalis, & omnimodam spiritus purificationem sectemur: nam licet vtraque sit nigra, & fusca humilitatis nota, per eam tamen sicut eorum similitudinem, ita & pulchritudinem assequemur.

2. Pro Dominica infra octauam Natiuitatis.

Aliam horribiliorem nigredinem luctus, & planctus contraxit Deipara ex iis quæ tunc illi annunciauit Simeon dicens: *Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur, & tuam ipsius animam pertransibit gladius*. Pertransibit inquit, de futuro, quia tempore passionis Christi gladius ferreus, (C) id est, crux, claui, lancea, & cætera, quæ Christi carnem maxime cruciatura erant, donec mortem inferrent, etiam pertransitura erant ipsius Virginis animam, vehementissimo eam dolore, & afflictione cruciando: eo quod anima Virginis magis erat in corpore filii, quem vnice diligebat, quam in proprio. Et hoc secũdum quosdam, significat illud pronomẽ *ipsius*. Id est tuam animam, quæ etiam est ipsius Christi, quia tu es per amorem vnum cum illa. Cæterum cum primum verba hæc audiuit gladius hic cœpit pertransire Virginis animam, & verbum Simeonis velut gladius acutissimus cor eius transuerberauit, summoque dolore affecit: sicut de Patriarcha Ioseph dicitur, *Ferrum pertransiit animam eius, donec veniret verbum eius*. Propter quod tunc apte potuit dicere; *Nigra sum, sed formosa, filia Ierusalem.* Nigra, quia nimio mœrore confecta ob id quod nũciatum est illi: formosa, ob insignem resignationem, qua id acceptauit, respõdens Simeoni, si non verbo saltem affectu: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secũdum verbum tuum. Sed (D) causam sui mœroris assignans, ait, *Quia decolorauit me Sol.* Nã hoc expresse pronnnciaui: Simeon digito signans solem Christum: *Ecce hic*. Scilicet filius, quem vlnis gestas, positus est in ruinam multorum: quia multi scilicet non credent ei, ideoque in æternum peribunt. Sed nũquid hoc non torsit matrem, quæ plus Israelitas diligebat, quam Paulus, quem tamen hæc Israelitarũ ruina continuo dolore, & tristitia torquebat?

Luc. 2. v. 34. ita D. Aug. epist. 59. ad Paulinum Euthymius, Beda & alii. D. Bern. serm. in id signum magnum apparuit. Ps. 104. v. 18.

Rursus

Rursus ecce hic positus est in signum, & vexillum cui hostes eius contradicent, oppugnantes eius doctrinam, vitam, & mores, donec eum seuæ crucis morti tradant. Hoc n. nomine D. Paulos passionem Christi nuncupat, cum ait: *Recogitate eum, qui talem aduersus semetipsum sustinuit à peccatoribus contradictionem.* Hanc autem contradictionem Deipara amare mente sua recolere deinceps cœpit. Sicut ergo Christus Dominus filijs Zebedęi loquens dixit: *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* (Vel *quem ego bibo*? Vtrumque n. referunt duo Euangelistæ) quia bibiturus erat illum secundum corpus in passione, continuo tamen bibebat illum secundum spiritum, & internam afflictionem. Ita de beatissima Virgine dicendum, quod gladius passionis filij cõtinuo pertransibat animam eius, licet vehementius pertransijt, cum vidit illum pati: & ita filius continuo decolorabat, & decorabat matrem, cum & passionis excitabat memoriam, & ad incrementa virtutum excitabat.

Ad Heb. 12. v. 3.
Matth. 20. v. 22. Marc. 10. v. 30.

§. 4.

De gestis cum filiũ perdidit.

NOn desunt qui hæc verba Simeonis interpretentur de gladio doloris, qui pertransijt animam Virginis cum filium perdidit, dixit o. filio, *Pater tuus & ego dolentes quærebamus te.* Sed tũc etiam decolorauit eam Sol, ipse enim filius fuit causa huius doloris. Aptius tamen cõgruit huic mysterio lectio quam sequuntur D. Ambros. & Origen. quia, *Non inspexit me Sol.* Id est, ideo fusca sum, & mœrens, quia Sol, qui continuo mihi erat præsens, & me inspiciebat, hoc triduo abscondit se, & non inspexit me, reliquit me solã, & magno dolore confectam. Quid ego mirum quod tunc diceret: *Nigra sum sicut tabernacula Cedar?* Id est tenebrarum, quia sicut absente sole fiunt tenebræ, ita per absentiam filij mei mansi quasi in tenebris, nec potero solatium habere, donec iterum oriatur, & appareat mihi.

Ita Timotheus Presbyter Hierosolymitanus in ho. de propheta Simeone. Luc. 2. v. 48.
Hæ versiones supra referuntur.

Sed quid cum filius respondit eis, *Quid est quod me quærebatis, nesciebatis quod in his quæ patris mei sunt oportet me esse?* durum verbum, potens fuscum cor efficere: nec mirum: quia (vt dicit alia versio) *Torue inspexit me Sol*, quasi iratus & indignãs me inspexit, & locutus est. Sed hęc pulchritudinem Virginis non denigrarunt, sed auxerunt: nam omnia verba, & facta ista conseruabat, & conferebat in corde suo, & ex illis valde proficiebat. En quomodo Deiparæ vita ex nigredine multiplici cum pulchritudine contexta fuit, sed quia longum esset cuncta recensere, ea quæ in passione Christi gesta sunt duntaxat perpendamus.

Ex Symmacho.

De mœrore Deiparæ in passione. §. 5.

COnsideremus igitur verba ista à Virgine in morte filij sui prolata, sicut librum Ezechielis, in quo scriptæ erant lamentationes, carmen, & væ: Lamentatio est, *Nigra sum, sicut tabernacula Cedar.* Carmen: *Formosa sicut pelles Salomonis.* Væ autem includitur in illis verbis, *Decolorauit me Sol. Stabat* (inquit Ioannes) *iuxta crucem Iesu Maria mater eius.* Circumstabant illam nonnullæ mulieres Ierosolymitanæ, & forte non longe erant aliquæ ex illis, quibus Christus dixit: Filiæ Ierusalem, nolite flere super me, sed super vos.

Pro passione.
Ezech. 2. v. 9.
Ioan. 19. v. 25.

A Ad has omnes clamat afflicta, & mœrens Virgo dicens: *Nigra sum, ô filiæ Ierusalem, quia decolorauit me Sol.* Gladius enim & ignea framea dolorum, ignominiarum, cruciatuum, & tormentorum quæ filium meum denigrant, deturpant, & vrunt in cruce, penetrant etiam animam meã, & eam nigram, & adustam reddunt. Ipse Sol iustitiæ in cruce pendens me decolorat, quia radijs suis directus me respicit & respiciendo vrit, & omnes suos cruciatus in me transmittit. Ipse factus est niger, tanquam saccus cilicinus, quid mirum quod ego fusca maneam, mœrore confecta? Ipse reputatur tanquam vnus ex filijs Cedar, tenebrosus, blasphemus, horrenda, & ignominiosa morte dignus, quid ni ego sim nigra, sicut tabernaculum Cedar, in quo meus requieuit, & nunc etiam requiescit filius? *O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte si est dolor similis sicut dolor meus!* Quæ vnquam mater talem amisit filium, sanctum, innocentem, impollutum, segregatum à peccatoribus, & excelsiorem cœlis factum: & tamen crudelissime cruci affixum tanquam iniustum, nocentem, pollutum, cum iniquis, & latronibus computatum, & ipsius Inferioris inferni reum. Vere, ô Virgo purissima non est dolor similis, sicut dolor tuus: *Cui comparabo te filia Ierusalem? cui assimilabo te, & consolabor te Virgo filia Sion? magna est velut mare contritio tua, quis medebitur tui?* ecce filius tuus qui te consolari poterat, & mederi, ipse te vulnerat, & affligit, & decolorat, omnis eius desolatio transfusa est in cor tuum: cui ergo comparari potest ingens afflictio tua?

Apoc. 6. v. 12.
Thren. 1. v. 12.
Ad Heb. 7. v. 16.
Thren. 2. v. 13.

Sed quid est ô Sol iustitiæ, quod voluisti matrem tuam stare iuxta crucem, vt eam inspiceres radijs tuis, torqueres, vreres, & decolorares? nã cum Isaac immolandus erat in monte Moria, noluit Abraham id indicare matri eius Saræ, nec eam in montem adducere, ne forte, vel holocaustum impediret, vel simul cum filio occiso mortem obiret. At non sic Deipara cuius fortitudinem nouerat, quæ parata erat tanquam Virgo virginum sequi agnum quocunque iret: & cum it ad Caluarium tanquam ouis ad occisionem, & tanquam agnus ductus ad victimam, non vult domi clausa remanere, sed illum sequi, & cum eo spiritualiter immolari, pro nobis, adimplens ea, quæ desunt passioni Christi in carne sua pro corpore eius, quod est Ecclesia. Hoc enim deerat passioni Christi, vt omnigeno acerbissimo dolore esset cumulata, quod mater eius dilectissima adstaret cruci, eiusque dolores augeret, & adimpleret, & vterque simul offerretur in holocaustum. Vnum est vtriusque altare, nempe crux, in qua filius est fixus corpore, mater spiritu: idem est gladius vtrumque iugulans, nempe claui, spinæ, & lancea, quæ transfigunt corpus filij & matris animam. Idem etiam est ignis vtriusque holocaustum consumens. Cum enim in Scriptura duplicis ignis fit mentio ad consumenda sacrificia, vnus dicebatur ignis sanctuarij, Deo sacratus, quo solo licebat sacrificia offerri. Quilibet autem alius dicebatur ignis alienus, quo qui offerebat sacrificium morte mulctabatur. In hoc Christi holocausto vterque ignis concurrit, sicut etiam de duplici sole dicitur, *Decolorauit me Sol*, alienus ignis, & pessimus Sol, fuit ardens Iudæorum

Gen. 22. v. 2.
Apoc. 14. v. 4.
Isa. 53. v. 7.
Ad Col. 1. v. 12.
Luc. 2. v. 35.
Duplex ignis holocausti.
Leu. 10. v. 1.

 liuor,

liuor, furor, & rabies contra Christum, qui ignia, & æstus, licet denigrauerit corpus Christi, & Deiparæ afflixerit animam, tamen quia alienus ignis erat, reuersus est contra eos, qui eum accenderunt, eorumque animas vssit, carbonibusq; nigriores reddidit. At ignis sanctuarij fuit ardens Christi amor, & nostræ salutis zelus, feruensque Deiparæ dilectio, qua & Deum, & homines propter ipsum diligebat, quorum etiam sitiebat salutem, & redemptionem: ab vtroque facti sunt nigri exterius, sicut tabernacula tenebrosa Cedar, vnde in tempore passionis tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, & totus orbis lugubrem, ac tenebrosum induit amictũ: eo quod Christus, & eius mater inique ab iniquis inter iniquos computati sunt.

2. Sed nunquid hæc nigredo Virginis pulchritudinem obfuscauit? Absit. Nam ideo lamentationi carmen addit, dicens: *Sed formosa*! O Virgo prudentissima, quomodo te vocas formosam, cum omnes te appellant nigram? vt quid assumis carmen lætitiæ, cum tota es intenta lamentationi: nam musica in luctu importuna narratio? At non importuna, sed oportuna est narratio, cum nigredini iungitur pulchritudo, quia in die malorum oportet memorari bonorum; *Nigra*, inquit, *sum, sed formosa*. Quia has ærumnas non propter propria peccata fero, sed propter aliena. Non tolero inuita, sed spontanea, non impatienter & cum rancore contra persequentes, sed cum patientia & amore erga illos. Nigra est, sed non formosa, quæ tribulationes impatiens & renuens patitur: at quæ illas lubens amplectitur, potius est nuncupãda formosa. Olim dicebat quædam matrona: *Ne vocetis me Noemi*, id est, *pulchram, sed vocate me Mara*, id est, *amaram, quia amaritudine valde repleuit me omnipotens, & cur vocatis me Noemi, quam Dominus humiliauit, & afflixit omnipotens?* Non sic Deipara, sed potius Noemi, id est pulchram se vocat, vocarique iubet à filiabus Ierusalem, quia in amaritudine, & afflictione, quam sustinebat, omnipotentis prouidentiam agnoscens, immobilis stetit, & miris virtutibus fulsit. *Stabat*, inquit, *iuxta crucem*. Non iacebat vt pusillanimis, non sedebat vt lassa, sed stabat vt fortis, corpore erecto, & spiritu in cœlum eleuato. Stabat mater, quia stabat & filius: iste cruci clauis ferreis affixus, illa clauis amoris. Ac ita fortis stabat, vt comites suos stare faceret. Quid dicis ô Ieremia. *Quomodo consolabor te Virgo filia Sion?* Non indiget hæc Virgo consolatore. Ipsa in Deo se consolatur. Pulchritudo eius, est solatium ipsius. Nam secura mens est, quasi iuge conuiuium: & gloria nostra est testimonium conscientiæ nostræ. Pulchræ virtutes eius consolantur eam, & testimonium reddunt, quod est Deo grata. Consolabatur Virginem eius humilitas, & mansuetudo, fortitudo, & patientia ipsius, longanimitas, & spes, ac ardens eius charitas: adeoq; repleta fuit consolatione, vt posset consolari Apostolos & discipulos, qui in omni pressura erant. Hanc in tribulationibus tuis quære consolationem, vt ipsæ virtutes sint animæ consolatrices, possitq; dicere, nigra sum, sed formosa, afflicta, sed in Christo virtutibus consolata, & confortata, quia *Decolorauit me Sol*, & simul *inspexit me*. Nam ipse mortificat, & viuificat, fuscum, & pulchrum facit.

Sub 22. v. 61. & c. 11. v. 27. — Ruth. 1. v. 20. — Thren. 2. v. 13. — Prou. 5. v. 15. — 2. Cor. 1. v. 12. — 2. Cor. 1. v. 3.

Sed cauendum est horrendum væ, quod hæc verba insinuant, & minãtur filiabus Ierusalem, quibus etiam Christus dixit: *Nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros: quia si in ligno viridi hæc faciunt, in arido quid fiet?* Volebat enim ne eum plangerent, tanquam purum hominem misere, & infœliciter morientem, cum nonnisi ex misericordia lubens mortem subiret. Sic pijssima Virgo ad filias Ierusalem, quæ secum lamentabantur ob filij sui mortem, ait, nolite me cõsiderare quod fusca sim; arbitrantes me propter hoc miseram & infœlicem esse, quia fuscus iste color non à meis culpis, sed à sole propter vos me comburente procedit: At vos ipsas considerate, & vestram nigredinem inspicite. Fleteque super vos, & super filios vestros vere atros, & deformes: quia si Sol ita decolorat iustos, quomodo decolorabit peccatores? Si ira Dei ita sæuit in innocentes, tam dire eos affligi permittens, quanto magis sæuiet in noxios? Si ignis ita exarsit in ligno viridi, quanto vehementius exardescet in sicco? *Tempus est vt iudicium incipiat à domo Dei. Si autem primum à nobis, quis finis eorum, qui non credunt Dei Euangelio?* Vultus enim Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Hæc Dei genitrix ad Ierosolymitas, vt tu in alieno capite periculum faciens, satagas, ærumnas huius vitæ ita patienter ferre, vt decolorata à sole, maneas semper speciosa coram Deo, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Luc. 23. v. 28. — 1 Pet. 4. v. 17. — Ps. 33. v. 7.

EXHORTATIO XXIV.

De bonorum, & malorum mixtione in Ecclesia, & in quauis congregatione religiosa; de multiplici discrimine inter peccatores fideles, & infideles, & de zelo charitatis, qui torquet, & perficit iustos degentes inter illos.

Pro Parabolis de zizania & tritico & de sagena missa in mare. Et pro Feria 2. Dominicæ 4. quadragesimæ.

Nigra sum, sed formosa, quia decolorauit me Sol.

Accedamus ad vltimam horum verborum interpretationem, *Nigra sum, sed formosa, &c.* quæ ad diuersas personas eiusdem Ecclesiæ refertur. Certum enim est Ecclesiam (quæ vnica congregatio est omnium eorum, qui in eadem Christi fide, eodem baptismo testata, sub vno Pontifice Romano eiusdem Christi Vicario conueniunt) continere plures malos, à quibus nigra denominatur, aliosque bonos, à quibus formosa dicitur. Propter quod in Euangelio comparatur areæ, in qua est triticum, & paleæ; agro in quo cum tritico est zizania: terræ in qua semen seminatum profert multum fructum, aut nullum: sagenæ missæ in mare bonos & malos pisces congreganti: decem virginibus, quinque prudentibus, & quinque fatuis, ac magnæ domui, in qua sunt vasa honoris, & vasa contumeliæ. Quibus addendum est, inter malos quosdam esse valde malos, & forte ipsis infidelibus deteriores. Eo quod sciunt per fidei lumen voluntatem Dei, & non faciunt, & ideo vapulabunt acrius: inter bonos etiam, quosdam esse præcel-

Matt. 3. v. 12. — Matth. 13. v. 1. & 47. — Matth. 25. v. 1. — Luc. 12. v. 47.

præcellenter bonos . opere [illegible] entes quod [illegible] m [illegible] ſt, fiat voluntas tua, [illegible] cut in cœlo, & in [illegible] ra. V[illegible] o um [illegible] ne meminit Ieremias, cum vi[illegible] duo [illegible] lat[illegible] lenos [illegible] is, & vnus [illegible] ficus bo[illegible] as, bonas valde, vt ſ[illegible] lent eſſe [illegible] mi temporis: & [illegible] et [illegible] las, malas valde [illegible] tem pon[illegible] us [illegible] arate intendit: d[illegible] a nigra [illegible] que, [illegible] *Sicut ta-bernacula Cedar* [illegible] les ignorantiæ & [illegible] dbu[illegible], in quibus per[illegible] ent [illegible] t princ[illegible] es tenebrarum ha[illegible], qu[illegible] us et[illegible] lantur: formoſam vero n[illegible] n q[illegible] modocunque, ſed *Sicut pelles Salomonis*: ideſt ſicut cœleſtes Hierarchiæ angelorũ, quos (inquit D. B[illegible] nardus) vocat cœlos extenſos, ſicut pelles, n[illegible] n parijs locorum, ſed affectibus animorum qu[illegible] us ſimiles ſunt inſignes iuſti, qui in Eccleſia flurent: & qui in primitiua floruerũt. In qua vtrorumque patent exempla. Nam ex duodecim Apoſtolis, quis nigrior Iuda, qui diabolus vocatus eſt, & qui pulchriores reliquis, qui primitias ſpiritus habuerunt? ex ſeptem diaconis, quis atrior Nicolao, & Nicolaitis? quis vero ſpecioſior Stephano, & ſocijs? & inter cæteros baptizatos, quidam ita horrende fuerunt nigri, vt Antichriſti vocarentur: imo inter Corinthios, vt refert Paulus, audita eſt fornicatio, qualis nec inter gentes: alij vero ita ſancti, vt Angelicam vitam in rerum nuditate, & animorum vnione præ ſe ferrent.

§. 1.

2. Propter quod (inquit Diuus Auguſtinus) caute [illegible] udanda eſt Eccleſia, & quæcunque famil[illegible], vel congregatio clericorum, vel religioſorum, quantumuis ſancta videatur, quia certum eſt, omnem profeſſionem habere fictas perſonas, quod ſi dixeris omnes eſſe bonos, eũ poſtea videant quoſdam malos, ſcandalizabuntur valde. Et ideo ſponſus laudans Eccleſiam ait: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias* & ſponſa de ſe dicit, *Nigra ſum, ſed formoſa*: ac ſi diceret, non tota ſum formoſa, ſed ex parte nigra, quia non ſolum ad me pertinent iuſti, ſed etiam peccatores, qui in quolibet ſtatu reperiuntur, Ideo n. Saluator ait, ex duobus qui ſunt in molendino, vel in lecto, aut in agro, vnum aſſumendum, & alium relinquendum, quia inter ſeculares, qui negot js terrenis attendunt, & inter religioſos, qui vitæ quietæ vacant, ac inter Sacerdotes, & Prælatos qui aliorum culturæ inſudant, quidam ſunt mali & nigri, quidam vero boni & formoſi. Ad quamcunque igitur profeſſionem te conuerteris, ait Auguſtinus, para te pati fictos. Alioqui ſi non te paraueris, inuenies quod non ſperabas, & deficies, aut perturbaberis.

3. Sed quid eſt quod ſponſa prius ſe dicit nigrã, quam formoſam? An quia plures ſunt nigri, & peccatores? ſtultorum enim infinitus eſt numerus. An quia nigredo prior eſt, cum omnes ſimus natura filij iræ, & in peccatis concepti? Vel potius ad ſignificandum (vt notat D. Ambroſius) quod nigredo non tollit eius pulchritudinem. Si enim dixiſſet formoſa ſum, ſed nigra, æſtimaretur dec[illegible] rum eſſe, q eſt nigtũ: at è cõuerſo, inquit: *Nigra ſum*, ſed formoſa; quia quantun-que ſint plurimi peccatores, propter hos E[illegible] a non deſinit eſſe formoſa, imo abſolute vocanda eſt pulchra, ſicut & in ſymbolo confitemur, ſanctam Eccleſiam: tum quia ex eius intentione, legibusque ſacramentorum & doctrinæ, quam profitetur, eſt quod omnes ſint ſancti, mali vero ſunt præter intentionem, & voluntatem ipſius, tum vero quia nomenclatura non à multitudine, ſed à nobiliori, & potiori parte deſumitur. Deus enim pluris æſtimat paucos iuſtos, quam innumerabiles peccatores. Vnde & propter decem iuſtos paratus erat parcere innumeris Sodomæ, & vicinarum ciuitatum incolis.

5. Deinde Eccleſia præmittit ſe nigram, vt augeat decorem: album enim iuxta nigrum poſitum ſplendidius apparet. Maxima etiam laus iuſtorum eſt, inter tot nigros eſſe candidos, & ſpecioſos: ac lilia eſſe inter tot ſpinas, ſicut fuſius dicemus, cum hanc ſimilitudinem lilij & ſpinarum interpretabimur. Sed vlterius addimus, nõ ſolum hanc laudem ineſſe iuſtis, ſed maximum accreſcere illius iuſtitiæ incrementum ex conſortio peccatorum: quos Deus permittit (ſicut D. Auguſtinus teſtatur) vt exerceant bonos, quo fiant meliores, & pulchriores: nam dum eos exercent, non de nigrant nigredine culpæ, ſed tribulationis, & perſecutionis, per q ſplendidiores fiunt. Vnde quos ſponſa vocat nigros, ſicut tabernacula Cedar, & Ieremias ficus malas, malas valde, ij ſunt, qui non ſolum iniuſtitiam ſibi eligunt, ſed iuſtos perſequuntur, iuſti vero qui non tantum bona optantur, ſed etiam patienter has ſuſtinent perſecutiones, vocantur boni, boni valde, & pulchri ſicut pelles Salomonis, vt iam ex ſupra dictis ſatis conſtat.

Triplex diſcrimen inter peccatores fideles, & infideles.

§. 2.

Sed amplius explicatur per ſequentia verba: *Nolite me conſiderare quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol.* Quæ duplicem continent ſenſum, egregie omnia, quę in hac mixtione bonorum, & malorum contingunt, explanantem. Primus quaſi moderatur rigorem præcedentis ſententiæ, triplex indicans diſcrimen inter peccatores fideles, qui membra ſunt ipſius, & reliquos infideles, quos D. Auguſt. dicit aſſimilari zizaniæ, quæ diuerſam radicem habet à tritico, alij vero qui in eadem fide mali ſunt, paleis cõparantur, quæ communem cum tritico radicem ſortiuntur. Hi autem non omnino ſunt atri, ſed fuſci: fuſcus autem color eſt ſubniger, qui cum nigrore alboris aliquid retinet: ita fideles quãtumuis ſint peccatores, retinent aliquid candoris, nempe veras virtutes ſupernaturales fidei, & ſpei, veram etiam religionem, quæ Deo verum præſtat cultum, per ſacrificia, orationes, & alias ſacras ceremonias, quę peccatores fideles non omittunt. Sunt tamen decolorati, & fœdi, eo quod amiſerunt charitatem, quæ eſt viuus, ſplendid⁹, & pulcher color virtutum: ſine qua ſunt decoloratæ, pallidæ & fuſcæ, & reputantur quaſi mortuæ. Nam vt inquit D. Auguſt. charitas eſt animæ pulchritudo, & amando eum qui ſemper eſt pulcher, pulchri efficimur. Hanc a. pulchritudinem abſtulit fomes peccati pertrahendo ad

Marginalia: Ier. [illegible] | Ad [illegible] | Serm. 18 in Cant. | 1. Cor. 5. | 2. Enarrat. in Pſal. 99. | Sicut lilium inter ſpinas ſic amica mea inter filias. | Cant. 2. v. 1. | Matth. 24. v. 41. | Luc. 17. v. 34. | Enarrat. 1. in Pſal. 99. | Eccl. 1. v. 15. | Serm. 18 in Pſal. 118. | Cant. 2. v. 1 in lib. 4. Exhort. 21. §. 2. | In Pſal. 54. | Lib. 4. Enang. in Matth. c. 11. 10. 4. | Tract. 9. in Epiſt. Ioan.

do ad consensum: & ideo ait [illegible] me S[illegible] Acsi dicat: nolite me totam [illegible] quod ex patre fusca sim: hanc enim [illegible]onem effecit in me vehemens Sol, & æstus cupiditatis, quæ charitatis colorem abstulit, nam venenum charitatis est cupiditas, quæ omnium malorum est radix, quæ aliquando etiam ipsam fidem destruit, & tunc reddit omnino atros sicut carbones, in quibus nihil lucis & ardoris mansit, cum totum extinctum fuerit.

1. Ad Tim. 6. v. 10.

2. Nota. Hinc sumitur secundum discrimen valde notandum inter fideles, & infideles, quod illos tantum decolorat Sol. Id est, causa decolorationis, & peccati non est refundenda in Ecclesiam, nec in legem, vel doctrinam, vel regulam viuendi, quam tradit. Quia cuncta hæc sancta sunt, & ad sanctitatem excitant; peccatumque abhorrent: tantum ergo refunditur in æstum ardentem cupiditatis, quæ liberum arbitrium post se trahit, ipsa Ecclesia & lege Christi contradicente. At peccatores infideles non solum decolorat Sol, B & æstus concupiscentiæ, sed ipsa secta, quam profitentur, quæ magnos continet errores, peccata approbat, & dissimulat, ac ita tacite ad ea inducit. Sic Mahometanos, Iudæos, Gẽtiles, & hæreticos denigrat propria secta: ita quod si fingeres quempiam eorum passionibus vehementibus concupiscentiæ non agitari, adhuc niger erit. Quia falsum colit Prophetam, aut idolum, aut fictum Christum, & dũ putat se obsequium præstare Deo, suam religionem seruando, tunc fit atrior, & quanto religiosior, fere tanto peior.

Michea 7. v. 4. Nam de ijs dicitur: *Qui optimus in eis est, quasi paliurus, & qui rectus, quasi spina de sepe.*

Vnde prouenit tertium discrimen quod infideles, cum putent se verum, & rectum sequi, delinquunt sine remorsu conscientiæ, & potius lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis: ac ideo raro agunt pœnitentiam, nec viam salutis quærunt à Deo: de quibus sæpe dicitur: *Non respexit me Sol*, aut *torue inspexit me*, sed C quasi derelinquit eos ob propria tamen scelera, quæ ipsi rationis lumini sunt aduersa. At peccatores fideles sæpius peccant remurmurante cõscientia, quasi captiui ducti ab ipsa vehementi

Nahum 2. v. 7. cõcupiscentia, iuxta illud Prophetæ Nahũ: *Miles captiuus abductus est, & ancillæ eius minabantur gementes vt columbæ, murmurantes in cordibus suis.* Quo fit vt aliquando resipiscant, & Sol institiæ inspiciat eos, vt conuertantur, & decoloret per planctũ, & luctum pœnitentiæ iuxta supra dicta, vt verum colorem, & decorem gratiæ illis restituat. Vnde & de huiusmodi fidelibus prænunciauit

Zach 12. v. 8. Zacharias Propheta: *Et erit qui offenderit ex eis in die illa sicut Dauid:* infideles enim offendunt sicut Saul, qui nunquam pœnitentiam egit, sed in peiora relapsus regnum perpetuo amisit. Ita isti nunquam per pœnitentiam resurgunt, æternumque regnum cœlorum semper amittunt, nisi quando raro inter christicolas deducuntur. At isti peccant, vt Dauid, quia peccatum agnos-D cunt, pœnitentiam agunt, & tandem regnum Dei consequuntur: isti aliquãdo etiam ob prauam eorum voluntatem, vt Saul delinquant, & pereant, quia æstus cupiditatis plus nimio vsfit eos: imo ita vrere solet, vt ipsam fidem absu-

1. ad Tim. 6. v. 10. mat, testante Paulo cum ait: *Radix omnium malorum cupiditas, quam quidam appetentes naufragaue-*

A *[illegible]runt [illegible] & inseruerunt se doloribus multis.* [illegible] m[illegible] [illegible]alubris E[illegible] [illegible] *Post con[illegible] [illegible]tum non [illegible]* *auertere.* [illegible] *s[illegible]cient te ingan[illegible]* [illegible] à [illegible] S[illegible] sæpe præl[illegible] [illegible] be[illegible] nac[illegible] a C[illegible] [illegible]alium p[illegible].

Quæ d[illegible] na alli[illegible] res fideles & [illegible]le[illegible] [illegible]licate [illegible] qui peccant in religiosa cong[illegible], an [illegible] mundo. Mundum autem vo[illegible] hunc visibilem creatum a Deo, in hoc enim [illegible]nes [illegible] religiosi degimus, sed illum qui [illegible]uasdam [illegible], & dictamina sectatur à rectoribus mundi [illegible] bratum harum instigata, vt honori, & diuitijs inhient, eaque saluti animæ præfera[illegible] [illegible]o- di sunt leges se vindicandi, authoritatem proprium tuendi, prodigendi diuitias partas, & quis sumptibus debita contrahere & similia B huiusmodi. Hos enim non tantum decolorat æstus concupiscentiæ, sed ipse mundus, in quo degunt, pertrahẽs eos, vt multa Christiano homine indigna faciant: ne iuxta mundi leges, [illegible] quid æstimationis, & honoris amittant. Quare velut columbæ gementes & murmurantes peccant, vt mundo placeant. At religiosos, quos etiam delinquere constat, decolorat Sol concupiscentiæ tãtum. Nec eorum culpa refundi potest in religionem, vel regulam, & p[illegible] fe[illegible] nem suam, quin potius cuncta hæc sanctitatem spirant, & ad illam sectandam prouocant. Refunditur ergo in concupiscentiam tentãtem, & allicientem: quæ aliquando eos ita combunt, vt in mundum redire compellat: sed crebrius eos decolorat per pœnitentiam; vt instar Dauidis resipiscant, & vitam æternam obtineant. Cuncta igitur hæc perpendens sponsa Christi Ecclesia, vel religiosa familia, ait ad cæteras congre-C gationes sibi aduersas: nolite me despicere, eo quod fusca sim, quia subnigredo ista multorum qui ad me spectant, non est ex me, nec à mea lege, doctrina, & professione, sed solum à sole concupiscentiæ decolorante. At vos debetis contemnere vosmetipsas, quia nigræ estis, & nigredo vestra à vobis, vestrisque sectis approbantibus procedit. Hoc est quod Apostolus docuit, cum dixit: *Lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum, & bonum. Quod ergo bonum est mihi factum est mors? Absit.* Ad Rom 7. v. 12. Nam peccatum meum non procedit ex lege, quam profiteor, sed ex me. Nam *lex* (ait) *spiritualis est, ego autem carnalis sum venundatus sub peccato.* Ego quidem carnalibus concupiscentijs trahor, & allicior, & ideo seruum me facio peccati. Non ergo lex, sed Sol concupiscentiæ me denigrat. Lex vero potius dealbat, & pulchrefacit: nam lex Domini immaculata conuertens animas, testimonium Domini fidele sapientiam præstans paruulis. Psal. 18. v. 8.
D

Zelum charitatis fuscare, sed perficere iustos degentes inter iniquos. §. 3.

SEd iam ad secundum sensum horum verborum deueniamus, cum Ecclesia ait: *Nolite me considerare quod fusca sim, quia decolorauit me Sol.* Seu

inspexit,

[illegible] torrefecit me. [illegible] A [illegible] non p[illegible] [illegible] mit me S[illegible] eius[illegible] us æstuans, qui me tor[illegible], ex eo quod tot me [illegible] eo [illegible] dat[illegible] m q[illegible] continuo Deum [illegible] m c[illegible] ncul[illegible] ui, & hostibus [illegible] s, [illegible] s i[illegible] æternum damnan[illegible] im [illegible] æ Dei, & salutis anima[illegible], [illegible] um D. Bernardum vocatur Sol v[illegible], & [illegible] s, iustorum animarum exurens. (Serm. 18. in Cant.) [N]onne decolor[illegible] us erat iustus Loth, atq; com[illegible] hab[illegible] ans [illegible] Sodomis, vt dicit Diuus Pe[trus] (2. Pet. 2. v. 8.) [illegible] eos qu[illegible] de die in diem animam iu[stam] iniqu[illegible] bus cruciabant? Nonne tor[re]factus & [illegible] exiccatus ad ignem zeli erat Dauid, q[ui d]icebat, *Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei, & vidi præuaricantes, & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt?* (Ps. 118. v. 139. & 159.) Vidi inquit, quoniam ignis zeli illuminat, & v[r]it. Illuminat quidem, quia oculos aperit, vt intueatur peccata eorum, qui sub eius sunt cura, vt nullum eum lateat. Vrit vero, quia mœrore facit tabescere, maxime cum non valet corrigere. Vnde gemens dicebat. *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est habitaui cum habitantibus Cedar.* (Ps. 119. v. 5.) Id est, cogor habitare cum tenebrosis, & iniustis, qui nigri sunt, sicut tabernacula Cedar, & ideo lugeo, & longus mihi ac molestus est meus incolatus. Eodem zelo vtebatur Matathias Machabæorum pater, qui cum Iudæus quidam publice idolis sacrificaret, *Vidit* (inquit Scriptura) *& doluit, & contremuerunt renes eius, & accensus est furor eius secundum iudicium legis.* (1. Mach. 2. v. 24.) Sed quid dicemus de Diuo Paulo, quem vehementius decolorauit, & adussit Sol, & ignis zeli? nam videns [illo]rum obstinationem dicebat: *Tristitia* (Ad Rom. 9. v. 1.) mihi est magna, & continuus dolor cordi meo scilicet propter illos, & iterum: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur & ego non vror?* (2. Cor. 11. v. 29.) A quo rogo igne vrebatur, nisi ab igne zeli? Vnde cum esset Athenis, incitabatur spiritus eius in ipso, videns idololatriæ deditam ciuitatem. (Act. 17. v. 16.) (Incitari autem est mœrore affici, in spiritu incandescere, & accendi non ita, sed zelo) vehementer desiderans idololatriam destruere, eo modo quo Ieremias quondam de se dixit: *Factus est in corde meo quasi ignis exæstuans, claususque in ossibus meis, & defeci, ferre non sustinens.* (Ier. 20. v. 9.) Cum enim zelus in pectore ardet, nec tamen peccata impedire valet, ita vrit & tabefacit animam, vt faciat pene deficere: sicut dicebat Dauid, defectio tenuit me pro derelinquentibus legem tuam. (Ps. 118. v. 53. Ioh. 2. v. 17. Ps. 68. v. 10.)

Sed intueamur zelantium exemplar Christum Dominum, de quo sub persona Dauidis, dictum est. *Zelus domus tuæ comedit me.* Metaphora autem comedendi hic, non tam significat actum, quo cibus dentibus côteritur, quam quo vi ardentis caloris consumitur & conuertitur in substantiam aliti. Quomodo etiam ignis, quæ comburit in se conuertit, & ideo comedere ea dicitur. Vt patet ex illo Psalmi, *Iuuenes eorum comedit ignis*, (Ps. 78. v. 63.) & in Numeris: *Ignis Domini deuorauit extremam castrorum partem.* (Num. 11. v. 1.)

Zelus ergo domus Dei, quæ est Ecclesia, [illegible] comedit, quia instar ignis illum quasi [illegible] nsformauit, vt nihil in ipso maneret, [illegible] in commodum Ecclesiæ cederet. Vn[de] [illegible] oblitus sibi insitæ mansuetudinis, zelo ac[ce]nsus, facto flagello ex funiculis negotiatores [de tem]plo eiecit: (Ioh. 2. v. 17. Matt. 21. v. 13.) eo quod domum Dei, quæ domus orationis est, faciebant speloncam latronum, & pulchrum tentorium Salomonis conuertebant in tenebrosum tabernaculũ Cedar, & cubile Draconum. Dicentibus autem Iudæis, quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Respondit, *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Ille autem dicebat de templo corporis sui, ac si prænunciaret quod futurum erat, dicens: ignis zeli domus Dei consumet corpus meum, permittens vobis, vt destruatis illud, & cruci affigatis: ego tamen multo gloriosius, & formosius tertio die suscitabo illud. Hęc enim est vis huius solis decolorantis, & comburentis, vt pulchriores reddat iustos, quos tangit: B ideoque Deus permittit malos in Ecclesia, vt iusti videntes illos, dum vtuntur zelo, fiant pulchriores. Concipiunt enim ardentia desideria orandi pro illis, ieiunandi & plangendi peccata eorum, animantur etiam ad ingentes perferendos labores, vt illos conuertant, & à peccatis retrahant: fortes denique sunt, & constantes in ferẽdis tribulationibus, & persecutionibus, dummodo lucrentur illos. *Nam fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio, lampades eius lampades ignis atque flammarum*, (Cant. 8. v. 8.) duo nominat nempe ignis & flammarum: nam sicut ignis corporeus ex accessu alterius fit ardentior, & ambo vehementiores simul eleuant flammas, quæ cito cõburunt, quod illis apponitur: ita simplex ignis dilectionis Dei nimium exardescit, cum illi adiungitur ignis zeli, vt multa faciat, perferat, & toleret, propter eos quorum bonum zelat. Vnde & de Elia scriptum est, *Surrexit Elias Propheta tanquam ignis, & verbum ipsius tanquam facula ardebat.* (Eccl. 48. v. 1. & 9.) C Propter quod ita factus est gloriosus: vt dũ zelat zelum legis, in cœlum raptus sit curribus, & equis igneis, qui eius zelum igneum manifestarent. (1. Mach. 2. v. 58. 4. Reg. 2. v. 11.)

Et quot bona adueniunt electis ex eo q̃ sint inter peccatores. Nam sicut Deus permisit homines in peccatum labi, vt ipse fieret homo, & ardentem suam charitatem, & zelum erga peccatores manifestaret: ita etiam in Ecclesia permittit peccatores esse, vt electi ardentem charitatis, & zeli flammam accenderent, dum inter eos versantur. Quod etiam amplius declarat sequens sententia sponsæ: *Filii matris meæ pugnauerunt contra me.* De qua in Exhortatione sequenti. Huic coronidem addemus, monentes vt caute ambulemus, ne inter nigros viuentes, denigremur ab illis nigredine culpæ, orantes solem iustitiæ, vt inspiciat nos, & suo ardenti, ac igneo charitatis zelo nos comburat, torrefaciat, decoloret, vt simus inter malos plangentes eo- D rum peccata, congruum eis remedium adhibentes, instar Pauli qui dicebat: *Quotidie morior fratres propter gloriam vestram*, (1. Cor. 15. v. 31.) id est. Propter vestram salutem, & conuersionem ad Deum, quæ est gloria mea, quotidie multa patior intus, & foris, semper decoloratus, & combustus incedo. Hoc autem (inquit Diuus Bernardus) (Serm. 28. in Cant.) est à sole decolorari, vel vri, ignescere charitate

fraterna,

fraterna, flere cum flen[illegible] firmantibus, vt iad ca[illegible] iuxta vires intercid[illegible] re. Hab[illegible] verbum, *Quotidie morior pro [illegible]oria v[e]stra.* [illegible] nemo ardet hoc zelo, nisi qui m[illegible] p[illegible], & proprijs commodis, ac honoribus, o[illegible]e mundanæ gloriæ: non quæres q[u]æ [s]ua [illegible], [s]ed quæ Iesu Christi, & proximorum, pro quor[u]m salute libenter profundit diuitias & omnem substantiam suam, propriumque sanguinem, & vitam, & tunc vere dicit, *Quia decolorauit me Sol.* Quis enim magis decoloratus, & pallidus, quá ita mortuus? Hanc autem mortem efficit amor, quia *Fortis est vt mors dilectio*, occidens diligentem vt vitam præbeat rei dilectæ: dum autem moritur sibi, fœlicius viuet Deo in secula seculorum. Amen.

EXHORTATIO XXV.

Pio communi plurimorum Martyrú circa Euangeliú, trademini autem. Et pro Dom. 5. Epiphan. de zizania.

De pugna malorum contra bonos ab initio nascentis Ecclesiæ, vsque ad finem mundi, qua mali peiores, boni vero meliores, & pulchriores per patientiam redduntur.

Filii matris meæ pugnauerunt contra me.

COmparauit Ecclesia nigredinem, & pulchritudinem suam tabernaculis Cedar, & pellibus operientibus tentoria Salomonis: quæ vt diximus, habitacula sunt militum, dom militię operam nauant: inuuens in hac militia quosdam esse nigros & fœdos, alios candidos & speciosos: qualis autem sit pugna, narrare aggreditor dicens: *Filii matris meæ pugnauerunt contra me.* Habent autem hæc verba multiplices sensus propter varia pugnantium, & pugnarum genera; diuersosq; euentus, tum in bonum, tum in malum. Sed vt amplius elucidemus, & perficiamus quod in præcedenti Exhortatione cœptum est; de commodis, quæ iusti, & electi ex hac pugna reportant, nonnihil dicamus. Pars igitur Ecclesiæ (& idem est de quauis religiosa congregatione) quæ formosa est, & bonos, ac electos continet; de altera quæ nigra est, & peccatores aggregat, conqueritur, dicens: *Filii matris meæ pugnauerunt contra me.* Filios matris suæ vocat peccatores, qui fratres sunt iustorum, quatenus ad eandem spectant Catholicam Ecclesiam, eandem fidem, & legem profitentes: cæterum diuersum habent patrem. Nam Iusti filij sunt Dei, peccatores vero diaboli: sicut Christus dixit Iudæis. *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vultis facere. Ille homicida erat ab initio.* (Ioan. 8. v. 44.) Desideria autem diaboli sunt persequi iustos Dei filios, occidere eorum animas, auferendo ab illis gratiam, & sanctimoniam: quæ per peccatores exequi curat: illique à diabolo agitati pugnare non cessant contra Ecclesiam, & sortem iustorum: vt prauis exemplis, aut contumeliosis, vel iniquis operibus, eam denigrent omnino, sicut ipsi nigri sunt; sed præualere non poterunt contra illam, semper enim sunt multi, qui ex hac pugna formosiores, & illustriores euadent, Deo pro ipsis pugnante, & auxiliante:

gnauer[illegible] [illegible]e m[illegible] pugnau[illegible] m[illegible] mihi [illegible] n[illegible] si[illegible] [illegible]e & [illegible] nus a[illegible] A[illegible] nec no[illegible] *Supra* [illegible] *cauerunt pe[illegible]ra on[illegible]* nam supra d[illegible] u[illegible] secutionu[illegible] ratores a[illegible] un[illegible] tes, & v[illegible] nun[illegible] e no[illegible] rum non [illegible] ual bu[illegible] *concidet ceruices [pecc]atorum* non [illegible] præualeant [illegible]d exempl[illegible] con[illegible] in triplici statu, quem habuit Eccl[esia] po[st pec]catum Adæ (nam in statu innocen[t]iæ quæ pec[c]atum præcessit, victa est, & denigrata, v[illegible] videbimus.)

De Ecclesia in lege natura §. 1.

ET quidem in ipso exordio nascentis Ecclesiæ, in statu quem vocant le[g]is naturæ, cœpit nigra esse, & pulchra, propter malos, & bonos: & pars iustorum clamabat. *Filii matris meæ pugnauerunt contra me.* Primus enim iustorum huius Ecclesiæ, vnde illa cœpit fuit Abel, qui illam summa pulchritudine decorauit: Cain autem frater eius primus, qui in seipso denigrauit illam, & statim liuore, & ira percitus acriter pugnare cœpit contra fratrem suum, & insurg[e]ns contra illum dolo occidit: quia innocentiam, & sanctitatem eius, honoremque, quem apud Deum propter illam habuit, ferre non potuit, sicut expresse testatur D. Ioannes, dicens. *Non sicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? quoniam opera eius maligna erant: fratris autem iusta.* (1 Io. 3.) Etsi autem Abel in hac pugna victus videatur secundum corpus, non tamen secundum spiritum. Imo victor euasit, pulchrior & gloriosior. Sicut è con[tra] Cain victus est, & nigrior, ac fœdior factus, persequens fratrem suum. Imo ideo permisit Deus Caini horrendam malitiam, vt per patientiam augeret Abelis sanctitatem, & coronam. In quo vterque frater typum gerit eius, quod modo geritur in Ecclesia. Nam vt ponderat D. Gregorius, nullus perfectus est, qui inter proximorum mala patiens non est: (Lib. 10 Mor. c. 29.)

Qui enim aliena mala æquanimiter non tolerat, ipse sibi per impatientiam testis est, quia à boni plenitudine longe distat. *Abel quippe esse renuit, quem Cain malitia non exercet.* Si igitur vis magna splendescere sanctitate, sicut Abel, para te ad tolerandam acrem pugnam, omnium te calumniantium & persequentium, sicut Cain: quorum malitia, & pugna verget in eorum damnum; sed in duæ sanctitatis, & decoris augmentum. Vt impleatur quod scriptum est: *Qui nocet, noceat adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc. Qui iustus est, iustificetur adhuc, & qui sanctus est, sanctificetur adhuc.* (Apoc. 22. v. 11.) Ex eo enim quod impius magis sordescit, iustus magis sanctificatur, iuxta illud Psalmistæ: *Lætabitur iustus, cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris.* (Serm. 3. in Psalm. Qui habitat.) Quod sic perpendit Diuus Bernardus. Non in-

quina-

q... ..., sed ... Vt... dei ... A ... cruentus ... iste ... videatur: & ... Cum ... te per... castis ... ca... ne manus ... nes ... sanguine ... p... & vindicta ... tum, ... conquinatur, tu laua manus tuas, purifica per patientiam opera tua, ostende mansuetudinem, auge charitatem, amando persecutorem, orando pro illo, vt filius sis Altissimi, & perfectus sicut pater tuus cœlestis perfectus est.

Matth. 6. v. 44.

Similem pugnam in eodem legis naturæ statu passus est beatus Iob, contra quem non solum pugnauit Sathan, sed etiam amici eius, & fratres contemnentes ipsum: vt sicut diabolus abstulerat pulchritudinem corporis, ita ipsi auferrent decorem animæ, quem tamen in pugna creuisse certissimum est.

Iob. 6. v. 15. & 19. v. 13. Iob. 42. v. 11. & 16.

Vnde post illam Deus benedixit nouissimis Iob magis quam principio eius: nam & addidit duplicia, quia duplicata virtus est, cum non solum in prosperis, sed etiam in aduersis Deo fidelis fuit, & inuictus permansit. Quia (vt notat D. Gregor.) licet communiter iuxta afflictionis pondus sit mensura consolationis; sicut scriptum est: *Iuxta multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Tamē aliquando tentationis dispendium vincunt suffragia consolationum: iuxta illud: *Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te*, & quando pugna fuit acerrima, ficut insignis est victoria, ita superabundans est corona, & remuneratio, quia gloriosior fuit sanctitatis acquisitio.

Lib. 35. Mor. c. 8. Psal. 93 v. 19. Isa. 54. v. 7.

De Ecclesia in lege antiqua. §. 2.

1. De Ismaele & Isaac.

Similis pugna efferbuit etiam ab ineunte ætate legis veteris, propter quod Ecclesia illius temporis similiter clamabat, *Filii matris meæ pugnauerunt contra me.* Cœpit lex circumcisionis in Abraham, in cuius domo inchoata est pugna inter fratres adhuc puerulos. Habuit enim duos filios Ismaelem ex ancilla Agar, & Isaac ex Sara libera. Sed primus à pueritia nigredine tinctus pugnauit cōtra secundum decore auctum, præfigurans quod postea futurum erat, sicut Diuus Paulus testatur dicens: *Quemadmodum qui secundum carnem natus est, persequebatur eum, qui secundum spiritum, ita & nunc.* Id est, sicut Ismael persequebatur Isaac fratrem suum, ita peccatores, & carnales homines persequuntur iustos, & viros spirituales; sed quomodo persequebatur? Nā Scriptura tantum refert, vidisse Saram filium Agar Ægyptiæ ludentem cum filio suo Isaac: sed ludentem vocat illudentem ei, contemptim, & contumeliose tractantem: & propter natiuitatis, ac circumcisionis prærogatiuam (fuit enim prius genitus, & circumcisus quam Isaac) principatum sibi & primogenita in domo patris vindicantem, addit D. Hieronymus, & Lyranus, ex traditione Hebræorum, lusum istum fuisse efficiendo aliqua per ludum, & iocum, quæ ad idololatriam pertinebant, vel in ludo percutiendo Isaac, vel lasciue & obscœne cum eo locando, ad peccatumque inducendo. Ecce graphice depictam omnem malorum aduersus iustos pugnam vel prauis exemplis eos scandalizando, vel ... bis contumeliosis feriendo, aut opibus ... honores & diuitias illorum sibi per vim, aut dolum vsurpando, ij sunt quos vocauimus nigros sicut tabernacula Cedar, filij Ismaelis, de quibus sponsa ait: *Filii matris meæ* (id est eiusdem ... mus, & familiæ) *pugnauerunt contra me.* Intelligens per vocem *me* iustos, qui sunt pulchri sicut pelles Salomonis ex linea Isaac progeniti. Qui in hac pugna victores manent, eiecto foras filio ancillæ, vt spiritus securior in sua pulchritudine perseueret.

Ad Gal. 4. v. 29. Gen. 21. v. 9. In tradit. Hebraicis in Genes.

2. De Esau & Iacob Gen. 25. v. 22.

Nonne formosior euasit Iacob ex pugna, quam contra ipsum iniit frater eius Esau? Adhuc erant in vtero matris suæ. *Et ibi collidebantur paruuli.* Id est pugnabant, luctabantur, & se quasi lædebant, & conterebant, & quamdiu vixerunt, tamdiu Esau maior natu persecutus est fratrem minorem Iacob, qui occasione huius luctæ innumera, & ingentia cōsecutus est bona, dum fugiens iram fratris vidit regnum Dei sub specie scalæ, & cum Angelo luctatus cœlestem benedictionem obtinuit, & fortitudinem; quæ tamen in figura contingebant illis. Nam Rebeccæ de huiusmodi paruulorum pugna consulenti Dominum responsum est: *Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, populusque populum superabit, & maior seruiet minori.* & qui sunt hi duo populi, nisi populus peccatorum, & populus iustorum, quos mater Ecclesia in suo ventre baiulat? Inter quos perpetua est pugna, sed tandem superabit populus iustorum, nam maior seruiet minori: populus enim peccantium maior vocatur, quia in statu naturæ corruptæ antiquius est peccatum, & stultorum infinitus est numerus.

Quod eleganter sic explicat D. Augustinus. Sicut ex vno semine Isaac, Esau nascitur, & Iacob: sic & ex vno baptismo Christi, & ex vno vtero Ecclesiæ procreatur populus Christianus: qui tamen pro morum diuersitate sicut Esau, & Iacob, in duas partes diuiditur, cum ex fructibus operum vna pars cognoscatur esse carnalis, altera spiritualis. Et quemadmodum illi duo paruuli in vtero Rebeccæ: sic & isti populi in ventre Ecclesiæ, vsque ad diem iudicij colliduntur, dum improbi perpetuo infectantur, & lædere conantur bonos: improborum autem populus recte potest dici maior, quia eorum maior est numerus. Sed quomodo mali seruiunt bonis, cum potius eis dominari videatur? Ad eundem quippe modum, quo limæ, & malleus seruiunt auro; & molæ seruiunt tritico, & panibus coquendis, & conficiendis furnalia. Et quemadmodum in fornace aurificis palea seruit auro, vbi sine dubio palea consumitur, & aurum probatur. Non ergo glorientur, nec se extollāt mali, quando bonis aliquas tribulationes immiserint, quia cum illos persequuntur in corpore, seipsos probantur occidere in mente, & quibus nocere volunt, prosunt plurimum, sibi autem ipsi maxime nocent. Hactenus ex D. Augustino, qui aptissimis similitudinibus explanauit quo modo improbi persequendo iustos, fiant nigriores, & peiores: iusti vero pulchriores & sanctiores. Sunt enim mali velut lima, qua aufertur rubigo malitiæ à bonis: vel vt palea qua in fornace probatur, & purificatur virtus, & splendidior

Serm. 78. de tempore. Nota.

dior redditur: & velut malleus quo elaboratur A & perpolitur amplius: ac sicut mola, & furnus, vbi boni tanquam triticum moluntur, vt fint panis mundus in Dei mensa collocandos. Multis ergo modis mali seruiunt bonis, vt fiant meliores.

3. Nonne filij Iacob dum persecuti sunt fratrē suum Ioseph, seruierunt illi? Nonne reddiderūt illum pulchriorem, & splendidiorem? Conquerebatur Ioseph plorans, & dicens: *Filij matris meæ pugnauerunt contra me.* Sed fœlix pugna, ex qua parta est iam pulchra & gloriosa victoria non ex merito persequentium, sed ex Dei prouidentia, qui hoc ita disposuit, vt ipsum Ioseph gloriosiorem redderet, sicut ipse testatur dicens

Gen. 50. v. 20 & c. 45. v. 8. fratribus: *Vos cogitastis de me malum: sed Deus vertit illud in bonum, vt exaltaret me, sicut in præsentiarum cernitis, & saluos faceret populos multos.* Vbi etiam magnifice resplenduit Dei benigna prouidentia, quod persecutio, quæ denigrauit persecutores, ita pulchrefecit fratrem, vt etiam in eorum B commodum cederet.

4. Tandem antiqua Ecclesia, quæ formosa erat, propter Prophetas quos habuit, fuit acriter impugnata à populo atro suorum fratrum, qui nō solum in deserto persecuti sunt ipsum Moysem,

Num. 20. v. 42. & Aaron, quos tanti faciebant, occidissentque, nisi Deus protexisset illos, sed etiam reliquos Prophetas, varijs eos tormentis dilacerantes.

Ad Heb. 11. v. 36. Nam teste Diuo Paulo: alij *Ludibria & verbera experti, insuper & vincula, & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt quibus dignus non erat mundus.*

Tanta enim fuit eorum pulchritudo, ac sanctitatis splendor, vt mundus ferre nequiret, & ideo illos persecutus est. *Quem enim Prophetarum*

Act. 7. v. 52. (dixit illis Stephanus) *non sunt persecuti patres vestri?* De quo etiam Christus Dominus conque-

Matth. 21. v. 35 & c. 23. v. 6. & c. 27. v. 37. rebatur in parabolis, referens agricolas, qui occiderunt seruos missos ad fructus vineæ recuperandos, vel eos qui eos inuitabant ad nuptias, C & tandem plorans dicebat: *Ierusalem, Ierusalem qui occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt.* Nec destiterunt donec ipsum Christum hæredem occiderent, quo ipsi vsque ad summū denigrati sunt, sed sancti afflicti, & occisi vsque ad summum condecorati.

De pugna malorum in Ecclesia Christi. §. 3.

SEd accedamus iam ad Ecclesiam nostram, quæ ab infantia sua clamat etiam: *Filij matris*

Psal. 128. v. 2. *meæ pugnauerunt contra me.* Et, *Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea:* idque bis repetit, quia imma-

De hoc lib. 4 Exhort. 23 §. 3. niter impugnata est ab vtroq; populo Hebræo, & Gentilico, à principibus Iudæorum, & à regibus gentium, & postea ab hæreticis, deinde à falsis fratribus, quos omnes congregatio iustorum generali nomine vocat filios matris suæ, vel eiusdem naturæ humanæ, vel eiusdem Ecclesiæ vniuersalis ab initio mundi inchoatæ, aut D eiusdem Ecclesiæ Christi: imo quod magis horribile fuit, ab ipsis etiam fratribus secundum carnem oppugnata est, sicut prænunciauit Sal-

Marc. 13. v. 12. Luc. 21. v. 16. uator dicens: *Tradet frater fratrem in mortem.* Et rursus, *Trademini autem à parentibus, & fratribus & cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, & ca-*

A *pillus de capite vestro non peribit, in patientia vestra possidebitis animas vestras.* En vbi des[cr]ibitur [lon]gitudo pugnæ, simul & victoriæ, immanitas persequentium, & speciositas inuicta vincentium. Ad amplificandam enim pugnam dixit Sponsa: *Filij matris meæ pugnauerunt contra me.* Non est non solum me oppugnauerunt extranei, sed fratres mei, nec quiuis fratres, sed fratres vterini, [i.e.] matris meæ, qui se plus solent diligere, quam qui sunt fratres eiusdem patris ex diuersis matribus, eo quod tunc certior est fraternitas. Vnde illi tantum fratres persecuti sunt Ioseph, qui vterini non erant.

Adhuc autem amplius exaggerat, dum ait pugnauerunt contra me, me inquam mulierem fragilem: nam sorores tenerius solent diligi & fortius protegi à fratribus: & tamen me persecuti sunt. Hæc autē est horribilis persecutio quando oppugnaris ab eo, qui iure te defendere, & diligere tenebatur. Nam si *Inimicus meus* (ait Da- B uid) *maledixisset mihi, sustinuissem vtique: & si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo; tu vero homo vnanimis, dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu:* subauditur maledixisti mihi, & persecutus es me quod est omnium molestissimum. Propter quod Christus Dominus prius narrauit discipulis persecutiones regum, & præsidum, deinde fratrum & cognatorum, vtpote multo grauiores. — D. Greg. hom. 35. in Euang. — Ps. 54. v. 13. — Luc. 21. v. 12.

Sed quanto terribilior oppugnatio, tanto gloriosior victoria, & tanto ex ea progreditur splendidior integritas, & pulchritudo. Ad cuius amplificationem adiunxit Christus: *Capillus de capite vestro non peribit.* Per capillos enim qui pertinent ad integritatem, ornatum, & decorem capitis, & vnus capillus est minima pars illius, intelligit summam incorrupti spiritus integritatem, & pulchritudinem in persecutione ea Dei gratia seruandam, ita vt nihil illius pereat. Peri- C bunt tyranni, Reges, & præsides qui vos torquent, finientur dolores, ignominiæ, & tormenta quæ minantur: at capillus vel vnus de capite vestro non peribit. Non solum non radēt, sicut Philistæi septem capitis crines, in qui- (Iudic. 16. v. 19.) bus Samsonis fortitudo consistit, id est non solum non auferent à vobis septem dona Spiritus sancti, & capitales virtutes à quibus robur spiritus procedit, sed nec minimum capillum, quia nihil integritatis, nihil pulchritudinis, nihil virtutis, & perfectionis amittetis, sed potius augebitis per patientiam, quæ teste Apostolo, opus perfectum habet, per quam eritis perfecti & integri, in nullo deficientes, ita vt nec capillus deficiat, ex eo quod minima insurgat iracundiæ & vindictæ cogitatio contra persecutores, imo gaudebitis valde, omne gaudium existimantes in varias incidere tribulationes propter nomen Christi.

D *De admiranda vi patientiæ* §. 4.

R*Vrsus in patientia vestra possidebitis animas vestras.* Nam etsi in persecutionibus perdatis diuitias, honores & reliqua temporalia bona, possidebitis tamen animas vestras, quæ incomparabiliter illis sunt preciosiores; illa enim tandem peribunt, anima tamen est æterna, & immen-

in mensa bona quæ illi præparata sunt, cum qua A etiam possidebitis corpus quod modo perditis. Nam si capillus qui incisus non dolet, non peribit, sed possidebitis illum, quanto magis corpus cæteraque membra, quæ dum inciduntur magnum dolorem incutiunt? Sed etiam in hoc sæculo per patientiam possidebitis animas vestras, quia ad tam præcellentem ascenderitis animi magnitudinem, & sanctimoniam, vt caro, appetitus, & cuncta vestra sint vobis subiecta. Quid est enim (ait D. Gregorius) animas possidere, nisi perfecte in omnibus viuere, cunctisque mentis motibus quasi ea arce virtutis dominari? Et dũ » nobismetipsis dominari discimus, hoc ipsum » incipimus possidere quod sumus. Iccirco autem » possessio animæ in virtute patientiæ ponitur, » quia radix omnium custosque virtutum patien- » tia est. Hæc Gregorius. Quæ aureum os ita confirmat & extollit exemplo D. Pauli pro Christo catenis vincti: Quia nihil (inquit) melius quam » mala pro Christo pati. Si quis mihi mortuos sus- B » citare dederit, nõ iam id sed catenam eligerem: » Non sic Paulum dico beatum quod tertium vs- » que ad cœlum raptus est, quam quód in vincula » sit coniectus. Eligibilius mihi est male pati pro » Christo, quam honorari pro Christo, si ipse » Christus propter me factus seruus, gloriamque » euacuãs, non sic in gloria esse putabatur, quam » cum pro me affigebatur cruci, quid me pati nõ opotret? Audi enim ipsum, dicentem: *Glorifica* » *me Pater*. Quid dicis Domine? ad crucem duce- » ris cum latronibus maledictam sufferre mor- » tem, conspuendus, cædendus colaphis, & hæc appellas gloriam? ita inquit: pro dilectis ipse patior, merito hæc eadem gloriam existimo. Hæc & plura Chrysostomus. Ex quibus deducit sanctos persecutionibus fieri gloriosiores, & ideo qui aduritur (inquit) amore Christi, eligeret potius vinctum esse pro Christo, quam cœlos inhabitare, clariusque hoc esse quam super duodecim sedes sedere, quamdiu voluntas Dei est C quod patiantur.

D. Greg. hom. 35. in Euang.

Lib. 5. Mor. c. 13. Hom. 15. in Euang.

D. Chrys. hom. 5. de B. Iob. 10. 1.

Ioh 17. v. 5.

Sed illud magis stupendum, quod per patientiam in persecutionibus nõ solum sancti possident animas proprias, sed multoties animas ipsorum qui persequuntur eos, & dum se tolerando iniurias, splendidiores reddunt, persecutores Christo lucrantur. Et propter hoc (vt notat idem Chrysost.) Christus Dominus dixit Apostolis, *Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporũ. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ*: discipulis autem dixit: *Ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos.* Ostendite (inquit) mansuetudinẽ ouium, & columbæ simplicitatem in medio luporum. Sic enim ego virtutem meam magis ostendam, cum ab ouibus lupi superabuntur, & quamuis illæ sint in medio luporum, & innumeris morsibus lacerentur, non modo non cõsumptæ fuerint, verum etiam illos in sui naturam transmutauerint. Et paulo post, hoc & vos gloriosiores faciet & meam declarabit virtutẽ: D Quid quæso gloriosius? Quid mirabilius quam inter atros, sæuos & rabidos persecutores instar luporum & leonum esse innocentes, mites simplices & pulchros, sicut oues, agnos, & columbas? Et quid ita Christi commendat potestatem ac sanctorum splendorem, quam dum lacerantur à lupis & leonibus, per suam tamen

Matt 10. v. 16. hom. 34. in Mat. Luc. 10. v. 3.

man[suetudinem] ac miram innocentiam & sanctitatem illos sibi subijcere & in oues, ac agnos commutare? Sic enim impletur quod Isaias prædixerat: *Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit, vitulus & leo & ouis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Vitulus, & vrsus pascentur, simul requiescent catuli eorum, & leo quasi bos comedet paleas*? O mutatio dexteræ Excelsi! illi qui antea erant lupi, leones, pardi, & vrsi ferinis abnegatis moribus, mansuescunt sicut oues, agni, vituli, & hædi, & vnum Christi gregem constituunt. Quis & per quos hanc mirabilem fecit mutationem? *Ecce ego* (inquit) *mitto vos*. Ecce rem nouam, & stupendam. Sed ego Deus omnipotens mitto vos vt perficiatis illã. Diabolus mittit lupos, leones, pardos, & vrsos contra me, vt Ecclesiam meam, & discipulos meos deuorent, disperdant & funditus euertant: At ego contra eius lupos & leones mitto oues & agnos, vt meam virtutem, & eorum mundo manifestem B sanctitatem, dum infirma mundi eligo vt confundam fortia, & infirma facio validiora illis, & leones carniuoros muto, vt sicut boues comedant paleas, assuescant vesci vilibus cibis ferant aratrum crucis, & seipsos in victimam pro suis & aliorum delictis offerant.

Isa. 11. v. 6.

Ne timeas ergo sponsa Christi, etsi filij matris tuæ pugnant contra te, illi filij, tu filia: illi viri fortes, tu fœmina debilis, illi lupi, tu ouis, quoniam ego ita hanc pugnam permisi, vt per te infimam cõfundam filios matris tuæ, quantumuis appareant fortes. Cæterum cum mansuetudine ouis, & simplicitate columbæ serua prudentiam serpentis, per illas vinces tormenta, & pugnas manifestas, per hanc insidias & pugnas occultas. Ab ipsis serpentibus inimicis tuis disce prudentiam, vt sicut illi astuti sunt & strenui vt te seducant, & in malum pertrahant, ita & tu sagax sis, & strenua, vt eos in bonum conuertas. Pulchre (inquit D. Remigius) serpentis C prudentiam monet, quia primus homo per serpentem deceptus est: ac si diceret: quia hostis callidus fuit ad decipiendum, vos prudentes sitis ad liberandum. Ille laudauit lignum, vos laudate crucis virtutem: i. amate tribulationes, gloriamini in persecutionibus, & ita superabitis illas & prosternens hostes. Ex his tandem intelliges ingens illud promissum Christi, quo pollicetur discipulis daturum in hoc seculo centies tãtum cum persecutionibus: eo quod cum persecutionibus tantum præberet abundantiam spiritualis consolationis & gaudij, tam ingensq; iustitiæ, sanctitatis ac pacis incrementum, vt centies plus lucrarentur per illas, quam si illis caruissent. Persecutio n. est velut granum frumenti, quod cadens in terram dum sepelitur vt moriatur, & moritur vt iterũ nascatur, & crescat, fert fructũ centuplum in patientia: sic Ecclesia dum persecutionibus atteritur & à tyrannis opprimitur, fert fructum centuplum in martyribus; dum oppugnatur ab hæreticis, fert etiam D centuplum in doctoribus, & dum tentatur, cõcutitur, & vexatur à falsis fratribus, fert illum in reliquis iustis, & propter hoc potissime permittit Deus esse malos persequentes iustos, vt iusti fiant centies meliores, & centuplo maiorem recipiant remunerationem.

De hoc in lib. 5. Exhor. 32. §. 2.

Apud D. Tho. in catenam Matt. 10.

Marc. 10. v. 30.

Ioh. 12. v. 24.

Confirmantur dicta ex parabola Zizaniorum. §. 5.

Matth. 13. v. 24. & 38. iterum infra lib. 5. in Exhort. 33. circa id capite nobis vulpes.

QVę diximus egregie confirmat parabola de eo qui seminanit bonum semē in agro suo, & inimicus eius superseminauit zizania, seruis autem volentibus ea euellere dixit: *Sinite vtraque crescere vsque ad messem.* Explicans autē ipse Christus parabolam ait, *Ager est mundus. Bonum semen sunt filij regni. Zizania autem filij sunt nequam*, id est, insigniter mali, & quos sponsa vocat nigros. Nam zizania ex corrupto tritico, vel hordeo dicitur generari, & cum primum nascitur, similis videtur tritico, cum vero maturescit, & grandescit, tunc apparet quod est. Fructus autem eius est niger ac similis puluerii: vnde apte repræsentat peccatores, à quibus Ecclesia denominatur nigra, & quos vocat filios matris suæ, degeneratos tamē à vera fide, aut sanctitate quam à principio profitebantur. Bonos quidem, qui formosi filij dicuntur, seminat Deus in Ecclesia, quia B sanctitas à Deo incipit, & à semine ipsius quod est gratia, cœlestisque sancti Spiritus inspiratio: malos autem seminat inimicus, quia ex diaboli suggestione inchoata est malitia, & atra fœditas culpæ. Sed quid est quod ait: *Sinite vtraque crescere vsque ad messem?* Nunquid non melius, & amplius cresceret triticum eradicata zizania quæ illius impedire solet incrementum? Sed esto ita sit in tritico & zizania corporeis, non tamen in spiritualibus semper ita cōtingit, imo dum crescit zizania tyrannorum persequentium, crescit inuicta patientia martyrum. Et dum augetur zizania hæreticorum, augetur amplius sapientia & virtus doctorum: & crescente seditiosorum malitia, charitas pacificorum maiora recipit incremēta. Permittite ergo quod zizania crescat, & quod nigredo, & malitia prauorum augeatur, nam simul crescet triticum & pulchritudo, ac sanctitas bonorum, nam à se inuicem crescendi ansam arripient, mali enim ex sua deprauata voluntate, ira & liuore perciti insurgent in bonos vnde fient peiores: boni vero hæc tolerantes per patientiam reddentur pulchriores. Hoc autem durabit vsq; ad messem, vt qui nocet noceat adhuc, & qui sanctus est sanctificetur adhuc. Sed ego venio cito: & tunc dicam Angelis messoribus, vt separent zizania à tritico, nigros à formosis, & iniustos à iustis, qui antea permixti erant: & reddant vtrisque secundum opera eorum. Nigri proijcientur in ignem inextinguibilem, vbi eorum nigredo & pœna erit æterna, formosi vero collocabuntur in cœlestibus thronis, vbi eorum pulchritudo erit sine fine gloriosa: & tunc cessabit pugna malorum, iustisque erit pax & quies sempiterna.

Vide Salmeronem to. 7. tract. 4.

Apoc. 22. v. 11.

1. Cor. 11. v. 19.

Attende igitur tibi ipsi. Nam teste D. Paulo, oportet hæreses esse vt qui probati sunt manifesti fiāt: oportet item schismata, seditiones, scandala, ac persecutiones exoriri ab ijs qui zizania sunt inimici, vt qui probati & electi sunt fiant D manifesti, & quomodo fient manifesti? emittēdo splendidiores radios suæ fidei contra hæreticos: suæ charitatis erga schismaticos, suæ constantiæ aduersus scandalosos; suæ fortitudinis & patientiæ contra persecutores. Hos radios emittere satage, bonos io bono æmulando, vt inter eos sciens & gloriosus appareas Deo, qui A nec concupiscit mul[illegible] [illegible] lium & pigrorum; nec cum [illegible]plicatur g[illegible]ns, magnificatur lætitia, nisi gen[illegible] magnificetur sanctitas & perfectio, tunc autem magnificatur, cum pugnis & persecutionibus exercetur, & probata inuenitur ad laudem & gloriam ipsius Dei, in secula seculorum. Amen.

EXHORTATIO XXVI.

De vinea status innocentiæ tradita primis parentibus vt custodirent illam; de pugna dæmonum contra ipsos, & victoria, & quomodo obedientia ad præcepta custodit vineas Dei, & inobedientia dissipat.

Pri[illegible] vineæ [illegible] patie

Filii matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui.

LVgubrem, sed salubrem nobis, auspicamur interpretationem verborum sponsæ quæ protulisse videtur, vt declaret suæ nigredinis originem, radicem omnium malorum quæ patitur in membris putridis, & deprauatis; propter q̄ se vocauit nigram, *Filij*, inquit, *matris meæ pugnauerunt contra me; posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui.* Parabolica est tota hęc allocutio, quæ tunc facile percipietur, si expendamus quam in hac tristi lamentatione vocet matrem suam, quos eius filios, quam eorum pugnam, & quas vineas ad custodiam traditas, vel non custoditas: varijs enim modis hæc à sanctis Patribus accipiuntur; vt autem res eo quo gestæ sunt ordine explicemus, inchoandum est à pugna omnium antiquissima, & acerrima, quam Ecclesia in statu innocentiæ passa est, in qua sic C est ab hoste deuicta, vt penitus sit euersa, nec amplius in talem statum restituta.

Status innocentiæ restitutum à Deo prouentibus. §. 1.

HIc igitur status innocentiæ fuit prima vinea à Deo plantata in Paradiso voluptatis; cuius primæ vites fuerunt Adam & Eua: palmites vero omnes filij ab ipsis procreandi; botri autem fructus bonorum operum quos singuli preferrent; vinum vero felicitas qua semper fruerentur ex terrestri in cœlestem Paradisum translati.

Quamuis etiam non sit à parabola alienum, ipsum Paradisum voluptatis vocare vineam, quia locus erat amœnus, & fructuosus. Imo & singulas animas in eo statu futuras vineas etiam nuncupare, cuius vites & palmites sunt ipsæ potentiæ ac facultates, vnde bona opera tanquam fructus procedunt.

Creatus ergo est Adam in iustitia originali, & constitutus caput totius Ecclesiæ in illo felici statu futuræ, quatenus ipso perseuerante in Dei obsequio, omnes eius posteri nascerentur cum eadem iustitia & sanctitate, & cum omnimoda subiectione carnis ad spiritum, & spiritus ad DEVM, si eam voluis-

sent

Gen. 2. v. 15. [illegible] Tulit autem [illegible] hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum. Et ex [illegible] ten[illegible] Ecclesia, [illegible] runt [illegible] custodem in vinea; qu[illegible] A[illegible] custo[illegible] st[illegible] & u[illegible] paradisi, non [illegible] nin[illegible] us [illegible] vide & [illegible] t[illegible] in quibus [illegible] que [illegible] custodita sunt [illegible]. Propter quod [illegible] ait, posuerunt me custodem in vinea, sed in vinea; qu[illegible] sing[illegible] etiam [illegible] est demandata. [illegible] Deus per[illegible] in illa primo mane mundi vocans Adam, in[illegible] cauit multos operarios qui vineam paradisi colerent, & custodirent. Sed si Deus posuit illum custodem, quid est quod spo[illegible] ait *Posuerunt me?* At quid mirum? siquidem cum Deus illum creauit, etiam pluraliter locutus est, dicens, *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*, vt, scilicet, indicaret Trinitatem personarum, ad quarum similitudinem factus est homo. Illæ ergo tres diuinæ personæ, quæ Adam creauerunt, posuerunt illum custodem in vineis, & in paradiso, vt operaretur, & custodiret illum.

Vineam status innocentiæ, & quamuis aliam per obedientiam ad Dei mandata custodiri. §. 2.

TOta autem huius status custodia in eo sita erat, quod Adam operaretur opera sibi iniuncta, seruando Dei præcepta; & illud maxime, *De ligno scientiæ boni & mali ne comedas, in quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Adiūxit præcepto pœnam, vt pœnæ metus vrgeret magis ad vineæ custodiam. Vnde apud Hispanos increbuit prouerbium, *Mi edo guarda viña.* Hoc ita declarat D. August. dicens, Positus est homo in Paradiso, vt operaretur, seu excoleret eundem Paradisum per agriculturam, non laboriosam, sed delitiosam, & mentem prudentis magna atque vtilia commoneutem. & sic custodiret eundem Paradisum tibi; ne aliquid amitteret, quare inde mereretur expelli. Ideoque accepit præceptum, vt sit per quod sibi custodiat Paradisum; i. e. quo conseruato non inde proijciatur. Addit D. August. voluisse Deum quod Adam exerceret agriculturam; vt inde disceret in seipso custodire disciplinam, vt sicut aget obtemperabat colenti se, ita & ipsi præcipienti Domino suo, vt sumpto præcepto, obedientiæ fructum, non spinas inobedientiæ redderet: quod valde notandum est.

Gen. 2. v. 17.

Lib. 8. de Gen. ad lit. c. 10 16. 5.

Etenim non solum vinea illius Paradisi; sed omnes aliæ vineæ à Deo postea plantatæ in statu legis naturalis, scriptæ, aut nouæ, hac sola cura custodiuntur; quod custodiantur Dei mandata. Est n. quasi quoddam pactum inter hominem & legem; quod si homo custodit legē, lex custod et illum, & cuncta quæ sunt ipsius: iuxta illud Ecclesiastici; *Homo sensatus credit legi Dei, & lex illi fidelis*; id est, homo prudens credit ijs quæ lex dicit, & præcipit, custodiendo eius præcepta; ipsa vero lex est fidelis, implens quod promittit, custodiendo, & remunerando seruantes illam. Deus enim qui auctor est legis sit custos custodientium eam; sicut clarius expressit Moyses populo, dicens, *Si audieris hæc iudicia, custodieris ea, & feceris, custodiet & Dominus Deus tuus pactum tibi;*

Eccl. 33. v. 4.

Deut. 7. v. 12.

A *& mi[illegible] tordiam quam iurauit patribus tuis, & diliget [illegible]* Propter quod Christus Dominus parabola de vinea quam plantauit, cuius [illegible] meminerat Isaias, inquit, *Sepem circumdedit ei, & [illegible] in ea torcular, & ædificauit turrim*; intelligens Matth. 21. v. 33. Isa. 5. v. 2. per [illegible] ria, cuncta quæ necessaria erant ad vineæ custodiam, & conseruationem, quæ ad legis obseruantiam rediguntur. Lex enim (vt exponit Theodoretus) est velut sepes, & maceria custodiens populum; & separans illum ab alienigenis: vnde D. Paulus ait; quod priusquam veniret fides sub lege custodiebamur inclusi. Lex etiam (vt insinuat D. Chrys. seu author imperfecti) est torcular quod cruciat carnalem naturā, quę tamen acquiescit ei contorta propter timorem iudicij, vel amorem præmij; vel quia purum ab impuro discernit, virtutem à vitio, & bonum à malo: per quam etiam à populo obseruante exprimitur vinum suauissimum bonorū operum, quod cor hominis corroborat, & lætificat. Lex tandem, vt dicit D. Hilarius, propter B eius eminentiam est quasi turris; & sicut turris extruitur ad custodiam vineæ, & speculandum eos qui eam deuastare veniunt: sic lex detegit inimicorum insidias, & ab eis protegit amplectentes illam. Sola igitur obseruantia legis diuinæ, ac præceptorum eius in quouis statu, exigitur ab ijs, quibus vineæ Ecclesiæ, vel propriæ animæ traduntur custodiendæ.

In Mar. 12.

Ad Gal. 3. v. 23.

Hom. 40. in Matth. Idem dicit Iansen.

Canon. 21. in Matt.

Sed in statu innocentiæ immensa Dei benignitas, vnum, & facile mandatum posuit, quo facilior esset custodia, & certior in bono perseuerantia; maxime cum omnis interna pugna procul esset relegata, totaque Ecclesia absque vlla nigredine esset formosa; nec decolorabat eam sol concupiscentiæ carnalis, vel ærumnarum, quas modo patimur, quia vmbraculum ei erat iustitia originalis, specialisque Dei prote-C ctio: oportebat tamen, ne deesset aliqua pugna, vt probaretur eius fides, & obedientia, essetque gloriosior perseuerantia, & corona. Quod peroptime explicuit Ecclesiasticus de Adam, sic loquens; *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui*: tradens, scilicet, liberum arbitrium, vt quod vellet eligeret, aut malum, aut bonum, sed quia legibus erat regendū; subdit, *Adiecit mandata & præcepta sua; Si volueris mandata seruare, conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere*: i. e. si volueris mandata custodire; & perpetuam fidem Deo gratam seruare, ipsa mandata te custodient, & fidem perpetuam ergate seruabunt: illa enim sententia, *In perpetuum fidem placitam facere*, referri potest, & ad hominem, & ad mandata; sed quoniam supplicium & præmium ad custodienda mandata vehementer incitant, subiecit, *Apposuit tibi aquam & ignem; ad quod volueris porrige manum tuam*, per aquam refrigerantem præmium intelligitur; supplicium vero per ignem torquentem: quod sequentia verba amplius declarant. Sed hæc sufficiant, vt D intelligas quæ ad tuum etiam statum spectant; nam ad omnes in vniuersum homines verba hæc extendenda sunt.

Eccl. 15. v. 14.

Ita Iansen.

Callidam diaboli tentationem, & Euæ, ac Adæ inobedientiam, dissipasse statum innocentiæ. §. 3.

FVndata igitur Ecclesia, illius status innocentiæ, quæ duntaxat in Adam & Eua, intra Paradisum 1.

X 3

Hom. 2. in Cant.

tradi sum tunc [illegible]batur, [illegible] cœpit, sicut sp[illegible] quit, F[illegible] *uerunt contra me.* Filios matris suæ vocat ([illegible] Nyssenus exponit) dæmones quos in natura intellectuali fratres agnoscit, & [illegible] ondam [illegible] lius matris, quæ in cœlo em[illegible] eo ad Dei gl[illegible] tiam

Ad Gal. 4. v. 26.

intruendam condita [illegible] qu[illegible] m modo I aulus vocat Ierusalem, quæ [illegible] sum est, & est mater nostra. Diabolus ig tur li[illegible] o c [illegible] ira accen[illegible] is contra hominem, eo quod in ta[illegible] vinea à Deo esset constitutus, voluit oppugnare paruulam illam, & recens ortam Ecclesiā, [illegible] cum callidissi-

Gen. 3. v. 1.

mus esset, debiliorem partem inuasit, Euam, scilicet, occasionem nactus satis aptam, quod eam solam, & prope lignum scientiæ boni & mali inuenisset. Appetit enim astutus hostis singulare certamen, vehementius aggreditur solitariū, & eo maxime loco & tempore quo mox ac interius vincitur, in opus exterius, & consummatum peccatum prolabatur. Assumpto ergo cuiusdam serpentis corpore, cœpit contra Euam pugnare verbis mendacibus, & dolosis, ac falsis promissis suadens, vt præceptum de non comedendo ex ligno scientiæ, transgrederetur. Timebat Eua comedere, ne forte moreretur; cui serpens; *Nequaquam moriemini; scit enim Deus quod in quacunque die comederitis ex eo aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii scientes bonum & malum.*

Gen. 3. v. 4.

Vidit sagax hostis præceptum illud sepem esse, turrim, & torcular ad custodiam illius vineæ: & ideo voluit illud euertere, suadens minas illas fictas esse ad terrorem, à Deoque ob inuidiam boni ipsorum impositas, nec amissuram felicitatem, qua potiebatur, etsi comederet; quin potius diuinam assecuturam similitudinem. Hoc dolo dissipata est in mente mulieris, quę serpenti fidem adhibuit, maceria præcepti: destructa turris diuini verbi, & dirutum torcular pœnæ, quæ illam premebat

Ps. 79. v. 14.

& reprimebat. Et videns lignum quod esset bonum ad vescendum, tulit de fructu illius, & comedit. Moxque culpa lethifera, tanquam singularis ferus, ingressa in vineam illius, & intra eius animam, depasta est eam, conculcans, & destruens gratiam, institiam, charitatē, & reliquas virtutes vsq; ad fidem; & tunc Ecclesia illa posset gemens dicere cœlestibus Hierarchijs, *Nigra sum sed formosa, filiæ Ierusalem*; nigra in Eua, formosa in Adam, qui nondum peccauerat. Sed vnde Eua nigra & fusca? quia decolorauit eam sol, i. e. ardens cupiditas diuinæ similitudinis & claritatis, vt esset sicut d[illegible] j scientes bonum & malum: quam vt admisit, statim exarsit concupiscentia eius, quæ penitus decolorauit eam.

2.

Ps. 136 v. 7. Ex D. Tho. 2. 2. q. 81. a. 5.

Sed callidus serpens, cuius est illa vox; exinanite, exinanite, vsque ad fundamentum in ea, sciens fundamentum illius Ecclesiæ esse tantū Adam, quo non peccante, etsi Eua peccasset, status innocentiæ integer maneret, expugnata Eua, per illam inuasit Adam. Nam (vt perpendit

Lib. 3. Mor. c. 6.

D. Gregor.) aduersarius volens in arcem altam Adæ ingredi, quæ fuit gradus quibus posset ascendere. Vicina est autem viro mulier, atq; subiecta. Cor igitur mulieris tenuit, & quasi scalam, qua ad cor viri ascendere potuisset, inuenit, occupauit animum coniugis scalam mariti, instigauit Euæ, vt marito persuaderet esum eiusdem ligni: nam post primum peccatum facultatem accepit immittendi intus cogitationes malas.

Dedi [illegible] et, o [illegible] de fru[illegible] dit, & exp ugnatus [illegible] [illegible] omnib[illegible] [illegible] exp[illegible] tus est, & [illegible] illa [illegible]

Factum est quo[illegible] nsa dep[illegible] *non cust[illegible]* [illegible] est [illegible] Deo in vineis, d[illegible] s ient[illegible] bos [illegible] odiu[illegible] Quam vi[illegible] [illegible] ceotæ, & [illegible], & vineam a[illegible] neas rel[illegible] anim[illegible] q[illegible] stodem pot[illegible] inæ pe[illegible] omnes vna vi[illegible] u[illegible] q[illegible] m[illegible] & vnum statu[illegible] pert[illegible] el[illegible] m. S[illegible] vnd[illegible] tanta[illegible] cutia & desolatio? q[illegible] ia Ada[illegible] n[illegible] n custo[illegible] vineam vxoris, cuius caput er[illegible] Nam vir[illegible] est mulieris, & tenetur illam cust[illegible] d re, re[illegible] malo diuertere, & cum delinquit corrig[illegible] enim Eua narrauit illi, quę cum serpente c[illegible] bulata esset, & pomum comed[illegible] nd[illegible] m o[illegible] bat, debuisset, sicut postea fecit S. Iob, re[illegible] dere ei, *Quasi vna de stultis mulieribus locuta es.* nescis quod per serpentem locutus e[illegible] ib[illegible] uersarius noster? cur à me recessisti quia ni[illegible] solum inuenisset, non te aggress[illegible] e[illegible] O[illegible] cum illo confabulata es, & verbis i[illegible] l[illegible] us[illegible] bus credidisti? Et cur ausa es cibum vetitum comedere, & me ad comedendum prouocare? Nihil horum dixit miser, ne contristaret vxore[illegible] Ideoque nec custodiuit animam illius, nec [illegible] nec nostras, sed potius cūcta populatus est; na[illegible] sicut obedientia Dei dona custodit, ita inobedientia dissipat. Et sicut vir obediens loqui[illegible] victorias, ita inobediens loquitur ruinas; [illegible] gemit, & lamentatur ingentes dissipationes; [illegible] obedientia n. dissipauit statum felicissimum innocentiæ, vineam Deo dilectissimam euulsi[illegible] Paradiso nos exules fecit, immortalita[illegible] pulit, & mortem, innumerasq; ærumnas [illegible] lachrymarum valle introduxit.

Sed adhuc grauior fuit eorum inobedientia, & pertinax incuria in custodienda vinea sibi commissa. Venit n. Dominus ad inquirend[illegible] de eorum transgressione, quam si humiliter Adam agnosceret, ac confiteretur, forsitan indul[illegible] tiam obtineret, vt vineam recuperaret, & à Paradiso non expelleretur. Quis n. cognouit [illegible]sum Domini? Quia tamen se excusauit, & cu[illegible] p[illegible] in Euam retulit, irreparabiliter statum innocentiæ perdidit. Quod satis insinuat D. Bernard[illegible] his verbis: Arbitror primam, grauissimamqu[illegible] præuaricationem, aut nō aliunde, aut inde [illegible]xime iudicatam grauissimam, h[illegible]c est ex rebellione defensionis, quæ sequuta est, quando D[illegible] causam inquirente peccati, vt peccatores ad pœnitentiam prouocaret (nolebat quippe mortem eorum, sed magis, vt conuerterentur, & viuerent) ipsi maluerunt declinare cor suū in verba malitię, ad excusandas excusationes in peccatis. Et paulo post. Antiqua illa & tam nota præuaricatio facile (vt creditur) indulgentiam consequeretur, dummodo confessio, & non defensio sequeretur. Hæc Bernard. loquens de peccato Adæ, quod non solum infecit personam, sed vniuersam naturam; in nentem quod si statim se Deo subiecisset humiliter, vtrumque damnum repararet; quia tamen se proterue excusauit, vtriusque

[illegible] quamuis postea pœni[illegible] eduxerit eum [illegible] [illegible] personali [illegible] originali reliquit ob[no]xios.

V[illegible] de con[illegible] inobedientia [illegible] le [illegible] nemi[illegible] perpe[illegible] de[illegible], & paradisi [illegible] est [illegible] & [illegible] gladius ad custodiendam viam ligni vitæ [illegible] omnibus pateret ingressus, ad [illegible] illo. Sed quid Cherubim i[illegible], qui plenitudo scientiæ interpretatur, [illegible] nisi [illegible] gladius indicat? forte quod alieno per[illegible] plene sapiens, prudens & cautus, timens [illegible], & supplicium: iuxta id quod ait D. Paulus *Tu fide stas noli altum sapere, sed time.* Si enim Deus naturalibus ramis no pepercit, ne forte tibi non parcat; time ergo, quia vere nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam: & nisi ipse custodierit vineas, frustra laborabunt custodes earum; nó quia homini desit libertas, aut cum Dei gratia potestas, sed quia magna est hostis nostri astutia, nimia mutabilitas creaturæ, & modo maxima nostra debilitas, nisi à Deo protegatur; quia eius protectio est nostra sepes, maceria, turris, & torcular, omnisque custodia, quam obedientibus præbet, inobedientibus autem proteruis merito non concedit.

[illegible] m. 11 [illegible]

Psal. 126. v. 1.

Hominem per inobedientiam introduci in omnia vitia. § 4.

D. Gregor. Nyss. h[illegible] in Cant. & cat. triũ Patrum.

SED vt horribilior fiat nobis inobedientia, proferamus aliam horum verborum interpretationem ex Diuo Gregorio Nysseno, *Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui:* id est, quia non custodiui vineam à Deo mihi commissam, dæmones filii matris meæ, qui contra me pugnauerunt, ipsi me posuerunt custodem in vineis suis. Quemadmodũ enim hostes expugnantes vrbem aliquam, captiuos ducunt eius ciues, & cogunt illos tanquam mancipia laborare, & excolere agros, prædia ac metallorum venas, aliisque abiectis officiis moleste inseruire: sicut & Pharao compellebat Hebræos laborare operibus duris luti, & lateris; sic diabolus postquam homines in paradiso expugnauit, eos captiuos traxit in hunc mundum, qui totus in maligno positus est. vt excolant & custudiãt eius vineas. Et quæ est vinea diaboli, nisi status corruptionis, & peccati originalis, cuius præcipuæ vires sunt concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quæ bonis delectabilibus, vtilibus, ac sublimibus huius mundi nutriuntur, & increscunt? Imo singula vitia capitalia sunt quasi singulæ dæmonum vineæ, quarũ tot sunt palmites, quot sunt vitia ex illis promanantia. Per inobedientiam autem in cuncta hæc mala misere dilabimur. Nam, sicut teste Diuo Gregorio, obedientia virtus est, quæ menti cæteras virtutes inserit, Insertasque custodit; ita inobedientia vitium est, quod menti æterna vitia imprimit, impressaq; seruat, & auget vsque dum in infernum præcipitat. Et sicut per inobedientiam vnius hominis, vt D. Paulus ait, peccatores cõstituti sunt multi, introductaque in orbem terrarum mors, & omnium miseriarum congeries; ita per inobediẽtiam cuiusq;

Exod. 1. v. 14.

1. Io. 2. v. 16

De hoc in Exhort. sequenti plura audietur.

Lib. 35. Moral. c. 10.

Ad Rom. 5. v. 9.

[intro]ducuntur in animam cætera vitia, & enim[illegible] quæ illam acriter vexãt; nam dum expelluntur [virtu]tes, intromittuntur vitia. Vnde merito [in]obedientiam comparare possumus exercitui [illegible] sub nomine locustarum descripto à Ioele Propheta, dicente, *Posuit vineam meam in desertum, & ficum meam decorticauit, nudans spoliauit eam, & proiecit, albi facti sunt rami eius.* Etenim Adæ inobedientia vineam innocentiæ conuertit in desertum, dissipans & euellens illam & ficum dulces proferentem fructus decorticauit, auferens id quod protegebat eam: nam sicut cortex protegit, & seruat arborem, ita obedientia animam: & sicut arbor decorticata mox arescit, nec amplius suos fert fructus; ita per inobedientiam status ille felix aruit, & fructus eius perierunt: sed id lamentabilius, quod *Nudans spoliauit eam, & proiecit:* nam inobedientia denudauit primos parentes iustitia, & sanctitate, & reliquit eos nudos, ignominiosa carnis nuditate, & vitiorum prurigne defœdatos. Quod ipse Dominus testatus est, dicens Adæ, *Quis tibi indicauit quod esses nudus, nisi quod ex ligno de quo præceperam tibi, ne comederes, comedisti?* Denique, *Albi facti sunt rami eius.* Quoniam sicut albedo ramorum, qui deglabrantur, est illis noxia, statimque marcescit, & rami arescunt, nec nisi ad ignem vtiles sunt; ita si quæ bona externa in peccatoribus inobedientibus relinquũtur, quibus mundo speciosi apparent, cito peribunt, & ipsi inutiles manent, ignique æterno adiudicati, nisi per pœnitentiam resipiscant, & deinceps obedientiam amplectantur, quæ cuncta vitia propellat. Ideo enim per vnius hominis obedientiam (vt dicit Apostolus) iusti constituti sunt multi, vt scelas per tuam obedientiam adepturum etiam te iustitiam, & ipsam gloriam in secula seculorum. Amen.

Ioel. 1. v. 7.

Gen. 3. v. 11

EXHORTATIO XXVII.

De pugna carnis contra spiritum; de damnis quæ infert cum præualet, & de modo vincendi eius tentationes.

Pro Do. n' Quadragesimæ.

Filii matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui.

IAM gemitum Ecclesiæ nostræ in statu naturæ corruptæ explanemus; gemens enim inquit, *Filii matris meæ.* &c. quibus verbis radicẽ nigredinis, & omnium peccatorum, ac ærumnarum graphice depingit; amplius declarans quod de sole vrente, & decolorante prædixerat. Ad cuius intelligentiam oportet aduertere hominem ex corpore & anima, seu ex carne, & spiritu constantem, à solo Deo tanquam à proprio, & legitimo parte recipere per creationem animam, eiusque facultates, atque vires spiritnales: cæterum carnem, cui illa vnitur, non à solo Deo; sed etiam à natura in suis progenitoribus existente, tanquam à matre recipit, simulque cum ea omnes sensus, appetitus, & facultates carni inhærentes, quæ à sponsa nuncupantur filii matris

1. Qui dicũtur filii matris meæ.

Ludouicus Legionensis hunc sensum optime prosequutur.

draconu n [illegible] quoniam dæmones, qui per hos serpentes significantur, has internas tentatio nes excitant, & fouent, & rebelles hos filios matris nostræ ad pugnam accendunt.

De insolentia carnis & appetituum cum præualent contra spiritum. §. 2.

QVANDO igitur hi sensus & appetitus carnis in sua pugna præualent contra spiritum, eumque sibi subiiciunt, duo grauissima mala in eo efficiunt; in quibus malitia peccati consistit, quæ Theologi vocant conuersionem ad bona commutabilia, terrena, & voluptuosa, & auersionem à bono incommutabili, æterno & honesto. Primum exprimitur per illa verba, *Posuerunt me custodem in vineis*; secundum per sequentia, *vineam meam non custodiui*. Ea enim est insolentia rebellium appetituũ, vt velint dominari spiritui, eumq; trahere, vt ipsis seruiat, & bona hæc commutabilia illis acquirat: & hoc est quod inquit sponsa; fratres mei, qui pugnauerunt contra me, ipsimet *Posuerunt me custodem in vineis*; id est, spiritum meum fecerunt custodem in vineis suis, vt eas custodiret, non sibi, nec Deo, vt par erat sed ipsismet. Etenim custos vineæ, aut prædii custodit fructus illius ei, à quo positus est custos, cuius est seruus vel minister. Spiritus autem & mens nostra cõstituta est à Deo, vt vice ipsius custodiret has vineas, & bona delectabilia huius vitæ; non tanquam ancilla vel famula carnis, & appetituum, sensuumve, sed tãquam domina & legitima gubernatrix, secũdum lumen & dictamen rationis, præbens illis, quæ necessaria, vel conuenientia erant ad congruam sustentationem, prout cuiusq; status & conditio exigebat; cætera vero, quę legi Dei & rationi aduersantur, omnino negaret. At caro, & appetitus eius contra spiritum & mentem præualentes, ponunt illam suo nomine custodem in vineis, quasi compellentes eam custodire hæc bona ipsis dumtaxat, & eorum gustui, & desiderio, vt tãquam ancilla & ministra eorum hæc bona siue per fas, siue per nefas inquirat, curet & defendat, miseraque mens voluntarie se huic seruituti subiiciens abstracta, & illecta à sua concupiscentia, carni, & sensibus obtemperat, & quidquid illis libet, libenter exequitur. Hæc autem permisit Deus in fi[illegible]s hominum, sicut inquit Ecclesiastes, *Vt probaret eos, vt ostenderet simi'es esse best iis*: id est, vt homines, quibus dedit liberum arbitrium, probaret, vtrum viuerent sicut homines decebat, spiritu gubernante carnem; an vero similes essent bestiis; nam homo suæ carni omnino inseruiens, bestia est ad seipsum, & quasi bestia quædam politica reputatur. Viuit enim rationis sagacitate, vt car[illegible]i indulgeat, & ipsius vineas ad voluptatem custodiat.

Ex ser. 1. v. 19. Duo mala fecit populus meus, &c.

Eccl. 3. v. 18

Quæ autem mala inde sequantur, ostendit idem Salomon, cum ait, *Per tria mouetur terra, & quartum non potest sustinere: per seruum cum regnauerit, per stultum cum saturatus fuerit cibo, & per odiosam mulier[illegible]. cum fuerit in matrimonium assumpta, & per ancillam cum fuerit heres domina sua.* Sicut ergo hęc quatuor orbem terrarum commouent, tranquillitatem dissoluunt, rixas excitant, hominibusq; apparent intolerabilia & indigna, quæ sustineãtur; ita hæc inordinatio cat- nis contra spiritum, cuncta hæc mala inuehit in cor humanum; quoniam carnalis affectus, qui tanquam seruus deberet subditus esse, imperat rationi: stulta, & bruta portio inferior, quæ sensualitas appellatur, saginatur bonis voluptuosis: odiosa caro in tanto habetur honore, quod spiritui æquiparetur, & domus regimen velit assumere: & quæ ancilla est per naturam, vsurpat sibi hereditatem, & cuncta in suum commodum, & delectationẽ ordinare præsumit. Infelix homo, in cuius regno concupiscibilis appetitus imperat, in cuius domo irascibilis rixosus dominatur: in cuius mensa, satiandæ stultæ carni indulgetur: in cuius hereditate ancilla meliorem partem sibi vsurpat: omnia enim ei sũt inuersa, & in loco iudicii & iustitiæ, quod est mẽs & ratio, sedebit impietas, quæ cuncta perturbat, & amaritudine replet.

Prou. 30. v. 21.

Eccl. 3. v. 16

Hinc autem prouenit alterum ingẽs malum, quod est, *Vineam meã non custodiui*: in Hebræo habetur, vineam meam, quæ mihi scilic. peculiari dono data est, vel hereditate contigit: ant geminatur pronomen meũ, dicens, vineã meam, meam, inquam, nõ custodiui; quod iustam doloris causam amplificat; ac si diceret; ita tota immersa fui in custodiendis vineis carnis, & colendis vitiis, & bonis temporalibus curandis, vt non custodierim vineam mihi peculiariter à Deo commissam ad custodiam, sc. vineam propriam spiritus, quæ legem Dei, cunctasque virtutes amplectitur. Quinimo ab iis omnibus sum auersa, & ob meam incuriam incultã reliqui, & bestiarum prædæ expositam, vnde factus est spiritus meus quasi vinea hominis amentis: de qua scriptum est, *Per agrum hominis pigri, transiui, & per vineam viri stulti; & ecce totum repleuerant vrtica, & operuerant superficiem eius spina, & maceria lapidum destructa erat.* Nam loco virtutum exortæ sunt vepres, & spinæ vitiorum, & destructa maceria legis: *Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam*: id est, obscæna voluptas, & superba vanitas, quas tanquam duces, aliæ vitiorum feræ secutæ sunt. Cuncta hæc breui hac sententia complexus est Diuus Ambrosius, dicens; Filii matris meæ, boc est, corporis passiones impugnauerunt me, decolorauerunt me carnis illecebræ, ideo mihi sol iustitiæ non te fulsit: quo viduata præsidio vineam meam non custodiui; id est, deuotionem meam, & obseruantiam plenam seruare non potui, quia spinas, & non vuam attuli; id est, faciens peccata pro fructibus.

Pro. 23. v. 30.

Ps. 79. v. 14

Lib. de Isaac & anima c. 4.

Hanc pugnam precibus, & abnegationibus vinci. §. 3.

SEd quid est quod sponsa referẽs languorem, non adhibet medicinam? Nam quid prodest scire pugnam, & illius damna, nisi scias modum superandi illã? Sed prouida mater non oblita est antidoti, sed adhibuit In sequenti precatione, cum ait, *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.* Sed quoniam huius deprecationis interpretatio plures & lõgiores postulat sermones, hoc vnum ex ea deducamus, nunc hanc pugnam precibus esse vincendam, deprecando nimirum enixe Deum, vt vel eam à nobis
1.

nobis longe propellat, si expedit, aut ita moderetur eam, ne illi succumbamus. Hæc enim precatio vtraque parte est Deo grata, cum insserit in oratione quotidiana dicere, *Et ne nos inducas in tentationem*. Quæ verba bifariam à sanctis Patribus explanantur. D. a Hilarius, b Hieronymus, c Ambrosius, d August. e Cyrillus, f Cassianus, & alij docent his verbis peti à Deo, non quidem, vt non tentemur, sed ne à tentatore vincamur; quia aliquando tentari expedit, & peti potest, sicut dicebat Dauid, *Tenta me, Domine, & proba me.* Et D. Iacobus ait, *Omne gaudium existimate fratres cum in varias tentationes incideritis.* Cæterùm Tertullianus, D. h Cyprianus, i Gregorius Nyssē. Chrysostomus, Eutymius, & alij, volunt id hic postulari, vt simpliciter nō tentemur, quia non induci in tentationem, non est vinci ab illa, sed non incidere in illam: sicut cum dixit David, *Induxisti nos in laqueum*: non intendit Dei permissu esse deuictum sed tentatum, & vexatum.

Matt. 6. v. 13. a in cap. 6. Mat. b ibidem. c Lib. 5. de Sacra. c. 4. d Epist. 121. c. 11. e Cate-chesis. f collat. 9. c. 23. Ps. 25. v. 2. Iac. 1. g Lib. de orat. h Serm. de orat. Dom. i Super Matt. 6. Ps. 65. v. 11.

Et quidem hos Patres ego sic libenter conciliauerim: nam si sermo sit de externis tētationibus, tribulationibus, & pressuris, placet prior Patrum sententia, propter ea quæ hactenus dicta sunt. At si de tentatione interna, quæ à carne & concupiscētia progreditur, & ad peccatum allicit, credo postulari in hac precatione, ne tentemur, & oppugnemur, iuxta posteriorē Patrum interpretationē: quoniam vix hęc tentatio contingit sine aliquo peccato, aut sæpius trahit illud. Propter quod Christus Dominus, qui tentatus dicitur per omnia, pro similitudine absq; peccato, non passus est has internas tentationes; sed omnis eius tentatio (vt notat D. Gregorius) foris fuit, non intus. Cuius rationem reddit D. Thomas per hæc verba: Tentatio quæ est à carne nō potest esse sine peccato, quia fit per delectationem, & concupiscentiam; & sicut dicit D. Augustinus, nōnullum peccatum est, cum caro concupiscit aduersus spiritum. Et ideo Christus Dominus tentari voluit ab hoste, sed non à carne. Hæc D. Thomas, loquens de motibus, qui dicuntur primo primi contra legem Dei, & dictamen rationis, & vocantur peccata, eo quod sunt velut quædam initia peccatorum, & malorum actuum; quæ si admittātur, plene sunt peccata, Ideoq; non potuerunt esse in Christo, nec fuerunt in Deipara: nec nos si illa euitare valeremus, potuissemus inste ea permittere: at quādo nobis inuitis huiusmodi tentationes occurrūt, tolerādæ sunt, sicut & cæteræ; sed quod toleratur, non amatur, nec petitur. Tolerare, (inquit Diuus Augustinus) eas iubes, non amare, nemo quod tolerat, amat, etsi tolerare amet, quamuis enim gaudeat se tolerare, tamen mauult nō esse, quod tolerat. Denique quamuis tentatio interdum sit vilis, semper tamen est periculosa, propter ambiguam incertamque victoriam; maxime cum bellum est domesticum, quod est omnium acerrimum. Nam & corpus humanū quod fortissimum est, contra potentes hostes externos, si modica intestina humorum perturbetur discordia, viribus destituitur, & prosternitur; quare non est securum hāc internam tentationem, & pugnam appetere, vel petere, sed profundioris humilitatis est eam declinare, & à Deo postulare, vt nos in huiusmodi certamen non inducat; aut si induxerit, vires, quibus vin-

Ad Heb. 4. v. 15. Hom. 16. in Euang. 3. p. q. 41. art. 1. ad 3. Lib. 9. de ciu. c. 4. Lib. 10. conf. c. 28.

A B C D

camus [illegible] et [illegible] am & Iacob fletibus & p[illegible] bu[illegible] tram [illegible] titudinem, qua [illegible] fia tem[illegible] prætu [illegible], ex[illegible] catusque [illegible] nervus timoris, quod est vigor concupiscentiæ carnalis.

Sed orationibus iungenda est magna vigilātia & cura, vt hos filios matris nostræ deuincamus, eorumq; reprimamus impetum, & abnegemus desideria, ita vt spiritui tanquam dominus imperet sensibus, & appetitibus, illosq; sibi seruire compellat iuxta id quod Dominus dixit Caino, *Quare iratus es, & cur concidit facies tua? nonne si bene egeris, recipies: si autem male, statim in foribus peccatum tuum aderit? sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius*: quibus verbis docet motus liuoris, iræ & reliquos huiusmodi esse instar canum, qui stant ad fores domorum; quæ si clausæ sint, non ingred untur: si vero aperiātur, mox intrant. Sic etiam cum huiusmodi tentationum motus ad cor pulsant, si ostium aperitur per cōsensum, illico intrant, fitque peccatum, cū quo simul ingrediuntur punitio, remorsus conscientiæ, tristitia vultus, & aliæ pœnæ. Quare viriliter resistendum est illis, obserādo fortiter cordis fores, quod quidem in nostra cum Dei auxilio libera est potestate: nam subter te, inquit, debet esse appetitus iste, seu cōcupiscentia peccati, tāquam seruus sub potestate domini sui, & tu per imperium rationis dominaberis illius, regens eum sicut dominus seruum. Quod sic eleganter explicat D. Bernardus; G āde periculum est, & grauis lucta aduersus domesticū hostem, verum tamen in nobis est, si vinci nolumus, & nemo nostrum in hoc certamine deiicitur inuitus. Sub te est, ô homo, appetitus tuus, & tu dominaberis illius: potest inimicus tuus excitare tētationis motum, sed in te est, si volueris, dare, aut negare cōsensum, in tua facultate est, si volueris, inimicū tuum facere seruum tuū. vt omnia tua cooperētur in bonum: quoties restiteris, toties coronaberis: molesta sunt hæc & periculosa, sed in ipso certamine si viriliter resistimus, quædā pia tranquillitas de conscientia bona nascitur. Sed qui sumus nos aut quę fortitudo nostra vt resistere valeamus? Hoc erat certe quod quærebat Deus, vt videntes defectum nostrum, & quod nō est nobis auxilium aliud, ad eius misericordiam tota humilitate curramus. Ita D. Bernardus; & optime quidem: nam sicut concidit vnlus noster, cum vincimur, ita eleuatur, & gaudet cū vincimus: & sicut pœna adest præ foribus, vt ingrediatur ad puniendum consentientes; ita adest præmium, vt remuneret resistentes: nec deerit Dei auxilium ad vincendum, si non desit oratio ad Deum qui præstat illud; & ideo permittit pugnam, vt prouocet nos ad orandi exercitium, & ad meritorum incrementum.

Gen. 4. v. 6. Simile. Ser. 5. in Quadra.

3. Sta ergo in foribus cordis tui tanquam dominus, & iudex arbiter intuens cūctus motus appetituum, & sensuum, qui foris stant & pulsant, vt intrent, nullumq; intrare permittas, sine prędio examine admittēs, sed cū cautela quos perspexeris à recta ratione nō deuiare; ita tamen vt semper sub ipsius maneant imperio: reliquis autem fores claude; imo extinguere, & omnino vincere, & destruere satage, nulloq; modo post ipsos eas, ne (sicut ait Ecclesiasticus) faciant te in gaudium inimicis tuis. Memēto quod Apostolus ait,

Ecc. 18. v. 30.

Ad Gal. 5. v. 24. lus ait, *Qui ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt* A *cum vitiis, & concupiſcentiis*, etſi autem ſint filii matris tuæ, crucifige eos, quia genus pietatis eſt in hac re eſſe crudelem; alioqui ipſi te crucifi- *Ad Eph. 5. v. 10.* gent, & æterno dolore torquebunt. Non eſt occidẽda caro, qoia nemo carnem ſuam odio ha- *Ad Rom. 13. v. 14.* buit; ſed occidenda ſunt carnalia deſideria, quæ *Ad Gal. 5. v. 16.* militant aduerſus animam. Spiritu igitur ambula, & deſideria carnis non perficies; quia (vt di- *Ad Rom. 8. v. 12.* cit idem Apoſtolus) *Debitores ſumus, non carni, vt ſecundum carnem viuamus.* Hoc eſt, debitores ſumus, ſed Spiritui ſancto, à qoo innumera bona recepimus; & ſpiritui noſtro, in quo imaginem Dei gerimus, vt ſecundum rationem viuamus, non ſecundum carnem; imo inquit, *Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini; ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Mortificanda ergo ſunt carnis facta, opera, verba, affectiones, ac cogitationes, vt vitam ſpiritus homine digoam viua- B mus: hoc eoim eſt cuſtodire & putare vineas, vt fructum plorimum afferant: ſicut in ſuo loco dicemus.

In id Cant. 2. Tempus putationis aduenit. Hoc item eſt quod Iacob dixit filio ſuo, *Ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem, ò fili, aſinam ſuam.* Aſina eſt caro, pullus vero appetitus, & concupiſcentia eius, quæ ligata eſſe oportet per *Gen. 49. v. 11.* ſpiritum, & rationem ad vineam, vt non vagentur per illam, & paſcantur, quæ, & quando, ac vbi voluerint, ſed ſolum prout ratio præſcripſerit: & tũc mens erit fidelis cuſtos vinearũ, quando hanc aſinam & pullum ad certa loca recto iudicio ligata tenuerit; quod ſi contra ſpiritum recalcitrauerit, facito quod ie quit Eccleſiaſti- *Eccl. 33. v. 25.* cus, *Cibaria & virga, & onus aſini, panis & diſciplina, & opus ſeruo* Porrige ergo illi panem, & cibũ conuenientem, ne deficiat; ſed percote virga & diſciplina ne repugnet; & impone illi onus, iniunge opus, ne vagetur otioſe, & ſit ſicut onager, ſeu aſinus ſylueſter, oneris & ſubiectionis impatiens: C *Iob 39. v. 5.* qui vt dicitur in libro Iob, ſe liberũ putat, & circumſpicit montes paſcuæ ſuæ, ac virentia quæque perquirit, & clamorẽ exactoris non audit. Coge ergo corpus tuũ, vt ſit velut aſinus domeſticus alligatus ad præſepe domini ſui, & inata eius imperium ad cuncta progrediens.

Si ergo fueris vnus ex iis propter quos ſponſa dixit, *Filii matris meæ pugnauerunt contra me.* Erubeſce tuam ſocordiam, & ignominiam; & dicito his filiis matris tuæ: Vos etſi fratres eſtis ſecundum naturam; ſerui tamen mei conſtituti eſtis à Deo, vt ſpiritui pareatis: mihi enim competit *Gen. 27. v. 27.* benedictio illa, quam Iſaac impertiuit filio ſuo Iacob, præponens illum fratri maiori: *Eſto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filii matris tuæ.* Seruos autem non decet leges ponere dominis ſuis, aut illis cuſtodiam aliquam iniungere, cuſtodia vinearum noo à vobis, ſed à Deo eſt D imponenda, & mihi eſt iniuncta, vt ego tanquã dominus vos cohibeam, & ex fructibus earum paſcam, ita enim proſpere cuncta fient mihi, & vobis, ſi vniuerſali domino pareamus.

Infrænatis paſsionibus facilius vinci reliquas dæmonum pugnas. §. 4.

EX his deduces quomodo aſtutias diaboli agnoſcere & ſuperare valeas, qui tunc maxime accurrit ad tentandum & pugnandum, A cum conſpicit interius aliquam ebullire paſſionem, & affectionem appetitus vehementem, quia facilius tunc conſequetur victoriam. Tũc (inquit D. Ambroſius) maxime inſidiatur ad- *"Lib. 1. offic. c. 4.* uerſarius, quando videt nobis paſſiones aliquas generari; tũc fomites mouet, laqueos parat; explorat ergo aduerſarius noſtra arma, & concutit ſua tela. Noſtræ quidem concupiſcentiæ arma ſunt inimici, retis & laquei, quibus vinctos nullo negotio ſibi ſubiicit. Propter quod (vt inquit Diuus Gregorius) ſcriptum eſt in Iob, *Abſcondita eſt in terra pedica eius, & decipula illius ſuper ſemitam.* Nam intuetur (ait) inimicos generis huma- *"Lib. 14. Mor. c. 7. in Iob 18. v. 10.* ni vniuſcuiuſque mores, cui vitio ſint propinqui, & illa opponit ante faciem, ad quæ cognoſcit facilius inclinare mentem, vt blandis ac lætis moribus ſæpe luxuriam; oonnunquam vanam gloriam, aſperis vero mentibus, iram, vel B ſuperbiam opponat: aliquando quidem decipit ſub ſpe lucri, aut terreni commodi, & tunc abſcondit pedicam in terra: aliquando vero per appetitum gloriæ & excellentiæ, & tuoc ponit decipulam ſuper ſemitam, *Vt veniat illi laqueus quem ignorat.* *Pſ. 34. v. 8.* Si igitur vafer hoſtis paſſiones excitatas videt, amplius vrget illas: ſin minus ea bona delectabilia cuique opponit, quæ apta ſunt, vt eas excitent. Nam ſicut dux inexpugnabilem *Simile.* vrbem oppugnans, ſolicite curat inter ipſos ciues inteſtina bella generare, aut proditorẽ aliquem inuenire; ſic cum humana vrbs inexpugnabilis ſit, niſi ipſe homo conſentiat, vt conſenſum præſtet, internum bellum excitare ſatagit, per innatas concupiſcentias, & affectiones, quarum aliqua ſemper eſt velut proditor, qui vrbem tradit. Cum Iſraelitæ quondam obſide- *Iudicum 1. v. 24.* rent ciuitatem Bethel, viderunt hominem egredientem de ciuitate, cui ſuaſerunt, vt oſtẽderet eis introitum ciuitatis; *Et faciemus*, inquiunt, *tecum miſericordiam*; qui ingreſſum oſtendit, & C capta eſt ciuitas, ac in ore gladii percuſſa; ſic cum dæmones, à Bethel, quæ interpretatur domus Dei, id eſt, ab homine iuſto egredi conſpiciont concupiſcentiam aliquam, quæ per mũdi amœna prata diuagetur, eam ſub ſpe implendi deſiderium ſuum, & magna conquirendi bona decipiunt, quæ viam oſteodit eis, qoa totam vrbem deuaſtent, & ſupernaturales virtutes in ore gladii perimant.

Hac igitur de cauſa tentator nõ aggreſſus eſt *Mat. 4. v. 2.* Chriſtum Dominum in deſerto, donec vidit illum eſurientem, exiſtimans eſuriem illam vehemẽtem eſſe concupiſcentiam cibi, per quam illum decipere valeret: ſicut Iacob tunc ſupplantauit fratrem Eſau, cum valde eſurientem con- *Gen. 25. v. 31.* ſpexit; at cum decipere nequiret, pedicam & decipulam abſcondit, oſtendens ei regna mũdi, D & hominum gloriam, vt in peccatum pertraheret. Faciliime autem vicit eum Dominus, non tãtum qnia Deus omnipotens, & omnia ſciens, ſed etiã quia internas cupiditates omnino ſibi ſubditas retinebat, vt à ratione, Deique voluntate nnoqnam diſcreparent. Si ergo tibi colluctatio eſt contra principes, & poteſtates tenebrarum harum, eoſque facile vincere cupis, hoc cura diligẽter, vt interni hoſtes filii matris tuæ, non pugnent cootra te; vel ſi pugnauerint, mox illos proſternas, & tibi ſubiicias; qoibus deuictis de reliquis proſpere triumphabis, præſtãte Domino

mino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

EXHORTATIO XXVIII.

Pro Do. 7. post Pent. & pro Festo Angelorum circa Euang. Væ mūdo à scandalis.

De triplici pugna quam Ecclesia patitur ab hæreticis, & schismaticis, seu seditiosis, & à scandalosis, in qua paruuli & simplices lædantur; & de pugna bonorum pro Ecclesia contra illos, vt resipiscant.

Filii matris meæ, &c. Vineam meam nō custodiui.

PERGIT sponsa lugere damna prouenientia à peccatoribus, propter quos dicitur nigra, qui dum pugnant contra iustos, ob quos dicebatur formosa, denigrant, & decolorant eos, & in suā nigredinem pertrahunt. Quod sub hac metaphora depingit, dicens, *Filii matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiui.* Nam etsi Deus hanc pugnam permittat, vt boni probentur, & speciosiores fiant (vt supra diximus) tamen multoties succumbunt, & nigris peccatoribus aggregantur.

Exhort. 25. Habent autem vtrique suas vineas, quas excolunt & custodiunt; nam sicut vinea dicitur pars quædam terræ in qua multæ vites sunt plātatæ, ita generali nomine vocatur mystice vinea quęcumque congregatio hominum sub aliqua secta, religione, vel peculiari forma viuendi constituta; quæ proprios habet ritus, & ceremonias, & mandata, ex quibus vnaquęque suum vinum colligit: vnde licet perpendere causam cur sponsa dixerit, *Posuerunt me custodem in vineis*, & non in vinea; vel cur non addidit in vineis suis, sed tantum in vineis. Rursus etiam quare non dixerit, vincas, aut vineas meas non custodiui, sed solum vineam meam. Etenim sectæ Gentium & hæreticorum plures sunt, & inter se contrariæ; fides autem Catholica, & lex Christi, quæ sola est vera, vnica est dumtaxat; vitia item plurima sunt, & inter se pugnantia, cum sæpe tendant per contraria extrema: at virtutes sibi concordant, & ad vnum finem tendunt: bona etiam temporalia, ob quæ perpetrantur peccata, plura sunt, & sæpius sibi opposita; nam etiam obscœnæ voluptates aduersantur honoribus, & diuitias consumunt: at bona spiritualia & æterna sibi conueniunt, & eundem scopum respiciunt. Propter quæ sponsa vineas vocat, quæ ad malos pertinent, vineam vero quæ ad bonos: vnde & Scriptura sacra de vinea Dei agens, fere

Isa. 5. v. 1. Psal. 79. v. 15. Mat. 20. v. 1. & c. 21. v. 32. Amos 5. v. 11. & 17.

semper in singulari vineam vocat; quia vna est Dei Ecclesia, & vnica porta ingrediēdi ad illam, cunctaq; ad vnionem charitatis reducit. Vnde pater familias exiit conducere operarios, non in vineas, sed in vineam suam. At de vineis mundi agens, pluraliter multoties loquitur; vt cum Amos Propheta ait, *Plantabitis vineas amantissimas, & non bibetis vinum earum.* Et iterum. *In omnibus vineis erit planctus.* Et iuxta hoc dicitur hic, *Posuerunt me custodem in vineis.* Reticetur autem

Io. 8. v. 34 pronomen, *suis*; quoniam mali non possident vineas, sed possi.. lentur ab eis: nam qui facit peccatum seruus est peccati, & ambitiosus, aut auarus non est dominus honoris, aut pecuniæ, sed mancipium, & honor ac pecunia dominatur illis, & trahunt post se in ipsorum damnum, & cuncta bona spiritualia in eorum cedunt voluntatem; ideoq; merito vocant vineam suam a legitimo domino illis traditam in custodiam.

Habet igitur diabolus multos operarios, quos vocauit, & cōduxit in vineas suas, vt eas colant; quorum munus est pugnare cōtra vineam Christi, & contra operarios, quos ipse mittit in villam, vt fiant segnes & otiosi, & tandem non custodiāt vineam suam, sed ad vineas illorum colendas transferantur. His igitur verbis ingentia damna deplorat Ecclesia, quæ ex triplici pugna, quam à malis patitur, illi proueniunt: nempe ab infidelibus & hæreticis, à schismaticis, & seditiosis, & ab scandalosis, seu scandalizantibus alios. Primi pugnant contra fidem, & Dei cultum: sequentes contra vnitatem Ecclesiæ, & vnionem charitatis: postremi vero contra reliquas virtutes, & bonos mores. In his autē pugnis, qui maxime lædūtur, sunt paruuli, & teneri in fide, simplices, & imperfecti, quos Christus Dominus vocauit pusillos; quia hi facilius scandalizantur, &

Mat. 18. v. 6.

sequuntur errores aut peccata, quæ illis suadentur à falsis fratribus; maxime cum apparent sapientes, & bene morigerati; aut sunt cognati, amici, vel domestici; & hi potissime intelliguntur in illa voce *me*, cum ait sponsa; pugnauerunt contra me, id est, contra meos filiolos teneros & paruulos, quos recēter in Christo genueram, & contra eos qui pusilli erant in fide & dilectione, & ideo facile denigrarunt eos.

De pugna hæreticorum contra Ecclesiam. §. 1.

PRIMA ergo, & omnium acerrima pugna est, quam primitus Ecclesia passa est à proteruis & incredulis Iudæis; deinde ab hæreticis, quam vsque in hodiernum diem etiam patitur; quos vocat filios matris suę, quia quondam eandem fidem & baptismum professi sunt, & inter fideles computabantur; sed postea vero Christo relicto adulterinos patres sibi elegerunt, Arium, Macedonium, & huiusmodi; iuxta illud Ioannis, *Ex nobis processerunt, sed non erant ex nobis; nam si fuissent ex nobis, permansissent nobiscum in eadem scilicet fide & dilectione, solicite seruantes vnitatem Christi.*

1. Io. 2. v. 19. Ad Ephes. 4. v. 5.

Hi ergo falsi fratres pugnant contra Ecclesiam Christi, conantes destruere verā fidem, peruertere Scripturas sacras, euertere sacramenta, & sacros ritus, tollere verum Dei cultum à Christo, & Apostolis introductum & approbatum; plurimosque Ecclesiæ filios peruerterunt: de quibus ait, *Posuerunt me custodem in vineis*; subaudi *suis*, facientes hos, quos deceperunt, custodire, & obseruare suas sectas hæreticas & malignas: vnde factum est, quod ego *Vineam meam non custodiui*: ego, inquam, in his filiis defectoribus non custodiui veram & legitimam fidem, ac religionem, ob quod valde fuscata sum.

Sed adhuc acrior apparet hæc pugna, iuxta lectionem Septuaginta, quam antiqui Patres sequuntur, *Filii matris meæ pugnauerunt in me*: vt nomen in *me*, sit in ablatiuo, id est, intra me. Nam huiusmodi hæretici conantur ad se trahere fidem, &c

dem,& EcclesiamChristi,dicentes,suam sectam esse veram Christi fidem, & congregationem eorum,qui eam profitentur esse veram Christi Ecclesiam; quæ tamen valde gemens de hoc conqueritur, dicens, *Posuerunt me custodem in vineis*; id est,meum nomen, dignitatem, & insignia posuerunt tanquam custodem in suis sectis;vt hac ratione sectæ illæ colerentur & obseruarentur,putantes continere veram fidem, & esse veram Ecclesiam: velut cum quis propriam vineam aut domum regijs insignibus condecorat, vt ob regis reuerentiam omnes eam venerentur, nullusque attingere audeat. Vnde iactant se apud ipsos esse veras Scripturas, sacramenta, & sacrificia Christi,cum tamen idola sint, & vanæ eorum similitudines;de quibus tamen eadem prædicant, quæ de veris, instar Iudæorum qui de vitulo aureo in deserto erecto,& de alijs erectis in Bethel, & Dan,dixerunt;hi sunt dij tui Israel,qui te eduxerunt de terra Ægypti. Propter hoc Christus Dominus huius pugnæ præscius discipulos suos monuit, dicens, *Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces; à fructibus eorum cognoscetis eos*; id est, à fructibus, quos eorum vineæ proferunt; quia *De vinea Sodomorum vinea eorum, & vua eorum vua fellis, & botri amarissimi, & fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile*. Nihil enim est amarius, turpius, & noxius, ac insanabilius hæretica prauitate, cuius sectæ similes sunt vineis Sodomæ; de quibus refert Abulensis ex Diuo Isidoro,& Solino,quos citat,quod postquam ciuitates illæ combustæ sunt, licet de nouo enascan tur vites,& arbores,aspectu perpulchra habentes poma; tamen cum primum à carpente tanguntur, in cinerem resoluuntur, & fœtorem ac fumum exhalant in testimonium nequitiæ earum;ita infidelium & hæreticorum fructus,quamuis aliquando pulchri, & suaues esse videantur, cum tamen tanguntur & intelliguntur, inueniuntur vani, fœtidi, & amari. Ideoque D. Iudas Apostolus vocat eos querulos, murmuratores, ambulantes secundum desideria sua,in impietatibus,loquentes superba,ex quibus fructibus dignoscetur animus lupinus, ouina pelle contectus. Constatque vineas eorum non Christi esse, sed diaboli, quorum vites, & propagines vt dicit Ezechiel. traduntur in escam ignis,& in fauillam redigentur.

Simile.

Exod.32.v.8. & 3.Reg 12. v.28.

Matt.7.v.17.

Deut.32 v.33.

In Deut.32. citatum. Lib 15. Ethi. De Iudæa.

Versu 16.

Ezec.15.v.4.

De pugna schismaticorum, & scandalizantium alios. § 2.

3. POST hanc pugnam est alia, quam etiam deplorat Ecclesia,cum ait, *Filii matris meæ pugnauerunt contra me*;eo quod aliqui filij Ecclesiæ eandem fidem & baptismum profitentes, scindunt, & diuidunt illam, excitando inter fideles schismata, scissuras, & seditiones, quæ in maximum detrimentum vergunt ipsius boni communis, ad ipsiusque destructionem tendunt; quia iuxta sententiam Saluatoris, *Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur*. Nam sicut corpus in plures partes distractum viuere nequit, sic Ecclesia vel religio, in qua schisma est & seditio, diu stare non poterit, nisi aliunde ex Dei gratia conseruetur; vnde etiam nulla est atrocior,& miserior pugna, quam intestina & domestica; in qua (vt dixit Cicero)ipsa victoria non est sine miseria,cum multos ex ciuibus & domesticos perire necesse sit;vt patuit in ea pugna quam Core, Dathan & Abyron, alijque proceres Leuitici generis excitarunt contra antiquam Ecclesiam,conantes eam scindere, & sacerdotium Aaroniticum sibi vsurpare, & tamen omnes misere perierunt: & qui scindere conabantur Ecclesiam, scissi in æternum sunt ab illa, absorbente eos viuos terra. Sed in Ecclesia Christi etiam à principio cœpit hæc pugna:vt Paulus sæpius ad Corinthios scribit, apud quos videbatur Christus quasi diuisus, de quo clarius ipse Christus conquestus est, cum beato Petro Alexandrino Episcopo apparuit, veste discissa, dicens; Arius vestem meam, quæ est Ecclesia,dilacerauit. Et de hoc etiam forte conqueritur sponsa,cum subdit, *Posuerunt me custodem in vineis; vineam meam non custodiui*. Schismatici enim & seditiosi, vineam Christi quæ vnica est, diuidunt in plures vineas, vnam Ecclesiam in plures Ecclesias, plura capita singulis assignando; & ideo me fecerunt esse custodem plurium vinearum. Vnde factum est, quod vera & vnica vineam non possem custodire, nec ab iniustitijs præseruare, quoniam destructa vnione charitatis, omnia grassantur vitia, & diuisam congregationem depopulantur. Quod vitium adeo abominatur Dominus, vt dixerit, animam suam detestari eum qui seminat inter fratres discordias, & acrius contra eum inuehitur per Prophetam Amos, dicens, *Super tribus sceleribus Amon, & super quatuor non conuertam, eo quod dissecuerit prægnantes Galaad, ad dilatandum terminum suum*. Galaad (vt dicit Diuus Gregorius)interpretatur aceruus testimonij, & repræsentat Ecclesiam,quæ est congregatio fidelium per confessionem seruientium testimonio veritatis. Prægnantes vero Galaad sunt animæ, quæ ex timore Dei spiritum salutis conceperunt,& adhuc teneræ sunt,nec peruenerunt ad perfectum partum. Has autem dissecant hæretici & schismatici, cum eas in suum errorem aut seditionem, & peccatum pertrahunt ad dilatandum terminos suos; id est, suas sectas & ritus,vt plures habeant sectatores; de quibus, quia difficile corriguntur, ait Dominus, quod non conuertet eos,sed sinet in peccatis suis mori, vt in æternum pereant.

Lib 4 epist. epist. 9.

Num. 16.

1.Cor.1.v.11.

Prou.6. v. 16. & 19.

Amos 1.v. 13.

3.p. pastor. admonitio: ne 25.

De astutia qua vtuntur huiusmodi seditiosi, agitur l.3. Exhort. 34. § 5.

Huiusmodi dissensionem etiam efficiunt falsi fratres, qui contra Ecclesiam pugnant, scandalizando pusillos, quoties verbis, aut factis, pessimique exemplis eos ad se trahunt, vt suos deprauatos sequantur mores. Et ideo ait, *Posuerunt me custodem in vineis*, scilicet suis;id est fecerunt me participem, & consortem suorum vitiorum, vt honis terrenis & voluptuosis, etsi prohibitis, excolendis,& acquirendis insisterem:vnde factum est, quod *Vineam meam non custodiui*; id est, legem Dei neglexi, & à bonis spiritualibus,& æternis curandis destiti. Hæc inquit Ecclesia nomine pusillorum,qui scandalum patiuntur. Sed væ miser qui contra illam ita pugnat, & vnum ex ijs pusillis scandalizat, *Melius esset ei vt suspenderetur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris*; quam tale scandalum præbere. Hoc enim mola est asinaria, seu quam in pistrinia asinus circumagit, quia ipsum scandalizantem in plurima peccata deuoluit, similem iumentis insipientibus facit, & collo eius instar lapidis molaris alligabitur,

3.

Ex D. Bern. ser. in Cant.

Matth. 12.v.25. Luc.11 v 17.

Matth. 18. v.6. Vide infra lib. 4. Exhort. 38.

tur, vt per ipsum vehementi impetu in profundum inferni submergatur.

En tibi propositi tres oppugnatores Ecclesiæ, omnes nigros sicut tabernacula Cedar, quorum mens est pugnare contra iustos, speciosos sicut pelles Salomonis, & denigrare illos, & ex his tentorijs ad sua tenebrosa tabernacula transferre. Sed a iustorum in eo sita esse debet, vt ab illis recedant, & longe fugiant; iuxta id quod dictum est populo Israel, cum Dathan & Abyron

Num. 16. seditionem excitarunt, *Recedite*, inquit Dominus, *à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum.* Nigredo enim istorum impiorum velut pix inquinat alios, nam qui tangit picem, inquinabitur

Eccl. 13. v. 1. ab ea. Quod clarius monuit Diuus Paulus, di-
1. Cor. 5. v. 11. cens, *Ne commisceamini fornicariis; non vtique fornicariis huius mundi, aut auaris, &c. alioqui debueratis de hoc mundo exisse: nunc autem scripsi vobis non commisceri: si is qui frater nominatur est fornicator, aut auarus, &c. cum huiusmodi nec cibum sumere.* Ac si dicat; cum totus mundus plenus sit hominibus prauis, necesse est inter eos viuere, & in medio nationis prauæ virtutibus splendescere. Cæterum si is qui inter vos est frater, non re, sed nomine, quia veram fidem aut charitatem fraternitatis per seditionem extinxit, vos scandalizauerit, & in errorem vel peccatum pertrahere conetur; cum

1. Cor. 5. v. 6. huiusmodi nolite communicare, nec societatem habere, sed separamini ab illis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit. Vnde Ecclesia huiusmodi generis peccatores sententia

Mat. 18. v. 8. excommunicationis à se, suisque fidelibus separat, & Christus eos secare & proijcere à nobis iubet, etsi ita chari sint, ac oculus, manus aut pes, quia melius est illorum societate carere, quam per scandalum ab eorum societate acceptum perire. Propter quod dixit, non venisse se ad con-

Mat. 10. v. 34. stituendam cum ijs pacem & concordiam, sed gladium & separationem.

Luc. 12. v. 5.
Exhort. 25.
Iob 30. v. 29.
Quod si necesse sit eum huiusmodi falsis fratribus, nos oppugnantibus simul degere, curandum est, iuxta supra dicta ex eorum oppugnationibus proficere: eorum odiendo mores, sed patienter tolerando persecutiones eo modo, quo dicebat Iob, *Frater fui draconum, & socius struthionum*: non quidem imitando venenatos, & stultos mores peccatorum, sed inter illos degendo tanquam frater, qui eos ex charitate diligit, & benefacit, ac beneficia in meliorem vitam deducere conatur, & propter quem finem contra eos iuste pugnat.

De pugna iustorum pro Ecclesia contra peccatores, vt eos ad Deum conuertant. §. 3.

SED quomodo tot malis obuiare poterit Ecclesia? Nunquid non sunt alij qui pugnēt pro ea? aut oblita est sponsa huius pugnæ mentionem facere? Minime quidem, sed Spiritus sanctus ita disponit eadem verba, vt per illa referat languorem, & medicinam; & duas pugnas sibi inuicem contrarias, quæ ad id tendant, vt vna destruat quod altera seruare cupit. Interpretati sumus hactenus in malum hæc verba, *Filij matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui.* Sed multi grauesque Patres etiam interpretantur in bonum, de

A iusta & gloriosa pugna quam insignes, atque perfecti viri formosi sicut pelles Salomonis assumunt pro Ecclesia, contra peccatores nigros, sicut tabernacula Cedar, qui eam decolorant, eo potissimo fine, non vt personas destruant, sed vitia & fœdam nigredinem, & ad pulchra tentoria Christi deducant. Et huic interpretationi fauet versio Septuaginta, quæ dicit, *Pugnauerunt* Hom. 1. in Cant.
in me. Quod, vt iam retulimus ex Origene, in ablatiuo est, sensumque hunc habet; pugnauerunt intra me, vel pro me, vel in mei defensionem. Et ita, inquit, Angeli sancti filij cælestis Ierusalem, quæ est mater nostra, pugnant pro nobis. Aut iuxta Diuum Gregorium, Ambrosium & Bernardum, Apostoli, & Christi discipuli filij Ecclesiæ militantis, quæ etiam communis mater nostra est, verbo prædicationis contra vniuersum orbem Deo rebellem pugnarunt, vt regnum diaboli expugnantes, regnum Christi, quod est sancta Ecclesia, amplificarent. Quam pugnam prosequuntur successores eorum, scilicet Pontifices, Prælati, & doctores, vt ab Ecclesia omnem auferant nigredinem. Dicat ergo Ecclesia, *Filij matris meæ pugnauerunt contra me.* Id est, insignes fratres, & pulcherrimi sancti, ex nimio amore quo me prosequuntur, pugnant contra me, qua parte nigra sum, vt hanc maculam à me auferant, & me totam formosam reddant: pugnant pro extirpandis hæresibus, pro tollendis seditionibus, & scandalis, & vniuersis peccatis, assumentes arma ad quamuis pugnam idonea. Pugnant primo per feruentes preces ad Deum fusas. Nam Moyses magis pugnabat contra A- Exod. 17. v.
malec leuando manus ad orandum, quam exercitus extollendo eas ad feriendum: siquidem tunc solū exercitus vincebat, dum Moyses orabat. Pugnant deinde exhortationibus, correctionibus, doctrinis, rationibus, & validis argumentis ex Scriptura sacra depromptis, vt fidem tueantur contra hæreticos; vnitatem Ecclesiæ

C contra Schismaticos, vnionem animorum contra seditiosos, & omnem virtutem contra oppugnantes, vel conculcantes illam. Ad omnia enim hæc prodest valde Scriptura diuinitus inspirata, quæ, vt dicit Diuus Paulus, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, & ad erudiendum in iustitia, quoniam ex illa ad cunctа hæc doctores fortissima desumunt argumenta.

Vnde Origenes, Theodoretus, necnon & D. Ambrosius ita interpretantur sequentia verba, *Posuerunt me custodem in vineis*; id est, Apostoli meæ custodiæ commiserunt custodiam sacrarum Scripturarum; quæ sunt vineæ proferentes fructus veritatum, ac virtutum, quæ in eis continentur: quorum custos est Ecclesia; apud ipsam enim tantum incorrupte custodiuntur. Hoc autem proprium est munus prælatorum & doctorum, qui sub illo pronomine, me, intelliguntur. Nec hæc interpretatio distat ab hac metaphora vineæ. Nam qui custodit vineam aliquam, non solum custodit vites & fructus, sed etiam torcular, turrim, maceriā, & quidquid ad ipsam spectat, vt illæsa permaneant; ita qui est custos vineæ Ecclesiæ, etiam est sanctorum sacrorum librorum, & legis, & sacrificiorum, ac sacramentorum ipsius. Ex sacris igitur libris, quæ sunt velut turris Dauid, in qua est omnis armatura fortium,

Serm. 1. in Psal. 118. v. 7.
Ser. 29. in Cant.
2. ad Tim. 3. v. 16.
Vbi supra.

tium, desumuntur argumenta ad defendendam ipsam Ecclesiam, & pugnandum contra oppugnantes eam, & custodiendam ipsam Scripturam, vereque eam penetrando & declarando, custoditur vera fides & religio, charitas & vniuersa virtus.

Vnde huiusmodi pugna in magnum bonum eorum contra quos fit, vergit: Nam, vt inquit D. Bernardus, spirituales qui sunt in Ecclesia aduersus carnales fratres suos dimicant in gladio spiritus, quod est verbum Dei, vulnerantes eos ad salutem, atque ad spiritualia istiusmodi impugnationibus prouehentes; & quid mirum, quod vir bonus & fortis acriter pugnet pro tuenda re, cuius est custos? At insignes iusti vere dicunt, *Posuerunt me custodem in vineis*, scilicet in animabus omnium fratrum meorum. Vnicuique enim Deus mandauit de proximo suo, vt dicit Ecclesiasticus. Non enim dicunt, vt impius Cain, *Nunquid custos fratris mei sum ego?* Imo custos sum ex charitate, quæ ea quæ sunt fratrum facit esse communia, & eorũ peccata & damna reputat tanquam propria; & ita fortiter pugnat, vt destruat ea.

Ser. 29. in Cant.

Eccl. 14. v. 12. Gen. 4. v. 9.

Triplex vnicuique commendatur pugna.

§. 3.

TRIPLEX igitur pugna tibi continuo incumbit pro salute animæ tuæ, & fratrum tuorum, ac totius Ecclesiæ, qua tria damna supra commemorata repellas. Prima pro tuenda fide integra; & illæsa: iuxta illud Diui Pauli, *Certa bonum certamen fidei; apprehende vitam æternam in qua vocatus es*; quia fides ianua est & fundamentum vitæ æternæ, & salutis spiritualis; pro cuius custodia certandum est vsque ad mortem; Seruando, vt ait Diuus Chrysostomus, serpentis prudentiam, qui corpus suum ictibus, ac vulneribus tradit, dummodo caput suum integrum seruet: eodem ergo modo propter fidem tuendam; cætera temporalia perdere non cures; nam omnia postea maiore cum gloria recuperabis. Custodienda est autem integra, & in maximis, & in minimis, quia omnia sunt æqualiter certa, vtpote ab eodem Deo reuelata; quæ si in quauis re etiam minima deficeret, tota periret.

1. 1. ad Tim. 6. v. 12.

Hom. 34. in Matt. 10.

Deinde pugnandum est tibi pro custodienda vnitate Ecclesiæ, & congregationis, in qua degis, & pro charitate fraterna conseruanda solicitus, vt ait D. Paulus, seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, firmiter retinens charitatem inter fratres, quod est vinculum perfectionis, & virtutum ligamen. Vnde si recordatus fueris, quod frater habet aliquid aduersum te, tehuque munus tuum ante altare & reconciliare prius fratri tuo. Pugna contra illum, non vt personam destruas, sed inimicitiam. Pugna autem sermonibus blandis, verbis honorificis, crebris obsequiis, & beneficijs, quæ sunt velut tela ignea, & prunæ accensæ, ac congestæ super caput eius, molliens eum, & inclinans vt te diligat. Quod si alios rixantes videris, dicito vt Abraham: *Non sit quæso iurgium inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos, fratres enim sumus.* Iusti enim cum sunt formosi sicut pelles Salomonis, id est pacifici, semper amant pulchritudinem pacis, & illam in hoc tentorio Christi, quod est Ecclesia, seruari contendunt: nam scriptum est, *Factus est in pace locus eius.*

2. Ad Ephes. 4. v. 3. Ad Col. 3. v. 14. Matt. 5. v. 23.

Prou. 25. v. 21. Ad Rom. 12. v. 20.

Gen. 13. v. 8.

Psal. 75. v. 3.

Tandem pugnare debes pro custodia diuinæ legis, ac cuiusque virtutis, vt resistas omni scandalo & peccato, & auferas illud, non tantum à te, sed prout potueris, à proximo tuo, auferens ab eo nigredinem, per fraternam saltem correctionem; iuxta illud, *Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum.* Dicitur autem, si peccauerit in te, non quod sola peccata contra te facta, siniuriamque tibi irrogantia corrigere debeas, sed quia cuncta peccata contra Deum & Ecclesiam existimare debes esse contra te, & magno zelo illa corrigere debes, vt lucreris fratrem tuum. Plura de his tribus pugnis in suis locis dicenda sunt.

3. Matt. 18. v. 15.

Sed accipe mirabilem typum illarum in campo Caluariæ, vbi Christus Dominus inter duos latrones crucifixus erat. Malus latro niger sicut tabernacula Cedar, pugnabat contra Christum formosum plusquam pelles Salomonis, licet foris denigratum: pugnabat autem conuicijs, blasphemijs, & irrisionibus, eum quasi ad impatientiam pertrahere cupiens. At bonus latro, qui intus iam pulcher erat, cœpit pugnare contra illum, dicens, *Nec tu times Deum, qui in eadem damnatione es? & nos quidem iuste, nam digna factis recipimus; hic autem nihil mali gessit.* O bonus Christi miles, qui vnico spiritus impetu, tria egregia facinora aggressus est: nam socium contumacem increpauit, si forte resipisceret: seipsum accusauit, vt misericordiam inueniret, & Christum à calumnijs & improperijs defendit, eiusque innocentiam prædicauit. Vnde disces pugnare pro Ecclesia increpando peccatores, tuendo innocentes, tanquam custos singulorum. Hoc tamen in his pugnis aduertere necesse est; ne putantes nos pugnare pro Ecclesia, vere pugnemus contra illam; siue ignorantia, siue ex indiscreto zelo. Multi enim habent zelum Dei, sed non secundum scientiam, & putantes se zelare commune bonum Ecclesiæ, aut religiosæ familiæ, potius dissipant illud, & arbitrantes se obsequium præstare Deo, acre illi ingerunt bellum; dum innocentes persequuntur; veluti amici Iob, qui credentes se partes Dei agere, vehementissime persecuti sunt illum; ita vt ipsis diceret, *Quare me persequimini sicut Deus?* id est, putantes vos induere Dei personam, vt me insectemini. Hæc autem pugna quæ fit intuitu ipsius Ecclesiæ, est illi maxime noxia; veluti si mater à duobus filijs inter se diffidentibus, acciperetur per brachia, & magna contentione vnusquisque ad se illam trahere vellet, profecto vterque læderet illam, ac dilaceratet; ita etiam qui indiscreto zelo boni communis contra se plus nimio pugnant, ipsam Ecclesiam ac religionem matrem suam turbant, & dilacerant; sic ergo inepta est pugna inter filios Ecclesiæ, vt nunquam lædatur fraterna charitas. Deus enim non est Deus dissensionis, sed pacis; & cum Deus charitas sit, nulla pugna, quæ in damnum charitatis vergat, à Deo erit. Induamur ergo spiritum, & zelum veræ charitatis, quo acriter pugnemus, vt eam illæsam & indiuisam in omnibus custodiamus. Inspice quo zelo Apostolus schisma inter Corinthios ortum sedare curauit, cum diceret, *Ego sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Christi.* At quid ipse? *Diuisus est Christus.* Ac si dicat; Nescitis quod diuidentes charitatem fraternam, Christum diuiditis, illumque extinguitis in cordibus singulorum, quia nulli ibi diuisus

Luc. 23. v. 40.

Iob 19. v. 22.

1. Cor. 1. v. 12.

subsistit, quid æmulamini pro me vt scindim. & seditionem excitetis? *Num vid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis?* Si ergo solus Christus pro vobis crucifixus est, & sic vos dilexit, vt cruci affigi voluerit, vt quid dilaceratis illum? Si in eius tantum nomine & virtute baptismum recepistis, vt quid illum scinditis? Sic pugnabat Paulus pro Christo pugnans pro fidelium vnione: & paulo post iterum pugnabat, vt offendicula tolleret, ne periret frater, pro quo Christus mortuus est. *Nam percutientes,* inquit, *conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis*, & quasi ipsum percutitis, ac conculcatis. Nonne audisti ipsum dicentem Saulo, *Quid me persequeris?* Posset etiam ipse dicere, sicut sponsa, *Filij matris meæ pugnauerunt contra me.* Nam quos in eadem natura, & intra eandem Ecclesiam fratres habet, impugnatores sustinet. Ne ergo Christum fratrem nostrum primogenitum, à quo nostra æterna hereditas pendet impugnemus, pacem, concordiam, & vnitatem cum omnibus proximis conseruemus. Amen.

1. Cor. 8. v. 12.
Act. 9. v. 4.

EXHORTATIO XXIX.

De parabola vineæ locatæ agricolis, qui non retulerant fructum, & de summa vigilantia qua custodienda est ab vnoquoque vinea statui, in quo est à Deo positus, maximè virginitatis, & religionis.

Pro Fer. 6. intra Dom. 2. Quadragesimæ.

Filij matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiui.

EX his quæ hactenus diximus, explanata manet insignis illa parabola, cuius olim meminit Isaias, & Christus Dominus in Euangelio innouauit, de eo qui plantauit vineam, quam sepe circundedit, in qua ædificauit turrim, & torcular, locauitque agricolis, qui seruos à domino vineæ missos, vt fructus acciperent ab illis, occiderunt vel lapidauerunt: imo & filium heredem vineæ interfecerunt, vt eam sibi vsurparent. Vinea autem hæc antiqua Synagoga erat, cuius turris fuit templum. Torcular vero altare holocaustorum, & sacrificiorum, in quo animalium sanguis fundebatur: sepes autem ipsa lex Mosaica tot præceptis, ritibus, ac ceremonijs illam vallans. Quæ tamen omnia commutata sunt in nouam Ecclesiam à Christo Domino fundatam; cuius turris est Euangelica doctrina, & perfectio, quæ omnium est altissima: torcular vero passio Christi & Eucharistiæ sacrificium, quæ illam repræsentat, cæteraque sacramenta, quibus sanguis Christi fidelibus applicatur: maceria autem est lex Euangelica, quæ antiquam perficit, suisque præceptis nos valde munit. Vtraque plantata est, vt ait Isaias, *in cornu filio olei*, id est, in loco sublimi, & pingui fructuum valde feraci, si agricolæ velint illam custodire, & excolere. Sed vinea Euangelica multo sublimior, & pinguior, eo quod fundata est in Christo in crucem exaltato, seu in cruce Christi, qui per antonomasiam est filius olei. Quia aduentus eius fuit ex immensa Dei erga nos misericordia, & quidquid voluit, prædicauit, & gessit, oleum misericordiæ fuit. Fructus autem eius sunt instar olei splendidi, pingues, suaues, mites & charitatem spirantes.

Isa. 5. v. 1.
Mat. 21. v. 33.
Isa. 5. v. 7.

De prauis colonis. § 1.

AGRICOLÆ autem, & coloni, quibus custodiendæ & excolendæ tradita est vinea hæc illi sunt, qui legem veterem olim, & modo nouam profitentur. Sed ex ijs plurimi fuerunt, & sunt infideles, & impij qui non solum vineam non custodierunt, sed potius conculcauerunt, & dissipauerunt: de quibus sponsa hic ait. *Filij matris meæ pugnauerunt contra me.* Quid est contra me? id est contra seruos sponsi missos ad procurandos fructus vineæ, nempe contra Prophetas, & Apostolos, contra magistros, & doctores legis ex quibus quosdam occiderunt, alios lapidauerunt, alios varijs contumelijs, ac tormentis affecerunt. Pugnauerunt etiam contra me, id est, contra fideles colonos, qui vineam fideliter custodiebant, & fructus pingues ferre conabantur, vt eos ab hac custodia auerterent, & in suas exerendas vitiorum vineas traducerent, constituerentque custodes, & cultores. Et hoc est quod inquit Propheta, *Expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruscas.* Per labruscas nonnulli intelligunt vites agrestes, quod innuit Plinius, & forte sunt eædem, aut similes his, quas erraticas, vel insanas idem vocat, quæ trifero luxuriant fructu, ad nullum tamen vsum idoneo. Nam eodem tempore aliæ maturescunt, aliæ turgent, aliæ florent; sed nihil vtile, nam potius ostendunt fructum, quam porrigunt. Alij, vero (quod verius videtur) interpretantur de ipso fructu. Vua enim vocatur fructus dulcis, maturus, & aptus tum ad comedendum, tum vt ex eo fiat vinum suaue ad bibendum. Labrusca vero est vua siluestris, immatura, & acerba, inepta ad esum cum dentes obstupescere faciat, nec ex ea possit vinum ad potandum suaue fieri, sed acidum. Aquila iuxta proprietatem nominis Hebræi vertit vuas pessimas, & fœtentes: sunt enim vites, quæ fructus recens productos putrefaciunt, quatum semper sunt vuæ putridæ, & fœtentes. Vterque autem sensus optime quadrat parabolæ adductæ. Etenim increduli, hæretici, Apostatæ, & alij infidi agricolæ vineam Christi deuastare conati sunt, & veras vites in falsas plantas, & labruscas suarum sectarum conuerterunt, quas Ecclesiæ nomine insigniunt, vt supra diximus: tamen reuera non sunt Christi, nec Dei, sed alienati sunt ab eo; iuxta illud Ieremiæ: *Ego plantaui te vineam electam, omne semen verum, quomodo conuersa es mihi in prauum vineæ alienæ?* Nonne vinea aliena, praua & amara, quæ appellata est vinea Sodomæ, cuius botri, vt supra ex Abulensi retulimus, pulchri videntur, sed dum tanguntur sunt putridi, & fœtidi? Vere enim sunt vites erraticæ, & insanæ, triferæ, sed inutiles: quia cum in hoc vno sint tenaces, quod veram Dei Ecclesiam & fidem oppugnant, & suis cupiditatibus, & vitijs inseruiunt, tamen in suismet sectis, & erroribus sunt inconstantes, mutabiles, & fluctuantes, ex vno errore in alium, & ex vno vitio in aliud prolabuntur.

Ierem. 2. v. 21.
Deut. 32. v. 32.

Sed

A Sed & hoc horribilius est, quod cum tenerentur, & possent producere vuas, & fructus Deo gratos, producunt labruscas, & vuas fœtidas, ac putridas, vel acerbas. Abutūtur enim sacra Scriptura, sacramentis, sacrificijs, & alijs ritibus Ecclesiasticis, & Christianis, ex quibus deducunt horrenda vitia, & errores in eorum iniuriam, & Dei offensam. Vnde merito Septuaginta vertunt *Expectaui, vt faceret vuas & fecit spinas.* Quod etiam paulo post Vulgata obseruat, cum ait, quod ascendent super eam vepres, & spinæ: quod clarius idem Propheta ducet, cum ait: *Et erit in die illa omnis locus, vbi fuerint mille vites, mille argenteis, in spinas, & in vepres erunt.* Nam in illis locis, & regionibus, vbi erant plurimæ vites Christi valde preciosæ, quarum fructus in magno habebantur pretio, vice earum oriuntur spinæ, & vepres errorum, & vitiorum, quæ abiectæ, viles sunt, & execrabiles. Sed clarius id explicat, cum inquit, *Expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas; & iustitiam, & ecce clamor.* Vuæ, quas expectabat Deus, erant iudicium, & iustitia, virtus, sanctitas, & omne opus bonum, debitum tam Deo, quam hominibus, siue ex iustitia, siue ex religione, aut gratitudine, vel pietate, at labruscæ, quas praua vinea, aut praui agricolæ ex vinea proferunt, sunt iniquitas, iniustitia, vitium & clamor. Est autem clamor atrox crimen, quod coram Deo clamat vindictam cito exigens: sicut fratricidium Cain de quo dicitur: vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra: & peccata Sodomorum, & Gomorrhæorum, quorum clamor ascendit ad Deum, & alia huiusmodi. Clamor ergo vocatur immane scelus agricolarum; qui ingrati fuerunt Domino vineæ, occiderunt seruos eius & hæredem, pugnauerunt contra veram Ecclesiam, vt eam discerperent, & sibi Ecclesiæ Christi nomen vsurparent, qui clamor vindictam, & vltionem contra illos exigebat. Et hoc est quod Christus Dominus inquit in parabola: *Cum ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi* (nempe Iudæi) *malos male perdet, & locabit vineam suam alijs agricolis, qui fructum reddant temporibus suis.* Confirmat Dominus sententiam, subiungens: *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Quam vocauit vineam, modo vocat regnum Dei, quia in illa Deus regnat, viget iustitia, & sanctitas; pax & gaudium in Spiritu sancto. A Iudæis ergo incredulis ablata est Dei vinea, & regnum, & translata ad gentes; quæ nōn labruscas, nec spinas, sed vuas, & suaues fructus facerent; sic & modo Ecclesia vera Christi cum sua turri, torculari, & sepe ablata est, propter hæresim ab Anglia, Germania, & multis Prouincijs Septentrionis, & translata est ad regiones desertas Indorum. Propter hoc enim scriptum est, mulieri amictæ sole, quæ Ecclesiam repræsentabat, datas esse alas aquilæ vt à loco vbi eam Draco vehementius persequebatur, fugeret in desertum. Et hoc est quod sponsa, & vera Christi Ecclesia ait in hac parabola: filij matris meæ, hæretici scilicet & increduli, pugnauerunt acriter contra me: & quia voluerunt me ponere custodem in vineis suis labruscas ferentibus, ego vineam meam non custodiui in illis, seu inter illos, sed potius deserui eos, eorumque regiones, & alio me transtuli.

Isa. 5. v. 6.
Isa. 7. v. 23.
Gen. 4. v. 10.
Gen. 18. v. 20.
Mat. 21. v. 40.
Apoc. 12. v. 14.

Iuxta hunc sensum interpretatur Diuus Gregorius hæc verba sponsæ; nam Apostoli qui tanquam boni fratres pro Ecclesia pugnauerunt, vt eam per orbem terrarum ampliarent, maxime inter gentes, eo quod Iudæi rebelles illis contradicebant: posuerunt me (inquit) custodem in pluribus vineis Ecclesiarum particularium inter gentes, eo quod vineam meam, nempe Iudæam, quæ mihi primo commissa erat, custodire non potui, quia ipsa custodiri noluit. Aut fuerit congruentior sensus iuxta supradicta erit iste. Ipsi Iudæi rebelles, qui pugnauerunt contra me, *Posuerunt me custodem in vineis*, id est compulerunt, & coegerunt me, vt relicta custodia eorum, quæ vinea mea erat, fierem custos vinearum inter gentes: iuxta illud Diui Pauli: *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ; ecce conuertimur ad gentes.* Iuste ergo Ecclesia dimisit custodiam illius vineæ, sicut Prophetæ prænunciauerant B dicentes: *Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam.* Et iterum, *Iratus est Dominus in populum suum, & abominatus est hæreditatem suam.* & Christus Dominus dixit: *Derelinquetur domus vestra deserta*; quæ omnia summum incutiunt timorem, & tremorem, vt Dei secretissima iudicia stupeamus, & oportune prouideamus quid nobis agendum sit circa vineæ nostræ custodiam.

Act. 13. v. 46.
Ierem 12. v. 7.
Psal. 105. v. 37.
Mat. 23. v. 38.

De modo fideliter custodiendi propriam vineam.
§. 2.

AVDISTI malitiam horrendam agricolarum, & tremēdum eorum supplicium. Perpende nunc eximiam fidelitatem, & obedientiam seruorum, qui tanti fecerunt vineam, ac voluntatem Domini sui, vt pro vineæ custodia proprium sanguinem libenter fuderint, sicut fuderunt Prophetæ, Apostoli, & alij insignes Martyres. Sed hoc incomparabiliter superat immen- C sa charitas, & obedientia hæredis, qui sic dilexit vineam, & magnifecit eam, voluntatemque patris, qui misit illum, vt propter vtrumque se permiserit crudeliter occidi, ac crucifigi. Ex horum autem exemplo duo discere debes. Primum summam adhibere curam, vt propriam vineam custodias. Idem autem est custodire, & diligenter colere; nam teste Salomone, *Qui mollis est, & dissolutus in opere suo, frater est sua opera dissipantis.* Cura ergo custodire maceriam, torcular, & turrim, id est seruare omnino legem Dei, & quidquid præcipit, opere complere, venerari sacrificia, & sacramenta, illaque crebro recipere, & eorum receptione proficere; sacras Scripturas & mysteria quæ continent, legere, & attente meditari, denique tanquam fidus colonus fructus reddere ex vinea in tempore suo: tum quia ita exigit ipse Deus, qui Dominus vineæ est, & iustum est illi obtemperare, tum ne irascatur nobis, & auferat ingratis, quod dederat nobis gra- D tis; tum etiam quia fructus isti non in diuinum, sed in nostrum commodum vergunt. Licet enim temporales Domini vinearum eas locent agricolis, non propter agricolarum commodum, sed potius propter suum proprium, quod ex fructibus percipiunt, qui redduntur ipsis: At non sic Deus, qui ex fructibus nostris nihil sibi vtilitatis accipit, & vineam nobis tradit

Prov. 18. v. 9.

propter nostrum proprium commodum. Et hæc causa est, propter quam sponsa hanc vineam vocat suam. Etenim vinea non est agricolæ, vel coloni, sed Domini qui plantauit eam: tameo sponsa iure optimo vocat suam, tum quia per desponsationem omnia bona sponsi, etiam propria sponsæ reputantur, tum quia in ipsius custodiam est tradita propter ipsiusmet sponsæ lucrum & commodum.

Hinc fit vlterius propter nullas impugnationes, vel persecutiones, & scandala iniquorum fratrum, derelinquendam esse propriam vineam, & eius custodiam: sed oppugnantibus respondendum, quod pius Naboth, respondit impio Achab, cum ab illo petebat vineam suam:

3. Reg. 21. v. 3. *Propitius sit mihi Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.* Vinea mea hæreditas est mihi relicta ab Apostolis, & sanctis Patribus, qui me præcesserunt, & custodierunt illam, hanc fidem, hanc legem, hanc sanctitatis normam custodiam, hanc defendam, non alienabo eam. Irascatur seruus Achab, ferueat contra me impia Iezabel, minentur opprobria, calumnias, falsa testimonia, ictus crepitantium lapidum, & diram mortem, cuncta hæc despiciam, ne vineam meam deseram. Dicamque cum Paulo, quis me separabit à charitate Christi? quis ab eius fide, & religione, quis ab obedientia ad legem eius, tribulatione, & angustia? Nulla creatura me separabit à vinea Christi, quæ est eius Ecclesia, nec ab obseruantia eorum, quæ pertinent ad illam. Ad Rom. 8. v. 35.

De vinea proprii status ab vnoquoque custodienda. §. 3.

SED quoniam sub hac generali vinea, continentur aliæ particulares, quæ pertinent ad diuersos status Ecclesiæ, in quibus diuersi fideles positi sunt cultores, & custodes, vnusquisque magna cura hanc propriam vineam etiam custodire debet. Virginum enim propria vinea est status virginitatis: viduarum, status continentiæ: religiosorum, proprium cuinsque institutum: Ecclesiasticorum vero, ordo sacer, & status diuersis ministerijs mancipatus. Quilibet ergo vineam suam custodiat, & fructus illius proprios ferat, nec dæmonum, aut hominum suggestione hanc custodiam deserat, vt ad vitiorum falsas vineas, vel ad alias alienas, & non sibi proprias custodiendas diuertatur. De quo duo exempla accipe. Primum, Virgo custodiat vineam suam, vt non desit illi torcular continuæ mortificationis, carnalis concupiscentiæ, nec maceria custodiæ sensuum, & circunspectionis sui ipsius, nec turris contemplationis diuinorum mysteriorum, proferatque fructus suo statu dignos, resistens falsis fratribus, & hostibus ab hoc ingenuo proposito illam auertere conantibus. Quod eleganter Diuus Ambrosius, virgines exhortans sic explicat, alludens ad historiam Naboth iam relatam: nemo auferat animæ vestræ vineam, & vilia oleta ferat. Vinea enim quidam fructus virginalis est, coniugia vero velut olerum plantaria sunt, in quibus frequens est zelus: & ideo sicut olera herbarum cito cadunt, atque marcescunt nisi finem imponat senectus, aut ad perfectum vehat continentia, non veniat ergo in vobis Achab qui concupiscat vineam vestram delere, &

De vinea virginitatis & continentiæ.

In Exhort. ad Virgines ante medium.

3. Reg. 20. v. 2.

extinguere: nec veniat in vobis Iezabel vanum illud, & seculare profluuium (hoc enim significatur vocabulo, vana & vacua redundantia) sed veniat Nabuthe, qui venit à patre. sicut indicat nominis ipsius interpretatio, qui vineam sanguine defendat suo, & pro ea mortem offerat. Hic est qui pro nobis lapidatus est, pro nobis mortuus, pro nobis oppetitus testimonijs. Hæc Diuus Ambrosius, intelligens per Naboth Christum hæredem, & Dominum vineæ, quem Iudæi occiderunt, sed mortuus est, vt eius gratia custodiremus vineam suam, quam ipse lubens fecit nostram, cuius auxilio virgines custodiunt propriam vineam, quam singulari dono acceperunt ab ipso.

Simili etiam modo religiosi colere, & custodire debent vineam suam, vnusquisque eam, quam ex Dei speciali vocatione excolendam accepit: cuius vites propriæ sunt paupertas, castitas, & obedientia voto obfirmatæ: palmites vero reliquæ virtutes, quæ in regula commendantur ad meliorem votorum obseruantiam, & perfectionis incrementum. Botri autem sunt omnia bona opera, & religiosa exercitia, ac propria ipsorum ministeria. Vinum autem deuotio est, ac lætitia spiritualis, quæ instar centupli ex ijs omnibus colligitur. Habet autem hæc vinea proprium torcular, quod est abnegationis perenne exercitium, & peculiarem turrim, id est donum orationis in qua se supra se eleuant, & maceriam quæ est religiosum claustrum, quo cuncti tenentur inclusi vnde optime congruit illi, quod Isaias ait: *Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei.* Quia vere sita est in sublimiori loco Ecclesiæ fortissimo, & pinguissimo. Hanc dilectus Dei filius tradidit tibi custodiendam, & excolendam eum te ad eam vocauit. Illa erit tibi in cornu filio olei, quia in ea adest Dei fortitudo, vt te adiuuet, Dei misericordia, vt tui compatiatur, Dei lætitia, vt te consoletur, spiritus deuotionis, vt te impinguet, crux Christi vt te ad regnum deducat, si tamen custodias, & excolas omnes vites, & palmites eius, id est cuncta quæ continentur in regulis: istæ enim sunt mille vites, quarum meminit Isaias, mille argenteis æstimandæ, quæ nunquam tibi conuertentur in veptes. Caue igitur, ne hanc vineam derelinquas, & alienes, etsi Achab, & Iezabel, imo pater & mater, & omnium domesticorum & sæcularium carentia te insequatur, vt eam deseras, & si dixerit Achab, *Da mihi vineam tuam, & dabo tibi vineam meliorem* Nec credas, nec acquiescas ei, sed dicito: non derelinquam hæreditatem patrum meorum: vineæ mundi non meliores sunt, sed peiores, labruscas, & spinas ferentes, stultum est In has tuam vineam commutare. Quod si filij matris tuæ, id est falsi fratres, pugnent contra te vt ad aliam religionem transeas, spe maioris commodi, aut perfectioris vitæ, ne eis leuiter assentiaris. Nam hæc ad quam vocatus es, vinea tua est à Deo tibi tradita, & erit tibi in cornu filio olei, alsera forte erit perditionis occasio, ac ruinæ. Quod si parentes, aut seculares pugnent contra te, vt saltem in vineis eorum sis cultor, secularia eorum negotia curans, sesistito illis, ne forte propter hoc non custodias vineam tuam & transgrediaris regulas: sicut optime perpendit Diuus Gregorius dicens; Vineæ nostræ actiones

De vinea religiosa.

Isa. 5 v. 1

Isa. 7. v. 23.

3. Reg. 21 v. 2.

Hom. 17 in Euang.

„ nes sunt, quas vsu quotidiani laboris excolimus, „ sed custodes in vineis positi nostram vineam „ minime custodimus, quia dum extraneis actionibus implicamur, ministerium actionis nostræ negligimus. Et quid magis alienum à monacho, quam vt secularium vineas custodiat, eorum negocia tractet, & quæ ipsius sunt propria relinquat? Nam vt ait Diuus Paulus: *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, vt placeat ei cui se probauit.* Quin potius, ait, *Rogamus vos, vt vestrum negotium agatis.* Negotium meum est vinea mea, negotia secularis sunt vinea aliena, & extranea, illam custodiam, hanc suis cultoribus custodiendam relinquam, quia nequibo satis custodire vtramque. [2. Ad Tim. 2. v. 4.] [1. Ad Thes. 4. v. 11.]

Cum ergo Dominus expectat à te, vt facias vuas, caue ne facias labruscas religioso viro indignas, quæ coram Deo vanæ sint, proximis amaræ, aut fœtidæ, propter mali exempli fœtorem. Reseca etiam labruscas insanas, & triferas, nec per varia exercitia vageris, ne pluribus vage intentus, nullum perfectionis modum assequaris. Denique ne forte Deus auferat à te vineam, & tradat alijs facientibus fructum in ea, vigilans esto, vt copiosum fructum reddas in tempore suo, quo postea frueris in secula seculorum. Amen. Plura de hac parabola dicentur in libro decimo circa illud, *Vinea fuit pacifico*, &c. [Cant. 8. v. 11.]

EXHORTATIO XXX.

De pugna malorum contra Ecclesiam promouendo indignos ad prælatias, & dignitates Ecclesiasticas, vel seculares, & de modo quo à dignis acceptanda, & administranda sunt.

Filij matris meæ, *&c.*

IMPONAMVS iam finem his pugnis, vltimam referendo ex parte iniustam, & ex parte sanctam: iam enim diximus verba hæc in malum & in bonum vsurpari, de filijs Ecclesiæ, iniustis, & nigris, aut de iustis, & speciosis intra illam pugnantibus. Per custodes autem vinearum intelligimus nunc eos qui regunt Ecclesias particulares, aut gubernant ciuitates, & populos, siue sint Episcopi, & Prælati, ac quicumque animarum curam gerentes, siue præsides, prætores, ac iudices seculares. Qui vero dicuntur ponere custodes in ijs vineis, sunt qui istas dignitates Ecclesiasticas, vel seculares conferunt, & electores dicuntur: vel quicumque suadent, vrgent, vel iuuant consilio, aut opere, vt ad eas aliqui promoueantur; multoties autem indigni, & inepti ad illas promouentur, aut quia ipsi ex ambitione honoris, aut diuitiarum cupiditate eas sibi adipisci contendunt, aut aliorum hortatu decepti illas etsi indigni acceptant.

§.1.

HOc igitur est primum malum, quod Ecclesia deplorat, multos ad has dignitates, & munera prouehi, non à Deo, nec per ipsius vocationem, & electionem, sed à falsis fratribus oppugnatoribus suis: de quibus ait, *Filij matris meæ pugnauerunt contra me.* Et hac pugna magnum mihi damnum intulerunt: quia *Posuerunt me custodem in vineis*, non sponsus posuit, sed ipsi posuerunt quosdam ex meis, ex ijs qui nigri erant, sicut tabernacula Cedar, vt essent custodes vinearum, & gubernarent Ecclesias, & populos: In hac autem electione non inspexerunt Dei voluntatem, & leges, sed proprias cupiditates & lucra, conuenientes eis qui iniuste & vane ambiebant illas. Et quid non conqueratur de hoc sponsa, siquidem ipse Deus eandem tribuit querelam per Oseam dicens: *Ipsi regnauerunt & non ex me, principes extiterunt, & non cognoui*, vel vt habet alia versio quam sequitur Origenes, & Diuus Cyprianus: *Fecerunt sibi regem, & non per me, & principem, & non per consilium meum.* Quibus verbis carpit tam populum qui elegit sibi reges, non consulendo Dominum, sed ex suo arbitrio, quam ipsos Reges, qui per tyrannidem, vel ambitionem regnum inuaserunt, qui dicuntur regnare non ex Deo, sed ex diabolo instigante, Deo tamen permittente: & ideo ait se non cognouisse, quia non approbanit huiusmodi electiones, ex tam vitiata radice promanantes, & bene præmittit sponsa: *Pugnauerunt contra me*, vel *in me.* Quoniam in huiusmodi dignitatum electionibus, & petitionibus plurimæ intercedunt pugnæ, rixæ, seditiones, lites, & discordiæ, dum vnus cupit hunc eligere, alius alterum, vel vnus sibi ambit hanc dignitatem, alius vero sibi, vel alteri. Hæ autem pugnæ vere sunt etiam contra Ecclesiam, cuius pacem perturbant, & in qua discordias seminant, sicut cum Dathan, & Abyron ambientes sacerdotium seditionem excitarunt in populo: & Absalon ambiens vsurpare regnum, turbauit illud. [Osea 8 v 4.] [Hom. 4. in Leuit.] [Lib. 1. epist. Epist. 1. & 4.]

Sed alia pugna indicatur ijs verbis quando aliqui timoratæ conscientiæ, sed Neophyti, & Tyrones, nondumque apti ad regimen aliorum eliguntur, vel inuitantur ad huiusmodi dignitates: ipsi autem à principio, quia propriam agnoscunt paruitatem, valde resistunt, hoc enim significat verbum illud, *Pugnauerunt contra me.* Si enim aliqua ratione non resisterent, non esset pugna: merito autem resistebant, quoniam ars artium est custodis vinearum, & regimen animarum, quod solis viris perfectis concedendum est. Nam qui se nondum regere nouit, qua ratione sciet alios regere, & qui nescit præesse domui suæ, & suæ conscientiæ, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam, & solicitudinem habebit? Cęterum in hac pugna tandem victi, & quibusdam humanis rationibus adducti accipiunt dignitatem, & officium quod non merentur. Hæc autem mala iuste deplorat Ecclesia, quoniam radices sunt fœdæ nigredinis, quam in multis membris suis patitur: nam quales sunt prælati, tales solent esse subditi, qui si ab atris gubernantur, atri fiunt, iuxta id quod inquit Ecclesiasticus, *Qualis rector est ciuitatis, tales & habitantes in ea.* Si autem sunt Neophyti, non habent humeros ad tantum pondus sustinendum, vnde necesse est quod corruant, & pereant. Nam vt inquit Diuus Gregorius, si structuris recentibus, nondum solidatis tignorum pondus superponitur, non habitaculum, sed ruina fabricatur, & si fœminæ con- [D. Gregorius.] [1 Ad Tim. 3. v. 5.] [Eccl. 10. v 2.] [3. p Past. admonit. 26.]

conceptas proles priusquam plene formentur, proferunt, nequaquam domos, sed tumulos replent.

§. 2.

Alivd malum recenset etiam Ecclesia dum ait: *Posuerunt me custodem nō vineæ. sed vinearum*, & quæ vix vnam vineam custodire valebat, cogitur plures simul custodire, vt nulla bene custodita maneat, Ambitio enim, & cupiditas satiari nesciunt, semper crescere cupiunt, sublimiorem appetunt locum, aut ditiorem dignitatem, & plura simul munia obire non refugiunt, dummodo ampliores honores, vel diuitias obtineant. Ambiebant multi olim plures Episcopatus, & plura beneficia incompatibilia; quod seuere prohibuit Tridentina synodus, cum valde inquit, fœlix sit ille censendus, cui vnam Ecclesiam bene, & fructuose, & cum animarum sibi commissarum salute regere contigerit. Vtinam nullus corde reuertatur in Ægyptum, & dispensationes sine causa iusta quærat, aut plura munia, & ministeria ambiat, quæ vires excedant, vt ambitionem, vel cupiditatem nutriat: contra id quod scriptum est, *Fili, ne in multa sint actus tui, & altiora te quæsieris.*

Sess. 7. de reformat. c. 2. & 4. & 5.

Eccl. 11. v. 10. & c. 3. v. 22

At miseri vati, s, asturisque modis contra Ecclesiam pugnant, vt quod cupiunt obtineant; cum autem obtinent, exultant, & cum gemere deberent sub onere, gaudent quod potrent illud, sicut insipiens, de quo ait Salomon, *Stultus homo plaudet manibus, cum spoponderit pro amico suo*. bene stultus qui ignorare videtur sponsionis onera. Quid enim amentius quam gaudio exilire, eo quod se, & omnia sua spoponderit pro illis, quorum pastor, & custos efficitur, pro quibus rationem est Deo redditurus, & nisi bene custodierit, grauiter puniendus? quod certo eueniet cum ita stultus est, qui spopondit.

Prou 17. v 18.

Vnde hoc est tertium damnum, quod Ecclesia gemit, cum subdit, *Vineam meam non custodiui*. Ac si dicat, dum custodire vellem aliorum vineas, non custodiui meam, non seruaui animam meam, quæ omnibus vineis erat mihi præferenda, nec custodiui legem Dei mei, imo nec leges veri custodis, & pastoris: vnde factum est, quod nec etiam custodierim alias vineas mihi commissas, sed illæ propter me, & ego propter illas in magna decidimus pericula, ingentiaque contraximus mala. Hoc eleganter docet parabola illius Prophetæ, qui finxit sibi dictum à commilitone: *Custodi virum istum, quis si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima illius, aut talentum argenti appendes. Dum autem turbatus* (inquit) *huc illucque me verterem, subito non comparuit*. Cui respondit Rex. *Hoc est iudicium tuum quod ipse decreuisti*. O vir insipiens, qui acceptans custodiam alterius, & spondens pro illo sub pacto tam horribilis pœnæ, ita in seipso turbatur, & huc illucque se vertit, quod alterum abire sinat. Sed qui non custodiuit proprium cor, quid quod non custodierit alienum? Erit ergo iudicium iuxta id, quod est decretum. Erat anima illius peribit, qui vineas nō custodiuit. Melius esset illi consilium accipere Sapientis qui ait: *Noli quærere à Domino ducatum, neque à Rege cathedram honoris, noli quærere fieri iudex, nisi virtute valeas irrumpere iniquitatem, ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in æquitate tua.*

3 Reg. 20. v. 39.

Eccl 7. v. 4. & 6.

A *Non pecces in multitudinem ciuitatis, nec immittas te populum, nec alliget duplicia peccata*. Id est ne te intromittas ad gubernandum populum, ne pecces contra bonum commune, & inuoluaris duplicibus peccatis, scilicet & tuis, & subditorum tuorum.

Vnde fere semper, aut sæpius hæc duo mala se mutuo consequuntur: vt qui indigne factus est custos aliorum, non se custodiat, & qui ne scit custodire seipsum, nec etiam custodiat alios: nam qui sibi nequam, quo modo alijs bonus erit & qui sibi est cæcus, quomodo alios deducet. Erit sicut cæcus ducens cæcum, qui ambo in foueam cadunt. Miror (inquit D. Bernardus) audaciam plurimorum, quos videmus suis vineis non colligere nisi spinas, & tribulos, vincis tamen Dominicis etiam se ingerere non vereri. Fures sunt, & latrones, non custodes, neque cultores: deuastant ergo vineas sibi commissas, & multo peius propriam, quia pluribus & grauioribus delictis se grauant.

Ec... Ma... S... Ca...

B

§. 3.

Avdivimus pugnam malorum, audiamus insignem bonorum tum pro seipsis, tum pro Ecclesia circa huiusmodi electiones: de quibus mira & salubria monita in ijs verbis continentur. Primum vt non solum non ambias fieri custos vinearum Domini, sed potius pugnantibus contra te, vt te custodem faciant, humiliter resistas, & quasi contra illos etiam pugnes, vt hanc custodiam non admittas. Sic eximi pugnauit Moyses, cum à Deo electus esset, vt custos esset, & dux Israeliticæ vineæ: sic Ieremias, sic Diuus Gregorius, Ambrosius, alijque plures patres. Sed pugnam Moysis attende, tres enim excusationes attulit, ac tribus vicibus, quasi pugnauit cum ipso Deo, ne eum ad id munus mitteret. Primo enim dixit: *Quis sum ego vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de Ægypto?* Nam ex humili cognitione sui ipsius impatem se ad vtrumque hoc munus iudicabat. Exaggerauit propriam imbecillitatem per illam interrogationem, *Quis sum ego*: Et difficultatem, ac magnitudinem officij, per hoc quod est ire ad Pharaonem Regem potentissimum, & sæuissimum, & educere innumeram multitudinem populi sine armis ex Ægypto, quæ curribus, & equitibus munita erat, sed quia humilis non solum adducit rationes communes omnibus, quicumque enim alius eandem excusationem posset afferre, adducit alias speciales dicens: *Obsecro Domine non sum eloquens ab heri, & nudius tertius, & ex quo locutus es ad seruum tuum, impeditioris, & tardioris linguæ sum.*

Exod 3. v. 1...

C

Ac si dicat; Obsecro Domine ne mittas me, quia non sum eloquens, & disertus, quales oportet esse eos; qui verba apud principem facturi sunt, & hoc impedimentum est mihi ab heri, & nudius tertius, id est ab antiquo, nec tamen ablatum est ex quo cœpisti loqui cum seruo tuo. Sed adhuc tertio cum præcedentes excusationes reijcerentur, humiliter petit, vt alium digniorem mittat dicens: *Obsecro Domine mitte quem missurus es*. Id est mitte alium magis idoneum, qualem te decet mittere, aut mitte illum magnum Prophetam, quem missu-

D

Exod. 4. v. 10.

missurum promisisti. Ille enim melius multo hoc munus perficiet, quam ego. His ergo tribus excusationibus ex humilitate procedentibus sancti viri pugnant cum electoribus, ne ad Ecclesiæ dignitates promoueantur. Nec hoc derogat perfectæ obedientiæ, dummodo adsit verata Dei voluntatem resignatio: nam vt docet
14. Past. c. 7. Diuus Gregorius, superbus esset Moyses, si ducatus plebis sine trepidatione reciperet, vel si creaturis imperio obedire recusaret. Hoc igitur est quod sponsa innuit cum ait: *Posuerunt me custodem in vineis*, id est, non ego me posui, sed alij me posuerunt, & compulerunt, pugnantes contra me, donec assensi; quia ita spirito placere putaui.

2. Sed tunc secundum monitum seruandum est, vt bene inspicias qui sint à quibus constitueris vinearum custos: vt nimirum illi sint quos sponsa vocat filios matris suæ, id est Apostolos, & Apostolicos viros, qui Apostolorum in eligendo morem seruent. Apostoli enim neminem B eligebant nisi præmissa oratione, & consultatione, vitæque, & morum eligendi diligenti facta inquisitione, vt videre licet cum Matthiam, & septem diaconos elegerunt. Reducenda enim semper est hæc electio tanquam in primam causam, & radicem in Dei vocationem, & voluntatem, vt sicut dixit Diuus Paulus, nullus sumat sibi hunc honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron, & sicut etiam ipsemet Christus non semetipsum clarificauit, vt pontifex fieret, sed qui locutus est ad illum: filius meus es tu, ego hodie genui te. Nam cum homo ex se vires non habeat ad tantum munus digne obeundum, non potest sine temeritate illud assumere, nisi vocetur à Deo, qui ei quem vocat, vires præbet, reliquis autem dare non tenetur.

Act. 1. v. 25. & c. 6. v. 7.

Ad Heb. 5. v. 4.

3. Sed nec sat est electum te esse à Deo. Nam & Saul electus à Deo est, Iudas à Christo Domino, & Nicolaus aduena ab Apostolis, qui tamen perierunt, ob id quod subiungit sponsa, *Vineam meam non custodiui*. Oportet igitur, vt factus vinearum custos diligentissime munus tuum geras, & vigilanter custodias, tum vineam animæ tuæ. quia nihil prodest vniuersum mundum lucrari, & animæ suæ detrimentum pati. Tum vero vineas proximorum tibi commissas, quæ licet plures sint, quia semper plures animæ vnius Pa-
A storis custodiæ committuntur, tamen diligens Pastor vocat eas vineam: quia ita debet custodire singulas, ac si vna tantum esset, & quamuis vineæ sint Christi, vocat vineam meam, quia per vnionem charitatis ad Christum, & proximos, ea quæ Christi sunt & proximorum, vt sua reputat, ac ita curat, vt propria quisque curare solet.

Sed placet bonam D. Bernardi addere interpretationem, vt intelligas ad hanc custodiam egregie præstandam, relinquenda tibi esse cuncta temporalia, quæ quacunque ratione possent impedire, & hoc est quod ait sponsa: *Posuerunt me custodem in vineis*. Et vt bene illas custodirem, *Vineam meam non custodiui*, id est neglexi vitam, salutem, & cuncta quæ ad me pertinebant, memor illius quod dixit Dominus, *Qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam*. Idoneus (inquit Bernardus) & plane dignus, qui ponatur custos in vineis, quem propria cura vineæ, à commissarum diligentia, & solicitudine non impedit, aut retardat. Dum non quærit quæ sua sunt, neque quod sibi vtile est, sed quod multis. Quamuis enim vinea animæ, quoad bona spiritualia, nunquam non sit custodienda, nec cura illius omittenda sit propter custodiam aliarum; tamen quoad temporalia iuste potest non custodiri, imo perfectissimum est vitam, & salutem corporis pro animarum lucris impendere, nam sic melius custoditur, iuxta illud: *Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam*. Vnde sicut sponsa de Apostolis inquit, quia posuerunt me custodem in vineis gentium, non custodiui vineam meam veteris Ecclesiæ, quæ mihi impedimento erat: ita qui factus est custos alicuius Ecclesiæ, potest, & debet non custodire vineam veteris hominis, & cuiuscumque rei, quæ sibi impedimento sit, ne sibi iniunctum ministerium debite exequatur: propter quod dixit Apostolus, eum qui Deo militat non se implicare negotijs secularibus, quæ à suo pro Christo, & C Ecclesia militia eum auertant, vt placeat Deo, qui eum ad hanc militiam vocauit, & bene militanti coronam & copiosam mercedem tribuet in secula seculorum. Amen. Pauca hæc de custodibus vinearum Ecclesiæ diximus, quia plura dicta sunt in tractatu de Episcopis, & Prælatis, sæpiusque de illis verba facienda sunt in sequentibus.

4. Serm. 30. in Cant.

Mat. 16. v. 25.

Ioan. 12. v. 25.

2. Ad Tim. 2. v. 4.

Lib. de perfectione spirituali part. 4 tract. 7.

EXPOSI-

EXPOSITIONIS MORALIS IN CANTICVM CANTICORVM

LIBER TERTIVS.

DE ARDENTI DESIDERIO SVPREMÆ *contemplationis, & dilectionis Dei: & de cognitione sui ipsius, aliisque studiosis operibus, quibus peruenitur ad ipsam.*

A

TEXTVS.

Cant. 1. v. 6. Sponsa orat. Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.
Vers. 7. Sponsus respondet. Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere & abi post vestigia gregum, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum.
Vers. 8. Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea.
Vers. 9. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis: collum tuum sicut monilia.
Vers. 10. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.



ERTIAM sponsæ precationem, & sponsi responsum ad eam cum perutili, iucundaque eius instructione continet hic liber tertius, in tres partes, & tractatus dispertiendus. Prima quidem erit de clariori, & ardentiori contemplatione Dei ac mysteriorum Christi Domini, quam sponsa petit, dum ait, *Indica mihi*, &c. Secunda vero de perfecta cognitione sui ipsius, & aliorum quæ in clariorem Dei cognitionem deducunt, ad quam sponsus exhortatur sponsam, cum inquit, *Si ignoras te*, &c. Tertia tandem de aliis virtutum exercitiis, & studiosis operibus, quibus ad hanc perfectionem obtinendam peruenitur, & pretiosa sunt ornamenta animæ, ad Dei contemplationem anhelantis, quæ cuncta sponsus variis similitudinibus tradit, dicens:

Equitatui meo, &c.

* *
*

PRIMA PARS LIBRI TERTII.

De clariori, & ardentiori contemplatione Dei, ac mysteriorum Christi Domini.

Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. Vers. 6.

EXHORTATIO I.

B *De mirabili modo quo tribulationes huius vitæ pariunt spiritum feruidæ orationis, & vehemens desiderium contemplationis Dei, quæ sit locus refugii.* Pro Dom. 4. post Epiphaniam.

Indica mihi, &c.

ADEST iam tertia, cæterisque ardentior sponsæ precatio innumeris plena mysteriis, & salutaribus monitis ad vitam contemplationem perfecte ediscendam, & adquirendam, valde conducentibus: Sed antequam in iucunda eius pascua ingrediamur, connectamus eam cum his, quæ de tribulationibus, ac ærumnis huius miseriæ vitæ hactenus pertractata sunt. Quas Dei prouidentia euenire iustis diximus, vt in virtutibus amplius proficiant, & in dies formosiores fiant: quid autem ingruentibus illis agendum nobis sit, hæc sponsæ verba satis insinuant. In lib. 2. Exhortat. 25.

Narrauerat enim plures, & graues ærumnas, quas in hoc mundo patiebatur, quibus valde C erat denigrata, & quod Sol, & æstus concupiscentiæ eam decolorauerit, ac filii matris eius pugnauerint contra ipsam, adeoque præualuerint, vt eo-

vt eorum vincas, propria neglecta custodire fe- A cerint: tot ergo tantisque malis oppressa, ad refugium orationis se confert, & coram dilecto sponso, à quo solo auxilium, & remedium sperat, animam suam fundit, dicens: *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.* Nomen autem *in meridie*, sicut supra diximus de sole, vsurpatur in Scriptura, & in bonum, & in malum. In bonum quidem, ad significandam magnitudinem lucis, ac ardoris, seu amoris, quem Sol iustitiæ efficit in iustis, maxime in valde perfectis. In malum vero, ad denotandam acerbitatem, quam Sol concupiscentiæ, & æstus tribulationis, & persecutionis efficit, in hominibus. Vtroque autem modo sumi potest in hac deprecatione, sed posteriorem nunc prosequemur; quem probant Cassiodorus, & Beda, nec non & Diuus Gregorius, qui de ardore vitiorum meridiem interpretatur. Quemadmodum igitur pastores, à quibus hæc metaphora desumitur, in B meridie, quando solis æstus valde vrget, quærunt locum vmbrosum, vbi se tueantur, & oues, ne lædantur à solis ardoribus: ita pia anima tentationibus, ac persecutionibus vexata vmbram diuinæ protectionis petit, & quærit, ne ab illis opprimatur: quo affectu flagrans orat, & dicit: *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.* Id est, O Domine, quem summe diligo, qui scis me à meridie tātarum afflictionum vexari, indica mihi locum quietum, securum, & vmbrosum, vbi tu pascis; & cubas, cum ouibus; & iustis tuis, quando huiusmodi æstus vrget, protegens eos, ne ab illo adurantur & consumātur; vt ego etiam illuc tendam, & simul cum eis protegar, *Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.* Timeo enim imbecillitatem meam: quod si id non indicaueris mihi, forte incipiam vagari; quærens alia loca quiera, & vmbrosa sodalium tuorum, te iniuria afficiens, & me turpiter maculans. Hæc sponsa: Iam quæ hic occluduntur C tribulationum antidota pandamus.

In hunc locum & lib. 10. Moralium vltimo.

Tribulationes mouere nos ad instanter orandum. §. I.

HINc enim in primis habemus, tribulationes & ærumnas ex altissima Dei prouidentia excitare iustos, & quasi compellere eos, vt ad ipsum per feruentes orationes accedant, à quo solatium, & auxilium opportunum expectant, ita vt vexatio ipsa det eis intellectum, & quodammodo imprimat spiritum orationis, doceatque modum instanter orandi, & meditandi cœlestia, & æterna, quibus & oblectentur, & vitæ reficiantur. Quod præclaris exemplis confirmemus. Anna enim Samuelis mater cum esset amato animo, eo quod esset sterilis, & æmula eius vehementer ei sterilitatem exprobraret, orauit ad Dominum flens largiter, multiplicauit preces, & effudit animam suam in conspectu Do- D mini: quæ omnia feruentissimam fuisse orationem indicant. Et rursum cum sic oraret, permisit Deus, quod summus Sacerdos Helei ebrietatem impingeret, vt hac superaddita exprobratione ad impetrandum quod petebat dignior redderetur. Sic etiam Tobias senior cæcitate percussus, & Sara Raguelis filia improperium

1. Reg. 1. v. 10.

Tobis 3. v. 1. & 7.

passa, Ionas à pisce deuoratus, Manasses Rex vinculis constrictus, & alij plurimi ipsi tribulatione eruditi didicerunt orare, & meruerunt exaudiri: vnde apud nos ortum est prouerbium, qui nescit orare, ingrediatur mare: nā ipsa tempestatum procella erit ei feruidæ orationis magistra: propter quod Dauid etiam de peccatoribus loquens dicit: *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine.* Id est, inuocabunt te, & ad te confugient, vt eruas eos ab ignominia, quam patiuntur, eo modo quo homo qui in facie recipit fœdum vulnus, licet præ rubore fugiat aliorum hominum conspectum, non tamen fugit medicum, sed potius quærit vt ab eo medelam obtineat.

Ionæ 3. v. 2. 2. Paral. 33. v. 12.

Psal. 82. v. 17.

Intuere Saulum Ecclesiam Dei persequentem, quem cœlestis medicus sanare cupiens, prius prostrauit, vt ad tertium vsque cœlum eleuet, cæcitate oculos percutit, vt ad videnda Dei arcana clarius aperiat, triduo fame, & siti vexat, vt spiritualibus paradisi cibis dulcius reficiat: & postquam medicum agnouit, primam habuit orationis vocem emisit, *Domine quid me vis facere?* Nō enim solum est interrogatio, sed humilis deprecatio dicentis; Obsecro Domine, indica mihi quid me velis facere, vt à tantis malis eripiar. Et hanc orationem illo triduo humiliationis prosecutum fuisse constat ex eo quod Dominus dixit Ananiæ: *Quære Saulum nomine Tharsensem. Ecce enim orat.*

Act. 9. v. 1. D. Aug. serm. 14. De sanctis.

Sed in eodem Paolo mirabilis apparet vicissitudo orationis, seu contemplationis, & tribulationis, non solum vt tribulatio humiliet, sed vt feruorem orationis augeat. Sic enim ait: *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satanæ, qui me colaphizet, propter quod ter Dominum rogaui, vt discederet à me.* En vbi stimulus carnis, & Angelus colaphizans (siue sit carnis concupiscentia, sine Hebræorum persecutio) non solum extollentiam cohibebat, sed impellebat ad orandum ter, id est frequentius, & instantius, ac ardentius petens ab illa vexatione liberari, sed dictū est illi: *Sufficit tibi gratia mea.* Nam gratia mea erit tibi instar vmbræ, quæ te protegat, ne ab ardore meridiei aduraris: ne scilicet tibi vel Sol concupiscentiæ, aut Sol superbiæ, & vanæ claritatis mundanæ noceat; sed potius sit maioris profectus occasio; quia virtus infirmitate perficitur.

Act. 9. v. 11.

2. Cor. 12. v. 7.

Eandem vicissitudinem experta est sponsa. Introducta enim fuerat in cellaria regis, magnamque ibi adepta contemplationem, & lætitiam: sequuta est solis decoloratio, & oppugnatio fratrum, nō despondet animum, sed feruentius orat dicens: Indica mihi, ô Domine, quem diligit anima mea, locum vbi pascas, & cubes in meridie: ostendens mihi vmbram sub qua protegar ab hoc tentationis ardore: vmbra autem mea & protectio mea tu es; esto ergo mihi in Deū protectorem, & in domum refugij, vt saluū me facias, à resistentibus dexteræ tuæ custodi me, vt pupillam oculi sub vmbra alarum tuarum protege me: quia tu Domine es virtus salutis meæ, obumbrasti super caput meum in die belli.

Psal. 30. v. 3. Psal. 16. v. 8. Psal. 139. v. 8. & Psal. 90. v. 4.

Sed audi quid speciale petat nunc à sponso. Non ait, vbi sis in meridie, *Sed vbi pascas, & cubes in meridie*; desiderans recipere pastum & quietem, quam in meridie tribulationum præstat ouibus 2.

onibus suis. Duo enim ingentia bona iustis tribulatis elargitur diuinus pastor, quæ his duobus verbis designãtur. Primo enim pascit eos, & reficit doctrina salutari & monitis, ac consilijs congruentibus, non solum, vt non deficiant, sed etiam vt proficiant, faciens, vt dicit Diuus Paulus,
1 Cor. 10. v. 13. cum tentatione prouentum. Nam licet in genere sciant rationes quibus se ad profectum exhortentur, tamen ipse Deus tunc applicat illas vnicuique prout oportet, & menti imprimit, vt illis
Thren. 1. v. 13. pascatur, iuxta illud Ieremiæ: *Misit de excelso ignem, & erudiuit me*; nam per ignem tribulationis, qui etiam vsque ad cordis interiora penetrat, multipliciter nos Deus erudit, vt non solum interno lumine, sed ipsa experientia dignoscamus propriam infirmitatem, & quam pendentes simus à Dei auxilio, sine quo perire necesse est: quamque oporteat in Deo ipso spem nostram firmiter collocare. Vnde per Oseam inquit Dominus:
Osea 2. v. 15. *Dabo ei vallem Achor ad aperiendam spem*. Id est, constituam eum in profunda valle turbationis, & tribulationis, vt portæ spei quæ illi clausæ videbantur, aperiantur ei, videnti quam mirabiliter eum à cunctis malis eripio: vnde etiam in hac valle aperiuntur oculi mentis, sicut per fel piscis
Tobiæ 11 v. 14. aperti sunt oculi Tobiæ cæci, vt intueantur Dei immensam bonitatem, & potentiam, magnamque de ipso spem concipiant.

Ideoque post hunc pastum, sequitur cubatio in meridie, & requies in ipsis tribulationibus vt quæ antea causa erant turbationis, incipiant esse causa quietis, vt sub illis cubent, qui prius illis
Isai 65. v. 10. torquebantur, iuxta vaticinium Isaiæ: *Erunt campestria in caulas gregum, & vallis Achor in cubile armentorum*. Greges enim ouium, id est imperfecti, pascuntur in pascuis campestribus, & planis, & ibi caulas habent, vbi quiescant, nam prosperis maxime reficiuntur, & increscunt: at armenta, id est perfectiores quique, etiam in ipsa valle Achor, & in medio tribulationum habent pascua, & cubilia, vbi possint requiescere; nam teste Apostolo,
Ad Ro. 5. v. 3. Iacobi 1. v. 2. gloriantur in tribulationibus, & omne gaudium existimant in illas incidisse. Vbi autem gaudium est, & gloriatio, ibi quies est, & cubile, ac vmbra refrigerans, à torquente æstu. Merito ergo sponsa desiderat, & postulat indicari sibi locum, vbi æternus pastor pascat, & cubet in hoc ardenti meridie, vt ibi secura esse possit. Locus autem iste, aut potius loca illa, sunt mysteria, in quibus solamen, refrigerium, & auxilium per eorum contemplationem inuenimus, vt tribulationes patienter, imo & gaudenter feramus, maxime autem Christi passionem & crucem, de quibus in sequentibus Exhortationibus agendum est fuse.

Quæ pericula moueant ad orandum in tribulationibus. § 2.

Alter titulus positus in Exhortatione sequenti. SED perpendamus iam duplicem titulum, quem adducit sponsa in hac deprecatione, vt citius exaudiatur. Subdit enim: *Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum*. Nihil enim ita iusti timent in tribulationibus, & ærumnis huius vitæ, quam occasione earum vagari post Dei hostes, solatium & remedium ab eis quærentes. Hi autem hostes sunt duplicis generis, quidam manifesti, siue dæmones sint, siue praui homines, qui ad vitia nota, & carnis illecebras inducunt: alij occulti, qui fingunt se amicos, & sodales sponsi, eiusque obteguntur pallio, sicut qui dicuntur lupi rapaces, pellibus ouium circumamicti. Et quidem carnales, ac mundani cum tribulationibus opprimuntur, multoties vagantur etiam post hostes manifestos, quærentes remedium, & solatium per ea quæ sunt clare prohibita: sicut qui fame, & inopia pressi, furantur, vel corpus turpiter prosternunt, instar Esau, qui Gen. 25. v. 32.
ita primogenita paruipendit, vt scienter ea pro lentis edulio venderet, dicens: *En morior, quid mihi proderunt primogenita?* Huiusmodi autem similes sunt Iudæis idololatris, quando in suis afflictionibus relicto vero Deo, ad idola confugiebant, & à falsis dijs auxilium implorabant. Sed hos hostes non timet hic sponsa, nec de eis loquitur. Quia perfecti viriliter eis resistunt, & Prou. 30. v. 9.
contemnunt illos: licet non omnino reijciendus sit hic timor, siquidem & Salomon petebat à Deo ne mendicitate premeretur: *Ne forte (inquit) egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei*. Multo ergo amplius timet vagari post Christi fictos sodales, & ab illis decipi, vt prætextu necessitatis, vel pietatis per media illicita, sed occulta, solatium, & remedium in suis pressuris quærant, aut oblatum accipiant, velut insignis ille Propheta, cui præceperat Dominus ne comederet, aut biberet in Bethel, misere à ficto 3. Reg 13. v. 18.
sodali deceptus est. Cum enim fatigatus ex itinere sedisset subtus terebinthum, venit ad eum senex suadens illi, vt secum reuerteretur, & comederet, viresque refocillaret. Illo autem contradicente, ait senex, *Et ego Propheta sum similis tui, & Angelus locutus est mihi in sermone Domini, dicens reduc eum tecum in domum tuam, vt comedat panem, & bibat aquam*. Et sic fefellit eum, transgressusque Dei præceptum, à leone occisus est. Hi autem falsi Prophetæ, & sodales ideo permittuntur tentare nos sicut dixit Moyses, vt palam fiat, Deut. 13. v. 3.
vtrum diligamus Deum ex toto corde, & in tota anima, an non.

Timens ergo anima Christi sponsa huiusmodi deceptiones, clamat dicens: *Indica mihi, vbi pascas*, &c. *ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum*. Id est, ostende mihi aperte, & manifeste 2. Cor. 11. v. 14.
locum vbi tu ipse Deus meus, & pastor meus pascis, & consolaris afflictos, ne decipiar ab Angelo Sathanæ transfigurante se in Angelum lucis, & incipiam vagari post illum, & eius sequaces, quærens ab eis leuamen, & subsidium, cum tamen à te solo Deo viuo, & vero illud velim expectare, quia re ipsa in nullo alio præter te potest inueniri. Hæc orat sponsa, duo valde proficua insinuans: alterum quod solus Deus potest has sodalium suorum, fallacias detegere, & propalare, vt ab illis fugiamus: iuxta id quod de Behemoth dixit Dominus: *Quis reuelabit faciem indumenti eius?* Iob 41. v. 4.
id est, quis alius nisi ego poterit nudare & amouere fallax indumentum, quo faciem suam operit, ne agnoscatur? Deus igitur est orandus, vt indicet nobis qui sunt veri, quive ficti sodales ipsius: quis verus locus solatij, & refugij in tribulationibus, aut quis tantum apparens & noxius: ne vagemur post illicita, dum licita sequi putamus.

Ad hoc autem multum iuuat alterum, quod sponsa innuit; nimirum firmiter decreuisse tu

nullo

nullo alio quam in Deo tribulationum nostrarum solatium, & refugium quærere per orationes, & cætera media ab ipso præstituta. Non enim deesse potest eius prouidentia, & protectio ijs, qui in suis afflictionibus illum inuocant, cum ipse dixerit: *Inuoca me in die tribulationis, eripiam te, & honorificabis me.* Ps. 49 v. 15. Oportet tamen quod illum inuoces, non præcise, vt te eruat: nam hoc est te ipsum, & proprium tuum commodum duntaxat inquirere; sed vt erutus illum honorifices, eiusque gloriam in hac ereptione quæras: eruet autem te in tempore opportuno cum tibi vtile sit futurum, interim autem consolabitur te, vt strenue valeas pugnare.

Nec enim sine mysterio petit sponsa locum refugij, *Vbi cubas in meridie.* Id est in eo puncto temporis, quo Sol vehementius vrit, & summum quem potest efficit æstum: vt significet iustorum tribulationes paulatim crescere: nec mox vt liberari petunt, exaudiri, sed interim Deum dissimulare; vt perueniant vsque ad meridiem, & vsque ad summum, & tunc clamantes exaudit, & maiori cum profectu, & gaudio eruat eos, iuxta illud quod Sophar dixit sancto Iob, cuius calamitates vsque ad summum peruenerant: *Quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam, & cum te consumptum putaueris, orieris vt lucifer, & habebis fiduciam proposita tibi spe.* Iob. 11 v. 17. Id est, quemadmodum interdum contingit, quod cum dies aliquis vsque ad vesperam fere nubilus fuerit, obscurus, & tempestate turbatus, tamen circiter vesperam fugatis atris nubibus lux splendida subito redeat, & splendens solis fulgor, qualis solet esse in meridie, repente appareat: sic post tot, tantasque calamitates, quas perpessus es, redibit tandem fœlicitas & desiderata lætitia, ac quies, & cum te iam pene obrutum putabis, orieris, velut lucifer, & stella matutina pulchre lucens in occursu suo, & deposita desperatione resumes fiduciam in Domino, proposita coram oculis tuis spe bonorum, quæ tibi sunt promissa.

Sed adhuc multa in his verbis Sophar latent mysteria nostro instituto satis congrua. Etenim præposterus ordo videtur dicere, eris sicut fulgor meridianus & orieris vt lucifer, Cum è contra dicendum esset, orieris vt lucifer, & peruenies ad fulgorem meridianum. Sed nihilominus optimum seruauit ordinem. Nam cum summa tribulatio conuertitur in summam lætitiam, & meridies vrens afflictionis in meridiem fulgentem fœlicitatis: hic meridies quamdiu iusti viuunt in hac peregrinatione, in dies oritur, renouatur & crescit, quia semper in sanctitate proficient, sicut scriptum est: *Cum consummauerit homo, tunc incipiet, & iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectam diem.* Eccl. 18. v. 6. Prou. 4. v. 18. Deinde etiam admonemur mutabilitates & vicissitudines inter prospera & aduersa, quæ vt supra diximus, in hac vita semper iustos comitantur. Sicut enim eadem stella, quæ orientem solem praecurrit, vocatur lucifer, cum vero solem occidentem subsequitur, vocatur hesperus, & vesper: sic idem homo, idemque iustus modo pressuris est niger, modo gaudijs est candidus, & speciosus. Plinius l. 2. c. 7. Promittitur ergo illi post meridiem tribulationis ingens meridiana, & præclara consolatio, in qua tamen orietur vt lucifer, vt meminerit propriæ mutabilitatis, nec abijciat omnino timorem, qui sanctos semper comitatur.

Sed Septuaginta versio secretiora mysteria indicat cum ait, *De meridie orietur tibi vita, & oratio tua tanquam lucifer erit,* Vide Pinedam. cuius forte sensus mysticus est, de meridie tribulationis æstuantis, & vrentis te, orietur tibi vita, salus, gaudium, & prosperitas, quia quando peruenerit calamitas ad summum miseriæ, Deus conuertet illam in vitam, exultationem, & gaudium. Nam vt verba sponsæ testantur, in hoc meridie Deus pascit & cubat, electosque suos reficit, & quietos reddit: quare semper orare debes, etsi videaris non exaudiri: nam cum putaueris te derelictum, & reiectum, oratio tua tanquam lucifer orietur, & proferet exauditionis fructum. Ps. 33. v. 6. In tribulationibus ergo tuis accede ad Deum, & illuminaberis, & facies tua non confundetur. Quod si moram fecerit, & dissimulare videatur, expecta eum, quia tandem exaudiet te, & ostendet tibi locum, vbi pascit, & cubat in meridie, conuertetque planctum tuum in gaudium, concidet saccum tribulationis, & circundabit te lætitia.

Confirmantur dicta ex historia nauiculæ fluctibus maris agitatæ. §. 3.

CVNCTORVM quæ diximus typus præcessit, quando ascendente Domino cum discipulis in nauiculam, *Motus magnus factus est in mari, vt nauicula operiretur fluctibus: Ipse vero dormiebat. Et accesserunt ad eum discipuli eius, & suscitauerunt eum dicentes: Domine salua nos, perimus.* Matt. 8. v. 24. Nauicula hæc Christi Ecclesia est, nigra sicut tabernacula Cedar propter procellas tribulationum, & formosa sicut pelles Salomonis, quia intra se tanquam intra tentorium continet verum Salomonem Christum Regem pacificum, sed dormientem: quia licet videat tempestatem maris, concitationem ventorum, & fluctus nauiculam operientes, dissimulat se videre, quia expedit illis huiusmodi pressuris angi, & contra fluctus & procellas pugnare, vt fortiores fiant & fidentiores. Vnde sicut aquæ maris nauiculam sustentant, & quasi vehiculum sunt, quo à ventis secundis agitato, in portum deducitur: eædem vero à ventis contrarijs, & vehementibus concitatæ fluctibus eam operiunt, & pene mergunt: ita Ecclesia à quibusdam hominibus, iustis nimirum Dei spiritu præmotis, defenditur, sustentatur, & in portum salutis æternæ deducitur. Ab alijs vero diabolico agitatis spiritu vexatur, & oppugnatur, & fluctibus tribulationum pene submergitur, de quibus sponsa dixerat: *Filij matris meæ pugnauerunt contra me, vineam meam non custodiui.* Quod est custos in vineis, est gubernator in nauibus. Sicut ergo propter vehementem horum fratrum oppugnationem non potui custodire vineam meam, ita nec gubernare nauiculam meam, quin multa damna pateretur à ventis, & procellis concutientibus illam. Et sicut interim dum fit hæc pugna, sponsus est quasi dormiens, sinitque eam oppugnari, vt vidimus, etsi vinea nonnihil detrimenti patiatur: ita similiter dum nauicula operitur magnis fluctibus, dormit intra

eam permittens discipulos periculis, & timo- A ribus torqueri, & angi. Sed propter quid hæc? vt sponsa oret, clamet, & dicat, *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.* Et vt discipuli accedant ad Iesum & dormientem suscitent, orent, & vehementer clament, *Domine salua nos, perimus.* Ipsæ enim pugnæ, procellæ & tribulationes compulerunt vtrosque vehementer orare, quia eorum salus & protectio in orationibus sita est. Oratio enim Deum

Ps. 43. v. 24. quasi dormientem excitat, cum ait, *Exurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finem. Quare faciem tuam auertis? obliuisceris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ?*

Quid dicis ô sponsa? *Indica mihi, vbi cubes in meridie.* Ecce in nauicula operta magnis fluctibus cubat. Ibi dormit, sed cor eius vigilat, quia

Marci 6. v. 48. periclitantes intuetur, & laborantes in remigan-

Psal. 90. v. 15. do contra ventos contrarios, videt. Intra te i-

Iob. 9. v. 23. psam est, cum tribulationibus concuteris, quia ipse dixit: *Cum ipsa sum in tribulatione*, tu ipsa cum oppugnaris, es locus vbi cubat in meridie vrente, quia pœnis innocentum ridet, & in eis quiescit ob magnum, quod ex illis capiunt emolumentum. Intra ergo in te ipsam, & cor tuum, ibi ora, & clama, & excita illum. Quod si id nescis, aut non vales exequi, vt cupis, ora & dic; Indica mihi Domine, locum istum, vbi cubas in meridie, introduc me intra cor meum, vt ibi orem, te alloquar, vt ibi tu me pascas, & tecum conquiescam: quia si tu mecum es, nulla mihi nocebit aduersitas: *Pone me iuxta te & cu-*

Iob 17. v. 3. *iusuis manus pugnet contra me.*

Ita igitur precare Dominum magna fide sine hæsitatione, & fluctuatione, ne dicat tibi Do-

Marci 4. v. 40. minus: *Quid timidi estis, modicæ fidei? nec dum habetis fidem?* vt in tuis fluctibus diffidentiæ operia-

Iacobi 1. v. 6. mini? Qui orat, inquit Diuus Iacobus, debet postulare. *In fide nihil hæsitans, qui enim hæsitat similis est fluctui maris qui à vento mouetur, & circumfertur. Non ergo æstimet homo ille quod accipiat ali-* C *quid à Domino.* Fluctuans fides non meretur exaudiri, aliquando tamen ex nimia benignitate Saluatoris, qui nouit figmentum nostrum & compatitur miseriæ nostræ, etsi modica sit nostra fides, exurgens imperat ventis & mari, & fit tranquillitas magna, vt hoc eius omnipotentiæ & benignitatis experimento increscat fides, roboretur spes, & amor augeatur. Quis non fidet omnipotenti Domino, cui mare & venti celeriter obediunt? Vix dixit eis, *Tace obmutesce*, cum mare conticuit, ventus obmutuit, & facta est tam magna tranquillitas, ac si nulla præcessisset tempestas. Indica ergo mihi Domine, vbi tu omnipotens, & benignus cubas in tribulationum meridie, cui ipse meridies obedit, & subditus est, nec potest amplius crescere, vel vrere, quam tu permiseris ei, ne vagari incipiam post sodales tuos, qui fragiles sunt, & infirmi, quibus venti, & mare non obediunt; sed potius obruunt, & mergunt.

Denique hæc deprecatio sponsæ speciem quandam querelæ habet, qua iusti conqueruntur apud suum patrem cœlestem de malis, quæ patiuntur, & de interna derelictione, quæ illa comitatur, & omnibus ærumnis est grauior, &

Matth. 27. v. 46. molestior. Cuiusmodi fuit oratio illa Christi Domini in cruce: *Deus Deus meus, vt quid dereliquisti*

A *me?* & altera Dauid: *Exurge, quare obdormis Domi-* Psal. 43. v. 24. *ne? quare faciem tuam auertis? obliuisceris inopiæ no-* Lib. de Isaac & *stra, & tribulationis nostræ?* Sic igitur sponsa (vt in- anima c. 4. sinuat Diuus Ambrosius) conqueritur hic de absentia sponsi, vnde tot illi mala prouenere. Ac si diceret; cur Domine recessisti à me? cur permisisti me à sole decolorari, oppugnari à fratribus, & quod vineam meam non custodirem? Si tu enim fuisses mecum, hæc mihi mala non contingerent. *Indica ergo vbi pascas, & cubes in meridie*, vt cuncta hæc mala recedant. Huiusmodi autem querimonia quando fit cum debita submissione & resignatione non displicet Deo: quando autem admixtum habet aliquid imperfectionis, quid sponsus respondeat in Exhorta- In §. 4. tione 14. videbitur.

EXHORTATIO II.

B *De puro & ardenti affectu diuinæ dilectionis* Pro Baptismo & transfigurationis Christi Domini. *orationi coniungendo, vt exaudiatur citius: & de nomine dilecti quod proprium est Christi Domini eiusque magnis præcellentiis.*

Indica mihi, quem diligit anima.

IN reliquis precationibus iam commemoratis sponsa nullo nomine suum inuocauerat sponsum, sed eo suppresso tantum dixit: *Osculetur me*, solum in genere dixit, *oleum effusum nomen tuum*, In hac autem tertia deprecatione, peculiari nomine eum nuncupat à dilectione desumpto dicens, *Quem diligit anima mea*, insinuans etiam titulum & rationem, ob quam exaudiri deberet. Nempe quia perfectissime diligebat eum, ac si diceret; O Domine quem anima mea diligit ad te dirigo orationem meam, quia te dili- C go, & scio quod audis diligentes te. Nam tu dixisti, *Si manseritis in me*; scilicet per amorem, Io. 15. v. 7. *& verba mea in vobis manserint, quodcumque volue-* Ps. 144. v. 19. *ritis petetis, & fiet vobis.* Nam si voluntatem timentium te facis, multo magis voluntatem amantium te, & deprecationem eorum exaudies. Nam sicut charitas omnia credit, omnia sperat, & omnia sustinet; ita etiam omnia impetrat. Sed de hoc plura superius diximus. 1. Cor. 13. v. 7.

Qualis dilectio requiratur ad impetrandum.
§. 1.

INSINVANT autem sponsæ verba, qualis debeat esse dilectio ista, vt quod petit impetret: nempe ardens, & pura: ardens in intentione, & vehementia affectus, & pura in intentione finis. Et ideo ait, *Quem diligit anima mea.* Id est, cui anima mea præ amoris vehementia est intime vnita, & in te tota transfusa, ad mo-

D dum quo Scriptura ait animam Ionathæ con- 1. Reg. 18. v. 1. glutinatam esse animæ Dauid. Hic autem diligendi modus valde Deum commouet, vt orationes audiat, nobisque succurrat, iuxta illud Psalmi, *Adhæsit anima mea post te* vel (vt legit Di- Ps. 62. v. 9. uus Augustinus) *agglutinata est anima mea post te: me suscepit dextera tua.* Dextera Dei est potestas, ac virtus eius erga nos in bonum nostrum cum

A

nos protegit, defendit, auxiliatur, exaudit, fouet, & mutat in melius. Tunc autem dextera Dei nos suscepit, quando anima nostra adhæ-

Ibidem.

„ ret, & agglutinatur post eum, notat autem Di-
„ uus Augustinus non dixisse psalmistam, ani-
„ mam adhærere Deo, sed post Deum: vt ille (in-
„ quit) præcedat, tu sequaris, qui enim vult De-
„ um antecedere suo consilio vult viuere, & non
„ vult sequi præcepta Dei. Cui dicet Dominus
„ quod olim Petro, *Vade post me Sathana, quia non*
„ *sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum.* Quare
„ quæ sunt hominum? quia antecedere me vis,
„ Vade post me vt sequatis me. Hæc Augustinus.

Matt. 16. v. 23.

Debet igitur anima diligens Deum adhærere post illum, vt ita vero ac perfecto amore diligat, quod eius vestigia sequatur, & præcepta custodiat. Vnde & sponsa propter hoc ait: *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas:* vt post eum vadat, quærat, & inueniat. Sed ad denotandam puritatem sui amoris, non ait (vt obseruat Diuus Bernardus) quem diligo, *Sed quem diligit anima mea*, quia hæc mea dilectio tota est ab anima, & nihil hic carnis intercedit: totus est amor spiritualis sine mixtione alicuius, quod ad carnem pertineat. Non nego quod caro mea etiam diligat te: imo multipliciter diligit, & desiderat te. Quia multis est implexa miserijs, quantum remedium à te expectat. *Sitiuit enim ad te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea.* Cæterum modo non carnis, sed animæ affectum exprimo. Anima & caro sitiunt Deum, & ad Deum clamant, ac petunt quæ sibi necessaria sunt ad vitam vnicuique propriam. Sed vt ponderat Diuus Augustinus, quando caro sitit, aquam sitit: quando anima sitit fontem sapientiæ sitit, id est caro sitit bona Dei, anima vero potissime sitit ipsum Deum omnium bonorum fontem, quem diligit propter se, iuxta illud, *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum*, & ideo citius exauditur & ipsum quem petit accipit.

Serm 33. in Cant.

B

Ps. 69. v. 2.

In eundem Psal.

Psal. 41. v. 3.

C

Sed forte non abs re dubitare possumus quare sponsa non allegauit dilectionem Dei erga ipsam, sed dilectionem ipsius erga Deum. Sicut enim superius diximus, sorores Lazari vt fortius exaudiri mererentur, non dixerunt Christo Domino; ecce qui te amat infirmatur, sed potius, *Ecce quem amas infirmatur.* Debuisset ergo sponsa dicere: Indica mihi ô Domine, qui diligis animam meam, & non è conuerso, quem diligit anima mea. Sed inter iustos, & Deum reciproci sunt huiusmodi affectus, diligere Deum, & diligi à Deo. Ideoque ex Spiritus sancti impulsu, modo vnum, modo alterum in oratione promunt, vt Deum alliciant: aliquando quidem sicut sorores Lazari, dum simul cum fiducia humilitati student, nihilque sibi arrogare, sed soli Deo cupiunt, amorem eius erga homines implorant; vt exaudiantur, aliquando vero ex eadem fiducia de propriæ conscientiæ interno testimonio concepta, suum erga Deum amorem proponunt, vt eis subueniat, simulque seipsos

Lib. 1. Exhort. 3 § 1. Io. 11. v. 3.

D

vrgent, vt ardentius Deum diligant, dum eum suum dilectum vocant, ideoque sponsa sæpius in hoc Cantico hoc nomine eum compellat, & nunc maximè cum maiora huius amoris efflagitat indicia, & media.

De duplici nomine Salomonis. § 2.

IAM quid sibi velit sponsa hoc nouo nomine, *Quem diligis anima mea*, explicemus. Est enim quædam descriptio, & declaratio huius nominis *dilecti*, quo sæpissime in hoc Cantico sponsum nuncupat. Et ideo necessarium iudicaui illud radicitus explanare, quod nec inutile erit, nec iniucundum. Ad cuius intelligentiam aduertendum est, Salomonem qui cœlestis sponsi in hoc dramate personam gerit, binomium fuisse. Primo enim vocatus est Salomon, id est pacificus, sic enim dictum est Dauid, *Filius qui nascetur tibi, erit vir quietissimus: faciam enim eum requiescere ab omnibus inimicis suis per circuitum, & idcirco pacificus vocabitur.* Deinde vocatus est *Idedia*, id est, amabilis Domino, vel dilectus à Domino: vnde de Bethsabe matre eius dicit Scriptura, *Vocauit nomen eius Salomon:* & mox subiungit, *Et Dominus dilexit eum, misitque in manu Nathan prophetæ, & vocauit eum amabilis Domino, eo quod Dominus diligeret eum.* En vtrumque nomen, sed primum à matre impositum, licet iuxta Dei oraculum; alterum vero à propheta vice ipsius Dei. Et quamuis nonnulli dixerint, hoc secundum non fuisse nomen proprium illius, sed appellatiuum, eo loquendi genere quo Scriptura sacra ipsas præclaras alicuius actiones, pro nominibus sumit, vt sunt illa nomina Christi Domini; accelera, spolia detrahe, admirabilis, pater futuri seculi, princeps pacis; tamen vero similius est quod Diuo Hieronymo, & alijs placuit; fuisse nomen proprium illius, multoque splendidius, & honorificentius, quam nomen Salomonis: nam pacis splendor, quem hoc significat, ex eo quod à Domino est dilectus, ortum habuit, vnde etiam promanauit, quod hominibus esset amabilis, ab omnibusque dilectus. Quo nomine compellauit eum mater ipsius cum dixit, *Quid dilecte mi? quid dilecte vteri mei? quid dilecte votorum meorum?* Quæ trina dilecti vocatio maternum indicat affectum erga filium exoptatissimum, in quem omnia sua tendebant vota, & desideria; & quem summis precibus à Deo impetrauit, cuique vitam, salutem, & regnum ardenter concupiuit.

Rex Salomon fuit binomius.

1. Par. 22. v. 29.

2. Reg. 12. v. 24.

Isa. 8. v. 3. & cap. 9. v. 9.

In initio Ecclesiast. & Psal. 44. & Abulensis. 2. Reg. 12. q. 17.

Prou. 31. v. 2.

Hæc autem omnia in figura contigerunt Salomoni, quatenus vtroque nomine personam Messiæ Christi Domini gerebat; sed multo speciosius hoc secundo; vnde sponsa Salomonis nomine in hoc Cantico, nonnisi rarius vtitur, coniungens illud cum pronomine regis, quod maiestatem indicat & excitat reuerentiam. At nomen dilecti passim vsurpat; adiungens pronomen, meum, quod tenerrimum conciliat amorem: nam licet nomen *dilectus*, absolute sumptum, significet potissime dilectum à Deo; tamen quia etiam est dilectus ab hominibus, sponsa adiungit pronomen meum, propter nimium, quo eum amore prosequitur: aut etiam eo modo loquendi, quo nos hoc pronomen iungimus nominibus proprijs eorum, quos ardenter amamus: sicut cum dicimus, mi Petre, mi Francisce; & sicut Salomonis sponsa amoris ergo possit eum nuncupare, mi Salomon, aut meus Salomon; ita vocat eum dilectus meus, & dilecte mi.

Cant. 3. v. 7. & 9. & 11.

Christi nomen esse dilectum, & à Patre, & ab Ecclesia. §. 2.

EST igitur nomen, dilectus, proprium solius Christi Domini; ei per antonomasiam attributum sæpius in Scriptura, maxime in Psal- *Psal.* 44. mo 44. qui totus est de Christo, & eius spiri- *Ps.* 67. *v.* 13. tualibus nuptijs cum Ecclesia; cuius inscriptio *& Ps.* 28. *v.* 6. est, *Canticum pro dilecto*, in quo breuissime Dauid perstrinxit, quæ fusius Salomon in hoc Cantico Canticorum nomine eiusdem Christi de- *Isa.* 5. *v.* 1. cantauit. Dicitur autem antonomastice, *Dilectus*, eo quod conueniunt ei omnes rationes & causæ dilectionis respectu Dei, Angelorum, & hominum, quæ mente possunt comprehendi. Inprimis enim qua ratione filius est vnigenitus æterni Patris eminentissime & singulariter vocatur amabilis Domino, & dilectus quem sic bis nominauit Pater. Primo in baptismo, cum præ humilitatis magnitudine formam & imaginem peccatoris induit, & sacramentum instituit, B quo lanctificaret sponsam sibi assumendam; *Ad Ephes.* 5. *v.* 26. mundans eam (vt ait Paulus) lauacro aquæ in verbo vitæ; vt autem Ecclesia cognosceret *Matt.* 3. *v.* 17. quem sponsum acceptura erat, *Ecce vox de cælis & c.* 17. *v.* 5 (subaudi facta est) *dicens, hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui:* Dictio, ecce, rem nouam demonstrat, & admirandam, ac inauditam, nempe nouum & præclarum nomen eius qui putabatur homo purus, qui tamen vere est dicendus filius Dei, summeque dilectus ab ipso, in quo sibi complaceat æternus eius Pa- *c.* 17. *v.* 5. ter. Iterum autem sonuit eadem vox de cælo in transfiguratione, cum Christus statum repræsentabat suæ gloriæ, ac exaltationis futuræ post passionem, vt sponsa clarius intueretur, ac perciperet sponsi sui eximiam gloriam, ad quam ipsa per illum euehenda erat. In vtroque autem statu fuit summe dilectus à Patre, & cum traditus est pro nobis ad mortem, & cum exaltatus C est in regnum. Quem amorem amplificauit Di- *Ad Col.* 1. *v.* 13. uus Paulus, cum dixit, quod Deus Pater *Transtulit nos in regnum filij dilectionis suæ*: id est, filij vnice præ omnibus dilecti; imo qui non tantum sit dilectus, sed sit ipsa dilectio, ipse amor, quo nihil dilectius & amabilius dici potest; eo genere locutionis quo nos vulgari sermone amplificationis gratia diceremus, *Hijo de mi amor y el mismo amor.* Vnde Origenes ait; Hoc nouo nomine *Hom.* 1. *ex quatuor.* Christum à sponsa compellatum, quia filius est charitatis, ipsaque dilectio.

2. Hinc etiam est quod Christus Dominus dicatur per excellentiam dilectus, non solum à Patre, sed etiam ab Ecclesia sponsa ipsius, & à singulis animabus, quæ hoc insigni sponsæ cognomine decorantur; quia nullus vnquam fuit, nec est, aut erit, qui sic diligi mereatur, ac Christus Dominus, propter infinitas diligendi rationes, quæ in eo concurrunt, ob eius immensam pulchritudinem, sapientiam, bonitatem, D mansuetudinem, & cæteras perfectiones. Nec est qui ita vnquam dilectus fuerit, ac ipse diligitur ab electis & amicis suis. Et hoc secundum magis exprimit nomen, *Dilectus*, quo actualem dilectionem significat, qua iusti prosequuntur Christum, diligunt enim illum in vtroque statu illo, quo à Patre vocatur dilectus, siue in sta-

A tu mortalitatis, passionis, & ignominiæ, quem præ se ferebat in baptismo, siue in statu immortalitatis, exaltationis & gloriæ, quam repræsentabat transfiguratio: nam vilia ipsius sunt valde amabilia, & per ea peruenitur ad gloriosa. Vnde sponsa paulo post nomen dilecti meradiunxit Christo cum eum vocat fasciculum myr- *Cant.* 1. *v.* 12. thæ, ob passionem, & botrum Cypri, ob resurrectionem, vt ibi latius dicemus.

Deinde diligunt illum amore purissimo, & excellentissimo, vt respectu ipsius quasi nihil aliud videantur diligere, & ipse sit quasi vnicus dilectus. Vnde sponsa prius quam nomine dilecti vtatur, eius vim hic describens, ait; *Quem diligit anima mea.* Ac si dicat; Hoc te nomine proprio nuncupo, quia nihil prorsus, ita vt te diligo; & tu per antonomasiam es quem diligit anima mea. Vnde & iusti implentes, vt queunt, dilectionis præceptum, diligunt eum ex toto cor- *Matt.* 22. *v.* 37. de, ex tota anima, ex tota mente, & ex omnibus viribus suis: pro ipso libentissime cuncta sua bona relinquunt, & profundunt; quinimo honores, delicias, salutem, & vitam negligunt, eamque incredibilibus tormentis, etiam vsque ad diram mortem alacriter offerunt: nouosque modos inuenire gestiunt, quibus suum erga illum ardentem testentur amorem: quæ omnia etiam complexa videtur sponsa, dum ait, *Indica mihi quem diligit anima mea.* Anima, inquam, mea, etsi tot tribulationibus denigrata, tot æstibus tentationum decolorata à sole, tot oppugnationibus impetita à filijs matris meæ, & tot laboribus fatigata, adhuc te diligere non cessat, *Quia aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem,* *Prou.* 31 *v.* 2. *nec flumina obruent illam.*

Vnde hac vehementia amoris, quasi in ecstasim rapta ait, *Quid dilecte mi, quid dilecte vteri mei,* *Cant* 8 *v.* 6. *quid dilecte votorum meorum?* Quid loquar tibi, quid tibi faciam, quid tibi exhibeam? in quo meam erga te dilectionem ostendam? quid me vis facere? quid me vis pati? Trina enim hac repetitione suam eximiam dilectionem indicat. Primo dicit *Dilecte mi*, sine aliqua additione; ad significandam naturam ipsius diuinam, propter quam primo & præcipue est summe dilectus. Secundo addit, *Dilecte vteri mei*; id est, dilecte vterini; quia eiusdem est naturæ nobiscum, vt homo, vel idem est dilecte vteri mei, quod dilecte viscerum meorum; sed tertio superaddit, *Dilecte* *Aggri.* 1. *v.* 8. *votorum meorum*; quia aduentus eius in carne diu, multumque est desideratus, & summis precibus, ac votis impetratus à Deo, ardentibus etiam desiderijs modo à Sanctis concupiscitur, qui cum Isaia dicunt, *Anima mea desiderauit te in noctis, & spi-* *Isa.* 26 *v.* 9. *ritu meo in præcordiis meis, de mane vigilabo ad te.* Ad eum etiam diriguntur omnia iustorum vota, intentiones, & actiones; vt illi vniantur. Vnde hoc nomine præ alijs libentius vtuntur, nec solum vocant dilectum, sed dilectionem; pro qua *Cant.* 8. *v.* 7. cum dederint omnem substantiam domus suæ, quasi nihil despicient eam, & ignifer martyr Ignacius Ieium vocabat amorem meum. O amor meus, quid vocabo te? tu præcipis vt diligam te ex toto corde, anima, mente, & viribus meis: en voco te dilecte virium mearum, viscerum & præcordiorum meorum: vtinam diligam te, sicut diligor à te, vt tu sis dilectus meus, sicut ego sum dilectus tuus, quia deli- *In epist. ad Rom.*

ciætuæ

ciæ tuæ sunt esse cum filijs hominum, & ab illis A diligi.

Ea enim est benignitas Saluatoris, vt sponsam suam huius nominis etiam participem fecerit, quia diligentes se diligit, imo dilectione præuenit. Vnde sicut Ecclesia à pacifico vocata est pacifica, sic etiam in hoc Cantico à dilecto vocatur dilecta, quia sponsa est pacifici & dilecti, imo & per antonomasiam dilecta vocatur, quia etiam præ Angelis est dilecta, quatenus sponsus filius Dei, *Nunquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit*; & in signum dilectionis naturam assumpsit, non Angelicam, sed humanam; & sic Deus dilexit non cœlum, cuius incolæ sunt Angeli, sed mundum quem incolunt homines, vt filium suum illis daret, & pro ipsis homo fieret. Vnde etiam fit omnes fideles qui partes sunt Ecclesiæ, sicut participes sunt nominis filij Dei per adoptionem, sic & nominis dilecti Dei, vel dilecti à Deo: sicut sæpius eos nuncupat Diuus Paulus. Curandum est ergo vt nomen nostrum B honorificemus, ne maneat in nob.s inane, ne dicatur alicui, nomen habes quod viuas, & mortuus es, seu nomen habes dilecti, & es odio habitus; quia non diligis diligentem te, & à non dilectione præuentus es. Quare si vis vere vocari dilectus à Deo, esto vere diligens Deum, vt possis eum nuncupare, *Quem diligit anima mea*. Imitare sponsam, quæ hoc nomine gloriatur, & eo se ad ardentius diligendum vrget, vt egregie perpendit Diuus Gregorius Nyssenus his verbis: Renuncia mihi, quem diligit anima mea; ita te nomino, quoniam nomen tuum superat omnem cogitationem, & intelligentiã, nec vniuersa natura particeps rationis id effari potest, aut comprehendere. Nomen ergo tuum est meæ animæ ad te habitudo: quomodo enim te non diligam, qui me sic dilexisti; etiamsi adeo nigra essem, vt animam tuam posueris pro ouibus tuis; quas sic pascis? Non potest cogitari hac maior dilectio, quam tua anima meam permutare lalutem. Hæc Nyssenus optime declarans dulce nomen Dei esse, quo significatur habitudo animæ ad Deum, habitudo, inquam, animæ diligentis ad Deum dilectum, & animæ dilectæ ad Deum diligentem; in quo cuncta nostra salus, perfectio, & felicitas consistit in secula seculorum. Amen.

Cant. 2. v. 2. & c. 5. v. 5. — Ad Heb. 2. v. 16. — Io. 3. v. 6. — Ad Rom. v. 6. 1. ad Thess. 1. v. 4. 2. ad Thess. 2. v. 12. — Hom. 2. in Cant.

EXHORTATIO III.

Pro Festo assumpt. circa Euang. de Martha & Maria.

De perfectione vtriusque virtutis actiuæ & contemplatiuæ in quibus Christus pascit animas & pascitur ab illis, cubat & cubare eas spiritualiter facit, & de distractionibus, aliisque contemplationis impedimentis auferendis.

Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi cubes in meridie, ne vagari; &c.

ANIMA quæ ardenter Deum diligit, diligitur ab eo cui Deus est dilectus suus, & ipsa vicissim est dilecta illi; nihil intense cupit, quam scire locum, viam, & modum quo obtinere possit clariorem ipsius cognitionem, & ardentiorem dilectionem. Hoc desiderium explicat sponsa, cum ait, *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie*. Emphasim autem magnam habet verbum indica mihi, quod ad sponsum tanquam ad præsentem dirigitur, cum tamen absentem supponat, sic quidem locum scire desiderat vbi pascat & cubet, vt illuc eat ad quærendum illum: nam simul Deus animæ oranti, & contemplanti potest esse præsens & absens. Præsens quidem per fidem, cuius lumine licet obscuro intuetur Deum vbique astantem, omniaque sua diuinitate replentem, sustinendo inuisibilem, ac si oculis corporeis illum videret. Est tamen absens, quatenus clariorem illius cognitionem abscondit, quam anima habere desiderat, ipsius præsentiæ dulciores effectus cupiens experiri, vel mœstitia, vel pusillanimitas, vel mentis euagatio, aut quæuis alia ab ea auferatur imperfectio. Quo affectu inquit, *Indica mihi*, non ait, dic mihi, sed indica; id est, demonstra, & quasi digito ostende; nam ex auditu vellem transire ad visionem, sicut qui dicebat, *Auditu auris audiui te; nunc autem oculus meus videt te*. Si ergo vis ad Dei contemplationem ascendere, & in ea eum quasi præsentem videre, & experiri, à fide incipe, illam exerce: crede eum esse præsentem cum oras, ac ita ora, loquere, & cuncta facito ac si eum videres, quia scriptum est, *Nisi credideritis, non intelligetis*.

Ad Heb 11. v. 27. — Iob 42. v. 5. — Isa. 7. v. 9. iuxta Sept.

Hoc ipsum amplius exprimit nomen, *Meridies*, quod vel regionem, aut partem diei significat, in qua sol clariores & ardentiores suæ lucis radios emittit, qui non solum frigidas pellant, & obscuras tenebras, sed etiam vmbras: istæ enim cessant cum sol in meridie eleuatur, & ita significat cognitionem Dei ea claritate luminis, & amoris ardore, quæ ab anima in hoc exilio desiderari, & obtineri potest. Anima enim C dilectrix & dilecta semper ad maiora & suprema aspirat, donec ad meridiem, seu diem perfectam ascendat. Nam, vt supra diximus, à maximo Deo maxima dona ingenti fide petenda sunt; sicut dicebat Moyses, *Ostende mihi gloriam tuam*, & Philippus, *Ostende nobis Patrem*. Sic sponsa supremum optat contemplationis apicem, ad quem tamen suis gradibus peruenitur, qui insinuantur duobus illis verbis, *Vbi pascas, vbi cubes*; id est, vbi tu pascas oues tuas, & cubare eas facias in meridie, aut vbi tu ipse pascas, & te reficias, ac cubes, & requiescas. Vtrumque enim sensum admittunt hæc verba; licet magis priorem, iuxta illud quod per Ezechielem dicit, *Ego pascam oues meas, & accubare eas faciam*.

Lib. 1. Exhort. 2. §. 3. — Exod. 33. v. 26. — Io. 14. v. 8. — Ezech. 34. v. 15.

De pastu spirituali, operibus vitæ actiuæ & contemplatiuæ. §. 1.

D AD quorum intelligentiam meminisse oportet duplicem esse vitam, scilicet, actiuam, & contemplatiuam, quarum opera & exercitia significantur per duas sorores Martham, & Mariam; de quibus scriptum est, quod intrauit Iesus in quoddam castellum, nempe Bethaniam, vbi Martha nimis solicita Christo ministrabat, & eum ad mensam pascebat cum discipulis suis: Maria vero sedens secus pedes Domini, audiebat

Luc. 10. v. 40.

bat verbum illius, & pascebatur ab illo. Vtrique A autem sorori congrua salutis monita ibi præstabat. Quid interrogas ô sponsa, & quid petis locum vbi sponsus pascat, & cubet in meridie? Ecce Bethania, quæ interpretatur domus obedientiæ, vbi Martha & Maria degunt, locus est vbi sponsus tuus pascit, & cubat, ibi eum quære, & inuenies eum, in operibus nimirum vitæ actiuæ, & contemplatiuæ, ex ipsius obedientia & directione patratis. Sed explicemus qua ratione id fiat sub metaphora qua sponsa vtitur pascentis & cubantis in meridie. Notum est discrimen inter ouium pastum & cubitum; oues enim dum pascuntur, non hærent in vno loco, sed vagantur, & discurrunt ab vna parte prati in alteram, intra limites tamen à pastore præstitutos: postquam vero pastæ sunt, ad æstiua tendunt, ad loca vmbrosa deducuntur, vbi requiescunt, ruminant, & ab ardoribus solis proteguntur. Idemque contingit in operibus vitæ actiuæ & contemplatiuæ.

Christus enim optimus rationalium ouium pastor, primo dirigit illas per opera vitæ actiuæ, quæ exercitio pascendi assimilatur. Nam per varia opera diuagatur, nunc hæc, nunc illa exercendo; sicut Martha quæ solicita erat, & turbabatur erga plurima, huc illucq; discurrens dum Christo & Apostolis inseruiebat, suisque facultatibus pastum præbebat corporalem, sed eisdem operibus pastum ipsa recipiebat spiritualem. Nam dum Christus Dominus inspirat efficaciter nobis huiusmodi opera obedientiæ, & misericordiæ, vere pascit nos, & reficit bis operibus virtutum, quæ cibi sunt spirituales animæ;

Io.6.v.27. de quibus dixit, *Operamini non c bum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quam filius hominis dabit vobis*, quia sicut bonus pastor hunc cibum præbere nobis cupit, quo ad vitam nutriamur

Io.4.v.34. æternam: quo etiam seipsum pascebat, cum dixit, *Cibus meus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, & perficiam opus eius.* Quam vberrima au- C

Ps.22.v.1. tem sint ista pascua, declarauit Psalmista, dicens. *Dominus regit me, seu, Dominus est pastor meus; & nih l mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit; super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit; deduxit me super semitas iustitiæ, propter nomen suum.*

Omnes igitur semitæ Iustitiæ, & cuncta sanctitatis opera ad pascua, & pabula spiritus pertinent, quæ nunquam deerunt animæ, quam pastor Christus dignatur benignus regere. Ad ipsum quidem pastorem spectat oues deducere, in loco pascuæ collocare, & educare: ad oues vero, pastorem sequi, eius voci obedire, & eo tendere, quo eas deducere & pascere voluerit: Ideoque sponsa ait, *Indica mihi vbi pascas*; id est, ô pastor mi, demonstra mihi ea opera, & virtutis exercitia, quibus me pascere disponis, & cupis: ad te enim qui pastor es, pertinet hæc mihi indicare, quæ ego libenter perficiam, & illis audi de etiam pascar: quibus etiam tu ipse pasceris, D

Apoc.3.v.20. quia meis bonis operibus quasi reficeris & oblectaris.

Post pastum autem vitæ actiuæ, alium Christus Dominus ouibus suis pastum præbet operibus vitæ contemplatiuæ, quæ sunt; audire verbum Dei, sacros ac pios libros legere, diuina mysteria meditari, orare, laudare Deum, gratias agere, & alia huiusmodi, quæ citra dubium dulciores & delicatiores, ac valde vtiles sunt spirituales animæ cibi; quibus Deus iustum pascit, iuxta dictum Ecclesiastici, *Cibauit illum pane vitæ, & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potauit illum.* Eccl.15 v.3.

Et adductam metaphoram amplificans per Ezechielem, de ouibus suis ait, *In pascuis vberrimis pascam, & in montibus excelsis Israel erunt pascua eorum; ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel.* Ezech.34. v.14.

Hi autem montes excelsi Israel sunt Scriptura sacræ, in quibus diuina mysteria nobis reuelata continentur: excelsi quidem propter sensuum & mysteriorum sublimitatem: Israel vero quia specialiter sunt pastus eorum, qui Dei contemplationi ac visioni vacant: quiescunt vero in herbis virentibus, id est, ingenti spirituali gustu remorantur in meditandis sacris mysterijs, & salutaribus monitis, quæ deducuntur ex illis, aut in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, quæ animam B reficiunt: nam proprius orationis fructus est spiritum reficere, & deuotionis affectibus impinguare. Legentes autem, & meditantes in boc etiam assimilantur ouibus pascentibus, quæ non vni hærent loco, sed per pascua vagantur; quia legentes diuersas percurrunt veritates: meditantes autem, varie discurrunt circa illas indagantes causas, effectus, & circumstantias, quæ ad veritatis penetrationem deducunt, & quandiu durat meditatio, durat inquisitio, quæ viam parat ad quietam contemplationem; de qua Dauid ait, *Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram*; id est, hactenus exquisiui te per opera vitæ actiuæ, quærens tibi placere, & non alijs, nisi propter te: deinceps autem etiam faciem tuam requiram, intendens te cognoscere, & faciem per contemplationem intueri; quæram autem meditando, vt te quiete intuear contemplando. Ps.26.v.8.

De cubitu, & quiete perfectæ contemplationis.

§. 2.

HInc fit perfectam contemplationem, quæ significatur per Mariam sedentem secus pedes Domini audiendo verbum illius, magis assimilari quieti, quæ est post pastum, quam sponsa desiderat, eum inquit, *Vbi cubes in meridie.* Quemadmodum enim oues in æstiuis cubant ad requiescendum, & ruminandum, vel capiendum somnum; ita post opera vitæ actiuæ peruenitur ad exercitia contemplatiuæ, tum vt anima à negotiorum externarumque actionum labore paulatim conquiescat; tum vero vt ruminet, & reflectatur super actiones quas peregit, examinando modum quo peractæ sunt, vel vt ruminet, ac perscrutetur mysteria fidei, ex illisque fructum ac spiritualem gustum accipiat; aut tandem, vt dulcem contemplationis somnum capiat, in quo dormientibus sensibus externis mens & cor vigilet Deo, quieto silentio ipsius intuitioni vacans; de quo somno sæpius in hoc Cantico adiurantur filiæ Ierusalem, ne suscitent dilectam quoadusque ipsa velit. Iste autem somnus & cubitus vocatur meridianus, seu captus in meridie, ex triplici causa. Prima propter claritatem luminis, & charitatis ardorem, quæ in contemplatione communicantur à sole iustitiæ ani- Cant.5. v.2. Cant.2. v.7.

animam illuminante, & inflammante instar virtutis, quam sol exerit in meridie, sicut de Christo Domino dicitur, quod facies erat sicut sol lucet in virtute sua. Et de Abraham cum illi tres Angeli apparuerunt, refertur quod sedebat ad ostium tabernaculi sui in ipso feruore diei; addenotandum internum charitatis feruorem, quo peregrinos expectabat, & abundantiam lucis, qua fulgebat ad diuina intuenda mysteria. Quo sensu Dauid de eo qui delectatur in Domino, & sperat in eo, inquit, *Et educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem.* Hoc est, faciet quod tua iustitia & sanctitas splendescat sicut lumen solis, & iudicium rationis, quod in te est, tanquam sol in ipso meridie refulgeat. Altera causa est, quia sicut somnus meridianus non est tam longus, ac nocturnus, sed breuis ad paulatim requiescendum, vt iterum ad pascua, vel ad labores reuertatur: sic contemplatio huius vitæ ob negotia, ac necessitates occurrentes, longior esse nequit. Propter quod Diuus Ioannes (vt obseruat sanctus Gregorius) factum esse dicit silentium in cœlo, quasi hora dimidia: nam contemplatio etiam in viris perfectis, qui cœlum Dei dici meruerunt, vix attingit dimidium perfectionis, quam habet contemplatio alterius vitæ, parumque durare solet. Quod gemens Diuus Bernardus dicit; Heu rara hora! breuis mora, nam tarde venit, & cito recedit: & illi maxime, qui vitam ex vtraque mixtam profitentur, ita contemplationi vacant, sicut qui dormit in meridie, vt ad consuetas erga proximos actiones redeant: quod si pernoctent, sicut Christus Dominus, in oratione Dei, adhuc eorum requies est velut pomeridiana, quia nox est illuminatio eorum in delitijs suis, vt recuperaris viribus prædicationi, & pijs negotijs fortius insistant.

Apoc. c. 1. v. 16.
Gen. 18. v. 1.
Psal. 36. v. 6.
Apoc. 8. v. 1.
Lib. 30. Moral. c. 12. & hom. 4. in Ezech.
Serm. 32. in Cant.

Adhuc superest tertia causa, cur contemplatio cubitui meridiano comparatur, videlicet quia sicut locus vmbrosus protegit oues à solis ardoribus, ne illis lædantur; ita contemplatio animam abscondit, & protegit à tentationibus & æstibus huius vitæ; iuxta illud, *Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum; proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum.* Ab hac enim conturbatione nemo melius protegitur, quam dum per contemplationem intra Deum absconditur, & ibi cum Deo pascitur, & cubat in meridie.

Psal. 30. v. 21.

Habet autem emphasim verbũ *Indica*, quod est, intus inspira, illumina, & ostende, quid, & quomodo legam, mediter, & contempler quæ mihi expediunt, & tibi placent; nam (sicut docet Diuus Paulus) *Quid oremus sicut oportet, nescimus, sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus;* quia licet in genere ex fide, ex Scriptura & scientia theologica, sciamus quæ sunt petenda, & modum petendi; tamen in particulari, & in praxi id ignoramus, nisi diuinus Spiritus nos ad orandum, vt oportet, dirigat, moueat, & inflammet. Idemque prorsus dicendum est de meditatione, ac contemplatione mysteriorum Dei: nam (vt optime docet Diuus Bonauentura) nisi allocutio, vel inspiratio diuina mentem ad meditandum excitet, & inspiret spiritui, quid, quando, & quomodo de diuinis sit meditandum, humana meditatio vana & inutilis remanet, nec in ea charitatis, sed vanitatis, aut cupiditatis exardescet ignis.

Ad Rom. 8. v. 26.
De itineribus æternitatis itin. 2. §. 5.

De passionibus, & mentis distractionibus ex Dei adiutorio reprimendis.

§. 3.

Hoc satis insinuat sponsa in subiunctis verbis, dum suæ postulationis causam reddit, dicens, *Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.* Ac si diceret; Quia nisi tu ostendas locum vbi pascis, & me in oratione & contemplatione instruas, vagabor per vanas, inutiles, & noxias cogitationes & affectiones, quas nisi tua dulcis præsentia protegat, reprimere nemo valet: Vere enim (inquit Diuus Gregorius) in quo Christus non cubat, vagatur; quia mens, quam suauis ille, & ponderosus Christi spiritus non implet, multis distractionibus dissoluta circumfertur. Propter quod dixit Sapiens, *Sicut parturientis cor tuum phantasias patitur, nisi ab Altissimo fuerit emissa visitatio.* Quemadmodum enim mulier prægnans & partui vicina, patitur animi deliria, & vana phantasmata, propter quæ sæpe stulta, aut indigna loquitur, & appetit, & quasi extra se rapitur; ita homo aliquo vitio, passione, vel affectione praua, quasi fœtu intra ipsum existente, grauatus, patitur innumeras animi distractiones, cogitationes vanas, inutiles, & fatuas, desideria phantastica & monstruosa, circa res quas ardenter amat. Nunquid non auarus, ambitiosus, & lasciuus instar prægnantis, ac parturientis machinantur, somniant, & effingunt multa, aut impossibilia, aut vana & noxia circa diuitias, honores, & voluptates acquirendas, vel conseruandas, & augendas? Interim quosdam patiuntur raptus mentis in hisce cogitandis, & appetendis, vnde in plurima prolabuntur peccata; nam radix omnium malorum est cupiditas, propter quam multi (teste Diuo Paulo) *inciderunt in tentationem, & in laqueum diaboli; & in desideria multa inutilia & nociua, quæ vergunt homines in interitum, & perditionem.* Apposite autem dixit Ecclesiasticus, cor pati has phantasias, quia multoties non sponte eas habet illas, sed potius patitur eas immissas à passione prædominante, vel à diabolo tentante; & ideo in psalmo vocantur immissiones per angelos malos, vi quadam intra cor iniectæ, quas anima mox repellere tenetur: nam si libere admittat, iam errat, & vagatur post greges vitiorum, sicut illa cui dictum est, *Vsquequo deliciis dissolueris filia vaga?*

In hunc locum.
D. Bonau. vbi supra.
Eccl. 34. v. 9.
1. ad Tim. 6. v. 9.
Ps. 77. v.
Ier. 31. v. 22.

Sed hoc molestius etiam ipsis iustis, in quibus natura corrupta, quasi mulier parturiens propter fomitem & rebellionem partis sentientis, quæ fætus est, ac mala proles originalis peccati, phantasias patitur inutilium cogitationum, vt vix possit contineri, nisi ab Altissimo veniat visitatio. Solus enim Altissimus visitans animam, & suis illustrationibus, ac inspirationibus diligens, has futiles vagationes comprimit, cogitationes coercet, ne sicut lamentabatur Iob, dissipentur, torquentes cor nostrum, & noctem vertant in diem, quietem in turbationem. Quare ipse Altissimus orandus est, vt veniat, & visitet nos, hasque phantasias depellat,

Iob. 17. v. 11.

Psal.13.v.14. dicentes cum Psalmista, *Cor meum dereliquit me*, A
Psal.105.v.4. *complaceat tibi Domine, vt eruas me, Domine ad adiuuandum me respice; visita nos Domine in salutari tuo, ad videndum in bonitate electorum tuorum*: id est, vt nobis liceat quiete contemplari, ac frui eo bono, quod electis tuis præstare soles. Visitatio enim tua custodit spiritum nostrum. Me-
Iob 10 v.12. rito ergo sponsa hanc mentis instabilitatem sentiens, orat, & dicit, *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum*: id est, ne incipiam extra pascua tua aberrare, & vagari per cogitationes, & affectiones vitiorum, quæ multoties se virtutes esse mentiuntur.

Sed perpendendum est verbum illud, *Ne vagari incipiam*; cum posset dicere, ne vager: nam multoties iusti in initio precum vagationes, ac distractiones mentis patiuntur, nonnullumque tempus consumunt in reprimenda imaginatio-
Eccl.7.v.4. ne, cordeque sedando. Propter quod inquit Ecclesiastes, meliorem esse finem orationis, quam B principium; at sponsa animaque perfecta etiam in principio orationis vagari refugit: & felix faustumque orandi optat initium: nam dimidium facti habet, qui bene cœpit; & ideo petit à Deo sui luminis claritatem, vt ne vagari quidem inchoët; ne forte paruus error in principio fiat magnus in fine: & qui in exordio orationis est
Ier.48.v.10. tepidus, crescente socordia tepescat amplius: & sicut maledictus est qui opus Dei negligenter facit, ita maledictioni est proximus, qui negligenter incipit.

4. Sed forte aliquid adhuc excellentius his verbis petit: non enim tantum fugere cupit distractionis initium voluntarium, & culpabile, quod ex negligentia procedit, sed si possibile esset, etiam inuoluntarium optaret à Deo impediri: aut
Psal.136.v.9. saltem quod mox vt aduertit, valeat illud reprimere, & filios huius Babylonicæ feræ ad petram
1.Cor.7.v.34. allidere. Anima ergo Christi sponsa, quæ tanquam virgo pura desiderat cogitare semper, C quæ Domini sunt, etiam cupit nec incipere vllo modo vagari post vllam creaturam, existimans hoc esse quoddam adulterij genus sibi valde noxium, & sponso valde ingratum. Quod e-
Collat.14. c.11. „legantet sic explicat Cassianus; Aliud est subti- „lius vitium fornicationis, quæ in cogitationum „peruagatione consistit; quia omnis cogitatio „non solum turpis, sed etiam otiosa, & à Deo „quantulumcumque discedens, à perfecto viro immundissima fornicatio reputatur. Fauetque non parum versio Septuaginta; nam vbi nostra legit, *Ne vagari incipiam*; ipsi Hebræi verbi vim obseruantes, sic legunt, *Ne forte efficiar sicut adoperta super greges sodalium tuorum*. Fit enim allusio ad vsum antiquum meretricum, quæ vagantes in vijs se cooperiebant, sicut legitur fe-
Gen.38.v.14. cisse Thamar, vt Iudam socerum deciperet; & ideo vocabantur velatæ, aut opertæ. Desiderat ergo Christi sponsa ab ipso visitari, & ipsum inuenire, ac apud ipsum esse, ne habitum meretricium cogatur accipere, vel in minimam fornicationis speciem decidere, per vanas & inutiles res mente peruagando. Vt autem hoc plenius assequatur, exoptat, si sibi concederetur, non incipere peruagari etiam per inuoluntarias distractiones, & ideo petit cubare non in loco auroræ, quæ nonnullas admittit tenebras, sed in ipsa luce meridiana, quæ omnes pellit vmbras; vt nec vmbra imperfectionis suam obscuret contemplationem. Magnum quidem est quod petitur, & summum; sed summa sunt desideranda, & petenda, vt saltem æmulantes suprema non hæreamus in infimis, sed perueniamus ad maiora.

De quatuor impedimentis contemplationis auferendis, seu quatuor prauis spiritibus, qui sunt falsi sodales. §. 4. Pro Dom. 1. Quadrag.

SEd oportet amplius explicare hos greges falsorum sodalium, post quos timet sponsa abire; ideoque lucem meridianam petit, ne decipiatur ab illis, quorum meminit Dauid, dicens,
Scuto circumdabit te veritas eius, non timebis à timore Psal.90.v.5.
nocturno; à sagitta volante in die, à negotio perambu- D. Bern. ser.
lante in tenebris, ab incursu, & dæmonio meridiano; per hunc Psal. & serm.
vbi quatuor prauos spiritus numerat, qui omnium virtutum exercitijs insidiantur, maxime in Cant. quo modo
autem orationi & contemplationi. Primus vo- explicat.
catur timor nocturnus, qui est spiritus pusillanimitatis, timoris, acediæ, & tædij, faciens trepidare timore vbi non est timor, fingens laborem in præcepto, vbi est requies & lætitia; fingit enim viam orationis, & contemplationis mille difficultatibus implexam, plenam periculis, circundatam insidijs inimicorum, multis illusionibus expositam, saluti nociuam, & corpori valde molestiam. Hi sunt falsi sodales veluti decem illi exploratores, qui populo timorem
incutientes, dicebant, *Terra quam lustrauimus, de-* Num 13.v.34.
uorat habitatores suos, ibi vidimus monstra quædam filiorum Enac de genere gigantæo, quibus comparati quasi locustæ videbamur; imo ipse piget sibi leones fingit, quos timet. Ideoque (vt inquit Sapiens) ad Prou.22.v.13.
operandum exire refugit. Sed apte timor iste nocturnus dicitur, quia totus in tenebris ignorantiæ versatur, & ipsa meridies contemplatio- Num 14.v.9.
nis has tenebras fugat, suique experientia hunc pellit timorem, & quasi frustum panis hos gigantes deuorat. Quare prudenter sponsa hunc meridiem petit, ne post ipsos falsos sodales sibi ire contingat.

Sed statim adest secundus spiritus huic omnino oppositus, qui dicitur sagittæ volantis in die; scilicet, spiritus vanæ gloriæ, iactantiæ, præsumptionis, ac nimiæ curiositatis, qui in ipsa meditatione & contemplatione, quæ dies appellatur, inclinat ad volandum plus quam oportet, vel scrutando Dei occulta iudicia, vel altiora se quærendo, vel proprijs nitendo viribus, vel in suis discursibus complacendo, aut de illis se iactando: sed huiusmodi sagitta volando vulnerat, & transfigit cor, & ipsam dissipat contemplationem, diemque conuertit in noctem. His falsis sodalibus congruit quod O- Oseæ 12.v.1.
seas ait, *Ephraim pascit ventum, & sequitur æstum*; id est, pascit homines vento superbiæ inflatos, aut D ipse pascit ipsum ventum: hoc est, pascit non veritatibus, sed vanitatibus, & iactantijs: & sequitur æstum, quia tendit ad meridiem, vt semper ascendat; vanum enim ascensum semper appetit, sed nunquam ad verum meridiem
perueniet, sed ad æstum ardoris concupiscen- Ita explicat D. Hier. sc.
tiæ carnalis, qui finis solet esse superbiæ. Quia qui æstum.
igitur hæc sagitta vage volat, sponsa ab illa

se ab-

se abscondere cupiens. meridiem verum optat, ad quem ictus sagittæ non accedat.

3. Tertius spiritus vocatur negotium perambulans in tenebris, qui est spiritus negotiationis terrenæ, & anxiæ solicitudinis circa bona temporalia, & honores ac dignitates sub prætextu necessitatis, vel pietatis, quod negotium dicitur ambulare, & in tenebris, quia cor inquietum & instabile reddit, oculos mentis obtenebrat, curis pungit, ad vagandum per diuersa studia compellit; vnde ad contemplandum ineptam reddit mentem: propter quod monuit D. Paulus militantem Deo, vt non se implicet negotijs sæcularibus, à quibus se abstinuit David, vt Deo vacaret, cum ait, *Quoniam non cognoui literaturam, seu negotiationem, introibo in potentias Domini*; Sponsa autem vagari refugit, & ambulare post greges eorum quorum negotia in tenebris ambulant, quia lucem meridianam Dei desiderat.

4. Sed adest tunc vltimus pelorque reliquis spiritus, qui vocatur dæmonium meridianum, transfigurans se in angelum lucis, vt orantes & contemplantes decipiat; sed tunc potissime ita nuncupatur, cum se transfigurat in angelum, non cuiusuis lucis, sed meridianæ; id est, non tantum decipere intendens sub specie boni, sed maioris boni, & ardentioris Dei amoris, ac zeli, quod efficit vel inclinando in contemplationem, quando non oportet, quia prælatorum obedientia, aut proximorum necessitas ad aliud vocabat; vel impellendo, vt plus nimio illi spiritus vacet, donec corpus deficiat, & spiritus ipse obruatur, suadens comedere mulmm mel, vt euomat illud; vel tandem fingens se Christi sodalem, docens quædam vera & pia vt postea suggerat falsa, & abominabilia. Ab his autem quatuor hostibus non te poteris protegere, nisi vt præmisit David, scutu circumdet te veritas Dei, quæ intellectum illuminat, insidias inimicorum detegit, & dæmonium meridianum confundit. Ideoque sponsa petit locum, vbi Deus pascit, & cubat in meridie, ne post dæmonia vagetur meridiana, quæ tamen à diuino meridie statim fugantur, & in nihilum rediguntur.

Prima mulier in paradiso seducta est à dæmonio meridiano, & vagari cœpit post serpentem falsum Dei sodalem, dicentem sibi, *Eritis sicut dij, scientes bonum & malum.* Non potuit diabolica suggestio ad maiorem meridiem ascendere, quam suggerendo supremam cum Deo similitudinem. Vnde misera mulier tanto splendore excæcata, impegit in meridie quasi in tenebris, quia luce meridiana clarius erat, non posse ad eam similitudinem per diuini mandati transgressionem peruenire; sed superbia, quæ semper appetit ascensum vsque ad meridiem, & vsque ad supremum bonoris & gloriæ, tenebras putat lucem; & dum credit se ascendere vsque ad supremos cœlos, demergitur vsque ad profunda inferni abyssos. At mulier amicta sole, etsi coram se haberet draconem magnum, & visum cum septem capitibus speciosis coronis decoratis, non abijt, nec vagata est post ipsum, quin potius velocissime fugit à facie eius, quia cognouit eum, & astutias eius: & quare agnouit? quia amicta erat sole & lumine, sicut vestimento; & quia collocata erat in meridie diuinæ lucis, vbi Deus pascit & cubat in electis suis. Reijcienda ergo est superbia, quæ nos subijcit dæmonio meridiano, & amplectenda humilitas, quæ ab illo non fallitur: nam (vt inquit Salomon) *Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia, vbi autem est humilitas, ibi & sapientia*; quia vbi est superbia est ignorantia, imprudentia, illusio, & multa alia quæ mentem contumelia & confusione afficiunt; at vbi est humilitas, infunditur à Deo scientia, sapientia, & lumen, quod omnem contumeliam & illusionem propellat. Humilitatis autem actus potissimus est proprium agnoscere periculum vagandi post fictos sodales, & ex hoc timore cum sponsa ad refugium orationis confugere.

Intuere denique exemplar Christi Domini, qui in deserto tentatus est à dæmonio meridiano, & à cæteris spiritibus nequam, quos retulimus; sed quia ipse erat in vero meridie, facile profligauit eos, educens arma ex sacra Scriptura, quæ noster meridies est, & summam lucem continet, quam in hac peregrinatione Deus electis suis, impertitur ad omnia quæ ipsis expediunt dignoscenda. Ideoque limpidissimæ aquæ comparatur, iuxta quam resident Dei columbæ, vt accipitrum venientium vmbras detegant, & eos fugiant; at Christus intra se hac sapientiæ aqua plenissimus erat: vnde cum accessisset meridianus diabolus tempore quo esuriebat, dixit ei, *Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant*, quibus vescaris, ne fame pereas; timere enim debes mortem, nisi ita esuriens comedas. Rursus per sagittam volantem in die voluit transfigere, si posset cor eius, portans eum quasi volans per aerem in pinaculum templi, dicensque illi, *Si Filius Dei es, mitte te deorsum*: non enim læderis, quia Angelis suis Deus mandauit de te, & omnes te honorabunt, & in te credent. Rursus tertio accessit, & iterum volando eum deducens in montem altum, ostendensque omnia regna mundi, machinatus est negotium in tenebris ambulans, cum ait, *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me*: id est, hæc omnia facile negotiaberis, hoc solo pretio, quod me adores. At Christus Dominus ex pharetra diuinæ Scripturæ sagittas ardentes eduxit, quibus hostem transfigeret, & ex fonte illo lucis radios desumpsit; quibus clare eum confudit, & omnes eius astutias, ac machinas dissoluit. Ad hunc igitur Scripturæ sacræ meridiem confugito, vbi Deus te salutaribus monitis pascet, & in te cubabit, vt sua præsentia tibi auxilietur: sed quia ipse solus potest in hunc meridiem deducere, eum humiliter precare, *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie*; ne ab hostibus mis decipiar, & post illos vager; sed tibi, dilecte mi, adhæream in secula seculorum. Amen.

* *
*

EXHOR-

Marginalia: 2. ad Tim. 2. v. 4. — Ps. 70. v. 16. — Gen. 3. v. 5. — Isa. 19. v. 10. — Apoc. 12. v. 2. — Prou. 11. v. 2. — Matt. 4. v. 2. — Cant. 5. v. 12. Ibi de hoc fuse agitur.

EXHORTATIO IV.

Pro natiuit. Dom & etiam pro Epiphania.

De contemplatione natiuitatis Christi, & manifestationis eius in præsepio, & qua ratione cubet, pascat, & agnoscatur in medio duorum animalium, & duarum vitarum diuinæ & humanæ, quarum opera peregit semper.

Indica mihi, &c.

ADMIRABILIS est diuinæ sapientiæ dispositio in tribus precationibus, quas antiqua Ecclesia in hoc Cantico ad Deum fudit. In prima enim, cum dixit, *Osculetur me osculo oris sui*, petijt incarnationis mysterium, quod in vtero Virginis peractum est: in secunda vero, dicens, *Trahe me post te, curremus*: postulat trahi à diuina gratia, vt Dei & Christi futuri sequeretur vestigia: in hac autem tertia vlterius progrediens, clamat, *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum*: vehementer cupiens, vt Deus homo factus foras prodeat, & se manifestet, illique clare indicet locum vbi pascit, & cubat in meridie; vt sciat quo, & post quem debet currere, ne forte putans se currere post verum Messiam, currat post falsos eius sodales, & veros hostes. De ijs igitur locis vbi diuinus iste pastor pascit, & cubat in meridie, aut potius pauit & cubuit, & se nobis manifestauit; nunc agendum est; magno affectu desiderantibus, vt etiam nobis Deus illa interius indicet, vt magna luminis claritate ea intueri, ijsque frui digne valeamus.

De variis operibus Dei, qua sunt velut eius meridies. § I.

AD quorum declarationem aduertere oportet, cum Deus in hac vita non cognoscatur à nobis nisi per opera ipsius, loca meridiana sponsi dici, illa opera in quibus maxime splendet eius diuinitas; sapientia, bonitas, omnipotentia, & charitas erga nos; per quæ etiam nos, maxime excitamur ad clarius illum cognoscendum, & ardentius amandum. Huiusmodi autem opera multiplicia sunt: nam si ad sola naturalia & insensibilia attendas, meridiei locum tenent cœli & stellæ, sed præcipue sol; nam, *Cæli enarrant gloriam Dei; & in sole posuit tabernaculum suum*; (Psal 18 v. 1.) ibi cubat & quiescit, & nos pascit eleuando mentem ad contemplandam eius gloriam, & pulchritudinem, vt in eo cubemus, & quiescamus. Si autem respicias vniuersa opera mundi visibilia, inter illa est quasi meridies ipse homo, qui cuncta alia excedit, etiam stellas, & solem; quia constitutus est à Deo super opera manuum suarum; & omnia subiecit sub pedibus eius. (Psal. 8. v. 5.) Intra te igitur, ô homo, Deus pascit & cubat in meridie; quia per cognitionem tui, qui ad imaginem ipsius factus es, te euehit ad sublimiorem sui contemplationem, qua te pascit vberius, & inflammat ardentius: sed ab horum operum contemplatione nunc supersedemus, quoniam de illis superius diximus, & amplius plura infra dicemus.

Si igitur attendas ad vniuersa Dei opera hactenus facta, vel facienda, imo & possibilia, meridiem obtinet incarnatio Verbi diuini: nam sicut sol cum ascendit ad meridiem, non potest vlterius ascendere, & ibi omnem suam virtutem exercit; ita Deus sol iustitiæ, nihil maius hoc opere potuit efficere, & omnia alia eius opera; scilicet creatio mundi, conseruatio, gubernatio, & cætera huiusmodi sunt infra meridiem, & velut aurora huius diuini solis; ac velut matutina lux, quæ manifestant ipsum, sed non plene; emittunt calorem, sed non nimis ardentem: at Deum fieri hominem, nasci, & pati pro nobis, meridies est diuinæ sapientiæ, omnipotentiæ, & charitatis, ac ceterarum diuinarum perfectionum; quæ (teste D. Damasceno) vt fuse deducit D. Thomas, summe in hoc mysterio resplenduerunt. Quæ vnico verbo collegit D. Aug. dicens: Prædestinata est naturæ humanæ tanta, & tam celsa, & tam summa subuectio, vt quo attolleretur altius non haberet: sicut ipsa diuinitas quousque se deponeret humilius, non habuit, quam suscepta natura hominis cum infirmitate carnis vsque ad mortem crucis. In hac autem humiliatione Dei & Christi, etiam effulsit omnis sanctitatis & virtutis supremus meridies, qua nulla maior esse potuit, vt paulo post ostendemus.

(De operib. incarnationis. — Lib. 3. Orthodoxæ fidei c. 1. — 3. p. q. 1. a. 1. & 2. — Lib. de prædest. Sanct. c. 15. tom. 7.)

Hoc autem Dominicæ incarnationis mysterium operatum est secreto in vtero beatissimæ Virginis, quæ inter omnes puras creaturas, homines & Angelos, merito Dei meridies nuncupatur. Omnes enim incomparabiliter excedit, & lumine splendore, & ardore charitatis: quare si ipsa hæc sponsæ verba vsurpans diceret, *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie*; recte respondetur ei; Intra teipsam, ô Virgo purissima, quæ verus sanctitatis meridies es, cubat pastor æternus Deus homo factus, ibi pascit te, & gregem suum miris virtutibus, etsi occultis, quas propter nos ibi occlusus operari dignatur. Sed quoniam oportebat solem istum diuinum foras prodire, & se mundo manifestare, vt eius meridie omnes illustrarentur, & inflammarentur, conuenientia ad hoc elegit loca, quæ in Scriptura sacra etiam meridiana nuncupantur: nam Bethlehem vbi Christus natus est, & Ierusalem, vbi prædicauit, vbi passus est, resurrexit, ascendit ad cœlos, & vbi Spiritus sanctus in Discipulos descendit; ad Austrum & Meridiem sita dicuntur respectu reliquarum orbis partium. (Luc. 2. v. 4.) Vnde Abacuch Propheta de hoc mysterio agens, dixit, *Deus ab austro veniet, & Sanctus de monte Pharam, seu de monte vmbroso, & condenso*, vt Septuaginta vertunt; (Abacuch. 3. v. 4.) vbi D. Hieronymus, Theophylactus, alijque doctores, per austrum, qui ventus est Meridionalis, intelligunt regionem Bethleem, quæ sita est ad Austrum, etiam respectu Ierusalem; vnde dicitur Christus venisse, quia ibi primo apparuit, exiens ex vtero Virginis, vbi erat inclusus, quæ vocatur mons Pharam, seu vmbrosus, vt Theophylactus, & Euthymius exponunt, quoniam sublimior est omni creatura, & diuina virtute obumbrata, vt filium Dei conciperet, iuxta illud, *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi*: (Luc. 1. v. 35.) vt, scilicet, splendidissimum solem, Deum factum hominem conciperes, & paries mundo. Hunc ergo partum, & hanc Christi manifestationem præcipue desiderabat antiqua Ecclesia, cum dicebat, *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas*,

ſcas, vbi cubes in meridie. Ac ſi diceret; O Domine, A qui te venturum in mundum promiſiſti, indica iam, & manifeſta nobis hoc opus tuum, quod tuus eſt meridies, & quod operaturus es in meridiana hac regione noſtra, vt videamus iam locum vbi cubes, & paſcas, & tanti operis poſſimus eſſe inſpectores, ac participes.

Conſideratur manifeſtatio Chriſti in media duarum animalium. §. 2.

Abacuc 3. v. 1.

HOc deſiderio flagrabat Abacuch Propheta, cui aliquid huius myſterij, ſed cum obſcuritate, indicatum eſt, cum dixit: *Domine audiui auditionem tuam, & timui; Domine opus tuum in medio annorum, viuifica illud, in medio Annorum notum facies; cum iratus fueris, miſericordia recordaberis, Deus ab Auſtro veniet*, &c. id eſt, Domine, opus incarnationis tuæ quod promiſiſti, fac vt viuat, & impleatur; manifeſtabis autem illud in medio annorum, ſeu intra tempus ſtatutum: tunc enim B venies ab auſtro, & in Betlehem manifeſtaberis, vbi naſceris, & pannis inuolutus reclinaberis in præſepio. Hoc clarius expreſſerunt Septuaginta Interpretes, qui ſic vertunt, *Domine, conſideraui opera tua & expaui, in medio duarum animalium cognoſceris.* Quæ verba interpretatur Eccleſia de duobus animalibus, inter quæ Chriſtus natus iacuit in præſepio, & à paſtoribus eſt agnitus: ſic enim canit in officio Natiuitatis: O magnum myſterium & admirabile ſacramentum, vt animalia viderent Dominum natum iacentem in præſepio. Et in octaua, ait, Conſideraui opera tua, & expaui, iacebat in præſepio, & fulgebat in cœlo. Eodemque modo explicat Diuus Auguſtinus alijque plures doctores aptantes huic expoſitioni quod dixerat Iſaias, *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui*; quaſi hæc fuerint animantia, in quorum medio Chriſtus Dominus iacebat. Per quæ tamen myſtice deſignantur duo populi, qui Chriſtum Dominum in præ- C ſepio agnouerunt, nempe populus Hebræus, & Gentilis, quorum vices paſtores, & Magi gerebant. Illum ſignificat bos, qui aſſuetus fuit portare iugum legis Moſaicæ: hunc aſinus, quia ſtulte immerſus eſt idololatriæ. Hæc deſiderabat antiqua Eccleſia oculis inſpicere, & ſibi iam facta indicari; ſed nos qui ex fide iam peracta credimus, magnopere deſideremus clariſſima Dei luce perfundi, vt ea contemplemur, & hoc affectu dicamus, *Indicam hi vbi paſcas, vbi cubes in meridie*; quia niſi tu indicaueris, id cognoſcere non valebimus.

Luc. 2. v. 7.

In 1. Reſp. 2. noct.

In 3. Reſp. 2. Noct.

Orat. contra Iudæos 2. 13. Iſa. 1. v. 3.

Si autem vis noſſe vbi cubet, contemplare infantulum iſtum, quia Deus eſt & homo, duplicem habere cubandi locum, vtrumque in meridie: nam quia filius Dei eſt, cubat & requieſcit in ſinu Patris, qui merito dicitur meridies, quoniam Pater tanquam diuinus & æternus quidam ſol ab æterno generat infinitum ſplendorem gloriæ ſuæ, qui eſt Filius, & producit im- D menſum ardorem, qui eſt Spiritus ſanctus: de hoc ſinu deſcendit Dei Filius in terram, vt homo fieret. De quo etiam intelligitur quod dixit Abacuch, *Deus ab Auſtro veniet, & Sanctus de monte Pharam*; quoniam inde venire dicitur vbi antea latebat, & poſtea ſe manifeſtat. Latebat autem nobis in ſinu Patris abſconditus; & ideo dicitur A venire à monte Pharam, ſeu vmbroſo; id eſt, à monte diuinitatis, in qua eſt ſinus Patris occultiſſimus nobis, qui lucem habitat inacceſſibilem, quem nullus mortalium vidit, aut videre poteſt; vnde & in nebula dicitur habitare. Venit etiam ab Auſtro, qui cum Meridionalis ventus ſit, & calidus, ſymbolum eſt Spiritus ſancti, qui conceptionem Chriſti operatus eſt. Compara igitur hunc locum vbi cubat in cœlo empyreo, cum eo in quo cubat in diuerſorio, & præſepio; & dicito cum Propheta, *Domine, conſideraui opera tua, & timui, expaui, & obſtupui*; quia excedunt meum captum, nec ab vlla poſſunt comprehendi creatura; tu enim qui es in cœlo quaſi in medio duarum diuinarum perſonarum, origine poſterior Patre, & prior Spiritu ſancto, qui à te procedit, cubas in medio duorum animalium in præſepio; tu qui olim te manifeſtabas inter duos Seraphinos, clamantes, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus ſabaoth; & qui repræſen- B taris per arcam fœderis, quæ in medio erat duorum Cherubim ſplendentium velut aurum; tu, inquam, iaces in vili loco inter duo bruta, & ibi te manifeſtum præbes, vt ab omnibus dignoſcaris; quia veriſſime ait Propheta, *In medio duorum animalium cognoſceris*: ibi enim cognoſcitur tua immenſa charitas, & miſericordia, ibi manifeſtatur tua infinita ſapientia, bonitas, & omnipotentia, quæ pro noſtra ſalute opus tam ſtupendum perficere ſciuit, voluit, potuit. Quid ſublimius quam ſinus Patris? quid humilius quam ſtabulum diuerſorij? & quæ ardentior charitas, quam ex illo in hoc deſcendere propter nos? Hic Domine, eſt tuus meridies, in quo cubas, vt nos cubare tecum, & ardere facias: nam quanto in te ſublimior, & pro nobis humilior, tanto nobis pretioſior es & charior.

Iſa 6. v. 1.
3. Reg. 6. v. 6.

De duplicis vitæ operibus, per quæ Chriſtus Dominus eſt agnitus. §. 3.

COntemplare rurſus in hoc infantulo duplicem vitam, alteram Dei, alteram hominis, ſed in eodem Chriſto coniunctas, qui operibus vtramque manifeſtat. Vt Deus naſcitur ex Virgine intacta; trahit è cœlo militiam cœleſtis exercitus, quæ Deo gloriam canat, & hominibus pacem annuntiet: nouam format ſtellam, quæ ſuo illum fulgore demonſtret, & corda regum alliciat. Vt homo vero pannis inuoluitur, faſciis ligatur, ponitur in ſtabulo inter animalia, vagit, ſugit vbera, circunciditur, & ſanguinem fundit. Quis ergo hæc ſimul conſiderans, non miretur, & in ecſtaſim raptus, dicat, *Domine, conſideraui opera tua, & expaui, in medio duorum animalium cognoſceris*, quod Deus es & homo, & opera Dei & hominis ſtupenda peragis. 2.

Euſebius Cæſarienſis, ac Theophylactus, hæc verba ita vertunt, *In medio duarum vitarum cognoſceris*; quoniam Chriſtus Dominus in carne du- D plicem peregit vitam; alteram diuinam ad quam ſpectabant præcipue ſtupenda prodigia & mirabilia quæ operabatur; alteram humanam & mortalem, ad quam attinebant maxime heroicæ virtutes quas exercebat, nimirum paupertas ſpiritus, humilitas, manſuetudo, patientia, & aliæ huiuſmodi; quamuis cuncta hæc etiam à Deo & homine ſimul progrediantur. Propter quod

Lib. 6. demonſtrat. Euang c. 15. Vide Riberam in Abacuc.

Diuus

Diuus Dionysius Christi operationes vocauit A *Theandricas*, id est, Dei-viriles: operabatur enim diuina viriliter, & virilia diuine; seu (vt Theologi dicunt) diuina humanitus, & humana diuinitus, quia diuina exercebat per humanitatem quæ instrumentum erat prodigiorum, & humana operabatur persona diuina, tribuens illis diuinum valorē & dignitatem, vt quæ ex se parua essent, ex eo tamen quod à Christo Deo vero procederent, maxima & infinita reputarentur.

Cap. 2. de diuin. nom. D. Tho. 3 p. q. 19. art. 1. ad 1.

Matt. 2. v. 11. In medio ergo harum duarum vitarum Dominus Iesus est agnitus, quod esset verus Christus, & Messias Saluator mundi, vnigenitus Dei homo factus: vnde per hæc opera est cognitus à pastoribus, & adoratus à Magis. In illo enim præsepio cognouerunt eum Deum & regem; ideoque obtulerunt ei thus, & aurum: cognouerunt etiam hominem mortalem, & ideo obtulerunt myrrham. Videbant infantulum vagire, lachrymari, vbera sugere, &c. huiusmodi infantium propria, tamen cuncta hæc agnoscebant theandrica, & Dei-virilia. Nam si externa aspicias, nihil discernuntur ab alijs, quæ ceteri infantes agunt: si interna vero, virilia sunt & diuina: progrediebantur enim ab infinita sapientia, ab ardentissima charitate, & ex immensa erga homines misericordia, & compassione. B

3. Vnde etiam contemplari debes in Christo coniunctam semper hanc duplicem vitam externam & internam. Externa fuit qualis depin-
Ps. 87. v. 16. gitur à Dauid, *Pauper sum ego & in laboribus à iuuentute mea: exaltatus autem humiliatus sum, & conturbatus, in me transierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerunt me.* Interna vero luce meridiana splendidior & ardentior, omnigenæ virtutis actibus præcellentissimis decorata; quæ tamen refulgentes Sanctorum operum radios foras emittebat, per quos se manifestabat: & in medio etiam harum duarum vitarum agnitus est Christus Dominus; quia nonnisi homini Deo tam perfectæ vitæ conuenire potuerunt; nimirum tam profunda C humilitas in contumelijs, tam inuicta patientia in tormentis, tam ardens erga persequentes charitas, & tam larga misericordia erga famelicos & infirmos.

4. Sed hoc fuit singulare in Christo Domino, in quo omnes superauit Sanctos, qui ab aurora, & luce matutina cœperunt, nec peruenerunt ad suum perfectum meridiem vsque ad finem vitæ; nam de omnibus illis in hac peregrinatio-
Prou. 4. v. 18. ne scriptum est, *Iustorum semita quasi lux splendens, procedit & crescit vsque ad perfectam diem.* At vero Christus Dominus semper fuit in suo meridie, semper ab initio conceptionis habuit summam claritatis, & charitatis ac sanctimoniæ perfectionem, in qua intus non potuit crescere: foris vero manifestabatur radios emittens in quauis ætate splendidissimos & meridianos: quia nihil splendidius, nihil sublimius esse potuit eo sanctitatis gradu, quem Christus Dominus pro infantili ætate ostendit in præsepio. Vnde intel- D ligitur mysterium illius noui nominis quod illi
Zach. 6. v. 12. imposuit Zacharias Propheta, aut Deus per illum, dicens, *Ecce vir oriens nomen eius, & subter eum orietur, & ædificabit templum Domino.* Quid ergo magnum est quod homo sit oriens? nunquid non omnis homo oritur, & nascitur, sicut oritur sol, & germinat planta? Ita quidem, sed non omnis homo dum nascitur, est vir oriens; sed solus Christus, qui in ipso puncto quo oritur, iam vir est perfectus, plenus sapientia, gratia, & veritate. Quod prodigium annuntiauerat Ieremias, cum dixit, *Fœmina circumdabit virum.* *Ier. 31. v. 22.*
Quod si alij cum oriuntur, fuerunt viri, vt Baptista, & Deipara, at hoc fuit ex priuilegio, nec fuerunt viri perfecti, sed adhuc plurimum illis deerat, vt crescerent in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: at ipse Chri- *Ad Ephes. 4. v. 13.*
stus non ex priuilegio, sed ex vi suæ vnionis hypostaticæ simul fuit in ortu & in meridie, simul oriens tanquam infantulus in corpore, & simul in meridie tanquam vir perfectus in sanctitate; idque ex propria virtute, & hoc est quod addidit Propheta, *Et subter eum orietur.* Quod iuxta proprietatem verbi Hebræi ita vertit aut explicat Diuus Hieronymus, *De subter se orietur*: id est, non indigebit alienis præsidijs, sed ex seipso propria virtute orietur, & germinabit: non nascetur cum corruptione, & dolore matris, nec violenter ex vtero eius, sed mirabili modo ipse per Virgineam aluum propria virtute & sponte orietur, & se manifestabit: cuius tanta erit potentia, vt ipse ædificet templum Domini; ipse alios iustos oriri & germinare faciat, *Per viscera misericordiæ suæ, in quibus visitauit nos oriens ex alto: illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.* *Luc. 1. v. 78.*

Intuere igitur in præsepio hunc infantulum & virum perfectum, hunc qui nunc oritur, & iam est in meridie, hunc qui circa exteriora paulatim procedit, & proficit ætate, sapientia, & gra- *Luc. 2. v. 52.*
tia apud Deum & homines: tamen circa interna iam habet summam plenitudinem, qua nulla maior potest excogitari. Compatere paruulo vagienti, & gaude ac congratulare viro perfecto mirabilia hæc operanti, & ab illo hæc duo efflagita. Primum vt semper etiam tu sis vir oriens, qui quotidie oriaris & nascaris, & te renoues ac ita viuas, ac si hodie nasceretis in Christo, dicens cum Psalmista: nunc cœpi, nunc orior, viam meam ab oriente inchoo. At iungere debes secundum postulatum, vt ita strenue viuas, quod quotidie ad meridiem perfectionis pro illo die & statu tibi congruentem ascendas, donec tandem peruenias ad perfectum meridiem, ad virum perfectum, & mensuram ætatis plenitudinis Christi: eius, scilicet, plenitudinis quæ tibi est prædefinita à Christo.

Vt hæc autem omnia assequaris, oportet te inter duas Christi commemoratas vitas, temporalem & æternam, humanam & diuinam, externam & internam, iugiter & impense versari per opera duplicis vitæ contemplatiuæ & actiuæ simul; vel meditando, contemplando, & considerando huiusmodi mysteria, iuxta modum præscriptum; vel imitando & consequendo vestigia Christi Domini in operibus virtutum, quæ propter nos operatus est, vt etiam de te dici possit: in medio duarum viarum cognosceris, id est, cognosceris esse Christi discipulus, & fidus amicus, si inter opera vitæ actiuæ & contemplatiuæ ad Dei gloriam continuo verseris.

De pastu quem Christus prabet in iis mysteriis. §. 4. A

1. Hinc deducere potes quomodo cælestis iste pastor qui cubat in meridie, etiam pascat suas oues, & quem pastum tribuat huiusmodi mysteria meditantibus: hoc enim primo loco petebat sponsa dicens; *vbi pascas*; loquitur enim ad sponsum tanquam ad pastorem sibi promissum, vt eam pascat; iuxta id quod dixerat per Ezech.34 v.23. prophetam: *Suscitabo super eas pastorem vnum qui pascat eas, seruum meum Dauid, ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem.* Pastor iste fuit Christus filius Dauid, qui suscitandus dicitur, quia longe ante erat promissus, & iam iam erat manifestandus, modoque iam est manifestatus. Ipse autem simul est pastor, & pabulum, pascua, & herba virens qua pascimur, quia nos pascit seipso; & ideo factus est caro, & quia omnis caro est fœnum, positus est in præsepio, vt bos, & asinus, id B est homines, qui per fidem & obedientiam abnegantes proprium iudicium, & propriam voluntatem se illi subiiciunt, pascantur & reficiantur veritatibus & virtutibus, quas per meditationem & contemplationem inueniuntur; nam ibi clamat exemplis, quod postea prædicaturus est verbis; postea pascet verbis salutiferæ doctrinæ, nūc pascit exemplis nouę vitę pro nobis assumptæ. Hæc est pabulum nostrū mentem interius reficiens, spiritum deuotione impinguās, charitate accendens, & ad sui imitationem alliciens; Matt.11.v.40. quasi dicat: Omnes qui laboratis & onerati estis, venite ad me, licet paruulum, venite ad præsepe meum, & ego reficiam vos: discite à me quia mitis sum, & humilis corde; considerate meam mansuetudinem, & cordis humilitatem, reliquasque virtutes quas exerceo, & ego vos illis Ezec.34.v.14. pascam; ego dabo vobis eas in pabulum tanquam herbas virentes, quæ non marcescant, in quibus requiescatis, & delectemini magis quam C in melle & fauo.

2. Hom.8.in Euang. Sed audi secretum mysterium: nascitur Christus in Bethlehem, quæ interpretatur domus panis; ad significandum, vt notat D. Gregorius, quod ille qui ibi nascebatur, erat panis viuus electorum mentes interna satietate reficiens: at in præsepio non ponitur panis qui est cibus hominum, sed herba & fœnum quod est pabulum iumentorū. Quomodo igitur hæc duo cohærent? Ps.35 v.8. optime quidem; quia scriptum est, *Homines & iumenta saluabis, Domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus.* Tanta est enim Dei misericordia, vt non solum saluet & reficiat iustos, sed & peccatores iumētorum moribus imbutos, tribuens singulis escam congruentem. Vnde positus in præsepio quibusdam est velut fœnum, & herba virens; quibusdam vero vt panis viuus, & frumentum electum. D Peccatoribus quidem, & tyronibus ac imperfectis, est velut fœnum & herba virens, quia pascit illos mysteriis carnis mortalis, vagitus & lachrymarum infantilium, ignominiarum & dolorum, quos pro eorum peccatis perpessus est, excitans illos ad pœnitentiam, & motum correctionem; quia si Deus talia agit, & patitur pro peccatis alienis, quid agere & pati oportebit pro propriis? Nam si in fœno viridi fit hoc, quid fiet in sicco? Caro Christi fœnum non est siccum, sed viride & floridum, quia est diuino Verbo coniuncta. Vn-A de Isaias dixit, *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius sicut flos agri; exiccatum est fœnum, & cecidit flos: verbum autem Domini manet in æternum.* Isa.40.v.6 Caro quidem à verbo Dei separata fœnum siccum est, æterno igni deputatum: at illi coniuncta viriditatem retinet, quam diuini Verbi caro ei præstabit. At vero idē Christus in præsepio panis viuus est perfectis, tribuens illis solidiorem & gloriosiorem refectionem, nō solum per carnem, sed etiam per diuinitatem, vtriusque mirabilem vnionem, opera, & fructus intus illis manifestans. Quibus aptari potest parabola ouis, de qua Nathan Propheta dixit ad Dauid, *Pauper nihil habebat præter ouem vnam paruulam, quam emerat, & nutrierat, & quæ creuerat apud eum cum filiis suis, simul de pane illius comedens, & de calice illius bibens, & in sinu illius dormiens; eratque illi sicut filia.* 2.Reg.12.v.3. Pauper iste Christus est, pauper factus propter Lu.15.v.4. nos, qui relinquens nonaginta nouem oues B quas habebat in cœlo, vnam tantum habet in terra, scilicet naturam humanam, quam sanguinis sui pretio emit, quamque nutriuit cum filiis suis nimirum Angelis, tribuens ei non herbam, sed panem Angelicum; nam panem Angelorum manducauit homo: hunc autem panem in præsepio collocari voluit, vt ex eius contemplatione pascerentur electi; quibus dictum est, *Et dabit vobis Dominus panem arctum, & aquam breuem.* Is.30.v.20 Quis panis arctus, nisi infantulus Deus & homo, de quo canitur; vagit infans inter arcta cōditus præsepia? Quæ autem aqua breuis, nisi lacrymulæ quas vagiens emittit? Hæc dat nobis Dominus, vt cibemur & potemur illis, mensq; nostra arctam ingrediatur viā, quæ ducit ad vitam, & amaras profundat lachrymas, quæ peccatorum maculas lauent.

Arcta illius paupertas pastus noster est, vt eā quoquo modo possumus, imitemur: etenim, C *Passer inuenit sibi domum, & turtur nidum sibi vbi ponat pullos suos.* Ps.83.v.4. At passer Ioseph vir cœlestis, & turtur Maria Virgo castissima non inuenerunt domum, nec nidum vbi ponerent hunc pullum omni re creata infinite pretiosiorem, vnde cōpulsi sunt ponere illum in præsepio, *Quia non erat locus in diuersorio.* Lu.2.v.7. In diuersorio, inquam, vbi omnes diuites, magnates & ciues quicumq; locum inueniunt, ibi Ioseph, Maria, & Iesus pauperes, & inopes nō reperiunt locum hominibus deputatum, sed iumentis, vt ex tunc impleretur illud, *Vulpes foueas habent, & aues cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.* Lu.9.v.58. Id est, peccatores astuti, & magnates, superbi, iniusti, & etiam iusti aliquod habent proprium domicilium vbi requiescāt: at filius hominis adeo est pauper & inops, vt non habeat vbi caput suum reclinet. Sed hoc vt filius hominis est; nam D vt filius Dei requiescit in sinu Patris, & cœlum ac terra est domicilium eius, & omnia implet tanquam omnium Dominus. Quid quæris, ô sponsa, *Vbi pascat, vbi cubet in meridie?* Ecce vt filius hominis non habet locum proprium vbi cubet, sed cubat in præsepio, quia non est ei locus in diuersorio; cum tamen vniuersus mundus sit locus eius, sed hoc ipso te pascit, te reficit, & te instruit, vt eius paupertatem sequaris, eius nuditatem amplectaris, omnia renuncians, vt omnia in ipso possideas in sæcula sæculorum. Amen.

EXHORTATIO V.

Pro Epiphania Domini.

De manifestatione Christi facta tribus Magis in Betlehem; & de triplici modo quo se Christus Dominus nobis manifestat, maxime in contemplatione.

Indica mihi, &c.

CVm primum Christus Dominus natus est in Betlehem Iudæ, excitauit nouellam Ecclesiam in Oriëte, quæ Gentium esset primitiæ, cōgregationem dico trium regū & sapientum, seu Magorum, qui videntes stellam nouo miraculo subito efformatam, à Deo intus illuminati per fidem crediderunt verum Christum Saluatorē mundi natum esse in Iudæa, quæ regio erat meridiana respectu eius in qua ipsi degebant. Quāuis autem scirent natum in meridie, ignorabant tamen qua in vrbe & loco natus esset; & ideo illum videndi & adorandi desiderio inflammati, decreuerunt ab oriente versus meridiem tendere: illaque congregatio numero parua, sed fide & dilectione magna orabat, & dicebat magis affectu, quam voce, *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorū*: id est ô Domine, quem diligo & videre desidero, indica mihi locū vbi tu verus pastor in hoc mondo natus, pascis oues tuas domus Israel, propter quas missus es; & vbi cum eis cobas in meridie splendidam & iucundam tui cognitionem & dilectionem eis præstans; ne forte incidam in greges sodalium tuorum qui me errare faciant, & à te vero pastore me auertant. Exaudiuit Dominus orationem Ecclesiæ, vt hunc ei locum ostenderet, quia ad ipsum maxime hoc spectabat, sicut seruo suo mystice dixerat, *Nunquid post ortum tuum præcepisti diluculo, & ostendisti auroræ locum suum?* subaudi, sicut ego post ortum meum id præcepi, & ostendi. Loquitur autem (vt notat Diuus Gregorius) non de ortu à Patre ante secula, in quo non est prius & posterius, ante & post, cum sit æternus; sed de ortu temporali ex matre in Betlehem; post quem, Ecclesiæ significatæ per diluculum, & auroram quæ ex tenebris ignorātiæ tendit ad verum lumen fidei, præcepit vt locum quæreret, in quo plenitudinem lucis inueniret, & ipsum ei locum ostendit, vt re inuenta frueretur. Quid est (sit Diuus Gregorius) locus auroræ, nisi perfecta claritas visionis internæ, ad quem cum docta venerit de transactæ noctis tenebris nihil habebit? locum suum aurora consideret, quando sancta anima ad contemplandam conditoris sui speciem flagrat. Hæc Gregorius, quæ nos ad contemplationem Christi iam nati applicamus; qui Ecclesiæ illius temporis præcepit vt ipsum quæreret, & locum vbi ortus est ostendit; pastoribus quidem per Angelos dum claritas Dei circumfulsit illos, Magis vero per stellam, quæ illos excitauit, & deduxit ad locum vbi natus erat; vt hic applicare liceat quod scriptum est, *Quis suscitauit iustum ab Oriente, & vocauit eum vt sequeretur se?* id est, ego, & non alius, suscitaui congregatiunculam illam iustorum, quę in Oriente erat, & traxi eam, vt me quæreret & inueniret; ac meipsum palam manifestaui vt mea gauderet præsentia. Vnde non immerito hoc festum Ecclesia nuncupauit *Epiphaniam*, id est manifestationem; quia Christus Dominus mirabili quodam modo se manifestauit Gentibus, tribus viens medijs, quibus manifestatio solet: quia vero (teste Diuo Paulo) omnia manifestantur à lumine, & omne quod manifestatur lumen est: hinc fit quid quid Deus ind cat de seipso, præcipue indicate per internum lumē quo mentem illuminat, vt illod intueatur, & contempletur, sine qua interna illustratione externa media nihil proderunt; iuxta illud Psalmistæ, *In lumine tuo videbimus lumen*. Vnde D. Chrysostomus obseruat Magos venisse ab Oriente, vnde lumen nascitur, ad denotandum initium salutis esse à fide, quæ animarum est lumen.

Mat. 2. v. 1

Iob 38. v. 12

Lib. 29. Mor. c. 1.

Luc. 2. v. 9.

Mat. 2. v. 2

Isa. 41. v. 2

Ad Eph. 5. v. 13.

Psal. 35. v. 10

Hom. 2 in Mat. prrf in Mattheum.

De prima manifestatione per stellam, & per externa signa. §. 1.

TRIPLICITER ergo Christus Dominus se manifestauit Magis, n mirum per stellam, per legis doctores, seu Scripturas sacras, & tandem per seipsum, & aliis tribus modis similibus, vt notat D. Bernardus, se nobis indicat in contemplatione: at omnes educuntur ad ipsum Christum, cuius vices gerunt, & qui per illa media intus illuminando, se ostendit. Nam (vt inquit D. Remigius) pulchre Magi ab Oriente venisse dicuntur; quia omnes qui ad Dominum veniunt, ab ipso, & per ipsum veniunt: ipse enim est oriens secundum illud. *Ecce vir oriens nomen eius.* Et quare oriens, nisi quia per ipsum oritur lumen, quo illum cognoscere, inquirere, & inuenire valeamus? Nam, sicut ipse Dominus testatur, *Nemo nouit filium, nisi pater, nec patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.* Reuelauit autem Magis primo quidem per stellam, nam eo die quo Christus natus est in Betlehem, subito apparuit in Oriente stella de nouo efformata, cæteris astris splendidior; nam cum reliqua obscurarentur à sole, ipsa maxime splendebat etiam in ipso meridie. Repræsentabat autem tum sublimioris ordinis stellam Christum regem ortum esse; tum vero mirabiles effectus, ac lumen & splendorem internum, quem ipse Christus per illam externam stellam infundebat; nam parum prodesset oculis corporeis illam intueri, nisi Deus illustraret oculos mētis, vt id quod signficabat, perspicerent. sed, vt inquit D. Leo Papa, dedit aspicientibus intellectum qui præstitit signum, & quod fecit intelligi, fecit inquiri, & se in inuen ēdum obtulit requisitus. Concinit Diuus Ambrosius, dicens: Secundum incarnationis mysteriū Christus est stella, sua igitur Ince se ipsū signat. Quod autem sit stella, prænūtiauerat Balaam Propheta, dicens, *Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel.* Sed Balaam, vt humilior Propheta, humanam tetigit generationem Christi ex genere Iacob, & natiuitatem eius vt homo est in Israel; at Christus Dominus sublimius hoc ipsum explicat, cum ait, *Ego sum radix & genus Dauid, stella splendida & matutina*: id est, non solum homo & stella orta ex Iacob, & ex genere Dauid, sed sum Deus principiū & radix ipsius Iacob & Dauid,

Ser. 35. in Cant.

Apud D. Th. in cat.

Zach. 6. v. 12.

Matt. 11. v. 27.

Serm. 4 de Epiph.

Lib. 2. in Luc. c. 2.

Num. 24. v. 17.

Apoc. 22. v. 16.

Dauid, & vnde ipsi genus deducunt, & vitam, ac omnia sua accipiũt. Sum autem stella splendida & matutina; id est, lucifer ortus in mundo, vt ab eo tenebras omnes depellam. Quod eleganter explicat D. Gregorius, interpretans de Christo nato quod dictum est ad Iob, *Nunquid produces luciferum in tempore suo*; id est, facies quod Christus mundi lucifer oriatur in tempore à me statuto? Christus (inquit) natus ex Virgine veluti lucifer inter tenebras noctis apparuit, quia fugata obscuritate peccati, æternũ nobis mane nunciauit. Bene ergo Christus lucifer dicitur, quia lucifer solẽ indicat: ita Christus, vt homo, solem suæ diuinitatis mũdo aduexit, & per assumptionem carnis noctem peccati fugauit. Vnde Psalmus 21. qui totus de Christo est, inscribitur *Pro susceptione, vel assumptione matutina*, seu pro *ceruа auroræ*; vel vt alii vertunt, pro *stella matutina*; quæ omnia etsi ad tempus resurrectionis Christi cõuenienter aptentur, tamen etiam ad eius incarnationem & natiuitatem optime aptari possunt, in qua primo suscepta & assumpta carne Christus tanquã stella matutina, & splẽdida apparuit mundo, & pro nobis pati cœpit, & in ipso sui matutino ortu agitatus etiam ab Herode persequente fugere in Ægyptum compulsus est.

Iob 38. v. 32. Lib. 29. Mor. c. 17.

Vide Titelmannum in annot. super titulũ huius Psal.

Stella igitur infinite splẽdida Christus, per stellam visibilem se primo Magis manifestauit, quia primus se manifestandi modus est per externa & sensibilia signa, quæ in ipsius Creatoris notitiam deducant; vnde quælibet huius mundi creatura quasi stella est, quæ nos excitat ad cognoscendum, inquirendumque Creatorem; ad quæ etiam reducimus alia externa signa, quibus ad Dei memoriam excitamur, vt sunt libri pii, Sãctorum imagines, aut exempla, & cætera huiusmodi. Elegit tamen sapientissimus Deus ea quæ vnicuique sunt accommodata iuxta eius propẽsionem, ac ordinariam occupationem. Et quia Magi (vt obseruat Diuus Leo) spectandorum syderum arte pollebant, illique vacabant, hac arte voluit illos Deus sibi capere, ostendens nouam stellam curiosis Astrologis, quæ nouum regem natum indicaret. Nam si diabolus, vt dicit idem Pontifex, omnium discutit cõsuetudines, omnium ventilat curas, omnium scrutatur affectus, & ibi quærit causas nocẽdi, vbi quempiam viderit studiosius occupari: quanto magis Christus Dominus vbi quẽpiam videt studiosius occupari; ibi causam quæret illũ illuminandi, & trahendi ad se, vt ita facilius, ac suauius sequatur ipsum? Sicut ergo discipulos piscatoriæ arti deditos, vocauit dicens, *Venite post me, faciã vos fieri piscatores hominum*; ita Magos astrologiæ vacantes, per aspectũ stellæ ad seipsum traxit. Audierant forte ex traditione, aut legerãt vaticinium Balaam, *Orietur stella ex Iacob*, & visa illa stella, vt notat Diuus Hieronymus, recordati sunt illius, vt stellam viuam ex Iacob ortam inquirerent; nam multoties diuina prouidentia disponit, vt signa externa quæ intuemur, in memoriam reducant, quæ audieramus, aut legeramus, vt eis tempore opportuno proficere inchoemus.

Ser. 4. de Epiphan.

Apud D. Bonau. l. 3. pharetræ c. 4.

Matt. 4. v. 19.

De secunda manifestatione per legis doctores, & Scripturas. §. 2.

Matt. 6. v. 24.

SEd quia consueuit Dominus paulatim indicare quæ scire cupimus, sicut cæco cuidam imponens manus super oculos eius, restituit visum imperfectum, vt homines videret quasi arbores ambulantes, sed iterum manus imponens cœpit videre clare omnia: ita Magis per stellam solum indicauit Christum natum in Iudæa, non tamen in qua Iudææ ciuitate natus esset, vt locus daretur secundo signo quo res nobis clarius manifestat. Pergebant igitur Magi, stella duce, versus meridiem; sed dum essent prope Ierusalem, subito disparuit. Putantes autem (vt inquit Diuus Leo) humano sensu, an forte in regia ciuitate natus esset rex, quem quærebant, ingredientes in illam, dicebant, *Vbi est qui natus est rex Iudæorum? vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum.* Ac si diceret: indicate nobis, vbi rex & pastor vester regat, pascat, & cubet in hac vestra meridie, quoniã venimus cum muneribus adorare illum. Sed dum verum sponsum & pastorem quærunt, vagari fere ignorantes cœpissent post falsos eius sodales, nisi diuina prouidentia illis succurrisset: an non fictus Christi sodalis Herodes, qui ostensu loco Christi nati dolose dixit, *Ite, & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis, renunciate mihi, vt ego veniens adorem eum*: & tamen volebat occidere illum. Nonne falsi Christi sodales Scribæ, qui nuntiantes locum vbi Messias nasciturus erat, ita illum contempsere, vt noluerint ire ad quærendum, & adorandum eum? Imò Dei consilio factum est ne irent; nam forte scandalizarentur videntes in præsepio tanta oppressum inopia, quem diuitem & præpotentem regem expectabant. At vero, etsi iniqui, quia tamen super cathedram Moysi legitime sedebant, & veras continebant Scripturas, verum locum natiuitatis Messiæ indicarunt, dicentes esse Betlehem, sic enim dictum est per Prophetam, *Et tu Betlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel*, sed non caret mysterio quod versio quam sequitur Euangelista pugnare videtur cum ea quæ habetur apud Michæam: cuius hæc sunt verba: *Et tu Betlehem Ephrata paruulus es in millibus Iuda. Ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel. Et egressus eius ab initio, à diebus æternitatis eius.* Nonne pugnant hæc duo, paruula es, & nequaquam minima es? Minime, quia diuersis respectibus referuntur. Nam Propheta cõsiderato murorum ambitu vocat eam paruulam coram oculis hominum, Euangelista vero attendens ad Christum ibi natum, vocat eam nõ minimam sed maximam, quod denotat particula *enim*, quæ causam magnitudinis reddit ex eo quod ibi natus sit dominator, qui simul est æternus Deus. Hoc autem consulto ordinauit diuinus spiritus, vt intelligamus Christum paruulum simul esse, & maximum. Paruulus est secundum vilia quæ pro nobis assumpsit, siquidem de se ait *Ego sum vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis.* Maximus vero quia Deus infinitus, cuius magnitudinis nõ est finis. Vnde factum est quod præsepe, panni, quibus inuoluitur, paupertas, & crux Christi etiam minima sint, & maxima: illud in oculis mundi, hoc in oculis Dei, ex eo quod à Christo Domino sunt assumpta. Vnde quod ex se obscurum erat sicut nox, propter cõiunctionem ad Christum, factum est splendidum sicut meridies. Ad quod

Serm. 1. de Epiph.

Mat. 23. v. 2.

Matt. 2. v. 5.

Mich. 5. v. 2.

Ps. 21. v. 7.

dem charitate radicatam, quam operibus protestantes obtinuerunt ei tria mystica munera, aurum tanquam summo Deo, & Regi potentissimo: myrrham tanquam homini passibili, & mortali; thus vero tanquam summo Sacerdoti, seipsum pro redemptione hominum in odorem suauitatis oblaturo. Vnde lux stellæ conuersa est illis in lucem meridiei, & fides quæ in Oriente erat velut aurora, in Betlehem processit & creuit vsque ad perfectum diem, obtinueruntque plene quod petierant; *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.* Suaserat illis fictus Christi sodalis, vt reuerterentur ad ipsum, cogitabat de reditu; instabat periculum vagandi post Christi hostes, *Sed admoniti sunt in somnu, ne redirent ad Herodem, & per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.*

It. Ecclesia. in R. sp. Epiphania.

Hinc autem discere potes tertium nobiliorem que modum quo Deus se nobis manifestat pascentem, & cubantem in meridie: ipse per se hanc efficiens manifestationem, quod multis modis contingit, sub variis figuris imaginatione efformatis: aliis vero intellectuali visione, & perfecta contemplatione ad modum quo se manifestat Angelis; sicut cum Paulus raptus est vsque ad tertium cœlum. Nobis autem paruulis & imperfectis indicat seipsum quibusdam illustrationibus instar fulgurum coruscantium; quæ nobis eius indicant præsentiam; & per mirabiles effectus quos experimur, illum adesse, munusque pascentis exercere dignoscimus.

Quare semper orandus est instanter, vt indicet nobis vbi pascat, & cubet in meridie: sed cum oratione iungenda est diligens & fortis ipsius inquisitio; quia simul scriptum est, *Petite, & accipietis, quærite, & inuenietis.* Et quoniam plurimi sunt hostes tum publici, tum occulti, qui quærentes insectantur; quos tamen oportet viriliter, & prudenter deuincere, instar Magorum, quorum fuit stupenda fortitudo, & inuicta constantia, dum ausi sunt regiam ciuitatem ingredi, & à tyranno de nouo rege nato sciscitari, nec tamen destiterunt donec quod desiderabant adepti sunt. Audiuimus quondam desiderium Dauidis dicentis, *O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna, quæ est in Betlehem iuxta portam?* Erat autem tunc ibi statio Philisthinorum, tres autem viri fortes & robustissimi irruentes per castra hauserunt aquas de cisterna Betlehem; & adduxerunt eam ad Dauid, qui noluit eam bibere, sed libauit eam Domino. Gerebat Dauid in hoc facto typum antiquæ Ecclesiæ, præscientis Christum nasciturum in Betlehem, in diuersorio iuxta portam ciuitatis, quod sub noua metaphora vocat cisternam; quia continebat eum qui est fons aquæ viuæ, puteus aquarum viuentium, in quo sunt reconditi omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei. Desiderabat igitur indicari sibi aduentum & natiuitatem ipsius, & bibere aquam sapientiæ salutaris, quæ est cognitio ipsius Christi, vnde nostra salus processit. Tres autem Magi, tanquam tres viri fortes & strenui, à Spiritu Dei præmoti & adiuti; rumpentes castra hostium; & superantes magnas & arduas difficultates peruenerunt ad Betlehem, vbi hauserunt cum gaudio aquas de fontibus Saluatoris, quia viderunt illum natum, & instructi sunt de his quę ad eius diuinam & humanam naturam spectabant. Hanc autem aquam secum adducentes, & hanc scientiam ex præsepio reportantes, reuersi sunt in regionem suam. At Ecclesia Iudæorum, quæ erat Ierosolymis, noluit bibere aquam, sed fudit illam, quia noluit credere verum Christum esse natum, & eum, qui natus erat, persecuta est; vt deducit Diuus Hieronymus ex illis verbis, *Defuncti sunt qui quærebant animam pueri.* Voluit ergo eum occidere sicut occidit innocentes infantes; libans eos Domino, & offerens sacrificium; nam putabat se obsequium præstare Deo. Nos autem qui Christum natum credimus, magna animi constantia quæramus illum; & eiusque fontibus cum gaudio aquas gratiarum hauriamus; maxime autem aquam sapientiæ salutis, qua agnoscamus vbi pascit & cubat in meridie, vt ex eius pastu refectionem spiritus capientes, vitam æternam consequamur. Amen.

Mat. 7. v. 7.

1. Reg. 23. v. 15.

Lu. 2. v. 18.

Matt. 2. v. 20.

EXHORTATIO VI.

De contemplatione Christi, cum in templo inuentus est sedens in medio doctorum: de ardentissimo amore, quo Deipara eum diligebat, & quærebat.

Pro Dom. infra octauas Epiphaniæ.

Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.

IAm ad mysteria gesta in Ierosalem, quæ his verbis eriam comprehenduntur, accedamus. Quorum primum est: cum puer Iesus esset iam annorum duodecim, ascendens in templum cum parentibus, ipsis nescientibus remansit in Ierusalem. Mater autem eius vehementer dolens, & illum inuenire desiderans, orabat intra se dicens: *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.*

Lu. 2. v. 41.

§. I.

1. QVIBVS verbis, vt Deiparæ attributis, primo denotatur purissimus, & ardentissimus amor eius erga filium, dum eum inuocat sub illo nomine: *Quem diligit anima mea.* Habuit autem hic amor quatuor præclara insignia, quibus omnium Sanctorum amorem longe antecellit. Reliqui enim Sancti diligunt Deum, vt filii patrem: at Deipara vltra hoc diligit etiam illum, sicut mater diligit vnicum filium suum. Amor autem parentum erga filios (vt docuit Aristoteles, & probat D. Thomas) vehementior est quam amor filiorum erga parentes: hi enim respiciunt filios tanquam aliquid sui. Vnde Dauid ad declarandam magnitudinem sui amoris erga amicum suum Ionatham, dixit: *Sicut mater vnicum amat filium suum, ita ego te diligebam.* Quanto ergo vehementius beatissima Virgo diligeret talem filiū, cuius ipsa mater erat ab ipsomet gratis prælecta & ad hac pene infinitā euecta dignitatem, vt esset illius mater, cuius

Ita attribuit Rupertus Abbas.

Lib. 8. Ethic. c. 12

1. 2. q. 18. ar. 9.

2. Reg. 1. v. 26.

Deus est pater? Sicut ergo pater æternus infinite dilexit vnigenitum suum, ita Deipara incomparabiliter plusquam omnes Sācti diligit Christum filium à se genitum. Et quid mirum (inquit D. Bonauentura) quod præ omnibus diligat, quæ præ omnibus est dilecta? Addit autem Diuus Anselmus, quod cū virgo sola fuerit genitrix Christi sine patre terreno, in illa coniunctus est amor matris simul, & patris erga filium, propter quod vehementius, quam aliæ matres illū diligebat. Cui accedit quod ex parte ipsius filii innumeræ, & excellentissimæ occurrebant rationes, quæ hunc amorem excitabant, & augebāt, quas probe nouerat mater sapientissima, & ad ardentissimum amorem præstandum se astrictam existimabat. O beatissima fœmina tum (ait Anselmus) in quam fluxit tam copiosa, & supereminens gratia omnium gratiarum! quid animi quæso gerebas ad eum, qui tibi hæc magna fecit? certe quo nullus maior inter puras creaturas potuit inueniri.

In speculo Mariæ, lib. de excell. Virgin. c. 4.

Vbi supra

a. Etsi autem amor iste fuerit matris ad filium, nihil carnale fuit in illo, sed totus erat spiritualis, & purus, & ideo non ait quem diligo, *Sed quem diligit anima mea*, quia mens & spiritus meus pure, & plene tendit ad te. In quo beata Virgo etiam superexcedit reliquos Sanctos, qui nō ita pure dilexerunt Deum, quin aliquando diligerent aliquid præter ipsum, & quod non esset secundum ipsum, cum constet eos sæpius peccasse saltem venialiter: at Deipara ita pure Deum amabat, vt nihil vnquam dilexerit præter Deum, & quod non esset secundum Deum, & propter ipsum. Et vt docet D. Bernardinus Senensis, nihil vnquam elegit, nisi quod ei sapientia diuina demonstrabat: tantumque semper dilexit Deum, quantum ad se diligendum existimauit. Deinde quod ait Diuus Paulus, *In carne ambulantes non secundum carnem militamus, & spiritu viuimus*, & c. nulli potius quam Deiparæ congruit, quæ ita viuebat in carne, ac si spiritus esset purus, & anima corpore exuta: vnde his vocibus delectabatur dicēs: *Magnificat anima mea Dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.* Ita nunc dicit: indica mihi quem diligit anima mea, quia anima eius agglutinata erat animæ filii sui, & vnus spiritus cū illa effecta.

Serm. 51. de Concept. c. 3.

2. Cor. 10. v. 3.

3. His accedit tertium huius dilectionis insigne, quod cōtinua erat & iugis, ideoque non ait: quem dilexit anima mea, sed *Quem diligit anima mea*. Id est nunc, semper, & perpetuo actu diligit. Nam quandiu erat in vigilia ex speciali Dei priuilegio semper illi intenta eum amabat, nec ab amore vnquam cessabat. Cum enim perfectum haberet dominium suorum actuum, nūquam operabatur nisi plene deliberans, & ex Dei amore cūcta disponens: vt singulariter impleuerit illud Apostoli, *Omnia vestra in charitate fiant.* Imo multi graues doctores affirmant etiam dormiēdo à contemplatione & amore Dei non cessasse, aptantes ei quod dicitur in hoc Cantico: *Ego dormio & cor meum vigilat.* Idque testari videtur Diuus Ambrosius, dum laudes Virginis canēs ait: Dormire non prius cupiditas, quam necessitas fuit, & tamen cum quiesceret corpus, vigilaret animus, nec dubium quin sæpius sicut Patriarcha Iacob dormiens diuina viderit mysteria, & cor erga Dei amorem semper vigil̄ bat.

1 Cor. 16. v. 14.
Vide Suarez. tom. 2. in 3. p. q. 37 disp. 18. sect. 2.
Can. 5. v. 2.
Lib. 1 de virginibus

Tandem B. Virgo diligebat Christū suum intentione & conatu, quo poterat secundū omnem efficaciā gratiæ & charitatis quā habebat. Nunquam enim operabatur tepide & remisse, sed iuxta omnes suas vires diligens Deum, eo modo quo in præcepto dilectionis viatoribus perfectis præscribitur, sc. ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & ex omnibus viribus suis, & totum hoc complectitur vox ista, *Quem diligit anima mea.* Sumitur enim hic anima pro parte præcipua hominis, quæ cor, appetitus, mentem, & vires omnes cōprehendit, de quibus Dauid; *Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius.* Vnde fit amorem Virginis intensissimum fuisse, tantumque excessisse amorem aliorum Sanctorum, quanto Sol in claritate excedit stellas, & mare riuulos in immensitate aquarum.

Psal. 102. v. 1.

§. 2.

Cvm igitur tam ingens esset amor Virginis erga filium, non potuit non esse maximus dolor de absentia illius nesciens vbi esset, vt constat ex illo: *Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.* Qua cum maximo dolore perdiderat, quod cum magno amore possidebat, posuisse filium in hostium potestatem deuenisse timebat. Et quia meridie etiam significari diximus æstum tribulationis vehementer prementis, hac oppressa Virgo beata, & vmbram refrigerii desiderans: dicebat, *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.* Ac si diceret, ō fili dilecte sime vbi te quæram? vbi inueniam? vbi cubas in meridie huius tribulationis, quæ me vrit? vbi cubas in Ierusalēm, quo ascēdisti ad cultum patris tui? Vagatā sum quærens te inter cognatos, & notos, & non inueni: ne incipiam vagari quærens te inter hostes & fictos sodales. Apte autem obseruat Origenes, quod nec cognati, & noti potuerunt indicare Virgini, vbi Christus esset, ad significandum humanam cognitionem per se solam non posse Christum indicare. Diuini enim luminis hoc est, iuxta illud, *Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cælis est.* Et præterea quia res est solliciti plena timoris amor, timebat prudentissima Virgo, ne in manus hostium Christus paruulus decideret, à quibus vexationes pateretur: aut forte quia sapientissima erat, suspicabatur filiū magna aliqua de causa se occultasse, vt aliquid magnum, & Deo dignum efficeret, & ideo non perit. *Indica mihi*, vbi es, sed *vbi pascas, & cubes in meridie*: quia certo scio hanc mansionem ideo factam, vt aliquid spiritualis fructus aliis præstes. Vnde cum filii munus, & mores probe nosset, via recta tendit in templū, vbi *post triduum inuenit illum sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos.* Stupebant autem omnes qui *Eum audiebant super prudentia, & responsis eius.*

Luc. 2. v. 48.
Hom. 19. in Lucam
Matth. 16. v. 17.
Luc. 2. v. 46.

Et quid hoc est nisi pascere & cubare in meridie? Pascere autem hoc loco potest significare (vt iam diximus) actum pascendi gregem, & actum pascendi se ipsum, quo modo grex pascit herbam. Vtrumque exercebat hic Christus Dominus, tenim interrogabat, & audiebat doctores, vt pasceretur ab illis, tāquam humilis discipulus, qui edocere cupit à magistris. At vero agens

gens personam discipuli, etiam tanquam diuin9 A pastor, & magister pascebat & docebat ipsos doctores, indicabatq; illis seipsum, vetiq, Messiæ aduentum, tanta animi modestia, & sapientia, quod doctores non tantum admirabantur, sed stupebant; considerantes in tam tenera ætatę, tam eximiam splendescere prudentiam, tam profundam intelligentiam scripturarum, & sapientiam magis diuinam, quam humanam. Vnde eum sedere fecerunt inter seipsos, & hoc est quod dicit sponsa, *Vbi cubes in meridie*, cubare enim animi quiescentis est. Christus autem cubauit in medio doctorum, & in meridie, quia radios summæ sapientię luce meridiana clariores, & ardentiores emittebat, quibus illorum mentes illuminabat, & accendebat, vt quæ de aduentu Messiæ scripta erant, intelligerent, & desiderarent. Tuncque impletum est de puerulo isto quod scriptum est, *Puer paruulus minabit eos.* Sed quoniam puer erat, seruauit humilem docendi & pascendi modum, dum in interro- B gatione ostendebat modestam humilitatem, & per illam pręstabat docendi ministerium. Interrogabat (inquit Origen.) magistros, non vt aliquid disceret, sed vt interrogans erudiret. Ex vno quippe doctrinæ fonte manat, & interrogare, & respondere sapienter, & eiusdem scientiæ est scire quid interroges, & quid respondeas. Ait tamen quod Christus Dominus magis instruebat responsis, quæ præstabat ad ea quæ ipsi doctores quærebant, & de quibus stupebant. Et quomodo non stuperent intuentes in aurora meridiem, & in puero immensam sapientiam? Vidisti modū, quo Christus puer panit doctores, attende quomodo pascat te ipsum insigni modestiæ, & humilitatis exemplo. Nam cum plenus esset omni sapientia, & omnium magi-
» strorum dignissimus esset magister, & doctor,
» voluit tamen puerili ætati se accommodare, &
» inter doctores, non magistri, sed discipuli per-
» sonam agere ad nostram superbiam reprimen- C
» dam. Nam vt notauit idem Doctor: quia paruu-
» lus erat, inuenitur in medio doctorum, non eos
» docens, sed interrogans, & hoc pro ætatis offi-
» cio, vt nos doceret pueris, quantumuis sapiētes
» & eruditi sint, conuenire potius quod audiant
» magistros, quam docere desiderent, & se vana
» ostentatione non iactent. Sed melius id confirmat D. Greg. sic dicens: vt non auderent homines infirma ætate prædicare, ille anno duodecimo ætatis suæ interrogare homines est dignat9 in terra, qui per diuinitatem suam semper Angelos docet in cœlo. Quod Moyses allegoriæ
„ mysterio admonet dicens: *Non arabis in primogenito bouis.* Quia cum prima sunt adolescentiæ
„ nostræ tempora, nobis adhuc à prædicatione
„ cessandum est, vt vomer linguæ nostræ proscin-
„ dere non audeat terram cordis alieni.

Ultra hoc etiam suo nos Christus pascit exēplo, vt nemo quantumuis sibi sapiens videatur, verecundetur, & dedignetur interrogare q̄ mi- D nus percipit, & discere ab alijs quę ignorat: quia qui superbe erubescit esse discipulus hominis, dum seipsum docere præsumit, fiet magister erroris. Si Christus interrogat quæ scit, cur ita superbis vt nolis interrogare quæ nescis? Merito ergo D. Clemens hoc decretum tradit dicens: Nullus Episcopus propter opprobriū senectutis, vel nobilitatem generis à paruulis, vel minimis eruditis, si quid forte est vtilitatis, aut salutis, inquirere negligat. Vnde humilis Augustinus Auxilio Episcopo scribens, ait: En, adsum senex à iuuene coepiscopo, & Episcopus tot annorum à collega nondum anniculo paratus sum discere.

Isa. 11. v. 6.

Hom. 19. in Luc.

Eadem hom. 19.

17. Past. admonit. 26 & ho. 2 in Ezec. Deut. 15. v. 19.

Epist. 5. habetur D. 38. c. vlti.

Epist. 75. habetur 24 q. 3 si habes.

§. 3.

SEd iam videamus quomodo pauit parentes, & in illis nosmetipsos, inuenit mater, quem diligebat anima eius pascentem, & cubantem inter doctores in templo, ait illi, *Fili quid fecisti nobis sic?* Id est, quam ob causam nobis inconsultis hic remansisti, nosque permisisti errare, te quærendo, cum sis filius meus, & te maxime diligamus, ac nos diligas? Cur mihi non indicasti vbi pascebas, & cubabas in meridie, vagarer quærens te inter sodales? Huiusmodi autem interrogatio, aut procedere potest ex quadam admiratione eius quod Christus fecit: sicut est illa: B *Quomodo cecidisti lucifer qui mane oriebaris?* & illa, *Quid sunt plagæ istæ in medio manuū tuarum?* aut ex pia quadam querimonia ab effectu materno procedente quod illam reliquerit, ex quo magno cruciatu, solicitudine, ac labore vexata est. Quo sensu D. Hieronymus explicat illud verbum Christi Domini: *Deus meus, vt quid me dereliquisti?* & illud Iob: *Indica mihi cur me ita iudices?*

Isa. 14 v. 12.

Zach. 13. v 6.

Matth. 27. v 46.

Iob. 10. v. 2.

Respondit autem Dominus, *Quid est quod me quærebatis? nesciebatis quod in eis quæ patris mei sunt, oportet me esse?* Ac si diceret: quæris à me cur fecisti nobis sic? Ecce cur feci, quia in ijs quæ patris mei sunt oportet me esse: quia obedire oportet Deo, magis quam hominibus: quia cibus meus est; vt faciam voluntatem eius qui misit me, & perficiam opus eius: quia zelus domus Dei comedit me, & illam à tenebris purgare & illustrare volui: quia propter hominum salutem missus sum, & in illa procuranda occupari me oportet: quia etsi vobis inferior sum, & subditus, vt C homo, tamen superior sum vt Deus, & in eis quæ Dei sunt præcipue oportet me esse. Dicitis: *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie.* En in ijs quæ patris mei sunt pasco & cubo, & hic est meus meridies, voluntas eius, pastura mea est, cubitus meus, suprema mea requies & gloria, propter hanc vos reliqui, & in templo mansi in ijs quæ sunt iuxta voluntatem Dei, debetis me quærere, & ibi me inuenietis, ibi vos pascam, & requiescere faciam: hac voluntate vos pascimini, in hac cubate hic vester sit meridies, quia nihil est amabilius, nihil splendidius, & nihil fragrantius, quam Dei facere voluntatem, & illam opere in omnibus implere.

En pabulum dulcissimum & saluberrimum, quod præstat tibi paruulus iste pastor, vt nimirum semper in ijs quæ Dei sunt, vel contemplandis, vel operandis, occuperis, ea quæ Dei sunt sapias, loquaris, & exequaris, ne sis sollicitus, & turbatus erga plurima, quia hoc vnum D est tibi necessarium, vt in eis quæ Dei sunt iugiter verseris, eius voluntatem perfecte exequi cupiens, per quam ad meridiem perfectionis celeriter ascendes.

Quod si in meridie fueris ardoris & tribulationis, ibique te à Deo derelictum sentias, hoc tibi solatium sit, quod in ijs quæ patris tui sunt prout oportet, tunc existis: ea enim

pateris, quæ ipse te vult pati: & hæc vnica sit tibi A consolatio, sicut S. Iob, quod non contradicas sermonibus sancti, sed eius te subijcias beneplacito, ac sanctissimæ voluntati. Vnde sicut audito hoc responso cessauit dolor, & luctus Deiparæ, diuinam in filio venerans natutam, & amplectens voluntatem, ita à te omnis recedat querela, mœstitia & planctus, hoc solo gaudens quod in iis quæ patris cœlestis sunt, oportet te Christum quærere, & ibi poteris inuenire, vbi etiam te oportet perpetuo esse.

Iob. 4. v. 10.

Sed quid est quod subdit Euangelista? *Ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos.* Si non intellexerunt verbum, quomodo pasti sunt illo? Phrasis est scripturæ, quod vni conuenit de pluribus in genere affirmare; sicut dicit blasphemasse latrones pendentes cum Christo in cruce, quia vnus eorum blasphemabat. Si ergo verba hæc non intellexit tunc beatus Ioseph, cur non intelligeret beatissima Virgo, de qua statim dicitur; *Et mater eius conseruabat omnia hæc* B *in corde suo?* Conseruabat vtique secum conferendo, & ruminando, & penetrando, & sic verbis istis pascebatur, & in illis requiescebat, vt ait Ezechiel, sicut in herbis virentibus. Præterea etsi non statim intelligantur verba, quæ Christus dicit, aut quæ legimus in eius libris, non tamen ideo frustra dicuntur, aut leguntur, si tamẽ memoria retineantur, nam tempore opportuno intelligentur, & pascemur illis: nam scriptum est: *Verbum, quod egreditur ab ore meo, non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui, & prosperabitur in iis ad quæ misi illud.* Quod si non statim faciat, aut prosperetur, satis est vt conuenienti tempore fiat. Est enim instar seminis, quod frumentum producit in tempore suo.

Luc. 2. v. 50.

Ezech. 34. v. 14.

Isa. 55. v. 11.

§. 4.

Denique ex his verbis, *In iis quæ patris mei sunt oportet me esse*, infert Euangelista coronidem totius pueritiæ Christi vsque ad trigesimum annum, dicens: *Et Iesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines;* paulo ante relata prima præsentatione Christi ad templum; vbi Simeon eum agnouit ac benedixit; ait D. Luc: *Puer autem crescebat, & confortabatur plenus sapientia, & gratia Dei erat cum illo*, nullam faciens mentionem profectus eius apud homines, eo quod solum loquebatur de illo ab infantia vsque ad duodecimum annum: quo tempore suæ sapientiæ & gratiæ condum hominibus specimen dederat, quia exterius tunc apparere noluit, nec suæ sapientiæ & gratiæ talia opera externa edere, quæ homines in eius admirationem raperẽt. At duodecimo anno, quando iam rationis vsus perfectus hominibus inesse solet; ait Euangelista, quod proficiebat sapientia, & gratia apud Deum, & homines: non quod intus proficeret, qui ab initio semper fuit in meridie vt iam diximus, sed exterius in ostensione sapientiæ & sanctitatis diligentissime exercens cuncta quæ spectabant ad cultum Dei, & ad ædificationem D hominum, vt eos sanctis exemplis, & discretis verbis, ac responsis pasceret, & prodesset. Crescebat itaque non in interna sapientia, & sanctitate, sed in verbis, & factis quæ ab illa procedebant, quæ pro ratione ætatis crescentis etiam sapientiora & gratiora erant. Quo etiam nos monemur quamdiu sumus in statu pueritiæ C

Luc. 2. v. 52.

Luc. 2. v. 40.

spiritualis, quæ propria est eorum, qui dicuntur incipientes; nostri muneris esse crescere in charitate, & sanctitate, ac mente corroborati apud Deum, abscondentes nos ab hominibus, nobis tantum attendentes. Transacto vero hoc pueritiæ tempore melius esse proficere apud Deum & homines. Quod ad verba & opera referri debet, vt curemus ea in dies esse sapientiora, gratiora, ac sanctiora: apud Deum quidem vt vera sapientia & sanctitate polleant sine fictione, apud homines vero, vt coram illis quæ decent operantes, illis prodesse possimus. Vnde fiet quod etiam intus proficiamus: nam opera nostra internam augent sanctitatem, etsi in Christo Domino non augerent.

Sed dices, si Christus vere proficiebat sapientia, ætate, & gratia secundum opera, quæ in humana natura exercebat, non erat tunc in meridie; sed quasi in aurora, tendens ad meridiana opera, quæ in ætate perfecta operaturus erat. Quomodo ergo sponsa etiam pro ista ætate inquirit: *Indica mihi vbi pascas in meridie?* Sed quis dubitat clariorem, & ardentiorem esse meridiem in vno tempore quam in alio, in æstate quam in initio veris, & tunc quam in hyeme, & tamen semper respectu illius temporis verus est meridies. Sic Christus Dominus præclariora verba, & opera ostendit tempore suæ prædicationis, & passionis, quam toto tempore præcedenti, tamen pro quouis tempore erant velut meridies, quia summam obtinebant perfectionem illi ætati congruẽtem. Sic igitur curare debes ea quæ tuam decent ætatem, præcellenter semper exequi, vt iuxta sapientis consilium in omnibus operibus tuis præcellens sis, *Senectus enim venerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata:* Eccl. 33. v. 23. *cani enim sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita* Sap. 4. v. 8. *immaculata.* Propter quod inter doctores Senes venerabilior erat Christus puer, cui sit honor, & gloria in secula. Amen.

EXHORTATIO VII.

De modo quo Christus pauit homines tempore suæ prædicationis, non deserens contemplationem, quem imitari debent veri pastores, & de stupenda ruina Iudæorum qui illi restiterunt, & de euitandis falsis eius sodalibus.

Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam, &c.

Acturi de Christi prædicatione quæ mirifice describitur his verbis, *Indica mihi, &c.* aduertendum est ea posse referri, vel ad antiquam Ecclesiam, vel ad nouam, quarum eadem est fides, obscura quidem respectu claritatis patriæ; nam teste D. Paulo, *Videmus nunc per speculum in* 1. Cor. 13. v. 12. *ænigmate, tunc autem facie ad faciem.* Cæterum nostra fides comparatione antiquæ circa mysteria Trinitatis, & Christi, & aliorum, quæ his annectuntur, est velut meridies respectu auroræ, quæ adhuc multis obuoluitur tenebris, & frigoris rigore premit. Ideoque cum lex antiqua data est,

Ex d.19. v. 16. est, vt supra perpendimus, mons Sina opertus A est densissima nube,& totus fumabat. Quare sicut in aurora, quando Sol oritur magnas facit vmbras, & quanto magis ascendit minores,& cum peruenit ad meridiem, nullas: ita Christus Dominus antiquis patribus se primo manifestauit sub vmbris multarum ceremoniarum, & sacrificiorum, quæ illius aduentum præsignabant: sed omnes euanuerunt, cum primũ homo factus est. Ideoque venisse dicitur *De monte Pharan*, seu *à monte vmbroso, & condenso*. Quoniam vt

Abacuc. 3. v. 3. Lib. 33. Mor. c. 1. Noua expositio prætersupra relatam. interpretatur D. Gregor. inde venit, vbi tenebatur sub promissione quasi inclusus. Erat autem inclusus in spissis allegoriarũ obscuritatibus veteris testamenti, quod propter hoc mons vmbrosus,& condensus vocatur. Vnde quod mox addit Propheta, *Splendor eius vt lux erit*, ad nouũ spectat testamentum, cum abiectis his vmbris, & figuris Christus manifeste venit, & facta est quasi meridies propter magnam lucis claritatẽ, qua hęc mysteria reuelauit,& propter summum charitatis ardorem, qui in lege Euangelica viget. Quod discrimen agnouit D. Paulus dum Iudæos dicit in lectione veteris testamenti retinere velamen, quo facies Moysi erat obtecta.

2. Cor. 3. v. 57. *Nos autem*, inquit, *reuelata facie* (id est dempto velamine) *gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem*. Id est, in magnam claritatem peruenientes.

Hanc ergo claritatem & meridiem desiderans antiqua Ecclesia dicebat: *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie*. Ac si diceret, Diu Domine in densa caligine tot figurarum protraxi vitam, indica iam mihi te ipsum clare, & manifeste, demonstra mihi vbi pascas & cubes in meridie legis Euangelicæ, quam promisisti, vt vmbræ istæ sub quibus tamdiu vixi, longe recedant.

De triplici pastu, quem Christus præstitit tempore suæ prædicationis. §. 1.

VEnit igitur pastor iste cœlestis, & triginta annorum peracto curriculo cœpit seipsum omnibus palam manifestare toto tempore prędicationis suæ, quod transegit partim pascendo oues Israel ad quas missus est, partim cubando in oratione,& contemplatione, illud in ciuitatibus,& plateis, ac synagogis, hoc in montib.& desertis,& vtrumque in meridie, id est suprema

Matth. 4. v. 15. claritate & charitate flagranti. Inde D. Matt. describens exordium prædicationis Christi in terra Zabulon,& Nephtalim confirmat illud ex eo quod prænunciauerat Isaias dicens; *Populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam, & sedentibus*

Isa. 9. v. 2. *in regione vmbræ mortis lux orta est eis*. Ex tunc n. lux quasi meridiana apparuit populis illis, quos Dominus pascere cœpit triplici diuino pastu, scil. doctrina clarissima & præcellentissima, exẽplis heroicæ & supremæ sanctitatis, & tandem beneficijs prodigiosis in bonum ipsorum. Ex quibus texitur funiculus triplex, quo eos ad se tra-

Osee. 11. v. 4. here conabatur iuxta prophetiam Oseę, *Traham eos in funiculis Adam; in vinculis charitatis*, vt supra

Lib. 1. Exhort. 2. Et infra li. 3. Exhort. 4. fuse explicatum est. Hoc sulum non addamus, eunctà hæc fuisse præstita in meridie. Id est tanta claritate, vt omnes Iudæi, nisi malitia Scribarum, & Pharisæorum excæcasset eos, clare possent intueri Christum verum esse, qui triplicem hunc pastum illis præstabat, iuxta id quod dixit Dominus: *Si non venissem, & locutus eis fuissem, peccatum non haberent, nunc autem excusationem nõ habent de peccato suo. Et si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.* Ioan. 15. v. 22. & 24.

Hac etiam de causa ad celebriorem sermonẽ habẽdum in quo legem Euangelicam promulgauit, mõtem excelsum elegit, qui altitudinem doctrinæ & sanctitatis indicaret, iuxta id quod prædictum erat: *Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion*. Et iterum, *In montibus excelsis Israel erunt pascua earum; ibi requiescent in herbis virentibus*. Tot sunt autem herbæ virentes quot sententias Christus ibi protulit, & quot virtutũ exempla in seipso manifestauit: quibus discipuli pascebantur, & nos etiam quotidie spiritualiter,& inuisibiliter pascimur in Ecclesia Catholica, quam meridiei comparat D. Ambrosius, sic interpretans hunc locum: In meridiano pascis, B hoc est in Ecclesiæ loco, vbi iustitia splẽdet, vbi fulget iudicium sicut meridies, vbi vmbra non cernitur, vbi maiores sunt dies, quod eis sol iustitiæ tanquam æstiuis mensibus diutius immoretur. Pascit autem etiam nos in hac Ecclesia per pastores ab ipsis constitutos. Nam *quosdam* (inquit) *dedit pastores & doctores*. Et rursus, *Dabo vobis pastores, iuxta cor meum, & pascent vos scientia, & doctrina*. Hos autem pastores suo exemplo docuit modum pascendi oues sibi commissas, triplex illud pabulum eis præbens; quod ipse præbuit: vt scilicet pascant eas doctrina, vita exemplari, & beneficijs eis præstitis, nempe, aut ministrando Sacramenta, aut conferendo eleemosynas, aut quid huiusmodi præstando, propter quod Dominus ter Petrum interrogauit, *amas me*, & ter dixit illi, pasce agnos meos, aut oues meas. Cum enim esset caput, & princeps pastorũ Ecclesiæ super ipsum fundatæ, per ea, quæ illi dixit, cæteros instruxit, significans pastores debe- C re excedere alios in dilectione sicut meridies excedit auroram, vt luce doctrinæ & charitatis ardore valde præmineant, & subditos triplici commemorato pabulo pascant. Quod D. Bern. de D. Petro loquens ita exponit: Pasce mente, pasce ore, pasce opere. Et sicut non dixit illi, pasce agnos tuos, sed meos, ita non debes pascere tua doctrina, sed mea, nec tuis pascuis, sed meis à me tibi ad hoc præstitis: nam Christus est qui per pastores loquitur, docet, & benefacit subditis, iuxta illud, *Qui vos audit me audit*. Et *An experimentũ quæritis eius qui in me loquitur Christus?* Quod Ecclesiastes ante prædixerat dum ait. *Verba sapientum sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi quæ per magistrorum consilium data sunt à pastore vno*. Dicuntur stimuli, quia pigros pungunt & stimulant: claui vero, quia cor penetrant: & iuxta vocem Græcam sunt claui ignis, quia penetrando cor accendunt. Hæc autem verba collecta sunt per consilium magistrorum, scilicet Propheta- D rum & Apostolorum, ac Euangelistarum in vtroque Testamento; sed tamen cuncta sunt ab vno pastore, ab vno Deo, ab vno Christo, qui per reliquos stimulat, penetrat, accendit, docet, & oues pascit.

Isa. 40. v. 9. Ezech. 34. v. 14. Lib. 4. Exameron. c. 5. Ad Ephes. 4. v. 11. Ierem. 3. Ioh. 21. v. 15. Serm. 1. de resurrect. Luc. 10. Cor. 13. v. 3 Eccl. 12. v. 12. Matt. 5. v. 1.

Cæterũ non solum Christus Dominus pascebat, sed cubabat in meridie; pernoctans in oratione Dei, i. e. in altissima oratione, & contem- Luc. 6. v. 12. & c. 9. v. 12. platio-

platione, cui in montibus solus vacabat, sicut cū A orans transfiguratus est, & resplenduit facies eius sicut sol, & lux meridiana. Quo etiam exemplo pascebat Ecclesiæ pastores, docens eos vt ita alios pascant, quod etiam ipsi cubent in meridie, & altissimæ vacent contemplationi in qua discant, & accipiant id vnde alios pascant, sicut
2. p. pastor. c. 5. monuit D. Gregorius dicens: Sit rector singulis compassione proximus, præ cunctis cōtempla-
" tione suspensus, vt per speculationis altitudinē
" semetipsum quoque inuisibilia appetendo trāſ-
" cendat. Quia igitur Ecclesia Christi tales sibi pastores desiderat, qui ab ipso supremo pastore modum sui muneris obeundi discant, ad ipsum orat dicens nomine eorum. *Iudica mihi vbi pascas, vbi cubis in meridie*. Id est ô pastorum princeps, indica mihi, & omnibus, qui pastoris exercent officium, modum quo tu pascis, & cubas in meridie, vt à te edocti, sciant pascere, & cubare, & digne suum munus ad gloriam tuam obire.

De stupenda ruina Synagogæ, quia recessit à vero Christo.
§. 2.

Pro Dom. 19. post Penteco-sten. Sed audiamus stupendum, & lamentabilem antiquæ Synagogæ casum. Nam qua parte multos continebat bonos, præcedentem fudit precationem subiungens; *Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.* Seu vt vertunt LXX. *Ne*
In Exhort. 3. *forte efficiar sicut adoperta super greges sodalium tuorū*, vel vt alij legunt: *quare enim ero sicut cooperta & pallio amicta apud greges sodalium tuorum?* Insinuans vt iam supra dicere cœpimus, morem meretricum & adulterarum, quæ ita se coopetiebant. Cognouerat autem antiqua Synagoga sæpius se fornicatam esse à vero Deo, & ad idola gentium se conuertisse, iuxta illud Ieremiæ; *A sæculo con-*
Ier. 2. v. 20. & 16. *fregisti iugum, rupisti vincula mea; & dixisti non seruiam: in omni enim loco sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix: & iterum: Filij Memphios, & Taphnes te constuprauerunt vsque ad verticem.* C Quia scilicet illam induxerunt ad idololatriam vt fere omnes Ierosolymitæ à minori vsque ad maiorē illam sectarentur. Hæc ergo sciens Sy-
Ita Septuaginta legunt. nagoga clamabat: *Annuncia mihi quem dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas in meridie, ne forte efficiar sicut adoperta super greges sodalium tuorum.* Hoc est, veni iam Domine & manifesta te mihi clara luce meridiana, prædicans tuam fidem, & salutarem doctrinam, ne forte iterum fiam meretrix & adultera relinquens te Deum viuum, & falsos Deos amplectens. Hæc orabat humilis, & pia pars Synagogæ, cui pro votis successit quod petebat. Sed horrēdum est quod nobiliori parti eius contigit, nempe primoribus Sacerdotum, Scribis & Pharisæis, & primoribus Iudæorum, qui Christum recipere noluerunt, nec eius assentiri prædicationi, sed cæcutierunt in hoc ipsius meridie, iuxta illud: *Impegimus in meridie quasi in tenebris.* Quia teste D. Paulo, velamen il-
Isa 59. v. 10 lud Moysis positum est super cor eorum. Quo D velamine Synagoga eorum cooperta tanquam meretrix, & adultera, recessit à viro suo legitimo
2. Cor 3. v. 15. Christo, & ad falsum Christum, seu Pseudo-Christum quem venturum sperat, se tota conuertit: iuxta id quod Christus Dominus Iudæis
Ioh. 5 v. 43. dixit: *Ego veni in nomine patris mei & non accipitis me, si alius venerit in nomine suo, illum accipietis*, quod

A de Antichristo fere omnes patres interpretantur.

Contra quos ita inuehitur D. Ambros. hunc locum interpretans: Cur Synagoga dicis, *An-* Refert Theo *nuncia mihi, quem dilexit anima mea*, & non dicis Ianctus ubi. in exhort. ad Virg.
quem diligo? Ideo non tenes, quia dilexisse te dicis, cur non potius diligis vt possis tenere? Cur
" dimisisti quem tenebas? Dilexisti partum fide,
" amisisti incredulitate; tenebas charitatis vincu-
" lis, & amisisti longo fune perfidiæ. Ideo nescis Serm 2. in Ps. 118. v. 1.
vbi pascat, vbi maneat. Dic mihi Christe, vbi
" pascis, vbi maneas? Reliquisti me, abiisti ad gen-
" tes, recessisti longe à me, & illis propior factus
" es, à quibus longe eras. Sed factus es prope, quia
" crediderunt sanguini tuo. A me recessisti, quia
" ego crucem tuam non suscepi, vt mundi redem-
" ptionem, sed vt noxij damnationem. Qui au-
" tem receperunt te, sicut salutis authorem, sunt
" in meridie, illis luces, illis fulges, illis calet gratia
" tua sicut meridies. Hæc D. Ambrosius.
"
B Libet hæc explanate ex celeberrimo, sed difficillimo vaticinio Zachariæ Prophetæ, de pa- Zach. 11. v. 4.
store pascente populum Israeliticum diuersis temporibus, ex quo ab Ægyptiaca seruitute liberatus est; sed nos ad Christum Dominum applicare conabimur, cui Pater æternus dixit: *Pasce* vers. 4. *pecora occisionis, quæ qui possederant occidebant, & non dolebant, & pastores eorum non parcebant eis.* Id est, pasce populum istum Iudæorum occisioni propter sua peccata deputatum, cuius nullam curā gerunt proprij pastores, quin potius eius perditionem moliuntur. Obediens autem Dominus huic voci, & commiseratus pauperum illius populi ad eos sermonem dirigens ait: *Pascam pecus occisionis propter hoc, ô pauperes gregis. Et assumpsi mihi duas virgas; vnam vocaui decorem, & alteram vocaui funiculum, & paui gregem.* Id est vnam mitiorem, quæ molliter regit nec lædit gregem, quam cōmuniter vocamus baculum, Hispani *Cayado*, qui à summo est incuruus ne proiectus percutiat, & C hanc vocaui, *Decorem*; Alteram vero quæ capit, trahit ac percutit pecus, quam vocant pedum, Hispani *Gancho*, & hanc vocaui *Funiculum*. Per has duas virgas, duas partes pastorales potestatis intelligimus; vnam, quæ gregem pascit, & regit blande, & molliter, inducens homines ad virtutis studium, rationibus, exemplis, beneficijs, præmijs, & omnibus medijs, quę amorem excitant; quæ propria sunt legis euangelicæ à Christo Domino eminenter assumpta; & ideo D. Cyrillus virgam quæ vocatur decor, dicit esse legem euangelicam, sed latius patet vt sit quisuis modus regendi inanis per ea, quæ amorem conciliant. Et merito vocatur decor, quoniam valde decorum est hominē amore virtutis duci, præmijs excitari, & autori ac redemptori suo se subdere. Sed quoniam multi deliquunt, nec satis amore ducuntur, indiget acriori virga correctionis, & castigationis, qua quasi funiculis ligati trahantur ad id quod iustum est: de qua dixit D. Paulus, *Vultis in virga veniam ad vos, an in* D *charitate & spiritu mansuetudinis?*

Christus igitur cum prædicare cœpit, & mu- 1. Cor. 4. v. 21. nus pastoris obire, has duas virgas assumpsit, sed maxime regebat populum virga decoris, spiritu mansuetudinis & amoris, beneficiendo omnibus, trahendo eos ad se vinculis charitatis: aliquando vero vtebatur virga ferrea funiculi; vt cum

Ioan. 2. v. 15. Matt. 23. cum fecit flagellum ex funiculis ad proijcieu- A dum è templo negotiantes in illo, & cum acriter inuehebatur in Scribas, & Pharisæos carpés eorum vitia. Postquam autem triennio laborauit regens illos, quasi mercedem, & fructum sui laboris exigens, ait: *Si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam & si non, quiescite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos*, nam loco mercedis pro opera sua eos pascendos adhibita, dederunt triginta argenteos Iudæ proditori, quibus me en erunt, vt morti crudelissimæ traderent. *Decorum pretium, quo appreciatus sum ab eis.* Id est, ô vilissimum pretium, quo æstimauerunt me, cum ego tanti eos fecerim quod pro salute eorum de cœlo venerim. Cum ergo tam horrendi esset Iudæorum ingratitudo, & despectio Christi; subdit quid fecerit: primo, *Tuli virgam meam qua vocabatur decor, & abscidi eam.* Id est fregi hanc virgam, reliqui modum suauem regendi illos, dissoluens pactum quod cum illo populo inieram; & arrepta altera virga funiculi, & B fauoris, *Succidi tres pastores in mense vno.* Hoc est breui tempore destruxi tres pastores iniquos, qui illum populum regebát, nempe reges, principes Sacerdotum, & scribas, seu legis Doctores. Nam anima mea quæ benigne eos regere cœperat, contracta est propter eorum ingratitudinem, & proteruiam, & permisi quod Romani eos deuastarent, & seipsos inuicem crudeliter occiderent. *Et dixi, non pascam vos, quod moritur moriatur, & quod succiditur, succidatur; & reliqui deuorent vnusquisque carnem proximi sui:* iam deinceps non vos protegam, sed omne malum permittam vobis euenire donec penitus subuertamini: tunc autem etiam regimen vestri populi prorsus deseram, *Et p-acidi virgam meam qua appellabatur funiculus, vt dissoluerem germanitatem inter Iudā, & Israel.* Id est curam omnem gregis ac studium abieci, & à correctione & flagello pastoris abstinebo, vt dissoluamini sicut olim Iuda & Israel

Verf. 12.

Ita fere D. Hieron. Cyrillus, Theodoret. & alij.

Ose. 1. v. 41 dissociata sunt tempore regis Roboam. Quia C iam; *Non populus meus vos, & ego non ero vester.* Et hoc fuit extremum malorum Hebræi populi iam omnino propter eius proteruam rebellionem deserti à Deo. Cuncta hæc mala præuidit,

Luc. 19. v. 41. & annunciauit eis Dominus, cum ascenderet Hierosolymam, & videns ciuitatem, fleuit super illam, dicens: *Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, &c. eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ.* Fleuit autem præ nimio

Zach. 11. v. 8. dolore, quia (vt dicit Propheta) anima eius contracta est, afflicta, & angustiata propter illius ingratitudinem. Etenim quæ instanter clamabat ad Messiam; *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum*: quando vidit iam in mundum, & iudicabat ei quod desiderauerat, & perierat, cœpit eum odio habere gratis, & relicto pastore proprio, vagata est post greges fictorum sodalium, sequens Pseudo- Christos, & Pseudo-Prophetas, hypocritas, & iniquos pastores D Christi hostes.

Psal. 22. v. 4. Et quia noluit regi à virga suaui decoris eius, nec per virgam terrificam funiculi eius corrigi, derelicta est à proprio pastore, & facta est tanquam aliena, & adultera repudiata, cuius nulla est cura apud virum, qui repudiauit eam. Nos autem alieno periculo edocti dicentes cum Dauide, *Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt.* Vtramque Christi virgam osculemur, amplectamur, ne nos deserat sicut Hebræos: quod summum omnium malorum est, vt superius diximus, & quia à Christo Domino petimus, vt indicet nobis vbi pascat & cubet in meridie, quæramus illum in Ecclesia Catholica, vbi eum tantum inuenire valemus.

Ex D. Greg. hom. in Ezech. & lib. 26. Moral. 15 lib. 2. Exhort 5.

De falsis sodalibus Christi modo fugiendis.

§. 3.

Sed si hæc *verba ne vagari incipiam, &c.* ad Ecclesiam Catholicam referamus, etiam timet pro suis fidelibus saltem paruolis, & minus perfectis, ne vagari incipiant post falsos pastores, qui se fingunt Christi sodales, cum tamen contrarias sectas veræ fidei introducere conentur: cuiusmodi sunt Iudæi, Gentiles, seu Mauri, & hæretici, de quibus vaticinatus videtur Ecclesiasticus cum dixit: *Duas gentes odit anima mea, tertia autem non est gens quam oderim. Qui sedent in monte Seir, & Philisthim, & stultus populus qui habitat in Sychimis.* Per habitantes in Seir qui erant Idumei ex eisdem Patriarchis cum Iudæis progeniti, intelliguntur Iudæi perfidi, qui Christi sanguine quem fuderunt facti sunt rubicundi (hoc enim significat nomen Idumæi) & cum eosdem nobiscum habeant patres, quos veneramur, easdemq; scripturas, infensissimi tamen sunt Christi hostes In Philisthæis vero, qui à populo Dei omnino erant alieni, idololatras, ac Turcas intellige. Per Samaritanos autem de religione cū Iudæis concertantes, hæretici designati sunt, qui contra Christi Ecclesiam semper decertant in Apostolos suam originem falso reducere astruentes: qui bene vocantur populus stultus, quia dicentes se esse sapientes stulti facti sunt, & in stultissimos prolabuntur errores. Vnde Ecclesiasticus de eis dixit; quod hæc tertia gens non est gens vna, quia ex varijs sectis, & hæresibus inter se etiam contrarijs à multiplicibus hæresiarchis edoctis conflatur; sicut Samaritani ex multis nationibus sunt aggregati.

Eccl. 50. v. 17.

Has tres species gentium odio sancto prosequi debemus fugiendo eorum consortia; maxime autem Iudæorum, & hæreticorum, qui speciali ratione nuncupantur sodales Christi etsi ficti, eo quod Iudæi Messiam quidem confitentur in lege promissum sicut nos, sed negant hūc esse Iesum, & ex eisdem scripturis perperam intellectis contra eum acriter pugnarunt, & pugnant.

4. Reg. 17. v. 14.

Hæretici vero Christum confitentur, illum se defendere putantes, sed vere oppugnant, cū fidem violent, & scripturas dilacerēt. Hos duos Ecclesię hostes per allegoriam vocat Isaias duas caudas titionum fumigantium, qui pugnauerunt contra Iudam, volentes amouere ab illa proprium regem, & regem constituere *Filium Tabeel*, quod, vt inquit Diuus Hieronymus, interpretatur bonus Deus: huiusmodi enim gentes sunt titiones fumigantes, qui parum ignis & veritatis retinent, & nihil nisi fumum erroris, & molestiæ efflant, quorum finis erit æterna exustio. Satagunt quidem verum Christum filium Dei viuum, & eius veram fidem ab Ecclesia pellere, & loco illius alium constituere, qui iuxta erroneum

Isa. 7. v. 4. In Isa. 7.

erroneum eorum iudicium sit filius Tabeel seu A filius boni Dei, cum non sit nisi idolum, & Deus fictus ac vanus Christus. Vterque o. aduersarius (inquit D. Hieron.) apud se veritatem, & optimam existimat esse doctr nam.

Hæc igitur præuidens sponsa Christi, timens ne homines, maxime simplices fideles ab his hostibus decipiantur; orat dicens: *Indica mihi, &c.* Id est, pastor bone ostende certo, & manifeste omnibus hominibus, & meis fidelibus locum, vbi est tua vera fides, vera religio, vera charitas, iustitia, & sanctitas vbi tu verus Deus, & homo pascis oues tuas sana doctrina, & cubas per fidē in cordibus hominum: quia si tu hæc non indicas, forte vagari incipient post sectas tuoū hostium, ab ipsis d... eorū, qui tuos sodales se esse mentiuntur. Hic autem locus, vt iam diximus cum D. Ambrosio, non est aliud quam Ecclesia Catholica Romana supra Petrū à Christo fun-

Matth. 16. v. 18. data, iuxta id quod dixit: *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; & portæ inferi non prævalebunt* B

Luc. 22. v. 32. *aduersus eam: quia ego rogaui pro te Petre, ne deficiat fides tua.* Hæc sola est locus vberrimus pascuæ: in quo pascuntur oues Christi vera doctrina, & sanctitate. Hæc est vnica caula, vbi secure possunt cubare ne lædantur à lupis rapacibus, qui induti veniunt pellibus ouium. Hæc est vnica arca Noe, intra quam tam homines, quam iumenta, docti, & indocti proprios cibos habent, & cubant, ac salui fiunt, extra eam vero omnes peccatorum diluuio pereunt. In hac sola est verus meridies, fulgens sapientia, ardens charitas, & veri inueniuntur doctores, & sapientes: quoniam communicationem desiderare debemus, ne à fictis sodalibus decipiamur: vnde D.

Serm. 50. de verbis Domini. lib. de vnitate Ecclesiæ. c. 15. Augustinus hunc interpretans locum, sic ait: Quid significat meridies? Magnum feruorem, magnomq; splendorem. Ergo notum fac mihi Domine, qui sunt sapientes in Spiritu feruētes, & doctrina fulgentes. *Dexteram tuam notam fac*

Psal. 89. v. 12. *mihi, & eruditos corde in sapientia.* ipsis inhæream io C corpore tuo, ipsis societ, cum ipsis te fruar, ne » incurram in eos, qui alia de te dicunt, & prædi» cant, & greges suos habeant, non tuos. Non n. » dixisti Petro; pasce agnos tuos, sed meos. Soda» les dicuntur, sed quales fuerunt sodales Sam» son, non seruantes amico fidem, volentes cor» rumpere eius vxorem. Ergo ne incidam in istos, » & sim velut operta, latens, & obscura, indica » mihi, vbi pascas, vbi cubes in meridie. Hæc carpsimus decerpta ex Augustino: qui etiam optime confutat Donat. stas, qui per meridiem intelligebant Africam vbi eorum cœtus vigebat; quasi Ecclesia Christi non esset per totum orbem sparsa.

Isa. 7. v. 4 Non ergo sumamus consilium illud Isaiæ; *Vide vt sileas, noli timere, & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium.* Sæcularibus enim expedit silere, & non miscere colloquia cum Iudæis, & hæreti is, nec disputare cum illis (hoc enim ad Doctores Ecclesiæ spectat) sed oportet D non timere eos, sed despicere, & nihil ducere eorum rationes & minas: imo ab illis fugere sicut à titione fumigante, nisi possimus eum extinguere. Quod lere autem debemus eorum in-

Osee 4. v. 12 felici sorti: quoniam vt ait Oseas: *Spiritus fornicationum decepit eos, & recesserunt à Deo suo.* Attendentes vt dixit D. Paulus, spiritib. erroris & dæmoniorum in hypocrisi loquentium 1. ad Tim. 4. 1. mendacium. Vtinam Deus ostendat illis vbi pascit in meridie, vt fugeotur hi spiritus erro- Act. 26. v. 19. rum, & resipiscant, ad veramque Christi lucem conuertantur. Amen.

EXHORTATIO VIII.

De multiplici pastu spirituali exhibito à Christo Domino in triduo passionis. De sanctissima Eucharistia qua nos pascit, & de modo quo ibi cubat, & cubuit in cruce. Profecto corpo... Christi, & pro ... Domini.

Indica mihi, quem diligit, &c.

PEruenimus ad locum pascuæ Christi, per antonomasiam ita nuncupatum; quem maxime desiderabat eius sponsa cum dixit: *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.* Magnum profecto erat sponsæ desiderium videndi hunc locum vt pasceretur in illo, sed multo maius, & ardentius h bebat sponsus ostendendi illi eundem locum, vt pasceret eam & simul pasceretur cum illa: sicut ipse testatus est discipulis in vltima cœna, dicēns: *Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar.* Luc. 22. v. 15. Id est summo desiderio desideraui offerre nunc hoc mysticum pascha, vt vos illo pascam, & ego vobiscum simul pascar illo, antequam patiar. Sed exspectauit passionis tempus ad illud offerendum, & præstandum, nisi vt ostenderet, quod tunc pascebat, & cubabat cum discipulis suis, *In meridie*: quia in supremo æstu tribulationis exhibebat supremum ardorem charitatis erga ipsos: (vtrumque enim vt sæpe diximus significat meridies) & vtrumque conionxit Ioannes, vt magnitudinem huius amoris extollleret, cum dixit: *Sciens Iesus quia venit hora eius, vt* Ioh. 13. v. 1 *transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* En vtrumque Christi meridiem, quia nulla fuit Christo Domino acerbior & amarior hora, quam ea in qua per amarissimam crucis mortem trāsiuit ad patrem: nec maius potuit amoris iudicium nobis præstare. quam quod in ea hora præstitit nobis, & hoc est quod ait, *In finem dilexit eos.* Id est multo vehementius quam ante, vt exponit Diuus Chrysostomus, nihil omittēs quod vehementer amantem deceret, vt signa sui amoris osten- Hom. 69. in Ioan. lib. 9. in Ioan. deret vsque ad summum. Vel vt dicit Diuus Cyrillus, dilexit vsq; in finum, ipsam mortem, c. 2. & finem vitæ eligens propter illos: maiorem e- Ioan. 15. v. 13. nim hac dilectionem nemo habet: quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis, & bonus pastor summam dilectionem ostendit erga oues cum animam suam ponit pro illis. Quomodo autem hæc facta sint, breuiter percurramus. Ioan. 10. v. 11.

De gestis

De gestis in nocte vltima cœnæ breuis enarratio. §. 1.

ET quidem, appropinquante die azymorum dixerunt discipuli Christo Domino: *Quo vis eamus, & paremus tibi vt māduces pascha*: Quod idē est, ac φ sponsa inquit, *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie*, i. vbi decreuisti pascere, & cubare in hoc meridie, quem expectas. Nā quamuis hæc mysteria celebrata sint, *In qua nocte Christus tradebatur*, & merito dicatur nox, quia summam ipsi attulit tristitiam, & agoniam; tamen etiam dicuntur mystice peracta in meridie, quia vlterius non potuit ascendere, nec æstus angoris & tristitiæ, nec ardor dilectionis.

Marc. 14. v. 12. 1. Cor. 11. v. 23.

Respondet autem eis Dominus indicans locum, sed per signum: quia consueuit homines per homines instruere, & abscondita manifestare: vnde misit illos ad quendam patrem familias, cui (inquit) dicetis, *Vbi est diuersorium, vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum, & ibi parate*: Est autem hoc cœnaculum symbolum Ecclesiæ Catholicæ Romanæ, quam Christus Dominus fundauit, & præparauit, vt in ea pascat, cubet, & meridietur cum ouibus suis, eleuans illas ad supremum meridiem euangelicæ perfectionis, quam sponsa desiderabat. Et hoc modo eleganter exponit Origenes hanc sponsæ precationem: Si quando inquit sol iustitiæ Christus Ecclesiæ suæ excelsa, & ardua virtutum suarum secreta » manifestat, amœnaeam pascua, cubiliaque me- » ridiana videbitur edocere. Nam cum adhuc » initia habet discendi, & prima (vt ita dicam) ab » eo scientiæ suscipit rudimenta, tunc dicit Propheta, *Et adiuuabit eam mane diluculo*. Nunc ergo, quia perfectiora iam quærit & excelsiora desiderat, meridianum scientiæ lumen exposcit. Eius autem desiderio satis faciens Christus Dominus, in hoc cœnaculo tria aut quatuor pabula meridiana præstat, quibus ad supremum luminis, & ardoris verticem ascendat, ex ijs autem pabulis tria breuiter percurremus, vt immoremur diutius in quarto.

Luc. 22. v. 11. *Hom. 2. ex quatuor in Cant.* *Ps. 45. v. 6.*

Etenim primo pauit discipulos, & omnes fideles heroico exemplo profundæ humilitatis, & ardentis charitatis, dum surgens à cœna, deponens vestimenta sua, linteoque se præcingens, missa aqua in peluim, lauit pedes discipulorum suorum, non solum Petri, qui illum etiam negaturus, sed etiam Iudæ proditoris, qui illum morti tradere machinabatur. Vnde exinaniuit semetipsum ministerium serui accipiens, vt suam eximiam charitatem etiam erga inimicum declararet, pedes illius lauans, vt carbones ignis congereret super caput eius.

Ioh. 13. v. 4. *In num. 50. non profequimur.*

Vt autem hoc vitæ pabulo omnes vt decebat, pascerentur, ait illis, *Scitis quid fecerim vobis?* Attendite, considerate, & pascimini, *Exemplum enim dedi vobis vt quemadmodū ego feci vobis, ita & vos faciatis*. Ecce inuenisti vbi Xps pascit, & cubat in meridie, cubat in nouissimo loco, ad pedes Iudæ, quem ipse Christus diabolum nominauit. Et adhuc pascit illum vt resipiscat: quo exemplo pastus, & tu etiam sede in nouissimo loco, & bene fac male facientibus tibi, vt humilitatis, & charitatis meridiem consequaris.

2. Deinde finita cœna pauit discipulos doctrina, & sermone, omnium quos prædicauit excellentissimo, in quo citra dubium meridiem suæ tristitiæ & dilectionis ostendit verbis mellifluis, & fragrantissimis. nam miris modis eos consolatur in tristitijs, patientia præmunit in aduersis, euentura illis prænunciat, secreta fidei mysteria palam manifestat, spem, & fiduciam corroborat, ad mutuam dilectionem exhortatur, orationes eorum pollicetur exauditurum, & missurum Spiritum sanctum; qui eius in sua absentia vices gerat, vt verissime in hoc sermone aperiatur Christo Domino quod de illo dicit sponsa: *Dilectus meus mihi, & ego illi qui pascitur inter lilia*, seu vt vertunt LXX. *pascit in lilijs*, nam in hoc sermone, amore inardescens pascit discipulos pascuis vberrimis & pulcherrimis, candidis, & odoriferis, & omni suauitate refertis. Et quot sunt sententiæ, tot sunt lilia, quæ & odore suo confortant, & insuper miris modis reficiunt.

Ioan. 14. 15. & 16. *Cant. 2. v. 16. & c. 6. v. 2.* *Pascitur verbum deponens v. sit idem quod pascit vt suo loco dicetur.* *Ioan. 17.*

Ad calcem autem sermonis pauit eos oratione quam pro ipsis & pro nobis fudit summa dilectione flagrantem, postulans à patre suprema dona quæ à nobis poterant desiderari in hoc seculo & in futuro, nempe summam vnionem cū Deo & inter nosmetipsos, & Dei claram visionem, ac beatificam fruitionem. Dulcissima sunt hæc pabula ad spiritus refectionem, sed missa nunc faciamus, ad vt sacrosanctam Eucharistiam, de quo sponsa maxime loquitur, deueniamus.

De institutione Eucharistiæ, & pastu ipsius. §. 2.

VT ergo Christus Dominus ostenderet supremum meridiem dilectionis suæ, & quod diligebat suos vsque in finem non solum vitæ mortalis, sed vsque ad finem mundi, decreuit sacramentum admirandum instituere, in quo cum ipsis permaneret vsque ad consummationem seculi, & pasceret eos supremo pastu quem præbere poterat: nam accepto pane dedit discipulis dicens: *Accipite, & comedite, Hoc est corpus meum quod pro vobis traditur*: Quid hoc verbo fulgentius? quid flagrantius? quid hoc pabulo dulcius? quid pretiosius? En tibi, *Vbi pascat in meridie*. Nam bonus pastor carnem & sanguinem, & animam suam dat pro ouibus suis, non solum exponens morti in pretium sed tribuens in cibum, & potum, vt oues pascat propria carne, & potet proprio sanguine: Et sicut inquit Diuus Gregorius, vt oues quas redemerat, carnis suæ alimento satiaret? Quis pastor ait Diuus Chrysostomus, vnquam membris suis oues suas nutriuit? quis pastor oues proprio pascit cruore? Hoc vnicus fecit Christus pastor infinite bonus; qui sic dilexit oues, vt non alio pabulo quam seipso voluerit pascere, & nutrire, vel vt pauper ille qui vnicā ouem paruulam q̄ emerat, proprio pane, & calice nutriebat vt supra diximus, ô fœlix ouis, ex se quidem vilis, & paruula, sed à pastore maximi habita, maximo pretio empta, & maximo cibo, & potu nutrita, & ad maximum finem destinata.

Matth. 26. v. 26. *1. Cor. 11. v. 24.* *Ioh 10. v. 11* *Hom. 14. in Euang. ho. 60. ad populum & hom. 83. in Matth.* *2. Reg. 12. v. 3.* *Exhort. 4.*

Ideo enim Christus nos pascit carne sua, vt constituat nos in meridie charitatis & perfectionis in hoc seculo, & postea in meridie fœlicitatis æternæ. *Nam qui manducat meam carnem, & bibit*

Ioan 6. v. 65. & 58.

Bb

bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & viuet in æternum. A

Quid ergo mirum quod sponsa hunc desidersus cibum dicat, *Indica mihi, vbi pascas, vbi cubes in meridie.* Quod sic egregie interpretatur Diuus Gregorius Nyssenus: Doce me vbi pascas, vt salutari suscepta pastione, æterno implear nutrimento, quod qui non comedit non potest ingredi vitam æternam; & accurrens ad funrem diuinum, potum hauriam, quem tu tanquam ex fonte præbes sitientibus, aquam profundens ex tuo latere ferro ac vena aperta, quam qui gustauerit fit fons aquæ salientis ad vitam æternam. Si enim in his me pascis, me animo facies cubare in meridie, quando in pace simul dormiens requiescam in luce, quæ caret vmbra, sole lucente super verticem, in qua cubare facit eos quos pauisti, quando tu pueros tuos excipies tecum in cubile. B

Hom 2. in Cant.

Luc. 11. v. 5

Hæc Nyssenus: & apte quidem quia pastus iste diuinus, iure optimo vocatur meridianus, quia nec sumi deberet nisi ab ijs qui magno fidei & dilectionis fulgore & ardore flagrarent, sicut effulgens & flagrans erat, qui illud præstitit nobis, vt ad hunc meridiem cito peruenire possemus.

Gen. 18. v. 1

Meminit vtriusque. Orig. hom. 2. & 4 in Cant. super hunc locũ.

Huius typus extitit duplex celebre conuiuiũ in meridie factum, alterum fecit Abraham in feruore diei tribus angelis, quos hospites & peregrinos putabat: apposuit autem eis sub insigni quercu Mambræ panes subcinericios azymos ex tribus satis similæ (quæ flos farinæ est) & vitulum tenerrimum, & optimum butyrum, & lac. Ad hunc igitur modum Christus Dominus in summo suæ dilectionis feruore conuiuium cœleste nobis fecit, in quo præbet panem viuũ, & supersubstantialem, tres continentem substantias, nempe carnem, animam, & diuinitatem in eadem persona filij Dei vnitas. Vitulus C autem tenerrimus & optimus est ipse Christus, & corpus eius in ara crucis occisus, & in sacrificium pro nobis oblatus, qui in eodem sacramento continetur, cum quo etiam præstatur butyrum & lac, id est pinguedo deuotionis, & dulcedo magna spiritualis. Hæc autem omnia apponuntur peregrinis, qui tamen erant Angeli: quoniam panis iste cibus est viatorum, qui per fidem peregrinantur à Domino ad patriam cœlestem, & ad Dei claram visionem properantes. Vnde conuiuium factum est sub quercu Mambræ quod ad visionem interpretatur Origenes, quia tribuitur sub fide crucis, & passionis Christi cum spe fruendi visione & contemplatione ipsius. Vtinam esses affectu peregrinus in hoc sæculo, puritate angelus, cruci Christi maxime deuot⁹, vt iuxta illam in feruore diei, magno charitatis ardore hoc fruereris conuiuio, D quo nihil iucundius, vtilius, & preciosius vnquam reperire valebis.

Vers. 8.

Origen. & alij vertũt quercum vulgata habet cõuallis & arbor. LXX. tere binthum.

Sed in eadem figura inuenies mirifice depictum quod ante institutionem Eucharistiæ cõtigit. Sic enim Abraham peregrinos affatus est: *Afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore ponamque buccellam panis, & confortate cor vestrum. Postea transibitis.* Et quid hoc charitatis, & hospitalitatis officium præfigurat, nisi ꝙ Christus gessit in cœna, afferens aquam, & mittens in peluim, lauans pedes discipulorum suorum, vt indicaret illis summam mundiciam non solum à grauioribus de[lictis], sed à leuiorum pulueribus obtinendam esse ante sui purissimi sacramenti perceptionem. Ipse autem lauit pedes, quia ipse est qui nos mundat, & purificat: necessaria tamen est nostra cooperatio, vt nos ipsi etiam lauemus illos: vnde in Vulgata magis correcta sic legitur, *Afferam pauxillum aquæ & lauate pedes vestros.* Christus n. Dominus dat nobis aquam gratiæ & sacramentorum, ac auxilia quibus applicatur sanguis eius emundans nos: at nos ipsi lauamus pedes dũ nostris actib. contritionis. & amoris hæc peccata venialia expurgamus, & cor purificare amplius conamur. Rursus secundo dicit eis, requiescite sub arbore, ad significandum quod ante huius sacri cibi sumptionem præcedere debet aliqua requies, & consideratio maxime mysteriorum quæ in arbore crucis gesta sunt, quorum hoc sacramentũ est memoriale. Vnde facta lotione pedum Xp̃s Dominus iterum cum discipulis suis recumbes instituit hoc venerandum sacramentum. Et hoc est tertium quod dixit Abraham, *Ponam buccellã panis, & confortate cor vestrum.* Apte vocatur buccella, quia minima particula panis totum continet Christum, & sat est vnica buccella, vt per eam cor nostrum confortetur, vires recuperet, vt inchoatum iter perficiat. Vnde tandem addidit, *Postea transibitis.* Conuiuium n. istud ad hoc ordinatur vt resumptis viribus, vlterius progrediamur, & transeamus à terrenis ad cœlestia, à temporalibus ad æterna, ambulantes instar Eliæ in fortitudine cibi huius vsque ad montem Dei Oreb, vbi erit verus meridies, & requies sempiterna.

3 Reg. 19. v. 9.

Alterum conuiuium meridianum quod huius fuit typus, fecit Ioseph fratribus suis: nam præcepit dispensatori domus suæ dicens: *Introduc viros domum, & occide victimas, & instrue conuiuium, quoniam mecum sunt comesturi meridie.* C Causa autem huius conuiuij fuit, vt quoniam dure antea tractauerat illos, persuaderet eis ex corde se eos diligere: quia conuiuium maxime principum, symbolum est, preciosumque pignus amicitiæ, & honoris. Vnde Romani teste Valerio Maximo, hæc instituebant conuiuia, quæ charistia appellabantur, in quibus cognati & affines qui ad ea duntaxat vocabãtur, querelas, si quas inter se habebant, mutua benignitate condonabant. Sic ergo Christus Dominus in meridie suæ dilectionis, hominibus, quos in lege veteri durius tractauerat, & iam per incarnationem tanquam fratres habet, conuiuium fecit in symbolum amicitiæ, honoris & concordiæ, in quo apposuit panem cœlestem, qui summa est totius conuiuij. Vnde cum sederet Ioseph ad mensam, D tantum dixit: *Ponite panes.* Non quod non essent alij opipari cibi, sed quia omnes sub nomine panis includebantur. Quod maxime de isto pane viuifico verum est, in quo melius quam in manna, omnis cibi sapor, & suauitas inuenitur. Sed hoc obseruandum est quod ante conuiuium fratres Iosephi similiter lauerunt pedes suos & insuper, *Parabant munera donec ingrederetur Ioseph meridie. Audierant enim quod ibi essent panem comesturi.* Vt significaret, quod qui ad hoc conuiuium digne accedere cupit, non solum debet munditiem habere, sed aliqua munera Christo offerre

Gen. 43. v. 16.

Lib. 2. c. 1. Ouid. li. 2. de Fastis Proxima cognati dixere charistia chari, &c. Vide Pereram in Genes. 43.

Vers. 32.

Vers. 24.

offerre in signum etiam amoris, & reuerentiæ A ac debitæ subiectionis. Muneta autem hæc ipsi gratissima affectus sui cordis contriti, & humiliati, & amore flagrantis: vt etiam in meridie ardentissimæ dilectionis comedat cibum, qui in ardentissimo Christi meridie est præparatus.

Ex D. Tho. 3. p. q. 81. ar. 1. q. 2. Ad Heluidium refert de confecr. di. 2. c. nec Moyses. Denique sicut Ioseph in hoc conuiuio simul cum fratribus comedit panem: ita Christus sedens cum discipulis ad mēsam prius proprium corpus & sanguinem sumpsit, & deinde dedit illis, suo exemplo illos corroborans, vt talem cibum, & potum auderent accipere. Ipse Christus (ait D. Hieron.) conuiua, & conuiuium, ipse qui comedit, & qui comeditur, ipse pascens seipsum, & pascens discipulos. Vtrumque enim vere sam diximus significat verbum illud, *Vbi pascis.* Sed vltra hoc eum Apostolos pauit suo precioso corpore, & sanguine, quo mire proficerētur etiam pauit seipsum, quia eum digne manducantibus, etiam ipse spiritualiter manducat, valde n. oblectatur, & reficitur profectu eorum. Vnde B vel hac de causa deberes digne, & deuote ad sacramentum accedere vt reficeres te reficientem & pasceres te inuitantem, & exhilarares Christum, qui de fructu quem ex sacramento percipis, maxime delectatur.

De modo quo Christus per hoc sacramentum cubat in nobis, & inter nos. §. 3.

Sed vlterius ac sublimiua ascendit pastoria nostri flagrans charitas, quæ sequenti verbo indicatur cum ait: *Vbi cubes in meridie.* Etenim cum primum Christus manducatur non statim recedit, sicut posset ita ordinasse, sed intra manducātem cubat, requiescit, & manet quamdiu durant species sacramentales, & illis consumptis adhuc manet, & cubat, sed alio modo vnitus p *Ioh. 6. v. 57* gratiam: iuxta illud, *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo.* Vnde ipsam animam etiam cubare facit, quiesC cere, & instar ouis ruminare pastum, quem ce*Os. 7. v. 14* pit. Sic enim de idololatris dicit Oseas Propheta, quod *Super triticum & vinum ruminabant*, vel vt vertunt Septuaginta, *Se concidebant.* Hoc est vt exponit D. Cyrillus, lanceolis se concidebant proprium sanguinem libantes idolis in actionē gratiarum pro tritico, vino & oleo ab ipsis accepto: multo magis fideles decet ruminare super hoc triticum & vinum non terrenum, sed cœleste, perpendendo immensa bona, quæ ex eo illis prouenient, immensas gratias agentes largitori, eique sacrificium laudis offerentes cum animi præparatione ad offerendum etiam cum opus fuerit, proprium sanguinem, & omnimodā sui ipsorum abnegationem. Ad hæc autem omnia mouet Christus Dominus intra animam cubans, nam quamdiu est in breui mundo animæ, *Ioh. 9. v. 5.* lux est illius, nec quæuis lux, sed meridiana, fulgens, & ardens, vehementesque dilectionis affectus in ea excitans.

2. Sed adhuc amplius inardescit pastoris nostri D charitas, qui dignatur cubare die ac nocte in sacrario Ecclesiæ, quasi expectans oues, vt vadant ad pascendum illum. Ipseque vocat eas, inspirat, trahit, paratamque pascuam offert; propter *Ioan. 10. v. 7.* quæ merito dixit, *Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur; ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet*; ingreditur, cum ab eo vocatus sacramentum intra se sumit; egreditur, cum extra in sacrario eum veneratur, & vtrobique ab eo spiritualiter reficitur. Si ergo scire desideras vbi Christus cubet in meridie, ecce velut alter Abra- *Gen. 18. v. 1.* ham in ipso feruore diei, stat in ostio tabernaculi sui, quod est Ecclesia, cubans, & expectans transeuntes hospites, eosque inuitans, vt conuiuio isto fruantur. Et si a. sit inclusus intra tabernaculum, dicitur ad ostium stare, quia omnes transeuntes intuetur; & quos dignos inuenit, inuitat, vt per ipsum tanquam per ostium ingrediantur.

Quod si vagari refugis post greges sodalium Christi, scito ipsum cubare tantum in tabernaculo suo, quod est Ecclesia Romana super Petrum fundata, quam præfigurabat cœnaculum illud, in quo institutum est hoc sacramentum, & sacrificium. Quotquot autem extra hoc cœnaculum degunt, hostes sunt fidei, & huius diuini sacramenti, & falsi Christi sodales; nam de paschali agno, qui illius fuit symbolum, scriptū est, *In vna domo comedetur, ne efferetis de carnibus foras*; i. in vnica Christi Ecclesia, quæ est vnica eius domus, in qua eadem seruatur fides, concors omnium charitas, & religio similis, nec extra illā edi potest, vt detur infidelibus qui foris sunt, & istius sacramenti negant veritatem; velut increduli Iudæi, qui dixerunt; *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Quos sequuntur hæretici designati per discipulos, qui abierunt retro, dicentes, *Durus est hic sermo & quis potest eum audire?* Durus autem videbatur illis hic cibus, quia nondum eum viderant, nec gustauerant; vnde magis durum erat eorum, cuius durities in causa fuit, vt cibus putaretur durus, qui blandus est & suauis. *D. Tho. 3. p. q. 73. a. 1. Exod. 12. v. 46. Io. 6. v. 53. & 61.*

Tu igitur hos sodales abhorrens, magno affectu dicito Christo Domino, *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie*; enixe deposcens meridianam, & clariorem huius diuini sacramenti cognitionem; quod propter eius obscuritatē antonomastice dicitur *Mysterium fidei*: proprium n. est vehementer amantium desiderare eū, quem amant, intueri, maxime cum sciunt esse præsentem, sed occultum: ac si diceret; Eia, Domine, qui absconditus intra species sacramentales lateas, indica mihi teipsum, vt te clarius agnoscam; ostende etiam mihi quidem cordis locum, & quo ornatu dispositu teq; iris, vt in eo per hoc sacramentum cubes, & pastum præstes, ne vagari incipiam post greges fictorum sodalium, qui corpus & sanguinem tuum indigne sumunt; & ideo sibi iudicium manducant, & bibunt in *1 Cor. 11. v. 30.* suam ipsorum condemnationem.

De modo quo Christus Dominus pascit & cubat in meridie pendens in cruce.

§. 4.

Adhuc superest vltimus Christi locus scitu dignissimus, quem sibi demonstrari sponsa cupiebat, dicens, *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie*: Respiciens ad locum crucis, ad quam Christus ascendit hora sexta, scilicet in meridie, & cubuit in ea vsque ad horam nonam: & quamuis tunc sol fuerit obtenebratus, quasi lugens mortem Creatoris,

& tenebras persecutorum indicans; tamẽ Christo Domino hora illa fuit verus spiritualis meridies, tum quia eius tribulationum æstus peruenit ad summum; tum quia ardor charitatis non habuit altius quo ascenderet; & ex vtroque meridie eum cognoscimus immẽsum Redemptorem, sapientissimum, & amantissimum Saluatorem, ac protectorem omnipotentissimum; de quo scriptum est quod iam retulimus ex Abacuch Propheta, *Domine, consideraui opera tua, & expaui; in medio duorum animaliũ cognosceris.* Quod Diuus Augustinus interpretatur; in medio duorum latronum, ibi enim cognitus est tanquam iustus & filius Dei à Centurione, ab vno latronum, & à multis alijs: iuxta illud, *Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum.* Loqui autem Abacuch de Christi passione, sequẽtia verba ostendunt, cum ait, *Splendor eius vt lux erit, cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius; ante faciem eius ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes eius.*

Abac. 3. v. 2. Iuxta Sept. Lib. 18 de ciu. Dei c. 32. & orat. contra Iudæos c. 13. Ioan. 8. v. 28.

Quod Diuus Cyprianus, Hieronymus, Augustinus, & alij Patres explicant de Christi cruce, cui manus eius affixæ sunt, vbi potestatem, regnum, & victoriam contra inimicos obtinuit, illosq; debellauit, ac sibi subiecit; non dixit autem manus eius in cornibus crucis, sed è contra, cornua in manibus eius; ad denotandam liberam eius voluntatem qua moriebatur, & omnimodam potestatem, quam habebat crucis, clauorum, & tormentorum, vt solo nutu posset ea in nihilum redigere: propter quod dixit, *Nemo tollit eam,* scilicet, animam meam, *à me, sed ego pono eam à me ipso, & potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.*

Ser. de passione Dom. in Abac. 3. Lib. 18. de ciuit. c. 32.

Io. 10. v. 18

Tunc autem splendor eius fuit vt lux meridiana, quia omnium suarum virtutum fulgentissimos, & ardentissimos radios emisit. Ait ergo sponsa; O Domine, indica mihi teipsum in meridie crucifixum, indica quomodo ibi te, & me pascas, & quomodo cubes; nam si hoc cognouero, ad meridianam tui perueniam cognitionem.

Primo igitur contemplare modũ quo Christus cubat in crucis loco. Nam si ad corpus respicias, cubile istud, non ad quiescendum fuit, sed ad omnium dolorum, & ignominiarum incrementum; pedes enim, & manus dilacerabantur à clauis, caput à spinis, totum corpus pendens, non habet vbi requiescat, sed vbi distendatur, & dilaceretur, sicque exarsit æstus meridiei, & persecutionis, vt etiã interiora adureret, & liquefaceret præ angustia, iuxta illud, *Factum est cor meum vt cera liquescens in medio ventris mei, aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis, & in puluerem mortis deduxisti me.* Nonne horrendum cubile, in quo cubans pastor clauis ligatus, impetitur vehementer à vitulis multis, à tauris pinguibus, à leonibus rugientibus, à ferocibus canibus, & vnicornibus, qui cornibus, ore, & vnguibus ita illum dilacerarunt; vt diceret, *Sicut aqua effusus sum, dispersa sunt omnia ossa mea.* Non ergo cubat corpus ad quiescendum, sed ad vehementius patiendum.

Ps. 21. v. 15.

Cæterum si ad spiritũ oculus conuertas, crux cubile fuit ad cubandum, & quiescendum; tũc enim spiritus quiescit cum id obtinet, quod desiderat, *Spes enim, quæ differtur, affligit animam, & desiderium veniens lignum vitæ.* Christus autem vehementer desiderabat cubile crucis, cuius dilatio spiritum torquebat, *Nam baptismo (inquit) habeo baptizari, & quomodo coarctor vsque dum perficiatur?* Cum igitur hic baptismus sanguinis & passionis perficiebatur in cruce, ipsa crux fuit illi lignum vitæ, in quo spiritus requiescebat, id quod diu concupierat adeptus, & opus maxime concupitum consummans. Vnde sumpto aceto dixit, *Consummatum est.*

Prou. 13. v. 12.

Luc. 12. v. 50.

[illegible]

Hinc est quod cubans in cruce miris modis pascit nos in hoc meridie, verbo, exemplo, oratione, & summis in nos collatis beneficijs: vix enim in crucem ascendit cum meridianum, & ardentissimæ dilectionis pastum tribuit, dicens, *Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.* En vbi te pascis verbo, docens inimicos esse diligendos, orandum pro ipsis, excusanda eorum peccata, vt Deus illis ignoscat. Pascit exemplo, hæc ipsa suis inimicis præstans in ipso persecutionis feruore, vt ardentior esset sui feruor amoris, quã feruor odij illorum: impleretur q; quod scriptum est, *Aquæ multæ,* scilicet tribulationum, *non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam.* Pascit oratione, & beneficijs; nam pro inimicis orans, multis compunctionem & veniam impetrauit, & tandem vni ex latronibus Paradisum promisit, & eodem die largitus est.

Luc. 23. v. 34.

Cant. 8. v. 7.

Ad hunc igitur modum poteris contemplari septem sententias, quas Christus Dominus protulit in cruce, vt te pasceret illis. Sunt n. velut septem spicæ, quas vidit Pharao pullulantes, in culmo vno plenas atque formosas, quas tamen nullæ aliæ tenues atque fœdæ poterunt deuorare. Indicant enim fertilitatem pascuorum præstandam per Christum, contra quam præualere, non poterunt pascua hæreticorum, & fictorum sodalium. Sunt quidem omnes septem in vno culmo, i. in vno Christo extenso in cruce, & à terra eleuato: pulcherrimæ quidem visu cõtemplantibus illas, & plenæ granis plurimarum virtutum, & documentorum ad nostram refectionem, & spiritualem pastum.

Gen. 41. v. 5.

Positus ergo ante Christum crucifixum, dicito illi ex toto corde; O Domine, quem diligit anima mea, indica mihi locum istum crucis, vbi pendes, vbi pascis, & cubas in meridie; vt ibi à te pascar, & tecum cubem in cruce ipsa. Crux tua sit locus pascuæ vbi reficiar, sit cubile vbi tecum cubem: & deinceps vere dicam, *Christo confixus sum cruci; viuo, iam non ego, viuit vero in me Christus.* Tu, Domine, viue in me, & ego in te, sit vtriusque lectus, etsi spinosus, crux scilicet tua, cui ego sim amoris clauis confixus; ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum, qui sunt inimici crucis Christi, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorũ, qui terrena sapiunt. Horreo enim vagari post istorum vestigia quæ ducunt ad mortem, & interitum; tua que tantum sequi volo, quæ etsi ducunt ad crucem, per crucem tamen deducunt in regnum cœlorum; quia si compatimur cum Christo, conregnabimus cum illo in secula seculorum. Amen.

Ad Gal. 2. v. 19.

Ad Phil. 3. v. 18.

Vide quæ diximus circa illud, Sub vmbra illius quem desideraueram sedi, & fructus illius dulcis gutturi meo.

EXHOR-

EXHORTATIO IX.

De meridie felicitatis æternæ in qua Deus pascit [. .] tos, & cubat cum illis, & de causis vnde oritur desiderium illius.

[Ind]ica mihi, quem diligit anima mea, v[bi] pascas, vbi cubes in meridie.

Prouin. ci. fn, & tran. sum, &c.

LÆ[t]ima est postrema horum verborum [. .]eta io de desiderio, quo flagrabat sponsa [. .]endi meridiem æternitatis, seu felicitatis æt[ern]æ. Sed altissima prouidentia eodem teno[re] verborum explicatur desiderium scien[di] [. .]m Christi crucifixi in meridie passionis, & [. .]etium videndi ipsum clare in meridie [. .]ui: quoniam, vt diximus ad calcem præc[e]dentis Exhortationis, per crucem peruenitur ad regnum, & scientia illius meridiei qui spe[ct]at ad Christum crucifixum, excitat desideriũ pe[r]uenlendi ad meridiem, qui pertinet ad eund[e]m gloriosum, quo etiam spiritu Psalmista p[sa]lmum 41 qui totus est de desiderio fe[lici]tatis æternæ, inscripsit, *Pro filiis Core.* Quem [. .]m mystice declarat D. Augustinus pro fi[lijs] [. .]lustriæ (Core enim significat Caluitium, [seu] Caluariam) vt inscribatur psalmus pro filijs [. .]s qui in Caluariæ loco voluit crucifigi, qui [. .]um diligunt, vt pro eius amore cuncta tersena despiciant, & toto corde ad cœlestia anhelent: in Caluaria libenter degunt, de illius cruce [. .]lorantur, carnis consolationem propter passionis eius memoriam respuunt, in qua cum diu sunt excitati, æternam cum ipso Christo fruitionem desiderantes, clamant, *Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarũ, ita desiderat anima mea ad te Deus.* Et cum sponsa dicunt, *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.* Indica sti iam vbi pascis, & cubas in meridie crucis, indica iam vbi pascas & cubes in meridie æternitatis.

Psal. 41. in præfatio.

Qualis sit meridies felicitatis æternæ. §. 1.

MErito autem beatorum gloria, quæ in cœlo empyreo splendidissimo præstatur, per antonomasiam vocatur meridies; quoniam vltimus terminus est, & finis omnis nostri ascensus, & profectus; cum iustorum semitæ, vt dixi-*Prou. 4. v. 18.* mus ex Salomone, instar lucis autoræ procedant, & crescant vsque ad perfectum diem æternitatis, in quo cessant omnes vmbræ, etiam legis Euangelicæ; nempe fides obscura, vsus sacramentorum, & sacrificiorum; & Deus videtur facie ad faciem summa claritate, qua à singulis beatis videri potest, summoque amore beatifico amatur, vltra quem gradum vlterius non progrediuntur. Vere meridies est (inquit D. Bernardus) quies plenitudo feruoris & lucis, solis statio, vmbrarum exterminatio, desiccatio » paludum, & fætorum depulsio. Omne tempus » huius vitæ quantacunque luce videatur perfu- » sum, est intra istum meridiem, quem nunc sponsa desiderat. Non quære (inquit Origenes) alia tempora, quando vespere, quando diluculo, » quando in solis pascis occubitu; illud tempus

Ser. 33. in Cant.

Hom. 1. in Cant.

A si quære, quãdo in florente die, quando in plena " luce, in m[aie]statis suæ splendore versatur. Nõne " meridie dicenda est dies illa, in qua vt Isaias va- " ticinatur *Erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis erit septemplicitur sicut lux septem dierum in die qua alligauerit Dominus vulnus populi sui, & percussuram plagæ eius sanauerit?* Dies autem iste dies est æternitatis, in quo perfecta sanitas, quæ in hoc mundo inchoatur, tribuetur beatis; & tam immensa erit lux, vt luci septem dierum in vnum collectorum comparetur; sumendo numerum septenarium ad significandam omnis lucis perfectionem vtriusque seculi: nam per sex dies seculum istud indicatur, quod sex diebus creatum est: per septimum vero, qui sabbatum fuit, requiei deputatum, æterna requies designatur, quæ omne lumen huius seculi eminentissime continet in alio lumine septempliciter maiori; de quo dicitur, *In lumine tuo videbimus lumen.* Sed quid moror in hac luce commendanda? Ipsa

Isa. 30. v. 26.

Ps. 35. v. 10.

B diuinitate est meridies beatorum; nam de illa ciuitate scriptum est, quod *Non eget sole, neque luna; nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus.* Claritas autem Dei infinities plus quam sol; & lucerna agni infinities plus quam luna: vnde toto tempore huius peregrinationis pascit nos Deus in lucis aurora aliqua obscuritate perfusa; licet respectu antiquorum Patrum dicatur meridies: at post hanc peregrinationem, plenum efficit meridiem ipsa claritate fulgentem; si cupis diuitias, si honores, si voluptates, si scientias, si cuncta bona desiderabilia in supremo gradu obtinere desideras, ibi conceduntur omnia in meridie, in summo excessu, vltra quem nihil amplius desiderabis, *Quia mensuram bonam & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum.* Quid plenius hac mensura, quæ meritis adæquatur? sed adhuc supereffluit, quia remunerat Deus vltra cõdignum, cum tamen citra condignum castiget:

Apoc. 21. v. 23.

Luc. 14. v. 38.

C iuxta illud, *Viis suis replebitur stultus, & super eum erit bonus:* id est, peccator recipiet vsque ad miseram satietatem q̃ promeruit; at vir iustus multo magis recipiet. Iuxta Hebræum textum quidam legunt, *Vir bonus à foliis suis*, subaudi saturabitur magis; quia etiam pro minimis rebus, vt pro calice aquæ frigidæ maiora recipiet. Hoc ergo nobis summe desiderandum est, ita in hoc seculo degere, quod ad hanc copiosam mensuram, & meridiem perueniamus. Nam (vt dicit D. Gregorius Nyssenus) nemo hac requie meridiana " dignus censetur, qui non fuerit filius lucis, & " filius Dei, qui autem se ex æquo separauit à " vespertinis, & matutinis tenebris; hoc est, vbi " incipit malum, & in quod desinit, in meridie, " vt in eo loco cubet, collocatur à sole iustitiæ.

Prou. 14. v. 14.

Qualis sit pastus & cubatio in gloria §. 2.

D PLura de hac luce meridiana beatorum diximus in Exhortatione decimasexta, & decimaseptima primi libri, nunc applicemus eidem metaphoram pascendi & cubandi, per quam sæpius in Scriptura beatitudo designatur; indicando per pastum satietatem omnimodam omnium appetituum, omni fame & siti aliorum bonorum prorsus expulsa, per cubationem vero æternam requiem, & securitatem, quæ om-

nem animi perturbationem & angorem pellat. A
Tunc enim fit præcellẽter quod Dominus præ-
Ezech.34. v.15. miserat per Ezechielem, *Ego pascam oues meas, &*
eas accubare faciam. Et quod inquit Isaias, *Sicut pa-*
Isa.40.v.11. *stor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit a-*
gnos, & in sinu suo leuabit: id est, in sinu suo eus ac-
cubare faciet, & requiescere, dum eis diuinitatis
amplexum tribuit; vnde illis summa pax, quies,
decor & securitas prouenit; iuxta illud, *Sedebit*
Isa 32.v.18. *populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis*
fiduciæ, & in requie opulenta.

Breuius, sed vberius expressit hoc Christus
Dominus de seruis vigilantibus loquens, de
quorum remuneratione ait, *Amen dico vobis, quod*
Luc.12.v.37. *præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens mi-*
Luc.22.v.29. *nistrabit illis.*

Quo loco & alijs, beatitudinem Sanctorum
comparat prandio, vel cœnæ lautissimæ, & ho-
norificentissimæ summa securitate, & sine fasti-
dio in æternum duraturæ: & quid honorificen-
tius, quam quod ipse Deus, & Dominus maie- B
statis præcingat se, sicut ministri solent se præ-
cingere, vt ministret illis? Hac enim phrasi vsus
est, vt significaret seruos suos ad supremam &
ineffabilem dignitatem prouehendos, quæ o-
mnem huius superat principatum. Quid autem
opulentius & dulcius, quam quod ipse Deus,
qui ministrat, seipsum tribuat in potum & ci-
bum, non iam sub velamine sacramenti, sed pa-
lam, & facie ad faciem, vt mens clara ipsius vi-
sione, & ardentissima dilectione pascatur. Tri-
buit tamen se præcinctum, tum quia nemo bea-
torum potest illum totum comprehẽdere; tum
quia vniuscuiusque meritis se præcingit, & ac-
Io.14.v.2. commodat; & hoc est quod ait, *Transiens mini-*
strabit illis; non solum quia discurret, singulis mi-
nistrando & pascendo, sed etiam quia multipli-
cia vnicuique fercula porriget, & mira varietate
suauissima, cæterum singulis pro singulorũ me-
ritis inste n sa distribuens, quia *in domo Patris mei,*
inquit, *mansiones multæ sunt*; in quibus cum San- C
ctis meis diuersimode cubo, & diuersum eis pa-
stum tribuo vt præmium adæquetur obsequio.
Denique dicit, quod faciet illos discumbere, vt
æternam quietem, & securitatem eorũ indicet;
nam in hac peregrinatione, non recumbendo,
sed stando, recipiunt iusti contemplationis re-
Exod 33. v.3. fectionem; sicut Moysi dixit, *Stabis supra petram,*
cumque transibit gloria mea, ponam te in foramine pe-
3.Reg 29. v.11. *træ.* Eliæ etiam Dominus ait, *Egredere, & sta in*
monte coram Domino, & ecce Dominus transit, &c.

Sed hoc est mirabile quod non dixerit Salua-
tor in parabola, & recumbet cum illis; sed potiꝰ
quod eis recumbẽtibus ipse transiens ministra-
bit: non enim mirum fuit quod cum se manife-
stauit Moysi & Eliæ transierit coram illis, quia
visio & manifestatio illa vere erat in transitu, ci-
toque finienda, at in gloria, vbi visio est immu-
tabilis, cur dicitur quod Dominus cnam tran-
siens ministret illis? Ibi n. nihil trãsit, sed omnia
perpetuo manent sine vlla vicissitudinis obum- D
bratione. At præter causas iam redditas huius
phrasis sunt aliæ duæ non incongruæ. Prior est
ad denotãdum felicitatem beatorum præcipue
esse opus Dei, sine ipsorum industria, & labore;
ideo enim ipsi recumbunt, & Deus transiens
ministrat, quia ad ipsos solum spectat recipere
æternam fruitionem. Deus vero est qui largitur

illam: non quod negem is [illegible]
stere in propria & vitali [illegible]
quæ est [illegible] & amor Dei, sed [illegible]
De[illegible]tur, & communic[illegible]
[illegible]tudine & labore, quo in hac [illegible]
ramur; vt ibi beati eminentissimo m[illegible]
tientes diuina, & Deus agens illa. Ne[illegible]
scribi excellentius Sanctorum requies, & [illegible]
omni cura, solicitudine, & labore vacua, [illegible]
asserendo eos recumbere in mens[illegible] & Deum
ipsum, cui infinita est sapientia, bonitas, p[illegible]re
tia, & prouidentia, gerere munus mini[illegible]tri[illegible] qu[illegible]
ministrante impossibile est aliquid deficere
vllius defectus timore, aut cura ang[illegible].

Posterior causa est; quoniam licet essentia[illegible]
beatitudo immutabilis sit, nec vnquam trãs[illegible]
adhuc Deus transire inter beatos dicitu[illegible] q[illegible]
illis nouas crebro communicat [illegible]
& illustrationes, noua gaudia, & nouos m[illegible]
exultationis & lætitiæ, qui exhauriri non
[illegible]tunt; qui mira affluentia delit[illegible]
sine vlla mœstitia, succedentibus conti[illegible]
tis gaudijs & delitijs. Vnde & de lignis vitæ
[illegible]tatis ex vtraque parte fluminis progre[illegible] Apoc. 22. v. 2.
à sede Dei & agni; scribitur quod afferunt fru-
ctus duodecim per menses singulos, & [illegible] e-
rum conferre ad sanitatem gentium. Sunt autẽ
huiusmodi arbores etiã iuxta literalem sensum,
beati qui fruuntur visione, & gaudio beatifico
per illum fluuium designato, cuius fluu[illegible] [illegible]ga-
tione producunt singulis mensibus nouos fru-
ctus gaudiorum, quibus pascuntur & recrean-
tur, & insuper eorum folia, id est verba, & fre-
quens ac mutua conuersatio adeo est suauis, &
salutifera, vt sufficeret omnem pellere languo-
rem & mestitiam. Sunt n. plurimi omnesque sa-
pientes. prudentes sancti, affabiles, benigni,
intima amicitia coniuncti; quare licet vnus vel
alter fructus transeat, permanens tamen est, &
perpetua successio fructuum continuatis men-
C sibus, & annis æternis, & vt inquit Isaias, *Ibi erit* Isa.66.
mensis ex mense, sabbatum ex sabbato id est, continua 23.
quædam, & mirabilis successio neomeniarum,
sabbatorum, festiuitatum, & gaudiorum, vt nũ-
quam non sit sabbatum, & requies sempiterna.
Quid ergo mirum quod cuncta hæc contem-
plans sponsa clamet, & dicat, indica mihi quem
diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in me-
ridie.

Ex dilectione Dei progredi desiderium videndi ipsum.
§. 3.

SEd causas huius ardentis desiderij, & preca- *De hoc & supra lib.1. Exhort 16. § 2.*
tionis expendamus. Primam autem insinuãt
illa verba, *Quem diligit anima mea*: nempe amo-
rem purum & vehementem ipsius Dei, qui nul-
lo bono satiari potest, nisi ipsius clara visione &
fruitione. Amãs enim ardentér desiderat Deum
ipsum, qui verissimus est eius amicus, perfecte
D ex facie cognoscere, illi semper adhærere, & v-
nitus esse, illius præsentia iugiter frui, cum il-
lo semper colloqui, & ab eo nunquam separa-
ri: quæ omnia effectus sunt amoris, nec plene
obtinentur nisi in patria, vbi appetitus aman-
tis satiatur ipsa possessione perpetua rei ama-
tæ, dicens, *Inueni quem diligit anima mea, tenui* Cant. 3. v.4.
eum, nec dimittam, donec introducam illum in do-
mum

[illegible] *cubi[illegible] gen[illegible] tu mea*: id A
[illegible] ne [illegible] bo[illegible] lum etiam in
[illegible] n.s [illegible] c[illegible]'est s Ierusa-
[illegible] tia magna lætitia, & se-
[illegible] te et [illegible] lum, gemit,
[illegible] ind[illegible] a mihi locum vbi pa-
[illegible] te in o meridie, quia nihil mihi
[illegible] o. Hoc affectu ex[illegible] lamabat Psal-
[illegible] *a tabernacula tua Domine virtutū*,
de[illegible] *it anima mea in atria Domini!*
[illegible] ui domum, & cubiculum ma-
[illegible] atria & tabernacula. In pa-
[illegible] us regum atria sunt amplissima,
[illegible] p[illegible] u[illegible] homines, suntq; omnibus
[illegible] bi o[illegible] nes se vident, & colloquun-
[illegible] vc[illegible] o & tabernacula appropriātur
[illegible] in cœlest[illegible] patria, tam quæ sunt com-
[illegible] ibus beatis, quam quæ sunt vnicui-
[illegible] a, sunt valde amabilia, & ita concupi- B
[illegible] vt anima liquefiat, & deficiat præ ma-
[illegible] e, & vehementia amoris.
[illegible] id est quod Dauid non signat quę sint
[illegible] cula, & atria Domini, quæ diligit & cō-
[illegible] : nam etiā Deus in terris habet taberna-
[illegible] & [illegible] sicut & domos in quibus habitat, &
[illegible] ersatur cū hominibus? Sed forte ideo non
[illegible] bernaculū, sed tabernacula & atria, quia
[illegible] erant illi dilecta; sed illa maxime, quæ in
[illegible] us sunt, vbi perpetuo Deus virtutum
[illegible] t, & suas virtutes beatis manifestat. Vehe-
[illegible] ter enim amans id solum indicat quod in
[illegible] t habet, licet plene verbis non exprimat.
[illegible] e[illegible] se[illegible] go tabernaculis loquitur, quæ vehe-
[illegible] e[illegible] r amabat, & in quibus esse cupiebat.

H[illegible] c[illegible] n[illegible] m de causa sponsa hic non ait; indica
[illegible] h[illegible] bi pascis greges tuos, sed tantum vbi pa-
[illegible] n tamen mox fecerit mentionem gre-
gu[illegible] od[illegible] lium eius; nūquid obliuiscitur aut de-
s[illegible] cit greges illos, quos Deus pascit in meridie C
æte[illegible] no? Absit: sed adeo est absorpta ipso deside-
rio videndi Deum, & quo modo pascat in meri-
die, quod non recolat alios beatos qui pascun-
tur; nam solus Deus est ipsius beatitudo, ipsius
p[illegible] scua, & satietas plena. Non enim poterunt sa-
t[illegible] re Angeli, nō Cherubim, aut Seraphim, non
[illegible] at[illegible] iarchæ, vel Apostoli, vel Sācti omnes; quo-
[illegible] m etsi conspectu & conuersatione valde lęte-
[illegible], t[illegible] men solus pastor æternus pascens illam,
[illegible] tam reddit & beatam; & quia illum præ
c[illegible] s amat, illum præ cunctis sitit videre, &
ex[illegible] more quem expetitur, ansam arripit id pe-
te[illegible] d, sicut Moyses, qui hoc affectu ita loquеba-
tur Deo, *Cum dixeris nosti te ex nomine, & inuenisti gratiā coram me; si ergo inueni gratiā in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, vt sciam te.* Ac si diceret; Si
di[illegible] igis me, & ego diligo te, in hoc manifestetur,
hæc dilect[illegible] o, quod te mihi manifestes, vt te ex
f[illegible] cie cog[illegible] oscam, & non iam ex fide obscura, *Ve*
q[illegible] *id*[illegible] *num ero coop. rta post greges sodalium tuorum*: de-
gens coopertus velamine obscuro, quod non si- D
nit me clare ipsum videre? Qua ratione cre-
D. Deiparæ morte. diderim B. Virginem in extremis tēporibus vi-
tæ suæ, vt quæ ardentissimo sui filii flagrabat a-
more, hanc orationem crebro repetiisse,
desiderans vehementer eius
præsentia frui.

De desiderio videndi Deum ad fugienda peccata, & ærumnas huius vitæ. §. 4.

1. EX ardenti Dei amore prouenit timor per-
dendi ipsum, errandi, & delinquendi, quod
amantibus est omnium malorum grauissimum,
& molestissimum. Huiusmodi autem timor &
periculum crescit, quando vrgent tentationes
dæmonum, persecutiones hominum, & varia
tribulationum, ac ærumnarum genera, quæ a-
nimam torquent, & eius patientiam exagitant.
Cum igitur sponsa retul sset vtrumque dam-
num, quod passa erat cum se dixit nigram, &
à sole decoloratam, oppugnatam à fratribus, &
vineam suam non custodiisse; has miserias gra-
uiter pertæsa orat, & clamat, *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie*;
vbi non est aliqua nox culpæ, vel tenebrę perse-
cutionum; vbi non est vmbra afflictionis inter-
næ, nec ignorantiæ, quæ in malum pertrahat.
Sponsa autem non hoc appetit ex pusillanimi-
tate spiritus, vt labores fugiat. Quomodo ali-
quando Moyses, Elias, & Ionas mortem desidе- Num.11.v.15.
rarunt, nec obtinuerunt; sed potius ex affectu 3 Reg.19.v.4.
fugiendi culpas quæ comitantur ærumnas; & i- Iona 4.v.3
deo ait, *Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum*: id est, ne amplius vager post vestigia pecca-
torum, & post seculi vanitates, nec cogar sequi
greges persequentium me, & eorum moribus
imbui; nec tandiu in hoc timore, periculo, &
planctu degere compellar, *Quare enim ero coo- Noua ex-
perta, & pallio amicta apud greges sodalium tuorum?* positio.
id est, quare tamdiu lugebo, & afflicta ero in
hoc seculo propter tui absentiam, & propter
mala quæ patior dum te non video? Mos enim
est iis qui in luctu versantur, velo faciem caput-
que operire, quod sæpius in Scriptura obseruа-
tur; vt cum Dauid cum populo fugisbat Ab- 2 Reg.15 v 30. & c.19.
salon, omnes procedebant plorantes cooperto 24.
capite. Aman etiam indignationem regis As- Esther 6.v.
sueri fugiens, festinauit ire in domum suam lu- 12.
gens operto capite. Luctum ergo suum allegat Ier.14.a.14
sponsa, vt Deum prouocet ad hoc quod osten-
dat illi faciem suam. Ac si diceret cum Psalmista
qui Deum desiderabat sicut ceruus à canibus
insecutus desiderat fontes aquarum, *Fuerunt mi- Ps 41. v.4.
hi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus?* Id est, me, Domine, inse-
ctantur peccata & tentationes, propterea quod
absens es, & quasi me dereliquisse videris; ego
tamen interim dū te non video, non cessabo la-
chrymas fundere, & illis tāquam pane me con-
fortabo, donec te merear intueri.

2. Hoc amplius explicat, subdens, *Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei*: id est, dum cuncta hæc mente recolo, totam
animam meam applico, ad desiderādum & con-
templandum id quod spero, nimirum quod ali-
quando transibo in admirabile Dei tabernacu-
lum, vbi illum facie ad faciem videbo. Hac au-
tē contemplatione & spe pascor, & cubo in me-
ridiano afflictionum æstu, vt hic degēs corpore,
illic sim præsens spiritu, & cōuersatio mea in cę-
lis sit. Explicuit autem Dauid suæ cōtemplatio-
nis magnitudinem, illa noua phrasi, *Effudi in me animam meam*; cum tamen alibi dixerit, *Effundite coram illo*, scilicet Deo, *corda vestra*. Et Ieremias,

Quid sit effundere animā coram Domino, vel in ipsum, vel intra se ipsā.

Ps.41.v.5.

Ad Philip.3 v 20.

Psa.61.v.9
Thren.2.v.19.

Effunde sicut aquam cor tuum, ante conspectum Domini. A Vtrumq; enim fit in contemplatione perfecta; etenim effundimus coram Domino cor & animam nostram, quando nos & cuncta nostra ante oculos eius velut profundimus, & expãdimus, ac manifestamus omnem nostram miseriam, angustiam, egestatem, tentationes, passiones animæ, & omne imperfectum nostrum, nihil omnino illi celantes, sed cuncta illius misericordiæ, & prouidentiæ committentes, vt illis remedium prouideat. Quomodo Anna mater Samuel, cum amaro esset animo in oratione, animam suam effudisse dicitur in cõspectu Domini: inquit autem Ieremias, quod effusio fiat sicut aqua, & non sicut oleum; quia cum effunditur oleum ex vase, aliquid manet hærens illi; cum vero effunditur aqua, nihil in eo manet. Ita ergo anima effundenda est coram Deo, vt nihil terrenum in illa per inordinatum amorẽ inhæ- B rens maneat, sed nudo corde, & puro affectu cũcta Deo præsententur, & offerantur.

1 Reg. 1. v. 15.

3. At vero animam intra nos effundimus, cum omnes nostras vires intra nosmetipsos quasi profundimus, & illis habenas relaxamus, vt discurrant, meditentur, desiderent, & cunctos suos affectus erga Deum exerceant, spirituque cœlesti patriæ assistant, & quæ ibi geruntur intra seipsas contemplentur, audiant, gustent, odorentur, ac lætentur valde, ac si præsentes adessent, & sentirent quod ibi fit, scilicet, *In voce exultationis & confessionis, sonus epulantis.* Facta autem collatione gaudii, quod est in gloria, & exultationis, ac laudis eorum, qui iucunde epulantur in illa, cum ærumnis, quas hic patimur, eandem animã ad seipsam conuertere debemus, & cum ea colloqui increpando, exhortando, spemque erigẽdo, dicentes, *Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? spera in Deo, quoniam adhuc confitebor* C *illi, salutare vultus mei & Deus meus:* id est, ipse erit salus vultus mei, qui honorificabit, sublimabit, & beatificabit faciem meam, ostendens mihi faciem suam.

Psal. 4. v. 6

4 Sed quoniam turbatio & afflictio non cessat statim, miro modo ex ipsa scala facienda est ad firmiorem Dei memoriam, & contemplationem habendam, dicens, *Ad meipsum anima mea conturbata est, propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonii, à monte modico.* Iordanis (vt ait Diuus Gregorius) significat descensionem, & Hermon anathema; vnde repræsentant illa duo mala culparum, & persecutionum, quæ nos excitant ad Dei visionem desiderandam; eadem autem interim dum non obtinetur etiam nos prouocant, vt continuo memoremur Dei, & eius contemplationi vacemus: nam per hæc ab illis malis eruemur, aut (sicut dicit Diuus Augustinus) curemus descẽdere ad infima per humilitatem, nosq; anathematizare, odio sancto nos prosequentes, & tanquam montem modicum & minimum nos reputantes, & ita eleuabimur D ad contemplationem Dei, quæ nos pascat, & reficiat vsquequo adueniat clara eius visio, vt tanquã filii Crucis, id est, Caluariæ & cruci affixi, cũ Christo ad montem gloriæ perueniamus. Festinemus (inquit Diuus Bernardus) ad locum tutiorem, ad pastum suauiorem, ad vberiorem & fertiliorem agrum; festinemus vbi habitemus sine metu, abundemus sine defectu, epulemur

Ps. 41. v. 7.
Lo 33. Mor. ca. 6.
In eum locũ Psalmi.
Ex titulo Psalmi vt supra Ser. 33. in Cant.

sine fastidio, & pascamur à Deo, & cubemus cũ ipso in meridie clarissimæ suæ visionis, in secula seculorum. Amen.

PARS SECVNDA

TERTII LIBRI.

De cognitione sui ipsius, & aliorum, quæ ducunt in clariorem cognitionem Dei.

TEXTVS.

Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum.

EXHORTATIO X.

De variis & miris modis, quibus Deus exaudit precationes iustorum, semper ad eorum salutem, licet non semper ad eorum voluntatem; & qua ratione sit hoc intelligendum.

IAM cœlestis sponsus, qui longam sponsę allocutionem, tresque eius precationes alto silentio auscultauerat, os suum aperit, vt ei respondeat, munus gerens magistri docẽtis eam viam qua cuncta quæ desiderat obtinere valeat, eamque iam increpat, iam laudat, iam dona pollice- C tur, vt ea facilius obtineat. Colloquium autem suum sic inchoat, *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum.* Quæ verba primo aspectu non modicum incutiunt terrorem, cum sapientissimus sponsus, qui verba vitæ æternæ habet, sponsæ dilectæ, & inter omnes fœminas pulcherrimæ, dure respondeat, nõ annuens quod petit, sed potius minans idipsum quod timet. Petierat indicari sibi vbi pasceret, & cubaret, ne vagaretur post greges. Respondet; quod si se ignorat, egrediatur, & vagetur post illos. Quid ergo est quod sæpius diximus magnã esse vim orationis ad impetrãdum quod postulamus, iuxta verbum Domini dicentis, *Petite, & accipietis, quia omnis qui petit accipit?* Quod ipsius sponsæ in præcedentibus precationibus experientia valde confirmat: nam vix dixerat, *Osculetur me osculo oris sui:* cum iam paratum sensit spõsum ad osculandum: & cum iterum diceret, *Trahe me,* mox exauditam se profitetur, cum subdit D illico introductã esse in regis cellaria, vt suo loco visum est. At nunc repulsam pati videmr, nec id quod petierat, sibi indicatur. Nunquid spõsa aliquid indecens, aut indiscrete petiit, sicut mater filiorum Zebedæi; quibus iuste dictum est, *Nescitis quid petatis:* aut forte minus diligitur, vel minus diligit, cui negatur id quod postulat: nam si multum diligit, cur non exauditur, & impetrat cum de huiusmodi ita diligentibus scriptũ sit,

Mat. 7. v. 8
Mat. 20. v. 22.

fit. *Quod cumque volueritis, petetis, & fiet vobis*; ab A lioquin, ... qui voluntatem timentium se, ne dum diligentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet.

Iustos aliquando non exaudiri ad eorum voluntatem, sed ad salutem. §. 1.

ECce nonnihil implexam, sed perutilem monuimus quęstionem, quam nūc enodare & enucleare oportet, vt orantium animos spe & gaudio erigamus, instruamusq; de modo expectandi suarum precum exauditionem. Certissimum enim esse debet omnes, qui aliquid decens, & prout decet, petunt à Deo, exaudiri ab ipso, exauditamque fuisse hanc tertiam sponsæ precationem sicut & reliquas. Ceterum (vt do- B cet Augusti.) discernendæ sunt exauditiones. Deus enim eodem modo omnes exaudit, & voluntates eorum complet. Imo quosdam inuenies non exauditos ad voluntatem, exauditos tamen ad salutem; quia etsi non accipiunt quod volunt, & expresse petunt, accipiunt tamen id quod magis illis prodest in ordine ad finem vitæ æternæ, quod summe volunt, & obtinere desiderant. Quod exemplo D. Pauli constat, qui cum ter Dominum rogasset, vt stimulus carnis auferretur ab eo, dictum est illi, *Sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur.* Quod sic explicat Diuus Augustinus; Rogasti, clamasti, & ter clamasti, ipsum semel, quod clamasti, audiui: non auerti aures meas à te; noui quid faciā: tu vis auferri medicamentū, quo vreris, ego noui infirmitatem qua grauaris: exauditus es ad salutem, non ad volūtatem: petis à medico aquam frigidam: si prodest, statim dat, si non prodest, non dat: non exaudiuit infirmum: an potius ad sanitatem exaudiuit, quia volūtati contradixit. Dicite ergo ita rogate Deum, quæ desideratis, vt tamen sapientissimo & amantissi- C mo medico committatis, vt quod ipse nouit melius, id faciat. Tu morbum cōfitearis, ille medicamentum adhibeat, quod nouerit vtilius: si nō fit quod vis, fit quod expedit. Felicissima, inquit idem Sanctus, est hæc exauditio, & multo magis optāda, quam illa, qua multi exaudiuntur ad voluntatem, & non ad sanitatem. Dæmones sic sæpe exaudiuntur, vt cum penetunt tentare sanctum Iob, vel ingredi in porcos: potuisset quidem Deus id negare, sed cōcessit, & exaudiuit, ad voluntatem, & ad damnationem, aut ad nostram eruditionem. Infelices enim sunt peccatores reprobi, qui ea quæ sibi sunt noxia petentes, exaudiuntur à Deo prout volunt; sed iusto Dei iudicio in ipsorum damnum, tradit eos Deus (vt ait Diuus Paulus) in desideria cordis eorum. Desideras diuitias, appetis dignitates, petis à Deo, instas, clamas, & ingemiscis; D multoties malo tuo accipis, & bono tuo non acciperes: melius enim tibi esset exaudiri ad salutem, & non ad voluntatem, quam exaudiri ad voluntatem, & non ad salutem: illud præstatur diabolo, & reprobis qui sunt ex patre eius; hoc vero Apostolis, & iis qui sequuntur illos, quorum nomine ait Dauid, *Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, & nocte, & non ad insipientiam mihi*: quia si iustus & electus es, & clamans die ac nocte, petens ubi dari prospera, aut eripi ab aduersis, non exaudiris, scito te non exaudiri non quidem ad insipientiam, sed ad sapientiam: quia conceditur tibi quod est tibi vtilius, & quod postulasses, si tua sapientia id assecutus esses, & probe nosses: modo tamen non postulas quia ignoras. At sapientissimus medicus, qui per suam sapientiam tuam insipientiam supplet, scit quod debuisses petere, & id largitur. Et quis patet (ait Christus Dominus) filio petenti panem, piscem, vel ouum, porrigit lapidem, serpentem, vel scorpionem? At si filius insipiens peteret lapidem, serpentem, vel scorpionem putans se petere panem, piscem, vel ouum, & pater negat tribuens ei id quod vere est panis, piscis, & ouum, nunquid non exaudiuit filium? Imo exaudiuit ad salutem, non ad voluntatem, & filius exauditus non est, sed non ad insipientiam suam, quia negatum est ei, quod vt insipiens petiit, & concessum, quod vt sapiens petere debuisset.

Iustos exaudiri ad voluntatem superiorem spiritus, licet non ad inferiorem carnis. §. 2.

SEd vlterius addamus etiam in huiusmodi euentibus iustos exaudiri ad voluntatem, si debito modo intelligatur. Ad quorum explanationem aduertendum est, quemcunque postulantem ea dona quæ necessaria sunt ad salutem animæ, & vitam æternam consequendam, cuiusmodi sunt gratia, charitas, virtutes, dona Spiritus S. & auxilia necessaria ad implenda præcepta, & vincendas tentationes & huiusmodi, si ea petat, vt oportet, exaudiri semper, & ad salutem, & ad voluntatem; quia cuncta hæc sunt iuxta volūtatem ipsius Dei, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, *Et hæc* (inquit D. Ioannes) *est fiducia quam habemus ad Deum, quia quodcumque petierimus secundum voluntatem eius audit nos.* Nam per huiusmodi dona præcipue ipsum Deum quærimus, qui nulli hominum se negare vult, sed omnibus paratus est seipsum dare, & dicit, *Ecce adsum.* Quod optime deducit Diuus Augustinus ex illo Psalmi, *Exquisiui Dominum, & exaudiuit me, & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me*; & tu, inquit, noli aliquid à Domino extra illum quærere, sed ipsum Dominum quære, & exaudiet te, & adhuc te loquēte dicet, *Adsum.* Ecce præsens sum, quid vis? quid à me quæris? quidquid dedero vilius est, quam ego: meipsum habe, me fruere, me amplectere: nondum potes totum, ex fide contiuge me, & inhærebis mihi. Idem testatur etiam Psalmista, cum ait, *Prope est Dominus inuocantibus eum; omnibus inuocantibus eum in veritate, voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos.* Illi autem inuocant eum in veritate, qui illum propter seipsum quærunt, & ei placere desiderant. His adest prope, vt eos adiuuet, & vt voluntatem eorum faciat: etsi ad horam non faciat (inquit idem Augustinus) tamen faciet; nam si tu times Deum, vt facias ipsius voluntatem, ipse quodammodo ministrat tibi, & facit voluntatem tuam; ad quid? vt exaudiat deprecationem tuam, ac saluum faciat, veramque & æternam salutem impertiatur.

Cæterum in aliis, sine quibus contingere potest salus, & vita æterna, siue spiritualia sint, siue

Marginalia (left): Ioan. 15. v. 7. Psal. 144. v. 19. — Tract. 6. in 1. Ioh. epist. & de temp. & de verbis Domini. — 2. Cor. 12. v. 8. — Ad Rom. 1. v. 24. — Psal. 21. v. 2.

Marginalia (right): Mat. 7. v. 9. Luc. 11. v. 11. — 1. ad Tim. 2. v. 4. 1. Ioa. 5. v. 14. — Ps. 33. v. 5. in hunc locum. — Isa. 58. 58. v. 9. — Ps. 144. v. 18. — Ibidem.

ue corporalia; cuiusmodi sunt gratia contemplationis, & deuotionis sensibilis, gratiæ aliæ gratis datæ, exceptio à tentationibus, & molestiis, siue spiritus, siue carnis, & cetera huiusmodi, distinguenda est duplex voluntas timentium Deum: altera, quæ respicit rationem superiorē, cuius est regulare actiones, desideria, & affectus per æternas rationes, inter quas primum locum obtinet Dei beneplacitum, quod omnibus aliis est præferendum: altera, quæ respicit rationem inferiorem, cuius munus est intendere rebus téporalibus per rationes naturæ hominis accommodatas, quæ tamen ad æterna maru ducant. Deus igitur semper timentium se facit voluntatem superiorē in huiusmodi postulatis; nō tamē semper facit voluntatem inferiorem; quia illa superior voluntas semper est diuinæ voluntati conformis, & quod præ omnibus vult, ac petit, semper est, vt fiat Dei voluntas, & quod ipse homo saluus fiat: vt autem saluus fiat, non semper fit voluntas eius inferior, quæ naturalem sequitur inclinationem, & rationes respicit vtiles, vel delectabiles naturæ consentaneas, non rationi aduersas (non enim hic loquimur de ea voluntate carnis, quæ concupiscit inordinate contra spiritum.) Vnde est Sanctos multa petere iuxta hanc voluntatem, in quibus non exaudiuntur: cæterum exaudiútur secundum voluntatem superiorem, qua vere malunt, id quod Deus vult, & nouit vtile, vt salui fiant.

Ex D. Th. 1. p. q. 19 a. 9. cum D. Aug. 12. de Trin. c. 4.

Vide Suarez t. 3. pa. q. 15. a. 5. disp. 28. sect. 2.

Vtramque voluntatē expressit Christus Dominus in passione sua, cum orans vt calix transiret ab eo, addit, *Non quod ego volo, sed quod tu; nec mea voluntas, sed tua fiat.* Tua enim volūtas etiam est mea secundum rationem superiorem, quæ respicit pro regula voluntatem tuam. At mea voluntas naturalis non fiat, si tibi non placet, quia id etiam volo. Vnde eius nomine dixit Dauid propter hanc inferiorem voluntatem, *Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, & nocte, & nō ad insipientiam mihi.* Similiter Diuus Paulus ter Dominum rogans, vt rolleret afflictionem, quā patiebatur; quia hæc precatio procedebat ex voluntate inferiori, non exauditus est secundum illam, exauditus tamen est secundum voluntatem superiorem, qua magis optabat abundantem Dei gratiam, vt illam molestiam perferret, & per illam saluus fieret. Vnde audito diuino responso, *Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur;* lætus de hac exauditione, ait, *Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi, propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo.* Si igitur in his gloriabatur, & sibi placebat, sine dubio hæc maxime volebat, & voluntas eius superior vicit inferiorem, quia diuinæ se adæquabat. Quotiescumque ergo de Sanctis legimus vehementer optasse, ac petiisse à Domino, immensos labores pro salute aliorum, aut martyrium, & sanguinem pro ipso fundere, aut dissolui cito, & esse cum Christo in gloria; etsi non sint exauditi tunc secundum voluntatem, quæ per rationes sibi apparentes regulabatur: exauditi tamen sunt secūdum aliam superiorem voluntatem, qua Dei beneplacitum præferebant martyrio, & propriæ felicitati, & cuicumque alii rei à se vehementer concupitæ.

Mat. 26. v. 39. Luc. 22. v. 42.

2. Cor. 12. v. 9.

Dealiis modis, quibus exaudiuntur Sancti. §. 3.

HInc deducere licet alios modos quibus Deus exaudit preces diligentium ipsum, licet non eo modo, quo ipsi postulant, sed alio vtiliori, & quem ipsi magis vellent, si nossent. Sicuti sorores Lazari miserunt ad Christum Dominum nuncium, qui diceret, *Ecce quem amas infirmatur.* Sed quid petebant & desiderabāt, licet verbis non clare exprimerent? vtique vt Christus veniret, & ab infirmitate liberaret, ac præseruaret à morte, vt viuum & sanum fratrem ad suum haberent solatium. At quid Christus Dominus? Negauit primum, & concessit secundū, sed modo mirabiliori: nam permisit Lazarum mori, vt posset resuscitare; & vt resuscitatus iam viuus, & sanus eum sororibus posset permanere; vnde illis maior lætitia, copiosior gratia, vberior spiritualis profectus, & Christo cumulatior gloria accessit. Audisti etiam Tobiam cæcum cum lachrymis orantem, *Præcipe, Domine, in pace recipi spiritum meum; expedit enim mihi mori magis quam viuere.* Putauit autem orationem suam exaudiri vt cito moreretur; imo Scriptura refert exauditas esse preces eius in cōspectu summi Dei: & quomodo exauditas? quia decretum est eripere eū à cæcitate, paupertate, & afflictione, non quidem permittendo mortem, quam petebat, sed mittendo Angelum de cœlis, qui miro quodam modo visum restitueret, & ingētibus diuitiis, & bonis cumularet. Melius igitur est in huiusmodi ærumnis non præscribere Deo medium, & modum quo te ab illis eripiat; sed id committere prouidentiæ ipsius, qui (vt ait Apostolus) *Potens est omnia facere superabundanter quam petimus, aut intelligimus.* Ipseque præbebit medium, quod tu nec petis, nec intelligis; est tamen superabundā ex vtilius, quam illud quod tu petebas. Experta etiam est hoc Sara filia Raguelis, quæ eodem tempore quo Tobias contumeliam ab ancillula passa est; & cum esset valde afflicta, ita orauit, *Peto, Domine, vt de vinculo improperii huius absoluas me, aut certe desuper terram eripias me.* Duo media proposuit, relinquens electionem ipsi Deo, qui elegit id quod iucundius erat. Sed longe perfectius est cuncta Deo committere, qui non solum duo, sed alia plura nouit, quibus possit nobis subuenire, nec tollendo improperium, nec vitam, sed etiam cum improperio gloriosiorem, & iucundiorem vitam spiritualem elargiri.

Ioan. 11. v. 3.

Tob. 3. v. 6.

Tob. 4. v. Oct. 3. v.

Ad Ephes. 3. v. 20.

Tob. 3. v. 15.

Alius modus exauditionis est cū iustus exauditur ad volūtatem, non pro tempore, quo ipse vult & designat, sed pro alio tempore magis opportuno quod illi vtilius erit, & quod ipse eligeret, si sciret. Multa enim in hoc tēpore sunt nociua, quæ in alio erunt proficua; & sæpe orans non est bene dispositus ad recipiēdum Dei donum, quod petit, ex dilatione autem sit quod melius disponatur, vt illud donum abundātius & firmius recipiat; quare melius exauditur dum differtur quod petit, vt crescente desiderio, copiosius impleatur. Quod Diuus Gregorius ita explicat: Nemo qui tarde auditur, credat quod à superna cura negligatur: sæpe enim nostra desideria, quia celeriter nō implentur, exaudiuntur: & quod impleri concite petimus, ex ipsa melius

2. Cur differtur exauditio.

Lib. 26. Mor. c. 15.

[illegible] sæpe vox nostra eo [illegible] fertur; & cum superficie te- [illegible], vota nostra altius in co- [illegible] implentur. Desideria naq; [illegible] extenduntur, vt proficiát: pro- [illegible] vt ad [illegible] quod perceptura sunt conua- lescant. Propter quod Dauid vocat Deum ad- Psal. 9. v. 10 iutorem *in opportunitatibus, in tribulatione*; quia non e[illegible] p[illegible] tribulatione mox vt petitur, sed cũ est tempus opportunum, vt salutifera sit ere- Iob 35. v. 13 ptio: neque enim (vt dicitur in libro Iob) *Deus audit frustra, cum omnipotens singulorum causas intuetur* & [illegible] quo tempore exauditio erit ad salutem; nam si esset in detrimentum, audiret sinistra. & præterea frustra datur quod perditur mox vt [illegible]pitur. Ideo autem differtur, vt soli- dius & [illegible]tius retineatur. Quod Diuus Augusti- Ser. 5. de verbis Dom. „ nus confirmat: Cum aliquando Deus tardius „ [illegible] petimus, cõmendat doña sua, non ne- „ gat; diu desiderata dulcius obtinentur, cito ao- „ te data vilescunt. Amplificat hoc eleganter De const. Mo- nast. „ Diuus Basilius his verbis: Plures complectens „ caussas dilationis, ea re fortasse differt quæ dato- „ rus est Deus, vt hoc modo magis te ad assiduita- „ tem orandi vocet; & vt intelligas quod sit do- „ num Dei; & vt datum diligenter custodias: si- „ quidem vnusquisq; nititur quod magno labo- „ re [illegible], id maiore etiam diligentia custodire, „ [illegible] amisso vna etiam cum eo suos multos la- „ bores amittat: neve neglecto Dei munere æter- „ næ vitæ indignus efficiatur: quod enim profuit „ Salomoni cito sapiẽtiæ donum inuenisse, quod „ postea erat amissurus? Plura prosequitur Di- uus Basilius insinuans Salomonem, quia cito obtinuit sapientiam, & sine labore, non bene custodisse: & ideo maxime exhortatur, vt si- mus in oratione perseuerantes, non despon- dentes animum, etsi non celeriter exaudiamur, quia tempore conueniente accipiemus quod postulamus.

Imo addendum est, quod in hac ipsa dilatio- C ne, oratio iusti exauditur statim ex parte, quia statim largitur illi Deus aliquod donũ melius, vel quod ad sequens recipiendum disponit; nempe incrementum desiderii, fidei, & spei, quæ per illam repulsam magis corroboratur, & crescit. Sicut cum Chananææ petenti salutem Mat. 15. v. 26. filiæ, respondit Dominus, *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus*. Et ipsa instaret, *Etiam, Domine; nam & catelli edunt de micis quæ ca- dunt de mensis dominorum suorum* Profecto semper exaudiebat eam, quia dum videbatur expro- brare, & repellere illam, infundebat ei fortitu- dinem & constantiam, specialeque auxiliũ quo adepta est talem fidem, vt diceret ei Dominus, *O mulier magna est fides tua. fiat tibi sicut vis*. Ecce plene exaudita est ad salutem, & ad volũtatem, nec tantum filiæ, sed etiam sibi meliorem salu- tem adepta est, *Vade in pace*.

Tandem alius est singularis exauditionis mo- dus, quando in ipsa oratione communicatur D certa & firma spes obtinẽdi rem quam petimus tempore opportuno. Non enim manet anceps Iob 9. v. 16 animus, sicut dicebat Iob, *Et cum inuocantem me exaudierit, non credo quod audierit vocem meam*. Sed ex speciali fauore sentit se exauditum, & obti- nuisse, vel obtenturum suo tempore quod pe- tit. Qua ratione beata Virgo cum in nuptiis di- A xit filio *Vinum non habent*; etsi durior videretur Io. 2. v. 4. responsio, *Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea*. Nam propter nostrum exemplum vo- lõt probare matris patientiam, & resignationẽ; ipsa tamen certissimam concepit spem suæ ex- auditionis; vnde statim præcepit ministris, *Quod cumque dixerit vobis, facite*: quia sciebat aliquid eis dicturum, vnde vinum illis daret. Sic etiam A- postoli, Martyres, & insignes Sancti, dum mira- cula, præmissa oratione, facere aggrediebantur, prius speciali quodam Dei instinctu certi erant fuisse exauditos. Plura etiam exempla supra at- Lib. 2. Ex- hort. 8. col- lat. 9. v. 31. tulimus ex Cassiano, qui hũc exauditionis mo- dum expressius docet.

Vidisti quot modis exaudiat Deus precatio- nes iustorũ; quæ est ergo querela illa dicentium, Iob 19. v. 7. *Ecce clamo vim patiens, & nemo audit, vociferabor, & non est qui iudicet?* Sicut ad orationem accedimus, sic recedere videmur: nemo nobis respondet verbum; nemo quicquam donat, sed incassum B laborasse cernimur. Quid dicitis, ô modicæ fi- dei? quare temerarie iudicatis quod nescitis? Nõ „ Ser. 5. in „ Quadra- „ gesima. „ Io. 7. v. „ 24. audistis (ait Diuus Bernardus) quod Dominus dicit in Euangelio, *Nolite secundum faciem iudicare, sed iustum iudicium iudicate*. Quid est autem iustũ „ iudicium, nisi iudicium fidei? quoniam iustus „ ex fide viuit. Ergo iudicium fidei sequere, & nõ „ experimentum tuum: quoniam fides quidem „ verax, experimentum fallax. Quid est ergo veri- „ tas fidei, nisi quod promisit ipse filius Dei? *Quid- „ quid orantes petitis, credite quod accipietis, & eueniet* „ Marc. 11. v. 24. *vobis*. Nemo igitur vestrum fratres paruipendat „ orationem suam; dico enim vobis, quoniam i- „ pse, ad quem oramus, non paruipẽdit eam, pri- „ usquam egressa sit ab ore nostro, ipse scribi eam „ iubet in libro suo, & vnum è duobus indubitã- „ ter sperare debemus, quoniam aut dabit quod „ petimus, aut quod nobis nouerit esse vtilius. „ Hæc Bernardus.

Noli ergo amplius dicere; vociferor, & non C est, qui audiat, nec qui iudicet; Quia (vt inquit „ Lib. 14. „ Moral. c. „ 14. Diuus Gregorius) omnipotens Deus, quod nobis profuturum esse valeat, sciens, dissimulat exaudire dolentium vocem, vt augeat vtilitatẽ, vt purgetur vita per pœnam, & quietis tranquil- litas, quæ hic inueniri non valet, alibi quæratur, nec tamen sine iudicio est, quod cum iudicio differtur. Non ergo cesses orare semper, quia oratio tua, si digne fiat, nunquam suo fructu ca- rebit; qui etsi non apparet modo, apparebit in tempore suo.

Denique cum Dominus dixisset nullum pa- trem dare filio id quod nociuum est illi, subdi- Mat. 7. v. 11. Luc. 11. v. 13 dit, *Quanto magis pater vester qui in cœlis est, dabit bo- na* (aut *spiritum bonum*) *petentibus se*? Semper ergo dat ea, quæ bona sunt, & ea, quæ ad spiritum bo- num pertinent, quæ te faciant vere bonum ac beatum: nam hæc si nosses, & sapiens esses, de- buisses petere, & amantissimi patris est hæc, & Mat. 11. v. 22. non alia præstare. Habeto ergo fidem Dei, id est, D fidem magnam, fidem Deo dignam, qualem e- Phrasis Hebræa vt nomen Dei ali- quid signi ficet. ius sapientia, bonitas, & omnipotentia exigit à nobis; fidem in corde radicatam, quæ omnem pellat inanem hæsitationem, & tunc etiam mõ- tes ex vno in alium locum transferes, si eorum tibi vtilis futura est translatio, sin minus aliud tibi dabitur donum iuxta fidem tuam, sed tibi valde proficuum.

Confirmantur dicta ex responso ad precem filiorum Zebedæi. §. 4.

CVNCTA, quæ diximus, facile applicari poterunt huic tertiæ sponsæ preci; cum enim petiisset, vt vidimus, supremum ac meridianum locum vbi Deus pascit, & cubat cum electis, responsum est illi, *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce hædos tuos, &c.* Ac si dicat; Videris ignorare te, & magnitudinem loci, quem tibi indicari petis, non te modo exaudio ad voluntatem, exaudiam tamen ad vtilitatem; oon est modo tẽpus quiescendi & cubandi ad mensam, vel in lecto, sed surgendi, ministrandi, & laborandi, vt in sudore vultus tui vescaris pane tuo: non expedit tibi modo cubare & pasci: oportet etiam quod labores, & seruias, ac pascas alios: ostendã ergo tibi quid desiderare debes, & quid largiar tibi; egredere, vt noscas teipsam; egredere vt labores; egredere, vt sequaris vestigia gregũ, vt pascas hædos tuos: hoc enim tibi expedit; cũ autem id præstiteris, exaudiam te ad volũtatem, & ad vtilitatem; & ostendam tibi locum vbi pasco, & cubo in meridie, vt simul mecum pascaris & cubes, quia tunc id expediet tibi. Sed quoniam hæc varia & profunda continẽt mysteria, quæ longiorem petunt tractatum, nunc confirmemus cuncta supradicta simili quadam prece matris filiorum Zebedæi, cui simile datum est responsum.

Hæc enim accedens ad Iesum, petens aliquid ab eo pro filiis, dixit, *Dic vt sedeant hi duo filii mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo.* At huiusmodi postulatio magis procedebat à filiis: & ideo D. Marcus eis eam attribuit; nam accesserunt (inquit) dicentes, *Magister volumus, vt quodcumque petierimus facias nobis. At ille dixit eis, quid vultis vt faciam vobis? Et dixerunt, da nobis vt vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua.* Christus autem Dominus respondit eis, *Nescitis quid petatis*: eorum increpans ignorantiam, & petitionem respuens, sed viam ostendens, quo eam assequantur. At quoniam bifariam à Patribus hæc postulatio intelligitur: nam quidam putãt Apostolos primatum petere in regno Christi, quod temporale esse existimabãt; alii vero non nisi in regno spirituali & æterno. Vtroque modo responsio apta est nostro intẽto. Etenim iuxta priorem sensum recte Christus Dominus ait, *Nescitis quid petatis*; non decet exaudire vos iuxta voluntatem vestram; quia id, quod vultis, non expedit vobis; existimatis petere à me panẽ, ouum, & piscem; at vere non petitis nisi lapidem, serpentem, & scorpionem; quia primatus iste temporalis ex ambitione expetitus, non erit vobis panis & nutrimẽtum, nec spes vitæ & libertatis, sed potius lapis offensionis, & petra scãdali, scorpio & serpens qui vos mordeat, & plurium peccatorum veneno inficiat, torqueat, & necet: non ergo expedit vt exaudiam vos ad voluntatem, quia non erit ad vtilitatem, sed in perniciem: ostendam autem vobis quid desiderare & postulare debetis, *Potestis* (inquit) *bibere calicem quem ego bibiturus sum?* Ac si diceret; Quod modo vobis expedit, est bibere calicem quem ego bibiturus sum; calicem doloris, ignominiæ, & passionis, propter

Mat. 20. v. 21.

Ita Diuus Chrys. ho. 66. in Mat. sed in imperfecto ho 35. dicitur secundum.

Lu. 11. v. 11

A gloriam Dei, & animarum salutem, ac obedientiam Patris: potestis hunc calicem bibere? At illi promptissimo animo responderunt ei *Possumus*: siue id dixerint ex corde magnanimo, siue ex inani sui præsumptione, sicut Petrus postea dixit, *Tecum paratus sum & in carcerem, & in mortem ire*, siue ex ignorantia sui, suarumq; virium, ac eorum quæ calix iste continebat. At Christus Dominus ad id attendens, quod illis proficuum erat, ait illis, *Calicem quidem meum bibetis* Ac si dixisset, In hoc exaudio vos ad voluntatem, & ad vtilitatem; concedo quod vultis, implebo quod offertis; nam bibetis calicẽ meum, & multa pro me patiemini: hoc enim expedit vobis magis quam primatum habere in regno quotumq; temporali, nam hac via consequemini thronos regni cœlestis. En prior sensus, primusq; modus exauditionis, cum petuntur temporalia, & loco eorum Dominus elargitur spiritualia, manu ducens iustos, vt ea potius desiderent, velint, & petant; alliciens eos suo exemplo: ac si diceret, cur petitis, quæ ego respui? petite potius quæ ego mihi elegi: & hæc dabo vobis, quia hæc, non illa erunt vobis vtilia.

B

At iuxta posteriorem sensum, optima etiam fuit responsio, *Nescitis quid petatis*: non quia malam rem peterent, sed quia inordinate & intempestiue petebant, nec titulo, quo obtinẽda erat, sed alio valde alieno, nẽpe ex familiaritate, vel ex consanguinitate, vel ex solo arbitrio largientis, nullo requisito merito, vel labore. Obseruat autem Cardinalis Caietanus, non dixisse Christũ, nescitis quid petitis, sed quid petatis: id est, quid modo debeatis petere. Vnde eorum arguens ignorantiam, ait, nescitis quid sit dextera & sinistra regni mei, & gloriæ meæ, quã petitis, nec quomodo petẽda sit: non est modo tempus sedendi ad dexterã, vel ad sinistram, sed pugnãdi per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris, per gloriã & ignobilitatem, per infamiam & bonã famam: non est concedenda merces ante laborem, nec corona gloriæ ante pugnã & victoriã, nec regnum meum possidendum est solo fauore & intercessione, sed labore & merito: quare non exaudio vos nunc ad volũtatem, exaudiam tamen ad vtilitatem, ostendens vobis viam, qua has sedes obtinere valeatis, *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* seu sicut D. Marcus refert: *Potestis bibere calicem quem ego bibo, & baptismo quo ego baptizor baptizari?* Vbi duplicem viã assignat obtinẽdi sedes regni cœlestis: altera est bibendo calicem, quem Christus tunc bibebat: altera, bibendo calicem quem bibiturus erat. Prior est calix confessionis, laboris, & afflictionis volũtarie assumptæ, quem bibunt iusti, dum legem Dei obseruant, seipsos abnegant, munia sua recte obeũt, proximis subueniunt, & ea, quæ Christus in vita sua gessit, sedulo imitantur: posterior est calix persecutionis & tribulationis ab aliis inflictæ, maxime cum procedit vsque ad effusionem sanguinis & mortis, quem calicem bibetũt Apostoli, & Martyres, qui pro Christo dira passi sunt tormenta: quem & bibunt iusti, qui persecutiones patiuntur propter iustitiam. Ait ergo Christus Domin9; potestis bibere calicem quẽ ego bibo, vel quẽ ego bibiturus sum? Et dum hoc proponit, simul eos allicit, vt assentiantur, quia eos plene exaudire disponebat

C

D

2. Cor. 6. 7.

nam quos Deus decreuit exaudire, ita eos interius inspirationibus mollit, allicit, & disponit, vt ea faciant, per quæ digni fiant, qui exaudiantur. Sui ergo magistri exemplo illecti, dicunt ei, *Possumus*: vtcumque calicem bibemus, bibereque poterimus; non tamen nostris viribus, sed tuis, quas tu ipse præstabis nobis: non enim inuitares ad bibendum calicem, nisi vires præstare velles, vt illum bibere possemus. Intuens autem Christus hanc animi dispositionem, ait illis, *Calicem quidem meū bibetis*. Ecce exaudio vos ad vtilitatē vestrā, largior modo quod offertis, vt postea largiar quod desiderabatis: nam sedere ad dexteram, vel ad sinistram meam, non est meum dare vobis modo eo titulo, quo petitis, sed quib. paratum est à Patre meo. Est autem paratum à Patre meo iis, qui biberint calicem, quem ego bibo, vel, quem ego bibiturus sum; & ex consequenti, si vos biberitis illum, paratum erit vobis; imo quia bibetis, paratum est; & ego honorificas sedes in regno meo dabo vobis; nam, *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno suo.* Apoc. 3. v. 21.

Ecce posteriorem modum exauditionis circa res spirituales, quæ ordine præpostero solēt desiderari, & peti; ideoque non statim conceduntur iuxta petētis desiderium, sed iuxta commodum ipsius. Quo modo exauditam fuisse sponsam, sequentes Exhortationes patefacient.

EXHORTATIO XII.

De triplici cognitione Dei, sui ipsius & creaturarum, in quibus consistit pulchritudo vitæ contemplatiuæ, & qua ratione qualibet sancta anima dicatur pulcherrima inter mulieres.

Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres.

DIFFICILLIMA sunt verba ista sponsi, multiplicesque patiuntur sensus, & inter se longe diuersos; ait enim, *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum*: seu vt vertunt Septuag. *Si non cognoueris te, ô pulchra inter mulieres, egredere tu in vestigiis gregum, & pasce hædos tuos in tabernaculis pastorum.* Etenim cum inquit, *Si ignoras te*, multi doctores putant vocem, *te*, tantum ornatus causa, iuxta Hebræorum phrasim esse positam, eo modo loquendi, quo nos Hispani dicere solemus, *Si no te lo sabes, o si no lo sabes para ti*; vt sensus sit; si tibi ignotas, vbi pasco, & vbi cubo, quasi nihil attingat, de ignorantia sui ipsius. At grauiores Ecclesiæ Patres pronomen, *te*, vt iacet, accipiendum esse volunt ex Spiritus sancti directione, volentis admonere sponsam, vt seipsam cognosceret. Rursus, cum ait, *Egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum*: quidam greges & pastores de bonis & sanctis, alii de prauis, fictisque sponsi sodalibus vsurpant. Vnde consulto Salomon non apposuit illud pronomen, meorum, aut tuorum, vt indicaret ad vtrosque posse verba extendi, etsi diuersa ratione. In quibusdam Bi- bliis antiquis habetur, gregum tuorum, sed iam expunctum est pronomen, nec obstaret, quod etiam de nostris gregibus posset intelligi; cum D. Paulus dixerit, *Omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas siue mundus; vos autem Christi.* 1. Cor. 3. v. 22. Ego vero libenter hos omnes sensus amplector, & sequor, quatenus crediderim mentem Spiritus sancti fuisse, triplicem his verbis animæ cognitionem commēdare, qua omnem à se ignorantiam pellat. Prima est cognitio ipsius Dei, & operum mirabilium eius, quibus nos pascit, quam sponsa desiderabat, & de qua hactenus egimus. Ad quam obtinendam alias duas præscribit, vt secunda sit cognitio sui ipsius, tam malorum & defectuum, quos habet à propria natura corrupta, quam bonorum quæ per creationem recepit, vel superaddita sunt ex Dei gratia. Tertia tandem est cognitio quarumdam rerum, quæ maxime conducunt ad vtramque sui, & Dei cognitionem perfecte habendam, & circumscribuntur per illa verba, *Abi post greges, &c.* In his autem tribus cognitionibus tota stat perfectio vitæ contemplatiuæ, & radix sunt omnium bonorum affectuum, & operum. Vnde non incongrue comparare eas possumus scalæ Iacob, quæ symbolum est contemplatiuæ vitæ; Gen. 28. v. 12. cuius infimum vbi Iacob humi iacebat, est cognitio sui ipsius, quę parit humilitatem, sui contemptum, & sanctum odium, quæ fundamenta sunt spiritualis ædificii: supremum vero ad cœlum pertingens, vbi Deus aderat, est cognitio ipsius Dei, quæ gignit spem & charitatem, quæ perfectionis est culmen: gradus vero intermedii cognitiones sunt aliarū rerum, quæ ad vtramque iuuant. Maxime autem insistendum est duabus notitiis sui, & Dei, quas Diuus Augustinus his verbis à Domino postulabat, *Nouerim me, & nouerim te*; quibus incipit ædificari cœlestis Ierusalem, cuius ciues sunt omnes iusti, illisque opponuntur ignorantia sui, & Dei: De bis D. Bern. ser. 35. in Cant. illa parit superbiam, præsumptionem, suique amorem inordinatum: hæc infidelitatem, diffidentiam, & Dei contemptum, & ex vtraq; ædificatur ciuitas Babylonis, cuius ciues sunt omnes peccatores, maxime autem infideles. Cognitio sui, & Dei, ac affectus, qui ab illis oriuntur, præcipua sunt pascua gregum, & ouium Christi, quibus pascuntur ab ipso in profundis vallibus humilitatis, & in montibus altis diuinæ dilectionis: at ignorantia sui, & Dei, & affectus praui, quos parturiūt, pascua sunt hædorum & hircorum, qui ad sortem diaboli pertinent, & pascuntur ab eo in vallibus obscœnæ voluptatis, & in montibus superbiæ. Inter hæc autem, licet modo sint permixta, verus pastor ac iudex Christus diiudicabit: ipse enim ait, *Ecce ego iudico inter pecus & pecus, arietum, & hircorum.* Ezech. 34. v. 17. Interim tamē nos hæc pascua, & hos varios greges etiam distinguamus, proprietatesque enucleemus, vt quod bonum est & proficuum eligentes, malum & nociuum reprobemus.

§. I.

1. SED prius causas inquiramus, cur sponsus colloquium istud inchoauerit à tam præclaro encomio, *O pulcherrima inter mulieres.* Nec enim credendum est additum fuisse sine causa;

proposito maxime accommoda: etenim sponsa A tora erat intenta vitæ contemplatiuæ, eiusque perfectioni procurandæ: in qua eius pulchritudo maxime consistit. Vnde sicut actiua vita per
Gen 29. v. 17. Liam lippam, ita contemplatiua per Rachelem pulchram designatur. Cognoscendo enim, & amando Deum pulchrum, efficimur pulchri, vt
Tract. 9. in epist. Ioan. Diuus Augustinus testatur. Cum igitur sponsus animam de ijs, quæ ad hanc vitæ pulchritudinem, quam desiderabat, & ex parte obtinebat, vellet instruere; merito eam pulcherrimam vocat, vt quæ optimam & pulcherrimam partem elegisset, quasi exhortans eam, vt à cœpto non desisteret. Qua de causa etiam Marthæ querelam eius reprimens, audiente sorore dixit, *Maria*
Lu 10. v. 42 *optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea*; vt eam in electione facta confirmaret: nam electio optimi facit animam optimam, cum id, quod elegit, opere exequitur.

Deinde, cum spōsa tertiam precationem fudisset amaro animo, per quam se nigram, deco- B loratam à sole, & oppugnatam à fratribus retulisset, voluit spōsus illam consolari, ne animum desponderet, & vt sciret per tribulationes & ærumnas huius vitæ non amitti internam pulchritudinem, sed augeri: ideoque cum ipsa, modestiæ causa se tantum pulchram nominaret, dicens, *Nigra sum, sed formosa, filiæ Ierusalem*: sponsus amplificauit laudem, & vocauit eam formosissimam, & *Pulcherrimam inter mulieres*. Quo etiam
3. tacite admonet triplicem cognitionem supra commemoratam, in qua eius pulchritudo summa consistit, esse sibi solicite inquirendam. Quid enim est dicere, *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres*, nisi monere, quod oportebat illã seipsam cognoscere; non solum quoad nigredinem & decolorationem, sed etiam quoad pulchritudinem summam, quã habebat inter alias creaturas; vt ex his cognitionibus, & collatione earum, id, quod sibi indicari popoścerat, consequeretur; vnde triplex gradus pulchritudinis as- C signari potest. Nam pulchra est anima, quæ suos defectus & languores agnoscit, confitetur, & plorat. Pulchrior vero, cum dona & beneficia Dei in se recognoscens, in sui benefactoris exardescit amorem. Pulcherrima vero, cum supergreditur creata dona, & ipsius summi & increati boni contemplationi, & amori inhæret: vt sicut de sponso dicitur, speciosus forma præ filijs hominum; ita de sponsa eius dicatur, quod sit
1. Cor. 12. v. 31. speciosa, & pulchra præ alijs mulieribus. Nos autem oportet, iuxta D. Pauli sententiam, æmulari charismata meliora, vt simus pulchri, & per-
Mat. 5. v. 48. fecti, sicut Pater noster cœlestis pulcher & perfectus est.

§. 2.

1. HINC deducere licet varios sensus, quibus epitheton istud cuilibet piæ animæ sine falsitatis nota aptari possit. Primus communis D est omnibus hominibus, propter ingenitam eorum nobilitatem, eo quod creati sunt ad imaginem & similitudinem Dei. Vnde fit quod anima rationalis pulcherrima sit inter oēs mulieres; id est, inter omnes creaturas visibiles, quanto pulchrior est imago regis vestigio ex eius pedibus arenæ impresso. Propter quod dixit regius

Psaltes, hominem esse à Deo, gloria, & honore Psal. 8. v. 6. coronatum, & constitutum super omnia opera manuum suarum. Quãta aut m sit hæc pulchritudo, inferius explicandum est.

Alter sensus est solis iustis, & omnibus illis 2. communis, propter admirabilem gratiæ, & virtutũ infusarum pulchritudinem, à qua quælibet anima iusta pulcherrima dicitur inter mulieres; id est, inter peccatrices, quæ omnes sunt fœdę, & atræ coram Deo, quantumuis pulcherrimæ appareãt mundo: quo sensu eadem anima inferius dicitur esse, sicut lilium inter spinas. Est igitur Cant. 2. v. 2. pulcherrima sicut lilium inter mulieres, quæ sunt velut spinæ. Nec mirum quod nomen mulieris vsurpetur hic pro peccatoribus, in quibus nihil est virile, sed totum effœminatum, cum se diabolo, & propriæ carni turpiter subijciant.

Iuxta hunc sensum, ait D. Bernardus, Deum 3. suam dilectissimam spōsam, quæ appetebat claram Dei visionem, & Angelicis sociari choris, Ser. 38. in Cant. vt illam in humilitate contineret, vocasse pulcherrimã, nō absolute, sed inter mulieres; id est, inter animas carnales & sæculares, nihil in se virile habētes, nihil forte, aut constans in suis actibus demonstrantes, sed totum remissum, totum fœmineum, & molle, quod viuunt, & agunt. Spiritualis autē anima, etsi inde pulchra, quod non secundum carnem ambulet, sed secundum spiritum, ex eo tamē quod adhuc in corpore viuit citra perfectum adhuc pulchritudinis profi- cit; & ideo non pulchra omni modo, non pulchra inter Angelicas beatitudines, sed inter animas terrenas, & quæ nō sunt sicut ipsa spiritua- Mat. 11. v. 11. les. Qua ratione B. Ioannes Baptista vocatus est maior inter natos mulierum, non tamen tunc maior inter choros beatorum. Hæc Bernardus. Iuxta cuius mentem hæc nuncupatio attribui potest iustis spiritu feruentibus, si cum reprobis comparetur; & religiosus suæ regulæ obseruantissimus, pulcherrimus est inter sæculares; virgo pudicitiæ amantissima, pulcherrima dicitur inter coniugatas.

Hinc oritur alia ratio, cur etiam inter iustos 4. quidam pulcherrimi dicãtur: nam quilibet sanctus aliqua solet prefulgere virtute, qua alios superet, licet in alijs superetur ab illis. Qua de causa Ecclesia cuique pontifici applicat, quod de Abraham dictũ est ab Ecclesiastico. *Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem Excelsi*. Hac ra- Eccl. 44. v. 20. tione posses dicere; Beatus Franciscus fuit pulcherrimus in paupertate spiritus inter reliquos Sanctos: D. Paulus fuit pulcherrimus in zelo salutis animarum, inter alios Apostolos: nam & ipse dixit, *Plus omnibus laboraui*. Deinde aliquis 5. potest dici pulcherrimus inter omnes eiusdem professionis viros, aut fœminas. Qua ratione crediderim primum cuiusque familiæ religiosæ fundatorem pulcherrimum esse inter omnes suos alumnos, & quilibet religiosus ad hoc conari deberet, vt inter omnes sui conuentus socios coram Deo pulcherrimus haberetur; quo 6. sensu etiam quis potest appellari pulcherrimus inter omnes sibi contemporaneos, sicut de Noe testatur diuina Scriptura, quod fuit *Vir iustus atque* Gen. 6. v. 9. *perfectus in generationibus suis*; id est, præ omnibus sui sæculi hominibus.

Tandem modus iste loquēdi vsurpatus videtur 7. à sponso, vt ostenderet eximium suum amorem

tem [illegible] animā [illegible] charam, quam ita diligere A videtur, ac si pulcherrima esset inter omnes, & nullam præter illam haberet, quam diligeret. Quo sensu sibi vsurpat Paulus immensam [illegible] & actionem vsque ad mortem, dum ait, *Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me*. Et ipse spōsus in hoc capite bis vocat dilectam suam pulchram vbi de hac pulchritudine fusius agemus. Hæc tamen prælibasse fuit necesse, vt, quæ in sequentibus dicenda sunt, clarius perspicerentur. Cognitis autē his diuersis modis supremæ pulchritudinis, inter alios, vnusquisque talem se exhibere deberet, vt iuxta illos pulcherrimus haberetur [illegible] eo, æmulādo semper charismata meliora, [illegible] lebriora; vnde maior pulchritudo, & decor animæ adhæreat. Sin. in potestate mulierum situm esset seipsas pulchras facere, profe- B cto non tantum pulchras, sed pulcherrimas inter cæteras se efficerent, vt suum innatum decoris appetitum explerent. Cum igitur in potestate liberi arbitrii à diuina gratia excitati, & præmoti, sit animam decoram facere, summopere curandum est ad supremum decoris gradū illam euehere, vt placeat Deo, cui se per fidem & amorem desponsauit; imo tam ardens deberet esse desiderium Deo placendi, vt propter hoc vellet pulcherrima esse, non solum inter mulieres, sed etiam inter angelicas Hierarchias, & inter ipsos supremos Seraphinos, vt ita propius accederet ad infinitam Dei pulchritudinem, quæ mensura est & regula reliquarum. Quibus autem gradibus ad eam peruenire possimus, in sequentibus Exhortationibus paulatim explanabimus.

Hoc solum nunc addamus, hos omnes modos pulchritudinis, rationes esse, & causas mouentes vehementer ad tollendam ignorantiam sui, quæ primam pulchritudinem deturpat, reliquas dissipat, & fœdissimam animam reddit: Ideoque notanter dixit sponsus: *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres*, sub audi, perdes hanc eximiam pulchritudinem, & in summam cortices deformitatem. Quia ignorantia sui, teste D. Bernardo, mater est superbiæ, superbia autem mater est, & caput omnium vitiorum, & ruina omnium virtutum; omnes deformitates introducit, omnesque pulchritudines expellit: Idem ergo operatur vitiosa ignorantia sui, spiritualis pulchritudinis subtilissima tinea, contra quam cœlestis sponsus prima sua tela iacit, hoc primum ille documentum præbens; quod si sponsa eius esse cupit, & pulchritudinem suam conseruare, cum eoque in eadem domo manere, seipsam agnoscat, & sui ignorantiam pellat: de quo, suppositis quæ in libro Ducis spiritualis in tractatu 2. diximus, nunc fusius agemus ad gloriam ipsius sponsi, qui est Deus benedictus in secula. Amen.

Ad Gal. 2. v. 20. / 1. v. 14 (margin notes, partly illegible); Serm. 17 in Cant.

C

EXHORTATIO XII.

De increpatione animarum ob ignorantiam sui, & de forma seruanda in increpandis aliorum defectibus, maxime iustorū vt amplius proficiant.

Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres.

Pro Feria 5. post 3. Dom. nicā Quadrag.

VERBA sponsi, pastoris, & magistri nostri, teste Ecclesiaste, stimuli sunt acuti; & clavi in altum defixi; ad increpandum, & erudiendum cor diuinæ contemplationis auidum, ne à recto tramite discedat, sed via regia, ac trita ad eam peruenire festinet. Nec enim sanctorum Eccl. 12 v. 11. precationibus, vt iam vidimus, suauiter blandeque semper assentitur, sed aliquando etiam respondet acri increpatione, & animi seueritate, non vt postulata neget, sed vt ad illa recipienda melius præparet. Cum ergo sponsa petierit ab spōso indicari sibi locum vbi pasceret, & cubaret in meridie, ne vagaretur post greges sodalium: respondet spōsus, vt notat D. Augustinus, Serm. 10. de verbis Domini. non blande, sed blanditijs seueritatem miscet, corripiens, vt constringat, & seruet, aitque: *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere &c.* Ac si diceret, adhuc tu es sine intellectu? Adhuc te ipsam ignoras, & nondum te perfecte cognoscis? Quid ergo mirum quod non cognoscas me, & locum vbi pasco, & cubo in meridie? Tolle ignorantiam tui & tunc indicabo tibi quod scire desideras, nam quamdiu te ignoras non id perfecte obtinere valebis.

Increpationem laudibus & signis dilectionis temperandam esse. §. 1.

SED quoniam hæc increpatio referta est vtilissimis documentis ad prudenter increpandum alios, necessarium arbitror omnia illa propalare, eo quod præceptum increpandi, vel corripiendi multoties omnes liget, difficileque sit illud implere, eo modo, quo prosit & non obsit increpatis.

Mat. 18. v. 15. Si peccauerit in te frater tuus &c.

Primo ergo splēdet diuina sapiētia in iis verbis, quod reprehensurus sponsam de ignorātia sui, laudem miscet vocans eam pulcherrimam inter mulieres, seueritatē increpationis leniens, vt minus feriat, & magis prosit. Etenim vt egregie obseruat D. Gregorius, verecundæ mentes, „si quas fortasse culpas admiserint, leniter argu- „endæ sunt: quia si asperius increpentur, frangū- D „tur potius, quam erudiuntur. Et ideo D. Paulus „volens Corinthios de schismate reprehendere, „à gratiarum actione, & laudibus cœpit laudans „eos, quod in omnibus diuites facti sunt in Chri- „sto, ita vt nihil illis desit, postea vero corripit „quos laudauerat: quia peritus medicus (inquit) „vulnus secandum videns, sed ægrum timidum „esse cōspiciens, diū palpauit, & subito percussit, „prius blanda manus laudes posuit, & postmo- „dum ferrum increpationis fixit: Nisi enim vere- „cundæ mentes fuerint palpando reprehensæ, ita „vt ex aliis rebus audiant, quod in cōsolationem „sumant;

Hom. 11. in Ezechiel. / 1. Cor. 1. v. 4. & 10. & c. 11 v. 12. & 22.

„ ſumat, per increpationem protinus in deſpera- A
„ tionem cadunt. Et quia inter Corinthios erant
„ quidam omni gratia repleti; & quidã in perſo-
„ narum fauoribus exciti, cœpitã laudibus perfe-
„ ctorum, vt modeſta intentione ad reprehenſio-
„ nem pertingeret infirmorum. Sicut medicus
„ priuata membra, quæ circa vulnus ſana ſunt,
„ palpat, vt poſt ad ea, quæ vulnerata ſunt, leniter
palpãdo perueniat. Hæc Gregorius. Eodem artificio vſus eſt Chriſtus Dominus reprehendens Epiſcopos Aſiæ in Apocalypſi; nam prius eorum virtutes, & recte facta laudauit, & poſtea, ea, quæ

Apoc. 2. v. 2. & 19. aduerſus illos habebat, blande reprehendit. Ad hunc igitur modum ſponſus laudat animam de ſua maxima inter mulieres pulchritudine, vt de ſui ignoratione ſuauius eam reprehendat.

Si autem huius prouidentiæ rationẽ quæras, B ea forte eſt, quia reprehenſio ideo valde contriſtat animam, quia ſuſpicatur propter defectum, de quo reprehenditur, vilipendi, & minus æſtimari à prælato, vel à ſuperiore reprehendente; at cum ſimul ſe conſpicit laudari, mitigatur triſtitia, & vana illa apprehenſio extirpatur. Prudenter ergo qui viros iuſtos & timoratos incre-

Prou. 14. v. 16. pat; (nam ſepties in die cadit iuſtus, & nõ eſt qui increpatione non indigeat aliquando) ſimul de aliquo bono eos laudat, vt intelligant, quod nõ contemnit illos propter defectus: imo quidẽ etiam magnifacit eorum virtutes, nec ſolum apertos habere oculos ad vidẽdum mala, quæ increpet, ſed etiam ad intuendum bona, quæ laudet. Vt ergo intelligeret ſponſa, quod, etſi ignorauerit ſe, non ideo cõtemnit illam, pulcherrimam inter mulieres vocat, quo ad ignorantiam tollendam fidentius ſe accingat.

Hinc fit aliter increpandos eſſe homines aſpetos, & impudentes, qui ſi leniter increpentur ad grauiores culpas perpetrandas ipſa lenitate

Vbi ſupra. „ prouocantur. Nam vt inquit Diuus Gregorius,
„ minores ſuas culpas æſtimant, quas minor inne- C
„ ctio caſtigat, & quas vehementer obiurgari vi-
„ derint maiores eſſe deprehendũt. Propter quod idem Apoſtolus tepebenſurus Galatas duræ mentis homines, qui à fide defecerant, acriter ſtatim nulla præmiſſa laudatione redarguit di-

Ad Gal. 1. v6. &c. 3. v. 1. cens: *Miror quod tam cito transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratia Chriſt.*: & iterum. *O inſenſati Galatæ quis vos faſcinauit, &c.* Et Chriſtus Dominus

Apoc. 3. v. 1. & 14. in eadem Apocalypſi duos Epiſcopos Sardis & Laodiceæ, qui multum ab officio degenerauerant, acriter ſtatim reprehẽdit, vt eos melius ſanaret. Nihil enim refert, quod huiuſmodi duræ mentis homines, aut valde proterui ſe vili fieri videant, propter tam aperta ſcelera perpetrata, nam hoc potius confert, vt vehementius deteſtentur illa.

Rurſus id valde obſeruãdum eſt in huiuſmodi increpationibus, vt increpati intelligãt eas nõ D ex odio, vel rancore procedere, ſed potius ex amore, & zelo ſalutis ipſorum. Tunc enim magnifit reprehenſio, & cum animi gratitudine acceptatur. Nam, teſte Salomone, *Meliora ſunt vulne-*

Prou. 27. v. 6. *ra diligentis, quam oſcula odientis.* Propter quod Chriſtus Dominus præceptum correctionis im-

Apoc. 3. v. 19. ponens, ait: *Si peccauerit in te frater tuus.* Non inquit, homo aliquis, ſed frater tuus; vt moneret fraterno amore eſſe corripiẽdum, ita, vt ipſe intelligat, non ab hoſte, ſed à fratre eum diligente

A corripi & cum ipſe Chriſtus vehementer paſſ i pradictuEpiſ opum Laodi e xit, *Ego quos amo, arguo, & caſtigo*; vt i derer tam acrem reprehenſionem non ex od ſed ex amore, quo illum proſequebatur, proficiſci: ſic igitur ſponſus increpatura ſponſam, pulcherrimam vocat, ac proinde dilectam, vt ſciret increpationem ex dilectione procedere, vt nævum illum ignorantię ſui, ab eius pulchritudine repelleret. Sicut enim maritus ſolum reprehendit defectus propriæ vxoris, quam dil gi, & quæ ad ſe pertinet, non tamen alienæ, quæ nihil ad ipſum attinet, ſic Deus arguit, & caſt gat vitia & lapſus an mæ, quam dil git, & conſiſue retinere cupit; illas vero, quas ob earum contumaciam reprobat, & derelinquere decreuit; nõ

B arguit, ſed diſſimulat, ac ſi extraneæ eſſent ad eum non pertinerent; iuxta id quod pe chielem ait, *Auferetur zelus meus à te, & quie* *nec iraſcar amplius.* Sed ita non iraſci eſt ſum raſci; nam, quos hic non reprehendit, nec caſtigat, in æternum poſtea puniet, & torque u de, ſicut ait D. Bernardus, ſatius nobis eſt beo corrigi & caſtigari, quam impunitos man vtiliuſque eſt ne nos deſerat zelus, ne ſimul s derelinquat & amor. Vnde pœna horrenda q minatur ſponſæ dicens, *Si ignoras te, egredere, & abi*, ex eodem procedit amore, quo illam deſiderat ſecum domi retinere; nã ideo monet, quod ſe cognoſcat ne vnquam ab illo egrediatur, & recedat, nam vt diximus ex D. Auguſtino corripit vt conſtringat & ſeruet. Si enim illam egredi, & abire voluiſſet, nunquam correxiſſet, ſed in ſua ignorantia ſineret permanere, iuxta illud, *Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis.*

Ezech. 16. v. 42. *Serm. 42. in Cant.* *De bon. ſpi. ſuor.* *Serm. de verb. Domini.* *Pſal. 80. v. 13.* *Eccles. 19. v. 17.*

Sed quid eſt, quod Eccleſiaſticus ait: *Corripe proximum antequam commineris*, & tamen ſponſus hic ſimul corripit, & comminatur: ſatius enim

C eſſet prius blande corripere, quod ſi non prodeſſet, tũc acriter comminari, & ita quidem ſeruandum eſt ab hominibus, qui comminãtur ex affectu vindictæ, & propellendi à ſe iniuriam ab aliis illatam: vnde Eccleſiaſticus ſtatim addidit, *Et da locum timori altiſſimi*, qui ſcilicet te cohibeat, ne te vlciſcaris. At Deus minatur ex amore vt pœnas euadamus, & ideo nihil mirum, quod ſimul increpet & minetur, maxime, quia cognitio ſui melius ediſcitur his minis, & increpationibus, iuxta illud Ieremiæ: *Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis tuæ.*

Minandam eſſe pœnam cuique accommodatam, vt reſipiſcat. §. 2.

SEd in hoc etiam ſplendet mira Dei ſapientia corripientis animam, minando pœnam vnicuique accommodatam, vt reſipiſcat; nimirum

D quam magis pertimeſcit, & quæ fortius illam exerceat, & ad emendandos mores compellat; & quia anima Dei amans nihil ita timet, ac ab eo ſeparari, & derelinqui, vel ex eius domo & protectione egredi; ideo hanc illi minatur pœnam, niſi ſe agnoſcat. Nihil (inquit D. Bernar-

Serm. 38. in Cant. dus) validius & efficacius ad terrendum potuit in eam intendere, quam vt egredi minaretur; ſic etiam cum Petrus tenacius reſiſteret Chriſto Domino volenti eius lauare pedes, diceret-
que,

Io. 13. v. 8. quę, *Non lauabis mihi pedes in æternum*, minatus est A illi summam, quam ille horrebat pœnam, dicens, *Nisi lauero te, non habebis partem mecum*. quæ ita cor eius transfixit, vt mox responderet; *Domine, non tantum pedes, sed & manus, & caput*. Similiter Episcopis Asiæ, quos increpauit, minas incussit ad terrendum illos aptiores, dicens, Mo-
Apoc. 2. v. 5. & 3. v. 3. & 16. uebo candelabrum tuum de loco suo, vel veniam tibi tanquam fur; vel incipiam te euomere de ore meo: quæ omnia pœnam inuoluunt separationis à Deo, quæ omnium maxima est, & ab insignibus viris quales oportebat Episcopos esse, valde pertimescenda. Alios vero rudiores dum increpantur terret Deus corporalibus pœnis, quæ sensib. sunt magis horribiles, vt earum metu coerceantur. Sicut olim sæpius terrorem incutiebat Hebræis, incussitque Niniuitis, minans euersionem ciuitatis, nisi agerent pœnitentiam; quanta autem sit hæc pœna, *Egredere, & abi*, postea explicabimus.

B Sed hoc est valde mirandum, quod pro leui culpa tam ingentem minetur pœnam. Si n. culpa vel defectus fuit in eo quod dixit, *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie*, leuissimus ille fuit, ex aliqua ignorantia, vel forte ptione dum præ-
Ser. 18. in Cant. sumpsit, sicut suspicatur D. Bernardus, petere ingentem contemplationem, ad quam nondū erat idonea. Cur ergo tam seuere ait, *Egredere & abi*? vitta condignum enim videtur tam actis minatio. Absit hoc; imo & prudentissime est adhibita à sapientissimo medico, & magistro, qui multoties non tam attendit in reprehēsionibus magnitudinem culpæ, quæ est in verbo, aut opere, quam radicis, quæ est in affectu, cui medicamentum acre apponit, vt radix ingentiū malorum præcidatur; vt quia rebellio voluntatis, proteruiaque proprij iudicij, etiam in re minima ex genere suo nociua est valde, & pericu- C losa, multorumque lapsuum radix, & occasio, ideo tam seuere est à Christo Domino reprehensa, cum Petro dixit: *Nisi lauero te non habebis*
Io. 13. v. 8. *partem mecum*. Huiusmodi etiam est parua sui præsumptio, aut ignorantia sui ipsius, quæ nisi tempestiuè auferatur, ingentia pariet nocumenta: propter quod dilectam sponsam, quam ab omni periculo turpius labendi liberam esse volabat, acriter reprehendit, dicens, *Si ignoras te, egredere & abi*, quia si ignorantia hæc quæ modo parua videtur, crescat, faciet te egredi & abire post vestigia gregum. Nam qui spernit
... 19. v. 27. modica, paulatim decidet. Et stillicidia eijciunt hominem in die hyemali de domo; quia, vt exponit Cassianus, causa sunt quod ingruente im-
... pugnatione dæmonum, expellatur mens de ha-
Collat. 6. c. 17. bitatione virtutum. Quo fit inter culpas leues illas esse noxiores, & magis euitandas, quæ ex genere suo graues sunt, & contra pulchritudinem gratiæ contendunt, licet ex paruitate materiæ leues fiant. Nam si quis assuesceret furari res paruas, profecto periculo se exponit furan- D di maiores, vnde turpiter labatur; instar Iudæ proditoris, in horrenda scelera, quæ à minima culpa, sed neglecta, sunt orta. Sed vlterius etiam docet nos cœlestis sponsus viros perfectos, & contemplationis auidos, maxime fugitutos in quamuis culpam etiam minimam. Nam sicut
Ad Eph. 5. v. 27. veste preciosissima turpior apparet quæuis macula etiam parua, sic in anima pulcherrima horribilior est parua culpa, & ideo magis odio habenda, vt non solum non habeat maculam, sed nec rugam, nec aliquid huiusmodi; quare consulto sponsus cum dixit: *Si ignoras te*, addidit, *O pulcherrima inter mulieres*: vt ex collatione ignorantiæ cum eximia pulchritudine næuum illum turpiorem existimaret, & præterea qui ingentia facinora pro Deo aggred untur, ita maiora debent appetere, vt non despiciant minora, sine quibus non peruenitur ad illa. Petebat sponsa summam Dei cognitionem, & obliuiscebatur profundam sui cognitionem obtinere; quid ergo quod incepetut, vt à minoribus incipiat.

Increpationem sine culpa aliquando fieri ad virtutis profectum. §. 3.

SED sublimius aliquid nobis indicat hæc increpatio, licet nulla sponsæ culpa præcessisset, normam tribuens magistris, & prælatis, vt discipulos, & subditos perfectionis cupidos acriter aliquando reprehendant, propter quidpiam quod vere culpa non sit, sed speciem habet: in hunc finem, vt illos ad maiores in virtutibus progressus excitent, & promoueant, & vt aliis imperfectioribus insigne suæ humilitatis, & patientiæ specimen præbeant. Hoc quidem non ita licet inter æquales. Ideoque Christus Dominus dixit *Si peccauerit in te frater tuus*. Quia vbi nō est peccatum inter fratres, non est cur sit correctio. At superiores qui patres sunt ex causis dictis possunt corripere. Quod in vsu fuisse apud antiquos cœnobiarchas testatur D. Ioannes Climachus, referens de quodam Abbate, qui cum insontem grauiter reprehēdisset, rationem facti reddidit dicens: quia seipsum & subditum læderet, nisi coronas, quantas illum obtinere posse nouit, prouidere sat. geret, siue per contumelias, & ignominias, siue per abiectiones, & ludibria. Tria enim damna incurreret, primum quod increpationis mercede priuatur. Secundum quod cum aliis ex alterius virtute prodesse possit, id agere omittit. Tertium vero, quod & grauissimum est, quod ii qui videntur esse probatissimi, & laboris patientissimi, si ad tempus negligantur, atque iam vt virtutibus præditi à prælato non corripiantur, nec probris, vel iniuriis afficiātur, ea quæ in ipsis erat modestia, & tolerantia destituentur. Hęc pius ille Abbas edoctus à supremo omnium magistro, qui hisce tribus de causis suam acriter increpauit sponsam, etsi pulcherrima esset, & etiam si esset insons, solumque in apparentia deliquisset: vt ipsa per incrementum humilitatis, & patientiæ pulchrior fieret: vt adolescentulis harum virtutum exempla, vnde proficerēt, vt pręstaret, & ne tandem segnior fieret. Imo tanto magis voluit innocentem increpare, quāto magis humilitas, & patientia tunc micet, cum sine culpa quis reprehenditur, & tacens non se excusat. Quod & fecisse sponsam, valdeque inde profecisse suo loco videbimus, cum dictum est illi, *Pulchræ sunt genæ tuæ, sicut turturis*.

Gradu 4. Et forte propter duas priores causas Christus Dominus bis quasi increpasse videtur beatissimam Virginem; in nuptiis quidem ac si ante tempus miraculum postulasset, cum dixit: *Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea*. Non

 quod

quod immaculata mater vllo modo deliquerit, A sed vt ipsa illa seuera increpatione valde proficeret, & nobis insigne humilitatis, silétii & confidentiæ specimen præberet. Et rursus cũ inuentus est à parentibus in medio doctorum quasi illos obiurgãs ait: *Quid est quod me quærebatis? nesciebatis, quod in his quæ patris mei sunt, oportet me esse:* Nõ quod culpam, vel leuissimam cõtraxerint illum quærendo, sed vt illos ad altiorem sapientiam, & maiores virtutum progressus eueheret, & nos illorum clarissimis exemplis erudiret.

Sed adhuc superest quod in hac obiurgatione miremur. Erat n. sponsa afflicta, & amaro animo, eo quod decolorata esset à sole æstuante, oppugnata à filiis matris suæ, & negligens in suæ vineæ custodia, & ideo cor afflictum ad Deũ eleuans, orabat, vt locum indicaret, in quo cum ipso requiescere valeret. Cur ergo afflictæ afflictionem addit? Cur non consolatur, sed potius B reprehendit? Nimirum vt fortius eam probaret, & excellentioris humilitatis, & patientiæ specimen præberet, & vt citius ad recipiendum quod petebat, perueniret. Sicut Chananææ valde afflictæ etiam exprobrauit, vt per exhibitionem patientiæ & perseuerantiæ magnam ostenderet fidem, & quod poscebat, celerius impetraret. Terribiliter (ait D. Bernardus) sponsus intonat in dilectam, non tanquam sponsus, sed tanquam magister, & nõ quasi iratus, sed vt territa purgaretur, purgata idonea redderetur, huic ipsi cuius inhiat visioni, mundis enim cordibus illa visio sequestratur.

Mat. 15. v. 26.

Serm. 38. in Cant.

Iob 5. v. 17. Pulchre igitur dixit quidam sapiens in libro Iob; *Beatus homo qui corripitur à Deo, increpationem ergo Domini ne reprobes. Quia ipse vulnerat, & medetur, percutit, & manus eius sanabunt.* Beatum vocar, non addens verbum est, vel erit: vt significet, quod est beatus dum corripitur, & post correptionem etiam erit beatus, copiosos fructus C ex illa percipiens. Vnde alii vertunt iuxta proprietatem Hebrææ vocis: *Beatitudines hominis qui corripitur à Deo.* Quia per correctionem ex Dei amore progredientem, multæ illi beatitudines obueniẽt, plurimæ virtutes, plura gratiarum incrementa, multæ prosperitates, tum in hoc seculo, tum in futuro. Ne ergo correctionem Domini fastidias: *Quia ipse vulnerat & medetur:* hoc est, vulnerando medetur, increpãdo sanat, percutiendo curat. Velut chirurgus, qui vulnerat, aperiendo putridum vulnus, sed hac ipsa vulneratione medetur illi. Sic etiam (inquit D. Augustinus) vox Domini est: *Ego percutiam, & ego sanabo,* percutit putredinem facinoris, & sanat dolorem vulneris. Faciunt hoc medici, secant, percutiunt, & sanant, armant se vt feriant, ferrum gestant, & curare veniunt. Sed perpendendum est quod additur: *Percutit, & manus eius sanabunt.* Quia Deus vna manu percutit, sed duabus sanat, nam plus desiderat sanare quam percutere, & percutit ex affectu sanãdi: hac enim phrasi D explicare solemus quod libentissime facimus. Si ille fecerit hoc vna manu, ego faciam vtraq;. Rursus vna manu percutit, & duabus sanat, quia duplo maiora bona reddit per sanitatem, quam abstulerat per percussionem, aut ante illã præcesserant; ad hoc enim ordinat increpationem, & correptionem, vt abundantiorẽ gratiam obtineamus. Sicut & de Iob scriptum est: *Addidit Dominus omnia quæcumque fuerant: Iob duplicia.* Quoniam, vt notat D. Gregorius, tentationis suæ dispendium vincunt solatia consolationum: iuxta id quod dictum est afflictæ Iudææ: *Ad punctũ in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis cõgregabo te.* Vnde cum Sathan facultatem peteret tentandi sanctum Iob, tãdem dixit: *Extende manum tuam, & tange os eius & carnem,* non manus, sed manum inquit. Quia vnam tantum manum extendit ad percutiendum, ad sanandum vero, & remunerandum vtramque extendit, & ideo duplicatam quam antea illi tribuit benedictionem, tum in corporalibus, tum in spiritualibus bonis. Vides ergo quam recte cohæreant increpatio, & beatitudo ac pulchritudo, & quam recte spõsus eam, quam increpat pulcherrimam vocat, nam increpando pulcherrimam reddit, & ita post increpationem bis pulchram nominauit: quia duplicatum lucrũ ex obiurgatione reportauit. Ideoque dixit Diuus Bernardus, lætandũ esse de huiusmodi humiliationibus, quia signa sunt appropinquantis gratiæ.

Vide Pinedam ibi.

In Psal. 50. Deut. 32. v. 39.

El con vna mano, yo con dos.

Iob 42. v. 10.

Lib. 3. Mor. c. 8.

Isa. 54. v. 7.

Iob 1. v. 11. & 2. v. 5.

Cant. 1. v. 14.

Serm. 34. in Cant.

Qualis scientia defectus reprehendendi præcedere debeat reprehensionem. § 4.

Sed adhuc perpendendam existimo particulam illam, *si,* cum dicitur, *Si ignoras te.* Non enim sine causa non dictum est, quia ignoras te; quoniam, etsi apud Hebræos multoties *si* ponatur pro quia, tamen in particula *si* quam retinet Vulgata, iuxta eius proprietatem, mysterium latere crediderim, ad explanandam scientiã delicti; vel defectus corripiendi; quam corripiens habere debet ante correptionem ex quacumq; causa fiat, vt semper veritas facti sit correptionis fundamentum; certa certo, & dubia dubie referendo: maxime cum increpatio fit à prælato vel superiore, quæ molestior esset, nisi veritati rei gestæ niteretur. Vnde cum Christus Dominus dixit: *Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum,* D. Augustinus explicat particulam *in te,* id est in tui præsentia, & conspectu, seu coram te, vel te sciente: sicue peccatum sit contra te solum, siue cõtra proximum, & contra Deum: ad denotandam certitudinem peccati corrigendi, ne ex solo auditu, qui fallax esse solet, procederemus ad correptionem. Qua de causa ipse Deus, vt obseruauit Euaristus Papa, ac D. Gregorius; dixit Abrahæ. *Clamor Sodomorum multiplicatus est, &c. descendam, & videbo vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint, an non est ita vt sciam.* Quod ad nostram instructionem dia sse constat, vt moneret nos, ne aliquem ex solo rumore cõdemnemus, donec certo scelus eius cognoscamus. Hinc est homines tantum posse increpare alios de operibus externis, quæ nota sunt illis, nõ vero de internis, nisi prout per externa manifestatur: *Nam homo videt quæ apparent, Deus aũt intuetur cor.* Quare Christus Dominus, qui corda hominum intuebatur, multoties eos de occultis cogitationibus arguebat. Sicut cum dixit Pharisæis: *Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris?* Quãdo autem externa opera ex recta, vel ex praua intentione interna prouenire possunt, nõ est temere proferẽdum iudiciũ, quod ex praua processerit. Si autem adsint coniecturæ id confirmantes, sub hoc dubio

Mat. 18. v. 15.

Serm. 16. de verbis Domini.

Epist. 2. decret. lib. 19. Moral. c. 14.

Genes. 18. v. 20.

1. Reg. 16. v. 7.

Mat. 9. v. 4.

d[illegible] er p[illegible]dere ad increpationem, quæ [illegible] ordinatur: vt si [d]iceres; si elce[illegible]buis eximni gloria, caue ne id facias[illegible]as mercedem tuam.

[illegible] hunc igitur modum sponsus accommodans [illegible] humano mori corrigendi, cum ignorantia [illegible] quid latens & occultum, noluit absolute diceret, quia ignoras te, Sed *si ignoras te, egredere, & abi.* Ac si dicat, Vide an ignores te, quia [illegible]de fit vt e[illegible]diaris, & abeas, ac à me recedas. Non quod [s]ponsus ignoraret, quid esset in anima, se[illegible]nitio esset suauior, & illi vtilior, nobis [illegible]ormam præscriberet interiora hominum [illegible]endi, quorum notitiam non nisi ex conie[illegible] possumus obtinere. Iste autem loqu[illegible]us magis accommodatus est ad in[illegible]tiones, quæ fiunt citra culpam, vt subditi [illegible]uribus proficiant; nam salua veritate cor[illegible]ns aliquam culpam fuisse insinuat, & cor[illegible]tus ad indagandam culpam, quam non no[illegible]erat, & ad se submittendum propter illam se a[illegible]ngit, vt purior sit coram Deo, cui sit honor & gloria in secula. Amen.

EXHORTATIO XIII.

Pro festo cathedræ S. Petri. & pro Dom. 19. post Pentecosten, vidēs ciuitatem flens, &c.

De cognitione Ecclesiæ Catholicæ, quæ sola est pulcherrima inter omnes congregationes hominum, & de triplici terribili pœna, quā Deus minatur iis qui ignorant se, ac bona quæ intra Ecclesiam habent.

Si ignotas te, ô pulcherrima inter mulieres.

HOrrendam ingredimur diuinorum iudiciorum abyssum, in quam submergnntur, & suffocantur quotquot seipsos ignorant, & hanc ignorantiam à se repellere negligunt. Vt autem eam nos procul repellamus, terribiles minas sponsi contra ignorantes se, explanare conabimur. Possunt autem hæc verba, *Si ignoras te, &c.* ad sponsam, quæ est Ecclesia Catholica referri; vel ad singulas pias animas intra illam degentes: de quibus potissime agere intendimus, sed necesse est pauca de vniuersali Ecclesia præmittere.

Ecclesiam Catholicam inter omnes sectas mundi solam esse pulcherrimam. §. 1.

HAnc autem spōsus vocat *Pulcherrimam inter mulieres*, id est, vt declarant Cassiodorus & Beda, inter omnes Synagogas, sectas, & cœtus hominum, qui in hoc mundo sunt extra ipsam. Omnes enim istæ congregationes, etsi hominibus appareant pulchræ, sunt turpes, & atræ, sicut tabernacula Cedar; sectæ & dogmata earum sunt fœdissima: mille ignorantijs, erroribus, & vitijs denigratæ, & ideo comparantur mulieribus corruptis & violatis, quæ virginitatem & integritatem perdiderunt adulterijs, & stupris contra legitimum sponsum Deum perpetratis. At Ecclesia Catholica tanquam virgo integra & incorrupta vni viro desponsata Christo, pulcherrima est inter omnes mulieres, quia ipsa sola seruat veram fidem, nullo errore corruptam: continet sanctissimam legem nullo vel minimo peccato vitiatam: habet scripturam sactam, in qua nullum mendacium, aut falsitas, vel peccati vmbra inuenitur approbata. Habet deniq; sacramenta, & sacrificia sanctitate referta, velut torcularia diuinis gratijs redundantia. Nonne pulcherrima inter mulieres, quam sol ipse amicit, pulchritudo stellarum coronat, & luna sustentat? Nonne splendidior meridie, quæ solis, lunæ, & astrorum tota luce refulget? Cūcta hæc speciosissima sunt, & splendidissimos reddunt iustos degentes in ea: nam licet peccatores aliquos intra se contineat, tamen peccata eorum detestatur, nec in ipsam refunduntur, sed in eorum prauam voluntatē; at in alijs cœtibus cuncti Iudæi, Pagani, Turcæ & hæretici peccatores sunt fœdissimi, quorum peccata etiam in eorum dogmata, sectas, & hæreses refunduntur, quæ liberas laxant habenas, vt carnis illecebras, & mundi spurcitias sine pœna sequantur. Apoc. 12. v. 1.

Huic ergo Ecclesiæ sponsus Christus loquēs duplicem sententiam suggerit. Prima est, *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres.* Hicque sistit oratio, subaudiens: quid mirum quod ignores, vbi pascam, vbi cubem in meridie, si te ipsam ignoras? sed quia non te ignoras, cito inuenies vbi pasco, & vbi cubo. Quia tu ipsa es locus, in quo cubo, & pasco, ingredere in te ipsam, agnosce pulchritudinem tuam, quam ego contuli tibi, & ea ea cognosces quanto pulchrior sim ego, qui feci te. Cognosce pastus, quibus pasceris, fidem, legem, scripturas, & sacramenta, quibus fruetis, & per hæc cognosces sapientiam, sanctitatem, veracitatem, & munificentiam pastoris, qui te in suo meridie pascit. Quod si adhuc ignoras te, & vis te amplius cognoscere, *egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum*, egredere extra te ipsam, ô pulcherrima inter mulieres, vt alias tibi æmulas cōsideres, & inde pulchritudinem tuam agnoscas, quia opposita iuxta se posita multo magis elucescunt: egredere igitur, & abi post vestigia gregum, non imitatione, sed consideratione; nō gressibus affectus & amoris, sed discursus & cogitationis. Considera, scrutare, & perpende dicta, facta, opera, & bestiales mores eorum, qui sunt extra te, infidelium sc. & hæreticorum. Pasce hædos tuos, i. tuos sensus, cogitatus, & discursus, considerando quæ fiunt in tabernaculis pastorum istorum gregum; in Synagogis Rabbinorum, in cœtibus Mahometanorum, in conuenticulis hæresiarcharum; inuenies; tot errores, ignorantias, turpitudines, & horrenda scelera, vt inde euidenter colligas, me non esse in medio eorum, nec eos pascere, aut cubare in meridie, cum omnes sint tenebrarum filij, & ipsa nocte obscuriores, odientes lucem, quia semper male agunt.

Memorate illius horrendæ visionis, q̄ ostendit Dominus Ezech. cum dixit ei: *Fili hominis fode parietem*, ingredere, & vide abominationes, quas isti faciunt ibi: ingressus a. vidit similitudines reptiliū, & animaliū abominationes, vniuersaque idola domus Israel. depicta in pariete in circuitu per totū, & 70. viros de seniorib. qui habentes thuribula in manib. suis thus idolis adolebāt. In Ezech. 8. v. 8.

alia vero parte domus versus aquilonem erat cætus mulierum plangentium Adonidem; in alia vero viginti quinq; viri dorsum habentes cōtra templum Domini, & facies ad Orientem adorantes ad ortum solis. Ecce depicta tabernacula pastorum, conuenticula hæreticorum, Synagogas infidelium, & abominationes, quæ geruntur in ipsis. Omnes sunt spiritualiter idololatriæ, omnia vitia colunt, mammonæ deseruiunt, ventrem pro Deo habent, Venerem adorant, carnis illecebras sequuntur, Adonidem plangunt, voluptatibus suis priuari fugiunt, solem vanæ excellentiæ venerantur, cæcta respuunt, quæ sunt Dei, à quo se auertunt, ad terrena, & carnalia se conuertentes; adeoque turpia sunt, quæ agunt, vt latibula quærant, ne videantur, & suffundantur pudore.

Et tu ergo qui Dei gratia membrum es Ecclesiæ Catholicæ, & pars huius pulcherrimæ congregationis, vbi Christus cubat, & pascit in meridie; fode parietem, qui Ecclesiam diuidit ab his tabernaculis impiorum, & mente sola ingredere, vt perspicias abominationes, quæ in eis perpetrantur, & certo scies, quod Deus abominatur illos, nec cubare, aut requiescere potest in tabernaculis eorum. Cum autem constans esse debeat, Deum tabernaculum habere in terra vbi habitet inter homines, locumque sibi delegisse, vbi eos pascat, & cum eis cubet in meridie veræ cognitionis, & amoris: etiam constans erit, & certum hoc tabernaculum, & hunc locū esse tantum Ecclesiam Catholicam ab ipso fundatam super Petrum, qui Petrus est Christi vicarius, eiusq; successores Romani Pontifices; contra quam prævalere non poterunt portæ inferi: id est omnes aliæ Synagogæ, sectæ, dogmata, & hæreses, quæ portæ inferi dicuntur, quia per ipsas in infernum intratur, vbi earum sequaces igne æterno comburentur.

Matth. 16. v. 8.

Pingitur pulchritudo Ecclesiæ per similitudinem ad cælestem ciuitatem. §. 2.

Sed age iam hanc Ecclesiæ pulchritudinē præ omnibus sectis breuiter delineemus, quam Christus Dominus insinuauit in verbis illis: *Ædificabo Ecclesiam meam, & porta inferi, &c.* indicant enim duas ciuitates, quas D. Augustinus vocat ciuitatem Dei, & ciuitatem Babylonis. Ciuitas Dei Ecclesia est à Christo Domino ædificata super seipsum, qui fundamentum est fundamentorum, & super Petrum eius vicarium; qui post Christum præcipuum est fundamentum. Huius autem ciuitatis pulchritudo tam eximia est, vt merito dicatur pulcherrima inter omnes ciuitates, & congregationes hominum, quæ sunt in terris: imo illa sola est pulcherrima, quæ maxime assimilatur cœlesti ciuitati, cuius mirabilem pulchritudinem depingit B. Ioannes in Apocalypsi. Quid enim pulchrius potest excogitari, quā ciuitas, cuius fundamenta sunt ex duodecim gemmis preciosissimis, muri vero sublimes & fortes ex pulchro iaspide, duodecim portæ ex duodecim ingentibus margaritis; plateæ ex auro mundo, simili mundo vitro, sol illuminans ipsa Dei claritas, iaspidi crystallizanti persimilis, lucerna vero, seu luna est agnus speciosus forma præ filijs hominum: fluuius me-

Lib. 11. de ciuit. c. 1.

Apoc. 21. v. 11. *Pictura Ecclesiæ pulcherrima.*

diam vrbem interfluens iucundus, & vitalis, arbores in vtraq; fluminis ripa satæ, semper virida̅tibus & salutiferis folijs, nouisque fructibus singuli mensibus prædıtæ: denique quidquid est gloriæ, & honoris apud gentes inuenitur in illa. Hæc autem omnia licet plene in cœlestem Ecclesiam, & ciuitatem quadrent, ex parte etiā nostræ Ecclesiæ pulchritudinem commendant.

Cuius duodecim fundamenta sunt duodecim veritates, & mysteria fidei præcipue quæ in Symbolo Apostolorum continentur, & ideo in illis scripta dicuntur nomina duodecim Apostolorum; quia singuli singula in symbolum redegerunt. Fides autem & symbolum eius, vt dicit D. Augustinus, substantia est, & fundamentum huius ædificij. Vnde & cum Christus Dominus ait: *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meā*, nonnulli patres interpretantur super hanc fidei confessionem, quæ à Petro exhibita est. Sunt autem hæc mysteria pulcherrima sicut gemmæ preciosæ & miræ varietatis: quæ mirabile & speciosum reddunt vniuersum ædificium. Lapides enim isti preciosi ita sunt fundaměta, quod non obruantur terra, sed foris inspici valeant, nam instar basis latius prominent.

Apoc. 21. v. 14.

Lib. 1. de Symbolo ad Catec. c. 1.

Muri ex iaspide sunt Pontifices, & Sacerdotes, qui suis sacrificijs & orationibus Ecclesiam tuentur, & à dæmonum impugnationibus defendunt. Quod maxime præstant cum sanctum Eucharistiæ sacrificium offerunt, quo oppugnationi Ecclesiæ tanquam muros se opponunt, maxime contra infideles omnes & hæreticos. Vnde iaspis, vt D. Hieron. docet, phantasmata fugat & morbos varios pellit.

D. Hieron. in Isa. 54.

Portæ autem murorum Apostoli sunt, & Apostolici viri, quorum doctrina, & prædicatione trahuntur homines, vt in Ecclesiam ingrediantur: & apte pulcherrimis margaritis assimilantur, quia maxime eos trahunt spe regni cœlorum, quod appropinquasse prædicant. At plateæ ciuitatis iusti sunt, qui per viam mandatorū Dei progrediuntur, illa integre obseruantes. Et merito comparantur auro mundo, & perlucido tanquam vitro: quia dilectione Dei, & proximi fulgent, claritateque conscientiæ, & splendore, dum nihil celant quod e sposit obesse.

Sol autē illuminans & lucerna lucens, Deus est, & Christus Dei agnus: nam omne fidei lumen, omnis sapientia, & scientia Ecclesiæ omnis animæ contemplatiuæ illustratio à Deo est, & à Christo, qui est lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, Vnde & vita nostra æterna in eo est sita, vt cognoscamus Deum verum, & quem misit in mundum Iesum Christum. Est autem hoc lumen sicut lapis pretiosus iaspidis crystallizantis, propter firmitatem, & perspicuitatem ipsius, quæ non lædit, sed lætificat, & etiam Dei interiora manifestat, nec vlla nubium, & nebulatum ignorantia vel hæresi obscurari potest.

Io. 17. v. 3.

Fluuius autem eam rigans aqua viua est diuinæ gratiæ, quæ sitim extinguit in æternum, & arbores virtutum rigat, vt semper verba salutaria, & inges fructus sanctitatis germinent, quos D. Paulus duodecim esse recenset. Quidquid igitur gloriæ, & honoris est in mundo, in Ecclesia Christi eminentiori modo inuenitur: quia apud illam sunt ingētes meritorum, & cœlestium diuitiarum

[illegible] rum thesaur. [illegible] iisque honorati sunt ami- A [illegible] us regnum De [illegible] & inst tiā eius quæ- [illegible] s æ [illegible] ta [illegible] porana adijcit, & quando [illegible] est [illegible] er [illegible], & principes gentium eos [illegible] d [illegible] hac vita aliqua potest beati [illegible] tas obtineri; non nisi in Ecclesia [illegible] tri, cuius qui participant bona sum [illegible] & gaudio fruuntur, nuncq; sunt beati in [illegible] modum vero perfecta Dei, & summi b [illegible] ne. Si ergo Christi sponsa te ipsam ig [illegible] as, intuere hanc ciuitatis picturam, quæ te [illegible] am te [illegible] tat, & scies quod pulcherrima es i [illegible] ulieres; quidquid n. est decoris, [illegible] itatis, virtutis, & gloriæ, tibi iu- c [illegible] fi [illegible] itate tibi adhæret, vt contra te p [illegible] e [illegible] queant portæ inferi. & quæ sunt [illegible] dæmones, tyranni, hæresiar- [illegible] & [illegible] tquot alios impellunt, vt ingredian- [illegible] atem Babylonis, & confusionis, & in [illegible] boi, quod omnes alias mūdi sectas c [illegible] h [illegible] lit. Et merito ipsi inferno assimilā- B [illegible] a in il [illegible] is nihil est lucidom, nihil pulchrū, n [illegible] icundum, desunt enim eis octo illa insi- g [illegible], quæ veram Ecclesiam condecorant, & fe- l [illegible] reddunt ciuitatem. Non suut ibi gemmæ, [illegible] d axa; non lumen, sed tenebræ; non aorum, [illegible] u [illegible], non fluuius, sed ignis, non arbores [illegible] & fructuosæ, sed aridæ, quæ nutrimen- [illegible] t flammæ: quidquid etiam dedecoris [illegible] ignominię, ac miseriæ in ea reperitur: cum n [illegible] tam sit ciuitas hominum, quam caula pe- [illegible] um, guorum mores cuncti ciues induunt. [illegible] gredere igitur, vt has caulas consideres, & q [illegible] nta præstes pulchritudine facile inuenies. Hæc de Ecclesia vniuersa dicta sufficiant.

Triplicem pœnam horribilem eorum qui culpabiliter se ignorant. §. 3.

IAm ergo ad singulas animas descendamus, quæ tam insignium bonorum possunt esse par C [illegible] pes, quibus cœlestis sponsus tres horrendas pœnas minatur, si negligant seipsas cognoscere, & ea bona quę intra Ecclesiam Catholicam habent ignorent, ac despiciant. Significantur autem i [illegible] is tribus verbis, *Egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorū.* Quæ quidem non tam dicuntur animæ præci- p [illegible] d [illegible], quam permittendo, & vaticinando h [illegible] nbiles miserias, in quas per ignorantiam sui præ [illegible] pitabitur. Vtidem sit, egredere, abi, & pasce. quod egredieris, abibis, & pasces.

Prima igitur miseriarum est, egredi à felicissimo & pulcherrimo loco, in quo à Deo est cō- *Cant.* [illegible] *4.* structa, & ad quem erat destinata. Ac si diceret, Si ignoras te, egredere à cellarijs meis, & à cubiculo, in quod te introduxeram, vt amplius non fruaris delitijs, & thesauris, ac dulci communi- [illegible] one, quam ibi mecum habebas: nec deinceps exultabis, & lætaberis in me, nec ab vberibus meis suges lac diuinæ consolationis. Egre- D *2. ad Tim. 3. v. 15.* dere de Ecclesia mea, quę est columna, & firmamentum veritatis, in qua sola veritas fidei discitur, & firmiter tenetur, sine qua impossibile est placere Deo, & vitam æternam adipisci. Quia extra illam non est nisi ignorantia, error, fluctuatio in varias doctrinas, ad vnam quæ vera est non pertingentes. Egredere de domo disci- A plinæ, vbi solum addiscuntur mores rationi, & legi Dei consentanei; mali corriguntur, & boni *Eccl. 51. v. 31.* in melius promouentur; extra quam viuitur sine fræno rationis, vagando iuxta desideria cordis sui. Egredere & ouili meo, vbi ego congrego *Io. 10. v. 1.* meas oues, quæ vocem meam audiunt, & me sequuntur, à lupis rapacibus protego, & ad dexteram meam in extremo iudicio collocabo: extra q non sunt nisi hædi ad sinistram collocandi, & a lupis inferni deuorandi. Egredere ex loco pas- *Ps. 22. v. 2.* cuæ meæ, vbi oues meas pasco pabulis æternæ vitæ, earum famem pello, sitim extinguo, desideria compleo, & ad pascua æterna perdoco: extra quem locum est iugis fames, & sitis, pabulum venenosum, quod non reficit, sed inficit, & mortem æternam infert. Egredere item à domo Dei viuentis, à ciuitate refugij, à loco munito, à tabernaculo Altissimi, à protectione mea, ab abscondito faciei meę, vbi ego defendo electos meos, à conturbatione hominum, ab insidijs B inimicorum, à tentationibus dæmonum, à periculis condemnationis, & omnibus malis: extra quam domum quisquis electus est, erit velut Cain, qui dicebat: *Ecce proiicis me à facie tua, & ero profugus, & vagus in terra, & omnis qui inuenerit me, occidet me.* *Gen. 4. v. 14.*

Egredere tandem ea corde tuo, & ex interoo cubiculo mentis tuæ, vbi audire solebas quæ ego loquor ad pacem populi mei, vbi orare consueueras, & requiescere in tranquillitate conscientię tuæ, extra quam qui vagatur, continuos remorsus, & dira tormenta intus patitur. Egreditur enim (vt dicit Diuus Bernhardus) de spiri- *Serm. 35. in Cant.* tu ad carnem, de bonis animi ad secularia desideria, de interna quiete ad strepitum mundi, *Hoc optimè D. Gregor. exstatue, Exhort. seq. §. 2.* quod horribilius, & pœnalius est, quam ipsam gehennam ad tempus experiri. En quot bona perdis si ignoras te, nam ignorantia tui coget te egredi ex eo loco, vbi omnia illa tuto possidere valeres.

C Sed quo abis cum inde egrederis? *Abi* (inquit) *post vestigia gregum.* Incurris malum, quod time- 2. bas. Timebas vagari post greges sodalium meorum: sed si te ignoras, vagaberis, & ibis post illos; sequens perditos mores, errores & peccata hominum, qui instar pecudum, & gregum irrationalium non ducuntur ratione, sed voluptate, sed libidine, sed passione, & impetu furiosi appetitus sensualis, & cæco impulsu proprij iudicij, reiecto lumine fidei, & sanctorum dictamine.

Tu ergo quæ pulcherrima eras, & in magno *Ps. 48. v. 13.* honore constituta, si non id intelligis, & recognoscis, comparaberis iumentis insipientibus, *Ezec. 32. v. 19.* & similis fies illis, *Et quo pulchrior es, descende, & dormi cum incircumcisis.* Descende à dignitate qua potiebaris, dormi, amittens vsum rectæ rationis; iungere incircumcisis, & infidelibus, qui traditi sunt in passiones ignominiæ, in reprobum sensum, vt faciant ea, quæ non conue- *Ad Rom. 1. v. 28.* D niunt, repleti omni malitia. Nam quia te ignorasti, abscondi à te faciem meam, & abis vaga in *Isa. 57. v. 17.* via cordis tui. Tangis picem, & inquinaris ab illa; communicas superbis, & induis eorum superbiam, ac sociata gregibus sodalium meorum, eris quasi vnus ex illis: imo & peior illis.

Hoc enim significat, *Abi post vestigia gregum.* Ve

notat

Serm. 33. in Cant. notat D. Bernard. non ait, ibi cum gregibus, sed post illos tanquam illis inferior, & posterior. Nam quo antea pulchrior, modo gregibus irrationabilibus mutata efficeris turpior.

3\. Hinc prouenit tertium, & horrendum malum, quod subiungitur, cum ait: *Pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum*. i. e. pasce tuos lasciuos motus, tuos libidinosos sensus, tuos effrænatos appetitus, tua iuuenilia, & voluptuosa desideria, vt in dies crescant, & proficiant in peius, & quæ in sordibus es, sordescas amplius, & propius similitudine accedas ad tabernacula pastorum istorum gregum, nempe ad errorum hæresiarchas, ad vitiorum magistros, ad principes tenebrarum, & rectores huius peruersi mundi: pasce hædos tuos; qui ad sinistram sunt collocandi in extremo iudicio, vt tandem cum tabernaculis tuorum pastorum in profundum in-*In Epist. v. 11.* ferni demergaris. *Væ illis* (ait Apostolus Iudas) *qui in via Cain abierunt, & in errore Balaam mercede effusi sunt, & in contradictione Core perierunt.* Isti sunt pastores tui, Cain inuidus homicida fratris: Balaam auarus mercedis intuitu iniqua consi-*Num. 22. v. 15. & c. 16. v. 31.* lia præbens, & Core ambitiosus seditionem in populo excitans: propter quod à terra viuus deuoratus est cum socijs, & tabernaculis suis.

Applicantur hæc singulis Ecclesijs, & animabus quæ defecerunt. §. 4.

INtuere igitur multas Ecclesias Anglicas, Germanicas, & alias in regionibus Septentrionalibus existentes, quæ olim erant pulcherrimæ inter mulieres, & inuenies in hæc tria horrenda mala incidisse, eo quod non cognouerunt se, nec pulchritudinem sibi à Deo datam, sed de se, de suoque proprio iudicio præsumentes, excæcatæ sunt in hæresis barathrum submersæ. Vnde *Serm. 5. de Verbis Domini epist. 48. ad Vincent. lib. de pastorib. & c. 11. l. 2. contra epist. Gaudentii.* eleganter D. Augustinus Catholicas Ecclesias exhortans, sic hæc verba interpretatur. Nisi cognoueris temetipsam, ô pulchra inter mulieres, quantumlibet enim sint aliæ pulchræ donis virisui, hæreses sunt: ornatu, non visceribus sunt pulchræ: foris extrinsecus nitent, nomine iustitiæ se dealbant; omnis autem pulchritudo filiæ regis intrinsecus est. Nisi ergo cognoueris temetipsam, quia vna es, quia casta es, quia colloquio peruerso malorum sodalium corrumpi non debes, ne malis colloquijs, sicut serpens seduxit Euam astutia; sic & sensus tui corrumpantur à castitate mea. Nisi ergo talem cognoueris *Epist. 48.* temetipsam, exi. Non ego te eijcio, sed tu exi, vt dicatur de te, ea nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Alijs dicturus sum, intra in gaudium Domini tui, tibi non dicam intra, sed exi in vestigijs gregum; non in vestigijs meis, sed in vestigijs gregum, non vnius gregis, sed diuersorum errantium; & pasce hædos tuos, non sicut Petro cui dicitur pasce oues meas, sed hædos tuos in tabernaculis, non pastoris, sed pastorum, non vnitatis, sed dissensionis, non ibi posita vbi est vnus grex, & vnus pastor.

Si autem cognoueris temetipsam, intra in gaudium Domini tui. Hæc ex Augustino optime depingente miserum statum illarum Ecclesiarum, quæ factæ sunt Synagogæ Sathanæ, quia recesserunt à pastore vno Christo, & ab eius vicario ouili, cui præest Petrus in sede Romana eius Vicarius; diuisæque sunt in plures greges, & plures pastores inter se dissidentes, quia hæreses sunt, vbi contrariæ, nec alios greges pascunt nisi hædorum, quia hæreticorum filij sunt genimina viperarum, de venenatis parentibus, venenata soboles, lasciui, vani, & instabiles, æternis ignibus deputati.

Hinc patet diuerso modo hæc verba sponsi conuenire Ecclesiæ vniuersali, & particularibus etiam iuxta interpretationem Diui Augustini. Nam respectu Ecclesiæ vniuersalis nō est com-*ide Martinus del* minatio, sed consolatio, & timoris repulsio. ac si diceret: quid times o dilecta quod vagari incipies post greges sodalium meorum? certus sum quod non vagaberis post illos. & quidem si ignoras te, quod est pulcherrima inter mulieres, egredere & vagare post illos. Sed certo scio quod non te ignoras, sed quod cognoscis te omnium esse pulcherrimam, & ideo post alios non vagaberis: ad eum modum quo si quis videret Alexandrum Magnum nonnihil trepidantem paruum exercitum hostium, diceret ei, si ignoras te esse Alexandrum Magnum, fuge hostes tuos. Cuius sensus esset, quia scio te non ignorare quod sis magnanimus Aleander, etiam scio quod hostes non fugies, sed aggredieris, & vinces. At respectu Ecclesiarum particularium, verba sunt comminatoria, quiá possunt se ignorare, & in horrenda hæc mala decidere: & à fortiori respectu cuiuscunque animæ quantumuis sibi videatur pulchra.

Intuere igitur filium adolescentem, qui in *Pro[...] b. sto post Dom. Quadr. Luc. 15. v. 12.* domo patris tui plurimis abundabat bonis; & miserrime, ac stultissime hæc tria mala ignorans se, elegit; primo enim egressus est è domo patris sui, & ab eius protectione, ac gubernatione. Deinde abijt in regionem longinquam post irrationales greges viuendo luxuriose cū meretricibus, & tandem adhærens vni pastori, & ciui regiones illius, ipse pascebat porcos eius, tanta oppressus fame, vt nec ex eorum siliquis satiari esset concessum. Sed vnde illi tot mala? certe ex ignorantia illa duplici, ac valde noxia, non enim cognouit abundantiam, pacem, lætitiam, & felicitatem paternæ domus, qua frui posset sub patris sui cura, & protectione degens. Et vnde hoc? nisi ea alia ignorantia, & cæca superbia, qua putauit suo se iudiciu posse regere, & substantia sibi data probe vti, nec indigere patris directione, & regimine, nec domi custodia, sed vbique sibi sufficiens esse.

Merito ergo in illum intenditur comminatio ista, *Si ignoras te*, imo quia ignoras te, egredere, vt lubet, è domo patris tui, vbi mercenarij etiam abundant panibus: & abi post greges meretricum, consumendo cum illis substantiam tuam: & pasce hædos, & porcos obscœnorum appetituum, iusta tabernacula pastorum regionis illius, quæ est regio vmbræ mortis, à vera luce remota; cuius pastores sunt principes tenebrarum, vbi perpetua fame torqueberis, quia non inuenisti locum vbi verus pastor pascit, & cubat in meridie, sed vagari voluisti post greges sodalium illius.

Hæc tria mala pertulit filius prodigus, illisque consumeretur, nisi flagellis eruditus aperiret oculos, vt se cognosceret, & bona quæ amiserat, vnde in se reuersus dixit: *Quanti mercenarii in domo pa-*

mo ... aria mei ... dant panibus, ego autem hic fame A pe... Agnouit abundantiam paternæ domus; ... r & propriam inopiam; & cognitio hęc co... m auertere à regione, in quam vene-ra ... reducere domum, à qua egressus fue-ra ... sciens damna, quæ ignorantia sui illi at-tu...rat.

ProDom. post ... cant. *De tribus his pœnis, quibus punita est Synagoga & Ierusalem propter ignorantiam sui. §. 5.*

HOrrenda sunt mala commemorata, quæ oculos ...uatoris in fontes lacrymarum cōuerterunt dum videns ciuitatem Ierusalē, fleuit
Luc. 19 v. 43. super ...am, dicens: *Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac ...e tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab o...n...tuis.* Id est si cognouisses tu B quæ ego cognosco, plorasses, sicut ego ploro. Nu...c autem non ploras, quia ignoras, & ab-s...ita sunt ab oculis tuis bona, quæ haberes, si ac... doctrinam, & legem meam reciperes, I...e ... innumera, & horribilia te expectant mala, *Eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ.* E... ...ipta mala, quæ Salomon vaticinatur de an...ua Synagoga Iudæorum in his verbis, vt A... ...ius interpretatur. Si ignoras te, ô antiqua Sy...oga, quæ pulcherrima eras inter omnes mu...es; imo quia ignorasti te, & pulchritudi-
Ezec. 16 v. 15. & 2. nem, quam à me receperas; *Et habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo, & abominabilem fecisti decorem tuum. Ideo egredere, & abi post vest... gregum, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula past...rum.*

Egredere de regione tua & de terra promissionis, in qua te constitui; egredere de Templo Ierosolymitano, & de domo mea, in qua ego habitare, & varijs sacrificijs coli solebam; egredere à mea protectione, & regimine, & ab om- C nibus bonis, quæ per me pacifice possidebas, quia deinceps non eris populus meus, nec hæreditas mea, nec curam tui geram: sed abi captiua & vaga post vestigia gregum, dispersa per v-ni...er sam terram inter varias gentium nationes, ea...um bestiales mores sequens, earumque legibus s...uiens, tributis oppressa, & omnibus exe-...randa. Pasce denique hædos tuos, id est filios t...s reprobos, sicut & patres, pasce inquam ce-... n...s legis Mosaicæ, vanis, futilibus, & no-c...s. Pasce iuxta tabernacula tuorum pastorū, ... Rabbinorum, qui vt cæci sunt, & duces cæ-...um, ita omnes in foueam cadunt. Pasce etia... ...rata tabernacula pastorum, seu regum & princ...pum idololatrarum, in quorum potesta-t... traderis: quia licet non sis intra illa tabernacula idololatriæ, eorum ritibus seruiens, es D tamen iuxta illa tanquam infidelis & idololatra viuens. En miserias, quas oculis nostris perspicimus ...ri miseros Iudæos, quia non cognouerūt tempus visitationis suæ, & ignorauerunt pulchritudinem, pacem & fœlicitatem, ad quam
Os. 9. v. 12 ... per Christum euehendi erant, si ipsum reciperēt, vt impleretur quod dictum erat per Oseam Prophetam, *Sed & væ eis cum recessero ab eis*, quod L X X. vertunt, *Sed & væ eis: caro mea ex eis.* Quam lectionem multi viri docti etiam probant. Nec mirum est cādem vocem Hebræam ambiguam esse vel diuersis punctis notandam, diuersimo-de traduci, & vtramque traductionem veram esse: in ea autem quæ est LXX. interpretum Dorotheus martyr agnoscit incarnationis mysterium. Nam prædicens Dominus per Oseam vastationem Iudæorum futuram propter idololatriam, repente transit ad prædicendam duriorem destructionem futuram, propterea quod Christum venturum non agnoscerent, nec reciperent, dicens: Sed & væ eis, cum ego carnem ex eorum progenie sumpsero: tunc enim quia me non agnoscent, recedam ab eis, deseram illos, euertentur à Romanis, & cuncta bona quæ habebant, amittent, vsquequo in fine mundi resipiscent: iuxta id quod idem propheta vaticinatus est. *Dies multos expectabis me, non fornicaberis, non* Ose. 3. v. 4 *eris viro, sed ego expectabo te, quia dies multos sedebunt filii Israel sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine Ephod, & sine Teraphim, &c.* Modo B enim nec fornicantur idolis seruientes, nec legitimo viro Christo subduntur, sed illum expectant, ac si non venisset, nec habent proprium regem ex sua natione, nec altaria, nec sacrificia, aut vestes sacerdotales, nec etiam habent Theraphim, id est, imagines idolorum; & tamen omnino sunt deserti à Deo, vt hoc ipso agnoscamus iam sponsum cælestem, non pascere, nec cubare apud illos in meridie, sed quia ignorauerunt, ignorati sunt, & in tot mala deuenerunt. Alieno igitur periculo edocti, agnoscamus tempus visitationis nostræ, & pulchritudinem, ad quam per Christum euecti sumus in eius Catholica Ecclesia: nec si ignoremus nos, in idem barathrum malorum incidamus, quod à nobis procul auertat Iesus Christus Dominus noster in secula seculorum. Amen.

EXHORTATIO XIV.

De modo cognoscendi seipsum secundum corpus mortale, & animam peccatis obnoxiam, de fructibus eius, quomodo per hoc tollitur omnis querimonia de ærumnis, quas patimur. Pro Dom. 3 Aduent.

Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, &c.

MErito cœlestis sponsus & magister, edoctus dilectam animam sublimem, & profundam spiritus scientiam, ab humilitate, quæ omnium virtutum fundamentum est, docturum inchoat. Siquidem prima eius verba ad sponsam in hoc Cantico, hæc sunt: *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post, &c.* Ac si dicat, Si te ignoras, egredere & abi ad magistros, & aulas, vbi scientiam tui edifcas. Tabernacula pastorum erunt aulæ: pastores vero magistri: greges autem admonitores.

A

Duplicem esse modum cognoscendi se per veras negationes & affirmationes de seipso. §. 1.

AD huius autem pleniorem intelligentiam aduertendum est duplicem esse modum cognoscendi se ipsum, alterum per negationes, per affirmationes alterum; vtrumque veritate nititur, quia humilitas non indiget nostris men-
Ps. 118. v. 71. dacijs. *Sed in veritate tua* (inquit Dauid) *humiliasti me*, & humilis, vt ait D. Bernardus, est qui ex ve-
Tract. de gradibus humilit. rissima cognitione sui sibi ipsi vilescit. Prior ergo modus negat de se ipso quidquid honorificum est, & gloriosum. Posterior affirmat de se quidquid est vile, & abiectum, ille aliquid boni à se habere inficiatur; hic quidquid mali habet à se, quidquid vero est boni à Deo procedere fa-
Amos 7. v. 14. tetur, quomodo dixit Amos: *Non sum Propheta, nec filius Prophetæ, sed armentarius ego sum vellicans sycomoros.* Negat à se habere prophetandi gloriosum munus, vile autem armentarij sibi attribuit.

B

Aliter D. Greg. lib 2. Mor. c. 4. Sed elegantius vterque modus resplenduit in Ioanne Baptista, cum Sacerdotes, & Leuitæ interrogauerunt eum, *Tu quis es? & confessus est, & non negauit, & confessus est, quia non sum ego Christus.* Rursus: *Elias es tu? respondit non sum. Propheta es tu? Et respondit, non.* Cum rursus instarent, quis es? *quid dicis de te ipso?* ait, *ego vox clamantis in deserto, dirigite viam Domino.* En D. Ioannes ad interrogata debito ordine respondet, primo per negationes, dicendo quid non esset, deinde per affirmationes asseuerando quid esset: & vtroque ostendit verissimam sui habere cognitionem: in negationibus gradatim procedit, quia hic modus cognoscendi se per comparationem ad suprema, & meliora fit descendendo, per gradus à maiori vsque ad minimum, constituendo se infra illud in nouissimo loco. Sic ait Ioannes non

C

sum Christus, nec sum Elias, nec vllus ex antiquis prophetis: ac si tu diceres; non solum non sum similis Christo Domino, sed nec Apostolis, aut Martyribus, vel reliquis Sanctis, nec minimo iustorum, sed minor sum omnibus illis.
1. Cor. 15. v. 9. Qua ratione dicebat Diuus Paulus: *Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus* Et Salomon plures inculcat negationes, di-
Prou. 3. v. 2. cens: *Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum, non didici sapientiam, & non noui scientiam sanctorum.* Hoc autem dicit, quia ex seipso habet esse stultissimum, nec à se vllam habet scientiam, vel sapientiam: quia enim humilitas veritatem amat, semper habet humilis quomodo vere de se magna neget, & parua affirmet. Sicut Ioannes interrogatus an esset Elias, qui venturus erat ante Christum, quam affirmare

D

posset de Elia præcedente primum aduentum, maluit tamen negare absolute intelligendo de Elia qui præcedet secundum. Et qui vere erat Propheta. Tamen iuxta mentem interrogantium maluit dicere; non sum: ea vero quæ sunt certa & ad Dei gloriam spectant, magna asseueratione testatur: sicut Ioannes cum interrogaretur an esset Christus, ter de eo dicitur, *confessus est & non negauit, & confessus est, quia non sum ego Christus.* Cum vero interrogatur an sit Elias, vel Propheta, simplicius respondet, non sum, vel non.

At cum cognitio sui ipsius acquirenda est per affirmationes, aliquando proceditur per comparationem ad bestias, vel ad enormes peccatores, gradatim ascendendo à minori ad maius: ac si diceres, non solum sum similis hominibus iniustis, sed ipsis dæmonijs, aut iumentis insipientibus, & peior illis: aliquando vero fit, vilissima quæque sibi attribuendo, sicut cum dixit Dauid. *Ego autem sum vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis.* Sed quia humilis non est ignorans, & cæcus, nequit que non cognoscere in se aliqua Dei dona; cum interrogatur, *quis ergo es & quid dicis de te ipso?* si cogitur respondere, licet affirmare quod ex Dei gratia habet, cum eo tamen coniunctum quod habet ex se, sicut fecit Ioannes dicens: *Ego vox clamantis in deserto; dirigite viam Domino.* Quid humilius voce? Ps. 21. [illegible]
& quid sublimius, quam clamans in deserto, dirigite viam Domino? Vox quantumuis sonora, & suauis, cito transit, magna repræsentat, & subito non comparet: quid ergo est homo, nisi vox, aer repercussus, spiritus vadens, & non rediens? nam in imagine pertransit omnis homo. Vox non habet aliud esse, quam à clamante proferri, nec homo quam à Deo conseruari; magnum quid est esse vocem Dei clamantis per illam, & magna edocentis, sed hoc non ex nobis, sed ex Dei gratia est: tamdiu existimus, quamdiu à Deo conseruamur, quia in eo viuimus, mouemur & sumus, sine quo neque ad momentum esse poterimus: & ad ingentia opera gratiæ quasi instrumenta ipsius sumus.

Ecce duplicem viam ad cognoscendum seipsum, & ad sui ipsius propellendam ignorantiam, & vtramque insinuant hæc verba, *si ignoras te, egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum.* Possunt enim greges, & pastores bifariam vsurpari, & in bonum, & in malum, pro gregibus sanctorum, & pastoribus eorum, vel pro irrationalibus, & pessimis gregibus, ac pastoribus. Ad vtrosque autem mittitur anima, vt ab illis discat (licet diuerso modo) cognitionem sui; intuens enim bonos confunditur, cognoscit bonum, quod sibi deest, & illud habere satagit, intuens autem malos pudescit, dum illos imitatur, & imitari detrectat. & hac ratione perfectam sui scientiam adipiscitur, quæ ad sublimem perfectionem fundamenta iacit, & viam parat, de quibus sigillatim agendum erit.

De trina [illegible] Exhor[illegible] [illegible]

Cognitionem sui pulchrioribus magis esse necessariam & difficilem. § 2.

SEd prius indagemus cur sponsus exhortans animam ad cognitionem sui vocat eam pulcherrimam inter mulieres. Profecto quoniam licet omnibus expediat se agnoscere, maxime tamen pulcherrimis, quibus maius inest periculum se ignorandi, & alijs per inflationem se præferendi, nam facile homo putat à se esse bonum quod videt in se, suæ tribuens industriæ, quod est diuinæ gratiæ.

Vnde valde arduum est, non ignorare quid respondere debeas; cum interrogaris: *Tu quis es? quid dicis de te ipso?* quis es secundum corpus? quis secundum animam? quis ex te ipso, & quis ex Deo? quis ex tua natura & industria? & quis ex Io. 1. v. [illegible]
Dei

[illegible] oras, facile super- A [illegible] & quieras pulcherri- [illegible] es, [illegible] iuni fœdissimus. Sic- [illegible] es speciosissimus inter natos mulie- [illegible] raret, dum Messiæ dignitatem ina- [illegible] teret, dignitatem præcursoris, om- [illegible] uam pulchritudinem dissiparet: sed [illegible] nouit, elegit, inquit Diuus Grego- [illegible] er, & solide subsistere in se, ne hu- [illegible] ne in aniter rapeterur super se. Vn- [illegible] anima, quæ nomen pulcherrimæ ra- [illegible] ui status meretur, digna est acri increpa- [illegible] raret: nam quanto pulchrior, [illegible] orantia sui deberet esse remotior, [illegible] emus illi, quod Apostolus Hebręis [illegible] *magistri esse propter tempus, rursus indi- [illegible] doceamini quæ sint elementa exordij sermo-* [illegible] n. exordia, elementa, & initia vitæ [illegible] atiuæ sunt cogitatio sui ipsius, & om- B [illegible] quæ intra ipsum sunt, & ad ipsum spectát. [illegible] ideratione sui, vt scribit Diuus Ber- n[illegible]s ad Eugenium Papam, incohoandum est, [illegible] à fundamento vitæ spiritualis, ædifi- [illegible] e corruat, quoniam teste Salomone: *Vbi [illegible] scientia animæ, non est bonum, & qui festinus est, [illegible] offendet*, id est, cum quis caret scientia a- [illegible] suæ, & seipsum ignorat, nullum illi erit [illegible] m, & firmum bonum. Talis enim sæpius [illegible] que est festinus pedibus, temere, & pręter plera q; cupiens, & agens, vnde mul- [illegible] offendit, errat, & delinquit.

[illegible] autem hæc scientia animæ nimium diffi- [illegible] difficillimum enim est (ait Diuus Basilius) [illegible] m cognoscere. Amor enim inordinatus [illegible] elut trabs in oculo mentis, quæ illum ex[illegible] t, ne quis seipsum cognoscat. Nam vt in- q[illegible] Diuus Gregorius, vehementer claudit o- culum cordis amor priuatus: propter quod sic- ut homo oculis corporeis faciem suam videre C nequit, nisi in speculo, per quod species refle- ctantur ad ipsum, vt se in illo intueatur: sic et- iam oculis internis nequit se plene cognoscere, nisi in aliquo apto speculo; quod intuens supra se reflectatur, & in eo quid sit agnoscat, & quid intra se habeat; si malum sit, corrigat, lauet, ex- tergat. si bonum, custodiat, augeat, perficiat, vt in conspectu Dei per contemplationem mun- dus, & rectus appareat.

Propter quod Moyses fecisse dicitur labrum æneum de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi, vt labrum esset transparés, ac instar speculi sacerdotibus deseruiret ad se i- psos intuendos: vt si quam haberent immundi- tiam, mox aqua intra labrum contenta se laua- rent, & mundi ad offerenda sacrificia accede- rent. D

[illegible] ant autem hæc specula mulierum Hebręa- [illegible], quæ à mulieribus Ægyptijs receperant; [illegible] m mos erat (vt refert Alexander ab Ale- [illegible] ro, sacris rebus interesse, lineis vestitas, te- nentes specula in sinistra, sistrum vero in dexte- ra; [illegible] de optime tráslata sunt in verum Dei cul- tum, & sacerdotium. Explicemus ergo quę sunt hæc specula (quæ sponsus vocat vestigia gre- gum & tabernacula pastorum) in quibus nos, qui spirituales sumus sacerdotes, nos ipsos in- tueri, & agnoscere possimus, tum quoad cor- pus, tum quoad animam, perpendendo prius

mis[illegible] quæ à nobis sunt, postea vero bona quæ in nobis, sed à Deo collata habemus.

De cognitione sui secundum corpus mortale. §. 3.

PRimus infimusque gradus, à quo scientia a- *Proser. 4. Consum.* nima inchoatur, est cognitio sui secundum ea, quæ corpus concernunt, maxime secundum originem, & finem, quia ex terra est, & in ter- ram est conuertendum, iuxta sententiam con- tra Adam latam: *Donec reuertaris in terram de qua* *Gen. 3. v. 19.* *sumptus es; quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* Sed quis credet pulcherrimum iuuenem, & speciosissimam fœminam puluerem esse, & in puluerem reuertendam, nisi speculum habeat in quo id intueatur. Specula autem ad hoc ap- tissima sunt cadauera, & ossa mortuorum; quæ nobis tacentibus clamant: *Memor esto iudicij mei,* *Eccl. 38. v. 23.* *sic enim erit & tuum, mihi heri, & tibi hodie.* Ac si di- cerent, intuere nos, & in nobis, vt in speculo, in- tuere te ipsum; quia sicut tu es, nos aliquan- do fuimus, & sicut nos sumus, tu aliquando e- ris. Heri venit super nos iudicium mortis, tibi hodie: non dicimus tibi cras, quia incertus est crastinus dies, sed forte hodiernus erit tibi vlti- mus. Hæc specula inuenies in templis, & cœme- terijs, sed in domibus defunctorum clariora sunt. Propter quod dixit Ecclesiastes, *Melius est* *Eccl. 7. v. 3.* *ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij: in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat quid futurum sit.* Spectrum defuncti, lu- ctus charorum, lacrymæ, & clamores lugen- tium admonent eundem finem subituros om- nes homines, & viuens cogitat quid sibi tan- dem futurum sit: nempe id ipsum quod reli- quis, seu (vt habet vetus translatio Diui Hiero- nymi) *Et qui viuit dabit ad cor suum.* Id est, ingre- dietur in cor suum, vt sibi prouideat, bonum- que consilium ineat, & male acta tempestiue re- tractet. In his speculis intuere faciem tuam, non qualis nunc est, candida & speciosa, sed qualis cito erit, fusca, & horrenda. Hæc sunt specula *Exod. 38. v. 8.* mulierum, quæ excubant ad ostium tabernacu- li, id est animarum sanctarum, quæ sunt extra cœleste tabernaculum, expectantes propriam mortem, vt in illud ingrediantur. Interim vero vigilant; quia scriptum est: *Vigilate, quia nescitis* *Matth. 25. v. 13.* *diem, neque horam.* Vt autem vigilent, hæc specula intuentur, vt se mortales considerantes, ad mor- tem se præparent.

Iuxta vocem Hebræam dicitur labrum fa- ctum ex speculis mulierum militantium ad o- *Hæc apud Lipomanū in Catena.* stium tabernaculi, quia instar exercitus illuc conueniebant religionis ergo: LXX. dixerunt de speculis ieiunantium, quæ ieiunauerunt ad ostia tabernaculi: paraphrasis Chaldaica: de speculis mulierum, quæ veniebant, vt orarent. Hæc autem omnia optime sibi congruunt, quia huiusmodi pijs exercitijs Deus colitur, & ani- ma ad mortis transitum digne disponitur. Sicut Anna prophetissa, quæ vna erat ex ijs mulieri- bus: de qua Diuus Lucas ait: *Quæ non discedebat* *Luc. 2. v. 37.* *de templo, ieiunijs, & obsecrationibus seruiens die ac nocte.*

Vnde non immerito has mulieres mystice esse dixeris animas religiosas, quæ ijs exercitijs vacant, quarum vita est iugis meditatio, & imi- tatio mortis. Vnde Diuus Chrysostomus, quod

Hom. 14. in epist. ad Timoth. dixit Ecclesiastes, melius esse ire ad domum luctus: de monasterio interpretatur. Quod(inquit) est domus luctus, vbi cinis, cilicium, olitudo, ieiunia, risus nullus, nulli negotiorum secularium strepitus, vbi munda sunt omnia, &c. Ibi enim homo viuit, vt moriens, quia vitacunctorum speculum est mortis, dum omnibus se priuant, quibus mors priuatet.

Sed oportet crebro specula hæc intueri, sicut de quibusdam Monachis legitur, quod ferebant secum caluarias, vel ossa mortuorum, maut in ipsis cellis habebant, eo quod citissime obliuiscimur mortalitatis nostræ, & cum nihil sit morte certius, nihil ipsa est à memoria nostra
Iac. 1. v. 23. remotius: vt similes simus (D. Iacobi similitudine vtor) viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo, qui statim oblitus est qualis fuerit. Vnde peracute obseruat Eusebius Cæsariensis, hominem apud Hebræos duplici vocabulo
Lib. 11. de praeparat. Euang. c. 4. li. 1. antiq. Peretra li. 4. in Genes. in ad, faciamus hominē. nominari. Alterum est *Adam*, quod ducitur à dama, & significat terram, eamque rubram, vt dixit Iosephus, quia e ex tali terra effotmatus est. Quod nomen impostuit illi Deus, vt suæ originis recordaretur, aut etiam sui finis, si præuaricarorextitisset. Vnde post peccatum dictum est illi, *Quia puluis es, & in puluerem reuerteris*. Alterum nomen est, *Enos*, quod inquit, Latine significat obliuiscentem: quis anima rationalis, quæ natura sua perspicacissima esse debet ad præterita, & futura indaganda, ex eo quod in corpore mergitur, fit obliuiscens facillimeque suæ originis, & termini obliuiscitur, imo & suorum peccatorum, ac beneficiorum Dei, ipsiusque Deo à quo illa recipit. Quæ duo nomina coniunxit Psalmista ad Dei bonitatem amplificandam, cum dixit: *Quid est homo, quod memor es*
Psal. 8. v. 5. *eius, aut filius hominis, quia visitas eum?* Vbi iuxta Hebræum textum dicitur, quid est *Enos*, id est, obliuiosus, quod memor es eius, & filius Adam quia visitas eum? Tanta est enim tua benignitas, vt non obliuiscatis obliuiosi, nec deseras filium terreni.

Hæc autem obliuio sui, & reliquorum, quæ diximus, est etiam practica ignorantia sui: quia ita se gerit homo, ac si penitus se ignoraret, sicut stultus ille, qui dicebat animæ suæ: *Anima*
Luc. 12. v. 19. *habes multa bona reposita in annos plurimos*; quæ tamen eadem nocte vi est ab illo per mortem ablata.

Ad pellendam ergo hanc sui ignorantiam, & obliuionem exhortatur sponsus cum ait: *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres*: id est, si te ignoras, & vis nosse te ipsam, scito te pulcherrimam esse, sed inter mulieres. Et quid est mulier, nisi initium miseriæ, mutabilitatis, & mortis?
Iob. 14. v. 1. Nam vt inquit Iob: *Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miserijs: qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & numquam in eodem statu permanet.*

Et quæ est omnis pulcbritudo mulierum, nisi flos statim marcescens, & lilium quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, quæ infirmitate decoloratur, atteritur senio, & morte ita deturpatur, vt ne appareat, recludatur in sepulchra? Si igitur te ignoras, egredere à te ipsa, & considerationis gressibus *abi post vestigia gregum*, & considera quo tendant, vbi sistant, & quid de illis fiat. Nam etsi aliquando tendant ad amœna pascua, tandem tamen ten[...] nem illum in macello, vbi dila[...] diuiduntur, vt in ventribus manducantium [...] liantur. sic greges hominum, etsi aliquo [...] re voluptatibus sæculi fruantur, tandem ten[...] ad mortem, sistunt in sepulchro, vbi à ve[...] bus deuorantur.

Nam quoad hoc, vt dixit Ecclesiastes, *vnus interitus est hominis, & iumentorum, & æqua vtriusque conditio.* Et Ecclesiasticus superaddit: *Omnis potentatus vita breuis, sic & rex est, & cras morietur. Cum autem morietur homo, hæreditabit serpentes bestias, & vermes.* Nam ab ijs deuorabitur om[...] caro.

Rursus, *si ignoras te, pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum*, accede ad tabernacula potent[...] tuum, & principum, non dico ad ea, vbi de[...] viuentes; quia si magnifica sint, breuissi[...] men tempore degunt in illis: sed ad tab[...] la, vbi perpetuo erunt post mortem, de q[...] regius Psaltes ait: *Et sepulchra eorum domus illorum in æternum.* Ibi pasce hædos tuos, id est in[...] sus, videns, olfaciens, gustans, & sentie[...] contemplans, quæ ibi geruntur; nempe q[...] superbo quodam rege inquit Isaias, *Detr[...] ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum [...] sternetur tinea, & operimentum tuum e[...]* En ô miser quale est regnum tuum! Serpent[...] sunt equites, vermiculi, pedissequi: lectum[...] tiosum, tinea; operimentum illius vermis à q[...] bus concidetur cadauer tuum, vt illo satient f[...] mem suam. Hæc igitur profunde medit[...]re, vt [...] noscas: quia si ignoras te, egrediens a te ipso al[...] modo post vestigia gregum; sequens mor[...] peccatorum, cum quibus in æternum peribis. Nam sicut hæc cognitio sui est frænum concupiscentiæ carnalis, & antidotum contra peccata, iuxta illud, *Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.* Ita sublato hoc fræno per [...] rannism sui, velut equus effræuis præceps [...] post concupiscentias tuas, quæ facient te in gaudium inimicis tuis. Sumito ergo egregium Diui Ambrosij consilium, qui explicans hæc verba ita ait: Nisi scias te, ô decora inter mulieres, hoc est, nisi cognoscas te mortalem, rationalem, & cito tua peccata fatearis, cito dicas iniquitates tuas, vt iustificeris, veniet dies mortis, vbi iā nullum conuersionis remediū est. Præueniris, dum non cogitas, accende facem tuam prius quam tibi sponsi claudatur ianua, qui expectare diu non solet negligentes.

De cognitione sui secundum animam peccatis obnoxiam.

§. 4.

Quæ diximus de cognitione secundum corpus morti naturali obnoxium, horribiliora sunt si attendas ad animam lethalis culpæ labe infectam, vel in illam procliuem. Et hæc est vtilior cognitio sui, valdeq; nobis propria; quoniam, *Perditio tua Israel*, ait Dominus, *tantummodo ex me auxilium tuum.* *Ose. 13. v. 9.* Vere enim perditio ex nobis est, & peccatum ortum habet à nostra natura corrupta, à nostra voluntate deprauata, à nostra concupiscentia in malū propensa ab adolescentia sua. Vnde cognoscere hos deprauatos mot[us], & radices eorum, est cognoscere seipsum; nam ex stu-

[illegible] fructibus [illegible] arbor; mala autem arbor malos fructus [illegible]. Per hos igitur fructus [illegible] cum actuum [illegible] cognosces quam mala arbor [illegible]; sed non est facilis hæc scientia animæ, nec [illegible] lam arborem agnoscere. Nam ex illusione diaboli, vel proprij iudicij, sæpe putantur boni fructus, qui sunt mali: quia est via, quæ videtur homini iusta, sed nouissima eius ducũt ad mortem, & via stulti recta in oculis suis. Vnde Dauid [illegible], *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me.*

Necessaria sunt ergo aliqua specula, in quibus homo [illegible] & suos prauos actus cognoscat, & cognitos [illegible] uet in lauacro pœnitentiæ, præfigurato [illegible] labrum confectum ex speculis mulie[illegible]æ, vt D. Gregor. moralizat, sunt diuina [illegible] pta, in quibus se sanctæ animæ semper a[illegible]t, & si quas habent fœditatis maculas, [illegible]hendunt, cogitationum vitia corrigũt, & [illegible] renitentes vultus, velut ex reddita imagi[illegible] componunt; quia dum præceptis Dominicis [illegible]ter intendunt, in eis procul dubio, vel quid in [illegible]e cœlesti viro placeat, vel quid displiceat, a[illegible]oscunt. Sunt etiam limpidissima specula omnia dicta & facta Christi Domini, quæ intuẽtur [illegible]nes qui eius sequuntur vestigia, & excubant [illegible]stium tabernaculi, expectantes eius aduen[illegible] vt eos in gloriam introducat; quę si attente [illegible]picias, in illis te, tuosque actus agnosces, & quantum à recto virtutis tramite deficias.

Vt autem in hac sui cognitione anima proficiat, ait illi cęlestis sponsus, *Si ignoras te, ò pulcherrima inter mulieres*, in memoriam reducit summ[illegible] quam habet pulchritudinem, tum ex natura a[illegible] Dei imaginem creata, tum ex gratia superaddita: vt sciat quod pulchritudo non excusat ignorantiam sui, sed potius aggrauat culpã; & quanto erat pulchrior, tanto eius lapsus fuit [illegible]ior. Nam (vt docet Diuus Thomas) peccata eorum, qui maiores sunt scientia & virtute, cum ex deliberatione fiunt, grauiora sunt, quia facilius possent ea vincere; quia magis ingrati sunt Deo, à quo maiora receperunt beneficia; quia plus ad ipsos spectabat iustitiæ, & æquitatis custodia; quia denique maius scandalum alijs prębent, dum minores post se trahunt. Qui ergo inter alios est pulcherrimus, magis tenetur se agnoscere, ne si se ignorat, grauius delinquat. Quod sic explicat Diuus Ambrosius; Nisi cognoscas te, quia decora es, nisi pulchritudinem [illegible]aturæ tuæ cernes, & corporis tui illecebræ non
" demergant, nec impedimenta detineant, nihil
" [illegible]bi creaturæ melioris nobilitas suffragabitur. [illegible] potius rea eris maioris delicti, & quę Deo deberes esse per contemplationem ꝓpinquior, fies ab illo longe remotior: & hoc est quod subdit, *Egredere, & abi post vestigia gregum*; id est, (vt [illegible]terpretatur Diuus Gregorius) Nisi honorem tuum quo ad similitudinem Dei es condita, be-
" ne viuendo cognoueris, à conspectu meæ con-
" templationis egredere, & imperitorum vitam
" imitare populorum. Et rursus idem Sanctus: Se
" metipsam pulchram inter mulieres cognoscit;
" quando electa quæque anima etiam inter pec-
" catores posita, quod ad auctoris sui imaginem
" & similitudinem sit condita, meminit & iuxta
" perceptæ similitudinis ordinem incedit: quæ si
" se non cognoscit, egreditur; quia à secreto sui cordis expulsa, in exterioribus concupiscentijs dissipatur. Post vestigia gregum abit, quia sua interna deserens, ad latam viam ducitur, & se- *Lib. 30. Mor. c. 12.*
" quitur exempla populorum, nec iam agnos, sed
" hædos pascit, quia non innoxias cogitationes
" mentis, sed nutrire prauus motus carnis inten-
" dit. Hæc Gregorius optime docens quo modo cognitio sui faciat homines spirituales, ignorantia sui carnales; illa cõtemplationis ianuam aperiat, hæc occludat, & insuper mala & damna quæ introducit in corpus, horribilius inducit in animam.

Propter quod Dauid in Psalmo 48. bis repetit hanc sententiam, *Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis*: quæ eadem est in sensu cum ea quam hic docet Salomon. *Ps. 48. v. 13. & 21.* Nam homo constitutus est à Deo in magno honore, & secundum corpus, & secundum animam, tam secundum imaginem naturæ, quam secundum similitudinem gratiæ: & tamen neutrum cognouit, sed se ignorauit; & ideo comparatus est iumentis insipientibus, & abijt post vestigia gregum, & infelicior factus est illis: nam animæ brutorum cum corpore pereunt, animæ vero peccantium manent in æternum puniendæ, reassumpturæ sua corpora in die iudicij, vt cum illis simul perpetuo puniantur. Et in hunc sensum intelligendum est quod ex Psalte adduximus, *Sepulchra eorum domus eorum in æternum.* *Ps. 48. v. 12* Nam licet corpora tam iustorum quam iniquorum; sint in sepulchris vsque ad finem mundi, vnde tunc resurgent; tamen corpora iustorũ euolabunt ad cœlos, iniquorum autem simul cum animabus iterum subtus terram sepelientur; sicut diues epulo, de quo scriptum est, *Mortuus est diues, & sepultus est in inferno*: ibi autem pascentur à serpentib. & vermibus terribilioribus, quam in terrenis sepulchris: nam statim subdit idem Psaltes, *Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos*: i.e. quomodo oues occisionis concluduntur in stabulis, vt mactentur, & deuorentur, sic illi erunt in inferno; non vt pascant, sicut in mundo pascebãt, terrenarum voluptatum herbas virẽtes, sed potius vt ipsi pascantur, & deuorentur: nam mors, diabolus, vermis conscientiæ, & ignis depascet eos; mordebit, & torquebit in æternum, quia scriptum est, *Vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.* Et quid mirum quod deuorantem serpentem viuum, ipse serpens deuoratus, intus mordeat, cruciet, & deuoret viscera eius? Peccatum autem lethiferum serpens est, coluber & basiliscus, qui ingreditur blande, sed in nouissimo mordet, & vehementer dilacerat. Nosce ergo teipsum, nosce serpentes quos deuorasti, & euome illos per pœnitentiam; nec pascas hædos iuxta tabernacula huiusmodi pastorum; ne simul cum illis absorbearis à terra, & illo die iudicij descendas viuus in infernum.

Luc. 16. v. 22. *Ps. 48. v. 15.* *Marc. 9. v. 47.* *Prou. 23. v. 21.*

De perfectiori cognitione sui per propensiones ad cuncta peccata. §. 5.

SEd non modicam ingerit difficultatem circa hæc verba, & eorum allatam interpretationem, qua ratione aptari possint sponsæ, quæ seipsam suosq; defectus cognouisse probatur, ex eo quod vocauit se nigram, à sole decoloratam;

& facta est non custodisse vineam suam. Sed forte voluit spõsus ad profundiorem sui cognitionem eam promouere, vt grauitatem suorũ defectuum agnusceret, ex collatione, vt diximus, ad ingenitam nobilitatem, & suam eximiã pulchritudinem; vel quia non plene quis se nouit, per praua opera, quæ fecit, & tentationes atque ærumnas, quas passus est, nisi etiam vlterius agnoscat, quæ faceret, & pateretur iuxta naturæ corruptæ propensionem & infectionem, nisi à Deo misericorditer præseruaretur. Ad quæ dignoscenda nulla sunt aptiora specula, quam totius mũdi peccatores. Tum quia perspicaces sumus ad intuenda aliena peccata, per quę si reflectimur in nosmetipsos, agnoscimus propria; *2. Reg. 12. v. 1.* quo modo Dauid per parabolam diuitis, qui pauperis ouem surripuit, & occidit, adulterium & homicidium à se perpetratum agnouit, quod decem mensibus obliuioni tradiderat: tum vero, quia (vt dicere solebat D. Augustin.) nullum est peccatum quod facit vnus homo, quod facere non possit quilibet alius; nam ex se, *Omnis homo mendax*, omnisque homo auarus, lasciuus, & ambitiosus. *Ps. 115. v. 2.* Nomen n. mendax omne vitium & peccatum includit, quod error est & mẽdacium contra rectam mentem & prudentem rationẽ: *Ps. 38. v. 6.* quo sensu etiam dicitur, *Vniuersa vanitas omnis homo viuens*; quia omnis mutabilitas, malitia & peruersitas congregata videtur in homine sibi relicto, sicut lingua eius tænis vocata est à D. Iac. *Iac. 3. v. 6.* *Vniuersitas iniquitatis.*

Hoc igitur est quod ait sponsus, *Si ignoras te, egredere, & abi*; non post vestigia gregis, sed gregum: & pasce hædos, non iuxta tabernacula pastoris, sed pastorum; quoniam tam ingens est tua imbecillitas, & miseria, vt post omnia abires, & ab omnibus peccatoribus mala edisceres. *Matt. 13. v. 30.* Sunt enim multi peccatorum greges, sicut zizania alliganda in fasciculos ad comburendum: vnus est grex auarorum, ex quo fiet vnus fasciculus alligatus in ignem æternũ: alius grex fornicantium, alius superborum. Plures etiam pastores qui præsident tabernaculis peccatorum; *Collat. 7. v. 17.* quia (vt aduertit Cassianus) sunt plures dæmones, qui tentant, instigant, & impellunt ad plura vitia, singuli ad singula. Iniqui autem pascunt iuxta hæc tabernacula, quia vehementer appetunt bona sensibilia, circa quæ hæc vitia versantur. Nisi ergo te cognoueris, in hæc omnia vitia demergetis, & his tentatoribus manus dabis.

Hinc fit ex huiusmodi considerationibus nõ solum ediscendam esse scientiam animæ, & cognitionem sui ipsius, sed etiam cognitionem Dei, eiusque infinitæ bonitatis, ac misericordiæ, quæ tot mala tolerat, dissimulat, per pœnitentiamque facile ignoscit, & ab alijs innumeris, tũ animæ, tũ corporis ærumnis præseruat, vt prior cognitio te vsque ad abyssum per humilitatem demittat: posterior vero per spem & amorem erigat, & ad continuo gratias Deo agendas accendat; cui per omnia subditum te esse oportet, siquidem ab illo habes omne bonum, à te vero non nisi omne malum.

Per cognitionem sui cessare omnem querelam contra Deum de malis quæ patimur. §. 6

EX his deducendus etiam alius præcellens fructus, à cœlesti sponso in huiusmodi increpatione prætensus. Diximus enim supra precationem sponsæ, *Indica mihi*; querimoniam quandam innoluere de absentia sponsi, ob quã in tot miserias est prolapsa. Huic autem querelæ respondet sponsus, *Si ignoras te, &c.* ac si increpans diceret; Si te cognosceres, non quereres de me propter mala quæ pateris; ideo autem conquesta, quia te ignoras, agnosce pulchritudinem, & dona quæ tibi contuli; si autem recepisti bona de manu mea, mala quare non sustinebis? Quid quereris, ô dilecta, quod permisi tentari, & poni custodem in vineis? Perditio fuit, à me paratum erat auxilium tuum: sed qu[illegible] hoc ignorasti, aut non considerasti, tenta[illegible] succubuisti; si autem permisi te labi in ali[illegible] peccatum, respice innumerabiles lapsus [illegible] in quos te incidere permittere possem. Dole[illegible] go quod cecideris, & age gratias quod non deterius cecidisti; & nosce teipsam, ne turpiu[illegible] cadas. Quid item quereris quod reliquit[illegible] tribulationibus vexari? nonne iuste hæc merebaris? nonne grauioribus te affligi potuissem permittere? Nosce ergo teipsam, ne abeas post vestigia cunctorum gregum, & cor tuas in mala reliquorum hominum.

Queritur (inquit D. Ambrosius) quod derelicta sit, quod destituta sit, pauper ex diuite. Abundabat enim munere gratiarum, sed egere cœpit vbi diuinæ præsentiæ sibi copia denegata est. Cui respondet Verbum Dei: Nisi cognoscas te decora inter mulieres; querens quod relicta sis, nisi te cognoscas, nisi te pœniteat lapsus tui, nisi intentionem deuotionis approbes, nisi fides tua, & synceritas tua augeatur, querela nihil proderit. Sed clarius D. Gregorius: Si ignorat se sponsa, egrediatur, & abeat; qui quisquis nescit se in hoc positum, vt tentationes per sufferentiã vincat, à familiaritate Christi recedit, quia in bello positus cum Domino suo pugnare recusat. Ideoque corona deerit, quam non nisi vincentes capiamus. Digne ergo à pugnatoribus secernitur, vt vestigia gregum sequatur; quia dum prudentes quosque imitari negligit, necessario reprobos sequitur, quos stultitia similes animalibus fecit, & qui pugnare nescit, iuxta tabernacula pastorum hædos pascit, quia dum tentationibus viriliter non resistit, immundas cogitationes quasi hædos in corde nutrit.

Apposite autem Beda hoc responsum accõmodat querimonijs prælatorum Ecclesiæ, qui propter oppugnationes insurgentes Ecclesias sibi commissas non custodierũt. Quid (inquit) quereris te in custodiẽda ab hostibus vinea nostra nimio feruore solis denigratam esse, quam ipse per lauacrum regenerationis pulchram inter mulieres: i. e. inter aliorum dogmatum synagogas esse donaui, & pulchriorem multo tribulationum examinatione esse disposui? Quod si hoc forte ignoras, nec reminisceris, quod nemo coronabitur, nisi qui legitime certauerit, *egredere* à me consortio, & abi post vestigia gregum errantium, eorum imitans actus cum te ipse magis

gis vnum ... mei custodem esse decreuerim, cui vnu... ouile, & vnus pastor, *Et pasce hœd s tuos iuxta tabernacula pastorum*: id est, perditos pastores auditores, secuta insipientium doctrinas magistrorum: ego quidem te, si me diligis, meos agnos, i. innocentes mihi seruientes pascere iussi, & tantam huic officio curam impendere volui, vt mal... es cuncta pati aduersa, ipsius etiam mortis s... bire tormentum, quam ab eorum pastione desistere; quod si ignoras te, sub hac conditione ... mihi desponsatam, tuos potius pasce hœdos erraticis te satiando doctoribus. Hæc Beda: quæ minitando, & permittendo, vt diximus, intelligenda sunt.

1. A... hoc autem & hæc tendunt, vt intelligas q... od etsi multis ærumnis & tribulationib. premeris, non potes iuste conqueri de Deo, sed tuũ iudi... um debes diuino submittere, & tuam cõfi... ens ignorantiam, Dei magnificare sapien... Vnde patientissimus Iob, etsi contra amicos suos di putans; vere & iuste suam meretur innocentiam; quia tamen nonnihil ijs quetimoi... ijs erga Deum excessit, ab ipso increpatus est. & seipsum agnoscens suam fassus ignorantiam, dixit, *Insipienter locutus sum, & quæ vltra modum excederent scientiam meam.* Sed quia se agno... ad clariorem euectus est Dei ad contempla... m. Dauid etiam, cum huiusmodi quatere... ur ... uermonijs, videns peccatores prosperari, & ... agellarum tota die, ait, *Existimabam vt cognoscerem hoc, labor est ante me.* Ideo meliori con... li... addit, *Vt iumentum factus sum ante te, & ego semper tecum*: id est, nolo hæc scrutari, sed à te regi... velut iumentum regitur à domino suo, & in tuo seruitio semper humilis permanere. Et fortè iuxta hũc sensum possemus interpretari verba sponsi, *Si ignoras te, abi post vestigia gregum*: id est, disce obedientiam, subiectionem, & sufferentiam à gregibus irrationabilibus, vt sicut oues vocem pastoris sui audiunt, illum sequuntur, & ab illo se duci sinunt; quo ipse vult eas ducere, non contradicentes, aut obmurmurantes etiam si baculo percutiantur, aut virga; sed per omnia illi subduntur, ita & tu cæcam mihi obedientiã præsta, & meæ prouidentiæ te committe, nihil conquerens de meo regimine, etsi durius contra te agam, quia cuncta cedent in tuum bonum, & in gloriam meam.

Denique tam profunda deber esse hæc submissio, vt non tantum illam coram Deo, sed publice coram hominibus, siue bonis, siue malis teipsum incuses, dignumque ærumnarum, quas pateris ingenue fatearis. Quod eleganter confirmat celebris sententia cuiusdam amici Iob, dicentis, *Respiciet homines, & dicet peccaui, & vere deliqui, & vt dignus eram, non recepi.* Respicere homines, est inter eos degere, & conuersari; iuxta illud Ezechiæ, *Non aspiciam hominem vltra*; i. non ero deinceps consors conotitus, & societatis humanæ: aut respicere homines, est attente cõsiderare eorum gesta, & successus prosperos, vel aduersos maxime circa peccatores, qui nomine communi hominis denotari solent. Sicut enim dicitur, *Nonne carnales estis, & secundum hominem incedatis?* Ille igitur quem Deus propter peccata sua afflixit, & percussit, cum veram agit pœnitentiam, nõ solum secreto inter Deum & ipsum solum, sed etiam cum versatur inter homines; quibus nota ipsius est tribulatio; fatetur se vere deli... quisse, nec supplicium quod recepit, æquare luum peccatum, minusque esse quod patitur, quam quod meretur. Et quauis respiciat quosdam no puniti, alios vero mag s aut minus suppliciis affi... i, soluu... ad seipsum conuertitur, & dicit: Ego vere peccaui, & ... t dignus eram non recepi; ad me non spectat de alijs iudicare. Præterea respiciens h... mines peccatores, qui similiter ac ipse puni... ntui à Deo, vt & ipsi resipiscãt, ingenue confitetur: Vere deliqui, & vt dignus eram, non recepi. Sicut bonus latro dixit ad socium, *Nos ... digna factis recipimus*; quia facta nostra condigne mererentur hæ... supplicia; sed quia merebamur etiam maiora, vt digni eramus, nõ recipimus. misericors enim Deus qui iustis tribuit mercedem vltra condignum, infra condignum infert supplicium. Nullus ergo contra ipsum iuste pote... t conqueri.

Sed quoniam hæc humilis agnitio, & confessio proprij delicti, & minoris supplicij, non nisi ex D... gratia lumen internum præbente procedit; ideò alij verbum illud, *Respiciet homines*, ad ipsum D. referunt, qui misericorditer respicit peccatores, vt conuertat eos ad se, iuxta illud, *Conuersus Dominus respexit Petrum, & egressus foras fleuit amare.* Cum igitur Deus dignatur respicere homines, ille quem ita respicit, mox seipsum agnoscit, ac dicit, peccaui, & vere deliqui, & vt dignus eram non recepi. Si ergo te ignoras, egredere ad conspiciendum, & contemplandum vestigia gregum, id est, istorum hominum, vt qui secutus es errantes, sequatis & pœnitentes; & dum fateris te minus recepisse pœnę quam mereris, plus iterum vltra condignum recipies præmij, & gloriæ, quam Deus nobis præstare dignetur. Amen.

EXHORTATIO XV.

De cognitione sui secundum imaginem & similitudinem Dei & dona ipsius, & de modo ascendendi in cognitionem ipsius Dei per illam, & per effectus Dei, quos expertmur in nobis. ProDom. 2. post Pentec.

Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres.

Egimus de cognitione sui secundum defectus naturæ corruptæ, agamus de eadem secundum dona naturæ, qua condita est ad imaginem & similitudinem Dei, propter quam pulcherrima dicitur inter omnes creaturas; de qua pleriq; Patres intelligunt hæc verba sponsi, *Si ignoras te, &c.* maxime autem Diuus Ambrosius, sic dicens; Nisi noscas te decora inter mulieres, quid est se noscere, nisi vt sciat vnusquisque, hominem ad imaginem & similitudinem Dei factum rationis capacem, & qui inferiorem sui portionem animi imperio debeat gubernare. Vnde Scriptura dicit, attende tibi: nun vtiq; dicit pecuniæ tuæ, aut possessionibus tuis, non viribus corporis, sed animo tuo, ac menti tuæ, vnde omnia consilia, facta, cogitationesq; manant:

Marginalia: infra in Exhor. 16. — Luc. 23. v. 41. — Luc. 22. v. 61. — Gen. 1. v. 26. — Serm. 2. Psal. 118. v. 1. & lib. 6. Exam. c. 6. — Iob 42. — Psal. 72. — Iob 33. v. 27. — Esa. 38. v. 11. — 1. Cor. 3.

manant: attēde tibi ibi, vbi potiorem te esse nosti, nosce teipsum, quod Apollini Pythio assignant Gentiles, cum à nostris vsurpatum ad sua transferant. Nam longe antetior Moyses fuit, qui id scripsit in Deuteronomio. Et hoc ipsum est quod hic commendat Salomon, sed eo fine vt homo per cognitionem sui, qui ad imaginem Dei factus est, deueniat in cognitionem ipsius Dei, cuius imaginem refert. Cum enim dixisset sponsa, *Indica mihi vbi pascas, vbi cubis in meridie.* Respondet sponsus, *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres.* Ac si diceret; An ignoras quod tu es meus meridies, & supremum operum meorum inter ista visibilia? Cum ergo tu sis meridies, & omnium creaturarum pulcherrima, nosce teipsam, & in te inuenies me, quia in te cubo & pasco plus quam in omnibus alijs creaturis: introduxi te in cellaria mea, & in cubiculum meum; vt ibi me contemplareris; an nescis quod tu es potissimum cellarium, & cubiculum meum, regia mea imagine obsignatum, in quo repositi sunt thesauri diuitiarum mearum, & in quo sunt deliciæ meæ cum filijs hominum? Intra ergo teipsam, quære me in hoc cubiculo animæ tuæ, & ibi reperies quod tibi indicari desideras.

Deut. 27. v. 9. Iuxta Sept. Attende tibi ipsi, &c. habes integrum sermonem apud D. Basil.

Prou. 8. v. 31

Hominem factum esse ad imaginem & similitudinem Dei. §. 1.

VT autem hanc plenam tui cognitionem assequaris, tecole verba quibus Deus aggressus est creationem hominis, dicens, *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Et licet quidam imaginem ad naturam rationalem; similitudinem vero ad gratiam referant; tamen vtrumque naturæ tribui potest; vtitur autem verbo plurali *Faciamus*, vt significaret tres diuinas personas vnam habentes deitatem expressius conuenisse ad hoc opus efficiendum, & de eo quasi consultasse: tum (vt dicit Diuus Gregorius) ad declarandam hominis creandi dignitatem; tum (vt ait Rupertus) vt indicaret quantæ molis futurum erat hominem non tam creare, quam in sanctitate, & felicitate, quam dum côditus est ad Dei similitudinem, acceperat, conseruare, & illam amissam reparare. Præuiderat enim Deus casum hominis futurum, & valde laboriosum fore illum à peccato eripere, & ad Paradisum perducere; tum denique quoniam ipsarum trium personarum, earumque proprietatum, ac actuum imago & similitudo in ipso homine relucebat, nempe potentia Patris, sapientia filij, dilectio Spiritus sancti, cuius homo capax erat. Voluit igitur Deus hominem sigillo suæ imaginis obsignare, vt faceret non sui iuris esse, sed Dei, seque tanquam quid Dei gereret, & mores diuinos induceret, bestiales abhorreret. Bestiæ enim, & cæteræ creaturæ irrationales, tantum dicuntur vestigia Dei, tanquam effectus, & impressiones, quæ ex motu animalium in puluere, vel arena relinqui solent; quia non pertingunt ad Dei similitudinem in nobilissimo gradu naturæ intellectualis, quæ est in homine, illi concessam, vt super reliquas creaturas euectus, soli Creatori seipsum traderet. Sicut enim Christus Dominus ostenso sibi numismate, interrogauit, *Cuius est imago, & superscriptio?* Et re-

Gen. 1. v. 26.

Lib. Mor. c. 27. Lib. 2. de Trinit. in principio.

Mat. 22. v. 20.

spondentibus esse Cæsaris, ait, *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.* [illegible] nobis in memoriam reuocat, quæ in [illegible] tione gesta sunt.

Si enim ostenso homine quæras cuius est [illegible] imago, & similitudo? citra dubium respondere debes, Dei; merito ergo dicetur tibi, redde ergo quæ sunt Dei, Deo. Nam ideo tibi est impressa hæc imago, vt scias te esse Dei, illique te totum dedas. Hinc est quod licet huiusmodi imago potissime impressa sit animæ, tamen tributum est illi corpus, quod eam repræsentaret, & ad cœlestia factum esse ostenderet: nam, vt notat D. August. statura corporis humani recta, & in cœlum erecta, cum cætera animalia in terram inclinata sint, animæ ad cœlestia, & ad Deum ipsum qui in cœlis est, erectionem, & propensionem significat.

Vnde cum corpus factum sit ex limo terræ, anima dicitur facta per spiraculum Dei, vt denotaretur aliquid in ea esse diuinum, quod ad diuinam similitudinem hominem eleuaret. Vnde Diuus Ambrosius hunc locum Canticorum explicans, sic ait, *Nisi cognoueris te formosam in mulieribus*; Cognoscete, anima, quia non de terra, non de luto es, quia insufflauit in te Deus, & fecit in animam viuentem; opus es magnificum Dei, generatione inspiratum; attende tibi, vt ille dicit, hoc est animæ tuæ: sæcularia te, & mundana ne teneant, terrestria non moreantur, ad illa tota intentione festina, ex cuius inspiratione consistis. Disce homo, vbi grandis & pretiosus sis, vilem te terra demonstrat, sed gloriosum virtus facit, fides rarum, imago pretiosum. An quid tam pretiosum quam imago est Dei? & paulo infra Scriptura eum hominem dicit; qui est ad imaginem & similitudinem Dei, peccantem autem non hominem, sed aut serpentem, aut equum, aut vulpeculam, aut iumentum vocare consueuit.

Magnum ergo opus Dei est homo, magnum est quod tibi dedit Deus; vide ne illud amittas; nam hoc in te punietur magis. Deus non punit similitudinem suam, sed eum punit qui ad similitudinem Dei factus, hoc quod accepit, seruare non potuit. Non Deus suam damnat imaginem sed magis vindicat imaginem suam de eo qui magnam illi fecit iniuriam, vt per malitiam, quod eras esse desineres, & ne fieres mulus ex homine; postquam enim peccasti, aliud esse cœpisti & illud quod eras, esse desisti. Pius prosequitur D. Ambrosius in hunc finem, magnificans Dei imaginem quam homo per peccatum (si de naturali sit sermo) commaculat: & ideo destruere eam dicitur, & in aliud commutare tamen te veta natura integra manet, & de huius dignitate nobis nunc habendus est sermo, ne eam ita maculate, & destruere audeamus, & vt ad Dei per eam cognitionem, & dilectionem perueniamus.

Nouem insignia hominis vt est ad imaginem Dei. §. 2.

QVADRAT in primum hominem egregie, quod de quodam principe vaticinatur Ezechiel, dicens, *Tu signaculum similitudinis, plenus*

Ezec. 28. v. 12.

... prof... decore in delitiis paradisi ... lapis pretiosus operimentum tuum, ... & iaspis, chrysolytus, & onix, & ... & carbunculus, smaragdus, aurum opus decoris tui, & foramina tua in die qua conditus es praeparata sunt. En miram hominis de... cuius perfectissima imago & simi... ad Deum nonem insignia continet, quae ... antur per nuuem lapides pretiosos, ... nitos Propheta vocat, quia om... gne ... ni amoris accendunt, & ad socie... m Angelorum quaerendam nos ...

P... signe animae nostrae, est quod sit ... nalis, & intellectualis omnis in ... ex experts, sicut Deus, & Angeli, ... o paulum minus minoratus ab Ange... quia ab illis superatur in excellen... licet in alijs donis gratiae illos adae... excedere possit: vnde & modus crea... ipsius hoc indicat, cum dicitur, *Inspirauit ... eius spiraculum vitae*, ad significandum a... m non factam esse ea materia, sed ex ipso ore Dei prodiisse: vnde dicitur quod prodijt fa... ntia, quia ex imperio Dei per creationem fa... a est natura intellectualis. Habet autem hoc ... ale, quod vim habet tribuendi vitas alia... inferiorum animarum, scilicet vegetanti... & sentientium: vnde in Hebraeo legitur, *In... ... in faciem eius spiraculum vitarum*, quia tri... em (vt bene notauit Cardinalis Caietanus) ... homini vitam naturalem, licet ab j ad a... ... tas referant.

2. Hinc deducitur secunda excellentia animae, ... indiuisibilis, ac impartibilis tota simul in ... pore, & in qualibet eius parte existens, & ... omnia illius organa simul operans; simul n. eadem indiuisibilis anima per oculos videt, audit per aures, per odoratum & gustum olfacit, & gustat, per linguam loquitur, ambulat per pedes, & tangit per manus: & vltra hoc multa interna opera peragit, in hoc etiam est ad imaginem Dei, qui in vniuerso mundo indiuisibiliter totus existens per omnes, & cum omnibus creaturis operatur.

Hinc etiam fit, quod sit incorruptibilis, & immortalis, & mortuo corpore nō moriatur, sicut animae brutorum, sed nouum inchoet modum ... di proprium spirituum. Propter quod cum cetera animantia creata sint in initio diei suae creationi deputati, ad denotandum facta esse, vt in hac vita mortali tātum degerent: solus homo in sexto die postquā creata sunt animalia terrestria, factus est ad vesperam diei, vt intelligeret non factum esse, vt in hoc perituro seculo degeret, sed vt ad aliam postea nobiliorem transiret ... itam, eamque aeternam, & animae substantiae ... ongruentem: in quo ait D. Augustinus, confi... ... etus cum Dēo similitudinem, cuius etiam indicium est appetitus illi innatus perpetuitatis, & semper viuēdi, sicut Deus. Vnde Plato in Alcibiade & in Phedone, ad probandam immortalitatem animi nostri, validissimū sumit argumentum ex hac eius ad Deū similitudine; quod & discipuli eius agnouerunt.

4. Idque confirmat quarta hominis excellentia, quae est potestas super cūcta animantia terrae, aquae, & maris, vt eis praesideat, & dominetur, ac in suum seruitium, & famulatum redigat. Omnia enim haec (imo etiam caeli, luna, sol & astra, vt dixit Moyses) propter hominem facta sunt, & quidquid pulchritudinis, & virtutis habent collatum est illis non propter illa, sed propter hominem, qui haec omnia Deo debet tanquam sibi collata beneficia, vt etiam assimiletur Deo eū particeps fit eius principatus, & potestatis regiae super cuncta animantia. Propter quod de eo canit Dauid, *Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum*: in qua praesidentia super has creaturas sitam esse praecipuam rationem imaginis testantur D. Basilius, Nyssenus, & Chrysostomus, insinuatq; Scriptura dum vtrumque connectit, dicens, *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrā, & praesit piscibus, &c.*

5. His accedit quinta excellentia, quae est libertas arbitrij ad eligēdum quod maluerit, siue bonum, siue malum; ita vt à nullo cogi possit, nec violentiam pati, quoad internos actus voluntatis, in quo inquit D. Bernardus consistere maxime Dei similitudinem; sic enim ait. Vnde et, "quod solum liberum arbitriū sui omnino defe-"ctum, vel diminutionem non patitur, quod in "ipso potissimum aeternae, & incommutabilis di-"uinitatis substātia quaedam imago impressa vi-"deatur: nam etsi habuerit initium, nesciit tamen "occasum, nec de iustitia, vel gloria capit augmē-"tum, nec de peccato, siue miseria detrimentum; "quid aeternitati similius, quod non sit aeternitas? " Haec Bernardus, qui eleganter cum plerisque philosophis, ex ingenua arbitrij libertate colligit animae aeternitatem. Quod autem haec libertas naturalis non amittatur per peccatum, vel ipsa experientia docet contra haereticos; de quo alibi.

6. Ex his excellentijs oritur quaedam capacitas velut infinita in anima, quae nullis creatis rebus satiari potest, non quidem diuitijs, honoribus, aut dignitatibus, vel terrenis delectationibus, neque eius oculus satiatur visu, nec auris auditu, nec appetitus totius mundi possessione; quia minima sunt haec omnia, & ad grandiora siue dubio creatus gloriosa desiderat, in quo imago & similitudo Dei non parum splendet, dum nihil minus Deo hominem satiare sufficiat: vnde semper sitit hanc suam similitudinem vlterius perficere; propter quod dixit Ezechiel, *Aurum opus decoris tui, & foramina tua in die qua conditus es praeparata sunt*. Nam sicut aurum praecellit omnibus alijs metallis, sic homo omnibus corporalibus creaturis, & sicut in artificio eā auro relinqui solent foramina, in quibus pretiosi lapides includantur; ita in homine mira est à natura sibi insita capacitas, ad pretiosissima Dei dona recipienda, & vocatur non foramen, sed foramina, quia ad varia dona recipiēda ordinatur; potissime autem ad tria quae reliquas tres hominis excellentias denotant.

7. Est ergo septima eius excellentia, quod capax sit sapientiae, & scientiae, prudentiae, & artis, ita vt per propriam inuentionem, vel ex Dei illustratione possit intelligere praeterita, & praesentia, visibilia, & etiam inuisibilia, & ad caelestia vsque penetrare, futuraq; aliqua praeuidere, & prouidere, per artesque imitando naturam, mira & stupenda opera facere, quod diuinitatis si-

Ezech. 28. v. 13.

Ezech. 28. V. 13. Porphyrio lib. 1. ad Boetium. Deut. 4. v. 18. Ps. 8. v. 5. Hom. 10. in genes. hom. de creatione hominis. Homil. in Gen. Lib. de gratia & lib. arbit. post medium, & ser. 88. in Cant. Ezech. 28. v. 13.

8. militudinem maximam gerit. Huic coniūgitur altera capacitas virtutum omnium, siue quæ sua industria, & liberi arbitrij libertate potest acquirere, siue q̄ à Deo gratis recipere; vnde fit capacem esse gratiæ, & amicitiæ Dei, charitatis, aliarumque supernaturalium virtutum, & donorum; quibus grata Deo opera, & perfecta peragat. Propter quod multi Patres potissimam rationem imaginis, & similitudinis hominis ad Deum in moribus consistere dicunt, quia Dei mores imitari possit, & diuinos mores induere: quod late prosequitur Diuus Augustinus, dum ait in hoc esse imaginem, quod homo possit diiudicare institiam & iniustitiā, intelligere Creatorem suum, illumque laudare: & Gregorius Nyssenus sic ait: Eo homo factus est ad imaginem Dei, quod est omnis boni capax; bonitatis enim plenitudo diuinitas est. Hęc autem omnia complentur per vltimam excellentiam, quæ est

D. Aug. de Eccles. dogmatibus ad finem. Beda in Ge nes. Orig. tract. 8. in epist. Ioannis.

9. capacitas gloriæ, ae beatitudinis & felicitatis æternæ, in qua completur, & summe perficitur ratio imaginis, & similitudinis; iuxta id D. Ioannis, *Cum apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est.*

1. Io. 3. v. 3.

Hi sunt nouem lapides pretiosissimi, quibus adornatur anima ad imaginem Dei creata, seu in quibus eius imago, & similitudo ad Deum consistit, licet quidam eorum indigeant adhuc elaborari, expoliri, & elimari, vt perficiantur, & vt foramina ad hoc præparata digne repleantur. Oportet autem has omnes excellentias sigillatim meditari, & vt verbis Ezechielis vtar, *in medio horum lapidum igniteorum ambulare*, discurrendo, meditando, & perpendendo singula, quæ in eis sunt; nam ideo lapides igniti dicuntur, quia si annulo considerationis percutiantur, scintillas diuini amoris emittunt, vnde magnus ignis dilectionis Dei accendatur.

Ezec. 28. v. 14.

De triplici fructu huius cognitionis sui ipsius. §. 3.

COGNOSCE ergo homo teipsum, & dico tibi; *Cuius est imago hæc, & superscriptio?* hæc natura intellectualis, & immortalis? hæc potestas super animalia? hoc liberum arbitriū, hæc capacitas omnis boni, cuius imago est, & similitudo? nonne Dei? *Reddite ergo quæ sunt Dei, Deo:* redde omnia illa, redde gloriam & honorem, redde gratitudinem & laudem, redde amorem & obsequium, & cuncta quæ habes illi impende. Considera foramina vacua, quæ in te præparata sunt in die creationis tuæ, & satage implere illa, non diuitijs, honoribus, voluptatibus, sed cœlestibus bonis; imple omni sapientia, omni virtute, vt tandem impleas æterna felicitate.

Matt. 22. v. 20.

Imple quidem sapientia perfectissimis ex hac tui cognitione ascendens in cognitionem Dei,

1. quod est sponsi intentum, ac desiderium: ex iis enim nouem præcellentiis scalam facies ad cognoscēdas alias, quæ infinite perfectius splēdent in ipso Deo; propter quod dixit Dauid, *Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam:* id est sapientia, & scientia tua Domine, quam ostendis in meipso in mei creatione, & in donis quę dedisti mihi, & quam ego ex meipsius cognitione conijcio, est vere mira-

Ps. 138. v. 6.

A bilis, & adeo immensa quod omnem meum captum excedat, nec eam comprehendere valeam: cognosco enim ex me, quod tu es substantia super omnem substantiam, spiritus super omnem spiritum, & intellectus super omnem intellectum: quod es vbique idem indiuisibiliter effusus, omnia creans & conseruans, ac cum omnibus operans, æternus, semper existens, sine principio, & fine, Dominus vniuersorum, sub cuius pedibus omnia creata constituuntur, & de illis prout libet, potes disponere, ac solo nutu in nihilum redigere: tanquam plene liber, cuncta quæ volueris agas in cœlo & in terra: nec est qui possit resistere voluntati tuæ, & tandem tu es ipsa sapientia, ipsa sanctitas, & ipsa beatitudo, & felicitas sempiterna: & omnia hæc a te habes nullo alio indigens, sed alijs, quidquid habent, elargiris. Hæc autem cognosco ex me

B Id est, ex mei cognitione deduco: sed, *Deus magnus es, vincens scientiam nostram;* tua pulchritudo tua bonitas & perfectio, & quidquid in te est, vincit meum intellectum, & vltra vires eius iusti fateor me tuum esse captiuum; & ita libenter (vt ait Apostolus) in captiuitatem redigam intellectum meum in obsequium fidei, vt quidquid reuelasti, credam, quidquid præcepisti, faciam, & vt perpetuus captiuus, & seruus tibi obediam.

Hinc igitur curare debes implere capacitatem animæ, omni gratia, virtute, & sanctitate, quam iuxta vires à Deo concessas, poteris, omni; inquam, humilitate, mansuetudine, patientia, & charitate. Cognosce ergo teipsum, & foramina quæ præparata habes, nec ea inania virtutibus permanere relinquas, sed imple illa, vt inueniat Christus opera tua plena coram Deo. Super omnia autem caueto ne

C impleantur vento vanitatis, & superbiæ, ne tibi succedat, quod misero Regi Tyri, cuius encomia Ezechiel retulerat: deeo enim subdit. *Eleuatum est cor tuum in decore tuo, perdidisti sapientiam tuam in decore tuo, in terram proieci te, eieci te de monte Dei, & perdidi te de medio lapidum ignitorum. Producam ignem de medio tui, qui comedat te, & dabo te in cinerem super terram.* En terribiles pœnas primi hominis superbi, quarum participes sunt, qui se ignorantes de bonis acceptis intumescunt; nam ex lapidibus ignitis. qui ignem diuini amoris accendere debuissent; ob eorum superbiam prodijt ignis concupiscentiæ, qui omnia bona hæc decolorauit, & ignis iræ Dei, qui rebelles grauiter puniuit, & adussit. Si autem te cognoscis, scies te decorum esse decore, quem ipse Deus posuit in te: vnde non in teipso, sed in Deo gloriari debes; qui te ad imaginem suam fecit; & iuxta illam vitam instituere. Hoc est quod ait Diuus Ambrosius: "quoniam elephantes tibi vides subditos, & leones esse subiectos, nosce te ipsum ô homo sicut Propheta dicit, Nisi scias te. Cui hoc dicit?

Ezech. 28. v. 17.

Ezech. v. 14.

Lib. 6. exam.

D formosæ inter mulieres. Merito formosa, & decora, quæ non terrena, sed cœlestia, non corruptibilia, sed incorruptibilia desiderat, in quibus decus perire non soleat, corporalia enim omnia processu ætatis, aut ægritudinis inæqualitate marcescunt. Huic attende in quo tu totus es, in quo melior tui portio est.

Sed

[illegible] fe tibi nimis magnifaci- A [illegible] imaginis secundum [illegible] unis est pijs, & impijs, ijs [illegible], & qui damnantur: sed [illegible] po- [illegible] inem, quæ est secundum [illegible] & virtutes, qua iustis peccatoribus se- [illegible] ad æternæ feli- [illegible] linem, quæ nunquam [illegible] marcescet. In qua quælibet ani- [illegible] pulcherrima erit inter mulieres: quo- [illegible] erunt ita pulchræ, vt vnius decor [illegible] decorem alterius, sed sicut stel- [illegible] in claritate, & omnes retinent [illegible] em, sic erit in resurrectione: tune [illegible] omnia animæ foramina, omnis- [illegible] tas: quia complebuntur cuncta [illegible] a, nec aliud quam ipsum Deum B [illegible] quo plene satiata erit, sicut scriptũ [illegible] *cum apparuerit gloria tua.* Et sd hunc [illegible] gi debet cognitio sui, sicut dirigitur [illegible] sponsi. Cum enim anima petijsset [illegible] locum, vbi Deus pascat, & cubet [illegible] æternitatis: Respondetur illi, quod [illegible] oscat: & ita ad hoc perueniet, vt in il- [illegible] inter pulcherrimas sponsas collo- [illegible]

[illegible] modo quærendi Deum intra nsmetipsos.

§. 4.

E[illegible] actenus dictis deducendum est quod à [illegible] ncip o proposuimus. Nempe eum qui [illegible] rat scire locum, vbi Deus pet contem- [illegible] em pascat, & cubet in meridie cum ele- [illegible], intra se ipsum debere illum quærere: [illegible] eo respondetur illi: *Si ignoras te*, vel *nisi* [illegible] *gnoscas te.* Intra ergo in te ipsum, & cognosce [illegible] aginem, & similitudinem Dei, quam ab eo te cepisti: & per hanc in te inuenies illum. Quis enim ignorat quod melius cognosci possit quis C per imaginem ab ipso optime expressam, quam per solum vestigium eius terræ impressum? Ho- [illegible] autem non solum est imago Dei, sed micro- cosmos, & mundus quidam abbreuiatus con- tinens in se gradus perfectionis, qui in reliquis creaturis sunt dispersi: melius ergo per se i- psum deueniet in cognitionem creatoris, quam per singulas earum. Si Deus vbique est præ- sens, vt quid vagaris per alienas domos, quæ- [illegible] s Deum, qui intra te ipsum est? si appetis [illegible] sa pascua quietæ contemplationis, intus [illegible] bes pastorem, qui tribuit illa, vt quid vagus [illegible] foris ad quærendum illum? Ego (inquit Di- [illegible] s Augustinus) erraui sicut ouis, quæ perie- [illegible] at, quærens te exterius, qui es interius. Et mul- [illegible] um laboraui quærens te extra me, & tu habi- [illegible] in me, si tamen ego desi[illegible]erem te. Circui- [illegible] icos & plateas huius mundi quærens te, & D [illegible] inueni. quia male quærebam foris quod [illegible] erat intus. Hæc inquit Augustinus: Quia mul- toties dum creatorem quærimus per creaturas, plus nimio amore hæremus illis, vnde obliui- Ps. 114. v. 7. scimur ipsius. *Conuertere ergo anima mea in requi- em tuam, quia Dominus benefecit tibi.* Deus tuus tua requies est, tu quiescis in illo, & ille quie- scit in te, quia intra te est requies tua. Ibi quæ- re illum, & repenes per ea quæ Deus benefecit & quotidie benefacit tibi. Quid dicis, ô ani- ma Dei amans: *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie*? nosce te ipsam, & intra te inuenies no- tiem indicia iam commemorata, quæ indica- bunt tibi intra te esse illum, quem desideras, ef- ficiens in te illas præcellentias, per quas ad ima- ginem eius es. Ipse est pictor huius imaginis, ipse artifex huius similitudinis, ipse est in te per essentiam, præsentiam, & potentiam, tecum o- perans quæcumque facis. Memento quod fa- cta es per spiraculum Dei, vt scias quod sicut in- spiratio tamdiu durat, quamdiu spirans emittit illam, ita tu tamdiu eris quamdiu Deus spiret te. Am. 17. v. 25. Ipse enim est qui viuentibus dat vitam & inspi- rationem, & eum ipsis coniungitur, dum vitam illis inspirat.

Sed relictis ijs actibus naturalibus, qui com- munes sunt omnibus hominibus, ascendamus ad supernaturales, qui intra animam etiam exi- stunt, & indicare possunt illi Deum qui intra i- psam pascit, & cubat. Nam vt inquit Cassianus, "Collat. magna vere, atque mirifica sunt, nec vlli homi- "12. c. 12. num penitus nisi tantum his, qui experti sunt, " nota; quæ Dominus fidelibus suis adhuc in isto " corruptionis vasculo constitutis, ineffabili li- " beralitate largitur; propter quæ Propheta ex- " clamauit; *Mirabilia opera tua, & anima mea co- gnoscet nimis.* Id est per hæc mirabilia quæ in- tra me operaris, anima mea cognoscet te ni- mis. Hæc mirabilia sunt internæ mutationes in melius, subitæ & vehementes inspirationes, ac illustrationes diuinæ, vnio amoris, ecstasis, raptus, gaudium, iubilus, & alij affectus, qui in hoc Cantico circumscribuntur per metapho- ras osculi, amplexus, liquefactionis, & alij hu- iusmodi; in quibus vt dixit Diuus Bernardus, Serm. 22. non capit intelligentia, nisi quantum experien- in Cant. tia stringit. Et ideo Psalmista ad hanc scien- tiam experimentalem nos inuitans ait: *Gustate, Ps. 33. v. 9. & videte quoniam suauis est Dominus*; insinuans quod per gustum cognoscitur Deus vt suauis, Ps. 88. v. 16 & rursus beatum prædicat populum, qui scit iubilationem, non quidem scientia speculati- ua tantum, nam hæc non facit beatum, cum in peccatoribus esse possit, sed scientia affectiua, quæ experitur Dei iubilum. Est autem iubilus, vt dicit Diuus Gregorius, ineffabile gaudium "Lib. 24. de Deo mente conceptum; quod neque abscõ- "Mor. c. 5. di potest, neque sermonibus aperiri, & tamen " quibusdam motibus proditur, quamuis nullis " proprietatibus exprimatur. Huiusmodi autem " affectus sunt selectissima pascua, quibus Deus pascere solet non omnem animam, sed vnice dilectam, & pulcherrimam inter alias, quæ forte hanc experimentalem Dei notitiam desi- derabat, cum dixit; *Indica mihi, vbi pascas, vbi cu- bes in meridie*, præbens splendentes, & arden- tes affectus, & effectus præsentiæ tuæ. Cui re- spondet sponsus, *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres.* Id est adhuc ignoras te, ô anima præ alijs mihi dilecta? Nonne experta es osculum oris mei? nonne suxisti lac de meis vberibus? num quid non cucurristi iam in odorem vnguẽ- torum meorũ, & introducta es in cellaria mea, vbi lætata es, & exultasti in me? Quomõ ergo te ignoras, vt dicas indica mihi, vbi pascas in me- ridie? Possemus pro sponsa respõdere, expertam quidẽ fuisse omnia, quæ retulimus, sed subsequẽs tribulatio, & oppugnatio, & solicitudo custo- diendæ

diendæ vineæ, quasi oblitus erauit cuncta, & fecit A eorum obliuisci. Nam vt dicit Amos Propheta, *Deus conuertit in mane tenebras, & diem mutat in noctem*; nam sicut mirabiliter tenebras ignorantiæ, & afflictionis conuertit in lucem magnæ sapientiæ, & lætitiæ: ita diem magnæ sapientiæ, & gaudii spiritualis permittit ad tempus obtenebrari, & mutari in noctem afflictionis, & mœstitiæ.

Amos 5. v. 8.

Lib. 9. Mor. c. 40.

„ Sæpe etiam (inquit D. Gregorius) aliquis tanto „ in cœlestibus desiderio rapitur, vt pene nihil „ ex eo superius remansisse videatur: & tamen cũ „ ad carnis curam etiam necessariam, vel ad alia „ negotia etiam vtilia reducitur, ita eum inferius „ depressum tenent, ac si adhuc de cœlestibus „ nulla contigisset. Propter hæc igitur sponsa oppressa oppugnationibus, & sollicitudinibus vineatũ, iterum petit indicari sibi locũ, vbi sponsus pascat, & cubet, quia præteriti fauores non sufficiunt eam in feruore continere, nisi sæpius B repetantur. Nihilominus sponsus rectè illi respondet admonens, vt se cognoscat, & ea quæ præcesserunt mente reuoluat, vt illa ei indicent, quod desiderat: nam multoties memoria præcedentium fauorum mentem accendit, & eleuat, vt iterum Deum quem desiderat, inueniat, & mirabiliora Dei opera in se experiatur.

Cauendum tamen est duplex periculum in hac cognitione donorum Dei, quæ in nobis sunt. Nam licet à bono spiritu procedat iuxta id quod ait Diuus Paulus, *Non accepimus spiritum huius mundi, sed spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis*. Tamen spiritus superbiæ subtiliter mentem aggreditur, vt ea sibi, aut suę industriæ, & viribus, aut meritis attribuat, quæ à solo Deo gratis concessa sunt. Nam vt dicit Diuus Gregorius, facile homo esse credit à se, quod videt in se: & obliuiscitur eius quod monet Apostolus: *Quid habes quod non accepisti? quod si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* Oportet ergo C profunde nosse seipsum, & ea quæ sunt ex nobis, ab ijs quæ sunt ex Deo secernere, vt hic etiam locum habeat prouerbium illud Saluatoris, *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo*: attribuens tibi quæ tua sunt, & Deo quæ à Deo accepisti. Sed tunc imminet secundum periculum præferendi se alijs hominibus propter bona accepta à Deo, quasi maiora sint quam quæ alijs conceduntur, aut quasi sibi singulariter concessa. Ad quod damnum præcauendum optimum consilium præbet idem Diuus Gregorius dicens, quod bona quæ agimus sciendo nesciamus, vt hæc recta æstimemus & minima, quatenus ad custodiam sensificet animum scientia rectitudinis, & in tumorem non eleuet æstimatio minorationis. Cognoscamus ergo illa interna bona, & dona Dei esse, vt humiliemur coram ipso: cognoscamus etiam & minima esse D respectu eorum quæ alijs amicis largitur Deus, vt etiam humiliemur coram hominibus: quod ex dicendis in sequenti Exhortatione clarius constabit.

1. Cor. 2. v. 12.

1. Cor. 4. v. 7.

Li. 9. Mor.



EXHORTATIO XVI.

De cognitione sui, & Dei per vestigia creaturarum & Sanctorum, imitando eorum exempla: & de modo regendi sensus, & appetitus iuxta doctrinam, & mores pastorum Ecclesiæ, & maxime Sanctorum religiosorum.

Egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum.

PERGIT cœlestis sponsus in hac metaphora, sub nouo tamen interpretandi genere animam instruere, tam circa cognitionem sui, quam circa cognitionem ipsius Dei. Cognitio enim præcedens per ea quæ intra nos sunt, licet facilis sit sapientibus, & perfectis, difficilis tamen est simplicibus, & tyronibus, ad quam manu ducendi sunt per alia externa, quæ sensibus percipiuntur. Ait igitur sponsus, si adhuc tibi ignotus locum, vbi pasco, & cubo in meridie, & adhuc etiam ignoras te ipsam, & vtrumque perfecte nosse desideras: *Egredere, & abi post vestigia gregum*: & illi indicabunt tibi locum, quem sitis exoptas, & qualis tu etiam sis, ne te ignores. Egredere igitur à te ipsa, & abi post vestigia gregum, qui extra te sunt. Greges autem in duplici sunt differentia, si ad mystica tractantur.

De cognitione sui, & Dei per vestigia animalium.
§. 1.

PRIMO quidem per greges intelligit non solum greges ouium, & armentorum, sed elephantorum, leonum, & equorum, & cæterorum animantium irrationalium: quæ omnia greges sunt Dei, quatenus ab ipso creata; & etiam dicuntur greges hominis, vt à Deo sunt illi collata, & sub eius pedibus constituta, vt omnibus illis præesset tanquam Dominus. Vnde ab illis vtramque, Dei & nostri cognitionem discere possumus. Præcipit ergo Dominus, vt abeas post huiusmodi greges passibus considerationis, quoniam primo ipsa indicabunt tibi tuam ingenitam nobilitatem, & quanti Deus te fecerit, dum ad imaginem, & similitudinem suam te creauit, & super cuncta animantia te præfecit. Sicut enim summæ imprudentiæ est hominem in honore constitutum se comparare iumentis insipientibus, vt imitatione similis fiat illis: ita magnæ prudentiæ est se illis comparare, vt propriam magis cognoscat præcellentiam, & vitam illis dissimilem, & multo sublimiorem agere instituat. Ad quod etiam non parum iuuat, quod hic dicitur: *Abi post vestigia*. Id est considera ipsa gregum vestigia, eorum naturales propẽsiones ab autore natura illis inditas, secũdum quas vniformiter, sed mirabiliter operãtur, vt ab illis discas multa, quæ ad tui cognitionem & perfectionem valde conducent. Qua de causa Salomon pigrum monet, vt abeat post vestigia formicæ, *Et considera* (inquit) *vias eius, & disce*

[illegible] *non habeat ducem, nec* [illegible] *parat in æstate cibum sibi,* [illegible] *quod comedat.* Notant [illegible] au- [illegible] habeat ducem, nec præce- [illegible] baudi alium. Deo, [illegible] D [illegible] formicis, & cæteris ani- [illegible] nationes, quas [illegible] indidit, ge- [illegible] totis, ac principia. Qua- [illegible] discere ab ipso Deo præce- [illegible] ac regi per ea, quæ faciunt ad [illegible] endum, est duci, ac regi ab [illegible] principe ipsarum: vnde sæpe [illegible] homo, quod non eat post ho- [illegible] do ab eis, quæ sibi vtilia fo- [illegible] quit per Isaiam: *Cognouit bos pos-* [illegible] *asinus præsepe domini sui, Israel au-* [illegible] *t, & populus meus non intellexit.* [illegible], *Miluus in cœlo cognouit tempus* [illegible] *hirundo, & ciconia custodierunt tempus* [illegible] *lus autem meus non cognouit iudici-* [illegible] ipse Christus Dominus di- [illegible] à serpentibus discant prudē- [illegible] mbis simplicitatem, vt intelligas, [illegible] debes sequi vestigia Christi, potes [illegible] st vestigia horum animalium in [illegible] lendet Dei prudentia, simplicitas, [illegible] s. qua de causa ipsa etiam animalia di- [illegible] gia Dei. Nam ipse impressit illis quid- [illegible] habe, & qui postea abit post Dei ve- [illegible] Hinc deduces causam, cur sponsus [illegible] am animam, vt se cognoscat, mittat [illegible] gum, vt ab illis discat quæ sibi ex- [illegible] scilicet in hoc ipso viam humilitatis [illegible] eat: nam quantumcumque sis pul- [illegible] s, & sapientissimus, si te agnoscis para- [illegible] debes discere à quibuscumque, etiam si [illegible] sint sapientia, dignitate, vel ætate, vt [illegible] ebat humilis Augustinus.

S [illegible] ussime spōsæ ignoranti, vbi Deus pa- [illegible] ubet in meridie, præcipitur, vt abeat post [illegible] gregum; quia vere illa indicabūt quod [illegible] dicātenim ipsam diuinitatem; qui lo- [illegible] mensus, & meridianus, in quo Deus [illegible] t greges, & spiritualiter reficit: quod [illegible] dixerat per Iob: *Interroga iumenta, & doce-* [illegible], *& volatilia cæli, & indicabunt tibi,* non so- [illegible] Deus fecerit ea, sed qualis sit, qui fecit [illegible] m pulchritudo pauonis, & lilij indicant [illegible] ensam pulchritudinē: fortitudo leonis [illegible] bi e in eius declarat fortitudinē: solicitu- [illegible] ga pullos indicat quāta in sit Deo er- [illegible] s. Cunctæ igitur bona, naturę propen- [illegible] & opera mirabilia, quæ in his creaturis [illegible] signa sunt & voces, quæ indicant no- [illegible] perfectiones diuinas. Vnde ipsemet Deus di- [illegible] s enim Iob iubebat illum abire post hæc [illegible] a, cum illum ad eorum considerationem [illegible] cabatur, vt inde ascenderet in ipsius Dei [illegible] in cognitionem. Sed quia de his plura [illegible] diximus, ad alia progrediamur.

De [illegible] cognitione sui per vestigia Sanctorum. §. 2.

NON solum ad greges irrationales mitti- [illegible] tur sponsa, cum dicitur ei, *Abi post vesti-* *gia gregum,* sed multo magis ad vestigia gregum [illegible] ium, nimirum ad dicta, facta, ex- empla, & vitas Sanctorum contemplandas, quę [illegible] ito quodam modo indicant cognitio- nem sui, & Dei. Nam vt docet Diuus Gregori- us, vita lectio est vita bonorum, quæ duo nos tacendo docet: scilic. quis tu sis, & quis sit Deus. Si ergo ignoras te, considera hæc Sanctorum ve- stigia, & intuere quam profunde se cognouerūt, & demiserunt, quam amare propria fleuerint peccata, & pro eis quam perfecte Deo satisfece- rint, quam humiles fuerint in prosperis, quam patientes in aduersis, quam fortes in persecuti- onibus; quam religiosi erga Deum, quam affa- biles erga homines, quam austeri erga seipsos. Cum autem hæc, & alia huiusmodi exempla in- tuitus fueris, cognosces te ipsum nihil esse com- paratione eorum, & quæ anima pulcherrima dicebatur inter mulieres, fœda tibi apparebit inter iā pulcherrimos viros. Iuxta id quod scri- ptum est in libro Iob; *Respiciet homines, & dicet peccaui, & vere deliqui, & vt dignus eram non recepi,* quem locum ita Diuus Gregorius moralizat, B intelligens per homines insignes viros, quos à bestiis, & ratio, & victoria passionum secernit. Sanctorum (inquit) virorum exempla conspi- cit, atque eorum comparatione se pensans, ini- quum se esse deprehendit. Qui enim plenissime intelligere appetit, qualis sit, tales nimirum de- bet conspicere, qualis non est, vt ex bono- rum forma metiatur, quanto ipse defectio bo- no deformis sit. Ex iis quippe, quibus plenissi- me bona adsunt, perpendit recte quæ sibi mi- nus sint, atque in illorum pulchritudine con- spicit fœditatem suam, quam in semetipso, & potest perpeti, & non potest sentire. Ait autem: *Vt dignus eram non recepi.* Quia quanto maiorum exempla considerat, tanto strictiori examina- tione se pensat; & minus se percussum quam merebatur, agnoscit: quia in illorum iustitia conspicit quam grauis sibi culpa fuerit, quod errauit. Hæc Diuus Gregorius; cuius testimo- nio suffragatur ratio. Sancti enim qui nos præ- C cesserunt, vt Apostoli, Martyres, & Ecclesiæ doctores sunt de genere giganteo, quibus nos comparati videmur locustæ, lucent in cœlo Ec- clesiæ veluti splendidissimi soles, in quorum præsentia, nos velut stellulæ occultamur. Tot- que & tanta passi sunt pro nomine Iesu, vt cun- cta quę nos patimur, nihil esse videantur. Quod si vt homines peccarunt, tam grauem egerunt pœnitentiam, vt nostram confundant ignaui- am. Propter quod Dominus Ezechieli dixit: *Fi- li hominis ostende domui Israel templum, vt confundan- tur ab iniquitatibus suis: metiantur fabricam, & eru- bescant ex omnibus, quæ fecerunt.* Quod tunc fieri ait idem Diuus Gregorius, quando iusti anima, quæ templum est Dei, quanta sanctitate ful- geat, peccatoribus ad confusionem suam de- monstratur; vt in illa bonum, quod negligunt, videant; & in seipsis malum quod operantur, erubescant, & sicut Israelitæ videntes insigne templum à Zorobabele ædificatū, vociferaban- D tur præ lætitia, seniores autem, qui augustissi- mum Salomonis templum conspexerant, cu- ius comparatione illud perexiguū reputabant, flebant voce magna: ita qui se pulchrum tem- plum Dei reputat, dum pulcherrima, & augu- stissima Sanctorum templa à Christo Domino erecta intuetur, flere non cessat, se ipsum con- temnens, & nihili faciens.

Lib. 24. Mor. c. 6.

Iob 33. v. 27

Lib. 24. Mor. c. 6. Supra Exhort. 24. ad finem. Plura alia de hoc loco dicta sunt.

Ezech. 43. v. 10.

Vbi supra.

1. Esdra 3. v. 12.

Hoc

Hoc ipsum est quod sponsus m[illegible] dicens: *Si ignoras te, abi post vestigia gregum*, id est, Sanctorum meorum, *Et pasce hædos tuos*, id est, tuos sensus & affectus, *iuxta tabernacula pastorum*. Id est insignium virorum qui pastores fuerunt Ecclesiarum; & ita cognosces te ipsam; & quam dissimilia sint tua vestigia rectissimis vestigijs illorum, & quam exiguum sit quod passa es respectu eorum, quæ illi passi sunt, nec vlterius conquereris, quod decolorata sis à sole, & oppugnata à fratribus, cum vehementius illi oppugnati sint, & victores extiterint. Consulto autem non dicit, inspice vestigia, sed abi post vestigia, quoniam non satis est exempla intueri, sed oportet illa sequi, Sanctis sociari, cum eis prope conuersari, vt eorum imbuamur mori-
Prou. 13. v. 20. bus: nam teste Salomone, *Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit*, & qui graditur cum iustis, erit iustus; ab illis enim discet sapientiam, & iustitiam, eorum inhærens vestigijs. Sed quid est quod non dixit, abi post vestigia gregis, sed gregum? Non enim mysterio carere putandum est. Nam licet tota collectio fidelium, vnicus sit grex, de quo Saluator dixit; *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum*, tamen sub hoc vniuersali grege continentur plures. Alius est enim grex Apostolorum, alius Martyrum, alius Doctorum, alius Virginum, & alius Monachorum. Grex autem religiosorum in plures etiã diuiditur, iuxta plures eorum familias, varia instituta profitentes. Dicitur autem in genere: *Abi post vestigia gregum*; non quia vnus possit simul ire post vestigia omnium gregum, nec omnium Sanctorum vitas, exemplaque imitari, cum non omnibus omnia congruant; sed vt scias plurimos esse Sanctorum greges in Ecclesia, quorum vestigia vnusquisque iuxta proprium statum, sequi potest, ex vnoquoque discendo, & sumendo id quod suo statui congruit. Ad Deum autem spectat peculiari sua vocatione singulos ad hunc, vel illum gregem sequendum mittere, aggregando hunc gregi Virginum, alium gregi Monachorum in hac vel altera familia. Et præterea iubet abire post vestigia gregum, quoniam etsi omnes Sancti omnes habeant virtutes, non tamen omnes æqualiter splendent in singulis: sed in vno resplendet præ alijs paupertas spiritus, in alio profunda humilitas, in alio obedientia promptissima, in alio ardens zelus animarum. Oportet autem sicut Diuus Antonius egit, virtutes ediscere, non ab vno, sed à pluribus, & à singulis eam quæ præ alijs in eo splenduit, dum tamen omnes accommodentur propriæ professioni. Nam ita à diuina prouidentia distributa est excellentia virtutum, vt omnes ab alijs possent addiscere, & ita se in humilitate continere.

Et hinc etiam procedit quod sponsus non dixerit: si ignoras te, abi post vestigia mea, sed gregum; quoniam volebat sponsam in sui cognitione, & humiliatione altas figere radices. Sequi autem vestigia Dei, vt de se Iob testa-
Iob 23. v. 11. tur, cum ait: *Vestigia eius secutus est pes meus*, est
Eccl. 2. v. 12. quid gloriosum & homini valde honorificum; iuxta illud Ecclesiastis: *Quis est homo, vt possit sequi regem, factorem suum?* Vnde maluit eam monere, vt sequeretur vestigia aliorum hominum, qui sanctitate splendueruntquique ope-

re ipsi [illegible] sunt iam per[illegible] esse [illegible]ribus, præcipue quia qui [illegible]tur vestigia Sanctorum, sequitur vest[illegible] sti, [illegible], quæ illi secuti sunt. Et sicut illi [illegible] diuino numine adiuti valuerunt [illegible] gem factorem suum, ita & nos eodem [illegible] valebimus, & sequemur, si Sanctos imi[illegible] prout d[illegible]bat Apostolus: *Imitatores mei [illegible] ut & ego Christi.*

De cognitione Dei per vestigia Sanctorum.
§. 3.

HÆc amplius confirmantur ex eo, q[illegible] sanctorum vestigia etiam eleuant n[illegible] clariorem Dei cognition[illegible], & an[illegible] quidem enim gratiæ, sapie[illegible] hæc ta[illegible] est in Sanct[illegible]s, à Deo ac[illegible]piũt, & in [illegible] supereminentius resplendet. E[illegible] ideo d[illegible] sus, si ignoras tibi vbi pasco, & cubo in [illegible] *Abi post vestigia gregum*, contemplare [illegible] imitare Sãctos meos: quia ipsi sunt l[illegible] bo, & requiesco: ipsi sunt meus meri[illegible] corã me fulgent summa sapientia, & a[illegible] grauri charitate, illisque suauissima pa[illegible] ter tribuo. Quære igitur me inter i[illegible] me inuenies: *Quia vbicumque sunt duo, vel tr[illegible] gregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* [illegible] si te illis iunxeris, faciam te sicut v[illegible] veniam ad te, & tu eris locus meus, v[illegible] pa[illegible] & cubem in meridie. Nonne Saul [illegible] abiens post greges prophetarum; sic eni[illegible] ei Samuel, *Habebis obuium gregem prophetarum [illegible] quæ prophetantes & insiliet in te spiritus Domini [illegible] prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alterum* aggregatus gregi prophetantium, & lau[illegible] Deum, fit Propheta, quia propter sociorũ [illegible] rita, & exempla spiritus Domini venit, & [illegible] super eum, & mutauit illum in virum al[illegible] leuando ad sublimem prophetiæ grad[illegible] [illegible]e-
go desideras ad hanc prophetiam, quæ est altissima Dei cognitio, & iugis laudatio, peruenire abi post vestigia Sanctorum, qui te deducent a[illegible] illam.

Etsi autẽ Sauli vnicus grex prophetarum obuius fuerit, nobis tamẽ dicitur post vestigia gregum scilicet plurium, quos obuios etiam habemus in Ecclesia. Quoniam nõ sufficit vnus ad plene cognoscẽdum Deum, sed in multitudine simul, & varietate Sãctorum miro ordine disposita splendet infinita sapiẽtia, sanctitas, pulchritudo, & potestas supremi pastoris, cuius isti greges sunt, quos signauit diuersis charismatibus, vt in illis diuitias gratiæ nobis manifestaret. Vnde sicut cœli enarrant gloriam Dei, non quidem soli ipsi, sed vt ornati mira, variaque astrorum pulchritudine. Siquidem, vt dixit Ecclesiasticus, *Species cœli, est gloria stellarum*, ita greges Sanctorum qui sunt in Ecclesia, & splendent sicut stellæ firmamenti miris donis cœlestibus ornati narrant, prædicant, & indicant nobis gloriam Dei, & illius infinitam maiestatem ostendunt, ad eamque contemplandam manu ducunt. Nam vere clamat Psalmista: *Mirabilis Deus in sanctis suis.* Et quomodo mirabilis? nam quæ propria sunt Dei, magis admiranda & stupenda in sanctis patefiunt: & in illis, ac per illos mirabilia operatur, quæ indicant eius immen-
sam

[illegible] Nonne [illegible] Deum ha- [illegible] in Iosue, qui So- [illegible], obediente Deo vo- [illegible] omnipotentia Dei, [illegible] stupenda benignitas [illegible] id operatur. Vere [illegible] etis, admirabilior in [illegible] est admirabilis in Pa- [illegible] discursu temporis fue- [illegible] es ita admirabilem eum [illegible] in hortum considera- [illegible] quam stupebat Regi- [illegible] do ordinem domus Salo-

B [illegible] e magis stupendum, quod [illegible] bilis in peccatoribus, sed a- [illegible] Sanctis, vt etiam ex illis gra- [illegible] habendam cognitionem. [illegible] est charitas Dei diligens ini- [illegible] dia eius benefaciens ingratis? [illegible] sibi contumeliosos, longani- [illegible] contumaces, & denique iusti- [illegible] ntia terribiliter puniens rebel- [illegible] ne enim delinquentium has co- [illegible] perfectiones omni laude dignas. [illegible] quod ipse Dominus dixit Pha- [illegible] *to posui te, vt ostendam in te fortitu-* [illegible], *& enarretur nomen meum in omni ter-* [illegible] vsque in hodiernum diem fortitudo, [illegible] iustitia Dei narratur in vniuerso [illegible] ue omnibus timendum, colendum, [illegible] amque præbet: ex eo quod sit tam [illegible] quod vnico verbo tot plagis regnum [illegible] tam pius, quod toties admoneat, vt

C [illegible] ant; tam seuerus, quod nec regi parcat, [illegible] es submergat; tam industrius, quod ex [illegible] m tyrannide populum suum liberare sciat. [illegible] ue igitur finem licitum est peccatorum [illegible] gia considerare, dum tamen non abeamus [illegible] la.

[illegible] od ipsa verba sacri textus præmonere vi- [illegible]. Nam dum ait, *Abi post vestigia gregum;* [illegible] subdit, *pasce hædos tuos;* clare distinguit [illegible] ab hædis, & docet abeundum esse post [illegible] es; scilicet post eos qui oues sunt Christi, [illegible] men abeundum post vestigia hædorũ, id [illegible] proborum; sed hi pascendi, & regendi sunt [illegible], quibus cura eorum incumbit. Quod cla- [illegible] docuit Diuus Paulus, cum dixit: *Aemulamini* [illegible] *in bono.* Quia non omnes debemus æmu- [illegible] d tantum bonos, nec bonos in omnibus, [illegible] us, quæ bona sunt, nam sæpe etiã boni tu [illegible] us deficiut, siquidem in multis offendi- [illegible] nes, & in iis nõ sunt æmulandi. Nec ca-

D re [illegible] sterio, quod greges nec vocat meos, nec tuo[illegible], hædos autem vocat tuos, non meos, quia tu[illegible], vt supra diximus, & sunt Dei, & nostri per Deum; peccatores vero quia peccatores sunt, n[illegible]u sunt Dei, sed hominum, & naturæ corru- pt[illegible] qua phrasi vtebatur Dominus, cum de po- p[illegible] Israelitico peccatore loquebatur, dicens [illegible] quem eduxisti *Exod. 32. v. 7.* [illegible] cum [illegible] cast[illegible]e- [illegible] suum, quem eduxi de Ægypto.

De m[illegible] endis sensus & discursus iuxta doctrinam doctorum Ecclesiæ. §. 4.

SEd adhuc quid altius ad cognitionem sui, & D[ei] valde proficuum nos monet sponsus in subiunctis verbis, *Pasce hædos tuos iuxta taberna- cula pastorum*; intelligendo per hædos tuos sen- sus, & appetitus hominis ab adolescentia sua in malum pronos, & ad bona visibilia appetenda, & percipienda valde propensos, quos non licet ita mortificare, & abnegare, vt omnino in suis acti- bus careat, & rebus huius mundi non fruantur. Hoc enim est impossibile, cũ eis ad multa indi- geamus; & ideo nõ dicit, mortifica hædos tuos, sed pasce, i. rege illos discrete. & pastum saluti- ferum concede, noxium vero prohibe, nec per- mittas huc, illucque pro libito vagari, sed quasi reclusos tene *iuxta tabernacula pastorum*, id est iu- xta Ecclesias, cõgregationes, vel domos vbi sunt sancti, ac docti prælati, magistri ac doctores à Christo Domino constituti, iuxta quorum do- ctrinam & vitam reges eos. O salutare monitum tali sponso, ac magistro dignum!

Etenim cũ omnis nostra cognitio, iuxta phi- losophorum placitum incipiat à sensibus, nihil- que sit in intellectu, quin intrauerit per sensus, quos portas vel fenestras animæ nuncupamus, per quas intrant scientiæ, & omnes imagines, & species rerum sensibilium, vnde discursus, & iu- dicia intellectus dependẽt. Adeo quod etiam fi- des, vt dicit D. Paulus, intret per auditum. Et *Ad Rom. 10. v. 17.* quidem si nõ bene custodiantur, & tegantur, in- trabit per illos, vt Ieremias ait, mors culpæ, aut *Ierem. 9. v. 21.* hæresis, & erroris; nam species, quæ intrant, ex- citant vel consensum in culpam, vel assensum in errorem. Vnde si intellectus multum sit sen- sibus addictus, & post illos se abire sinat, facile corruet, & decipietur, quod in Eucharistia faci- le constabit: nam cum oculus tantum videat co- lorem panis, gustus & olfactus similiter tantum percipiant illius odorem & saporem, si intelle- ctus post hos hædos abeat, educet hoc iudiciũ erroneum, hic est panis.

Propter hoc igitur dicitur animæ fideli: *Pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum.* Vbi tria salu- taria monita ei traduntur. Primum: caue ne ab- eas post tuos sensus sequens eorum propensio- nes, nec sinas te duci ac regi ab illis, sed potius coerce, reprime, & rege illos. Vide ne innitaris iudicio tuo, & prudẽtiæ tuæ, quæ ex sensibus, & apparentibus rebus deducitur, quia facile deci- pieris & mors deuastabit domum tuam; quare hoc curare debes, vt sensus pascas iuxta taber- nacula aliorũ qui te doceant. Nam vt bene per- pendit Diuus Gregorius, qui tefugit esse discipu- *Lib. 1. dia- log. c. 1.* lus alterius hominis, fit magister erroris. Cui *Epist. 87.* assentitur Diuus Bernardus peracute dicens, qui se sibi magistrum constituit, stulto se discipu- lum tradit.

Sed tunc obseruare debes secundum monitũ, 2. vt non pascas hædos & discursus tuos iuxta ta- bernacula Cedar, id est conuenticula hæretico- rum, nec iuxta tabernacula fallorum sodalium Christi, eligẽs magistros prurientes auribus, no-

uitatis cupidos, antiquitatis contemptores, qui A
solum loquantur tibi placentia. Hoc [illegible] est
pascipaleis vanis, & fructibus, quæ pabulum
Ierem. 23. v. 28. sunt non hominum, sed pecorum, *Et quid paleis ad triticum dicit Dominus:* Fuge igitur ab iis taber-
2. Cor. 11. v. 3. naculis. Retrahe ab his hædos tuos, sunt enim tabernaculum serpentis, iuxta quod Eua pauit hædos suos, & decepta ab Angelo Sathanæ trãsfigurante se in Angelum lucis.

Eccl. 18. v. 12. Hinc concluditur tertium monitum, vt pascas illos iuxta tabernacula pastorum Ecclesiæ Christi; qui vera docent, & quæ ab ipso Christo pastore vno didicerunt, nobis tradunt, cuiusmodi sunt Prophetæ, Apostoli, doctores approbati ab Ecclesia Catholica, ad quos etiam nos
Eccl. 39. v. 1. mittit Ecclesiasticus cum ait: *Sapientiam antiquorum exquiret sapiens, & in prophetis vacabit, narrationem virorum nominatorum conseruabit.* Nam isti pascebantur etiam iuxta tabernacula diuinæ
Prou. 8. v. 34. sapientiæ, quæ dicit: *Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad* B *postes ostii mei.* Vnde cum simul dicitur sponsæ, quod abeat post vestigia gregum, & quod pascat hædos iuxta tabernacula pastorum, clare insinuatur, quod omnes illi greges etiam pascebãtur iuxta eadem tabernacula. Quia omnes sancti quotquot præcesserunt pasti sunt doctrina Apostolorum, & pastorum vniuersalis Ecclesiæ;
Ierem. 3. v. 15. de quibus dixerat Dominus per Ieremiam: *Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia, & doctrina.*

Act. 9. v. 7 Vnde cum Saulus diceret Christo, *Domine quid me vis facere?* respondit illi Dominus, *Surge & ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere.* Ac si diceret: Si ignoras, quid facere debeas, egredere, & abi post vestigia gregum meorum, qui sunt in ciuitate Damasci, quos tu persequeris: ibi pasce hædos tuos, id est tuos sensus, discursus, & feroces appetitus, iuxta tabernacula pastorum, & doctorum, qui ibi commorantur: & ita scies quod desideras. Vnde missus C est ad Ananiam, quod interpretatur, *Nubes Domini*, officium doctoris nomine suo contestans, qui ei pabulum salutis præbuit, quo ex hædo factus est agnus, & ex lupo ouis.

Sed dices, si pastores pascere debẽt greges, & hædos, cur sponsæ dicitur, vt ipsa pascat hædos? Sed vtrumque simul verum est. Nam pastores pascunt mentem hominis, mens autem per doctrinam à pastoribus acceptam pascit, & regit suos sensus, & appetitus. Quod sic explicat D.
Lib. de Isaac & anima c. 4. „ Ambrosius: Exi, ò anima, à carnis imperio, & exi „ non in carne, sed in spiritu, exi ad regimen po- „ testatis; ideo enim dicitur tibi, *Pasce hædos tuos.* „ Id est rege ea, quę in sinistra tua sunt, nam si non „ regantur, facile labuntur. Coerce petulantiam, „ & lasciuiam tui corporis. Edoma leues motus, „ pasce eos nõ in corporeis tabernaculis, sed in ta- „ bernaculis pastorum, qui regere gregem norũt. „ Sunt enim amabilia tabernacula Israel, sicut ne- „ mota obumbrantia super flumen. Hæc D. Am- D
Num. 24. v. 5. iuxta Septuaginta brosius alludens ad prophetiam Balaam, quæ sic habet: *Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel, vt valles nemorosa, vt horti (vel paradisi) iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula, quæ fixit Dominus quasi cedri prope aquas.* Vbi depinguntur proprietates præcellentes tabernaculorum, quę hic vocantur tabernacula pastorum.

D. pascendo circa tabernacula [illegible]

ET quam [illegible] crediderim [illegible] Ecc[illegible]ias particulares, [illegible] sto[illegible] [illegible] [illegible] regi[illegible]bu[illegible] bus, & donis cœlestibus [illegible] applicari possu[illegible] ad tabernacula, [illegible] vel religiosas familias, quas erexe[illegible] insignes Ecclesiæ pastores, & a[illegible] silius, Augustinus, Benedictus, [illegible] que Patriarchæ noui testamẽ[illegible]. quæ [illegible] la dicũtur valles, propter profun[illegible] da[illegible] tem, quam profitentur: nemurosæ [illegible] tilitatem, & pulchritudinem spiritua[illegible] propter custodiam, & sepes, q[illegible]us c[illegible] paradisi, propter spirituales d[illegible] [illegible] undãt: irrigui iuxta fluuios, pro[illegible] [illegible] cœlestium graciarum, & donorum [illegible] pientiæ, & doctrinæ: cedri, prop[illegible]
B perfectionis Euangelicæ, quam oble[illegible] à Domino, quia ipse speciali cu[illegible] protegit, & defendit, ne ab hostibus dimoueri valeant. Dicuntur aute[illegible] nacula Iacob, & tẽtoria Israel, pr[illegible] vtriusque vitæ actiuæ, & conte[illegible] instar Iacob luctantur contra vitia [illegible] & instar Israel vacant diuinæ cont[illegible] Vere amabilia sunt huiusmodi taber[illegible] de illis dicere possis cum Psalmista: [illegible] *tabernacula tua Domine virtutum! conc[illegible]* *fecit anima mea in atria Domini.*

De huiusmodi ergo tabernaculis datur silium salubre animæ perfectionis an[illegible] *hædos tuos iuxta tabernacula pastorum:* qu[illegible] vberiora, salubriora, & dulciora pascua in[illegible] poteris. Ibi habebis pastores, qui h[illegible]s tabe[illegible] lis præsunt, scientia, & sanctitate prædit[illegible] nouerũt animas regere, hædos reprim[illegible] re lupos, & oues in magna trãquillita[illegible]
C uare, quarum fœlicitatem sic describit D[illegible] sostomus: Ibi munda sunt omnia, absunt pro[illegible] perturbationes, curæ, tumultus, tranqu[illegible] portu nauigãt, ac velut luminaria sunt subli[illegible] de loco nauigãtibus fulgore suo iter aperient[illegible] in littore placido sedent, omnes ad quietẽ suam inuitantes, ac pertrahentes, nec naufragium pa[illegible] ti sinentes eos qui se intuentur, nec permittu[illegible] in tenebris degere eos qui suas aspic[illegible]unt sedes. Perge itaque ad illos, quære, accede, tange sacros pedes, quam aliorum caput attingere. Et paulo post. Quasi de terra ad cœlum, ita ad sancta cu[illegible] iuslibet viri monasterium de propriis domibus itur. Non ibi conspicis ea, quæ domi, mundus est locus ille, alta ibi quies, atque silentium est. Meum & tuum inde prorsus eliminatum est. Illic vel si diem vnum, aut duos manseris, tunc voluptatis maiori sensu perfunderis. Hęc Diuus Chrysostomus, plurimaque alia superaddens in laudem religiosorum, & de eorum mundis quæ accrescunt accedentibus ad tabernacula eorum, quasi commendans quod ait sponsus: *Pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum.* Nec ait, intra tabernacula, sed iuxta: tum vt seruaretur phrasis quam parabola exigebat; non enim consueuerunt greges pascere, nisi iuxta tabernacula, quæ in ipso loco pascuæ figuntur, tum quia non o[illegible]mnibus

... intrare in tabernacula religi- ... vocatione à Deo trahantur: at ... iam secularibus est valde expediens ... ta illa esse, & ab illis normam viuendi ... etiam edisceiit scientia sui, & Dei, ... mem ignorantiam pellat, quia nihil ita ... astores, quam vitamque scientiam do- ... tradere, & externis.

... ue vltimam addamus expositionē, in- ... es per tabernacula pastorum corpora ... quæ ita vocantur in Scriptura, quia in ... animæ, nō permanenter, sed muta- ... u sunt in hoc seculo. Qualia vero ... tabernacula, quibus ... lata, sculpta, & expolita fuerint; in- ... ba Apostoli dicentis: *Semper mortifica-* B *... in corpore nostro circumferentes, vt & vi- ... festetur in corporibus nostris*, & iterum. *... a Iesu in corpore meo porto.* Configurata corpora ista corpori Christi crucifixi ... s, quia continuo pascebant sanct hæ- ... sus suos iuxta tabernacula supremi pa- ... risti. Et quæ fuerunt hæc tabernacula, ... eriorium, & præsepe Bethleemiticum, ... Gethsemani, prætorium Pilati, & taber- ... crucis? Iuxta hæc commorabantur ... tes, quo pabulo sensus Christi pascebant ... mpe oculi sputis, aures blasphemiis, gu- ... e, & aceto, tactus diris doloribus, & tor- ... & hæc intuentes pascebant ipsi etiam ... suos, nō deliciis, & voluptatibus, sed ieiu- ... ciis, & variis afflictionibus spōte assum- ... pastori suo essent conformes. Tu igitur ... te etiam: *Et pasce hædos tuos iuxta tabernacu- ... rum* istorum, eo modo, quo illi pauerunt ... ta tabernacula supremi pastoris Christi; ap- ... ca sensus tuos, vt sentiant id ipsum, quod in C ... sto Iesu, & experiantur, quod ipse expertus est. Ita enim fiet, vt scias sensus tuos regere, ex- ... llus corrigēdo, & appetitus domādo incipies C ... am cognoscere te ipsum & Deum; perpen- dendo grauitatem morū peccatorum, propter quæ sensus Christi ita vexati sunt. Si ergo (ait) ignoras te, & locum vbi ego pasco, & cubo in meridie, vade ad tabernaculū crucis, & corpo- ris mei, ac tabernacula corporum seruorū meo- rum, & iuxta ea, quæ videris rege te ipsum, & quod desideras obtinebis præstante eodem Domino nostro Iesu Christo, &c.

EXHORTATIO XVII.

De causis ob quas donum contemplationis non datur tyronibus, antequam exerceant opera vitæ actiua: nec quibusdam pastoribus vt pascant suos greges; maximè peccatores, & adolescentes. D

Si ignoras te, ô pulcherrima, &c.

Ex his quæ hactenus diximus deducendus est ordo, quem cœlestis sponsus & magister his verbis præscribit, tum tyronibus, & imper- fectis, tum perfectis viris, prælatis, & pastori- bus circa exercitia, & opera vitæ actiuæ, & con- A templatiuæ. Vtrique enim fundunt illam pre- cationem, *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meri- die*: quia omnes appetunt dulcedinem & requi- em contemplationis. Sed vtrisque, etsi ob di- uersas causas respondet sponsus quod inhient ad omnibus accommodatæ, dum ait: *Si ignoras te, egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce hædos tu- os iuxta tabernacula pastorū.* Quid est dicere, igno- ras te, nisi nescis plene quid petas? Sicut de bea- to Petro cum in monte Thabor intuens Chri- stum in sua gloria transfiguratum dix it: *Domi- ne bonum est nos hic esse*, inquit Euangelista, *Nescie- bat quid diceret*, id est ignorans erat, nam petebat id quod nec ipsi expediebat, nec decebat Chri- stum Dominum, ipsi enim tanquam tyroni, & adhuc imperfecto expediebat è monte descen- dere e contemplationis, vt se exerceret in campo actionis, & terrenas affectiones mortificaret, corrigeret defectus, & ad altiora se redderet i- doneum, Christum vero decebat à monte de- scendere, vt munus Saluatoris expleret, & pro nostra salute mortem perferret. In hoc tamen minus ignorans fuit Petrus, quod non dixit ab- solute; *Faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moy- si vnum, & Eliæ vnum.* Sed *si vis*, quia instructus e- rat non suam, sed magistri facere voluntatem. Vnde non erat tempus tunc pascendi hædos, & sensus suos iuxta illa tria tabernacula pastorum, qui in gloria & maiestate apparebant, sed iuxta alia tabernacula pastorū qui in vita mortali de- gebant. Vnde pius, & prudens magister, non verbo, sed opere respondit, dum mox eum di- scipulis è monte descendit, vt miseris benefa- ceret. Matt. 17. v. 4 Luc. 9. v. 33.

Cur statim donum contemplationis non detur tyroni- bus, sed differatur. §. 1.

Vt ergo à tyronibus inchoemus, solet Deus illis in suæ conuersionis primordiis ad bre- ue tempus gratiam deuotionis & contempla- tionis elargiri: vt gustata suauitate spiritus de- sipiat illis delectatio carnis, vt facile illam re- linquant, terrena contemnant, imo & sæcu- lum fugiant, ad religionisque securum por- tum se conferant. Postea vero aufertur ab illis hæc gratia, vt operibus vitæ actiuæ, propter- que abnegationi vehementius insistant, qua se disponant, vt eandem gratiam vberius, & secu- rius recipiant. Cum ergo ad Deum pro dono contemplationis clamant dicentes: *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie*, respondetur illis: *Si ignoras te*, imo quia ignoras te, *Egredere* è secreto contemplationis, quod intempestiue desiderabas, *Et abi post vestigia gregum*, sequen- do bona opera, & exempla bonorum, ad eo- rum normam proprias dirigendo actiones, *Et pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum.* Nōdum es idoneus ingredi in hæc tabernacula, & cuba- re; ac quiescere intra illa cum viris contempla- tiuis, veniet tempus, quando Deus abscondat te in tabernaculo suo, & in abscondito faciei suæ à conturbatione hominum. Interim mane iuxta tabernacula pascendo, & regēdo omnes sensus, & appetitus tuos iuxta regulas à viris contem- platiuis traditas. Mane autem non longe, sed prope tabernacula, quoniam esto exerceas ope- ra vitæ actiuæ, oportet tamen, quod accedas ad aliqua, quæ disponunt ad contemplationem.

Nempe legendo pios libros, orando, meditan-
Lib 1. de ,, do aliqua mysteria, & his similia. Euenit (in-
prepara- ,, quit Ricbardus de sancto Victore) huiusmodi
tione ad ,, imperfectis quod Iacob, cum vehementer de-
contem ,, fideraret ducere vxorem pulchram Rachelem,
plat. c. 4. ,, & illo inscio supposita est ei Lia laboriosa, &
Gene. 29. ,, lippa. Nam quemadmodum Lia supponitur,
v. 16. ,, dum Rachel speratur: ita sæpe contingit, vt a-
,, nimus antiquæ conuersationis sordibus minus
,, mundatus, & ad cœlestem contemplationem
,, nondum idoneus, dum se in cubiculo Rache-
,, lis, id est dulcis contemplationis collocat, dum
,, se in eius amplexus totum parat, dum iam illam
,, se tenere putat, subito & inopinate inter ample-
,, xus Liæ se esse deprehendit, id est operibus vitæ
,, actiuæ mancipatur, vt se suosque defectus agno-
,, scat, lugeat, corrigat, & ad normam institiæ B
,, componat.

Li. 6. Mor. Idem confirmat Dinus Gregorius eodem al-
c. 37. & 18. lato exemplo, aliisque pluribus, maxime il-
Luca 8. v. lius, qui à legione dæmonum liberatus, cum
38. Christo Domino semper esse cupiebat, eius-
" que dulci frui doctrina, & societate: & tamen
" iussus est prius redire in domum suam. Cum e-
" nim (inquit) quamlibet parum de diuina co-
" gnitione recipimus, tedet ad humana iam no-
" minus, quietem contemplationis quærimus, ni-
" hilque aliud, nisi hoc quod sine labore reficit a-
" nimam, amamus: sed sanatos nos veritas ad do-
" mum mittit, vt videlicet mens prius desudet in
" opere, & postmodum refici debeat contempla-
" tione.

" Sed præcellentius hoc indicant verba spon-
si: dicebat anima; indica mihi Domine locum
vbi pascas, & cubes, vt te ibi quæram, & inue-
niam. Respondet, non expedit tibi, quod ego
statim indicem, & admittam ad locum illum:
egredere prius in campum ad laborandum,
quia modo non est tempus ocii, sed laboris, a-
bi post vestigia gregum, quæ ad illum locum te C
ducent, & indicabunt tibi: quia dum Sancto-
rum per bona opera sequeris vestigia, peruenies,
vt si iuxta eorum quieta tabernacula: ibi au-
tem prius quam ingrediaris, pasce hædos, tege
omnes tuos actus, & affectus, & hoc expleto,
ingredieris in tabernacula eorum, vt quiescas
cum illis. Quod sub alia parabola dixerat idem
Prou. 24 Salomon in Prouerbiis: *Prepara foris opus tuum,*
v. 27. *& diligenter exerce agrum tuum, vt postea ædifices do-
mum tuam.* Id est præpara te ad opera externa
exercenda & prius ex colendo agro corporis tui
grauiter insiste, & in virtutibus acquirendis di-
ligenter insuda, & postea quiete fruetis con-
templationis, in qua velut in domo clausus re-
quiesces. Nam sicut ex fructibus agri exculti,
homo vescitur, ditatur, & habet sumptus ad æ-
dificandam domum, vbi quiescat: sic ex operi-
bus vitæ actiuæ spiritus reficitur, & locupleta- D
tur, vt possit ad requiem peruenire vitæ con-
Genes. 49. templatiuæ. Si placet hæc requies, placeat & la-
v. 14. bor, sine quo non potest obtineri. Esto vt Isacar,
de quo scriptum est: *Isacar asinus fortis accubans
inter terminos, vidit requiem, quod esset bona, & terra
quod optima esset, & supposuit humerum, ad portan-
dum, factusque est tributo seruiens.* Iustus enim cum
in statu est incipientis, debet esse instar asini ro-
busti: humilis, mansuetus, totusque diuino ob-
sequio mancipatus, fortis & constans ad portā

A dum onera legis diuinę, & ad perfere[...]
vitæ [...] umnas, laboresque pro virtute [...]
da tolerandos. Hic autem videt per fid[...]
nul an[...] etiam experientiam, quod requies
diuinæ contemplationis est bona, d[...] lcu, & a- D.
bilis, & terra hæc, quæ propter est iusti rum in
hac peregrinatione quies optima, & valde con-
cupiscibilis. Nam de ea dicitur: *Spera in Domino,
& fac bonitatem, inhabita terram, & pasceris in diuiti-
is eius.* Capitur autem huius requiei, & terræ op[...]
mæ amore & desiderio ingrediēdi in illam, [...]
posuit vtrumq; humerum suum, scilicet corp[...]
& spiritum, offerēs se ad quoslibet labores po[...]
tandos pro vitiis expellēdis, & acquirend[...]
tutibus, quæ ad illius fruitionē disponu[...]
que spontanee factus est tributis seruiens, [...]
uens cūcta tributa, quæ Deo & proxim[...]
illi tributum amoris, religiosi cultus, & obe[...]
tiæ: his charitatis fraternæ, iustitię & mise[...]
diæ. Interim tamen quod requiem desid[...]
non obtinet, nō est turbatus, & anxius, se[...]
deste accubat inter terminos sibi præ[...]
sorte contentus, donec dicatur illi: A[...]
de superius. Iam satis laborasti, ingredere [...]
bernacula pastorum, & in locum vb[...] ego pa[...]
& cubo in meridie, vt desiderata contemplatio
nis requie perfruaris.

*Cur quibusdam perfectis & pastoribus negetur contem-
platio ad tempus.* § 2.

NON mirandum quod tyronibus negetur
donum contemplationis, quam semel gu-
starunt, quia nondum sunt sat idonei, miran-
dum tamen, quod aliquando negetur perfectis,
prælatis, & pastoribus, qui in statu sūt perfecti-
onis, & in cellaria Domini introierunt, ratione
quorum Ecclesia maxime dicitur pulcherrima
inter mulieres, id est inter alias animas, quæ sor-
C tem incipientium, & proficientium non exce-
dunt. At si huiusmodi pastores plus nimio ocio
contemplationi vacent, & instāter scire deside-
rēt locum quietum, vbi Deus pascat, & cubet in
meridie, respōdet illis magister cœlestis: *Si igno-
ras te,* & quæ sunt officii tui, vel quia id videris i-
gnorare, *egredere,* à loco quietæ cōtemplationis,
egredere à domo in agrum ad laborādum in vi-
nea Domini, ad exercēdum munus pastoris cir-
ca greges tibi commissos. Non licet tibi semper
domi te continere: quia munus tuum opera v-
triusque vitæ exigit, & modo his, modo illis de-
bes insistere. Vnde hoc verbum, egredere, adeo
fixum mansit in mente sponsæ, vt ipsa postea
sponsum ad egrediendum secum inuitarit, di-
cens: *Veni dilecte mi egrediamur in agrum, commore- Cant. 7. v. 11.
mur in villis, manè surgamus ad vineas, &c.*

At de modo egrediendi eam nunc instruens
D sub metaphora pastoris ait: *Abi post vestigia gre-
gum.* Pastor quidem duo habet munia circa gre-
ges, alterum est præire illis tanquam dux, quem
oues sequantur cum ad pascua tendunt. Iuxta
illud: *Pastor, cum proprias oues emiserit, ante eas va- Io. 10. v.
dit, & oues illum sequuntur.* Dicitur autem vadere
ante eas, quia præcedit insigni, & exemplari vi-
ta, quam subditi imitentur, ita vt ipsi eant post
vestigia sui pastoris, nam vt supra diximus
hoc est ire post vestigia Christi supremi pastoris,
quem omnes alii sequi tenentur: De quo Ierem. Ier. 17. v.
dixit;

...; *Et ego non sum turbatus te pastorem sequens*; at ...nia past... præcedens oues tūc non videri ... ei vidcatnt ab eis, alterum etiam eius munus, ... abire post greges, qui non solum indigēt du...e, sed custode ac directore; & ideo post ones abit, vt inspiciat an aliqua defessa maneat, vel rec...dat a via per quam ducitur ad pascua. Quo sen...u dicitur de Dauide, cum pastor erat: *Ego te tuli de pascuis sequentem greges* Et, *De post fœtantes accepit eum*. Iubetur ergo pastori Eccles. abire post vestigia gregum, non vt sequatur, si forte errent, sed vt videat, corrigat, & dirigat eos, opere præstans, quod commendat Salomon dicens: *Diligenter agnosce vultum pecoris tui, gregesque tuos considera*, ne forte Deus conqueratur de te, sicut de malis, & ignauis pastoribus, dicens: *Quod infirmum ... non consolidastis, & quod ægrotum non sanastis, quod confractum est, non alligastis, & quod abiectum est non reduxistis, & quod perierat, non quæsistis*. ... quæ omnia præstare nequeunt, nisi abeant ... greges, & eorum vestigia considerent. Cō...o autem omissum est pronomen gregum, *tuorum*, vel *meorum*, vt iam insinuauimus: quoniam pastores magnifacere debent greges tanquam greges Christi, & tanta solicitudine pascere, ac si essent proprij, non sicut mercenarij, ... vt proprij pastores.

Prou. 27. v. 23.

Ezech 34. v. 4.

...d pergit vlterius instructio dicens: *Pasce hædos tuos*; eo quod pastoris cura multo magis ...cessaria est subditis dyscolis, quam modestis, ... eo enim nō est lex posita, ipse sibi est lex, ipse sibi est pastor, ipse se corrigit, & dirigit in viam rectam. At dyscoli non nisi magna vigilātia pastorum reguntur, & ideo peculiariter ei dicitur, *Pasce hædos tuos*, non deseras eos, quia hædi sunt, etsi tibi sunt molesti, sed pasce. & rege eos, quia propter hos magis pastoris officium tibi commissum est. Onus hoc (inquit Diuus Bernardus) „ animarum est, & infirmarum; nam quæ sanæ „ sunt portari non indigent, ac per hoc neq; onus „ sunt. Quoscumque igitur de tuis inueneris; tri„ stes, pusillanimes, murmuriosos; ipsorum te pa„ trem, ipsorum te noueris esse pastorem, conso„ lando, exhortando, increpādo, agis opus tuum, „ portas onus tuum, & portando sanas, quos sa„ nando portas. Si quis vero ita sanus est, vt magis „ iuuet te, quam iuuetur à te, huius te nō patrem, „ sed parem comitem agnoscas. Nā hoc est quod „ Saluator dixit, *Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus*. Non quod omnes non indigeāt pastore, cum generaliter dictum sit Petro: pasce agnos meos, & oues meas: sed quia peccatores maiori cura indigēt. Ideo sponsæ dicitur considera inter greges, qui sunt hædi, & illos peculiari solicitudine pasce, & rege.

§. 3.

SEd adhuc amplius est quod consideremus in hædis, qui filij sunt teneri caprarum, nec per incremētum ætatis ad malitiam hircorum perueniant, quasi velit pastoribus Ecclesiæ commendare, vt peculiarem gerant curam pascendi sui gregis hædos, id est pueros & adolescentes, qui ex tenera ætate ignorantes, & ad malum proni esse solent, ideoque maiori cura sunt pascendi, instruendi, & infrenandi, ne dum ætate crescunt, hirci lasciui, superbi, ac indomiti euadant. Hos oportet attentius considerare, & vultus agnoscere, quia difficilius cognoscuntur eorum vestigia: iuxta illud Salomonis: *Tria sunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro: viam aquilæ in cœlo, viam colubri super petram, viam nauis in medio maris, & viam viri in adolescentia sua*. Ideo autem hoc quartum est cognitu difficilius, quia in eo cohærent reliqua tria. Nam via adolescentis instabilis est, & vaga, nunc huc, nunc illuc rapitur vel à cupiditate mundanæ gloriæ, sicut aquila, vel à concupiscentia carnis, sicut coluber, vel à cupiditate diuitiarum, sicut nauis institoris. Quare merito comparātur hædis, qui instabiles sunt, & à natura in libidinem proni, maiorique vigilantia sunt pascendi.

Prou. 3. v. 12.

D. Ambr. serm. 2. in Psal. 118.

Sed iuxta tabernacula pastorum. Quia nullus melior modus regendi iuuenes, quam pascendo eos iuxta tabernacula, congregationes & collegia seniorum, vt eorum inhæreant vestigiis, & discānt mores. Sequatur (ait D. Ambrosius) cō„ uersationis electio, vt adolescentes adiungātur „ probatissimis quibusque senioribus. Nam, vt „ æqualium vsus dulcior, ita seniorum tutior est, qui „ magisterio quodam, & ducta vitæ colorat mo„ res adolescentium, & velut murice probitatis „ inficit. Si bi enim qui sunt ignari locorum cum „ solertibus viatum iter adoriri gestiunt, quanto „ magis adolescentes cum senibus debēt nouum „ sibi vitæ iter aggredi, quo minus errare possint, „ & à vero tramite virtutis deflectere? Nihil enim pulchrius quam eosdem magistros vitæ, & testes habere. Idq; fuse confirmat exemplis Iesu Naue, qui adhæsit Moysi; Loth, qui Abrahæ; Elisæi, qui Eliæ; Timothei, & Titi, qui Paulo: vnde maximos virtutum & gloriæ hauserunt profectus, & qui fuerunt socij conuersationis, facti sunt successores potestatis. Propter quod Tridētina synodus antiquorum canonum vestigia sequens, commendat Episcopis, vt erigere curent in singulis Ecclesijs cathedralibus, & prope ipsas Ecclesias collegia, vel seminaria in quibus adolescentes ad pietatem, & religionem informentur, antequam vitiorum habitus totum hominem possideat: quia adolescentium ætas, nisi recte instituatur, prona est ad mūdi voluptates sequendas. Hoc ipsum crediderim esse quod cœlestis sponsus Ecclesiæ eiusq; prælatis commendat, cum ait: *Pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum*. Quid enim sunt hæc seminaria, nisi pascua sita iuxta tabernacula, & Ecclesias pastorum Ecclesiasticorum, quorum doctrina, directione & exemplo, hædi, id est adolescentes, pascuntur, vt mutatis, & reformatis moribus, agni Christi fiant, & tandem in pastores aliorum opportuno tempore possint promoueri.

Lib. 1. offic. c. 43

Lib. 1. offic. c. 20.

Sess. 23. c. 18. de reformat.

Non enim sine causa, vt notat Diuus Chrysologus, bis Christus commendauit Petro, vt pasceret agnos, & id primo loco, deinde vt pasceret oues, vt curam adolescentium duplicatam haberet; quia egentiores sunt, quam iam prouecti, & quia ex bonis agnis optimi fient arietes & oues.

Io. 21. v. 15.

En quam vbertima pascua cœlestis doctrinæ ex primis verbis sponsi proposita sunt nobis; vtinam illis pascamur, & proficiamus ad laudem & gloriam ipsius sponsi in secula seculorum. Amen.

PARS TERTIA LIBRI TERTII.

De quibusdam virtutibus quæ sunt preciosa ornamenta animæ ad Dei contemplationem anhelantis.

EXHORTATIO XVIII.

De insigni beneficio, quo anima ex statu peccati, & seruitutis diaboli transfertur in statum gratiæ, & equitatum Dei: & de cognitione sui ipsius secundum ea quæ spectant ad vtrumque statum.

Can. 1. v. 8. Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te, amica mea.

De Deipara. AB hoc versu vsque ad finem capitis, imo vsque ad dimidium sequentis, sponsus & sponsa laudibus certant inter se, & alternis prope versibus alter alterum laudat. Cum autem in toto hoc epithalamio sponsa laudatur, cuiusnam laudes proprius decantari credis, quam beatissimæ Deiparæ, quæ digna est ab omnibus laudari, & maior est omni laude? De illa enim in hoc Cantico dicitur: *Viderunt eam filiæ Sion, & beatissimam prædicauerunt, & Reginæ, & concubinæ, & laudauerunt eam.* (Can. 6. v. 8) Omnes enim animæ, quæ filiæ sunt Dei, & sponsæ Christi siue dicantur Reginæ, siue concubinæ, id est siue maiores, siue minores, filiæ etiam sunt huius sanctissimæ matris; eamque omnes beatissimam prædicant, ac miris laudibus extollunt. C Sed quibus magis, quam iis quibus cœlestis sponsus eiusque filius extulit illam? Ipse enim solus potest digne laudare, qui cuncta laude digna in aliis Sanctis dispersa, in ipsa coniunctim collocauit, iuxta illud D. Hieronymi proloquium: Cæteris per partes præstatur, Mariæ vero se totam simul infudit gratiæ plenitudo. (Serm. 2. de Assumptione.) Et has laudes complexus sponsus in hac prima mire decantat dicens: *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te, amica mea.* Equitatus dicitur equitum lucidissimus exercitus: & quis Christi equitatus dicitur, nisi omnium lucidissimus exercitus Sanctorum variis ac miris virtutibus, & gratiis exornatus? Ad hunc equitatum pertinet acies Patriarcharum, & Prophetarum, omniumque iustorum, qui in veteri testamento erepti à Pharaonis tyrannide D maximis victoriis fuerunt clarissimi. Ad eundem etiam spectant castra Apostolorum, & Martyrum, Doctorum, & Virginum, & cæterorum, qui in nouo testamento antiquos sanctitate, & fortitudine superarunt. His omnibus simul assimilatur Dei genitrix, quia in ea vna omnium gratiæ, & virtutes, incredibili tamen excessu continentur. Sed & altius euolat,

A & pertingit vsque ad Dei equitatum [...] qui est exercitus Angelorum nouem [...] stitutus, & variis donis ornatus, cui eti[...] similatur. Nam quidquid sapientiæ, & gra[...] elucet in illis, multo excellentius fulget in illa: nam vt inquit D. Ephrem, ipsa est sanctior Cherubim, & Seraphim, & nulla comparatione cæteris omnibus superis exercitibus gl[...]riosior; præstantissimum orbis terræ miraculum, & omnium Sanctorum corona ob fulgorem inaccessa: cui adstipulatur Petrus Damianus dicens: Virgo inter animas Sanctorum, & Angelorum choros supereminens, & eue[...] merita singulorum, & omnium titulos antecedit: & in illa inaccessibili Dei luce perlucens, sic vtrorumque spirituum hebetat dignitate[...] vt sint quasi non sint, nec debeant apparere. Merito ergo vtrique hominum & Angelorum B equitatui Virgo comparatur, quæ vtrorumque gratias, & dona sic amplexa est, vt sicut stellarum exercitus obscuratur à sole, sic illorum gratiæ sint ac si non essent in eius præsentia. O Virgo gloriosissima, sancta, & sanctis sanctior, & omnis sanctitatis sanctissime thesaure, tua nos perfunde luce, vt huius equitatus Ecclesiæ, cuius partem esse cupimus, præclaras virtutes explanare, & obtinere tuis precibus valeamus. (Ex Orat. serm. d[...])

Declaratur similitudo huius equitatus. §. 1.

CVM cœlestis sponsus dilectam suam duriuscule increpasset vt vidimus, ne tristior remaneret, bona illi aliqua, & preciosa, quæ iam acceperat, in memoriam reducit, & alia quæ nondum acceperat promittit. Ac si diceret, vt notat Diuus Bernardus; quod tibi dure locutus sum amica mea, nulla in te suspicio C sit odii, vel rancoris. (Serm. Can[...]) Nam signa amoris mei in te euidentia sunt, ipsa mea munera, quibus te honoraui, & ornaui, nec mihi in animo est illa retrahere, sed magis addere ampliora. Vnde cum illam vocasset pulcherrimam inter mulieres, hanc pulchritudinem tribus, vel quatuor appositis similitudinibus confirmat, & amplius declarat. Prima est, *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te, amica mea.* Exuit Salomon personam pastoris, sub qua hactenus locutus fuerat, & induit propriam personam Regis, vt tamen Christum repræsentabat. Et quia (vt Regum narrat historia) innumeros habebat equos, & currus pulcherrimos ex Ægypto adductos tanquam ex communi cæterarum regionum emporio, ideo ex his sumpta similitudine, ait: Tanta est, ô amica mea, pulchritudo tua, quod assimilauerim te equitatui meo, qui constat equis, & curribus Pharaonis, id est preciosissimis, & præstantissimis ex Ægypto mihi adductis. (3. Reg. 10. 2. Par. 9. 25.) Phrasis D enim est apud omnes nationes vsitata, res preciosas sæpe nominare ex locis, & regionibus, aut vrbibus, in quibus procreantur, vel diuenduntur. Non reprobo hanc similitudinem, quæ etsi humilis, sublimes tamen, & vtiles valde habet sensus postea explicandos.

Sed aliam præfero sublimiorem, in qua spõsus exuta persona pastoris induit personam Dei omnipotentis, qui Dominus, Rex & dux fuit (Ex Origene & commun. Patrum) Israeli-

... tyrannica Pharaonis fer- A ..., & per illum currus Pha-... perans, & demergens. Vt sensus sit: sic-... equitatus fuit pulcher præ curribus Pha-... quus superauit, ita tu amica mea decora ... ellia omnibus mulieribus, ipsi equitatui ... similis effecta. Sed adhuc subtilior later ... exio in hac ipsa similitudine. Nam cum in-... sponsus animam, quod non se cogno-... c locum vbi ipse pasceret, & cubaret in ... die & ad vtramque cognitionem haben-... mi fer eam ad vestigia gregum, & ad ta-... cu ... orum, nunc volens plenius v-... m illi præstare, mittit eam, seu ... m Israelitico equitatui, qui quon-... pro oppressus à Pharaone in operi-... , & ... libus cogebatur inseruire; mira-... en ab hac oppressione erutus, curri-... raonis in mare submersis per desertum ... us prodigijs, & beneficijs affectus in ter-... ... ℞te, & melle manantem est introdu- B ... huius sancta anima sponsi amica (vt dicit ... tegor.) similis efficitur, quando à similibus erepta malis, similibus est affecta beneficijs, & in vtrisque cognoscit quid habeat ex propria nat ra corrupta, quid vero ex diuina misericor-di ... & gratia.

... od sic eleganter explicat Origenes: *Equi-... s meo in curribus Pharaonis*. Id est qui fuit ante ,, ... tribus Pharaonis, sed iam nunc est equi-,, ... meus, & sequitur me in equis albis puri-... atus in lauacro aquæ; *Assimilaui te amica mea*. ... ius similis eras animabus, quas diabolus ... elut quadrigas agit, & quibus velut curribus ,, ... census exagitat, & impugnat alius instos: ,, ... m vero similis es illis quę frænum disciplinę meæ accipiunt, & iugum portant meum, & ... spiritu aguntur meo. Si vis ergo intelligere ô ... onsa, quomodo scire te debeas, cognosce ,, ... ui te comparauerim, & tunc videbis talem te ,, esse, quæ turpari non debeas, cum tuam spe-,, ciem cognoueris. Assimilata enim es equita-,, tui meo in curribus Pharaonis, siquidem ,, quantum differt equitatus meus ab equis ,, PHARAONIS, tanto melior es filiabus ,, omnibus tu amica mea. Hæc fere ex Ori-,, gene.

De misero statu animæ pertinentis ad equitatum diaboli. §. 2.

SEd explicemus amplius hunc duplicem statum animæ; alterum quo assimilatur equitatui, quadrigis, & curribus diaboli per Pharaonem præsignati; alterum quo assimilatur equitatui Dei ab illa tyrannide mirabiliter erepti. In p... imo commoratur misera anima, quæ adhuc ... anet in Ægypto, quod interpretatur tenebræ, quia iacet in tenebris erroris, vel ignorantiæ, & ... prudentiæ, vel peccati, donec per Dei voca-... em transfertur in lucem fidei, & gratiæ. D Iuxta illud Apostoli; *Qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumen suum, & qui eripuit nos de potestate tenebrarum harum*. Significat etiam Ægyptus idem quod angustiæ, vel tribulationes. Nam quæ sunt acerbiores angustiæ, quam illæ, qui-... us opprimuntur peccatores? cum ipsi dicant; *Lassati sumus in via iniquitatis, perambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus*. Vnde Pharao Ægypti huius Rex vehementer affligebat populum Israel oneribus, & operibus duris luti, & lateris in amaritudinem perducens animas eorum. Quod sic explicat Diuus Augustinus.

1. Pet. 2. v. 9. Ad Col. 1. v. 13.

Sap. 5. v. 7.

Exod. 1. v. 11. & 14.

Serm. 84. de temp.

Rex Ægypti ipse diabolus te cogit ad opera sua, non iustitiæ, sed iniquitati seruire. Ipse " facit laterem sibi operari, & lutum, ipse te sub " præpositis, & compulsoribus ad opera terre-" na, & luxuriosa plagis, & verberibus agit; ipse " est qui te facit per seculum discurrere, maris ac " terræ elementis pro cupiditate turbari. Ipse est " Rex Ægypti, qui te forum pulsare litibus agit, " & pro exiguo terræ cespite propinquos iurgijs " fatigare. Ipse est qui te persuadet luxuria insi-" diari castitati, decipere innocentiam, in domū " tuam, quæ sunt fœda, foris quæ sunt crudelia, " intra conscientiam, quæ sunt flagitiosa com-" mittere. Si ergo tales videris esse actus tuos, " scito te Regi Ægypti militare, & non Christi, sed diaboli spiritu agi.

2\. Quod amplificat Origenes ex eo quod Pharao coegit Israelitas ædificare ei duas vrbes, *Phitom, & Ramesses*. Quarum altera, *os defectionis*, vel *os abyssi* altera *commotio tineæ* interpretatur, eo quod omnes impellit ad mendacia, vt à veritate, & virtute deficiant, à Deo recedant, & in abyssum intereant, & perditionis tendant, thesaurosque sibi congregent, quos tinea exterminat, fures effodiunt, & furantur. Nec incongrue hæ duæ vrbes dicentur vanitas & voluptas, quę in mundo prædominantur, vbi diabolus congregat omnes vitiorum perditissimos thesauros, sicut Pharao suos in illis duabus commemoratis cōgregabat. Phitom est vrbs vanitatis in qua resident omnes filij superbiæ, quorum est lingua magniloqua, & os loquens ingentia contra Dominum, aduersus quem machinantur defectionem. Sed dum extolluntur vsque ad cœ- C lum, detrahuntur vsque ad abyssum, quæ aperit os suum, vt ora superborum degluriat. Ramesses est vrbs voluptatis, in qua degunt ij, qui gulæ, & libidini seruiunt: sed eorum voluptas carnalis, dum corpus videtur recreare, illud rodit velut tinea, & consumit: nam scriptum est, quod *Dulcedo eius est vermis*. Vtramque ciuitatem ædificat populus peccatorum; de quo conqueritur Dominus, cum ait duo perpetrasse mala; nam, *Me*, inquit, *dereliquerunt fontem aquæ viuæ*: Ecce os defectionis recedens à Deo, *Et foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ non valent continere aquam*. En commotio bonorum temporalium, quæ perforantur à tinea, & bene vocantur cisternæ dissipatæ, quia fodiuntur instinctu diaboli, & iussu Pharaonis, quod interpretatur, dissipans, quia mens eius est dissipare virtutes, & bona solida sanctitatis, imo dissipare animas sicut ipse dissipatus est.

Exod. 1. v. 11. Hom. 11. in Exod.

Iob. 24. v. 20.

Ier. 2. v. 13.

Tunc autem plene dissipat quando illas sibi D quadriges, & currus constituit per quatuor prauas propensiones, quæ sunt velut rotæ currus, quibus velocissime ducitur, quocumque auriga velit illum ducere: nimirum concupiscentia carnis, cupiditas diuitiarum, superbia, seu ambitio seculi, & auiditas curiosa sciendi, quæ non oportet. Hi autem quatuor appetitus inordinati non solum sunt rotæ, quibus currus dia-

boli facile voluitur, & quodcumque onus peccati quantumuis graue suauiter portatur, sed etiam sunt stimuli agitantes equos, quibus diabolus insidet, vt velocius currant ad omne malum. Ecce descripsi tibi statum peccatoris, qui equus est, & currus Sathanæ, ab ipso in omne peccati genus agitatus, & à propriis internisque propensionibus stimulatus, & cum semper ambulet intra Ægyptum, *Quia via eorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini persequens eos*, necesse est vt corruat in innumera flagitia ipso malo angelo vrgente, & persequente.

Ps. 34. v. 6.

Aliter declarat D. Bernardus has quadrigas, & currus Pharaonis, vt sint ipsa capitalia vitia, singulis proprias totas attribuens, propriosque stimulos. Sed idem est hæc referre ad vitia, vel ad animas vitio deditas; quia vitia non sunt nisi in animabus vitiosis, & hæ proprius dicuntur equitatus diaboli, quadrigæ, & currus ipsius, quibus interdum vtitur ad alias animas debellandas, & dissipandas; sed nos cœptam metaphoram prosequamur.

Serm. 39. in Cant.

B

Pro Fer. 6. post 1. Dom. Quadrag.

De mirabili ereptione animæ, & translatione in equitatum Dei. §. 3.

De Baptismo. Exod. 14. v. 25.

AB hac igitur dura & tyrannica diaboli seruitute eripit Deus animam potenti virtute, cum admirabili vocatione eam ad se conuertit, & in mari rubro, id est, in sacramento baptismi, aut pœnitentiæ, sanguine Christi rubricato Pharaonem, & equitatum, seu exercitum eius demergit, rotasque curruum subuertit; id est diaboli potentiam confringit, cuncta peccata suffocat, prauas animæ propensiones eneruat & mortificat, vt ipsa in libertatem filiorum Dei „ transeat. En (inquit D. Prosper) vindex aqua, „ sacrata verbo, rubrata sanguine, ligno crucis „ in mysterio virgæ percussa, salutem ad Salua- „ torem venienti administrat. Peccata vero cũ auctore diabolo, vt Ægyptios cum suo rege in profundo detrudit: sic est Deus noster, de quo Propheta Michæas dicit, *Ipse reuertetur, & miserebitur nostri; & proiiciet in profundum maris omnia peccata nostra.* Quanto autem gloriosior sit hic triũphus spiritualis altero corporali, sic explicat Di- „ uus Bernardus; An non tibi multo fortius, lõ- „ geque gloriosius esse videtur diabolum pro- „ sternere, quam Pharaonem; atque aereas de- „ bellare potestates, quam currus Pharaonis „ subuertere? Ibi pugnatum est aduersus car- „ nem & sanguinem, hic aduersus principes, & „ potestates, aduersus mundi rectores tenebra- „ rum harum, contra spiritualia nequitiæ in cæ- „ lestibus; ibi subuertũtur currus Pharaonis, hic „ carnalia & secularia desideria, quæ militant „ aduersus animam. Illi in fluctibus, isti in fleti- „ bus, marini illi, amari isti, puto, & nunc clami- „ tare dæmonia, si forte contingat incidere in „ talem animam; fugiamus Israelem, quia Do- „ minus pugnat pro eis contra nos.

De vocat. Gent. c. 36.

C

Mich. 7. v. 19.

Serm. 39. in Cant.

Ad Eph. 6. v. 12.

Exod. 14. v. 25.

„ Sed fusius & egregie valde depingit hanc „ terribilem pugnam, & mirabilem ereptio- „ nem Diuus Gregorius Nyssenus his verbis; Et „ quis non videbit equos Ægyptiorum, sagitta- „ tarios, funditores, armatos equites, ac pedites, „ currus, vniuersamque ipsorum potentiam va- „ rias esse animi passiones, quibus seruituti ho-

Li. de vita Moysis circa medium.

A

mo subijcitur: Quid enim ab illo Ægyptio- „ rum bello ira effusa, voluptas effrænata, do- „ lor immoderatus, auaritiæ fœditas differt? „ Nonne quasi hasta tremens iræ impetus est? „ nonne quasi effrænati equi huc & illuc cur- „ rum trahentes, nimię voluptates animum ve- „ xant? Erant enim tristatæ (vt historia tradit) in „ curribus, tres videlicet in singulis bellatores: „ quibus tripartitam animi potestatem intelli- „ gi credimus: rationalem videlicet, concupiscibilem, & irascibilem, has tres potentias deprauatas: quæ omnia earumque affinia cum duce suo, vna, scilicet, cum fideli anima in aquam baptismatis incidunt, quæ fidelibus, qui ad eam refugiunt, vitam præstat, persecutoribus autem mortem infert. Et paulo post sic ait; Oportet vniuersum vitiorum exercitum in aqua occiderę, neque solum effectus vitiorum, sed ipsos animi motus, atque perturbationes, quæ hominum naturam quodammodo consequũ- „ tur, in quantum possibile est, in aqua submer- „ sas relinquere debemus.

Septuaginta interpretes vertunt

B

Hæc Nyssenus; quæ etiam ad sacramentum pœnitentiæ possunt referri; quod baptismus quidam est fluminis, & fletus, in quo peccata occiduntur, & animæ viuificantur, & ex potestate diaboli in Dei libertatem transferuntur.

Sed audiamus Originem pereleganter describentem hanc victoriam, dum explicat illa verba Cantici, quod cecinerunt Israelitæ, dicentes, *Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius: currus Pharaonis, & exercitum eius proiecit in mare: electi principes eius submersi sunt in mari rubro.* Ipse autem sic vertit, *Deus conterens bella Dominus nomen est illi: quadrigas Pharaonis, & exercitum eius proiecit in mare, electos ascensores, ternos statores demersit in mare rubrum.*

Hom. Ex. Exod. v.

Nolo (inquit) putes, quia tantum visibiles „ pugnas conterit Dominus, sed illas cõterit, q „ nobis sunt aduersus principes & rectores te- „ nebrarum harum. Pharao, id est diabolus, vel- „ ut potentior in malitia, & regnum nequitiæ „ tenens, quadrigas agit; non enim illi satis est „ vnum equum ascendere, sed plures simul agi- „ tat: plures simul plagis torti verberis cogit: „ quoscumque videris in luxuria turpiores, in „ crudelitate sæuiores, teteriores in auaritia, & in „ impietate flagitiosiores, scito hos de quadrigis „ esse Pharaonis, in ipsis sedet, ipsos currui suo „ subiungit, & ipsis fertur, & volitat, & per aper- „ tos scelerum campos effusis eos agit habenis. „ Sunt & alij electi ascensores, electi sane ad ma- „ litiam. Terni autem statores in singulis curri- „ bus dicuntur, pro eo quod triplex est homini- „ bus peccandi via: aut enim in facto, aut in di- „ cto, aut in cogitatione peccatur. Et ideo terni „ statores sunt Angeli nequam de exercitu Pha „ raonis, qui tres istas peccandi in nobis obsi- „ dent vias, & speculantur semper, & insidijs a- „ gunt, vt ex misero homine, aut sermonem ma- „ lum eliciant, aut iniquum opus extorqueant, „ aut cogitationem pessimam rapiant: hos om- „ nes demergit Deus in rubrum mare, cum nos „ ab illis eruit, & ipsos ignitis fluctibus tradit. „ Hæc fere ex Origene nonnullis mutatis. Merito ergo sicut filij Israel gratias agentes Deo pro tam insigni victoria, dicebant, *Cantemus Domino;*

C

D

Exo. 15. v. 1.

gloriose

[illegible] *ipse enim magnificatus est, equum & ascensorem* [illegible] *in mare.* Sic & nos gratias debemus referre [illegible] has diaboli quadrigas demersit in [illegible] um & nos equitatui suo mirabiliter [illegible] ssimilauit.

[illegible] rum quæ diximus libet typum adducere [illegible] iucundum, ex probarica piscina, quæ c[illegible] os [illegible] mis, in qua, vt refert Diuus Ioannes, *iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, & aridorum expectantium aquæ motum.* En [illegible] ad [illegible] gas [illegible] iaboli submergendas in aqua. My[illegible] ci im [illegible] uatuor hæc genera infirmorum, v[illegible] ne [illegible] tantgenera peccatorum: languidi [illegible] ent [illegible] is affectibus inordinatis ian[illegible] ua [illegible] s humoribus superantur: cæci qui [illegible] a [illegible] e laborant, vel per ignorantiam [illegible] ueuerunt: claudi qui hæsitant, [illegible] que in duas partes volentes inserui[illegible] u [illegible] o & mammonæ, siue qui ex infirmi[illegible] & naturæ imbecillitate delinquunt: aridi, qui affectu charitatis Dei, & proximi carent, duri sunt corde, & ex affectu malitiæ peccant. Om[n]es autem hi, etsi infirmi sint, languidi, & imbecilles ad ea quæ Dei sunt præstanda: ad mala autem perpetranda fortes sunt, & diabolo, vt quadrigæ deseruiunt, qui eos agit in scelera [illegible] a ex vno in alterum rotantes. Sed audi vi[illegible] C[h]risti: nam subdit Ioannes, *Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam, [illegible] u ba[t]ur aqua, & qui prior descendisset in piscinam [po]st motionem aquæ sanus fiebat à quacunque de[ti]ne[ba]tur infirmitate.*

[illegible] at piscina [i]sta, vt notat Diuus Hieronymus [illegible] ex [s]anguine sacrificiorum, qua in ea lauaban[t]ur: & repræsentabat aquam baptismi, & fletus pœnitentiæ, quæ virtutem habet sanandi, [illegible] vnum sed omnes mundi peccatores virtu[t]e sanguinis, & sacrificij Christi in cruce oblati, vt bene prosequitur Diuus Ambrosius. Sicut ergo [c]urrus Pharaonis subm[e]rsi sunt in mari rubro, vt Israel saluus fieret, & sicut languidi submergebantur in piscinæ rubra aqua, vt sanarentur à languoribus suis: sic peccatores submerguntur in aqua baptismi, vel sacramento pœnitentiæ, qui est baptismus lachrymarum, vt destructis peccatis salui fiant.

Applicatur animæ similitudo huius equitatus.

§. 4.

H[æ]c igitur est insignis similitudo, qua vtitur [S]ponsus hic, dicens, *Equitatui meo in curribus [Ph]araonis assimilaui te, anima mea.* Bene amicam [v]ocat, quam tot affecerat beneficijs, quot commemorata sunt in præcedentibus, sed hoc po[ste]num, quod per hanc similitudinem insi[nua]t. Ac si diceret; O anima quam per sacramenta sanctificaui, & amicam meam constitui, [illegible] quod assimilauerim te equitatui meo in curribus Pharaonis; id est, quem persequebantur currus Pharaonis, quos ego demersi in mare, vt i[ll]um eriperem. (Sic enim explicatur illa phrasis frequens in Scriptura, *Omnes in Moyse baptizati sunt in mari rubro*; id est, cum Moyses esset dux eorum, sic in curribus Pharaonis idem est, ac cum demersi currus Pharaonis, vel cum illis demersis eripui eum) tunc enim cœpit esse equitatus meus, quia cœpi illi præsidere, illum

regere, & per viam ducere, multis contra hostes partis victorijs, & plurimis ei exhibitis beneficijs: sic & tu postquam à diabolica tyrannide erepta es per baptismum, vel pœnitentiam, es splendidus equitatus meus, quia in te ero, te protegam, pro te pugnabo, & per vias rectas in viam salutis æternæ te deducam.

Sed quomodo inquies, vna anima equitatui assimilatur, qui plurimorum equitum continet exercitum? Sed optime respondet Diuus Bernhardus, Mirandum non esse, si aduertas in ipsa vnaquaque tam sancta anima, quanta virtutum acies habeatur, quanta in affectionibus ordinatio, quanta in moribus disciplina, quanta in orationibus armatura, quantum in actionibus robur, quantus in zelo terror, quanta denique ipsi cum hoste conflictuum assiduitas, numerositas triumphorum. (Serm 39. in Cant.)

Vnde in consequentibus legitur, *Terribilis vt castrorum acies ordinata.* Et, *Quid videbitis in Sunamite, nisi choros castrorum?* (Cant. 6. v. 9. Cant. 7. v. 1.) In ipso ergo iustificationis momento merito copioso equitatui comparatur, quia simul cum gratia confertur illi omnis virtutum. & donorum Spiritus S. exercitus, quæ miro ordine & diuino robore contra omnia pugnant vitia, & de illis gloriosos continuo reportant triumphos.

Sed vnde tanta vis, & potestas animæ, nisi ex ex eo qui regit equitatũ suum? Etenim sicut iniqui sunt equi, quibus insidet Sathanas, sic iusti sunt velut equi ipsius Dei (vt testatur Abacuch) dicens, *Qui ascendis super equos tuos, & quadriga tua saluatio.* Et iterum. *Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.* (Abacuc 3. v. 8 & 15.) Hoc autem interest valde, quod diabolus ascendit super equos suos, non vt regat, sed vt dissipet, & præcipitet, vel potius vt sinat ipsos effrænes ire post concupiscentias suas, & post desideria cordis sui, stimulis illos vehementer agens, vt citius præcipitentur. Quare (sicut Diuus Ambrosius obseruat, in alio simili inferius citandus) non est vocandus eques, nec rector equi, sed tantum ascensor, quia eques ad hoc ascendit, non tantum vt sedeat, sed vt regat; diabolus vero ascendit, vt præcipitet, donec ipse cum peccatore præcipitetur à Deo, qui equum & ascensorem proiecit in mare: at vero Deus ascendit super equos suos, vt regat & dirigat, vt contineat, & per vias rectas deducat. (Lib. de Naboth Iesraelita c. 12. Exod. 15. v. 1.)

Regit autem omnes animæ facultates, vt nec opere, verbo, aut cogitatione à recto rationis tramite deuient. Regit etiam currus rotas, scilicet illas quatuor animæ propensiones ad bona sensibilia, ne vltra quam par est, ferantur in illa. Regit item vniuersam aciem virtutum, vt in suos actus prodeant, contra vitia fortiter dimicent, & de illis triumphent.

Denique, sicut Deus in equitatu Israelitico pugnauit contra Pharaonem, & currus eius, nõ gladijs, arcubus, & sagittis, aut alijs corporalibus armis, sed sola virga Moysis, quæ tangens mare, diuisit illud, vt Israelitæ transirent; & iterum tangens mare diuisum, fecit vt aquæ reuerterentur, & demergerent Ægyptios. (Exod. 14. v. 16 & 27.) Propter quod Rupertus Abbas existimauit ipsam virgam vocari hic per tropum, equitatum Dei, cui beatissimam Virginem assimilatam dicit:

sed

sed propriis dicimus, virgam fuisse instrumentum diuinæ omnipotentiæ,& symbolum (sicut inquit D.Augustinus)crucis Christi. Nam sicut eleuata virga cessit mare,& fluctus eius; ita eleuata cruce vincitur mundus, & mundanæ potestates. Christus igitur nos liberat à peccato, & à diabolica seruitute, gratiamque iustificationis infundit,non nostris meritis, non proprijs viribus,& armis contra diabolum pugnantes, quia non magis possemus illum deuincere, quam Hebræi Pharaonem expugnare; sed solum virtute virgæ,crucis,& passionis ipsius:& ideo ipse dicitur pugnare in nobis, & pro nobis, & nos dicimur equitatus illius.

Serm. vo. de tempore & Prosper supra cita. tim.

Hinc satis explicita manet via, quam tradit sponsus,& magister cœlestis, vt sponsa cognoscat seipsam, & ea quæ habet tum ex se, tum ex Deo, vnde amplius ipsum Deum agnoscat. Ex se enim habet esse currum, & equum Satanæ, sub eius tyrannide in tenebrosa Ægypto degere, operibus duris luti incumbere, & miseras ciuitates hosti suo ædificare. Imo D. Hieronymus ex eo ait sponsam hic comparari quadrigis Pharaonis, quia omnis anima, quamuis sancta sit, atque perfecta, ad Deum comparata quasi currus Pharaonis sit,& iumentum, ac irrationale animal: quo sensu dixit Dauid, *Vt iumentum factus sum apud te.* Et Moyses, *Ego autem sum irrationalis*; (ita vertunt Septuaginta;) vbi Vulgata legit, *Non sum eloquens*: sed hæc expositio singularis est præter communem doctorum. Satis sit nobis animam has miserias commemoratas ex seipsa habere, à Deo autem habet ab illis eripi, cunctos hostes virtute crucis Christi demergere, equum esse Dei, cui ipse insideat, & tegat, in quo pugnet, & vincat, aliaque innumera & ingentia dona conferat, quæ in sequentibus explanabimus. Quare sicut Scriptura refert, quod demersis curribus Pharaonis *Timuit populus Dominum, & crediderunt Domino,& Moysi seruo eius.* Nam viso tam ingenti prodigio, quo à Pharaone erepti sunt, venerati sunt Deum, & eius immensam virtutem nouo modo cognouerunt, firma fide credentes Deum esse omnipotentem, qui illos eripuit, & Moysem fidelissimum esse Dei Prophetam; cuius ministerio sic erepti sunt: ita etiam, cum anima comparat præsentem statum gratiæ cum præcedenti statu peccati, & confert tristitias, remorsus conscientiæ, cordis anxietates & labores vitiorum intolerabiles, amaritudines, quas sub diaboli tyrannide patiebatur, cum pace, gaudio, securitate,& fiducia, qua modo fruitur, non potest non amplius Deum venerari, & firmius Dei omnipotentiam credere, eiusque immensam virtutem elarius agnoscere, à quo hæc mirabilis mutatio. & tam ingentia bona sibi promanarunt. Ad hanc autem notitiam ex simili experientia prouenientem, inuitat nos ipse Dominus per Malachiam, dicens, *Conuertimini, & videbitis quid sit inter iustum & impium, inter seruientem Deo, & non seruientem ei.* Tantum enim inuenietis inter vtrumq; discrimen, vt testimonium vobis firmum præbeat veritatis, fidei diuinæ & benignitatis Dei erga eos qui illi seruiunt. Ait autem sacra Scriptura quod Israelitæ non tantum crediderunt Deo, sed etiam *Moysi seruo eius*: quoniam (vt notat Diuus Hieronymus) non est in Deum perfecta dilectio, & fides quæ in ministros eius odio [...]de [...]tenuatur. Sicut ergo ex perfecta c[...] riitur veneratio, dilectio, & fides m[...] Deum, sic & in ministros, qui conuer[...] tunt coadiutores, tanquam Dei instrumenta[...] vlterioris perfectionis futuri sunt eti[...] ma[...]stri,& promotores. Propter quod etiam f[...] comparatur equitatui. equus enim anim[...] ingenuum,& fidum sessori suo; sic & [...] nuum, gratum & fidum cor gerere debet omnes, qui illam in viam salutis dirigunt, [...] mius inhæreat Deo, cui sit honor & glor[...] cula. Amen.

In Abacuc 3. v. 8.

Ps. 72. v. 23

Exod. 4. v. 10.

Exod. 15. v. 31.

Malach. 3 v. 18.

In epist. ad Philemon.

EXHORTATIO XIX

De modo quo spiritus regere debet corpus [...], & appetitus inferiores, vt dignus [...] tatus Dei ad omnia vitia debellanda, [...] tando modum quo Verbum diuinum [...] regebat humanitatem.

Equitatui meo in curribus Pharao[...] assimilaui te, amica mea.

LXX. Equæ meæ in curribus Pharao[...] assimilaui te, proxima mea.

Post acceptum iustificationis insigne be[...] eium in quo anima, tanquam equitatus [...] de diabolo, & de peccato triumphat, ad[...] plura superfunt bella contra eosdem hostes, vitia, peccatorumque reliquias, quæ fere per[...] tam vitam animam iusti vexant: nam mi[...] tentatio est vita hominis super terram. S[...] go populus Israeliticus, qui hic equitatus Dei nuncupatur, duplex acreque bellum gessit, in quo Deus in illo, & pro illo pugnauit; al[...] quod relatum est contra Pharaonem,& exer[...] tum eius. Hoc autem submerso, cœpit aliud contra septem nationes Gentium, quæ te[...] sibi promissam occupabant. Quas quidem [...] vno die, sicut Ægyptios, deuicerunt: sed lon[...] tempore, paulatim,& per partes, quia ita ill[...] pediebat, vt Moyses prædixerat, ne mul[...] carentur contra ipsum bestiæ agri; dum terras liquo tempore maneret habitatoribus, & [...] toribus desetia. Ad hunc igitur modum dupl[...] nobis est acertimum bellum contra Dei host[...] Alterum, quo à peccatis lethiferis erui con[...] mut, & per baptismum, vel pœnitentiam D[...] gratia victores euadimus, vt jam diximus; [...] quo omnia simul peccata suffocantur; quia v[...] num sine alio non potest remitti,& impium est à Deo dimidiam sperare veniam. Cæterum de[...] uictis peccatis leth feris, manet aliud longius, ac molestius prælium contra internas animæ passiones, prauasque eius propensiones, ac vitia, seu vitiosos habitus, qui ex præcedentibus actibus remanere solent, quæ ad septem illa reuocantur; quæ capitalia nominare consueuimus & per septem illas nationes,(vt Cassianus, [...] aduertit) præfigurantur, quæ non possunt vinci [...] pariter,& breui tempore, sed per partes, & paulatim, longo temporis interuallo, acrique & continuo

[illegible] p[illegible]æ [illegible] be [illegible] de[illegible] be[illegible] id ex[illegible]itans, ac [illegible] *Equitatus meo in curr*[illegible] *amica mea* : id est scito [illegible] tui meo, etiam post de[illegible]s, quia adhuc tibi multa [illegible]bus strenue te dimicare [illegible]pse Christus post baptis[illegible] desertum, vbi tentatus [illegible] gloria, ambitione, & [illegible]pua sunt vitia capitalia, quæ [illegible]uicit; ita electi eius post acce[illegible]nandum se accingere de[illegible]es Chri[illegible] milites, quos hic

B [illegible] equitatus exercitus est, non [illegible]tum, [illegible] autem Israel ex Æ[illegible]ites, non equites, ad my[illegible]ste[illegible]st, & explicandum primo [illegible] equitibus comparetur in hoc

[illegible] *esse sessorem ac rectorem sui corporis, sicut equi.* §. 1.

A[illegible]ll gentiam obseruandum est [illegible]odi spirituali militia iustum ge[illegible]quitis, vt spiritus sit quasi sessor [illegible]pus vero tanquã equus cui insidet, [illegible]. Per spiritum autem intelligimus [illegible] rationem superiorem quæ diuinis [illegible]bernatur: per corpus autem, etiam o[illegible]s & appetitus, ac animæ sentientis [illegible]ommunes sunt nobis cum brutis. [illegible]rum consulto Dominum assimi- C [illegible] etiam animalibus irrationalibus, [illegible], & equabus; vt indicaret in illa esse [illegible]um & animale; non tamen indo[illegible]go & fræno rationis subditum. [illegible]at [s]ub curribus Pharaonis appeti[illegible]piscibilis, tum irascibilis, quasi e[illegible], & effrænis rationis regulam, [illegible]en conculcans, ad omnia lasci[illegible] & terrena hinniens properabat; [illegible]am per gratiam iustificationis ab [illegible]s est ereptus, incipit regere corpus [illegible] et vias iustitiæ illud deducere, fræno [illegible]tus eius inordinatos cohibere, & [illegible]ue secundum legem cupit strenue [illegible]e, & sicut infirmus ille qui in grabbato [illegible]tur, sanatus à Christo ita est corrobo[illegible] vt grabbatum suum ipse portaret; ita D [illegible], qui antea languidus iacebat in tor[illegible] & à passionibus appetituum traheba[illegible]itia, cum sanus factus est per Dei gra[illegible] fortis euadit, vt regat proprium cor[illegible] inferiores appetitus, seu affectus post [illegible]hat, vt simul eum ipso sequantur Chri[illegible]

[illegible] [e]xplicat hoc eleganter Diuus Ambrosius, [illegible]ens discrimen inter eum qui tantum est [illegible]ensor equi, & eum qui simul est agitator [illegible] rector. Eques enim ascendit equum, non

[illegible]at tantum [illegible]; & ideo agita- [illegible], cum [illegible]plina & arte pro arbitrio [illegible] equos agitat, vel currentes incitat, vel refle- [illegible] indomitos, vel reuocat fatigatos, vel man- [illegible]s pro sua voluntate conuertit. In iustis [illegible] equus caro est, agitator vero vigor men- [illegible] qui regit carnem, & motus eius velut quos- dam equos prudentiæ habenis coercet. Pec- catores autem dicuntur tantum ascensores e- quorum quia proprium corpus regere negli- gunt, sed ab ipso indomito furore in præcupta, & periculosa raptantur: vnde de illis dicitur, *Dormitauerunt qui ascenderunt equos*; corporis, sci- licet, voluptates nullo moderamine gubernan- tes. Propter quod bene etiam cõtra eos dicitur, *Equum & ascensorem proiecit in mare.* Et, *Percutiam omnem equum in stuporem, & ascensorem eius in amen- tiam*: nam præ magnitudine plagarum stupe- bunt, & quasi amentes fient. Contra hos facile præualet inimicus; nam coluber in via, & cera- stes in semita mordet vngulam equi, vt cadat ascensor eius retro: nam dum diabolus carnis affectiones excitat, & quasi possidet, spiritus in peccatum per consensum corruit; & quid mi- rum quod corruat, si equum suum gubernare negligit?

[Margin notes: ordo immutatus est. / Ps. 75. v. 7. / Exod. 15. v. 1. / Zach. 12. v. 4. / Gen. 49. v. 17.]

At quando spiritus Dei gratia adiutus, nouit proprium corpus regere, mordentem colubrũ, & cerastem conculcat, caput conterit, inuictus- que in suo equo manet; & aptus ad pugnandum est cõtra quosuis hostes: de quo gloriatur spon- sus, dicens, *Equitatui meo assimilaui te*; meo, in- quam, quia mea gratia constitutus est equitatus fortis; & quia me ducem sequitur, & mea bella gerit, & ego vinco per illum. Quam gloriosus autem sit equitatus iste iustorum depingit Di- uus Iohannes in Apocalypsi, postquam vidit Verbum Dei super equum album, sic dicens, *Et exercitus qui sunt in cælo, sequebantur eum in equis al- bis.* Quod sic explicat Diuus Gregorius; Equus quippe est vnicuique sanctæ animæ corpus suũ, quod videlicet nouit, & ab illicitis continentiæ fræno restringere, & sursum charitatis impulsu in exercitatione boni operis relaxare. Equitis vero nomine anima sancti viri exprimitur, quæ iumentum corporis bene subditum regit; vnde & Ioannes Dominum contemplatus, ait, *Et ex- ercitus qui sunt in cælo, sequebantur eum in equis albis*; quia Sanctorum corpora, & luce iustitiæ, & ca- stimoniæ candore claruerunt.

[Margin notes: Apoc. 19. v. 14. / Lib. 31. Mor. c. 9.]

Huiusmodi ergo equitatus Sanctorum se- quitur Christum Dominum in equo albo se- dentem, quia imitantur illum ita regendo cor- pora propria, sicut ipse rexit corpus suum. Quod per equum album intelligi testantur D. Hiero- nymus, & Diuus Ambrosius, Rupertus, & alij Patres.

[Margin notes: In id Isa. 66 Annunciabunt gloriam meam. / In id Ps. 40. Magnificauit super me supplantationem. / Idem alibi in Apoc. 6. v. 2.]

De assimilatione ad Christum in modo regendi corpus, & bellandi contra hostes.

§. 2.

AD hanc autem imitationem exhortatur nos spõsus in his verbis, maxime si sequa- mur versionem Septuaginta quæ sic habet, *Equa mea in curribus Pharaonis assimilaui te proxima mea*; vbi per equam non incongrue cum Origene in- tellige-

[Margin notes: Hom. 2. Exhort. 4. in Cant.]

telligemus [illegible] C[illegible] D[illegible]
eius, aut [illegible]
quam in Ap[illegible]ca [illegible]
equam; quoniam [illegible] e ac [illegible]
dam spon&ae;pulch[illegible]tu[illegible] et [illegible] speciositas [illegible]
quæ à natura est in equis, maior est in equabus.
Fuit ergo caro Chri[illegible]sta equæ, & ec[illegible]æ, generosæ, ac plene domitæ, tum pectu animæ vtraque vero simul respectu Verbi diuini, quod assumpsit eas in vnitatem personæ & tanquam sessor prudentissimus ac potentissimus regebat equam humanitatis suæ, & tam caro quam anima plenissime subijciebantur ei, sinebant ue se libenter regi ac duci quocunq; ipsum Verbum volebat, etiam si ad asperrima & amarissima mortis tormenta duceretur; iuxta illud quod

Isa. 50. v. 5. testatur per Isaiam, *Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico; retrorsum non abii, corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus; faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me.* B

Vide Suar. to. 1. in 3. p. disp. 33. sectione 2. Hinc Patres deducunt potissime Christum hominem fuisse impeccabilem: contra hanc n. carnem & humanitatem Christi insurrexerunt

Mat. 4. v. 2. omnes currus Pharaonis; id est, omnes inferni & mundi potestates. Primo aggressus est diabolus in deserto corpus famelicum, vt de gula tentaret; deinde animam, vt inani gloria prosterneret, & tandem vtrumque vt ambitione & auaritia suis pedibus subijceret. Sed quia rector erat Verbum Dei omnipotens, nec vngulam equi potuit mordere, vel intus aliquam inordinatam concupiscentiam excitare, sed omnis apparatus bellicus foris fuit, quem facillime dux noster dissipauit: nam (vt inquit D. Epiphanius)

In Anchorato prope finem. Verbum virtute sua frænabat inferiorem naturam ab omni inutili carnali turba, & remittebat ad decentes ipsius deitatem corporales necessitates. Actius tamen bellum indixerunt ei potestates tenebrarum, Scribæ, & Pharisæi, ac Principes Sacerdotum, sæuissime eum insectantes, donec corpus cruci affigerent; quibus tamen non restitit, quia voluntas Dei, cui se libentissime submittebat, hoc ipsum ordinabat, vt in mari rubro sanguinis eius per vulnera corporis effusi, submergerentur omnes currus Pharaonis, & omnia peccata suffocarentur; quo peracto, resurrexit gloriosus, & formosus; & tunc (vt testatur D. Hieronymus) ascendisse dicitur super

Vbi supra. equum album, quia corpus reassumpsit candidum, pulcherrimum, & gloriæ dotibus exornatum. C

Com igitur nostra felicitas & pulchritudo sita sit in Christi, qui speciosus est præ filijs hominum, imitatione, ait sponsus, *Equitatui meo, aut equa mea assimilaui te amica & proxima mea*: id est, quia te constitui amicam meam, & volo vt sis mihi proxima, semperq; mihi adhæreas, decreui te assimilare corpori meo, & animæ, ac humanitati meæ, qua currus Pharaonis subuerti; ideoque stude, & totis viribus satage hanc assimilationem obtinere: inspice quomodo ego Verbum omnipotens rexi corpus meum, animam, & humanitatem meam, quomodo illa plenissime se meo regimini subdiderunt: quomodo in illis pugnaui contra hostes meos, & prostraui eos, & tu fac similiter; & tunc vere pulcherrima eris inter mulieres, felix & beata, D

[illegible]
[illegible]
re[illegible]a[illegible]
cui [illegible] b[illegible]
as[illegible]a [illegible] c [illegible]
p[illegible] m[illegible] montem quem eq[illegible]
qui in [illegible] Ecclesiæ cælestem [illegible]
seq[illegible]t[illegible] [illegible]iter i[illegible] equis albis [illegible]
mundi [illegible] & [illegible]tis per sacramenta su[illegible]
[illegible] te[illegible]lum anquam m[illegible]
[illegible] m equitatus d[illegible]m[illegible]
do pu[illegible]n q[illegible] [illegible]epuguaut [illegible]
d[illegible]h[illegible]st iu[illegible]p[illegible]nt.

Cur inchoandum sit [illegible] regimine corporis, vt [illegible] spiritus. §. 5.

HInc fit [illegible]anc assim[illegible] [illegible]nc[illegible] [illegible]e
[illegible]l[illegible] [illegible]t[illegible] n du[illegible] b[illegible]
quæ ani[illegible] a[illegible] [illegible]tum C[illegible]
stituun[illegible] .Pri[illegible]um, a quo inch[illegible]oa[illegible]
tatus tanquam strenuus eques [illegible]
domare corpus suũ, vt fi[illegible]l[illegible] ei[illegible]a[illegible]
domitus serui[illegible]t i[illegible], ad [illegible]m[illegible]tu[illegible] n[illegible]
Christi, quod [illegible]n [illegible]nino[illegible] bd[illegible]
Verbo diuin[illegible] S[illegible]d qui [illegible] m[illegible] n[illegible]
bus & appetitibus in[illegible]rior[illegible]
lio sensuum, & affectionu[illegible], q[illegible] [illegible]
nis respuunt, oportet equum [illegible] a[illegible]
cilijs, & disciplinis; & [illegible] u[illegible]
has internas concupiscentias p[illegible] a[illegible]
subijciamus eas, alioqui præu[illegible] n[illegible]
mus contra diabolum, & [illegible]ini[illegible] ci[illegible]
rum tentationes, persecutiones, & [illegible]
euincere, sed in illis misere corruemus.

Primo quidem; nam quis nisi fatu[illegible], a[illegible] meratius, insidens equo indom[illegible]to, & effræ[illegible] audebit ad bellum contra hostes pro[illegible]

C Stulte, doma prius equum tuum [illegible] & fac vt tibi plene ad nutum obe[illegible] aggredieris hostes tuos, alioqui cor[illegible]ues [illegible]lis: nam ipse equus præcipitabit te, & co[illegible] centiæ carnis tuæ facient te in gaudi[illegible] m[illegible] cis tuis.

Deinde, qui intestinum & domesticum [illegible]tur bellũ, nequit sine periculo ad externos [illegible]stes debellandos egredi, interim enim a d[illegible]sticis deuastabitur: & frustra se acci[illegible]g[illegible] externos, qui internos nondum subeg[illegible] imo ab illis sæpius opprimitur, & ab vtri[illegible]qu[illegible] cilius desolabitur; iuxta id quod dicit Oseas, *gressus est fur spolians, & latrunculus foris.* Fures spoliantea suot internæ passiones, & cupi[illegible]tes, maxime quæ carni sunt magis natiuæ, v[illegible] la, libido, & huiusmodi prauæ concupisce[illegible]

D latrunculi vero foris deprædantes sunt dæm[illegible]nes & persecutores, & vitia ea quæ vires sum[illegible] non tam à concupiscentijs, quam ab exter[illegible] occasionibus. Prius ergo oportet domestic[illegible] fures expellere, quam exteroos latrunculos [illegible]gredi. Prius cupiditates carnis infræna, & [illegible]gnam obtinuisti victoriam, quæ ad omnes al[illegible] tibi facilem parabit viam; nam ex interiorum victoria magna oritur lætitia, ingensque fiducia præualendi contra reliqua. Vnde optime Diuus Cyprian. hoc explicans, sic ait: Voluptatem vicisse, voluptas est maxima, nec vlla maior victoria quam quæ de cupiditatibus refertur. Qui [illegible] hostem

[illegible] qui libidinem re- [illegible] inimicum prostra- [illegible] qui cupiditatem [illegible] superauit; qui [illegible] triumphat, natum [illegible] pedibus iacere ostendit, pa- [illegible] dedit, & libertatem tibi, [illegible] enuis difficillimuio, reddit. [illegible] egregie ostendens poriorem [illegible] vincendis internis cupidita- [illegible], quibus debellatis facile est a- [illegible] nere, qui à nostris concupis- [illegible] unt.

[illegible] o mollis & segnis est, vt pro- [illegible] motus eius, quos sensus perci- [illegible], non expugnat, quomodo In- [illegible] a aereas potestates, & princi- [illegible] q[illegible] subtilioribus, & occultio- [illegible] pugnant? & qui à proprio ap- [illegible] io [illegible] pellente deijcitur, quomo- [illegible] con[illegible]a vehementes impetus dæ- [illegible] um persequentium, qui incre- [illegible] illum præcipitare conan- *[illegible] cum peditib. currens laborasti, [illegible] ntendere poteris cum equis?* Si carnem, & [illegible] est [illegible] nô superas, quomodo su- [illegible] s & equites Pharaonis; vt possis [illegible] Apostolis, etiam & dæmonia subij- [illegible] is? Attende ordinem belli, quod [illegible] sa commemorauit; prius enim di- [illegible] aram fuisse à sole, scilicet ab æstu cat- [illegible] p[illegible] itatum, quę corpus adurunt; dein- [illegible] is eius pugnasse contra ipsam, quia [illegible] ecutores à dæmonibus agitari op- [illegible] am: vt autem sciret ordinem pu- [illegible], & debellandi eus, ait illi sponsus, *Equi- [illegible] meo in curribus Pharaonis assimilaui te.* Ac si di- [illegible] E[illegible] ce constitui te tanq̃ equitatum meum, [illegible] nus habenis virtutum proprium cor [illegible] at, per quod ad alia grauiora bella gerẽ- [illegible] ior fiat. Si enim spiritus, appetitus & ca- [illegible] des sint, erunt velut equitatus inex- [illegible] b[illegible] is; nam *Funiculus triplex difficile rumpitur.* [illegible] x autem funiculus hominis est, quẽ Pau- [illegible] ert dicens, *Integer spiritus vester, anima, & [illegible] sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi [illegible] ur.* Animam vocat partem concupiscibi- [illegible] u irascibilem, quæ cum spiritui ac menti, [illegible] uin corpore concordat, difficile ab ho- [illegible] is rumpitur, & ipsi facilius rumpuntur, & [illegible] ntur ab illo.

[illegible] um subiiciendum esse Deo, sicut equum rectori:
§. 4.

[illegible] t egregia valde sit prima assimilatio, vt [illegible] stus sit perfectus eques, sciens probe rege- [illegible] um corporis sui; tamen necessaria est se- [illegible] multo sublimior, in qua totus homo tam [illegible] corpus, quam secundum animam & [illegible], est quasi equus ipsius Dei, Deus vero [illegible] acrector illius; de quo Verbum diuinum dicat *Equa mea assimilaui te proxima mea*; quia quo modo ego regebam meam humanitatem, & i- psa instar equæ pulcherrimæ, ingenuæ, ac bene domitæ in omnibus obtemperabat mihi; ita te- ipsam regere cupio, teque instar similis equæ mihi plene obedire, & subijci; & quæ sublimior

A hac assimi[illegible]tio p[illegible] cog[illegible]? O ter quater- que beata anima, quæ ita se Deo submittit, vt quo[cum]que velit, vertat illam. Hæc secunda as- similatio est præ omnibus curanda, quia radix est prioris, quæque sine illa obtineri nequiuit. Sicut enim in felici statu innocentiæ, quamdiũ spiritus obediens esset Deo, corpus etiam & ap- petitus obedirent ad nutum spiritui, omnisque rebellionis, miseriæ, & mortis essent expertes: at cum spiritus restitit Deo, mox caro cœpit con- cupiscere contra spiritum, & passiones insurre- xerunt contra rationem, corpusque factum est omnis miseriæ, & mortis reum; ita & modo nõ poterit spiritus suum corpus & appetitum do- mare, & infrenare, nisi ipse prius Deo plene sub- ijciatur: si autem humiliter & prompte se Deo in omnibus & per omnia subijciat, ipse Deus geret munus omnipotentis rectoris, & aurigæ,
B eumque iuuabit, vt possit sibi internos hostes subijcere, sicut scriptum est: *Cum placuerint Domi- no viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem.* Prou.16. v.7.
Infundet enim Deus animæ sibi dilectæ virtutes morales valde perfectas, quibus infrænentur appetitus, & motus eorum inordinati coerce- antur.

Libeat verba D. Ambrosij referre, qui nonni- hil immutata similitudine adducta hoc elegan- ter explicat sub metaphora currus, & quadrigæ cuius iam fecimus mentionem. Rector (inquit) noster Christus est, anima vero currus, qui bo- num rectorem sustinet. Si currus est anima, ha- bet equos vel bonos, vel malos. Boni equi vir- tutes sunt animæ; mali equi passiones sunt cor- poris. Bonus ergo rector malos equos restrin- git, bonos incitat. Boni equi sunt quatuor; pru- dentia, temperantia, fortitudo, iustitia: mali e- qui, iracundia, concupiscentia, timor, iniquitas.

Li. de Isaac & anima c.8. *De hoc infra lib.9. Exhort.7.* *in ad.* Anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab.

« Interdũ ipsi equi inter se dissident, & aut iracun-
C « dia protendit, aut timor, & se inuicem impe- « diunt, & cursum retardant. At vero boni equi « volant, & à terrenis ad superiora se suberigũt, a- « nimamque eleuant, maxime si iugum habeant « suaue, & onus leue. Ipse rector est qui nouit « proprius equos gubernare, vt æqualis omnium « cursus sit. Si velocior est prudentia, tardior iu- « stitia, admonet flagello proprio segniorem; si « temperantia mansuetior, fortitudo durior, no- « uit copulare discordes, ne forte currum suum « dissipent. Itaque licet intelligibili spectaculo vi- « dere vnamquamque animam cum summo cer- « tamine ad cælum rapi, festinantes equos, qui « priores perueniant ad brauium Christi: quo pri⁹ « impinator palma ceruicibus. Isti sunt equi sub- iecti fidei iugo; astricti vinculo charitatis, iusti- tiæ frenis, retinaculis sobrietatis. Hæc D. Ambr.
D pulchre satis explicans quemadmodum Deus munus gerat præcipui aurigæ, regens currum a- nimæ, & equos eius; & quomodo etiam anima cum Deo cooperans regere etiam debeat eos- dem equos, bonos & malos; proprias scilicet virtutes & prauas propensiones.

Hoc tamen addere velim de malis equis, quod pereleganter obseruat Origenes circa id quod Dominus præcepit Iosue; cum plurimi « reges contra Israel insurrexerunt, dicens: *Equos « eorum subneruabis, & currus igne combures.* Quod si « (inquit Origenes) passiones corporis, id est li- « bidinẽm, lasciuiam, vel superbiam, ac leuitatẽ, «

Hom.15. in Iosue. *Iosue 11. v.6.*

„ quibus infelix anima velut equitans vectatur, & A
„ fertur ad præcipitia, equos nunc dici, & currus
„ intelligamus, & ipſos eſſe qui ex præcepto Dei
„ ſubneruari iubentur, non erit rationi noſtræ
„ contraria intelligentia. Subneruatur quippe e-
„ quus, quando ieiunijs, & vigilijs & omni abſti-
Pſ. 31. v. 17 nentiæ afflictione corpus humiliatur. Ideoque
„ fallus equus dicitur ad ſalutem, ſi motus corpo-
„ ris noſtri ferri permittamus infrænes, nec abſti-
„ nentiæ iugo laſciuiam carnis, & ſuperba colla
„ ſubdamus. Sed & currus debemus incendere il-
„ lo igne, quem Dominus miſit in terram, id eſt o-
„ mnem à nobis arrogantiæ, & elationis ſpiritum
„ reſecare, vt vltra non in equis, neque in armis,
„ ſed in nomine Dei noſtri inuocemus, cui ſit ho-
„ nor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

EXHORTATIO XX.

De fortitudine ad pugnandum contra vitia, de obedientia animæ ad Deum, & vnione fraterna cum proximis, quæ inuictum Dei equitatum conſtituunt, ad ſimilitudinem equitatus angelici.

Equitatui meo in curribus Pharaonis, &cæt.

CVm tria conſtituant inuictum exercitum, & equitatum: nimirum ingens fortitudo, & robur ſingulorum militum, maxime equitum; exacta obedientia omnium ad ſuum imperatorem iuxta leges militiæ ab ipſo præſcriptas: & tandem mutua eorum vnio & concordia, vt vnanimes vno impetu irruant in hoſtes; cuncta hæc præcellentiſſime reperiuntur in Eccleſia Catholica, & animabus iuſtis, quæ eius ſunt electæ partes, de quibus ſigillatim agendū eſt. Conatur quidem Dominus timidam ſponſam conſolari. Erat enim puſillo animo, quia videt ſe tentationibus decoloratam, oppugnatam à fratribus, & inſuper pauebat valde vagari poſt greges falſorum ſodaliū ſponſi, qui tamen exire eum iubet poſt veſtigia gregum. Vt ergo omnē metum, ac pauorem ab ea pelleret, & ingenti armaret fortitudine, ac fiducia, ait illi: *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea.* Ac ſi diceret; Non eſt cur paueas, aut cadas animo; ſimilem enim te conſtitui equitatui meo potentiſſimo, quo omnes Pharaonis currus debellaui, & penitus deſtruxi: ego magnam tibi præbebo fortitudinem ad pugnandum deinceps contra hoſtes tuos, in meque magnam habeto fiduciam, quod debellabis eos.

De fortitudine heroica ad pugnandum contra vitia. §. 1.

VTitur autem Dominus ſimilitudine equitatus, eo quod equus ſymbolum eſt bellicæ fortitudinis, ſicut colligitur ex eo quod Dominus dixit Iob;
Iob. 39 v. 19. *Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo eius hinnitum? nunquid ſuſcitabis eum quaſi locuſtas? gloria narium eius terror. Terram vngula fodit, exultat audacter, in occurſum pergit armatis, contemnit pauorem, nec cedit gladio. Super ipſum ſonabit pharetra, vibrabit haſta, & clypeus. Fremens & feruens ſorbet terram: vbi audierit buccinam, dicit vah: procul odoratur bellum, exhortationem ducum & vlulatum exercitus.* Quibus verbis ita declarauit Dominus fortitudinem à natura inſitam equo ... ſimul ſignificauerit inuictam fortitudinem ... gratiam infuſam iuſto, qui equus Dei di... Vnicuique enim animæ (ait D. Greg. ... misericorditer præſidet, ante omnia fidei ... tudinem præbet, de qua D. Petrus ait. *Ad... rius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide.* Id eſt p... titudinem quæ innitatur fidei. Hæc autem ... potiſſimum inſit animo, tamē ſicut equus ... oſtendit natiuam fortitudinem externis ... videlicet hinnitu, & igneo fumo, quem ... res ſpirat, quaſi incutiens terrorem: ... ſtus cum oportet, ſuam manifeſtat animi ... B tudinem, & inuictum robur externis ... factis, ſpirans flammas ardentis zeli ... virtutum hoſtes.

Ille igitur qui pertinet ad equitatum Dei ... tis oſtenditur in ijs tribus potiſſime P... dem in velocitate currendi per viam ma... rum Dei, & conſiliorum eius, per mag... quaſi locuſta volans per domos & fou... currens & tranſiliens, id eſt per cunctas ... tranſiens, & omnia offendicula præter... ne offendat vel cadat in aliquod peccat... hoc eſt quod dicitur, *Nunquid excitabis eum quaſi locuſtas?* Nam Deus ipſe eſt qui ſua fort... tione iuſtum excitat, & facit ita currere, & ... re, & quaſi volare, vt in dies proficiat, & ... lum ex periculis occurrentibus non patiat... Deinde oſtendit robur ſuum in bello cont... inimicos domeſticos, ſcilicet carnem & appetitus inferiores, eorumque prauas propenſiones, pugnando viriliter contra carnem, non ad ... C dendum, ſed ad domandum eam ieiunijs, diſciplinis, & cilicijs, & hoc eſt terram vngula ... re. Contra vitia vero, & concupiſcentias eius pugnandum eſt vſq; ad internecionem magn... ſpiritus feruore, & hoc eſt feruentem & trem... tem ſorbere terram, i. ardenti zelo, ſanctoq... tore quidquid terrenum, & vitioſum eſt m... ficare, & penitus conſumere. *Nam qui ſunt Chri... carnem ſuam crucifixerunt cū vitijs, & concupiſcen...*

Tandem fortitudinem ſuam exerit co... hoſtes externos, ſiue inuiſibiles, ſiue viſibi... qui quouis modo virtutem oppugnāt, ſiue ... bis, & argumentis fallacibus, ſiue minis, & t... roribus, ſiue vulneribus, & tormentis, fortis a... in Domino, omnia hæc quæ pauorē incutiun... contemnit, nec cedit gladio, vel cuiuis torm... to, nec pericula mortis pertimeſcit, ſed po... cum oportet, alacri audacia in occurſum pe... D. armatus, ſicut perexit Chriſtus Dominus in ... curſum militibus, qui veniebant comprehendere illum. *Imo & cum audierit buccinam, dicit vah:* quia gaudet in perſecutionibus, & tribulationibus pro Chriſto, & omne gaudium exiſtimat in varias incidiſſe tribulationes.

Nec tamen hæc fortitudo eſt temeraria, ſed prudens & ſagax, nam procul odoratur bellum, & præſagit tentationes, prius quam veniant, vt ſe præmuniat. Nam iacula præuiſa minus feriūt, & ante languorem præparat medicinam. Nec ſuo ſe ſenſu ducit, ſed libenter auſcultat exhortationea

[illegible] torum [illegible] at. on [illegible] sumat. T [illegible] s nominatur, d [illegible] d c i t, *Posuit eos [illegible]* [illegible] st, quasi equum glo- [illegible], & ornatum sicut pulchre [illegible]. Et quæ sunt istæ pretio- [illegible] es, quæ fortitudinem eo- [illegible] ra Deo pulch am red- [illegible] e cit [illegible] di sūt [illegible] as. co [illegible] tia, & reliq iæ, [illegible] dispruunt. V nde statim sub- [illegible] *quasi fortes conculcantes lutum* [illegible] *bunt, quia Dominus cum eis, &* [illegible] *res equorum*. Et quid est lutum [illegible] rt [illegible] æ, vanitates mundi, [illegible] quidquid vitiorum est fomes [illegible] Hæc omnia conculcant fortes in [illegible] uperant, & prosternunt ascen- [illegible] & potentes seculi, quia Domi- B [illegible] anctis [illegible] uis.

[illegible] quæ dix [illegible] mus D. Ambrosius fortitu- [illegible] decantans his verbis. Reuera iure [illegible] ocatur, quando vnusquisque sei- [illegible] iram continet; nullis illecebris e- [illegible] que flectitur, non aduersis pertur- [illegible] extollitur secundis, & quasi vento [illegible] riatum rerum circumfertur muta- [illegible] d autem excelsius, & magnificentius, [illegible] ere mentem, affligere carnem & in [illegible] redigere, vt obediat imperio, consi- [illegible] er t, vt in adeundis laboribus impi- [illegible] ent propositum animi ac voluntatē. Non est igitur mediocris animi forti- [illegible] sola defendat ornamenta virtutum [illegible], & iudicia custodiat, & quæ inexpiabi- [illegible] o aduersus omnia vitia decernat: inuicta [illegible] res, fortis ad pericula, rigidior aduersus [illegible] ates dura aduersus illecebras, quibus au- [illegible] ferre nesciat, nec (vt dicitur) aue dicat: C [illegible] negligit, auaritiam fugiat, tanquam [illegible] m quandam quæ virtutem effœminet. Hæc [illegible] mbrosius eg egie depingens equum phale- [illegible] gl riæ Dei, virum fortem, cui Deus insi- [illegible] utus fortitudinem inuictam in duobus ge- [illegible] bus expectandam esse dicit. Primo vt exter- [illegible] rporis pro minimis habeat, & quasi super- [illegible] agis despicienda quam expetenda ducat. [illegible] ndu vt ea quæ summa sunt omnesque res, [illegible] bus honestas cernitur, præclara animi in- [illegible] ne vsque ad effectum persequatur.

[illegible] is concinit D. Gregor. dicens. Iustorum [illegible] udinem esse proprijs voluntatibus [illegible] ōtrai- [illegible] lectionem vitæ præsentis extinguere, huius [illegible] odi aspera pro æternis præmijs amare, pro- [illegible] ratis blandimenta contemnerē, aduersitа- [illegible] otū in corde superare: quid enim (inquit) [illegible] tas quam omnes animi sui motus rationi [illegible] ere, omnia carnis desideria spiritus virtute [illegible] e, proprias voluntates abijcere, contem- [illegible] visibilibus, ea quæ non videntur amare? In- [illegible] d & Salomon ait; *Melior est patiens viro forti, & qui dominetur animo suo expugnatore vrbium.* Vnde etiam est illud Poetæ: Fortior est qui se, quam

qui fortissima vincit oppida; nec
virtus altius ire po-
test.

De [illegible] nstain D e, cm [illegible] fortitudo. §. 1.

AD hanc igitur heroicam fortitudinem ex- hortans Deus animam, ait illi: *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te*, vt omnes Pharaonis currus demergas: ita vt nec vnus supersit ex eis, quia vere fortis, nec vnum dissimulat vitium, sed omnia penitus eliminat, ne dum vni parcit, omnia rursus reuiuiscant. Sed cur sponsus non dixit in hoc tropo; equis meis assimilaui te, sed equitatui meo, siquidem alibi Scriptura, vt vidimus, hos iustos equos Dei vocauit? Facilis erit solutio si sequamur versionem LXX. quę sic habet: *Equa mea in curribus. &c.* Vbi D. Ambrosius ait more Hebræorum singulare poni pro plurali, & equam pro equabus; Sed Vulgatam sequendo assignandum est discrimen inter equus corporeos, & spirituales. In illis enim ex instinctu propriæ naturæ prouen unt omnes il- B li motus fortitudinis, audaciæ, & terroris, quibus strenuus sessor vtitur in bellu, vt pugnet, & vincat. At in istis vniuersa fortitudo, robur, audacia & fiducia est ex Dei gratia, & ex impulsu Spiritus sancti, qui velut sessor insidet illis & regit eos, ac vires industriamque tribuit ad pugnandum. Ideoq; assimilatio non fit equo tantum, sed equitatui qui equum, & equitem sessorem comprehendit: vt probe noscat sponsa vnde eius fortitudo, & fiducia oritur, & ita animosior fiat non in se, sed in Deo suo, qui in ea pugnat, & vincit. Sic enim Israeliticum equitatum inermem, & timidum confortabat Moses: *Nolite timere: state, & videte magnalia Dei, quæ factura est hodie. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.* Quod vel ipsi Ægyptij inuiti confessi sunt, cum dixerunt: *Fugiamus Israelem, quia Dominus pugnat pro eis contra nos.* Si igitur equitatus es Dei, & Deus in te, & pro te pugnat, quid timidus es, & anceps de victoria? confide in Domino, spera in C eo, & mutabis fortitudinem humanam in diuinam. Nunquid equus, etsi natura ferox, & audax pugnabit & vincet, nisi sit fortissimus eques qui regit illum? At quis fortis sicut Deus noster? quis similis tui in fortibus Domine, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia? *Confidite* (ait Christus discipulis suis) *ego vici mundum*, nec enim his soli vici, sed vobis, & per vos vincam illum. Vnde D. Ioannes in Apocalypsi vidit illum sedentem super equum album, qui Apostolos, & candidos iustus repræsentabat, vt multi testantur patres, *Et exiuit* (inquit) *vincens vt vinceret*, quoniam à principio in illis vicit, cum animas à diaboli potestate eruit, sed victoriam prosequitur, cum gloriosos in singulis de inimicis triumphos reportat. Non ergo fidas tuæ virtuti, quantumuis maxima tibi appareat; nam vt inquit Psalmista, *Fallax equus ad salutem, in multitudine autem virtutis suæ, non saluabitur.* Vnde ergo salus? *Ecce oculi Domini super timentes* D *eum, & in eis qui sperant super misericordia eius.* Ideoque hoc interest inter humiles, & superbos, *Quod hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri inuocabimus*, qui ab ipso salus est & victoria.

Exod. 14. v. 28.
Exod. 14. v. 13. & 25.
Isa 40. v. 31.
Exod. 15. v. 11.
Io 16. v. 33.
Apoc. 6. v. 2.
Ps. 32. v. 17.
Ps. 19. v. 8.

Cæterum non propria abijcienda est industria, sed simul coniungenda cum fiducia in diuina misericordia, cuius est victoria. Siquidem

Prou. 21. v. 31. Salomon ait: *Equus paratur ad diem belli, Dominus* A
autem salutem tribuit. Quia, vt notat D. Grego-
Lib. 3. Mor. c. 18. rius, animus contra tentationem sese præparat,
sed nisi desuper adiuuetur, salubriter non decertat.

De obedientia & omnimoda subiectione ad imperium Dei. §. 3.

SEd si scire desideras quæ sit hæc præparatio equi ad bellum, & quæ tua cum Deo propugnante cooperatio, hæc ipsa similitudo indicabit tibi, in qua sponsus dilectæ suæ summam obedientiam, & subiectionem commendat. Nam cum dixisset illi, *Egredere & abi post vestigia gregum,* confestim egressa est, & iniunctum sibi munus obire cœpit, sequendo Dei greges, pascendo & regendo sensus suos iuxta tabernacula, & consilia pastorum. Cum autem huiusmodi ei placuisset obedientia laudans illam ait: *Equitatui meo assimilaui te.* Id est, vere similis es amica mea B
multitudini equorum pretiosissimorum, quales sunt sancti & electi mei, quibus ego insideo, qui me ipsum libenter sessorem suscipiunt, qui frænum meum hilariter patiuntur, vt quocunque voluero vertam eos, & agam habenis præ-
Hom. 2. in Cant. ceptorum meorum. Sunt (inquit Origenes) equi Domini, quos ascendit, & equitatus eius, animæ illæ quæ frænum disciplinæ eius accipiunt, & iugum portant suauitatis eius, & qui spiritu Dei aguntur, & in hoc est eis salus. Beatæ sunt ergo animæ illæ, quæ dorsum suum curuauerunt, vt suscipiant sessorem verbum Dei super se & fræna eius patiantur, vt quocunque ipse voluerit, flectat eas, & agat habenis præceptorum suorum, quæ iam non propria voluntate incedunt, sed ad omnia ducuntur, & reducuntur voluntate sessoris.

Sessor autem est increata sapientia, quæ di-
Prou. 4. v. 10. cit: *Ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum.* Qui enim ductorem Deum sequitur, non errabit, non offendet, non arctabitur, sed dilatabitur cor eius: & securus incedit, sicut equitatus Israeliticus in deserto, de quo di- C
Num. 9. v. 18. & 23. citur: quod ad imperium Domini proficiscebantur, & ad imperium illius figebant tabernacula. Erigebant tentoria, & deponebant ea, obedientibus cunctis signo imperij Dei: nec solum obediebant Domino, sed Moysi seruo eius, qui singulis tribubus assignabat loca figendi tentoria, & modum, & ordinem proficiscendi, iuxta id quod ait Sapiens: *Direxit opera eorum*
Sap. 11. v. 1. *in manibus prophetæ sancti.* Quia perfecta obedientia non soli Deo, sed etiam eius ministris subditur.

Hinc igitur prouenit inuicta fortitudo, & robur equitatus Domini, quod anima instar ingenui, & domiti equi plene se Deo subijcit, & eius imperio in omnibus paret: tunc enim ipse Deus in illa, & per illam pugnat, & expugnat D
Deut. 11. v. 22. cunctos hostes. Sicut Moyses eidem populo testatus est dicens: *Si custodieritis mandata, quæ ego præcipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis Dominum Deum vestrum, & ambuletis in omnibus vijs eius, adhærentes ei, disperdet Dominus omnes gentes istas ante faciem vestram, & possidebitis eas quæ maiores, & fortiores vobis sunt.* Per has autem septem gentes popu-

li Dei inimicas communiter [illegible] omnia genera vitiorum, a [illegible] quæ fortiores sunt ipsa su[illegible] Deo obediat, Deus in ea deuince[illegible] vir obediens vincat seipsum, pr[illegible] luntatem, ac iudicium, vt illa Deo [illegible] quæ omnium est maxima victoria, [illegible] per illum facile reliquos pro[illegible] ius. Et propter vtrumque triumph[illegible] muu, *Quod vir obediens loquetur victor*[illegible] diens autem perdet illas, & non [illegible] ruinas; quia Deus non pugnat cu[illegible] trarium. Sicut Israelitæ inobedientes q[illegible] refert liber Machabæorum deu[illegible] s ab [illegible] bus, quia non audierunt vocem duci[illegible] manus e fortiter facturos. Fallet s[illegible] putas te fortiter facturum [illegible] D[illegible] & [illegible] eius sis obediens quia obedientia gene[illegible] ciam, hæc autem fortitudinem, & tun[illegible] tissimus equitatus Dei, quando [illegible] subditus illi, ad illius te aptans voluntatem

De vnione fraterna plurium sub vno duce Deo. § 4.

HAbet autem vlterius hoc sin[illegible] obedientiæ, quod vnionem [illegible] ter multos qui eiusdem parent imper[illegible] on[illegible] nat, & perficit. Vnde fortitudo ipsa am[illegible] scit, & ad pugnandum & vincendum fit p[illegible] tior. Terribilis enim est castrorum ac[illegible] ta; ordinatio vero in eo est sita, quod vnu[illegible] que militum locum sibi ex obedientia præ[illegible] ptum seruet, & potius vitam perdat, qua[illegible] lum deserat. Cum ergo omnes fideles Deo [illegible] niuntur per obedientiam charitatis, & inter [illegible] etiam vniti sunt charitate fraterna, vt habean[illegible] cor vnum, & animam vnã, sicut D. Luc[illegible] te de primitiuis Christianis, tunc fiunt pe[illegible] & inuincibilis Christi Domini equitatus [illegible] ipse gloriatur hic, cum ait, *Equitatui meo assimilaui te.* Non ait equitatibus, sed equitatui, v[illegible] vnionem animorũ inter electos: nam licet [illegible] plurimi equitatus, omnes tamẽ sunt velut v[illegible] cum seruiant Deo humero vno, & vno cord[illegible] eundem sessorem portent, eidemque promp[illegible] obediant. Vnde eadem phrasi Zacharias Pr[illegible] pheta in loco superius citato, ait. *Posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello.* Non ait quasi equos, [illegible] quasi equum, quia licet plurimi sint, omnes [illegible] men propter summam charitatis vnionem, [illegible] obedientiam eidem Deo regenti ipsos vnu[illegible] sunt, & ea facilitate reguntur plures ac vnus, q[illegible] omnium est vnum cor, & ideo vocat eos De[illegible] *Equũ gloriæ suæ;* Quia in hac vnione maxime gl[illegible] rificatur, maxima n gloria ducis ac imperat[illegible] est copiosissimum habere equitum exercit[illegible]m ita morigeratum, & concordem, atque in omnibus sibi subditum, ac si vnus omnes ess[illegible] Quod Ezechiel expressisse videtur cum prius retulisset se vidisse quatuor animalia, quatuor facies diuersas habentia, nempe vituli, leonis, hominis, & aquilæ, & tamen postea vocat omnia vnum animal, *Eleuata sunt* (inquit) *Cherubim: ipsum est animal quod videram iuxta fluuium Chobar.*

Quia p vnionẽ charitatis, quę diuersa inter se, & dissimilia coniungit, & adunat, oĩa eodẽ impe-

[illegible] equitatus [illegible] em, qui [illegible] duc, mutuo [illegible] ad pugnandum [illegible] excitant, [illegible] fiastes, ha- [illegible], quia si vnus [illegible] & si quis iam præ [illegible] ei *Et fani- [illegible]* , quia plures inter se B [illegible] ut. Vnde adagium est: [illegible] & solitariæ manus [illegible] ualida [illegible] dixit, [illegible] itarius, aut [illegible] vel diuinis vel bestialibus [illegible] nam ea est hominis condi- [illegible] umamet, eaq; proficiat: [illegible] us in hac mundi militia, [illegible] commilitonum adsunt præsi- [illegible] me to sponsus ait: *Equitatui* [illegible] quo multi sunt commilitones [illegible] ter se ad pugnandum exci- [illegible]

[illegible] explicat D. Leo Papa his ver- [illegible] s miles etiam si specialib⁹ præ- [illegible] facere, tutius tamen & felicius [illegible] ntra hostem palam in acie stere- [illegible] tantum viribus certamen initat, [illegible] is imperio fraternis consocia- [illegible] bellum vniuersale conficiat. Mi- [illegible] mine multi confligunt cum ho- C [illegible] nec facile patet vulneri locus, [illegible] cuto fidei, non sua tantum, sed [illegible] fortitudo defendit: vt vbi vna est [illegible] la sit vna victoria. Hæc D. Leo o- [illegible] ns causam, cur multi simul feli- [illegible] quia omnium fortitudines cocūt, [illegible] cautur, & communi hosti resistāt. [illegible] niculus ex tribus filis contextus, [illegible] pitur, cum tamen singula per se fa- [illegible] entur: & fasciculus iaculo[illegible] simul [illegible] potest, singillatim vero facile; ita qui [illegible] dent, facile expugnantur, qui con- [illegible] ut difficile superantur: nam (vt dixit [illegible] n, *Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas* [illegible] expugnabilis enim est à diabolo con- [illegible] multorum, qui charitate vniti mutuū [illegible] tant auxilium. Quid enim, inquit D. [illegible] periculosius est, quam solum luctari [illegible] antiqui hostis versutias, à quo videatur, [illegible] videre non possit? Et ideo necessarium D [illegible] titudinis diem, vt nouerit aciem mul- [illegible] pariter pugnantium esse quærendam, vbi [illegible] t auxiliarij, quot socij, & tales qui dicere [illegible] cum Apostolo: non ignoramus astutias [illegible] Congregatio enim pro fortitudine sua [illegible] is est, vt castrorum acies ordinata. Pro- [illegible] od vita religiosorum cœnobitica, præ-

[illegible] quæ ni- [illegible] lum assu- [illegible] deserto *Mat. 4.* [illegible] singulare certamen, [illegible] in Eccle[illegible] & d[illegible] an[illegible] am [illegible] cui su[illegible], quem à curribus Pha- [illegible] eripuit, [illegible] solam, sed cum commi- [illegible] ctari decreuit. Vnde pauló [illegible] abi[illegible] post vestigia gregum, & [illegible] non in loco omnino deserto, sed [illegible] tabernacula pastorum, cum quibus fre- [illegible] habere posset communicationem.

[illegible] equitatum Dei per tria supradicta esse inexpugnabilem, scilicet per fortitudinem diuinis viribus spe nixam; per obedientiam ad Dei legem, ac voluntatem; ac per charitatem fraternam, & cum proximis cōcordiam. Hic vere enim est *funiculus triplex, qui difficile rumpitur*; quem nec diabolus, nec mundus, neque vtriusque potestates rumpere poterunt, quia ipse Deus trinus & vnus conseruat illum. Pater præbens fortitudinem, filius obediētiam, Spiritus sanctus fraternam charitatem: at contra diuinam Triadem adiuuantem nos quis poterit præualere? In hoc enim triplici funiculo Ambrosius, Hieronymus, aliique interpretes mysterium Trinitatis agnoscunt, quatenus tres diuinæ personæ quasi voluntur, & connectuntur (cum tamen potius sint vnus Deus) vt suo equitatui auxilientur, ne rumpi & dissipari ab inimicis queat. *Epist. 17 in Eccles. 4.*

*Confirmantur dicta à simili ex equitatu angeli-
co. §. 5.*

PRofunda valde est diuinæ Scripturæ sapientia, quæ sub vna voce equitatus tam multiplices, & sublimes similitudines comprehendit, ad declarandam ingentem Ecclesię pulchritudinem & inuictam virtutem: nunc vltimam addamus cum D. Gregor. Nysseno, ac Bernard. *Hom. 3. in Cant.* qui fieri hic mentionem dicunt de equitatu militiæ cœlestis, & exercitu Angelorum, qui sub *Serm. 39. in Cant.* forma equitum, equorum, & curruum in Scriptura sæpius depinguntur, & Deus illis dicitur *Reg. 4. v. 17* vehi tanquam in curribus, & equis, iuxta illud Psalmi: *Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium, Dominus in eis*; & iterum; *Ascendit super Cherubim, & volauit*, seu equitauit, vt habet vox *Dan. 7. v. 9.* Hebræa. In hoc autem exercitu, & equitatu mi- *Ps. 67. v. 18* rifice splendent tria insignia supra commemo- *Ps. 17. v. 11.* rata, quæ illum faciunt inuictum: Sunt enim omnes milites fortissimi, & potētissimi, per quos Deus tanquam per suos igneos equos, bella perficit, & mirabilia facinora patrat. Sunt insuper Deo obedientissimi, & tanquam alati equi ad opus sibi iniunctum peragendum velocissime properant; omnesque quamuis sint innumerabiles, summam vnionem & concordiam seruant; vnde hierarchiæ, chori, & ordines nuncupantur, quia etsi dignitate, & officio sint inæquales, summam inter se charitatis vnionem habent. Quæ coniunxisse videtur Psalmista cum vocat eos *Potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius*. Et, *Qui facit angelos suos spiritus, & ministros eius flammam ignis*; *Ps. 102. v. 20.* semper enim ignei apparent currus vel equi, *Ps 103. v. 4* throni, vel rotæ, quia ignis symbolum est trium

cotum prop... ...tud... ... A
actiuus, v... ...
& ardentis ... ...
se conuertit. H... ... ...
ercitus, vt ai N... est qu... ...ituit curru...
& equites Pharaonis, & ... Salomon ...
vocatur, *Equitatui in curribus Pharaonis* i. si... ...
tens illos sicuti E... ... a ... ... sub ... forma
equorum, & curruum ig... ... ... cum-
datus erat ab equis, & curribus A... ...am.

Hinc igitur sumpta simil... ...ne, a t sponso...

Triplex causa huius encomii.

Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea. Vocauerat ante eam pul... ...herri... mam inter mulieres, modo volens consolari eam, addit encomium dicens: parum est quod sis pulcherrima inter mulieres, nam etiam similis mihi visa es equitatui meo ex angelicis hierarchijs. Quæ ergo iam erepta es ex tyrannica Pharaonis ac diaboli seruitute, attende quod assimilauerim te angelico meo equitatui, quia deinceps volo te angelicam, & cælestem ducere vitam, ab omni labe puram: vt in corpore viuas, ac si carne careres; abstinentia tua sit quasi angelica: ieiunium enim imitatio est angelorum: castitas tua sit instar spirituum, qui non nubunt, nec nubentur. Obedientia tua sit promptissima, sicut ipsorum, vt impleas quod scriptum est; *Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra*. Charitas tua cum omnibus vnionem & concordiam seruet, sicut angeli, nec contemnens minores, nec inuidens maioribus. Si autem equitatum angelicum fueris imitata, non est cur timeas hostes, nec oppugnationes fratrum, nec ingruentia bella. Quoniam ego equitatui meo cælesti assimilaui te, qui semper erit tecum in custodia, & pro te pugnabit contra inimicos tuos. Propter hoc inquit D. Bernardus animam vocari equitatum, qui multitudinem sonat, quia nũ quam sola est, sed semper comitatur illam angelorũ custodia, & quasi vnum cum illa efficitur ad pugnandum contra hostes. Non timeres, nec diffideres, si exercitum angelorum te circumstantem videres.

B

D. Athan. l. de Virg.

Mat. 6. v. 10.

Serm. 39. in Cant.

4 Reg. 6. v. 15.

C

Non timebat Elisæus quia illum videbat, vt autem à puero tremente omnem tremorem depelleret ait illi; *Noli timere, plures sunt nobiscum quã cum illis*, & vt firmius crederet, ac vires resumeret, orauit ad Dominum dicens: *Domine aperi oculos huius, vt videat*, aperuit & vidit, *Et ecce mons plenus equorum, & curruum igneorum in circuitu Elisæi*: ignei erant, quia charitate flagrabãt erga iustos, vt eos protegerent, & ira exardescebant, contra hostes, vt illos disperderent. Cæterum erant in circuitu Elisæi, non pueri: quia hic exercitus maxime protegit electos, & fidos discipulos, non infidos & temessus, iuxta illud; *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum*, vel vt alij legunt; *Castrametabitur Angelus Domini*. Vnde infert D. Basilius vnicum angelum custodem, vocari Dei exercitum, & equitatum circumdantem iustum, quem custodit. Considera (inquit) quanta sit angelorum natura, quoniam vnius exercitui vnus assimilatur angelus, & gratias age ei qui talem tibi custodem assignauit, vt quamuis plurimos habeas hostes, eius solo præsidio inuictum contra omnes exercitum habes, si ei te per obedientiam sub j...ias.

Ps. 33. v. 8. in eundem Psalm.

D

Hinc est proprium maxime angelorum esse fortissimos facere eos, quos custodiunt, vt tan-

g... ... ...
... ...
... ...
... ...
... ...
Iosue ... ...
... ...
... ...um ... Dei ...
... vidit virum sta... ... ...
gladium ... ...tum ...
... Qui ...
exercitus ... ...
q... ...
ex ... ...
ex... ...
& vo... ...
...ns, a... ...
d... F... ...
pe... ...
venio ad ...
solandum trist... ...
docendum vos ...
vnde mos do... ...
vrbem Iericho exp... ...
Angeli principes ...
prælio constitu... ...
& ad præliandum iu... ...
& Iosue orationibus va... ...
se alliciant.

Sed attende diaboli ... ... angelico præsidio nos mun... ...
arripere satagit, vt nos plus ni... ...
dat, & præcipites faciat, quem... ...
Christum Dominum decipere præ... ...
censilli: *Si filius Dei es, mitte te d... ... enim, angelis suis mandauit de te, & in m... ...*, &c. Ac si diceret; Secure te p... ...
riculo committere, quia Angel... ...
stodes, qui te ab illo eripient. At ...
minus, quem Sathanæ insidiæ l... ...
respondit ei: *Rursus scriptum est, non tent... ... Deum tuum*. Dũ inquit, *rursus*, in... ...
pturæ sacræ loca ad inuicem esse ...
nam quod vnus locus satis non ex... ...
melius declarat, aut limitat, vel an... ...
quidem est angelis mandatum esse ...
dummodo Deum non tentemus, q... ...
gelorum præsidium non datur ad ten... ...
Deum temere nos periculis, & tent... ...
objiciendo, sed potius ad fortiter, &c. ...
pugnandum contra illos, & tentatores ...
dos. Quare dum Michael, & Angel... ...
hababant cum dracone & eius angelis ...
hæc amicta sole protegenda, ipsa non se... ...
ni temere ad pugnam obtulit, sed potius ...
in locum tutum se recepit: ne si amaret ...
sum periret in illo, angeli enim non au... ...
amantibus periculum, sed prudenter ...
bus, vel ex Dei obedientia, aut permi... ...
certamine constitutis. Oportet enim ...
tum Dei non minus prudentem esse, qua... ...
tem, & in vtroque angelico similem, cu... ...
præsidio vincet, & vitam consequentur æternam.

Amen.

[illegible]TATIO XXI.

[illegible] qua r[illegible] [illegible] de mirabil[illegible] [illegible] qua per Christi gra-[illegible]

[illegible] [illegible] ac [illegible] [illegible] religio- [illegible] tia qua- [illegible] tamen ex sti- [illegible] Pharaonis assimilaui te, [illegible] quidam Dei [illegible] sub vno [illegible] militans per [illegible] a vota huic [illegible] quo maxime refulgēt mul- [illegible] reddunt, & dæmonibus [illegible] protectione constitutum. [illegible] hactenus diximus, alia su- [illegible] eius magis declarant excel-

[illegible] dici equitatum Dei, quam seculares. §. 1.

[illegible] licet omnes fideles sint Dei mi- [illegible] incumbat contra vitia, & ho- [illegible], quam externos, scilicet dæ- [illegible] tamen hoc interest inter con- [illegible] lares, & religiosos, quod illi [illegible] pedites, isti velut equites, qui [illegible] res, & velociores sunt ad pu- [illegible] pedes suorum affectuum terræ [illegible] terrenis inhiant, bonis tempo- [illegible] dis inuigilant, & operibus di- [illegible] dum vxoris, filiorum, ac familiæ [illegible] o gerunt: quorum sollicitudo il- [illegible] d sturbat. At religiosi instar equi- [illegible] sunt eleuati, à terrenis negotiis [illegible] ant, cuncta temporalia, diuitias, & [illegible] nquunt, diuitiis operibus, & ho- [illegible] iaot, imo seipsos super se eleuant, vt [illegible] ceant. Quare illis singulariter apta- [illegible] aulus scripsit ad Timotheum: *Certa- [illegible] miles Christi, nemo enim militans Deo [illegible] negotiis secularibus, vt placeat ei cui se [illegible]* [illegible] enim nemo possit duobus domi- [illegible], Deo & mammonæ, nec sub duobus [illegible] militare. Christo & mundo; qui se Deo [illegible] sto deuouerunt, cūcta quæ ad mammo- [illegible] mundum attinent, viriliter contem-

[illegible] fit quod per viam mādatorum Dei ex- [illegible] us currant & velocius, vtpote qui omnia [illegible] erint, vt aptiores redderentur ad cursum, [illegible] derent brauium. Sicut illi de quibus Apo- [illegible] us inquit, quod omnes qui in stadio currūt, [illegible] n agone cōtendunt, ab omnibus se abstinēt, [illegible] velocius post Christum currentes brauium [illegible], & incorruptam coronam. Seculares [illegible] lurimis grauati oneribus, veluti pedi-

[illegible] per [illegible] ambulant; [illegible] vt e[illegible] [illegible] tas c[illegible] [illegible] currun[illegible] ad [illegible] quo Scri- [illegible] ait: *In omnibus operibus tuis esto velox, & om- [illegible] firmitas non occurret tibi [illegible], vidi[illegible] virum velo- [illegible] in opere suo, coram regibus stabit: neque erit ante i- gnobiles.* Vnde quia prudenter veloces sunt, non [illegible] rmantur ex pigritia; nam spirituales ægritu- [illegible] nes sæpius oriuntur ex desidia. Et sicut vxor Loth pe[illegible]t, & aspexit retro, quia tardo & lento gradu vi[illegible]um sequebatur, ipse vero, quia veloci- ter cucurrit in Segor, saluus mansit: sic qui desi- diam amat, in ea peribit, qui autē velox est, sal- uus erit. Religiosi autem hanc spiritus velocita- tem [illegible] amplectuntur, ideoque fortes sunt, & corā regibus stant, quia ab omnibus honorantur, & computantur inter principes propter eminen- tiam sanctitatis, quam profitentur. Prov. 22. 9. Gen. 19. v. 26.

B Imo inter reges sunt annumerandi, si munus 3. tegēdi aspicias. Ideo enim dicūtur equites, quia probe norunt corpus suum tegere, & tanquam equum bene domitū sibi subiicere, ac omnibus carnis affectionibus dominari, iuxta ea, quæ in Exhortatione 19. dicta sunt: seruantes illud Pauli consilium, *In carne ambulantes, non secundum carnem militamus*, imo contra illam, vt subiiciamus spiritui, qui tāquam rex præsideat, & tegat corpus. Vnde (sicut notat B. Gregorius in id Cātici: *Sexaginta sunt regina*) eorū animæ reginæ vocantur, quia dū corpora sua prudēter tegunt, cælestem sibi regnū acquirunt. Carnem suā macerant, vitia vincunt, dæmones tanquam tyrannos sibi subiiciunt, & oēs motus suos, vt sine offendiculo currant prudenter regunt. O fortes equites qui tam fortes prosternūt hostes! vere reges, quis difficillima regere, & subiicere sibi possunt. Rex terrenus (inquit D. Chrysostomus) viribus, pecuniis, multis præsidet, at monachus iræ, inuidiæ, auaritiæ, voluptati, cæterisq; animi motibus imperat, & cogitationem super tes omnes humanas erectam tenet, atq; hunc quidem regem verius quam illum dixerimus, quippe si libidini, si timori seruiat, non ipse populis imperitat, sed ea quibus ipse paret, & quorū ex præscripto mouetur. Vnde peracute tragicus Seneca ait: Rex est qui nihil metuit: hoc sibi regnum quisque dat at quis securius nihil metuit, quam religiosus, qui omnia contemnit, & nihil huius mundi concupiscit? 2. Cor. 10. v. 3. Can. 6. v. 7. Ser. 2. decō Parat. regis & monachi.

C

Sed & hoc felicius, quod religiosi sint præclari equitatus Dei, quos ipse Deus speciali cura quasi equos suos candidos, & pretiosos tegit, ducit, & cum illis, ac per illos pugnat, & gloriosas victorias obtinet. Nam sicut illi per tria vota, paupertatis, castitatis, & obediētiæ cuncta sua, corpus, ac propriam voluntatem Deo tradunt, & in ipsum transferunt, ita vt quilibet iure dicere possit: Domini *Ego sum*; ita Deus peculiariter eos sibi tegendos, ac gubernandos assumit: ac quisque dicere potest: *Dominus regit me, nihil mihi deerit*: Vnde in hoc equitatu maxime resplendet triplex illa virtus, quæ exercitum fere inexpugnabilem constituit; nempe fortitudo, quæ spei diuinæ nititur; prōpta obedientia ad imperatorem scilicet Deum, & prælatum: ac vnio fraterna & omnium mira cōcordia, quia omnia sunt illis communia & in multis corporib. vna est anima. Et sicut perpēdit Diuus Basilius, cō- munis 4. Is. 44. v. 5. Ps. 22. v. 1. De constit. Monast. c. 19.

D

„ munis est [illegible] ecitatura, commu[illegible] „ commun[illegible], cõmunes [illegible] „ munia praemia, & certaminum ex[illegible] „ coronæ vbi multi[illegible] as, & v[illegible] on solus, [illegible] in pluribus. Vnde & [illegible] nium [illegible] titudo cuiusque [illegible] teft, quo [illegible] sunt om[illegible] es, quia ad, vuaru ab [illegible] ibus. [illegible] ergo equitatus isto [illegible] erit inuei iri: vbi Deus sessor, & rector, o[illegible] es equos vnit, & sua vnione, ac fortitudine robustos facit?

In Ecclesi. præcedenti.

Equitatum religiosum similem esse angelico. §. 2.

VNDE merito equitatus iste singulari prærogatiua equitatui angelico comparatur. Nam in terra, & in carne degentes, angelicam puritatem, concordiam & militiam imitari conantur; nam (vt idem Diuus Basilius testatur) hi „ vitę diligeter communitate retenta, angelorum „ viuendi ritum æmulantur. Nulla est inter ange- B „ los lis, nulla contentio, nulla controuersia, sed „ cum habeat quisque quæ omnium sunt, omnes „ tamen apud se integras suas diuitias conseruát. „ Summi enim boni cõtemplatio, & verissimum lu- „ culẽtissima cognitio, & possessio, angelorũ the- „ saurus est. Tales sine dubio sunt, qui veræ sunt „ pietatis cultores: vt eorum non de rebus terre- „ nis, sed cælestibus concertatio sit, & indiuidua „ quadam diuisione eadẽ vniuersi & singuli apud „ se quique conseruent. Et paulo post. Charitate, „ quæ in cælo sunt, inter se coniunguntur, chari- „ tas hos mutua compagine connexuit, nihil om- „ nino insidiarũ ediri ausit aduersus huiuscemo- „ di phalangem diabolus; vt qui vnus aduersum „ tot agonistas parem intelligat se esse non posse, „ adeo expedite, adeoque confestim cõtra ipsum „ militantes, & charitate veluti acta testudine in- „ ter se alii alios tantopere protegentes, spiritúq; C „ consepientes, vt ne vel tantillum loci detur itre- „ pendi illius assultibus. Hæc D. Basilius. Quibus accedit angelorum specialis custodia, qui eos ad angelicam puritatem, & inuictam fortitudinem, atque constantiam continuo excitant, vrgent, & iuuant. Nam etsi omnium hominum sint custodes, plures tamen, vt D. Ambrosius testatue, concurrunt libentius ad custodiendum sanctiores, qui virginitatem, & religionem profitentur, cuiusmodi fuit Elisæus; ad cuius custodiam, vt vidimus, exercitus equorum igneorum accurrit.

Eodem loco.

Lib. de Virginibus ad sororem.

Aptissime igitur in religiosum equitatũ quadrat Prouerbium illud iam relatum, *Funiculus triplex difficile rumpitur.* Nam propter triplex votum, quo se Deo astringunt, tres diuinæ personę eos sibi fortius ligant, & protegunt; Pater sua omnipotentia, Filius sua immensa sapientia, & Spiritus sanctus sua infinita charitate; & insuper triplex exercitus eos munit. Primus ex omnibus illis collectus, qui singulos muniunt, ac defendunt. Secundus ex angelis custodibus, qui vigi- D lantius illis assistunt. Tertius ex reliquis Sanctis, qui sunt in cælo, maxime qui eandem regulam professi fuerunt, quorum patrociniis singulariter adiuuantur in terra.

Eccl. 4. v. 9.

Et hinc desumitur sexta excellentia religiosi status, & equitatus, vt beatis possit assimilari. Nec quibuslibet, sed illis maxime, qui sequũtur agnum quocumq; ierit: quoniam singulariter in [illegible] a imitati sunt C[illegible] [illegible] eius in natura a[illegible] [illegible] otes post [illegible] m etu[illegible] [illegible] o[illegible] po sus [illegible] *mea mea.* C[illegible] a sicu[illegible] ea b[illegible] nu[illegible] atum imp[illegible] tio, etiam v[illegible] cis: a tu parata es me sequi, [illegible] tempera e mecumque be[illegible] decertare. Q[illegible] re religiosorum [illegible] tur iis, de qu[illegible] us Ioannes ait [illegible] *in cælo sequebantur eum in equis albis* [illegible] *bo, & mundo.* [illegible] ere eligiosi exer[illegible] stes, qui vitam [illegible] celestem agunt, [illegible] ra fulgo[illegible] [illegible] sunt equi alb[illegible] præcel[illegible] at[illegible] ornatæ [illegible] splende[illegible] [illegible] ve V[illegible] ibus [illegible] uantur, e[illegible] q[illegible] sanctitatem [illegible] ore & ani[illegible] fecent[illegible]

Religiosos præcellentius submergere [illegible] Pharaonis. §. 3.

PROPTER hæc igitur omnia si[illegible] gul[illegible] ientia religiosæ congregat[illegible] stus: *Equitatui meo in curri[illegible] Phara[illegible] amica mea.* Nam reliqui iusti, etsi edu[illegible] tyrannica Pharaonis seruitute, a cu[illegible] ruti per baptismum, & pœniteri tiam, ad parte manent in Ægypto, id est in s[illegible] riq; statu, vbi operibus duris, [illegible] ateris, & [illegible] gũtur deseruire, & varii pericu[illegible] pe[illegible] expositi: & militia eorum m[illegible] ella valde [illegible] culosa est in campo mundi, cuius deprau[illegible] ges conculcare non audent, pernecti exe[illegible] continuo intuẽtur, & omnia scatent [illegible] insidiis, calumniis, litibus, rixis, & d[illegible] o[illegible] quas parit frigidum illud verbum *Meum,* [illegible] & quis secure certabit in campo: vbi [illegible] v[illegible] D. Leo Papa) omnia sunt plena pericul[illegible] laqueis: incitant cupiditates, insidiantur [illegible] bræ, blãdiuntur lucra, damna deterren[illegible] sunt obloquentium linguæ, nec sem pe[illegible] sunt ora laudantium. Inde sæuit od[illegible] ũ, [illegible] cipit mendax officium, vt facilius sit v[illegible] cordem, quam declinare fallacem. A[illegible] a cent, secunda corrumpunt; necmi[illegible] riculi carere desideratis, quam abu[illegible] cessis. Insidiæ sunt in diuitiarũ amplitudine, [illegible] sidiæ in paupertatis angustiis, illæ eleuant ad perbiam, hæ incitant ad querelam. En [illegible] & equites feroces Pharaonis, inter quos [illegible] militant seculares, maxime cõiugio astri[illegible] publicis, ac terrenis negotiis immersi, a q[illegible] tamen misericorditer eruit Deus religiosos [illegible] ideo ait, *Equitatui meo in curribus Pharaonis,* [illegible] qui seculares vexant, iam submersis *assimilau[illegible]*

Sed quomõ submergit eos? recole vo[illegible] nem tuam, & perspicue id videbis. Nam qu[illegible] admodum Israelitas fugientes ex Ægypto i[illegible] quebantur currus Pharaonis, in quorum [illegible] lis, vt superius vidimus, terni erant statores est tres fortes milites ad pugnandum; ita et[illegible] fugientes è seculo insectantur modo currus, & potestates diabolicæ, ac mundanę tres habentes fortissimos statores: illos nempe de quibus Ioannes dixit: *Quidquid est in mundo, est concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum & superbia vitæ.* Hęc tria valde vexant mũdanos, qui de illis glo[illegible]

[illegible] tia carnis multoties [illegible] ſed nutritur, & in- [illegible] dulciores illis ſunt, & [illegible] Vnde D Paulus teſta- [illegible] s patiuntur huiuſ- [illegible] appetitus vuluæ, & [illegible] ſuffic t. Quare nō me- [illegible] omnis ei materia, & [illegible] m ſubtrahitur. Con- [illegible] m etiam in ſeculo læ- [illegible] m creſcunt neceſſitates, [illegible] piditates, & cura nutriendæ [illegible] ntum auaritiæ, & quia ma- [illegible] itur poſſeſſis, oculus qui vi- [illegible] det, concupiſcentiam exci- [illegible] o concupiſcentia oculorum Superbia tandem vitæ latius B [illegible] qui totus poſitus eſt in ma- [illegible] , & dignitates ambiat, aliis præ- [illegible] be le, ſui eſſe iuris, & quod- [illegible] En currus Ægypti. En terni [illegible] men omnes coadunantur, vt [illegible], qui vocatus à Deo ſeculum [illegible] is, & foris dire vexant; foris [illegible] vt [illegible] ia, & honorifica valde ens [illegible] s tres ſtatores dire vrgent, vt illa [illegible] erant. Sed tandem vincit gratia [illegible] catio, currusque, & ſtato- [illegible] t in mare virtute virgæ crucis [illegible] us [illegible] ne anima currus cōfringit, ex- [illegible] de eis, internos ſtatores ſuffocat, & [illegible] ad ſacrum religionis ſtatū anolat; [illegible] ut illi *Equitatui meo in curribus Pharao-* [illegible] *nis amica mea.* Ac ſi dicat: O anima, [illegible] pecca i mihi amicitia deuinxi, aſſimi- [illegible] u latus meo: quia deinceps non tis titu- [illegible] ris equitatus meus; meus, quia te creaui, ſte- [illegible] s homines; meus, quia per baptiſmum [illegible] us es meæ militiæ, ſicut reliqui fideles, [illegible] C [illegible] u es equitatus meus, quia p triplex [illegible] us, paupertatis, & obedientiæ con- [illegible] us ſeculi, & occidiſti tres eius ſtato- [illegible] s vehementes concupiſcentias, & te [illegible] tradidiſti mihi: ego ero rector tu- [illegible], ego protector, & merces tua ma- [illegible]. Noli timere, ne puſillo ſis animo, ti- [illegible] pe catores, & mundani, qui confidunt [illegible] s Pharaonis, & gloriantur in illis, in [illegible] men non inuenient ſalutem. *Væ* (in- [illegible]) *qui deſcendunt in Ægyptum ad auxi-* [illegible] *u ſperantes, & habentes fiduciam ſuper qua-* *uper equitibus, quia prænalidi nimis: & non* [illegible] *ſuper ſanctum Iſrael, & Dominum non re-* [illegible] *. Ægyptus homo, & non Deus; equi eorum* [illegible] *non ſpiritus: & Dominus inclinabit manum* [illegible] *corruet auxiliator, & cadet cui præſtatur au-* *ſimulque omnes conſumentur.* At tu amica eſt cur timeas, quis ego Deus tuus auxi- D [illegible] us ſum; equi mei, quos in auxiliū tuum [illegible], non ſunt caro, ſed ſpiritus, contra quos [illegible] ualebit omnis caro. Cōfide ergo in ſan- [illegible] ſael, quære illum ex toto corde tuo, & i- [illegible] ncer hoſtes tuos, de equitatuque terreſtri [illegible] eiet te in equitatum cæleſtem, vbi ſociata [illegible] lis & beatis, omni bello extincto, perpetua pace, & lætitia fruaris.

Sed ad hanc fiduciam confirmandā aduertē- d[illegible] meſt, non ſine myſterio Chriſtum Dominū, A & exer [illegible] itum eius in equis albis appariſſe D. Io- *Apo. 19. v. 14.* anni; non tantum quia albor ille innocentiam & ſanctimoniam ſignificat, ſed etiam, vt aliis placet) quia albor in equis ſignum eſt mansuetudinis, ac ſubiectionis, ac etiam maioris imbecillitatis. Fertur enim equos albos præ aliis eſſe phlegmaticos, ac manſuetiores: ideoq; *Vide Alcaſar in Apo. 6. annot. 5.* facilius ſe ſpōte fræno, & aliorum imperio ſubiicere: vnde etiam cæteris ſunt imbecilliores. Super hos autem equos aſcendit Chriſtus, vt omnipotens eius virtus magis ſplendeat, infirma enim mundi elegit, vt confundat fortia. & per imbecilliora inſtrumenta ſtupēda gerit facinora, vt ſublimitas ſit virtus Dei, & non ex nobis. Nullus ergo cadat animo, etſi natura imbecillis ſit, ſed ſtudeat ſanctitati ac manſuetudini, omnimodæque ad Chriſtum ſubiectioni, ſinens ſe eius imperio regi, nam omnipotens Chriſti virtus per illum debellabit omnes hoſtes eius, vt vltimam conſequatur victoriam in ſecula ſeculorum. Amen.

EXHORTATIO XXII.

De pulchro affectu erubeſcentiæ, & verecundiæ, cum quis increpatur, aut laudatur, aut periculum imminet rei turpis, & quam fidus ſit cuſtos caſtitatis, & pudicitiæ.

Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis.

INcipit ſponſus ſingulas partes corporis ſpōſæ laudare: corporis inquam myſtici, quod eſt Eccleſia, quæ variis generibus, & ſtatibus hominum conſtat, diuerſiſque virtutibus, & miniſteriis, quibus ſinguli ornantur. Vnde iuxta ſupradicta cum de vocibus ſponſi agetemus, per huiuſmodi partes, quæ laudantur, intelligendi veniunt, aut ipſi ſtatus, & gradus iuſtorum, aut virtutes, & munia, quæ in illis ſplendeſcunt: inchoatur autem laus à genis dicens; *Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis.* Quia genæ ſunt quaſi ſedes pudoris, verecundiæ, & erubeſcentiæ, aut ſigna, & teſtes illius. Cū enim de aliquo facto, vel audito verecundamur, intus alteratur corpus, & ſanguis, vnde rubor in genis apparet foris: eſt autem verecundia, & pudor, quædam interior diſplicentia, & cōfuſio de turpi facto, vel quod timetur faciendū. Et ideo quidam per genas intelligunt ſtatum iuſtorum, qui verecundantur *Honorius apud Marcum del Rio.* peccare ſiue clam corā Deo, ſiue palam coram hominibus; ac ſe peccaſſe erubeſcunt. Alii vero cōtractius eos intelligunt, qui erubeſcunt de vitiis, quæ turpia omnibus cenſentur, vt quæ ab humana nobilitate degenerāt, & beſtiis homines aſſimilant: cuiuſmodi ſunt vitia carnalia, gulæ, & luxuriæ, & hæc, quia turpior maiorem iniicit pudorem.

Comparantur autem genæ turturi, qui hic duplicem habere poteſt interpretationē. Prior & communior fere apud omnes Patres eſt de anicula nota, quæ ſymbolum eſt pudicitiæ, quia ſiue mas, ſiue fæmina alio coniuge vita functo, quod reliquum eſt vitæ quaſi in perpetuo cælibatu viuit, ſola degit, per ſolitudines volitat, ea-

que omnia facit, quæ ad luctum spectare videãtur. Vnde & pro cantu, gemitum [illegible] habet. Ludouicus Legionensis. Posterior est quorundam doctorum, qui ad nomen Hebræum *Thor & Thorim* attendentes, non auem sed fœmineum dicunt esse ornamentum à capite pendens, & circa genas inuolitans, collectum ex tenuibus aureis catenulis, vel ex paruis gemmis, aut margaritis, filis ordine quodam insertis, & in turturis speciem efformatis, vel in turturis sigillum delinentibus, quod etiam ornamentum vocatur turtur, vt genæ dicãtur pulchræ sicut turtur, eo genere locutionis, quo statim subditur; *Et collum tuum sicut monilia.* Nos autem non reiecta hac similitudine, potissime tamen priorem sequemur. Vtraq; enim magna continet mysteria, quæ tunc melius aperientur, B si causas ostendamus ruboris, & verecũdiæ, quæ in genis sponsæ apparuit, & sponso non displicuit, imo laudans dicit. *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis.*

De verecundia, & silentio cum quis increpatur. §. 1.

PRima igitur ruboris causa fuit, quod durinsculé, vt vidimus, increpata est ab sponso cũ dixit: *Si ignoras te, egredere & abi &c.* Et quid mirum quod ad tam duræ increpationis vocem facies sit rubore suffusa? nam si culpã videt, de illa verecundatur; si adhuc latet etiam bonarum mentium est, ibi culpam timere, vbi culpa non est, & ideo quotiescumq; à maioribus increpantur, erubescunt, & rubescunt, tanquam turpitudinem culpæ odio habẽtes. Vnde fit quod interior facies animæ pulchrior corã Deo appareat; propter quod probans, & laudans hunc ruborem ait. *Pulchra sunt genæ tuæ sicut turturis.* Rubescunt quidam cum increpãtur, non propter turpitudinem culpæ, quam horreant, sed propter Gen. 3. v. 7. infamiam, quam patiũtur. Quomodo Adam, & Eua erubuerunt propter nuditatem, & fœditatẽ, C quam post delictũ experti sunt. Sed hæc erubescentia nõ reddidit eos pulchros, sed turpiores, quia magis fugiunt infamiam, quam Dei offensam. Vnde cum increpantur, se excusant, aut defendunt, vel in alios culpam reiiciunt, sicut primi parentes fecerunt; sed dum culpam defendunt, potius geminant, quo magis se deturpant. Peiores sunt alii, qui dum increpãtur, rubescunt nõ ex casta verecundia, sed ex accẽsa ira, qua inflammatur facies, & contra increpantem furore Serm. 42. in Cant. insardescit more phreniticị, vt inquit D. Bernardus, qui manum chirurgi mordere satagit, & qui non irascuntur sagittanti, irascũtur medicanti, applaudet illi, qui culpæ lethalis sua persuasione sagittam infixit, & fremet in illũ, qui iusta increpatione eam molitur auferre. Genæ istorũ non sunt pulchræ sicut turturis, quæ auicula est mansueta, & gemebunda, sed sicut scirpi, vel carecti D floridi, qui carpentis manum spinis pũgit. Ex D. Gre lib 8 Moral. ca. 11. in id Iob 3. v. 2 Videri n. volũt, virtutibus florescere, & ideo verbis cõtumeliosis increpantes lacerãt, quia vitia eorum detegunt, eo fine vt auferant, gemunt quidem dũ increpantur, sed non vt turtur, quia nõ dolent, vt iam diximus, de culpa sed de minoratione famæ. Vnde cũ de peccato conuincuntur, dicunt ad increpãtem velut Saul ad Samuelem, 1. Reg. v. 30 *Peccaui, sed nũc honora me coram senioribus populi mei, & coram filiis Israel.* O infelix ægrotus, & ad mor-

A tem vsque vulneratus, qui n[illegible] satis habet: refugit veram [illegible] appetit eius vmbram, nempe h[illegible].

Non si[c] sancta anima, quæ [illegible] pa care rep[illegible]one lætatur & sua humiliatione ga[udet] [illegible]que increpata tacet, & [si]lentio ac rubore [illegible] ipsæ, & increpantis veneratio[nem] testatur, Et quia hoc rarum est, & admira[tione] dignum, sponsus (iuxta Lxx. v[ersio]nem) admiratione [illegible]: *Quam speciosæ factæ sunt ge[næ tuæ] sicut turturis*; tacuit Petrus cum increpat[us] Christo dicente: *Vade post me Sathana, quia [non sa]pis quæ Dei sunt, sed quæ hominum.* Sed quid [mirum] quod taceat reprehensus, qui [illegible] ne verecunda dignus? Sed [illegible] hoc mirab[ile] ipse Petrus, quod reprehẽsus possẽ [illegible] B lo eius Paulo, eo quod a communicatione gentibus se ad modicũ tempus subtraxe[rat] pter quod reprehensibilis apparebat, [illegible] coram Deo ab omni culpa esset immunis, iustum putabat quod faciebat: [illegible] tamen omnino tacuit & increpanti con[illegible] quo longe pulchrior quam antea cu[illegible] Q[uod] sic perpendit D. Cyprianus: Nec Petrus, qu[em] primum Dominus elegit, & super quem æ[difi]cauit Ecclesiam suam, cum secum Paulus [post]modum de circumcisione disceptat[et], vin[di]cauit sibi aliquid insolenter, aut arroga[n]ter [illegible] psit, vt diceret se primam tenere, & ob[tem]perari à nouellis, & posteris sibi potius [illegible]. Nec despexit Paulũ quod Ecclesiæ prius [per]secutor fuisset, sed consilium veritatis ad[misit] & rationi legitimæ quã Paulus vindicabat [faci]le consensit, documentum sc. nobis & conc[or]diæ, & patientiæ tribuens. vt non pertinac[iter] nostra amemus, sed quæ à fratribus [ali]quando, & collegis nostris vtiliter, & salubriter sugge[run]tur, si sint vera, & legitima ipsa potius nost[ra] ducamus. Hæc D. Cyprianus.

C Nec fuit minus mirabilis Moyses cu[m] increpatus à socero, quod stulto labore in populi gubernatione solus cõsumeretur, tacu[it]. *Fecit omnia, quæ ille suggesserat.* Quod sic amplifi[cat] D. Chrysost: Hæc vt audiuit non erubuit, [nec] est confusus, non est veritus subditos, [nec] dixit intra semetipsum: contemnent me [illegible] si ab aliis quod faciendum est, didicero: sed [illegible] temperauit, & fecit iuxta consilium illius. [Et] paulo post. Hoc igitur est quod Moyses nõ [do]cuit, vt non erubescamus, si arguamur, etiam [si] tota nostra plebs adsit. Reprehensionem e[nim] bene ferre nõ vulgaris, sed summæ philosop[hiæ] præconium, & laus est. Vnde etiam disces, quod etsi sis valde perfectus, perueneris que ad summum virtutis fastigium, opus tibi sit consiliario, & aliquo qui te corrigat, & arguat. Ita D. Chrysosto. Sed quorum ait non erubescendum cum D increpamur contra id, quod dixisse videmur: sciendum est non loqui de erubescentia honesta, quæ culpam, & defectum timet, & horret, sed de alia vitiosa, quæ solam confusionem coram hominibus timet, & vt eam fugiat, culpam defendit, & increpanti resistit, & de vtraq; dixit Ecclesiasticus: *Est confusio adducens peccatum, & est* Eccl 4. *confusio adducens gloriam, & gratiam*, propter quod idem Sapiens etiam ait. *O quam bonum est correptũ* Eccl 4. *manifestare pœnitentiam*, non solum inquit bonũ est pœnitere intus, sed etiam foris manifestare

pœni-

[illegible] & [illegible]ntia: [illegible] peccato com- A
[illegible] em externo rubore, ge-
[illegible]nu, & [illegible] bone, ac obedientia ad id
quod præ[illegible] p[illegible]iens.

Hæ [illegible]nia l[illegible]bilia sunt, & pulchra, splé-
[illegible] spoosa, quæ increpata erubuit,
[illegible] post vestigia gregum, obtéperauit,
[illegible] est illi, *Equitatui meo assimilaui te*;
[illegible] obed[illegible]sti mihi, & insuper genæ tuę
[illegible]æ app[illegible]tēr instar turturis, quia te vi-
[illegible]m, & gemebundam, erubescen-
[illegible]fusionem, quę tibi maiorem ad-
[illegible] gloriam. Sed perpéde ordinem
[illegible]ssimulatur equitatui, deinde ge-
[illegible]nt tur[illegible]uri: quoniam in increpati-
[illegible] quidem habenda est fortitudo, &
[illegible]nstar equitatus, & verecundia, ac
[illegible]r turturis: sed illa nobilior, & ideo
[illegible]. Quia nō tam magnum est increpa-
[illegible] excitare ruborem, sed mirum est non
[illegible] fortitudinem.

De verecundia, & silentio cum quis laudatur. §. 2.

SV[illegible]ior fuit secunda causa ruboris, & vere-
[illegible]iæ in spōsa, cuius genæ sunt rubore per-
f[illegible] [illegible] tun primo proprias laudęs ab ore i-
[illegible]oli audiuit, cum eam pulcherrimam in-
[illegible]erer appellauit, & equitatui suo splēdi-
[illegible]laiā dixit. Sed hoc ipso quod laudata,
[illegible], se pulcherrimam esse probauit, & ideo
[illegible]is laudes cōfirmans, de nouo laudat eam,
[illegible] *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis*. Vere n. hu-
[illegible] anima sicut erubescit de culpa cum incre-
p[illegible] ita & de propria indignitate cū nimis lau-
[illegible], quia tali laude se putat indignā, & valde
p[illegible]rtetur cū non videt in se intus quod de se
v. 3[illegible] foris Propter quod dixit Salomon: *Quomo-
d[illegible]rebatur in conflatorio argentum, & in fornace aurū,
[illegible]rbatur homo ore laudantis*. imperfectus n. cuius
[illegible]dica, & tenera est virtus, igne laudationis cō-
su[illegible]itur, & virtus illius in fumum vertitur vani-
tatis. At perfectus potius redditur pulchrior, &
[illegible]endidior, quia fit multo humilior, dū nihil in
se, & ex se laude dignū inuenit: & quidquid ha-
bet boni, soli Deo attribuit, in quem omnē lau-
[illegible]em refert. Et inde est (inquit D. Gregor.) quod
iustorum animus magno laudum suarum igne
[illegible]tucietur. Cauta n. consideratione trepidat, ne
[illegible]ut de his in quibus laudatur, & non sunt, maius
[illegible]ei iudicium inueniat, aut de his in quibus lau-
datur, & sunt, competēr præmium perdat. Vn-
[illegible]e plerúq; fit, vt sicut iniustus ex laude sua pol-
[illegible]ur; ita vir iustus audita laude sua purgetur.
[illegible]am trepidus ad cōscientiam recurrit, & quid-
quid illic inest reprehēsibile corrigit, vel si quid
[illegible]oni est soli Deu acceptum refert.

Sed quæres forte cur sponsus cælestis in hoc
[illegible]onflatorio, & fornace probauit sponsam; cum
[illegible]prum sit, *Ante mortem ne laudes hominem quem-
quam*. seu, *ne laudes hominem in vita sua*. Siquidem D
laudatio solet esse occasio ruinę, dum ex ea pul-
lulat vitium superbiæ. Sed hoc cōsilium ad ho-
mines refertur, qui nesciunt qualis sit ille, quem
laudant, & quem fructum, aut damnum pa-
tiant eorum laudes. Ideoque parce, ac caute
laudare debent eor, quorum virtutes non satis
norunt, nedum aurum, & argētum laudant, re-

probum & obscurum efficiāt. At Deus qui per-
fecte nouit quid sit in homine, iūe laudat eum,
cum laus ad virtutis cōfert incrementum; vnde
sæpius laudauit dilectam sponsam in hoc Canti-
co, quia præsciebat laudes has ignem esse, quo
probata redderetur pulchrior, & splendidior;
in cuius signum cum primum eam laudaret, sta-
tim subiunxit: *Quam speciosæ factæ sunt genæ tuæ
sicut turturis*; quia meis laudibus verecunda tua
humilitate redditę sūt speciosiores. In eo quod
ait, *Factæ sunt*, satis insinuat, quod noua fuit il-
la pulchritudo, quæ in genis apparuit, & ex ijs,
quæ audierat eam processisse. Cuius etiā incre-
menti indicium est, quod ipsa omnes laudes in
sponsum refert, vt in progressu Cantici sæpius
videbimur. Etenim verecundia cuius fructus, vt
inquit Diuus Ambrosius, est silentium, os clau- *Lib. offic. c. 18.*
dit ad laudandum hominem, qui nos laudat, ne
videamur acceptasse laudem, & in illa compla-
cuisse, & multoties securius existimat omnino
B tacere, silere à bonis, ne labatur in malis, ali-
quando tamen os aperit ad laudandum Deum,
à quo digna laude recepit, quando certo cōstat
non se obiter vane laudare, sed solum Deum.
Cuius mirum exemplum præcessit in Deipara:
quæ coram Angelo laudante erubuit, & tacuit, *Luc. 1. v. 29 & 45.*
sed cum ab Elisabeth easdem fere laudes audi-
uit, in Deum illas retulit, aperiens os suum ad
benedicendum ipsum: quia fecit illi magna, qui
potens est, & sanctum nomen eius. Sed de hoc
illustrissimo exemplo post erit sermo.

De erubescentia cum imminet periculum rei turpis, quæ preseruat ab illo. §. 3. *Pro Virgine & martyre.*

SED progrediamur ad tertiam causam ruboris
sponsæ, quæ maxime timebat, & exhorrésce-
bat quidquid vel minimum pręse ferret pericu-
li contra pudicitiam, vel labendi in aliquid tur-
C pe vel minus decens circa illam: Etenim vt D. *1. 2. q. 41. ar. 4.*
Thomas testatur, erubescentia & verecundia,
seu pudor species quædam sunt timoris, illa de
turpi actu committendo; hęc de turpi iam com-
misso, licet interdum hæc nomina pro eodem
vsurpentur; hic verecundus timor perculit spō-
sam, cum dixit: *Ne vagari incipiam post greges soda-
lium tuorum*, seu, *ne fiam sicut cooperta*, aut mere-
trix ad modum supra explicatum. Ex nimio er-
go amore pudicitiæ ꝓcedebat timor & erube-
scentia vagandi & egrediendi foras, ne aliquid
sibi succederet quo haberetur vt cooperta, &
minus pudica; cæterum cum sponsum increpā-
tem audit, & dicentem, quod si se ignorat, egre-
diatur & abeat post vestigia gregum. Egressa est
quidem, sed facie rubore suffusa, & plena vere-
cundia, quæ testis erat suæ eximiæ pudicitiæ, in
qua sibi cōplacens sponsus, ait: *Pulchræ sunt genæ
tuæ sicut turturis*, quia turturi pudicæ, & solita-
gæ mihi similis videris, fugiens hominum con-
sortia, ne lædatur pudicitia.

Valde enim placet Deo huiusmodi timor cu-
iuscumque rei turpis, maxime cōtra castitatem,
cuius fidelis comes, vigilansque custos est pu-
dor, vagari per vicos, & plateas refugiens, ne
periculum subeat maculandi illam. Vbi enim
est vagatio, difficile custodiuntur sensus, &
quæ videt, aut videtur, quæ audit, vel audi-
tur, &

sed proprius dicimus, virgam fuisse instrumentum diuinæ omnipotentiæ, & symbolum, sicut inquit D. Augustinus, crucis Christi. Nam sicut eleuata virga cessit mare, & fluctus eius; ita erecta cruce vincitur mundus, & mundanæ potestates. Christus igitur nos liberat à peccato, & à diabolica seruitute, gratiamque iustificationis infundit, non nostris meritis, non proprijs viribus, & armis contra diabolum pugnantes, quia non magis possemus illum deuincere, quam Hebræi Pharaonem expugnare; sed solum virtute virgæ, crucis, & passionis ipsius: & ideo ipse dicitur pugnare in nobis, & pro nobis, & nos dicimur equitatus illius.

Serm. 60. de tempore & Prosper supra citat.

Hinc satis explicita manet via, quam tradit sponsus, & magister cœlestis, vt sponsa cognoscat seipsam, & ea quæ habet tum ex se, tum ex Deo, vnde amplius ipsum Deum agnoscat. Ex se enim habet esse currum, & equum Satanæ, sub eius tyrannide in tenebrosa Ægypto degere, operibus duris luti incumbere, & miseras ciuitates hosti luto ædificare. Imo D. Hieronymus ex eo ait sponsam hic comparari quadrigis Pharaonis, quia omnis anima, quamuis sancta sit, atque perfecta, ad Deum comparata quasi currus Pharaonis sit, & iumentum, ac irrationale animal: quo sensu dixit Dauid, *Vt iumentum factus sum apud te*. Et Moyses, *Ego autem sum irrationalis*; (ita vertunt Septuaginta;) vbi Vulgata legit, *Non sum eloquens*: sed hæc expositio singularis est præter communem doctorum. Satis sit nobis animam has miserias commemoratas ex seipsa habere, à Deo autem habet ab illis eripi, cunctos hostes virtute crucis Christi demergere, equum esse Dei, cui ipse insideat, & regat, in quo pugnet, & vincat, aliaque innumera & ingentia dona conferat, quæ in sequentibus explanabimus. Quare sicut Scriptura refert, quod demersis curribus Pharaonis *Timuit populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moysi seruo eius*. Nam viso tam ingenti prodigio, quo à Pharaone erepti sunt, venerati sunt Deum, & eius immensam virtutem nouo modo cognouerunt, firma fide credentes Deum esse omnipotentem, quillos eripuit, & Moysem fidelissimum esse Dei Prophetam; cuius ministerio sic erepti sunt: ita etiam, cum anima comparat præsentem statum gratiæ cum præcedenti statu peccati, & confert tristitias, remorsus conscientiæ, cordis anxietates & labores vitiorum intolerabiles, ac amaritudines, quas sub diaboli tyrannide patiebatur, cum pace, gaudio, securitate, & fiducia, qua modo fruitur, non potest non amplius Deum venerari, & firmius Dei omnipotentiam credere, eiusque immensam virtutem clarius agnoscere, à quo hæc mirabilis mutatio, & tam ingentia bona sibi promanarunt. Ad hanc autem notitiam ex simili experientia prouenientem, inuitat nos ipse Dominus per Malachiam, dicens, *Conuertimini, & videbitis quod sit inter iustum & impium, inter seruientem Deo, & non seruientem ei*. Tantum enim inuenietis inter vtrumque discrimen, vt testimonium vobis firmum præbeat veritatis, fidei diuinæ & benignitatis Dei erga eos qui illi seruiunt. Ait autem sacra Scriptura quod Israelitæ non tantum crediderunt Deo, sed etiam *Moysi seruo eius*: quoniam (vt notat Dinus Hieronymus) non est in Deum perfecta dilectio, & fi-

In Abacuc 3. v. 8.

Ps. 72. v. 23

Exod. 4. v. 10.

Exod. 15. v. 31.

Malach. 3. v. 18.

In epist. ad Philem.

des quæ in ministros eius odio & infidelitate tenuatur. Sicut ergo ex perfecta conuersione tiiur veneratio, dilectio, & fides maior erga Deum, sic & in ministros, qui conuersiones tunt coadiutores, tanquam Dei instrumenta, & vlterioris perfectionis futuri sunt etiam magistri, & promotores. Propter quod etiam sponsa comparatur equitatui: equus enim animal est ingenuum, & fidum sessori suo; sic & ipsi ingenuum, gratum & fidum cor gerere debent omnes, qui illam in viam salutis dirigunt, vt minus inhæreat Deo, cui sit honor & gloria in sæcula. Amen.

EXHORTATIO XIX.

De modo quo spiritus regere debet corpus suum & appetitus inferiores, vt dignus sit equitatus Dei ad omnia vitia debellanda: tandem modum quo Verbum diuinum suam regebat humanitatem.

Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te, amica mea.

LXX. Equæ meæ in curribus Pharaonis assimilaui te, proxima mea.

POst acceptum iustificationis insigne beneficium in quo anima, tanquam equitatus Dei de diabolo, & de peccato triumphat, adhuc plura supersunt bella contra eosdem hostes, vitia, peccatorumque reliquias, quæ fere per totam vitam animam iusti vexant: nam militia, & tentatio est vita hominis super terram. Sicut ergo populus Israeliticus, qui hic equitatus Dei nuncupatur, duplex acreque bellum gessit, in quo Deus in illo, & pro illo pugnauit; alterum quod relatum est contra Pharaonem, & exercitum eius. Hoc autem submerso, cœpit alterum contra septem nationes Gentium, quæ terram sibi promissam occupabant. Quas quidem non vno die, sicut Ægyptios, deuicerunt: sed longo tempore, paulatim, & per partes, quia ita illi expediebat, vt Moyses prædixerat, ne multiplicarentur contra ipsum bestiæ agri; dum terra aliquo tempore maneret habitatoribus, & cultoribus deserta. Ad hunc igitur modum duplex nobis est acerrimum bellum contra Dei hostes. Alterum, quo à peccatis lethiferis erui conamur, & per baptismum, vel pœnitentiam Dei gratia victores euadimus, vt jam diximus; in quo omnia simul peccata suffocantur; quia vnum sine alio non potest remitti, & impium est à Deo dimidiam sperare veniam. Cæterum deuictis peccatis lethiferis, manet aliud longius, ac molestius prælium contra internas animæ passiones, prauasque eius propensiones, ac vitia, seu vitiosos habitus, qui ex præcedentibus actibus remanere solent, quæ ad septem illa reuocantur; quæ capitalia nominare consueuimus & per septem illas nationes, (vt Cassianus, Collat. aduertit) præfigurantur, quæ non possunt vinci pariter, & breui tempore, sed per partes, & paulatim, longo temporis interuallo, acrique & continuo

[illegible] N[illegible] &[illegible] d fe[illegible] e [illegible] de[illegible]ans a[illegible] *Equitatui meo in curri-[illegible] amica mea* : idel[illegible] o [illegible] meo, etiam po[illegible] de- [illegible]s, quia adhuc [illegible] multa [illegible]us strenue [illegible] dimicare [illegible] Christus post baptis. [illegible] desertum, vbi tentatus [illegible] gloria, ambitione, & [illegible] sunt [illegible] capitalia, quæ [illegible] ita electi eius post acce- [illegible] andum se accingere de- [illegible] Christi milites, quos hic

[illegible]catus exercitus est non [illegible], [illegible] autem Israel ex Æ- [illegible], non equites, ad myste- [illegible] est, & explicandum primo [illegible] equitibus comparetur in hoc

[illegible] esse [illegible]sorem ac rectorem sui corporis, sicut equi. §.1.

A[illegible] gentiam obseruandum est [illegible] spirituali militia iustum ge- [illegible]uitis, vt spiritus sit quasi sessor [illegible]us vero tanquã equus cui insidet, [illegible]. Per spiritum autem intelligimus [illegible]nem superiorem quæ diuinis [illegible]natur: per corpus autem, etiam o- [illegible] & appetitus, ac animæ sentientis [illegible]munes sunt nobis cum brutis. [illegible]m consulto Dominum assimi- [illegible] etiam animalibus irrationalibus, [illegible]s, & equabus; vt indicaret in illa esse [illegible]m & animale; non tamen indo- [illegible]o & fræno rationis subditum. [illegible] sub curribus Pharaonis appeti- [illegible]scibilis, tum irascibilis, quasi e- [illegible]us & effrænis rationis regulam, [illegible]men conculcans, ad omnia lasci- [illegible]a, & terrena hinniens properabat; [illegible]uam per gratiam iustificationis ab [illegible] est ereptus, incipit regere corpus [illegible] per vias iustitiæ illud deducere, fræno [illegible]tus eius inordinatos cohibere, & [illegible]ue secundum legem cupit strenue [illegible], & sicut infirmus ille qui in grabbato [illegible]batur, sanatus à Christo ita est corrobo- [illegible], vt grabbatum suum ipse portaret; ita [illegible]s, qui antea languidus iacebat in tor- [illegible] & à passionibus appetituum traheba- [illegible] vitia, cum sanus factus est per Dei gra- [illegible]ita fortis euadit, vt regat proprium cor- [illegible] ac inferiores appetitus, seu affectus post [illegible]hat, vt simul cum ipso sequantur Chri-[illegible]

Explicat hoc eleganter Diuus Ambrosius, statuens discrimen inter eum qui tantum est [illegible]ensor equi, & eum qui simul est agitator & rector. Eques enim ascendit equum, non [illegible]

[illegible]gat; & ideo agita- [illegible] na & arte pro arbitrio [illegible]ttentes incitat, vel refle- [illegible]os, vel reuocat fatigatos, vel man- [illegible]to sua voluntate conuertit. In iustis [illegible]uus caro est, agitator vero vigor men- [illegible] regit carnem, & motus eius velut quos- [illegible] equos prudentiæ habenis coercet. Pec- [illegible]es autem dicuntur tantum ascensores e- quorum, quia proprium corpus regere negli- gunt, sed ab ipso indomito furore in prærupta, & periculosa raptantur: vnde de illis dicitur, *Dormitauerunt qui ascenderunt equos*; corporis, sci- licet, voluptates nullo moderamine gubernan- tes. Propter quod bene etiam cõtra eos dicitur, *Equum & ascensorem proiecit in mare.* Et, *Percutiam omnem equum in stuporem, & ascensorem eius in amen- tiam*: nam præ magnitudine plagarum stupe- bunt, & quasi amentes fient. Contra hos facile præualet inimicus; nam coluber in via, & cera- stes in semita mordet vngulam equi, vt cadat ascensor eius retro: nam dum diabolus carnis affectiones excitat, & quasi possidet, spiritus in peccatum per consensum corruit; & quid mi- rum quod corruat, si equum suum gubernare negligit?

At quando spiritus Dei gratia adiutus, nouit proprium corpus regere, mordentem colubrũ, & cerastem conculcat, caput conterit, inuictus- que in suo equo manet; & aptus ad pugnandum est cõtra quosuis hostes: de quo gloriatur spon- sus, dicens, *Equitatui meo assimilaui te*; meo, in- quam, quia mea gratia constitutus est equitatus fortis; & quia me ducem sequitur, & mea bella gerit, & ego vinco per illum. Quam gloriosus autem sit equitatus iste iustorum depingit Di- uus Iohannes in Apocalypsi, postquam vidit Verbum Dei super equum album, sic dicens, *Et exercitus qui sunt in cælo, sequebantur eum in equis al- bis.* Quod sic explicat Diuus Gregorius; Equus quippe est vnicuique sanctæ animæ corpus suũ, quod videlicet nouit, & ab illicitis continentiæ fræno restringere, & rursum charitatis impulsu in exercitatione boni operis relaxare. Equitis vero nomine anima sancti viri exprimitur, quæ iumentum corporis bene subditum regit; vnde & Ioannes Dominum contemplatus, ait, *Et ex- ercitus qui sunt in cælo, sequebantur eum in equis albis*; quia Sanctorum corpora, & luce iustitiæ, & ca- stimoniæ candore claruerunt.

Huiusmodi ergo equitatus Sanctorum se- quitur Christum Dominum in equo albo se- dentem, quia imitantur illum ita regendo cor- pora propria, sicut ipse rexit corp⁹ suum. Quod per equum album intelligi testantur D. Hiero- nymus, & Diuus Ambrosius, Rupertus, & alij Patres.

De assimilatione ad Christum in modo regendi corpus, & bellandi contra hostes.

§.2.

AD hanc autem imitationem exhortatur nos spõsus in his verbis, maxime si sequa- mur versionem Septuaginta quæ sic habet, *Equa mea in curribus Pharaonis assimilaui te proxima mea*; vbi per equam non incongrue cum Origene in- tellige-

Marginalia: [illegible] ordo [illegible] immotatus est. — Ps. 75. v. 7. — Exod. 15. v. 1. — Zach. 12. v. 4. — Gen. 49. v. 17. — Apoc. 19. v. 14. — Lib. 31. Mor. c. 9. — In id Isa. 66 Annunciabunt gloriam meam. — In id Ps. 40. Magnificauit super me supplantationem. — Idem alibi in Apoc. 6. v. 2. — Hom. 2. Exhort. 4. in Cant. — de N[illegible]

tel igemus ca[illegible] A
eius, aut huma[illegible]
quam in Apoca[illegible]
equam, quonia[illegible]
dam sponsæ pulchr[illegible] spe[illegible]
quæ à natura est [illegible] equi[illegible] maior est in eq[illegible] bus. Fuit ergo caro Chr[illegible] stat[illegible] uæ, speci[illegible] æ, g[illegible] nerosæ, ac plene dominæ, respectu animæ; vtraque vero simul respectu Verbi diuini quod al[illegible] sumpsit eas in vnitatem personæ; & tanqu[illegible] in[illegible] sessor prudentissimus ac potentissimus regebat equam humanitatis suæ, & tam caro quam anima plenissime subijciebantur ei, sinebant [illegible] ue se libenter regi ac duci quocunq; ipsum Verbum volebat, etiam si ad asperrima & amarissima mortis tormenta duceretur; juxta illud quod

Isa. 50. v. 5. testatur per Isaiam, *Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico; retrorsum non abii, corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus; faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me.* B

Vide Suar. to. 1. in 3. p. disp. 33. sectione 2. Hinc Patres deducunt potissime Christum hominem fuisse impeccabilem: contra hanc n. carnem & humanitatem Christi insurrexerunt

Mat. 4. v. 2. omnes currus Pharaonis; id est, omnes inferni & mundi potestates. Primo aggressus est diabolus in deserto corpus famelicum, vt de gula tentaret; deinde animam, vt inani gloria prosterneret, & tandem vtrumque vt ambitione & auaritia suis pedibus subijceret. Sed quia rector erat Verbum Dei omnipotens, nec vngulam equi potuit mordere, vel intus aliquam inordinatam concupiscentiam excitare, sed omnis apparatus bellicus foris fuit, quem facillime dux no-

In Anchorato prope finem. ster dissipauit: nam (vt inquit D. Epiphanius) Verbum virtute sua frænabat inferiorem naturam ab omni inutili carnali turba, & remittebat ad decentes ipsius deitatem corporales necessitates. Acrius tamen bellum indixerunt ei pote- C states tenebrarum, Scribæ, & Pharisæi, ac Principes Sacerdotum, sæuissime eum insectantes, donec corpus cruci affigerent; quibus tamen non restitit, quia voluntas Dei, cui se libentissime submittebat, hoc ipsum ordinabat, vt in mari rubro sanguinis eius per vulnera corporis effusi, submergerentur omnes currus Pharaonis, & omnia peccata suffocarentur; quo peracto, resurrexit gloriosus, & formosus; & tunc (vt te-

Vbi supra. statur D. Hieronymus) ascendisse dicitur super equum album, quia corpus reassumpsit candidum, pulcherrimum, & gloriæ dotibus exornatum.

Cum igitur nostra felicitas & pulchritudo sita sit in Christi, qui speciosus est præ filijs hominum, imitatione, ait sponsus, *Equitatui meo, aut equa mea assimilaui te amica & proxima mea*: id est, D quia te constitui amicam meam, & volo vt sis mihi proxima, semperq; mihi adhæreas, decreui te assimilare corpori meo, & animæ, ac humanitati meæ, qua currus Pharaonis subuerti; ideoque stude, & totis viribus satage hanc assimilationem obtinere: inspice quomodo ego Verbum omnipotens rexi corpus meum, animam, & humanitatem meam, quomodo illa plenissime se meo regimini subdiderunt: quomodo in illis pugnaui contra hostes meos, & prostraui eos, & tu fac similiter; & tunc vere pulcherrima eris inter mulieres, felix & beata,

[illegible]
[illegible]
[illegible] q[illegible]
[illegible] V[illegible]
[illegible] e ad [illegible]
p[illegible] quem eq[illegible]
qui [illegible] cœ[illegible] le[illegible] cœl[illegible]
sequi[illegible] in equis [illegible] &[illegible]
mun[illegible] is & l[illegible] tis per sacramenta suf[illegible]
qu[illegible] tanquam m[illegible]
ro[illegible] & [illegible] iam equitatus ducem [illegible]
do pu[illegible] qu[illegible] se pu[illegible] nau[illegible]
de li[illegible] s[illegible] iu[illegible] ent.

Cur inchoandum sit a regimine corporis, vt [illegible] spiritus. §. [illegible]

HInc fit t[illegible] anc assim[illegible] B [illegible] n du[illegible] quæ ani[illegible] ian[illegible] c[illegible] ctum C[illegible] stituunt. Pr[illegible] um, a quo n[illegible] me[illegible] ritus tanquam strenuus eques [illegible] domare corpus suu, vt si[illegible] tanq[illegible] domitus serui[illegible] illi, ad[illegible] mil tue[illegible] Christi, quod [illegible] mnino [illegible] bd[illegible] n[illegible] Verbo diuin[illegible] S[illegible] d quo[illegible] m[illegible] bus & appetitibus inferiorib[illegible] st[illegible] lio sensuum, & affect[illegible] onum, [illegible] æ[illegible] nis respuunt, oportet equum [illegible] cilijs, & disciplinis; & inlu[illegible] has internas concupiscentias [illegible] are[illegible] subijciamus eas, alioqui præu[illegible] n[illegible] mus contra diabolum, & [illegible] rum tentationes, persecutiones, & [illegible] euincere, sed in illis misere corruemus

Primo quidem; nam quis nisi fatuus, a[illegible] merarius, insidens equo indomito & effræ[illegible] audebit ad bellum contra hostes pro[illegible] C Stulte, doma prius equum tuum [illegible] e f[illegible] & fac vt tibi plene ad nutum obediat [illegible] aggredieris hostes tuos, alioqui corrues [illegible] lis: nam ipse equus præcipitabit te, & co[illegible] centiæ carnis tuæ facient te in gaudium [illegible] cis tuis.

Deinde, qui intestinum & domesticum pa[illegible] tur bellū, nequit sine periculo ad externos [illegible] stes debellandos egredi, interim enim a d[illegible] sticis deuastabitur: & frustra se accingit [illegible] externos, qui internos nondum subeg[illegible] qu[illegible] imo ab illis sæpius opprimitur, & ab vtrisqu[illegible] cilius desolabitur; iuxta id quod dicit Oseas, [illegible] *gressus est fur spolians, & latrunculus foris.* Fures [illegible] spoliantes sunt internæ passiones, & cupidi[illegible] tes, maxime quæ carni sunt magis natiuæ, v[illegible] la, libido, & huiusmodi prauæ concupiscen[illegible] latrunculi vero foris deprædantes sunt dæm[illegible] D nes & persecutores, & vitia ea quæ vires sum[illegible] non tam à concupiscentijs, quam ab externis occasionibus. Prius ergo oportet domestico[illegible] fures expellere, quam externos latrunculos aggredi. Prius cupiditates carnis infræna, & magnam obtinuisti victoriam, quæ ad omnes al[illegible] as tibi facilem parabit viam; nam ex interiorum victoria magna oritur lætitia, ingensque fiducia præualendi contra reliqua. Vnde optime Diuus Cyprian. hoc explicans, sic ait: Voluptatem vicisse, voluptas est maxima, nec vlla maior victoria quam quæ de cupiditatibus refertur. Qui *Lib. de [illegible]*

hostem

... illo, qui libidinem re- A
... quam minimum prostra-
... qui cupiditatem
... cum superauit, qui
... triumphat, manu
... bus iacere ostendit, pa-
... reddit, & libertatem sibi,
... is difficillimum, reddit.
... gie ostendens potiorem
... cendis internis cupidita-
... quibus debellatis facile est a-
... te, qui à nostris concupis-
... ont.

... o mollis & segnis est, vt pro-
... motus eius, quos sensus perci-
... non expugnat, quomodo in-
... tra aereas potestates, & princi-
... qui subtilioribus, & occultio-
... op ugnant? & qui à proprio ap- B
... pellente deijcitur, quomo-
... contra vehementes impetus dæ-
... num persequentium, qui incre-
... & fur e illum præcipitare conan-
... ait Ierem. *cum peditib. currens laborasti,*
contendere poteris cum equis? Si carnem, &
... domesticas nō superas, quomodo su-
... s cu us & equites Pharaonis; vt possis
... Apost lis, etiam & dæmonia subij-
... Attende ordinem belli, quod
... n a commemorauit; prius enim di-
... oratam fuisse à sole, scilicet ab æstu car-
... piditatum, quę corpus adurunt; dein-
... matris eius pugnasse contra ipsam, quia
... persecutores à dæmonibus agitati op-
... illam: vt autem sciret ordinem pu-
... & debellandi eos, ait illi sponsus, *Equi-*
... meo in curribus Pharaonis assimilaui te. Ac si di-
ceret, ... ce constitui te tanq̃ equitatum meum,
... us tuus habenis virtutum proprium cor C
... ar per quod ad alia grauiora bella gerē-
... ior fiat. Si enim spiritus, appetitus & ca-
... rdes sint, erunt velut equitatus inex-
... n bilis; nam *Funiculus triplex difficile rumpitur.*
... plex autem funiculus hominis est, quē Pau-
... efert, dicens, *Integer spiritus vester, anima, &*
... us sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi
... ur. Animam vocat partem concupiscibi-
... se iracibilem, quæ cum spiritui ac menti,
... n corpore concordat, difficile ab ho-
... umpitur, & ipsi facilius rumpuntur, &
... tur ab illo.

... eum subiiciendum esse Deo, sicut equum rectori.
§. 4.

... t egregia valde sit prima assimilatio, vt D
... tus sit perfectus eques, sciens probe rege-
... um corporis sui; tamen necessaria est se-
... multo sublimior, in qua totus homo tam
... dum corpus, quam secundum animam &
... m, est quasi equus ipsius Dei, Deus vero
... ac rector illius; de quo Verbum diuinum
dicat, *Equa mea assimilaui te proxima mea*; quia quo
modo ego regebam meam humanitatem, & i-
psa instar equæ pulcherrimæ, ingenuæ, ac bene
domitæ in omnibus obtemperabat mihi; ita te-
ipsam regere cupio, teque instar similis equæ
mihi plene obedire, & subijci; & quæ sublimior

hac assimilatio potest excogitari? O ter quater-
que beata anima, quæ ita se Deo submittit, vt
quocunque velit, vertat illam. Hæc secunda as-
similatio est præ omnibus curanda, quia radix
est prioris, quæque sine illa obtineri nequiuit.
Sicut enim in felici statu innocentiæ, quamdiu
spiritus obediens esset Deo, corpus etiam & ap-
petitus obedirent ad nutum spiritui, omnisque
rebellionis, miseriæ, & mortis essent expertes: at
cum spiritus restitit Deo, mox caro cœpit con-
cupiscere contra spiritum, & passiones insurre-
xerunt contra rationem, corpusque factum est
omnis miseriæ, & mortis reum; ita & modo non
potest spiritus suum corpus & appetitum do-
mare, & infrenare, nisi ipse prius Deo plene sub-
ijciatur: si autem humiliter & prompte se Deo
in omnibus & per omnia subijciat, ipse Deus
geret munus omnipotentis rectoris, & aurigæ,
eumque iuuabit, vt possit sibi internos hostes
subijcere, sicut scriptum est: *Cum placuerint Domi-* Pro. 16. v. 7.
no viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem.
Infundet enim Deus animæ sibi dilectæ virtutes
morales valde perfectas, quibus infrænentur
appetitus, & motus eorum inordinati coerce-
antur.

Libeat verba D. Ambrosij referre, qui nonul- Li. de Isaac & anima c. 8.
hil immutata similitudine adducta hoc elegan-
ter explicat sub metaphora currus, & quadrigæ De hoc in
cuius iam fecimus mentionem. Rector (inquit) fra lib. 9.
noster Christus est, anima vero currus, qui bo- Exhor. 7.
num rectorem sustinet. Si currus est anima, ha- in id, Anima mea
bet equos vel bonos, vel malos. Boni equi vir- conturba
tutes sunt animæ; mali equi passiones sunt cor- uit me
poris. Bonus ergo rector malos equos restrin- propter
git, bonos incitat Boni equi sunt quatuor; pru- quadrigas
dentia, temperantia, fortitudo, iustitia: mali e- Aminadab.
qui, iracundia, concupiscentia, timor, iniquitas. «
Inter dũ ipsi equi inter se diffident, & aut iracun- «
dia protendit, aut timor, & se lunicem impe- «
diunt, & cursum retardant. At vero boni equi «
volant, & à terrenis ad superiora se suberigũt, a- «
nimamque eleuant, maxime si iugum habeant «
suaue, & onus leue. Ipse rector est qui nouit «
proprios equos gubernare, vt æqualis omnium «
cursus sit. Si velocior est prudentia, tardior iu- «
stitia, admonet flagello proprio segniorem; si «
temperantia mansuetior, fortitudo durior, no- «
uit copulare discordes, ne forte currum suum «
dissipent. Itaque licet intelligibili spectaculo vi- «
dere vnamquamque animam cum summo cer- «
tamine ad cælum rapi, festinantes equos, qui «
priores perueniant ad brauium Christi, quo pii «
imponatur palma ceruicibus. Isti sunt equi sub- «
iecti fidei iugo, astricti vinculo charitatis, iusti-
tiæ frenis, retinaculis sobrietatis. Hæc D. Ambr.
pulchre satis explicans quemadmodum Deus
munus gerat præcipui aurigæ, regens currum a-
nimæ, & equos eius; & quomodo etiam anima
cum Deo cooperans regere etiam debeat eos-
dem equos, bonos & malos; proprias scilicet
virtutes & prauas propensiones.

Hoc tamen addere velim de malis equis, Hom. 15. in Iosue.
quod pereleganter obseruat Origenes circa id Iosue 11. v. 6.
quod Dominus præcepit Iosue, cum plurimi «
reges contra Israel insurrexerunt, dicens: *Equos* «
eorum subneruabis, & currus igne combures. Quod si «
(inquit Origenes) passiones corporis, id est li- «
bidinem, lasciuiam, vel superbiam, ac leuitatē, «

 quibus

„ quibus infelix anima velut equitans vectatur, & A „ fertur ad præcipitia, equos nunc dici, & currus „ intelligamus, & ipsos esse qui ex p æcepto Dei „ subneruari iubentur, non erit rationi nostræ „ contraria intelligentia. Subneruatur quippe- „ quus, quando ieiunijs, & vigilijs & omni absti-
Ps. 32. v. 17 „ nentiæ afflictione corpus humiliatur. Ideoque „ fallus equus dicitur ad salutem, si motus corpo- „ ris nostri ferri permittamus infrænes, nec absti- „ nentiæ iugo lasciuiam carnis, & superba colla „ subdamus. Sed & currus debemus incendere il- „ lo igne, quem Dominus misit in terram, id est o- „ mnem à nobis arrogantiæ, & elationis spiritum „ resecare, vt vltra non in equis, neque in armis, „ sed in nomine Dei nostri inuocemus, cui sit ho- „ nor & gloria in secula seculorum. Amen.

EXHORTATIO XX.

De fortitudine ad pugnandum contra vitia, de obedientia animæ ad Deum, & vnione fraterna cum proximis, quæ inuictum Dei equitatum constituunt, ad similitudinem equitatus angelici.

Equitatui meo in curribus Pharaonis, &c. c. 1.

CVm tria constituant inuictum exercitum, & equitatum: nimirum ingens fortitudo, & robur singulorum militum, maxime equitum; exacta obedientia omnium ad suum imperatorem iuxta leges militiæ ab ipso præscriptas: & tandem mutua eorum vnio & concordia, vt vnanimes vno impetu irruant in hostes; ennè hæc præcellentissime reperiuntur in Ecclesia Catholica, & animabus iustis, quæ eius sunt electæ partes, de quibus sigillatim agendū est. Conatur quidem Dominus timidam sponsam consolari. Erat enim pusillo animo, quia videt se tentationibus decoloratam, oppugnatam à fratribus, & insuper pauebat valde vagari post greges falsorum sodaliū sponsi, qui tamen exire eum iubet post vestigia gregum. Vt ergo omnē metum, ac pauorem ab ea pelleret, & ingenti armaret fortitudine, ac fiducia, ait illi: *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea.* Ac si diceret; Non est cur paueas, aut cadas animo; similem enim te constitui equitatui meo potentissimo, quo omnes Pharaonis currus debellaui, & penitus destruxi: ego magnam tibi præbebo fortitudinem ad pugnandum deinceps contra hostes tuos, in meque magnam habeto fiduciam, quod debellabis eos.

De fortitudine heroica ad pugnandum contra vitia. §. 1.

VTitur autem Dominus similitudine equitatus, eo quod equus symbolum est bellicæ fortitudinis, sicut colligitur ex eo quod Domi-
Iob. 39 v. 19. nus dixit Iob; *Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo eius hinnitum? nunquid suscitabis eum quasi locustas? gloria narium eius terror. Terram vngula fodit, exultat audacter, in occursum pergit armatis, contemnit pauorem, nec cedit gladio. Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta, & clypeus. Frem[…] feruens sorbet terram: vbi audierit buccinam, […] procul odoratur bellum, exhortationem ducu[…] latum exercitus.* Quibus verbis ita declar[…] D[o]minus fortitudinem à natura insitam quo[…] simul significauerit inuictam fortitudi[…] gratiam infusam iusto, qui equus De[i] d[…] Vnicuique enim animæ (ait D. Greg. c[u]i D[…] misericorditer præsidet, ante omnia fid[…] f[or]titudinem præbet, de qua D. Pet[r]us ait: *A[duersa]rius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit q[uærens] quem deuoret, cui resistite fortes in fide.* Id […] [for]titudinem quæ innitatur fidei. Hæc a[…] m[…] potissimum insit animo, tamē sicut eq[…] ostendit natiuam fortitudinem exte[…] videlicet hinnitu, & igneo fumo, que[…] res spirat, quasi incutiens terrorem: […] stus cum oportet, suam manifestat ani[…]
B tudinem, & inuictum robur externis […] factis, spirans flammas ardentis zel[i …] virtutum hostes.

Ille igitur qui pertinet ad equitatum […] tis ostenditur in ijs tribus potissime. P[ri…] dem in velocitate currendi per viam m[an]d[a]tum Dei, & consiliorum eius, per mag[…] quasi locusta volans per domos & fenestras currens & transiliens, id est per cuncta […] transiens, & omnia offendicula præteri[…] ne offendat vel cadat in aliquod peccatu[m] hoc est quod dicitur, *Nunquid excitabis eum [quasi] locustas?* Nam Deus ipse est qui sua forti[…] tione iustum excitat, & facit ita currere, & […] re, & quasi volare, vt in dies proficiat, & scand[a]lum ex periculis occurrentibus non patia[tur]. Deinde ostendit robur suum in bello contra inimicos domesticos, scilicet carnem & appetitus inferiores, eorumque prauas propensiones, pugnando viriliter contra carnem, non ad o[c]-
C dendum, sed ad domandum eam ieiu[nijs, disci]plinis, & cilicijs, & hoc est terram vngu[la f]odere. Contra vitia vero, & concupiscentias eius pugnandum est vsq; ad internecionem magn[o] spiritus feruore, & hoc est feruentem & treme[n]tem sorbere terram, i. ardenti zelo, sanctoq[ue …] rore quidquid terrenum, & vitiosum est m[orti]ficare, & penitus consumere. *Nam qui sunt Ch[risti] carnem suam crucifixerunt cū vitijs, & concupiscent[ijs].*

Tandem fortitudinem suam exerit co[ntra] hostes externos, siue inuisibiles, siue visib[iles], qui quouis modo virtutem oppugnāt, siue v[er]bis, & argumentis fallacibus, siue minis, & [ter]roribus, siue vulneribus, & tormentis, fortis a[…] in Domino, omnia hæc quæ pauorē incutiu[nt] contemnit, nec cedit gladio, vel cuiuis tormen[to], nec pericula mortis pertimescit, sed pot[ius …] eum oportet, alacri audacia in occursum pergit
D. armatis, sicut perrexit Christus Dominus in occursum militibus, qui veniebant comprehe[n]dere illum. *Imo & cum audierit buccinam, dicit vah;* quia gaudet in persecutionibus, & tribulationibus pro Christo, & omne gaudium existimat in varias incidisse tribulationes.

Nec tamen hæc fortitudo est temeraria, sed prudens & sagax, nam procul odoratur bellum, & præsagit tentationes, prius quam veniant, vt se præmuniat. Nam iacula præuisa minus feriūt, & ante languorem præparat medicinam. Nec suo se sensu ducit, sed libenter auscultat exhortationes

[illegible] prælat[illegible]rum [illegible] & [illegible] [illegible] mat Tal[illegible] [illegible] ominatur [illegible] [illegible]tur: *Posuit eos quasi* [illegible], quasi equum glo[illegible] [illegible] ornatum sicut pulchre [illegible]. Et quæ sunt istæ pretio[illegible], quæ fortitudinem co[illegible] [illegible]m Deo pulchram red[illegible] [illegible]id[illegible]bil[e]m cuiusmodi sūt [illegible]as, continentia, & reliquæ, [illegible] spirant. V[n]de statim sub[illegible] *[illegible]unt quasi fortes conculcantes lutum [illegible]llabunt, quia Dominus cum eis, & [illegible] fores equorum.* Et quid est lutum [illegible]is illecebræ, vanitates mundi, [illegible] & quidquid vitiorum [e]st fomes [illegible] omnia conculcant fortes in [illegible] superant, & prosternunt ascen[illegible] & potentes seculi, quia Domi[illegible] [illegible]ct s[illegible]uis.

[illegible]æ di[illegible] mus D. Ambrosius fortitu[illegible] [illegible]ecantans his verbis. Reuera iure [illegible] vocatur, quando vnusquisque sei[illegible] [illegible]iram continet; nullis illecebris e[illegible] [illegible]e inflectitur, non aduersis pertur[illegible] [illegible] extollitur secundis, & quasi vento [illegible]atum rerum circumfertur muta[illegible] [illegible] autem excellius, & magnificentius, [illegible] mentem, affligere carnem & in [illegible] redigere, vt obediat imperio, consi[illegible] [illegible]eret, vt in adeundis laboribus impi[illegible] [illegible]tur propositum animi ac volūtatē [illegible]. Non est igitur mediocris animi forti[illegible] [illegible] sola defendat ornamenta virtutum [illegible] & iudicia custodiat, & quæ inexpiabi[illegible] [illegible] aduersus omnia vitia decernat: inuicta [illegible]s, fortis ad pericula, rigidior aduersus [illegible]s, dura aduersus illecebras, quibus au[illegible] [illegible]e nesciat, nec (vt dicitur) aue dicat: [illegible] negligit, auaritiam fugiat, tanquam [illegible] quandam quæ virtutem effœminet. Hæc [illegible]rosius eg[r]egie depingens equum phale[illegible] [illegible] gloriæ Dei, virum fortem, cui Deus insi[illegible] [illegible]s fortitudinem inuictam in duobus ge[illegible] [illegible]us e[x]pectandam esse dicit. Primo vt exter[illegible] [illegible] poris pro minimis habeat, & quasi super[illegible] [illegible]s despicienda quam experenda ducat. [illegible]ndo vt ea quæ summa sunt omnesque res, [illegible]us honestas cernitur, præclara animi in[illegible] [illegible]e vsque ad effectum persequatur.

[illegible]is concinit D. Gregor. dicens. Iustorum [illegible]udinem esse: propriis voluntatibus [illegible] [illegible]ectionem vitæ præsentis extinguere, huius [illegible]di aspera pro æternis præmijs amare, pro[illegible] [illegible]tatis blandimenta contemnerē, aduersita[illegible] [illegible]tū in corde superare: quid enim (inquit) [illegible]us quam omnes animi sui motus rationi [illegible]ere, omnia carnis desideria spiritus virtute [illegible]re, proprias voluntates abijcere, contem[illegible] [illegible] visibilibus, ea quæ non videntur amare? In[illegible]de & Salomon ait; *Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore vrbium.* Vnde etiam est illud Poetæ: Fortior est qui se, quam

qui fortissima vincit oppida; nec
virtus altius ire po-
test.

[illegible] fiducia in Deo, cui n[illegible] fortitudo. §.1.

AD hanc igitur heroicam fortitudinem ex- *Exod.14.*
hortans Deus animam, ait illi: *Equitatui meo* *v.18.*
in curribus Pharaonis assimilaui te, vt omnes Pharaonis currus demergis: ita vt nec vnus supersit ex eis, quia vere fortis, nec vnum dissimulat vitium, sed omnia penitus eliminat, ne dum vni parcit, omnia rursus reuiuiscant. Sed cur sponsus non dixit in hoc tropo; equis meis assimilaui te, sed equitatui meo, siquidem alibi Scriptura, vt vidimus, hos iustos equos Dei vocauit? Facilis erit solutio si sequamur versionem LXX. quę sic habet: *Equæ meæ in curribus. &c.* Vbi D. Ambrosius ait more Hebræorum singulare poni pro plurali, & equam pro equabus; Sed Vulgatam sequendo assignandum est discrimen inter equos corporeos, & spirituales. In illis enim ex instinctu propriæ naturæ prouenunt omnes il-
B li motus fortitudinis, audaciæ, & terroris, quibus strenuus sessor vtitur in bello, vt pugnet, & vincat. At in istis vniuersa fortitudo, robur, audacia & fiducia est ex Dei gratia, & ex impulsu Spiritus sancti, qui velut sessor insidet illis & regit eos, ac vires industriamque tribuit ad pugnandum. Ideoq; assimilatio non fit equo tantum, sed equitatui qui equum, & equitem sessorem comprehendit. vt probe noscat sponsa vnde eius fortitudo, & fiducia oriatur, & ita animosior fiat non in se, sed in Deo suo, qui in ea pugnat, & vincit. Sic enim Israeliticum equitatum inermem, & timidum confortabat Moses: *Nolite timere: state, & videte magnalia Dei, quæ factu-* *Exod.14.*
rus est hodie. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. *v.13. & 25.*
Quod vel ipsi Ægyptij inuiti confessi sunt, cum dixerunt: *Fugiamus Israelem, quia Dominus pugnat pro eis contra nos.* Si igitur equitatus es Dei, & Deus in te, & pro te pugnat, quid [illegible] es, & anceps de victoria? confide in Domino, spera in
C eo, & mutabis fortitudinam humanam in diuinam. Nunquid equus, etsi natura ferox, & au- *Isa 40.v.*
dax pugnabit & vincet, nisi sit fortissimus eques *31.*
qui regat illum? At quis fortis sicut Deus noster? quis similis tui in fortibus Domine, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens
mirabilia? *Confidite* (ait Christus discipulis suis) *Exod.15.*
ego vici mundum, nec mihi soli vici, sed vobis, & *v.11.*
per vos vincam illum. Vnde D. Ioannes in Apo- *Io 16.v.33.*
calypsi vidit illum sedentem super equum al-
bum, qui Apostolos, & candidos iustos repræ- *Apoc.6.*
sentabat, vt multi testantur patres, *Et exiuit* (in- *v.2.*
quit) *vincens vt vinceret*, quoniam à principio in illis vicit, cum animas à diaboli potestate eruit, sed victoriam prosequitur, cum gloriosos in singulis de inimicis triumphos reportat. Non ergo fidas tuæ virtuti, quantumuis maxima tibi
appareat: nam vt inquit Psalmista. *Fallax equus* *Ps.32.v.17.*
ad salutem, in multitudine virtutis suæ, non saluabitur.
Vnde ergo salus? *Ecce oculi Domini super timentes*
D *eum, & in eis qui sperant super misericordia eius.* Ideoque hoc interest inter humiles, & superbos,
Quod hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine *Ps.19.v.8.*
Dei nostri inuocabimus, qui ab ipso salus est & victoria.

Cæterum non propria abijcienda est industria, sed simul coniungenda cum fiducia in diuina misericordia, cuius est victoria. Siquidem

Prou. 21. v. 31. Salomon ait: *Equus paratur ad diem belli, Dominus* A *autem salutem tribuit.* Quia, vt notat D. Grego- Lib. 3 Mor. c. 18. rius, animus contra tentationem se præparat, sed nisi desuper adiuuetur, salubriter non decertat.

De obedientia & omnimoda subiectione ad imperium Dei. §. 3.

SEd si scire desideras quæ sit hæc præparatio equi ad bellum, & quæ sua cum Deo propugnante cooperatio, hæc ipsa similitudo indicabit tibi, in qua sponsus dilectæ suæ summam obedientiam, & subiectionem commendat. Nã cum dixisset illi, *Egredere & abi post vestigia gregum,* confestim egressa est, & iniunctum sibi munus obire cœpit, sequendo Dei greges, pascendo & regendo sensus suos iuxta tabernacula, & consilia pastorum. Cum autem huiusmodi ei placuisset obedientia laudans illam ait: *Equitatui meo assimilaui te.* Id est, vere similis es amica mea B multitudini equorum pretiosissimorum, quales sunt sancti & electi mei, quibus ego insideo, qui me ipsum libenter sessorem suscipiunt, qui frænum meum hilariter patiuntur, vt quocunque voluero vertam eos, & agam habenis præ- Hom. 2. in Cant. ceptorum meorum. Sunt (inquit Origenes) equi Domini, quos ascendit, & equitatus eius, animæ illæ quæ frænum disciplinæ eius accipiunt, & iugum portant suauitatis eius, & qui spiritu Dei aguntur, & in hoc est eis salus. Beatæ sunt ergo animæ illæ, quæ dorsum suum curuauerunt, vt suscipiant sessorem verbum Dei super se & frænа eius patiantur, vt quocunque ipse voluerit, flectat eas, & agat habenis præceptorum suorum, quæ iam non propria voluntate incedunt, sed ad omnia ducuntur, & reducuntur voluntate sessoris.

Sessor autem est Increata sapientia, quæ di- Prou. 4. v. 10. cit: *Ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens non ha-* C *bebis offendiculum.* Qui enim ductorem Deum sequitur, non errabit, non offendet, non arctabitur, sed dilatabitur cor eius: & securus incedit; sicut equitatus Israeliticus in deserto, de quo di- Num. 9. v. 18. & 23. citur: quod ad imperium Domini proficiscebantur, & ad imperium illius figebant tabernacula. Erigebant tentoria, & deponebant ea, obedientibus cunctis signo imperij Dei: nec solum obediebant Domino, sed Moysi seruo eius, qui singulis tribubus assignabat loca figendi tentoria, & modum, & ordinem proficiscendi, iuxta id quod ait Sapiens: *Direxit opera eorum* Sap. 11. v. 1. *in manibus prophetæ sancti.* Quia perfecta obedientia non soli Deo, sed etiam eius ministris subditur.

Hinc igitur prouenit inuicta fortitudo, & robur equitatus Domini, quod anima instar ingenui, & domiti equi plene se Deo subijcit, & eius imperio in omnibus paret: tunc enim ipse Deus in illa, & per illam pugnat, & expugnat D Deut. 11. v. 22. cunctos hostes. Sicut Moyses eidem populo testatus est dicens: *Si custodieritis mandata, quæ ego præcipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis Dominum Deum vestrum, & ambuletis in omnibus vijs eius, adhærentes ei, disperdet Dominus omnes gentes istas ante faciem vestram, & possidebitis eas quæ maiores, & fortiores vobis sunt.* Per has autem septem gentes popu- A li Dei inimicas communiter [illegible] omnia genera vitiorum, a [illegible] quæ fortiores sunt ipsa [illegible] Deo obediat, Deus in ea deuin[illegible] vir obediens vincat seipsum, p[illegible] luntatem, ac iudicium, vt ill[illegible] D[illegible] quæ omnium est maxima victoria [illegible] per illum facile reliquos pr[illegible] ius. Et propter vtrumque triumphu[illegible] mon, *Quod vir obediens loquetur victorias* [illegible] diens autem perdet illas, & non loq[illegible] ruinas; quia Deus non pugnat cum illo [illegible] tra illum, Sicut [illegible] Israelitæ inobedientes [illegible] refert liber Machabæorum deui[illegible] ab [illegible] bus, quia non audierunt vocem ducis [illegible] mantes se fortiter facturos. Fallet s[illegible] putas te fortiter facturum nisi D[illegible] & [illegible] eius sis obediens quia o[illegible] gene[illegible] ciam, hæc autem fortitudinem; & tunc [illegible] tissimus equitatus Dei, quando [illegible] B subditus illi, ad illius te aptans volun[illegible]

De vnione fraterna plurium sub vno duce Deo. § 4.

HAbet autem vlterius hoc singulare [illegible] obedientiæ, quod vnionem & [illegible] inter multos qui eiusdem parent imperio con[illegible] uat, & perficit. Vnde fortitudo ipsa am[illegible] scit, & ad pugnandum & vincendum fit po[illegible] tior. Terribilis enim est castrorum acies [illegible] ta; ordinatio vero in eo est sita, quod vni[illegible] que militum locum sibi ex obedientia p[illegible] ptum seruet, & potius vitam perdat, q[illegible] lum deserat. Cum ergo omnes fideles Deo v[illegible] niuntur per obedientiam charitatis, & inter s[illegible] etiam vniti sunt charitate fraterna, vt habeant cor vnum, & animam vnã, sicut D. Lucas te[illegible] de primitiuis Christianis, tunc fiunt pe[illegible] & inuincibilis Christi Domini equitat[illegible] o C ipse gloriatur hic, cum ait, *Equitatui meo a[illegible] aui te.* Non ait equitatibus, sed equitatui, vt den[illegible] te vnionem animorũ inter electos: nam licet plurimi equitatus, omnes tamẽ sint velut vn[illegible] cum seruiant Deo humero vno, & vno cor[illegible] eundem sessorem portent, eidemque promp[illegible] obediant. Vnde eadem phrasi Zacharias Prophetia in loco superius citato, ait. *Posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello.* Non ait quasi equos, [illegible] quasi equum, quia licet plurimi sint, omnes tamen propter summam charitatis vnionem, & obedientiam eidem Deo regenti ipsos vnum sunt, & ea facilitate reguntur plures ac vnus, q[illegible] omnium est vnum cor, & ideo vocat eos Deus, *Equũ gloriæ suæ;* Quia in hac vnione maxime glorificatur, maxima enim gloria ducis ac imperat[illegible] is, est copiosissimum habere equitum exercitum ita morigeratum, & concordem, atque in omnibus sibi subditum, ac si vnus omnes essen[illegible]. Quod Ezechiel expressisse videtur cum prius D retulisset se vidisse quatuor animalia, quatuor facies diuersas habentia, nempe vituli, leonis, hominis, & aquilæ, & tamen postea vocat omnia vnum animal, *Eleuata sunt* (inquit) *Cherubim: ipsum est animal quod videram iuxta fluuium Chobar.*

Quia p vnionẽ charitatis, q̃ diuersa inter se, & dissimilia coniungit, & adunat, oĩa eodẽ impetu

[illegible] enim [illegible] na, [illegible] ut. E Pra [illegible] rum di cor [illegible] æternu quæ- [illegible] o it ei.

[illegible] equitatus Dei [illegible] dinem quia [illegible] duce, mutuo [illegible] m excitant, [illegible] clesiastes ha- [illegible] æ, quia [illegible] & [illegible] qui iam præ- [illegible] stunt ei, *Et fani- [illegible] mpitur*, quia plures inter se [illegible]. Vnde adagium est: & [illegible] ariæ manus inualida [illegible] xit, solitarius, aut [illegible] vel [illegible] s vel bestialibus [illegible] am ea est hominis condi- [illegible] am amet, eaq; proficiat: [illegible] us in hac mundi militia, com[illegible] itonum adsunt præsi- [illegible] ne [illegible] sponsus ait: *Equitatui* [illegible] multi sunt commilitones [illegible] ter se ad pugnandum exci-

[illegible] explicat D. Leo Papa his verb[illegible] les etiam si specialib' præ- [illegible] facere, tutius tamen & felicius [illegible] n [illegible] hostem palam in acie stete- [illegible] tantum viribus certamen ineat; [illegible] s imperio fraternis consocia- [illegible] bellum vniuersale conficiat. Mi- [illegible] mine multi confligunt cum ho- [illegible] nec facile patet vulneri locus, [illegible] scuto fidei, non sua tantum, sed [illegible] fortitudo defendit: vt vbi vna est [illegible] sit vna victoria. Hæc D. Leo op- [illegible] us causam, cur multi simul feli- [illegible] quia omnium fortitudines coeũt, [illegible] cantur, & communi hosti resistãt. [illegible] niculus ex tribus filis contextus, [illegible] itur, cum tamen singula per se fa- [illegible] entur: & fasciculus iaculo[illegible] simul [illegible] otest, singillatim vero facile; ita qui [illegible] dent, facile expugnantur, qui con- [illegible] difficile superantur: nam (vt dixit [illegible] *Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas* [illegible] expugnabilis enim est à diabolo con- [illegible] multorum, qui charitate vniti mutuũ [illegible] ut auxilium. Quid enim, inquit D. [illegible] ericulosius est, quam solum luctari [illegible] ntiqui hostis versutias, à quo videatur, [illegible] videre non possit? Et ideo necessarium [illegible] fortitudinis diem, vt nouerit aciem mul- [illegible] pariter pugnantium esse quærendam, vbi [illegible] auxiliarij, quot socij, & tales qui dicere [illegible] cum Apostolo: non ignoramus astutias [illegible]. Congregatio enim pro fortitudine sua [illegible] est, vt castrorum acies ordinata. Pro- [illegible] ed vita religiosorum cœnobitica, præ-

[illegible] ni- [illegible] Illi- [illegible] o *Mat. 4. v.* [illegible] m Eccl[illegible] animam [illegible] tui suo [illegible] ar, quem à curribus Pha- [illegible] onis eri[illegible] uit, q[illegible] non solam, sed cum commi- lito[illegible] lam cōl[illegible] u[illegible] decreuit. Vnde paulo ante eam [illegible] bire iussit post vestigia gregum, & hædos pascere non in loco omnino deserto, sed iuxta tabernacula pastorum, cum quibus fre- quentem habere posset communicationem.

Ex his igitur [illegible] cludimus equitatum Dei per tria supradicta esse inexpugnabilem, scilicet per fortitudinem diuinis viribus spe nixam; per o- bedientiam ad Dei legem, ac voluntatem; ac per charitatem fraternam, & cum proximis cōcor- diam. Hic vere enim est *funiculus triplex, qui difficile rumpitur*; quem nec diabolus, nec mundus, neque vtriusque potestates rumpere poterunt, quia ipse Deus trinus & vnus conseruat illum. Pater præbens fortitudinem, filius obediẽtiam, Spiritus sanctus fraternam charitatem: at con- tra diuinam Triadem adiuuantem nos quis po- terit præualere? In hoc enim triplici funiculo Ambrosius, Hieronymus, aliique interpretes *Epist. 17 in* mysterium Trinitatis agnoscunt, quatenus tres *Eccles. 4.* diuinæ personæ quasi vniuntur, & counectun- tur (cum tamen potius sint vnus Deus) vt suo e- quitatui auxilientur, ne rumpi & dissipari ab inimicis queat.

Confirmantur dicta à simili ex equitatu angeli- co. §. 5.

Profunda valde est diuinæ Scripturæ saplen- tia, quæ sub vna voce equitatus tam multi- plices, & sublimes similitudines comprehen- dit, ad declarandam ingentem Ecclesię pulchri- tudinem & inuictam virtutem: nunc vltimam addamus cum D. Gregor. Nysseno, ac Bernard. *Hom. 5. in* qui fieri hic mentionem dicunt de equitatu mi- *Cant.* litiæ cœlestis, & exercitu Angelorum, qui sub *Serm. 39. in* forma equitum, equorum, & curruum in Scri- *Cant.* ptura sæpius depinguntur, & Deus illis dicitur *Reg. 4. v. 17* vehi tanquam in curribus, & equis, iuxta illud Psalmi: *Currus Dei decem millibus multiplex, millia* *Dan. 7.* *lætantium, Dominus in eis*; & iterum; *Ascendit super* *v. 9.* *Cherubim, & volauit*, seu equitauit, vt habet vox *Ps. 67. v. 18* Hebræa. In hoc autem exercitu, & equitatu mi- *Ps. 17. v. 11.* rifice splendent tria insignia supra commemo- rata, quæ illum faciunt inuictum: Sunt enim o- mnes milites fortissimi, & potẽtissimi, per quos Deus tanquam per suos igneos equos, bella perficit, & mirabilia facinora patrat. Sunt insu- per Deo obedientissimi, & tanquam alati equi ad opus sibi iniunctum peragendum velocissi- me properant; omnesque quamuis sint innu- merabiles, summam vnionem & concordiam seruant, vnde hierarchiæ, chori, & ordines nun- cupantur, quia etsi dignitate, & officio sint inæ- quales, summam inter se charitatis vnionem habent. Quæ coniunxisse videtur Psalmista etiam vocat eos *Potentes virtute, facientes verbum il-* *Ps. 102. v.* *lius, ad audiendam vocem sermonum eius*. Et, *Qui facit* *20.* *angelos suos spiritus, & ministros eius flammam ignis*; *Ps. 103. v. 4* semper enim ignei apparent currus vel equi, throni, vel rotæ, quia ignis symbolum est trium

eo[illegible]um [illegible] a[illegible]
actiuus; [illegible] ntæ [illegible]
& arden[illegible] q[illegible]
se conuert[illegible] cl[illegible]
Hom. 3. in Cant. — er[illegible]itus, v[illegible] fluxit [illegible]s,
& equites Pha[illegible] & [illegible] Salom[illegible] h e
3 Reg. 4. v. 26. — vocatur, *Equitatu in [illegible] bus [illegible]* ; i. [illegible]
tens illos sicuti [illegible]æo appa[illegible]a
equorum, & cu[illegible] Quia c[illegible]
datus erat ab equis, & curribus [illegible].

Hinc igitur sumpta sim[illegible] d[illegible] po[illegible]
Triplex causa huius encomii. — *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea.* Vocauerat ante eam p[illegible] he[illegible] inter mulieres, modo volens conf[illegible] eam, a[illegible] encomium dicens: parum est quod sis pu[illegible]herrima inter mulieres, nam etiam simil[illegible] es equitatui meo ex angelicis hierarchi[illegible] [illegible]æ ergo iam erepta es ex tyrannide Pharaonis ac diaboli seruitute, attende quod assimilauerim te angelico meo equitatui, quia deinceps volo te angelicam, & cælestem ducere vitam, ab omni labe puram: vt in corpore viuas, ac si carne careres; abstinentia tua sit quasi angelica: ieiunium enim imitatio est angelorum: castitas tua sit instar spirituum, qui non nubunt, nec nubentur. Obedientia tua sit promptissima, sicut ipsorum, vt impleas quod scriptum est; *Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra.* Charitas tua cum omnibus vnionem & concordiam teneat, sicut angeli, nec contemnens minores, nec inuidens maioribus. Si autem equitatum angelicum fueris imitata, non est cur timeas hostes, nec oppugnationes fratrum, nec ingruentia bella. Quoniam ego equitatui meo cælesti assimilaui te, q semper erit tecum in custodia, & pro te pugnabit contra inimicos tuos. Propter hoc inquit D. Bernardus animam vocari equitatum, qui multitudinem sonat, quia nūquam sola est, sed semper comitatur illam angeloȗ custodia, & quasi vnum cum illa efficitur ad pugnandum contra hostes. Non timeres, nec diffideres, si exercitum angelorum te circumstantem videres.

D. Athan. l. de Virg. — Mat. 6. v. 10. — Serm. 39. in Cant. — 4 Reg. 6. v. 15.

Non timebat Elisæus quia illum videbat, vt autem à puero trementem omnem tremorem depelleret ait illi; *Noli timere, plures sunt nobiscum quā cum illis*, & vt firmius crederet, ac vires resumeret, orauit ad Dominum dicens: *Domine aperi oculos huius, vt videat*, aperuit & vidit, *Et ecce mons plenus equorum, & curruum igneorum in circuitu Elisæi*: ignei erant, quia charitate flagrabāt erga iustos, vt eos protegerent, & ita exardescebant contra hostes, vt illos disperderent. Cæterum erant in circuitu Elisæi, non pueri: quia hic exercitus maxime protegit electos, & fidos discipulos, non infidos & remissos, iuxta illud; *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum*, vel vt alij legunt: *Castrametabitur Angelus Domini*. Vnde infert D. Basilius vnicum angelum custodem, vocari Dei exercitum, & equitatum circumdantem iustum, quem custodit. Considera (inquit) quanta sit angelorum natura, quoniam vniuerso exercitui vrius assimilatur angelus, & gratias age ei qui talem tibi custodem assignauit, vt quamuis plurimos habeas hostes, eius solo præsidio inuictum contra omnes exercitum habes, si ei te per obedientiam sub[illegible]ias.

Ps. 33. v. 8. in eundem Psalm.

Hinc est proprium maxime angelorum esse fortissimos facere eos, quos custodiunt, vt tan[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] &
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
Vidi virum st[illegible]
gladium. p[illegible] ad eu[illegible]
[illegible] spondit ne[illegible]
ex[illegible] D[illegible] nun[illegible]
q[illegible] d[illegible]
ex ve[illegible]
exe[illegible] q[illegible]
& vo[illegible]
sto[illegible] ens, ac[illegible]
B dio [illegible] *te venio.* S[illegible] est [illegible]
pe[illegible]a, [illegible] p[illegible]
venio ad co[illegible]
solandum [illegible]
docendum vos [illegible]
vnde mox do[illegible]
vrbem Ierich[illegible]
Angeli princip[illegible]s [illegible]
prælio constituto ad[illegible]nt, vt eu[illegible]
& ad præliandum [illegible] ax[illegible]
& Iosue orationibus vace[illegible] & [illegible]
se alliciant.

Sed attende diaboli astut[illegible] angelico præsidio nos mun[illegible]os est, [illegible] arripere satagit, vt nos plus nim[illegible]o a[illegible] dat, & præcipites faciat, quemadmo[illegible] Christum Dominum decipere præ[illegible]cens illi: *Si filius Dei es, mitte te d[illegible]um, enim, angelis suis mandauit de te, & in m[illegible] bunt te, &c.* Ac si diceret, Secure [illegible] po[illegible]
C riculo committere, quia Angelo[illegible] stodes, qui te ab illo eripient. A[illegible] minus, quem Sathanæ insidiæ lat[illegible] respondit ei: *Rursus scriptum est, non tem[illegible] num Deum tuum.* Dū inquit, *rursus*, in[illegible] pturæ sacræ loca ad inuicem esse c[illegible] nam quod vnus locus satis non ex[illegible] a[illegible] melius declarat, aut limitat, vel am[illegible] quidem est angelis mandatum es[illegible] dummodo Deum non tentemus, quo[illegible] gelor[illegible] præsidium non datur ad ten[illegible] Deum temerè nos periculis, & tenta[illegible] obijciendo, sed potius ad fortiter, & p[illegible] pugnandum contra illos, & tentatores [illegible] dos. Quare dum Michael, & Angel[illegible] [illegible] liabantur cum dracone & eius angelis [illegible] liere amicta sole protegenda, ipsa non [illegible] ni temere ad pugnam obtulit, sed potius in locum tutum se recepit: ne si amaret [illegible] lum periret in illo, angeli enim non auxi[illegible]
D amantibus periculum, sed prudenter fu[illegible] bus, vel ex Dei obedientia, aut permi[illegible] certamine constitutis. Oportet enim [illegible] tum Dei non minus prudentem esse, qua[illegible] tem, & in vtroque angelico similem, cuius præsidio vincet, & vitam consequentur æternam.

Amen.

EXHORTATIO XXI.

[illegible] *qua reli[illegible] famia* [illegible] *de mirabili obedien*[illegible] *ac qua per Christi ra-*

[illegible]

[illegible] imus E[illegible]æ C[illegible] [illegible] eius in- [illegible] conuenian[illegible] [illegible] [illegible] lar [illegible] excellentia qua [illegible] ex sti- [illegible] *simulauit,* [illegible] quidam Dei [illegible] sub vno [illegible] cans per tria vota huic [illegible] maxime refulgēt mul- [illegible] reddunt, & dæmonibus [illegible] protectione cōstitutum. [illegible] hactenus diximus, alia su- [illegible] us magis declarant excel-

[illegible] *dici equitatum Dei, quam seculares.* §. 1.

[illegible] licet omnes fideles sint Dei mi- [illegible] incumbat contra vitia, & ho- [illegible], quam externos, scilicet dæ- [illegible] tamen hoc interest inter cun- [illegible] lares, & religiosos, quod illi [illegible] pedites, isti velut equites, qui [illegible] ores, & velociores sunt ad pu- [illegible] pedes suorum affectuum terræ [illegible] terrenis inhiant, bonis tempo- [illegible] dis inuigilant, & operibus di- [illegible] dom vxoris, filiorum, ac familiæ [illegible] o gerunt: quorum solicitudo il- [illegible] turbat. At religiosi instar equi- [illegible] nt eleuati, à terrenis negotiis [illegible] ant, cuncta temporalia, diuitias, & [illegible] quunt, diuitiis operibus, & nu- [illegible] ciant, imo seipsos super se eleuant, vt [illegible] ceant. Quare illis singulariter apta- [illegible] Paulus scripsit ad Timotheum: *Cer-* [illegible] *miles Christi, nemo enim militans Deo* [illegible] *gotiis secularibus, vt placeat ei cui se* [illegible] n enim nemo possit duobus domi- [illegible] Deo & mammonæ, nec sub duobus [illegible] militare, Christo & mundo; qui se Deo [illegible] stu deuouerunt, cūcta quæ ad mammo- [illegible] & mundum attinent, viriliter contem-

D [illegible] sit quod per viam mādatorum Dei ex- [illegible] us currant & velociter, vtpote qui omnia [illegible] iut, vt aptiores redderentur ad cursum, [illegible] ederent brauium. Sicut illi de quibus Apo- [illegible] us inquit, quod omnes qui in stadio currūt, [illegible] n agone cōtendunt, ab omnibus se abstinēt, [illegible] velocius post Christum currentes brauium [illegible], & incorruptam coronam. Seculares [illegible] m, plurimis grauati oneribus, veluti pedi-

[illegible] per viam [illegible] ambulant; [illegible] autem [illegible] q[illegible] tas co- [illegible] currunt ad [illegible] quod Scri- [illegible] *In omnibus operibus* [illegible], *& om-* [illegible] *nititas non occurret tibi.* Et [illegible] *virum velo-* [illegible] *opere suo, coram regibus stabit: neque erit ante i-* *gnobiles.* Vnde quia prudenter veloces sunt, non in[illegible] rmantur ex pigritia; nam spirituales ægritu- [illegible] es sæpius oriuntur ex desidia. Et sicut vxor [illegible] p[illegible], & aspexit retro, quia tardo & lento [illegible] sequebatur, ipse vero, quia veloci- ter [illegible] in Segor, saluus mansit: sic qui desi- [illegible] mat, in ea peribit, qui autē velox est, sal- uus erit. Reli[illegible]giosi autem hanc spiritus velocita- tem amplectuntur, ideoque fortes sunt, & corā regibus [illegible]tant, quia ab omnibus honorantur, & computantur inter principes propter eminen- tiam sanctitatis, quam profitentur. *Prou. 22. v. 29.* *Gen. 19. v. 26.*

B Imo inter reges sunt annumerandi, si munus regēdi aspicias. Ideo enim dicūtur equites, quia probe norunt corpus suum regere, & tanquam equum bene domitū sibi subiicere, ac omnibus carnis affectionibus dominari, iuxta ea, quæ in Exhortatione 19. dicta sunt: seruantes illud Pau- li consilium, *In carne ambulantes, non secundum car- nem militamus*, imo contra illam, vt subiiciamus spiritui, qui tāquam rex præsideat, & regat cor- pus. Vnde (sicut notat B. Gregorius in id Cātici: *Sexaginta sunt reginæ*) eorū animæ reginæ vocan- tur, quia dū corpora sua prudēter regunt, cæle- ste sibi regnū acquirunt. Carnem suā macerant, vitia vincunt, dæmones tanquam tyrannos sibi subiiciunt, & omnes motus suos, vt sine offendicu- lo currant prudenter regunt. O fortes equites qui tam fortes prosternūt hostes! vere reges, qui difficillima regere, & subiicere sibi possunt. Rex terrenus (inquit D. Chrysostomus) vrbibus, p- uinciisque multis præsidet, at monachus iræ, in- uidiæ, auaritiæ, voluptati, cæterisq; animi moti- bus imperat, & cogitationem super res omnes humanas erectam tenet, atq; hunc quidem re- gem verius quam illum dixerimus, quippe si li- bidini, si timori seruiat, non ipse populis impe- rirat, sed ea quibus ipse paret, & quorū ex præ- scripto mouetur. Vnde peracute tragicus Sene- ca ait: Rex est qui nihil metuit: hoc sibi regnum quisque datat quis securius nihil metuit, quam religiosus, qui omnia contemnit, & nihil huius mundi concupiscit? 3. *2. Cor. 10. v. 3.* *Can. 6. v. 7.* *Ser. 2. de cō- parat. regis & mona- chi.*

Sed & hoc felicius, quod religiosi sint præcla- ri equitatus Dei, quos ipse Deus speciali cura quasi equos suos candidos, & preciosos regit, ducit, & cum illis, ac per illos pugnat, & glorio- sas victorias obtinet. Nam sicut illi per tria vota, paupertatis, castitatis, & obediētiæ cuncta sua, corpus, ac propriam voluntatem Deo tradunt, & in ipsum transferunt, ita vt quilibet iure dice- re possit: Domini *Ego sum*; ita Deus peculiariter eos sibi regendos, ac gubernandos assumit: ac D quisque dicere potest: *Dominus regit me, nihil mi- hi deerit:* Vnde in hoc equitatu maxime resplen- det triplex illa virtus, quæ exercitum fere inex- pugnabilem constituit; nempe fortitudo, quæ spei diuinæ nitatur; prōpta obedientia ad impe- ratorem scilicet Deum, & prælatum: ac vnio fraterna & omnium mira cōcordia, quia omnia sunt illis communia & in multis corporib. vna est anima. Et sicut perpēdit Diuus Basilius, cō- 4. *Is. 44. v. 5.* *Ps. 22. v. 1.* *De constit. Monast. c. 19.*

 munis

,, munis est pietatis mercatura, com[illegible] ,, communia certamina, comunes l[illegible] ,, munia præmia, & certaminum ex[illegible] ,, coronæ vbi mu[illegible] in pluribus. Vnde & [illegible] titudo cuiusque, & [illegible] est, quod [illegible] sunt omnes, quia adiuuatur a [illegible] ergo equitatus isto [illegible] vbi Deus sessor, & rector, omnes equos vnit, & sua vnione, ac fortitudine robustos facit:

In Exhort. præcedenti.

Equitatum religiosum similem esse angelico. §. 2.

VNDE merito equitatus iste singulari prærogatiua equitatui angelico comparatur. Nam in terra, & in carne degentes, angelicam puritatem, concordiam & militiam imitari conantur; nam (vt idem Diuus Basilius testatur) hi » vitę diligenter communitate retenta, angelorum » viuendi ritum æmulantur. Nulla est inter ange» los lis, nulla contentio, nulla controuersia, sed » cum habeat quisque quæ omnium sunt, omnes » tamen apud se integras suas diuitias conseruãt. » Summi enim boni cõtemplatio, & virtutum lo» culẽtissima cognitio, & possessio, angelorũ the» saurus est. Talea sine dubio sunt, qui veræ sunt » pietatis cultores: vt eorum non de rebus terre» ois, sed cælestibus concertatio sit, & indiuidua » quadam diuisione eadẽ vniuersi & singuli apud » se quique conseruent. Et paulo post. Charitate, » quæ in cælo sunt, inter se coniunguntur, chari» tas hos motua compagine connexuit, nihil om» nino insidiarũ ordiri ausit aduersus huiuscemo» di phalangem diabolus; vt qui vnus aduersum » totagonistas parem intelligat se esse non posse, » adeo expedite, adeoque confertim cõtra ipsum » militantes, & charitate velut i acta testudine in» tet se alii alios tantopere protegentes, spirituq; » consepientes, vt ne vel tantillum loci de tur irre» pendi illius assultibus. Hæc D. Basilius. Quibus accedit angelorum specialis custodia, qui eos ad angelicam puritatem, & inuictam fortitudinem, atque constantiam continuo excitant, vrgent, & iuuant. Nam etsi omnium hominum sint custodes, plures tamen, vt D. Ambrosius testatur, concurrunt libentius ad custodiendum sanctiores, qui virginitatem, & religionem profitentur, cuiusmodi fuit Elisæus; ad cuius custodiam, vt vidimus, exercitus equorum igneorum accurrit.

Eodem loco

Lib. de Virginibus ad sororem.

B

C

Aptissime igitur in religiosum equitatũ quadrat Prouerbium illod iam relatum, *Funiculus triplex difficile rumpitur.* Nam propter triplex votum, quo se Deo astringunt, tres diuinæ personę eos sibi fortius ligant, & protegunt; Pater sua omnipotentia, Filius sua immensa sapientia, & Spiritus sanctus sua infinita charitate; & insuper triplex exercitus eos monit. Primus ex omnibus illis collectus, qui singulos muniunt, ac defendunt. Secundus ex angelis custodibus, qui vigilantiosillis assistunt. Tertius ex reliquis Sanctis, qui sunt in cælo, maxime qui eandem regulam professi fuerunt, quorum patrociniis singulariter adiuuantur in terra.

Eccl. 4. v. 9.

D

Et hinc desumitur sexta excellentia religiosi status, & equitatus, vt beatis possit assimilari. Nec quibuslibet, sed illis maxime, qui sequũtur agnum quocumq; ierit: quoniam singulariter in

A [illegible] imitari [illegible] [illegible] cius in [illegible]tura assu[illegible] tai es [illegible] crucem [illegible] op[illegible] modo [illegible] sus: *Equæ meæ* [illegible] *amica.* [illegible] nu[illegible] superio [illegible] cis: [illegible] me sequi [illegible] temperat [illegible] umque bella D[illegible] decertare [illegible] tur iis, de quibus Ioannes [illegible]: *Ex[illegible] in cælo sequebantur eum in equis albis* [illegible] *bo, & mundo.* Vere religiosi exerc[illegible] stes, qui vitam cælestem [illegible] ra fulgo[illegible] præc[illegible] splendent[illegible] vt Verbum[illegible] sanctitatem [illegible]

B

Religiosus præcellentius submergere currus Pharaonis. § 3

PROPTER hæc igitur omnia [illegible] lentia religiosæ congreg[illegible] stus: *Equitatui meo in curribus Pharaonis a[illegible] amica mea.* Nam reliqui iusti, [illegible] tyrannica Pharaonis seruitute [illegible] ruti per baptismum, & pœnit[illegible] parte manent in Ægypto, id est in [illegible] riq; statu, vbi operibus duris [illegible] gũtur deseruire, & variis pericu[illegible] expositi: & militia eorum molesta [illegible] culosa est in campo mundi, cuius de[illegible] ges conculcare non audent, peruer[illegible] continuo intuẽtur, & omnia [illegible] insidiis, calomniis, litibus, rixis, & [illegible] quas parit frigidum illud verbum *Meum* & quis secure certabit in campo: vbi [illegible] D. Leo Papa) omnia sunt plena pericu[illegible] laqueis instant cupiditates, insidiantur [illegible] bræ, blãdiuntur lucra, damna dete[illegible] sunt obloquentium linguæ, nec [illegible] sunt ora laudantium. Inde sæuit [illegible] cipit mendax officium, vt facilius sit [illegible] cordem, quam declinare fallacem. A[illegible] cent, secunda corrumpunt; nec m[illegible] riculi carere desideratia, quam abu[illegible] cessis. Insidiæ sunt in diuitiarũ amplitud[illegible] sidiæ in paupertatis angustiis, illæ eleuant a[illegible] perbiam, hæ incitant ad querelam [illegible] & equites feroces Pharaonis, inter quos [illegible] militant seculares, maxime coniugio a[illegible] publicis, ac terrenis negotiis immersi, à q[illegible] tamen misericorditer eruit Deus religiosos, ideo ait, *Equitatui meo in curribus Pharaonis,* qui seculares vexant, iam submersis *assimilaui*

C

Sed quomodo submergit eos? recole vo[illegible] nem tuam, & perspicue id videbis. Nam que[illegible] admodum Israelitas fugientes ex Ægyp[illegible] quebantur currus Pharaonis, in quorum [illegible] lis, vt superius vidimus, terni erant statores, id est tres fortes milites ad pugnandum; ita [illegible] fugientes è seculo insectantur modo currus, & potestates diabolicæ, ac mundanæ tres habentes fortissimos statores: illos nempe de quibus Ioannea dixit: *Quidquid est in mundo, est concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum & superbia vitæ.* Hæc tria valde vexant mũdanos, qui dosllis [illegible]

D

[illegible] tia carnis multoties [illegible] sed [illegible] ttuut, & in- [illegible] lciores illis sunt, & [illegible] nde D Paulus testa- [illegible] s patiuntur huius- [illegible] petitus vuluæ, & [illegible] it. Quare no me- [illegible] omnis ei materia, & [illegible] m subtrahitur. Con- [illegible] m etiam in seculo sæ- [illegible] crescunt necessitates, [illegible] iditates, & cura nutriendæ [illegible] ntum auaritiæ, & quia ma- [illegible] itus possessis, oculus qui vi- [illegible] det, concupiscentiam exci- [illegible] concupiscentia oculorum [illegible] Superbia tandem vitæ latius [illegible] qui totus positus est in ma- [illegible] & dignitates ambiat, alus præ- [illegible] ubelle, sui esse iuris, & quod- [illegible]. En currus Ægypti. En terni [illegible] men omnes coadunantur, vt [illegible], qui vocatus à Deo seculum [illegible] rtus, & foris dire vexant: foria [illegible] a, vtilia, & honorifica valde eos [illegible] es statores dire vrgent, vt illa [illegible] ant. Sed tandem vincit gratia [illegible] tna vocatio, currusque, & stato- [illegible] in mare virtute virgæ crucis [illegible] an ore anima currus cōfringit, ex- [illegible] ternos statores suffocat, & [illegible] ad sacrum religionis statū anolat; [illegible] *Equitatui meo in curribus Pharao-* [illegible] *te amica mea.* Ac si dicat: O anima, [illegible] pecia mihi amicitia deninxi, assimi- [illegible] tatui meo: quia deinceps mu tis titu- [illegible] tatus meus; meus, quia te creaui, sic- [illegible] os homines; meus, quia per baptismum [illegible] et meæ militiæ, sicut reliqui fideles, [illegible] tu es equitatus meus, quia p triplex [illegible] us, paupertatis, & obedientiæ con- [illegible] us seculi, & occidisti tres eius stato- [illegible] es vehementes concupiscentias, & te [illegible] a tradidisti mihi: ego ero rector tu- [illegible] dux, ego protector, & merces tua ma- [illegible] is. Noli timere, ne pusillo sis animo, ti- [illegible] ores, & mundani, qui confidunt [illegible] us Pharaonis, & gloriantur in illis, in [illegible] men non inuenient salutem. *Væ* ([illegible]) *qui descendunt in Ægyptum ad auxi-* [illegible] *quis sperantes, & habentes fiduciam super qua-* [illegible] *uper equitibus, quia prævalidi nimis: & non* [illegible] *fisi super sanctum Israel, & Dominum non re-* [illegible] *ni. Ægyptus homo, & non Deus; equi eorum* [illegible] *non spiritus: & Dominus inclinabit manum* [illegible] *corruet auxiliator, & cadet cui præstatur au-* [illegible] *mulque omnes consumentur.* At tu amica [illegible] ste ne timeas, quia ego Deus tuus auxi- [illegible] tus sum; equi mei, quos in auxiliū tuum [illegible] m, non sunt caro, sed spiritus, contra quos [illegible] ualebit omnis caro. Cōfide ergo in san- [illegible] rael, quære illum ex toto corde tuo, & i- [illegible] ncet hostes tuos, de equitatuque terrestri [illegible] eret te in equitatum cælestem, vbi sociata [illegible] gelis & beatis, omni bello extincto, perpetua pace, & lætitia fruaris.

Sed ad hanc fiduciam confirmandā aduertē- d[illegible]m est, non sine mysterio Christum Dominū, & exe[illegible] num eius in equis albis apparuisse D. Io- annı; non tantum quia albor ille innocentiam & sanctimoniam significat, sed etiam (vt aliis placet) quia albor in equis signum est maioris mansuetudinis, ac subiectionis, ac etiam maio- ris imbecillitatis. Fertur enim equos albos præ aliis esse phlegmaticos, ac mansuetiores: ideoq; facilius se ipsos freno, & alio tum imperio sub- iicere: vnde etiam cæteris sunt imbecilliores. Super hos autem equos ascendit Christus, vt o- mnipotens eius virtus magis splendeat, infirma enim mundi elegit, vt confundat fortia, & per imbecilliora instrumenta stupēda gerit facino- ra, vt sublimitas sit virtus Dei, & non ex nobis. Nullus ergo cadat animo, etsi natura imbecillis sit, sed studeat sanctitati ac mansuetudini, om- nimodæque ad Christum subiectioni, sinens se eius imperio regi, nam omnipotens Christi vir- tus per illum debellabit omnes hostes eius, vt vltimam consequatur victoriam in secula secu- lorum. Amen.

Apo. 19. v. 14.

Vide Alca- sar in Apo. 6. annot. 5.

EXHORTATIO XXII.

De pulchro affectu erubescentiæ, & verecun- diæ, cum quis increpatur, aut laudatur, aut periculum imminet rei turpis, & quam fi- dus sit custos castitatis, & pudicitia.

Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis.

Incipit sponsus singulas partes corporis spō- sæ laudare: corporis inquam mystici, quod est Ecclesia, quæ variis generibus, & statibus homi- num constat, diuersisque virtutibus, & ministe- riis, quibus singuli ornantur. Vnde iuxta supra- dicta cum de vberibus sponsi ageremus, per hu- iusmodi partes, quæ laudantur, intelligendi ve- niunt, aut ipsi status, & gradus iustorum, aut virtutes, & munia, quæ in illis splendescunt: in- choatur autem laus à genis dicens; *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis.* Quia genæ sunt quasi sedes pudoris, verecundiæ, & erubescentiæ, aut signa, & testes illius. Cū enim de aliquo facto, vel au- dito verecundamur, totus alteratur corpus, & sanguis, vnde rubor in genis apparet foris: est autem verecundia, & pudor, quædam interior displicentia, & cōfusio de turpi facto, vel quod timetur faciendū. Et ideo quidam per genas in- telligunt statum iustorum, qui verecundantur peccare siue clam corā Deo, siue palam coram hominibus; ac se peccasse erubescunt. Alii vero cōtractius eos intelligunt, qui erubescunt de vi- tiis, quæ turpia omnibus censentur, vt quæ ab humana nobilitate degenerāt, & bestiis homi- nes assimulant: cuiusmodi sunt vitia carnalia, gu- læ, & luxuriæ, & hæc, quia turpior maiorem in- ijcit pudorem.

Honorius apud Mar- tinum del Rio.

Comparantur autem genæ turturi, qui hic duplicem habere potest interpretationē. Prior & communior fere apud omnes Patres est de a- uicula nota, quæ symbolum est pudicitiæ, quia siue mas, siue fœmina alio coniuge vita functo, quod reliquum est vitæ quasi in perpetuo cæli- batu viuit, sola degit, per solitudines volitat, ea-

... ntia ... peccato com- ... tem externo rubore, ge- ... & ... one, ac obedientia ad id quod p ... piens.

Hæ ... a sunt, & pulchra, splé- ... pon a, quæ increpata erubuit, ... post vestigia gregum, obtéperauit, ... m est illi, *Equitatui meo assimilaui te*; ... ob ... nihi, & insuper genæ tuę ... æ appa e instar turturis, quia te vi- ... em, & gemebundam, erubescen- ... nfu ionem, quę tibi maiorem ad- ... & gl riam. Sed perpéde ordinem ... similatur equitatui, deinde ge- ... tur tur uri: quoniam in increpati- ... quidem habenda est fortitudo, & ... star equitatus, & verecundia, ac ... ar turturis: sed illa nobilior, & ideo Q ia nõ tam magnum est increpa- ... tate ruborem, sed mirum est non ... rudinem.

... erecundia, & silentio cum quis laudatur. §. 2.

S ... lu iot fuit secunda causa ruboris, & vere- ... iæ in sposa, cuius genæ sunt rubore per- ... ia tunc primo proprias laudes ab ore i- ... o audiuit, cum eam pulcherrimam in- ... eres appellauit, & equitatui suo splédi- ... milata dixit. Sed hoc ipso quod laudata, ... se pulcherrimam esse probauit, & ideo ... ius laudes cõfirmans, de nouo laudat eam, ... a *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis*. Vere n. hu- ... anima sicut erubescit de culpa cum incre- p ... , ita & de propria indignitate cũ nimis lau- d ... quia tali laude se putat indignã, & valde perterretur cũ non videt in se intus quod de se au ... foris Propter quod dixit Salomon: *Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurũ, sic pr batur homo ore laudantis*. Imperfectus n. cuius modica, & tenera est virtus, igne laudationis cõsumitur, & virtus illius in fumum vertitur vanitatis. At perfectus potius redditur pulchrior, & sple didior, quia fit multo humilior, dũ nihil in se, & ex se laude dignũ inuenit: & quidquid habet boni, soli Deo attribuit, in quem omné lau- em refert. Et inde est (inquit D. Gregor.) quod ... storum animus magno laudum suarum igne ... cietur. Cauta n. consideratione trepidat, ne aut de his in quibus laudatur, & non sunt, maius ... udicium inueniat, aut de his in quibus lau- ... tur, & sunt, compeiés præmium perdat. Vn- ... e plerũq; fit, vt sicut iniustus ex laude sua pol- ... ur; ita vir iustus audita laude sua purgetur. Nam trepidus ad cõscientiam recurrit, & quid- qu d illic inest reprehẽsibile corrigit, vel si quid ... oni est soli Deo acceptum refert.

Sed quæres forte cur sponsus cælestis in hoc ... oflatorio, & fornace probauit sponsam; cum ... prium sit, *Ante mortem ne laudes hominem quemquam*, seu, *ne laudes hominem in vita sua*. Siquidem D laudatio solet esse occasio ruinę, dum ea ea pullulat vitium superbiæ. Sed hoc cõsilium ad homines refertur, qui nesciunt qualis sit ille, quem laudant, & quem fructum, aut damnum pariant eorum laudes. Ideoque parce, ac caute laudare debent eos, quorum virtutes non satis norunt, ne dum aurum, & argẽtum laudant, re-

A probum & obscurum efficiãt. At Deus qui perfecte nouit quid sit in homine, tűc laudat eum, cum laus ad virtutis cõferet incrementum; vnde sæpius laudauit dilectam sponsam in hoc Cantico, quia præsciebat laudes has ignem esse, quo probata redderetur pulchrior, & splendidior; in cuius signum cum primum eam laudaret, statim subiunxit: *Quam speciosa facta sunt genæ tuæ sicut turturis*; quia meis laudibus verecunda tua humilitate redditę sũt speciosiores. In eo quod ait, *Facta sunt*, satis insinuat, quod noua fuit illa pulchritudo, quæ in genis apparuit, & ex ijs, quæ audierat eam processisse. Cuius etiã incrementi indicium est, quod ipsa omnes laudes in sponsum refert, vt in progressu Cantici sæpius videbimus. Etenim verecundia cuius fructus, vt inquit Diuus Ambrosius, est silentium, os claudit ad laudandum hominem, qui nos laudat, ne videamur accepisse laudem, & in illa complacuisse, & multoties securius existimat omnino B tacere, silens à bonis, ne labatur in malis, aliquando tamen os aperit ad laudandum Deum, à quo digna laude recepit, quando certo cõstat non se obiter vane laudare, sed solum Deum. Cuius mirum exemplum præcessit in Deipara: quæ coram Angelo laudante erubuit, & tacuit, sed cum ab Elisabeth easdem fere laudes audiuit, in Deum illas retulit, aperiens os suum ad benedicendum ipsum: quia fecit illi magna, qui potens est, & sanctum nomen eius. Sed de hoc illustrissimo exemplo post erit sermo.

Lib. offic. c. 18.

Luc. 1. v. 29 & 41.

De erubescentia cum imminet periculum rei turpis, quæ præseruat ab illo. §. 3.

Pro Virgine & martyre.

SEo progrediamur ad tertiam causam ruboris sponsæ, quæ maxime timebat, & exhorrescebat quidquid vel minimum pre se ferret periculi contra pudicitiam, vel labendi in aliquid tur- C pe vel minus decens circa illam: Etenim vt D. Thomas testatur, erubescentia & verecundia, seu pudor species quædam sunt timoris, illa de turpi actu committendo; hęc de turpi iam commisso, licet interdum hæc nomina pro eodem vsurpentur; hic verecundus timor perculit spõsam, cum dixit: *Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum*, seu, *ne fiam sicut cooperta*, aut meretrix ad modum supra explicatum. Ex nimio ergo amore pudicitiæ procedebat timor & erubescentia vagandi & egrediendi foras, ne aliquid sibi succederet quo haberetur vt cooperta, & minus pudica; cæterum cum sponsum increpãtem audit, & dicentem, quod si se ignorat, egrediatur & abeat post vestigia gregum. Egressa est quidem, sed facie rubore suffusa, & plena verecundia, quæ testis erat suæ eximiæ pudicitiæ, in qua sibi cõplacens sponsus, ait: *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis*, quia turturi pudicæ, & solitariæ mihi similis videris, fugiens hominum consortia, ne lædatur pudicitia.

1. 2. q. 41. ar. 4.

Valde enim placet Deo huiusmodi timor cuiuscumque rei turpis, maxime cõtra castitatem, cuius fidelis comes, vigilansque custos est pudor, vagari per vicos, & plateas refugiens, ne periculum subeat maculandi illam. Vbi enim est vagatio, difficile custodiuntur sensus, & quæ videt, aut videtur, quæ audit, vel auditur, &c

tur, & minos caute cum a'iis conuersatur, facile læditur, & deturpatur, & ideo timet, & erubescit egredi, ne contingat lædi. Est (inquit Diuus Ambrosius) verecundia pudicitiæ comes: cuius societate castitas ipsa tutior est. Bonus enim regendæ castitatis pudor est comes, qui si se prætendat, ad ea quæ prima pericula sunt, pudicitiam temerari non sinat. Hic castitatem illæsam seruauit in Susanna: quæ grauius verecundiæ, quam vitæ damnum esse putabat, nec arbitrabatur periculo pudoris tuendam esse salutem. Ioseph etiam tanta fuit verecundia præditus, vt comprehensus à muliere vestem in manibus eius, fugiens mallet relinquere, quam verecundiam deponere. Sed quoniam hæc duo exempla, alterum fœminæ, & alterum viri, illustrissima sunt, & efficacissima ad commendandū pudorem & pudicitiam, illa fusius explicemus: nā propter illos, & de illis dictum est, *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis.*

Lib. 1. offic. c. 17. & 18.

Da. 3. v. 22. Gen. 39. v. 12.

De insigni pudore, & pudicitia Susanna & Ioseph. §. 4.

MAGNA sine dubio est vis pudoris, quæ tam validos prosternit aduersarios. Oppugnata est Susanna ab impudicis senibus, perterrita est mortis, ac infamiæ minis, nec forte aberant carnis illecebræ, quæ solę sufficiunt ferrea emollire corda, & tamen funiculus hic triplex, quem difficillime fortissimi etiā viri rumpere valerent, facile à fragili fœmina ruptus est virtute casti pudoris, qui plus timet fœditatem luxurię, quam pericula mortis, vel infamię, quo munita minacibus, ferocibusque aduersariis ita respondit: *Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in cōspectu Domini*, quod non facerem in conspectu mariti, quomodo faciam in conspectu Dei? Si vos non erubescitis in diuino conspectu me ad tale facinus prouocare, ego tamen erubesco ipso conspiciente illud perpetrare. Moriatur corpus, ne moriatur spiritus; pereat fama, ne pereat pudicitia; malo innocens vestris manibus lapidāda tradi, quam rea coram Deo inueniri. O magna vis pudoris, quæ castitatem omnibus præferens, & illam seruat, & vitam custodit, ac auget gloriam: & vtramque forte perderet, nisi verecundia castitatem custodisset; clamauit enim ad Dominum, in cuius conspectu turpari noluit, qui excitauit spiritum verecundi & pudici adolescentis, qui senes de falso testimonio conuincerer, & innocentem à periculo eminenti liberaret.

Dan. 13. v. 22.

Illa (inquit D. Ambrosius) quę maluit sibi casta esse, quam populo; illa quæ maluit innocentiæ subire periculū, quam pudoris: quæ cum accusaretur tacebat, cum damnaretur, silebat, cōscientiæ suæ contenta iudicio, quæ reuerentiam pudoris etiā in periculis reseruabat: ne extorsisse petulantiam viderentur, qui extorquere non potuerant castitatem, vbi Dominum inuocauit, meruit, qui latērem presbyterorū conscientiam reuelauit; discant pudicę calumniam non timere, nam quæ castimoniam vitæ prætulit, nec vitę dispēdium pertulit, & gloriam retulit castitatis. Hæc D. Ambrosius. Qui egregie obseruat Spiritum sanctum hanc Susannæ miraculosam ereptionem operatum fuisse. Sic enim ait Scriptu-

Li. 3. de Spiritu sancto c. 7.

A ra: *Suscitauit Dominus Spiritum sanctum pueri iunioris, cuius nomen Daniel*, quia scilicet Daniel Spiritum sanctum accepit, vt vacillantia perfidorum testimonia deprehēderet, innoxiamque à calumnia erueret.

Ego vero aliam etiam fuisse rationem nō dubitarem, quia Spiritus sanctus sponsus est virginum, & animarum pudicarum, ipsiusq; pudicitiæ zelator acerrimus. Vnde beata Lucia virgo respondit Præsidi; caste pieque viuentes templum esse Spiritus sancti, qui potens est templum suum inuiolatum custodire. Quare cum ipsa in lupanar duci iuberetur, tanto pondere eam firmauit Spiritus sanctus, vt virgo Christi immobilis permaneret. Idem ergo Spiritus sanctus, cui suæ spōsæ pulchræ genæ sic placuerunt, venit ad auxiliandum illi, ne pulchritudo deturpetur, sed splendidior fiat, & repleuit adolescentem cast[itate] vt castam defenderet fœminam, quia castitatis sibi appropriauit custodiam. Orandus tamen

B est in nostris periculis, vt nobis subueniat, sicut orauit Susanna, quæ ingemuit tāquam pudicatur tur, & vt dicit idem sanctus doctor, soli Deo loquebatur, cui poterat casta verecundia loqui, cuius preces Deus clementer exaudit.

Lib. ...

Audisti victoriā fœminę, audi acrius fortiusq; bellum adolescentis, & gloriosum triumphum. Solicitatus enim fuit adolescēs ab adolescentula, pulcher à pulchra, seruus à domina, quæ deliciis, & diuitiis iuuenis oppugnabat animum, nec semel, vt Susanna, sed crebro, in talesq; angustias redactus, vt vel castitatē, vel libertatem, honorē vel vitam deberet prodigere. Sed vicit pudor lasciuiam, & tandem restituit libertatem, immortalemque illi comparauit gloriam. Magnus quippe vir (ait D. Ambrosius) qui venditus, seruile tamen nescinit ingenium: adamatus, non redamauit, rogatus non acquieuit, comprehensus aufugit, qui cum ab vxore domini conueniretur, teneri veste potuit, animo capi

Ge...

Lib. de Ioseph c...

C non potuit. Vestem exuit, crimen excussit: & relictis quibus tenebatur exuuiis, spoliatus quidem, sed non nudus, aufugit, qui erat tectus indumento pudoris. Non est nudus, nisi quem culpa nudauerit; reliquit ergo vestimentum Ioseph, & nudauit adulteræ verecundiam. Ipsa quod celare debuerat, prodebat, vt composito crimine læderet innocētem; iustus autem accusare nō nouit, ideo impune hoc impudica faciebat; illū beatiorem dicerem cum in carcere mitteretur, quia subibat pro castitate martyrium. Bonū enim munus pudicitię, sed minoris meriti, cum periculum abest: vbi autem etiam salutis periculo defenditur, ibi plenius coronatur & ibi est plus auxilii, vbi est plus periculi.

Hæc & plura nō minus gloriosa prosequitur D. Ambrosius de Iosepho, cōfirmans ea exemplo Susannæ, & in vtroque laudans stupendum silentium, quod prodiit à verecundia, coniun-

Silen... insign... coniunq...

D ctā insigni charitati: puduit enim vtrumq; culpam tam deformē in suos deferre accusatores. Puduit Susannam senum, ac iudicum populi intemperantiam propalare; puduit & Iosephum lasciuiam dominæ suo indicare marito; maluit vterque mortis, ac infamiæ subire periculum, quā tam fœdum facinus in alios retorquere, ne vel iudices apud populum, vel vxor apud maritum redderentur infames, aut de adulterio suspecti:

...men vtriusq; e cor fiduciam habens ... fortius pro illis clamabat ... sicut Dominus liberauit Susannam, sic mirabiliter eripuit Iosephum. ... prodigiosum fuit quod maritus ... credulus coniugis verbis, itausq; valde ... non statim iussent illum occidi? ... in huiusmodi euentibus, vt inquit Salomon: *Furor & zelus viri non parcet in die vindictæ, nec ... cuiusquam precibus, nec accipiet pro redemptione ... plurima.* Sed vt notat Diuus Chrysostomus ... Dei manus ha. bant nillum decernere ... cædem rueret. Quid enim aliud ... hoc eum facere cum intelligeret ... suum? Verum omnipotens ... tam fecit illi exhibere clementiam ... in carcerem etiam illic suam demonstrauit virtutem, & sic ad principatum regni ... Si enim non credebat verum esse Ioseph ... in carcerem coniecit? si autem credebat verum esse quod vxor dixerat, tunc non carcere dignus, sed extremo supplicio, capitalique pœna iudicandus erat. Verum quando suum auxilium dextera superna ostendit, omnia fiunt leuia & facilia, & quantumuis feroces animi ... efferat.

Sed non prætereamus silentio quod de Ioseph testatur D. Ambrosius, de Susanna similiter ... potuisset, pro castitate subiisse martyrium ... enim vterque insignis castitatis martyr, quatenus pro ipsa tuenda certo se mortis periculo tradidere. Quod & in lege Euangelica plurimas virgines fecisse constat, quibus peculiariter congruit laus ista: *Pulchræ sunt genæ tuæ*, nam vt dicit Hugo de sancto Victore, per Ecclesiæ rubicundas genas intelliguntur martyres; qui sanguinem suum pro fide Christi fundentes; quasi genæ in facie Ecclesiæ rubescunt. Sed forte melius intelligemus virgines simul & martyres, vt cador faciei ruborem genarum circumcingens, indicet pudicitiam, robor vero martyrium: nec solum illud, quod à tyrannis infertur, sed etiam aliud voluntarium, & quotidianum, quod teste Diuo Hieronymo, annexum est castitati, quæ vix custodiri nequit, nisi carnem torquendo, & gladio mortificationis carnalia desideria trucidando, vt sequens exhortatio fusius docebit. Nunc autem hos duos illustrissimos pudoris, & castitatis pugnatores imitemur, vt palmam similem obtineamus præstante Domino nostro Iesu Christo, &c.

EXHORTATIO XXIII.

De duplici statu perpetuæ continentiæ; de laudibus virginitatis, tam mentis, quam corporis; de solitudine interna & externa; & de reliquis quæ custodiunt illam.

Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis.

Mirum est quanti fecerit Dominus Ecclesiæ suæ mysticas genas, à quarum commendatione sponsæ laudes inchoauit, easque ter in hoc Cantico extulit, comparans illas iam turturi, iam fragmini mali punici, iam cortici eius

A dem. Nec incongrue per has duas genas intelligimus duas animarum sortes, pudicitiam, & cœlibem vitam colentium, quas Paulus vocate solet *Virgines, & nuptias*, id est viduas, vel quomodolibet perpetuam continentiam profitentes. Vnde etiam duæ Ecclesiæ præclaræ genæ dici possunt, status Ecclesiasticorum, qui Ordine sacro suscepto perpetuum vouent cœlibatum; & religiosorum ac monialium, qui perpetuæ castitatis votum emittunt, in quo innumeræ vtriusque sexus virginea resplendent. Comparantur autem genis, quoniam sicut istæ supremum locum obtinent in corpore, & in media splendent facie ornantes illam, ipsi capiti coniunctæ, sic virgines, ac perpetuo cœlibes, sublimem gradum perfectionis continent in Ecclesia; & in medio eius tanquam pulcherrimum eius ornamentum maxime vnitæ Christo capiti, cui seinper adhærere satagunt; & ideo à Diuo Ioanne visæ sunt cum agno in monte Sion; quoniam (vt Apoc. 14. v. 1.
B declarat Diuus Gregorius) status, qui naturam humanam supergreditur, in altissimo virtutum culmine situs est; nec solum sublimantur in monte Sion, qui est Ecclesia militans, sed etiam in monte cœlesti Sion, quia ipsis Angelis assimilatur, vt mox videbimus. Vnde non mirum quod maxime ornent faciem Ecclesiæ, de illis enim potissime intelligitur quod ei dictum est, *His omnibus, velut ornamento vesti eris, & circundabis tibi ... sicut sponsa.* Quapropter sicut per faciem & genas earumque pulchrum ruborem & candorem, vna fœmina, aut vnus adolescens ab alio secernitur: nam, *Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus*, ita eximia pulchritudo Ecclesiæ Christi maxime dignoscitur per pulchras genas eius. Etenim virginitas, continentia, ac perpetuus cœlibatus, vix apud antiquos inueniebatur. Paucæ virgines Vestales in magno honore erant apud Romanos. Sed quod magis mirum est, etiam inter iustos vtriusque legis tam
C naturalis, quam scriptæ, pauci ad rari perpetuam coluerunt continentiam. Ab omnibus ergo secernitur; & separatur Ecclesia Christi in lege gratiæ, per genas virginum & continentium; quorum innumerus est chorus candidus, & rubicundus; candidus per pudicitiam, rubicundus per charitatem, ex qua manat pudicitia; non enim est virginitas coacta, sed libenter assumpta, non continentia inuita, sed summe dilecta, ex Dei gratia & amore Christi, ac si naturæ esset indita. Ideoque pulchritudo genarum merito comparatur pulchritudini pudicæ turturis; & fragmini mali punici candidis; ac rubicundis granis perspicui.

Lib. 3. in 13. Regum.

Isa. 49. v. 18.

Eccl. 19. v. 26.

Hos status continentiæ per turtures hic significari. §. 1.

Pro Festo purificationis Deiparæ.

Aptissime autem hi duo status continentiæ turturi comparantur; de quibus mysti-
D ce in lege præscriptum erat, *Vt offerrent Domino par turturum, aut duos pullos columbarum*; quæ in beatissimæ Mariæ Virginis purificatione, & pueri Iesu præsentatione in templo oblata sunt; Luc. 2. v. 24. per quæ duos istos continentiæ status in vtroque sexu intelligere possumus, quorum oblatio Deo est gratissima; & ideo in Virgineo partu eæ oblatæ sunt aues, quæ illos repræsenta-

Lev. 12. v. 8.

bant.

Serm. 59. in Cant.

bant. Vt autem Diuus Bernardus notat, quia A columba libidinosa auis est, non decuit offerre eam in sacrificium Domini, nisi ea sane ætate, qua nesciret libidinem; & ideo pulli columbarum designantur, at turturis non signatur ætas, quoniam auis pudica est, & eius agnoscitur castitas in quacumque ætate. Nec incongrue diceremus par turturum mystice etiam esse Deiparam Virginem, & puerum Iesum: hic rex & princeps omnium virginum & continentium, ac huius status auctor; per quem *Vox turturis audita est in terra nostra:* id est, vox Christi pudici prædicantis pudicitiam (vt suo loco videbimus.) Illa vero Regina est virginum, quæ plusquam turtuream coluit pudicitiam, & virginitatem singularem, vt paulo post dicemus. Tunc autem pulchræ & felices erunt genæ mysticæ Ecclesiæ, quando fuerint sicut turturis: sicut, inquam, hoc par turturum, similes nimirum virgini Iesu, & Virgini matri eius. Sed quomodo id assequi valeant, explicemus.

Cant. 2. v. 12. Lib. 5. Exhort. 18.

B Aduertendum est autem, non sine mysterio, sponsum prius dilectam assimilasse equitatui suo; deinde vero dixisse, *Pulchra sunt genæ tuæ sicut turturis*; quoniam nemo ad pulchritudinem virginitatis, & castimoniæ ascendit, nisi qui fortis est equitatus Dei viriliter dimicans contra hostes impugnantes illas, eo quod terribilis est hæc pugna, & nonnisi à fortissimis, Dei magno auxilio, obtinetur victoria. Nam (vt inquit Diuus Augustinus) inter omnia Christianorum certamina, sola duriora sunt prælia castitatis, vbi quotidiana est pugna, & rara victoria. Grauem enim castitas sortita est inimicum, qui quotidie vincitur, & timetur. Hic autem inimicus ditius grassatur contra virgines (vt testatur Diuus Hieronymus) sic dicens; Inter illecebras voluptatum etiam ferreas mentes libido domat, quæ maiorem in virginibus patitur famem, dum dulcius putat esse quod nescit: de illa denique Salomon ait, *Multos vulneratos deiecit, & fortissimi quique interfecti sunt ab ea.* Oporter ergo fortissimum esse, non quomodocumque, sed tanquam Dei militem, & equitem ab ipso adiutum & directum, vt libidinem quis vincat, & de illa triumphet, pacemque internam hostibus debellatis obtineat. Merito ergo prius assimilata est equitatui Dei curribus Pharaonis iam submersis, & postea laudatur de pulchritudine genarum instar turturis, quia fortis præcessit lucta, vt tam gloriosa pulchritudo obtineretur per illam.

Serm. 150. de tempor.

In regula Monac. ca. de castitate.

C

Prou. 7. v. 16.

Hom. 3. in Cant.

Aliam rationem connexionis huius laudis cum præcedenti reddit Diuus Gregorius Nyssenus. Assimilauerat enim sponsus amicam suam equis, quorum luxuriosam libidinem & intemperantiam alibi significat Scriptura; Ieremias enim ait, *Equi amatores, & emissarii facti sunt, vnusquisque ad vxorem proximi sui inhiabat.* Dauid etiam terribile iudicauit, fieri sicut equum & mulum, quibus non est intellectus, quorum maxillæ fræno, & chamo essent constringendæ. Ad mitigandam ergo hanc similitudinem addit sponsus hanc suauiorem, assimilans illius genas turturis pulchritudini. Ac si diceret; Non sunt maxillæ tuæ huiusmodi, vt sicut equus indigeas chamo, & fræno constringi, sed per puritatem turturum tibi ornantur genæ, pulchræque redduntur.

Ier. 5. v. 8.

Ps. 31. v. 10.

D

A Non indiges fræno ferreo, nec terroribus, aut terribilibus minis pœnarum, vt libidinem & spurcitias carnis fugias; ipse tuus pudor, tuaque mea gratia, ac insita verecundia est instar fræni suauioris, pulchrioris, ac fortioris, quo à libidine comprimeris, & pudicitiam totis viribus amplexaris; nec solum horres lasciuiam, sed quidquid ad illam excitat, hominum consortia, opiparam mensam, mollem lectum, musicam & tympanum, inanemque lætitiam, & omnibus turturi pudicæ soliuagæ & gemebundæ assimilaris, propter quod mihi pulchra valde appares, & libens dico, *Pulchra sunt genæ tuæ sicut turturis.* Sed quoniam pudicitia & continentia, tres continet gradus & status, infimus est coniugatorum, qui sibi fidem seruant, & immaculatum thorum. Secundus melior viduarum, qui mortuo altero coniuge perpetuum eligunt cœlibatum. Tertius omnium præcellentissimus virginum est, quæ omnem penitus respuunt carnalem delectationem, etiam alijs licitam. Cuncti tres, fructus magnos pariunt, de quibus Dominus in parabola ait, quod semen cadens in terram bonam fructum affert, *Aliud centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud vero trigesimum.* Diuus autem Hieronymus trigesimum fructum ad nuptias, sexagesimum ad viduas, centesimum vero ad virgines refert. Omnium autem symbolum est turtur auis pudica; quæ coniugatos fidem mutuam sibi seruandam docet, dum vni compari coniungitur; sed illustrius magistra est viduarum, quia mortuo coniuge, nulli alteri amplius coniungitur. Virgines autem spirituali ratione repræsentat. Relictis autem quæ ad castitatem coniugalem spectant, de alijs dicemus, ex quibus coniuges satis poterunt ediscere, quomodo proprium gradum incoinquinatum valeant seruare.

B

Mat. 1[...]

[...]b[...] Iou[...] Apol[...] [...]ris fou[...]

Quam pulchra & præcellens sit virginitas.

§. 2.

SED à virginibus inchoando, merito admiratiue dicit sponsus, *Quam speciosa facta sunt genæ tuæ sicut turturis*: Nam quis non miretur in carne degentes, non carnaliter viuere, sed instar Angelorum carnis actus & affectus exuisse? In carne enim ambulantes (ait Paulus) non secundum carnem militamus, quia ea quæ sunt carnis respuimus, & super illa, superque nos ipsos ad spiritualia, & cœlestia nos leuamus. Sed bene (inquit Origenes) dicitur, *Quam speciosa facta sunt genæ tuæ*, vt significaretur non à natura pulchras, sed ex Christi gratia superaddita, & licet virginitas à natiuitate ortum ducat, tamen nonnisi ex dono Dei perpetuo conseruatur; & ideo genas speciosas factas esse, scilicet ab alio, nempe ab ipso sponso, qui ait, *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.* Loquitur de Eunuchis, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum, & ait quod se castrauerunt; quia ita virginitas est donum Dei, vt tamen homo cooperetur cum Deo ad obtinendum, & conseruandum illud, & hoc ipsum est admiratione dignum, & maius omni laude. Inde Sapiens eadem vtens exclamatione, ait, *O quam pulchra est casta generatio, cum claritate, immortalis enim est memoria illius, & apud Deum nota est, & apud homines*

Iuxta

2. Cor[...]

Hom[...] Cant.

Mat. 19. v[...]

D

Sap. 4. v. 1.

sunt

imitantur illam; & desiderant illam, A in perpetuum coronata triumphat incoinquinatorum certaminum præmium vincens. Cuius ... pulcherrimus est, pulchra valde est ... sanctitate ... regna, cuius ... mentes ... imitare ... habere secum desi... sed incoinquinata ... gloriosæ luctæ; ex qui... clarissimas ... coronas, & victorias, ... præmia suis digna triumphis.

... s nostris non indiget laudibus, ... Cyprianus, ita clara est omnibus, ... ut cuncti splendore sui candoris pura ... & lucida. Flos est Ecclesiastici ger... atque ornamentum gratiæ spiritu... atque honoris opus integrum, atque ..., Dei imago respondens ad sancti... Domini, illustrior portio gregis Chri... virgines, scitote quod esse cœpistis, B ... quod eritis, magna vos merces manet: ... grande virtutis, munus maximum ca... Domini vox est illa dicentis, *Filij huius ... nubunt, & tradu̅tur ad nuptias; illi vero qui di... habebuntur seculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubent, nec ducent vxores, neque enim vltra mo... aequales enim Angelis sunt, & filij sunt Dei:* ... futuri sumus iam vos esse cœpistis, vos re... surrectionis gloriam in isto seculo iam tenetis; per seculum sine seculi contagione transitis, cum castæ perseueratis, & virgines, Angelis Dei estis æquales. Sed vlterius idem hoc ipsum amplificat: Virginitas æquat se Angelis, si vero exquiramus, etiam excedit, dum in carne luctata victoriam etiam contra naturam refert, quam non habent Angeli. Ita D. Cyprianus; qui multa est in hac virtute laudanda, nosque plurima in tractatu de castitate congessimus, vt eius præcellentias pondératemus.

Sed iam suspiciamus cur virginitas turturis C pulchritudini comparetur. Duo enim insignia virgines habent; alterum est omnem carnalem copulam abhorrere, omnemque estualem amorem exuere, & solis cœlestibus inhærere. Et ex hac parte (vt docet D. Ambrosius) apte comparatur apibus, quæ hanc integritatem repræsentant. Digna (inquit) virginitas quæ apibus comparetur, sic laboriosa, sic pudica, sic continens: ore pascitur apis, nescit concubitus, mella componit: ros quoque virginis est sermo diuinus; pudor virginis est intemerata natura, partus virginis fœtus labiorum, expers amaritudinis, fertilis suauitatis. Quam te vellem filia imitatricem esse huius apiculæ, cui cibus flos est: ore soboles legitur, ore componitur.

Ceterum alterum habet insigne virginitas; quod ita respuat carnales nuptias, vt eligat spirituales, non cum pluribus, sed cum vnico solo viro: & ex hac parte turturi assimilatur, iuxta illud: Pauli, *Despondi vos vni viro virginem castam exhibere* D *Christo.* Huic soli adhæret per amorem, huic soli seruat illæsam fidem, huic præstat subiectionem, & obedientiam, huic soli placere studet, ab eo separari pertimescit, nihilque magis in votis habet, quam illi assimilari, in quo eius summa consistit pulchritudo, quam forte prædicta verba insinuat, *Pulchra sunt genæ tuæ sicut turturis:* id est, assimilatæ sunt in pulchritudine ipsi turturi; cui turturi? nisi Christo Domino, qui per turturem conuenienter significatur: Sicut enim turtur fœmina vni mari coniungitur, & turtur mas vnicæ fœminæ; ita Ecclesia vni Christo, & Christus vnicæ desponsatur Ecclesiæ, ex qua virgine incorrupta, filios gignit spirituales, & intra eam tanquam intra proprium nidum eos reponit, vt nutriat, & custodiat illos; iuxta illud Psalmistæ, *Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum sibi, vbi ponat pullos suos.* Hic est ille turtur, cuius vox in hoc Cantico dicitur, auditur in terra nostra, cuius prædicatione multi filij congregati sunt, vt eius pudicitiam imitarentur. Psal. 83. v. 4. Vide lib. 5. Exhort. 18.

Pulchræ quidem sunt genæ virginum, quæ Angelis assimilantur, sed pulchriores quia ipsi Christo, & Deo incorrupto similes esse merentur. Nemo (ait Diuus Ambrosius) miretur si Angelis comparentur quæ Angelorum Domino copulantur, nec immerito virginitas viuendi sibi viam quæsiuit è cœlo, quæ sponsum sibi inuenit in cœlo. Hæc nubes, aera, Angelos, sydera quæ transgrediens, Verbum Dei in ipso sinu Patris inuenit, & toto hausit pectore. Magnum reuera (ait Diuus Basilius) ac præclarum quiddam virginitas est, quæ vt totum simul explicem hominem incorruptibili Deo simillimu̅ facit. Propter quod merito dicit Ecclesiasticus, *Omnis ponderatio non est digna continentis animæ: & gratia super gratiam mulier sancta & pudorata,* quia grata, speciosa, & omnibus modis est Deo dilecta. Propter quod virgines dicuntur empti ex hominibus, id est, à cæteris hominibus segregati, tanquam hominibus eminentiores, & peculiari ratione sanguine agni redempti, & illi asscripti, *Hi sequuntur agnum quocumque ierit;* Et quo (inquit Diuus Augustinus) ire putamus hunc agnum, quo nemo eum sequi, vel audeat vel valeat nisi vos? in quos saltus vel prata? Vbi sunt gaudia gaudia, non gaudia huius sæculi vana, insaniæ mendaces, nec gaudia qualia in ipso regno Dei cæteris non virginibus erunt, sed à cæterorum gaudiorum sorte distincta. Gaudium virginu̅ est Christi, de Christo, in Christo, cum Christo, post Christum, per Christum, propter Christum, non sunt eadem non virginum quamuis Christi; nam sunt alijs alia, sed nullis talia. Hæc D. Augustinus, de speciali gaudio (laureola ab alijs vocatur) quod virginibus reseruatur in cœlo, quo etiam ex parte fruuntur in terra, si agnum sequantur, integra & omnimoda vitæ puritate. Lib. de virginib. Lib. de vera virgin. tate in principio. Eccl. 26. v. 19. & 20. Apoc. 14. v. 4. Lib. de sancta virginitate c. 27.

Virginitas corporis iungenda est virginitati, & puritati mentis. §. 3.

ETENIM cum virginitate & integritate corporis iungenda est integritas & puritas mentis, vt Christo assimiletur, & agnum quocumque it, sequatur. Propter quod non gena, sed genæ pulchræ vocantur, sicut turturis, indicando perfectam virginitatem ex integritate corporis, & spiritus, tanquam ex duabus pulchris genis constate, vt virgo Christi, sicut ait Paulus, *Sancta sit corpore, & spiritu;* quæ enim solum est corpore integra, vnam genam, sinistram videlicet, habet pulchram, sed alteram, nempe dexteram, habet deformem. Quæ autem tantum est integra spiritu & desiderio, sinistram genam fœdam habet. 1. Cor. 7. v. 34.

Vtraque vero integritas perfecte reddit animam A
candidam, rubicundam, & decoram Angelis, Christoque simillimam, de qua dicatur, *Pulchra sunt genæ tuæ sicut turturis*: ideoque magis insistendum est spiritus integritati, & sanctitati, vnde integritas carnis suum maiorem sumit decorem.
Vbi supra. Nam, vt inquit Diuus Basilius, virginitas non à corporibus ad animas manat, sed cum incorporalis animæ propria, & præcipua sit, eius pretiosissima integritate corpora quoque incorrupta
Mat. 25. v. 1. seruantur. Hoc enim secernuntur prudentes virgines & fatuæ, quod cum omnes essent virgines corpore, lampadesque integras retinerent: fatuæ quidem habebant eas intus vacuas oleo, quia carebant spiritus integritate, & oleo deuotionis, ac sanctorum operum, quæ corpoream lampadem implent, ignemque diuinæ dilectionis accendunt, nutriunt, augent: prudentes vero non sola externa integritate contentæ, internam præcipue sunt amplexatæ; vt iuxta Pauli
1. ad Thess. 5. v. 23. sententiam, integer earum spiritus, anima, & B
corpus in aduentu Domini inueniretur, non quod corporis virginitas sit paruipendenda: nam
Lib. 1. aduersus Iouin. (vt ait Diuus Hieronymus) quomodo absque cæteris operibus virginitas sola non saluat, sic omnia opera absque virginitate & continentia imperfecta sunt: & insuper virginitas ad altiorem eleuat statum, & præclariorem producit fructum, propter quod eius laudes decantans Sapiens, & vtriusq; genæ pulchritudinem com-
Sap. 3. v. 13. mendans, ait, *Felix est sterilis, & incoinquinata, quæ nesciuit thorum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum; & spado qui non operatus est per manus suas iniquitatem, nec cogitauit aduersus Deum nequissima: dabitur enim illi fidei donum electum, & sors in templo Dei acceptissima*: vbi Sapiens non laudat omnem virginem, siue fœminam, siue marem, sed incoinquinatam, quæ operibus prauis non maculatur. Hanc autem vocat felicem, quia præ alijs animabus sanctis respicietur, & visitabitur à Domino, diuinisque replebitur consola- C
tionibus, & tandem consequetur suæ fidei, seu fidelitatis donum electum; id est, præmium copiosissimum, quod alijs verbis promisit Dominus per Isaiam eunuchis, qui elegerint quæ ipse
Isa. 66. v. 4. voluit, dicens, *Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis & filiabus, nomen sempiternum dabo eis quod non peribit*; quia maiorem gloriam & honorem obtinent in Ecclesia, sicut modo videbimus, quam qui filijs generandis vacant, & speciali prærogatiua castitatis nomen nulla obliuione delendum consequentur, cum inter filios Dei & animas Christi sponsas principem locum teneant.

Est autem obseruatione dignum, quod tam Prophetæ, quam Saluator noster de virginibus loquens, semper reliquorum bonorum operum mentionem faciunt; quia tanta est virginitatis excellentia, & tam ardua eius custodia, vt eam solam sufficere ad salutem ignorantes putare potuissent, nisi ad reliqua bona opera necessa- D
rio exercenda excitarentur; ne inter virgines fa-
Hom. 79. in Matthæum. tuas computentur: quæ (vt ait Diuus Chrysostomus) maiori certamine superato, in faciliore totum perdiderunt. Propter quod etiam cum genæ dicuntur pulchræ *Sicut turturis*, non sine mysterio vox Hebræa, vt iam diximus, etiam turtureum torquem, seu catenulam ex pluribus

A gemmis constantem significat; quia virginitas ornanda erat gemmis pretiosissimis reliquarum virtutum, vt ipsius pulchritudo inter illas splendesceret. Esto, ô virgo, sicut arca fœderis ex li- Exod. 25. v. 10
gno quidem Setim incorruptibili, sed deaurata intus & foris, quam tegat propitiatorium aureū Ad Heb. 9. v. 4.
quæ nec sit vacua, nec tamen amplius contineat quam legis tabulas, vas manna, & virgam Aaron. Esto, inquam, incorruptibilis per integritatem corporis, & mentis; deaurata intus & foris per internum Dei amorem, qui in externum charitatis opus cum oportet, se prodat. Retine tabulas legis per constantem obedientiam virgam Aaron pro omnimodam æquitatem vas, manna per solam in Deo spiritus delectationem; & cuncta hæc tegat propitiatorium aureum, quod est Christus, cui iugiter hæreas per ardentem dilectionem, vt ipse te protegat, qui summe erga virgines est propitius. Felix (inquit " E
Diuus Hieronymus) illa conscientia, & beata "
B virginitas, in cuius corde præter amorem Chri- "
sti, qui est sapientia, castitas, patientia, atque iustitia, ceteræque virtutes nullus alius versatur a- ad
mor, neq; ad recordationem hominis aliquando suspirat, nec videre desiderat, quem cum videret, nollet dimittere.

Ex his omnibus concludamus eximio amore diligendam esse perfectam pudicitiam: nam si pulchrum est amabile, quid pulchrius castitate? quid ea amabilius? Quid (inquit Diuus Bernar- " E
dus) castitate decorius, quæ mundum de im- "
mundo conceptum semine, de hoste dome- "
sticum, angelum de homine facit? Differūt qui- "
dem inter se homo pudicus, & Angelus, sed feli- "
citate, non virtute, etsi illius castitas felicior, hu- "
ius tamen fortior esse cognoscitur. Sola est casti- "
tas quæ in hoc mortalitatis & loco & tempore "
statum quemdam immortalitatis gloriæ repræ- "
sentat. Primitiæ frugum, & fructuum pretiosio- "
res sunt, & amabiliores: at virgines primitiæ vo-
C cantur Dei & agni, ex hominibus empti, tan- Apoc.
quam quid præcellentius ab illis segregari, vt agno consocientur. Quo honore D. Paulus Apostolos insigniuit, dicens illos primitias spiritus habuisse. Vnde sicut qui Deo libenter primitias Prou. 3. v. 9.
offert, copiosiores, vt ait Salomon, ab illo fructus recipiet. Sic qui Christo virginitatem offert, incredibiles ab eo recipiet cœlestes benedictiones. Oportet autem ardentem esse hunc pudicitiæ, & virginitatis amorem, vt illam vigilanter & valenter custodiat; nam quæ nimium diligimus, nimium custodimus; nullique labori parcimus, vt ea obtineamus. Vnde quidam Abbas apud Cassianum, hoc suadens, sic aiebat; Tanto erga " Collat. 14.
acquisitionem castimoniæ desiderio, atque a- "
more flammemur, quanto quisque pecuniarum "
cupidissimus appetitor, vel qui summa hono- "
rum ambitione distenditur, vel qui intolerabili "
pulchræ mulieris amore raptatur, desiderium "
suum impatientissimo ardore optat expleri; & "
D ita fiet, vt dum pro integritatis perpetuitate in- "
satiabili cupiditate succendimur, desiderabilis "
despiciatur cibus, necessarius horreat potus, "
somnus denique ipsi naturæ debitus re- "
spuatur, vel certe hæc attonita ac "
suspecta mente capian- "
tur. "

De

... interna & externa, quia comitatur perfectam castitatem. § 4.

Hinc clarescit amplius similitudo turturis, quæ ... hieroglyphicum est & pudicitiæ & solitudinis, quam naturali propensione colit; qui ... docens nos virginitatis & pudicitiæ indi... comitem esse solitudinem. Ea autem est duplex, interna alicia, & altera externa; illa cor..., hæc etiam corporis; illa excludit omnem af... amorem, intentionem, & cogitationem, ... quouis modo aduersetur amori Christi & ... tis, ita vt in corde solum vigeat amor ipsi..., intentio placendi ipsi soli, & cogita... de his quæ ad ipsius gloriam con...; ... vero etiam fugit consortia homi... & loca solitaria amat, vel semper, vel ad ... orationis ergo, iuxta cuiusque statum. ... procedit ex amore pudicitiæ, & ad il... conseruandam maxime conducit. Quod ... antiquos Prophetas & Anachoretas, in- B numero que monachorum cœtus, vt Instar turturum simul castam & solitariam vitam elegerit, Angelis in vtroque similem; Qua enim quæso te, ait D. Chrysostomus, differebant ab Angelis, ... Elisæus, Ioannes Baptista, veræ virginitatis „ amatores? nulla nisi quod mortali natura con- „ ... bani: nam cetera si quis diligenter inquirat, hi „ nihilominus affecti reperiuntur, ac beatæ illæ „ mentes. Virginitatem autem fuisse, quæ eos tales „ ... derit, ex eo perspicuum est. Nam si vxores „ habuissent & liberos, haud facile adducti essent, „ vt in solitudine viuerent, & suas familias con- „ temnerent, & reliqua, quæ necessaria essent ad „ ... am, non compararent. Nunc autem his om- „ ... bus soluti vinculis, tanquam in cœlo, sic in ter- „ ris diuersantes, non parietibus, non tecto, non „ mensa, non alijs eius generis indigebant; quia il- „ lis cœlum erat pro tecto, solum pro strato, pro „ mensa solitudo; & quæ sterilitas solitudinis alijs „ ... amis effectrix videtur; sanctis illis viris suppe- „ ditabat omnium rerum copiam; sed & in solitu- „ dine hac pudicitiam securiorem arbitrabantur. „ Vnde sicut illi petebant deserta, modo virgines „ petunt septa monasteria, in quibus se occludunt; „ aut si hoc non licet, domi se continent, & ibi de- „ sertum sibi eligunt, vt hominum consortia, eo- rumque aspectus deuitent. Nam (teste D. Ambrosio) castitas solitudinem quærit, pudica secretum, impudica conuentum. Caue ait D. Hieronymus ad Eustochium, ne domum exeas, & velis videre filias regionis alienæ, quia Dina egressa corrumpitur. Zelotypus est Iesus, non vult videri ab alijs faciem tuam. Alieno periculo sapere oportet. Nam de Dina refert Scriptura, quod *Egressa est vt videret mulieres regionis ill...* Non inquit, vt videret viros, sed fœminas. At dum egreditur ad videndum fœminas visa est à viris, concupita est & stuprata. Egressus enim iste cum non necessitatis, sed curiositatis aut voluptatis causa fiat, sensuum habenas relaxat, animum emollit, & prædæ periculo saltem exponit. Dina, ... D. Bernardus, dum ad pascendos hædos, id est, sensus suos egreditur ipsa parti, & sua sibi virginitas rapitur. O Dina, quid necesse est vt videas mulieres alienigenas? qua necessitate? qua vtili- „ tate? an sola curiositate? at si tu otiose vides, non „ otiose videris: tu curiose spectas; sed curiosius

Lau. de... inst. c. 7.

91.

Tract. de ... radibus ... humilitatis ... i. gradu superbiæ.

A inspectaris. Quis crederet tunc illam tuam curio- „ iam otiositatem, vel otiosam curiositatem fore „ post non otiosam, sed tibi, tuis, hostibusque tam „ perniciosam?

Hinc autem nō solum discimus solitudinem istam, non tantum petere reclusionem domi, sed etiam sensuum, per magnam eorum custodiam, ve ita sint in vrbibus sicut in desertis. Alioqui parum prodesset clausura corporis, si esset vagatio sensus. Siquidem Dauid cum ambularet in solario domus suæ, egressus est foras nō pedibus sed oculis, & videns mulierem, destruxit suam & illius castitatem. Nec custodiri potest, vt inquit D. Gregorius, cordis munditia, nisi seruetur exteriorum sensuum disciplina; quia semper puerile quiddam exterius perstrepunt, & ad fluxa quæque & leuia mentem inertem trahunt, nisi interioris grauitatis pondere, & magno quodam vigore refrænentur. 2. Reg. 11. v. 2. Lib. 2 r. Mo. c. 2.

Hinc fit vigilantius procurandam esse solitudinem internam, quæ solius Dei præsentia & amore satiatur, nec alij quam illi soli complacere studet. De qua potissime D. Bernardus interpretatur hæc verba, *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis*; „ quia omnes eius intentiones & affectus quos per „ genas significari dicit, ad similitudinem castissi- „ mæ ac solitariæ volucris, ad solum Deum dirige- „ bat. Sede itaque (inquit) solitarius sicut turtur, „ nihil tibi, & turbis, nihil cum multitudine cete- „ rorum, etiamque ipsum obliuiscere populum „ tuum, & domum patris tui; & concupiscet rex „ decorem tuum. O sancta anima, sola esto, vt soli „ omnium serues teipsam, quem ex omnibus ele- „ gisti. Fuge publicum, fuge & ipsos domesticos, „ secede ab amicis & intimis, etiam ab illo qui tibi „ ministrat. An nescis te verecundū habere spon- „ sum, & qui nequaquam suam velit tibi indulgere „ præsentiam præsentibus cæteris? Secede ergo sed „ mente, non corpore, sed intentione, sed deuo- „ tione, sed spiritu: spiritus enim ante faciem tuam „ C Christus Dominus, spiritusque requirit, non corporis solitudinem, &c. Vnde hæc solitudo quæ tribus potissime constat, intentione, amore, & cogitatione ad solum Deum directis, ab vnoquoque est quærenda, & ædificanda. Sicut de regibus & consulibus testatur Iob, quia iiue illā nihil prodest externa solitudo. Siquidem (vt dicit D. Gregorius) qui illicita appetunt, vel videri aliquid volunt, densis cogitationum tumultibus in corde premuntur. Dumque desideriorum turbas intra se excitant, prostratam mentem pede miseræ frequentationis calcant, & mēs quasi quemdam populum pariunt, quæ insolenti cogitationum tumultu vastatur: at sancti viri, qui nihil huius mundi appetunt, nullis in corde tumultibus premuntur. Omnes quippe inordinatos desideriorum motus, à cubili cordis manu sanctæ considerationis ejiciunt. De solitudine interna. Serm. 40. in Cant. Iob 3. v. 14. Lib. 4. Mor. c. 28.

Huiusmodi autem solitudo ita propria est virginū, vt finis virginitatis videatur, dicente A- D postolo, *Quæ sine vxore est sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo; qui autem cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est: mulier innupta, & virgo, cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta & corpore & spiritu.* Quod egregie perpendens D. Hieronymus, sic ait; Si nihil aliud esset, & nulla merces virginum amplior sequeretur, sufficeret ei hæc sola prælatio, cogitare quæ „ 1. Cor. 7. 32. Lib. 1 adu. Iouin.

A „ Domini sunt, vt sit sancta corpore, & spiritu. Et „ quid est cogitare quæ Domini sunt, nisi solitudini internæ vacare, vt omnis intentio, totus amor, & cuncta cogitatio in solum Deum, vel in aliquid propter ipsum solum tendat? Cui accedit quod virginitas & continentia, teste eodem

1. Cor. 7. v. 35. Paulo; propter hoc etiam eligitur, *Quod facultatem prabeat sine impedimento Dominum obsecrandi.* Cura enim, ac solicitudo vxoris, filiorum ac familiæ multum orationi impedimenti afferunt. Oportet ergo virgines instar turturis, amare solitudinem tum internam, tum etiam tempore orationis externam, vt orationi vacent; iuxta il-

Matt. 6. v. 6. lud, *Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito.* Vnde & Dauid etsi multis negotijs distentus, ad orādum secedebat, & se non solum turturi, sed alijs volucribus solitudinis cultricibus comparat, dicēs,

Ps. 101. v. 7. *Similis factus sum pellicano solitudinis, & factus sum sicut nycticorax in domicilio: vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto:* Insinuans orationis studio- B sum fugere hominum consortia, noctis silentium eligere, vt oret, ac alijs dormientibus vigilare, & super cuncta temporalia; imo super seipsum se eleuare vsque ad contemplanda cœlestia,

Ps. 4. v. 7. vt eius conuersatio in cœlis sit. O quis mihi da-

Ita Athenæus lib. 9. Aristot. & communiter. ret pennas sicut turturis, vel columbæ (turtur enim species est columbarum) vt volarem, fugerem, & elongatus in hac felici solitudine manerem, tum vt orationi quietus vacarem, tum vt castimoniam securius custodirem; nihil enim potentius cum Dei gratia ad hanc custodiam, quam hæc oratio solitaria, quæ stimulum carnis colaphizantem reprimit, & angelicam tranquillitatem impetrat.

De præsidio angelico & diuino, & iugi sui abnegatione custodiente virgines. §. 5.

HINC deducimus, etsi ardua sit virginitas, validam tamen habere custodiam, vt illæsa C possit inter mundi, & carnis pericula conseruari. Custodiunt enim illam libentissime Angeli, quia sui similibus, gaudent sociari, & angelicam

Lib. 1. de virginibus. in illis tueri puritatem. Imo Diuus Ambrosius, vt iam supra diximus, testatur plures Angelos custodire virgines; quia quo sanctior est quisque, & purior, eo debet esse munitior. Vobis, inquit, ô virgines sanctæ, speciale præsidium est, quæ intemerato pudore sacrum Domini seruatis cubile. Neque mirum si pro vobis Angeli militant, quæ Angelorum moribus militatis. Quod satis expertæ sunt beata Agnes, ac beata Cecilia, quarum virginitas mirabiliter est ab Angelo custodita, & ab ingentibus erepta periculis, vt quod quibusdam visibiliter est præstitum, omnibus inuisibiliter præstari credatur. Quod si virgines orationibus vacent, libentius Angelos sibi accer-

Ps. 67. v. 34. sunt: nam de eis dicitur, quod *Præuenerunt principes coniuncti psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum.* Gaudent enim coniungi orantibus, & D esse in medio virginum, quæ tympanis Deum laudare non cessant.

Sed subtilius hæc nobis insinuant cœlestis sponsi verba, trepidam consolantis sponsam, ne si vagaretur post greges sodalium, quasi cooperta haberetur, & pudicitiæ nonnullam pateretur iacturam. Sed quid times, ô amica mea, ita vaga-

A ri; nam, *Equitatui meo assimilaui te:* te, inquam, quæ virgo es, & angelicam, ac cœlestem profiteris vitam, assimilaui equitatui meo non terreno, sed cœlesti, non humano, sed angelico, cuius te custodiæ commisi, *Pulchræ quidem sunt genæ tuæ sicut* *1. Cor. 4. v. 7.* *turturis;* quia placet mihi tuus iste timor & pudor, sed esto bono animo; quia potenti es circundata equitatu. Habes quidem thesaurum tuum in vase fictili, vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex te. Fictile vas te terret, ne superbias & ne securam te putes; at sublimitas Dei te eriget, ne desperes, & victoriam obtinendam confidas; nam licet sola sis, & sterilis, tamen plures sunt pro virginibus instar Elisæi, quam contra illos.

Sed præ omnibus quærendum est diuinum *Reg. 6. v. 16.* præsidium, quia nisi Dominus custodierit virginitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Ipse vero eius assumit custodiam, ad suam gloriam manifestandam. Nam quanto fragilior sexus virginum, tanto sublimior est virtus Dei, & gloria B omnipotentiæ ipsius, quod per illas vincat, submergat, & dissipet lasciuos equos, & currus Pharaonis, luxuriosos motus carnis, & impetus dæmonum stimulantium illos. Nec mirum, quod ipse sponsus Christus zelo magno militet pro custodia virginum, quæ sequuntur illum quocumque ierit: nam si virgo innupta cogitat quæ Domini sunt, Dominus cogitabit quæ sunt ipsius, vt illam custodiat defendat, & protegat. Sic enim dixit cuidam virgini; Cogita de me, & ego cogitabo de te. Quod & sponsa expertam te esse testatur, cum ait, *Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius:* *In vita Cathar. Senen. Cant. 7. 10.* sicut enim ex communicatione cum Deo qui lux est inaccessibilis, facies Moysi reddita est cornuta, id est splendida, & fortis radios lucis emittens, quos populus ferre non poterat: ita ex communicatione virginum cum incorrupto Deo, & castissimo agno Christo facies earum, & genæ redduntur pulchræ sicut turturis, tanto splendore pudicitiæ, vt iniqui tentatores non audeant C illas inspicere, & quietem pudici cordis exturbare.

§ 6.

TANDEM etsi Deus pro virginibus vigilet, necessaria tamen est ad custodiam virginitatis, ipsa virginum vigilantia in ieiunijs, cilicijs, vigilijs, & alijs huiusmodi exercitijs, quibus equum natura lasciuum sui corporis, castigare, domare, & subditum spiritui reddere debent. Nam vt ad calcem Exhortationis 23. dicebamus, nonnisi martyrio carnis conseruatur virginitas, & integritas ipsius. Cui adstipulatur Diuus Chrysostomus, dicens: Radix & fructus vir- *Lib. de virgin. 80* ginitatis est vita, quæ cruci consentanea sit. Dicitur radix, quia amor crucis virginitatem producit, & seruat: dicitur fructus, quia ea more virginitatis etiam procedit. Per hanc crucem virginitas inimicos debellat, Pharaonis currus demer- D git, & victoriæ trophæum canit. Sicut Maria so- *Exod. 15. v. 20.* ror Aaron: quæ, vt creditur, virgo fuit, (quia alioquin non à fratribus, sed à viro cognomen accepisset) dum victoriæ laudes canebat, manu tenebat tympanum, quod ex pelle fit animalis demortui, à carne separata, & sicca, ac inter duo ligna extenta; ideoque aptum symbolum est virginitatis vitæ crucis coniunctæ. Nam dum vir-

go à

... eiusque operibus separatur, humores ... cxiccat, sui mortificationi incumbit, & cruci Christi se conformat, gloriosa trophæa canit Deo, qui hac via equum & ascensorem submergit in mare. O virgines (ait Diuus Ambrosius) sumite vos, sicut sumpsit Maria soror Aaron, „ tympanum in manibus vestris, & exite dicen„ tes, *Cantemus Domino; gloriose enim magnificatus est, „ equum & ascensorem eius deiecit in mare.* Mortifica„ te membra vestra, vt tympani modo nulla eis la„ sciuia carnis exæstuet, omnisque flagrantiæ cor„ poralis sensus intercat; nesciat in ijs, nisi in mor„ tuis corporis voluptatibus solus spiritus resul„ tare: si enim mortuæ fueritis peccato, viuetis „ Deo. Versate in manibus vestris crucem Domi„ ni Iesu, & in vestris eam operibus obloquantes, „ calcate mundi huius profundum, & pertransite, „ vt ... sicut equus hinnieus ad libidinem, nul„ lum locum inueniat in vobis, & quicumque vo... comprehendere vos, demergatur. Ita D. „ Ambrosius.

In Exhort. ad virgines.

Hoc etiam satis declarat altera similitudo quam sponsus infra adducit, dicens, *Sicut cortex mali punici, ita gena tua absque occultu tuis*, quoniam sicut cortex mali punici conseruat dulcedinem fructus, qui in eo continetur; ita austera & aspera vita sit custos pudicitiæ, quæ non inuenitur inter mollia & blanda, sed inter dura & aspera. Sed de hoc plura in suo loco. Solum attingam quod Diuus Gregorius Nyssenus notat, duplicem hic contineri castitatis laudem, & per ea quæ foris apparent in vita honesta, & per ea quæ recte geruntur in animi impatibilitate, cuius laus non est ex hominibus, quibus occulta est, sed ex Deo. Continet enim occulta miracula, quæ solo cernuntur illo oculo, qui occulta aspicit. Nec incongrue miracula vocat opera castitatis, & prodigiosas eius victorias, quia omnia transcendunt humanam virtutem. Prodigiosum enim est in carne tot passionibus agitata pudicitiam castimoniam possidere: et merito, sicut notat Cassianus, dicere possimus cum Propheta, *Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram, auferens bella vsque ad finem terræ.* Cui propter hoc sit honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Cant 4. v. 3. Cant 6. v. 6. Hom. 7. in Cant.

... 11. Psal. 45.

EXHORTATIO XXIV.

De castitate viduarum & ieiuniis, & alijs earum exercitiis studiosis, & de corporis pulchritudine, & ornatu paruipendendo ab iis quæ castitatem profitentur.

Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis.

PROPRIVM symbolum castimoniæ viduarum est turtur, eo quod mortuo compare nulli alteri amplius iungitur, sicque in solitudine degit, gemitum pro cantu habet, ac si perpetuum luctum repræsentaret. Illud etiam est memorabile, quod de turture vidua fertur, in solitudine nunquam sedere, nisi in arido ramo, neque bibere vnquam ex riuulo, priusquam alis turbet aquam, & limosam reddat. Cuius rationem assignat Baptista Mantuanus, ne dum se ad bibendum inclinat, & sui imaginem in aqua limpida contemplatur, consortis sui demortui excitetur memoria, & renouetur dolor: sic enim ait:

V. de Pierio de turture.

Aue ... seruus turaæ rerum & C. tapal... das.

Du ... in ... pr... am...

Sola volat turtur, nitidis nec potat in vndis,
Ne comitis prisci tristetur imagine visa:
Nec viridi postbac fertur considere trunco.

Possunt hæc naturali instinctu fieri, & hieroglyphicum sunt purissimæ castitatis viduæ, quæ omnem carnis viriditatem, & amœnitatem respuit, dulcia & clara mundi contemnit, ac sibi turbida putat, non in speculis intuetur faciem suam, cum se ornare renuat, nec alicuius hominis memoriam admittit, qui animi puritatem possit commaculare, vel ad præteritas voluptates inducere. Omnem denique transigit vitam in gemitu, luctu, & operibus, quæ carnem domant & affligunt, vt castimonia securius conseruetur, propter quod de huiusmodi viduis, quæ partes nobiles sunt Ecclesiæ, dicitur: *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis.* Audiant mulieres (inquit D. Basilius) vt etiam apud animalia ratione non prædita viduitatis honestas, indecoro iterati connubij anteponatur.

Hom. 8. in Hexamen.

De duplici viduitate & luctu propter Dei absentiam. §. 1.

SED vt exhortatio copiosior sit, ac vtilior, duplex genus assignemus viduarum, alterum proprium, quod nomen præ se fert; earum quæ mortuo coniuge secundas nuptias respuunt. Et licet status iste communis sit etiam viris, tamen appropriatur fœminis, quæ magis viduitatis premuntur ærumnis. Alterum vero est mysticum & spirituale propter absentiam Dei relinquentis animā tanquam viduam, & desolatam, siue propter lethale eius peccatum, siue quia ob probationem effectus gratuitos quos solebat elargiri, tunc non largitur, siue generali ratione, quia in hoc exilio ab illius præsentia, claraque visione quæuis anima longe abest. Et forte ob hanc causam turturi assimilatur sponsa, quæ cum valde esset æstibus decolorata, & oppugnata, de absentia sui sponsi valde conquerebatur, dicens: *Indica mihi, vbi pascas*, &c. Propter quod lugens ac mœrens ieiunijs, vigilijs, suspirijs, alijsque corporis afflictionibus se exercebat, quæ licet corpus extenuarent, animæ tamen augebant pulchritudinem, & ideo faciem extenuatam, & mœrore confectam turturi comparat, dicens: *Pulchræ sunt genæ tuæ, sicut turturis.* Ac si diceret: similis mihi visa es turturi viduæ, & coniugis sui absentiam lugenti, & ideo pulchra, quia gemitus, & extenuatio ista est mihi valde grata. Non enim es sicut hypocritæ, qui dum ieiunant exterminant, & extenuant facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes, quorum facies non pulchræ, sed fœdæ mihi apparent; at tu ieiunas & extenuas faciem tuam ex amore castitatis, & propter absentiam mei quam pateris, quod te valde decoratam reddit. Quod si turtur nomen sit ornamenti ex tenuibus gemmulis ordine dispositis confectum, idem etiam indicat: quia vox Hebræa *thor* origine ducere dicitur ab eo quod est disponere, in ordinem redigere, attenuare, & gracilem reddere: quæ omnia bene quadrant in eos qui ieiunijs, & huiusmodi pœnitentiæ exerci-

Ita D. Augustinus infra citandus.

Ita Aloisius Legionensis.

Matt. 6. v. 16.

exercitijs incumbunt. Quæ etsi faciem corporis extenuent, animam coram Deo speciosiorem reddunt, & varijs virtutis gemmis concatenatis ornat. Quare in quanis Dei absentia, & quasi animæ viduitate illis insistendum est. Cum enim
Matt. 9. v. 14. discipuli Ioann's Baptistæ accederent ad Iesum, dicentes: *Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant?* Respondit illis: *Numquid possunt filij sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt.* Illis ergo conuenit luctus, & ieiunium, à quibus absens est cœlestis sponsus. Si abest per culpam mortiferam, lugeant, ieiunent, & se conterant, donec illum reuocent, iuxta il-
Ioel 1. v. 8. lud, *Plange quasi virgo accincta sacco super virum pubertatis tuæ.* Rubescant genæ sicut turturum. Gemant & lamententur, quia in eorum cordibus mortuus est sponsus, & in misera viduitate iacent, nec plorare cessent, & erubescere, donec reuertatur ad ipsos, & quasi reuiuiscat in illis. At si sponsus abest, ad probationem etiam lugendum est, & ieiunandum, donec eius præsentia fruī mereantur, quia lætatur intueri rubentes genas turturum, qui de eius absentia gemunt, & confunduntur.

De tribus viduarum exercitiis præclaris. §. 2.

SED melius hæc explanabimus in viduis turturis imitatricibus aquarum vnā inter alias præclarissimam turturem adducam exempli gratia, vnde aliæ viduale discant castimoniam. Ea est Iudith, quæ mortuo marito cum esset pulchra nimis, iuuenili ætate, & diuitijs pollens: castitatem perpetuo colere decreuit, ad quam melius tuendam admirandam elegit virtutis exercitia.
Iudith 8. v. 5. Nam vt eius refert historia, *In superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur, & habens super lumbos suos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ præter sabbatha, & Neomenias, & festa domus Israel.* Quibus verbis tria memoranda opera ad custodiam castimoniæ potentissima commemorantur, & quasi in epilo-
1. gum, quæ diximus reducuntur. Imprimis enim adeo erat solitudinis amatrix, hominumque fugiebat consortia, vt non solum domi se contineret, sed cubiculum fecerit in superiori parte domus, quo difficilior esset aditus, quodque secretum esset, ac separatum à reliquis domus habitaculis, quæ quotidianis vitæ vsibus erant applicata; & ibi cum puellis suis eiusdem casti propositi cultricibus, morabatur clausa, ita vt nec videre, nec audire quæ foris fiebant, neque etiam ab alijs videri, vel audiri posset. Cum igitur duplicem, iugemque haberet clausuram, ob impe communem domus, & secretiorem huius cubiculi,
Cant. 4. v. 12. optime bis de illa dici posset: *Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus.* Et bene hortus fragrantibus floribus consitus, quia odoriferis orationis, & obsecrationis actibus refertus.
2. Etenim cubiculum istud orationi deseruiebat, vnde postea illud met vocat Scriptura ora-
Iudith 9. v. 1. torium. *Ingressa est* (inquit) *oratorium suum & induens se cilicio posuit cinerem super caput suum, & prosternens se Domino clamabat ad Dominum.* Vnde constat, assiduam fuisse iugi orationi: si quidem lo eo vt in cubiculo dicitur commorata, eo quod maiorem diei, ac noctis partem ibi transigebat. Nec

A tamen tepide orabat, sed feruenter, h... instanter, tū pro se, tum pro totiu... opu... Hoc enim proprium est viduarum munus, quarum solitudo, ac desolatio prouocat illas ad orandum, vt in Deo inueniant ...latium, & auxilium, quod in viro perdiderunt. Iuxta illud ...auli, *Quæ vere vidua est, & desolata, speret in Deum & instet obsecrationibus, & orationibus nocte, ac die.* ...u vidua illa ætate longæua, de qua D. Lucas re...it quod à templo non discedebat ieiuni...s, & orationibus seruiens nocte ac die. Vides (inqui... Ambrosius) qualis vidua prædicetur, vnius vi... ex... ætatis quoque iam probata processu, vind... ligioni, & effœta iam corpore: cui diuer... templum, colloquium in prece, vita in iei... quæ dierum, noctiumque temporibus inde... sæ deuotionis obsequio, cum corporis agno... ret senectutem, pietatis tamen nesciret ætatem.

En tibi duplicem eiusdem professi... vid... alteram domi in oratorio semper degentem, al-
B teram in templo, die ac nocte Deo seruientem & vtramque precibus instantem, quia vterque locus orationis est satis aptus. Nam de primo ...i-citur. *Cum oraueris intra in cubiculum tuum.* De secundo vero, *Domus mea domus orationis vocabitur.* Sed felicior Anna, quæ in templo orans inuenit Christum cunctis gentibus desideratum, & ...-ces Christiani, qui quotidie eundem in templis inuenire possunt, licet sacramento velatu..., & ideo modo templa aptiora sunt orationi lo...a.

Licet hæc autem tantum de viduis scripta sint tamen vt testatur Diuus Augustinus om...n bus ad suscipiendum orandi studium de viduis propositum est exhortationis exemplum. Quid autem in hoc operis genere in viduis electum est, nisi destitutio, & desolatio? Quapropter si se om...is anima intelligat in hoc destitutam, atque desolatam, quamdiu peregrinatur à Domino, p...ofecto quamdam viduitatem suam Deo defensori assidua, & impensissima precatione commen-
C dat. Ora ergo vt vidua Christi nondum habens eius conspectum, cuius precaris auxilium, & licet sis ditissima, sicut pauper ora, nondum enim veras futuri seculi diuitias habes, vbi nulla damna formides, licet habeas filios, numerosamque familiam, sicut desolata ora; incerta sunt enim omnia temporalia, etiam vsque in finem vitæ huius in nostram consolationem mansura. Tu autem si ea quæ sursum sunt quæris, & sapis, æterna & certa desideras, quæ quamdiu non habes, etiam saluis omnibus, atque obsequentibus tuis, tanquam desolatam deputare te debes. Hæc D. Augustinus; egregie docens quamcumque animam modum perfecte orandi Instar viduæ & desolatæ.

Sed precationibus iungendum est, sicut Iudith faciebat, ieiunium, & cilicium, & quæ sub his duobus includuntur pœnitentiæ, corporales afflictiones, tum vt pudicitia edomita carne securior sit, tum vt oratio sit coram Deo efficacior;
D qui viduæ desolatæ, & afflictæ gemitus turtureose exaudit, vt eam consoletur, & votis satisfaciat: iuxta illud Ecclesiastici. *Non despiciet preces pupilli, nec viduam si effundat loquelam gemitus. Nonne lachryma viduæ ad maxillam descendunt, & clamatio eius super deducentem eas: à maxilla enim ascendunt vsque ad cœlum, ac Dominus exauditor delectabitur in illis.* Eccl. 35.
Vbi notanda est mirab...ilis illa phrasis quod la-

chrymæ

... ad maxillam descendunt, & ... ascendunt vsq; ad cœlum. Nam de... per humiliationē,& afflictionem con... ascendunt per magnam fiduciam in cōspectum Dei, cui maxillæ viduæ lachrymis, ... gemitibus irrigatæ placent,& speciosæ videntur & de ... dicit. *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis.* ... pulchritudine corporis, sed pulchritudine animæ, quæ ex afflictione corporis ... ad pudicitiam seruandam procedit. ... eleganter explicat D. Fulgentius; cæ... sponsus carnem maceratam vult videre, nō ... carnis,sed ... pulchritudine delectatur. Quocirca casti... acquire pulchritudinem cor... caro tegatur operimentis,& preciosis ... induatur, nec quæras vt placeas ..., sed vt Christi non offendas aspectum: ... enim in te quod diligit, videat, quod ... quod delectatur, agnoscat. Con... speciem tuam, sed omnis gloria ... Regis ab intus.

In hoc autem virgines, & viduæ similes esse debent turturi id est Christo, cuius corporis genæ deformes erant in cruce, sed genæ animæ intus pulcherrimæ. O viduæ (inquit D. Aug.) placere illi, qui displicuit mundo, vt placentes ei liberaremini a mundo. Hunc enim speciosum forma præ filijs hominum viderūt homines in cruce, & non habuit speciem,neq; decorem,sed facies eius abiecta,& deformis positio eius. Ea hac tamen deformitate Redemptoris nostri manauit precium decoris vestri,sed decoris interioris, hac pulchritudine illi placere. Hanc pulchritudinē studiosa cura, & sollicita cogitatione componite. Non amat ille fallaciarum fucos, veris veritas delectatur. *Ego* (inquit) *sum via, veritas, & vita*, currite ad illum per illum. Placete illi ex illo, viuite cum illo, in illo de illo affectibus veris, & sanctissima castitate à viro tali amate amari.

De pulchritudine corporea parui pendenda, nisi sit cum pulchritudine interna, & castitate. §. 3.

Ex dictis duo sunt nobis dedocenda, alterum est non laudari hic pulchritudinem corpoream faciei, & genarū sponsæ, nec eam esse laude dignam, nisi cum coniuncta est pudicitiæ, & sanctitati: nam vt inquit Salomon: *Fallax est gratia, & vana est pulchritudo, mulier timens Deum ipsa laudabitur.* Et Ecclesiasticus ait: *Ne laudes virum in specie sua*, id est propter externam speciositatem, quā foris demonstrat, quia malroties intus horrendam tegit fœditatem, sicut sepulchra speciosa quæ plena sunt fœdis, & fœtidis ossibus mortuorum. Pulchritudo autem mulieris impudicæ non est sicut turturis, sed sicut suis pulchre ornatæ. Iuxta illud proloquium Salomonis: *Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra, & fatua.* Pulchritudo enim est instar monilis, & circuli aurei à Deo fabrefacti in corpore, vt ornamentum sit pulchræ animæ: mulier vero impudica, dum se facit turpem suem indignum, & alienum à se affert ornamētum. Et præterea iuxta phrasim scripturæ circulum in naribus ponere, idē est quod alium quasi captiuum, & seruum subijcere: vnde de Leuiathan, & cæte magno dicitur; *Numquid pones circulum in naribus eius, aut perforabis maxillam eius?* id est numquid cæte illud trahi poterit ad similitudinem bubali, qui circulo naribus iniecto trahitur ad voluntatem regentis illum? Sic pulchritudo impudicæ mulieris est quasi circulus aureus in naribus eius, quæ ius est, quo trahitur à diabolo ad ipsius voluntatem, vt se,& alios turpiter in cænum libidinis inijciat, & volutetur. Sola ergo pulchritudo laudatur, quæ est sicut turturis pudicitiæ coniuncta, qualis fuit in Iudith & Susanna, & alijs sanctis mulieribus hac dote à Deo ornatis.

Hinc procedit altera proprietas pulchritudinis pudicæ, quæ instar turturis fugit conspectum hominum, nec videri appetit. Vana enim & impudica pulchritudo se in publicum iactat, nam videri, laudari & concupisci desiderat, quia magni facit illam: sicut Absalon: de quo Scriptura ait, quod erat pulcher, & decorus nimis, & gloriabatur de pulchritudine capillorum suorum; vnde in tantam prolapsus est superbiam & lasciuiam, quod regnum patris inuaserit & vxores illius publice fœdauerit. Propter quod pulchritudo fuit illi circulus aureus in naribus, quo à diabolo ad suum libitum pertractus est, & ex capillis speciosis fecit duros funes, quibus suspensus è quercu lanceis transfixus in æternum barathrū est præcipitatus. At longe aliter ornabat pudicum adolescentem Ioseph pulchritudo ipsius, quam non iactabat sed si posset occultare voluisset. Erat quidem vt Scriptura refert, *Pulchra facie, & decorus aspectu.* Sed vt inquit Diuus Ambrosius, venustatem sui vultus, non ad alienam deriuauit iniuriam, sed ad suam seruauit gratiam. Hoc si pulchriorem ratus, si non dispendio castitatis, sed cultu pudoris speciosior probaretur, & illum esse verum decorem, qui non alienos oculos caperet, nec fragiles mentes vulneraret, sed iudicia acquireret vniuersorum, fraudi nulli futurus, laudi sibi: sam si domina eius petulantibus enim aspexit oculus, illius crimen solius fuit, quia non erat in potestate serui quo diuideretur. Idem eleganter prosequitur Diuus Augustinus dicens: Pulchrior erat intus Ioseph quam foris: pulchrior in luce cordis, quam in facie corporis. Vbi illius fœminæ oculus non penetrabat, ibi ipse sua pulchritudine fruebatur. Intuens ergo interiorem pulchritudinem castitatis in speculo conscientiæ, quando illam maculari, quando violari fœminea tētatione permitteret. Non ergo magnifacienda est, nec à viris, nec à fœminis pulchritudo carnis, quæ cito marcescit, & perit, nisi coniuncta sit pulchritudini spiritus, quæ in æternum potest durare. Et sicut hæc est occulta soli que Deo nota, pudicus vellet illam etiam occultare, ne sibi vel alijs esset occasio ruinæ.

Hinc fit tertia laudabilis proprietas pudicæ pulchritudinis, quæ dicitur instar turturis, quia naturalis est à Deo facta, & non à diabolo, vel à spiritu vanitatis depicta. Virgo enim, & vidua quæ naturalem colorem fucato nitore ementitur, & fucis ac pigmentis faciem illiniens pulchram ostendere nititur, non cogitat quæ Dei sunt, vt ei placeat, sed quæ sunt mundi, vt ei inseruiat, pudicitiam fœdet, & tandem eliminet. Quod quispropter, vel quinque rationibus eleganter probat D. Cyprianus:

Ratio-

Marginalia: Prou. 11. — ...o. v. 21. — 2. Reg. 14. v. 25. — 2. Reg. 18. v. 9. & 14. — Gen. 39. v. 6. — Lib. de Ioseph Patriarcha c. 5. — Serm. 83. de temp. — Lib. de disciplina & habitu virginum.

Rationes contra fictam ementientes pulchritudinem. §. 4.

1. DEvs (inquit) dicit, faciamus hominem ad
» imaginem, & similitudinem nostram, & au-
» det quisquam mutare, & cõuertere quod Deus
» fecit? Manus Deo inferunt, quando id quod ille
» formauit, reformare, & transfigorare conten-
» dunt. Nescientes quod opus Dei est omne quod
nascitur, diaboli quodcumque mutatur, id est
pulchritudo cum qua quis nascitur à Deo est, qui
fecit naturam: quæ vero fucis mutatur, à diabolo
est, qui amat fictionem, vt animam decipiat &
2. perdat. Et quis es tu, qui pictam à Deo imagi-
» nem tanquam peritus artifex, reformare præsu-
» mas? numquid (ait) existimas impune te laturam
» tam improbæ temeritatis audaciam, & Dei arti-
» ficis offensam? Dominus tuus dicit: non potes
» facere capillum vnum album, aut nigrum, & tu
» ad vincendam Domini tui vocem vis te esse po-
» tiorem? Audaci conatu, & sacrilego contemptu B
» crines tuos inficis, malo præsagio furnsorum, ca-
» pillos iam tibi flammeos auspicaris.
3. Rursus non metuis oro, quæ talis es, ne cum
» dies resurrectionis venerit, artifex tuus te non re-
» cognoscat, & ad sua præmia, & promissa venien-
» tem remoueat, & excludat? & increpans vigore
» censoris, ac iudicis dicat: opus hoc meum non
» est, nec imago hæc nostra est. Cutem falso medi-
» camine polluisti. crinem adultero colore mutá-
» sti, vultus alienus est, Deum videre non poteris,
» quando oculi tibi non sunt, quos Deus fecit, sed
» quos diabolus infecit, illum tu sectata es, rutilos,
» ac depictos oculos serpentis imitata es, de inimi-
4. co tuo compta, cum illo pariter & arsura. Sed &
» in hoc seculo solicitudo de pulchritudine non
» solum est malæ & impudicæ mentis indicium,
» sed ipsius tormentum. Semper (inquit) est mise-
» ra, quæ sibi non placet, qualis est. Quid capillo-
» rum mutatur color? quid oculorum extremita- C
» tes suffuscantur? quid facies artibus in diuersam
formam conuertitur? quid postremo speculum
consulitur, n si quia ne ipsa sit, timetur, ipsa se iu-
dicat fœdam, quæ sic cupit videri pulchra. Et
quid infœlicius quam se torquere, non vt pecca-
ta soluat, sed vt augeat? Quæ vero tormenta pa-
tiantur, quæ his fucis, & pigmentis vtuntur, ipsæ
sciunt. Sed quæ postea patientur cum illis vtun-
tur inordinate modo ignorant, & ideo miseram
carnem affligunt, vt vanum pulchritudinis ap-
petitum satient.
5. Sed accipe speculum in quo tuum præsentem
statum intuearis & futurum. Intuere Iezabelem
viduam quondam Regis Achab. quæ adhuc de-
functo marito depinxit oculos suos stibio, & or-
4. Reg. 9. v. 30. nauit caput suum, & respexit per fenestram in-
gredientem Iehu, qui regnum inuaserat: & ad
quid se fucauit, & ornauit vidua, nisi vt suā pul-
chritudinem iactaret, & tyranno placeret, aut
eum contemnere simularet? Sed Iehu spiritu Dei
actus, iussit illam præcipitari deorsum, quæ ab e- D
quis est mox conculcatá, & lacerata à canibus;
qui fucatos oculos, & ornatum caput deuoran-
tes nudam reliquerunt caluariam; obstupescen-
tibus cunctis, & dicentibus. *Haeccine est illa Iezabel?*
est ne hæc caloaria quæ paulo ante mirifice fue-
rat depicta? est ne istud caput, quod pulchre erat
ornatum? vbi est cutis, quam stibium decorabat?

A vbi caro, quam ornabant preciosa mon[...]ia? A la-
sciuis equis, lasciua caro est conculcata, & in ven-
tribus canum est sepulta, anima vero à Cerbero
deuorata, in æternum ignem est detrusa.

Rationes contra vanum ornatum §. 5.

HVivsmodi rationes militant etiam contra 1.
virgines, viduas, & innuptas, quæ castimo-
niam profitentes monilibus, ac preciosis vesti-
bus se ornant, vt appareant pulchriores. Non
sunt rubeæ genæ sicut turturis, quarum rub[or]
non est natiuus, sed fucatus, & quarum pulch[ri-]
tudo non est ex natura, sed ex ornato externo,
qui non conciliat pudicitiam, sed libidinem ex-
citat Nam vt inquit idem Cyprianus, continen-
tia non in sola carnis integritate consistit, sed et-
iam in cultus & ornatus honore, pariter ac pu- C
dore, vt secundum Apostolum, quæ innupta est
sancta sit, & corpore & spiritu: etenim virgo non
B tantum esse, sed & intelligi debet, & credi, vt ne-
mo cum virginem videt, dubitet an virgo sit. Vt
quid ergo ornata procedit, ac si maritum habeat,
aut quærat? non quidem vt placeat Deo, ergo vt
placeat sibi, vel mundo; at his placere timeat, ne
sibi periculum apprehendat. Deinde non fas est 2.
de carnis decore, & ornatu gloriari ei, cui nulla
est magis quam aduersus carnem colluctatio, &
vincendi, ac domandi corpus obstinata concer-
tatio. *Qui enim sunt Christi, carnem suam crucifixe-* Ga[l.] 5.
runt cum vitiis & concupiscentiis. Caro autem non
crucifigitur aureis monilibus, nec sericis vesti-
bus, & deauratis, sed ciliciis, & asperis indumen-
tis. Hæc sunt carnis preciosa monilia; hæc cor-
poris ornamenta meliora. Hæc pudicitiam or-
nant, illa destruūt: hæc Deum placant, dum car-
nem torquent, illa ad iram prouocant, dum car-
nem ornant. Nonne Adam & Eua insolentia Gen. 3.
membra naturali instinctu a speris ficulneæ fo-
lijs texerunt, quia vt notat D. Irenæus natura ipsa Lib. 3 a[duer]sus hær[es.]
C impellebat eos ad id quod libidinem extingue-
bat, & pœnitentiæ instrumentum erat? Vt quid c.
rosquetur caro, vt ornetur, cum potius torquen-
da esset, vt castificetur? an vulnera inferri Deus
auribus voluit, quibus innocens adhuc infantia
crucietur, vt postea de aurium cicatricibus & ca-
uernis preciosa grana dependeant? Vtinam per-
forarentur aures in signum obedientiæ, & serui-
tutis debita; vt similes fierent Christo Domino;
de quo scriptum est; *Aures autem perfecisti mihi*, seu Ex[od.]
vt legitur in Hebræo, *Perforasti vel perfodisti mihi.*
Vt scilicet iuxta legis ritum seruus fierem sempi-
ternus.
Si ad virgines spectat, sequi agnum quocum- 4.
que ierit, portare imaginem hominis cœlestis,
nouum induere hominem, & eius mores imita-
ri, profecto sericum; & purpuram prophane in-
dutæ Christum induere non poterunt, nec ad
crucem cum illo tendere. Perfecta pudicitia non
monilium quærit ornamenta, sed morum. Solo
D suo ornatur pudore; decus suū ipsa est. Per hanc
pulchræ & ornatæ cœlesti placent sponso, & tur-
tures sequuntur agnum, & eius dumtaxat socie-
tate lætantur. Non adornārut, quæ solitudinem 5.
amant vt turtures, sed quæ videri ab hominibus
cupiunt; sed hoc vanitas est & frigus charitatis.
Nam esto sibi non noceant, nunquid non gla-
dium, & venenum ipsas sic ornatas videntibus
præbent

Præbent [illegible] ciant; & quomodo mente castæ sunt, & pudicæ, quas impudicus ornatus redarguit, & sic viuunt vt possint adamari, & concupiscendi libidinem, quæ in alijs ardet, ipsæ nutriant? Vnde apud Tit. Liu. legimus Posthumiam Romanam virginem Vestalem ob id tantum infamiam incesti sustinuisse, quod mundiori extrinsecus vteretur cultu. O virgines fatuæ & im[illegible]les, quæ deuincentes fortiores hostes à de[illegible]oribus estis deuictæ. Vicistis carnem, & lib[illegible]em, vincite vestem, & aurum, proijcite in[illegible]ora v[illegible] monilia, ne sint vobis causa proij[illegible]ndæ [illegible]. Hæc fusius prosequitur Diuus C[illegible] quæ summatim perstinximus, vt virgines [illegible] innuptas ad congruum & decentem [illegible] iuxta mentem cœlestis sponsi hor[illegible]. [illegible] de ijs quæ sponsos terrenos ha[illegible] quid sit dicendum alio in lo[illegible]imus. Quædam enim licent illis vt [illegible] placeant; sed cauere debent, ne sub hoe [illegible]ibi vel alijs immoderato ornatu, & fu[illegible]e venenū propinent: videtur (inquit) [illegible] nuptæ per placendi studium de coniu[illegible] blandiantur; quos dum in excusa[illegible]nem [illegible]am proferunt ad societatem criminosæ consensionis ascicunt. Sit ergo ornatus de[illegible], sit intentio mentis pura, cuncta redoleant pu[illegible]nam, vt plus Deo quam maritis placeant. V[illegible]mplacens sibi in illis sponsus dicat: *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis*. Et rursus: *Sicut fragmen, aut cortex mali punici, ita gena tua, absq; eo quod intrinsecus latet* Nam sicut candidus, & rubicundus fructus mali punici conseruatur per extrinsecum co[illegible]icem subuiridem, aut subfuscum, & insuper candor, ac rubor granorum, qui intus latet, non modicam inde accipit accessionem; ita etiam per neglectum corporis cultum, & contemptibilem habitum externum, candor internæ puritatis, ac rubor charitatis conseruatur, & augetur in virginibus, & innuptis; cæterum sicut candor, & rubor granorum est valde viuidus cortex vero non est omnino niger, & ater, sed subuiridis, & fuscus. ita interna virtus animæ viuida debet esse feruens, & ardens, in externo vero cultu, & operibus pœnitentiæ medium tenere oportet, vt nec sit ita splendidus, quod pudicitiam lædat, & generet inflationem; nec adeo neglectus ac contemptibilis, vt efficiat admirationem, quæ etiam superbiam pariat. Nam vt inquit Diuus Augustinus, non in solo rerum corporearum nitore, atque pompa, sed in ipsis sordibus luctuosis potest esse iactantia eo periculosior, quo sub nomine seruitutis Dei decipit.

Tom. 1. de [illegible] Christ. tract. statu [illegible] mosu c. 6

[illegible] 4. v. 3

Cant. 6 v. 6.

Denique veneratione summa habendum est apud mulieres sanctitatis cultrices, consilium quod eis tribuit Diuus Petrus, dicens; *Vt non sit earum extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus, sed qui absconditus est cordis homo in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples*. Omnis ergo earum solicitudo sit in ornando interiore homine per incorruptibilem puritatem, modestiam, pacem & reliquas virtutes: per quas appareant coram Deo pulchræ, & sicut coram ipso diuites, & beatæ, & hoc ipso indicant verba ista: *Genæ tuæ pulchræ sunt; sicut turturis*, si per turturem intelligas preciosum monile, vel torquem turtureum. Nam sensus est: genæ tuæ per se ipsas

1. Petri 3. v. 3

A habent pulchritudinem similem preciosis monilibus, nec illis indigent, vt mihi appareant pulchræ; nam vita immaculata & pura, summa est pulchritudo. Quam nobis elargiatur sponsus Virginum, vt regnemus cum ipso in secula. Amen.

In Exhortat. sequenti hæc expositio amplius declaratur.

EXHORTATIO XXV.

De admirando affectu virginitatis, verecundiæ, silentii, & obedientiæ beatissimæ Deiparæ, cum annunciata est illi ab Angelo conceptio filii Dei.

Pro Festo annunciationis.

Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis.

CVm omnipotens Deus manifestare vellet pulchritudinem Virginis, quam eligebat in B matrem, vt omnibus esset perfectissimum totius sanctitatis exemplar, decreuit ad illam Gabrielem Angelum mittere, qui incarnationis mysterium ei annunciaret: vt eius responsis, signis, & actibus interna pulchritudo prodiret in faciem, quam omnes possent conspicere, & eius conspectu proficere. Vnde sponsus ille cœlestis, qui cuncta perfecte nouerat, cum admiratione exclamat: *Quam speciosæ factæ sunt genæ tuæ sicut turturis*. O Virgo excellentissima, verbis explicari nequit, quam speciosa & rubicunda facta est facies tua in hac Angelica annunciatione; prius quidem genæ tuæ erant pulchræ, quia ab instanti conceptionis ibi infusa est pulchritudo sine vlla macula: at modo apparent exterius speciosissimæ instar turturis, quæ auis est pudica & solitaria, & etiam instar torquis053 turturei ex pluribus gemmis preciosis filo insertis confecti, quia pulcherrimæ, & præcellentes virtutes mirabili ordine dispositæ in tuis dictis, & factis resplenduerunt. C Quidquid enim hactenus de virginibus, & continentibus diximus, in hac Regina virginum præcellentius inueniemus, si cuncta quæ gesta sunt, recte perpendamus.

In hac Exhortatione confirmantur & amplificantur quæ dicta sunt in præcedentibus.

Iuxta LXX.

Lucæ 1. v. 26.

De virginitate Mariæ, & desponsatione eius cum viro. §. 1.

MISSVS igitur est Angelus *ad Virginem desponsatam viro*. En cur similis dicatur turturi, cuius pudicitia à natura insita est, vt nullum præter primum admittat coniugem. At Deipara omnes tres continentiæ status eminentiori modo comprehendere debuit, vt triplicatum fructum trigesimum, sexagesimum, & centesimum sibi colligeret, & in ea omnes inuenirent gradum castitatis, quem imitari possent, nempe virginalem, coniugalem, & vidualem, sed omnis libidinis expertem. Desponsata enim est viro, non qui virginitatem auferret, sed qui custodiret illæsam, D & ne pateret infamiæ, cum à Spiritu sancto mater esset effecta. Et hoc est primum prodigium prænunciatum ab Isaia cum de aduentu Messiæ, & de lege gratiæ loqueretur dicens: *Habitabit iuuenis cum virgine*, id est (sicut interpretatur vtraque glossa) habitabunt simul iuuenes, & virgo caste, & sancte viuentes, sicut Ioseph cum Maria, Valerianus cum Cecilia, & Chrysantus cum Daria.

Isai. 62. v. 5.

A Daria. Aliquid enim nouum, & prodigiosum vaticinatur huiusmodi verbis, sicut cum diat: (Isai 11. v. 6. & c. 65. v. 25.) *Habitabit lupus cum agno, pardus cum hædo, accubabit vitulus, & leo, & ouis simul morabuntur.* Ingens quidem prodigium est, quod lupus sit simul cum agno, pardus cum hædo, & leo cum oue, & tamen quod non noceant eis, nec deuorent illos. Sed quid rogo est iuuenis suæ naturæ relictus, respectu virginis, nisi lupus, pardus & leo rapiens virginitatem, & deuorans illam, vt suam expleat ingluuiem? At hoc stupendum miraculum hunc primo cernitur cum Angelus mittitur ad virginem desponsatam viro, quæ ita degebat cum viro, ac si carne careret, velut Angelus, intacta manens, & Angelicam puritatem superexcedens. (Exod 3. v. 2.) Miratur Moyses rubum ardere, & non comburi. Sed quid est virgo desponsata viro, nisi rubus coniunctus igni? Si naturam spectes, ignis consumeret rubum, sed gratia naturam superat, & Dei omnipotentia naturæ legibus non coarctatur, B per quam simul rubus & ignis, virgo & desponsata viro, & vinculum coniugij nullum illis afferebat pudicitiæ detrimentum. Sed vnde hoc, nisi ex alio nouo, & inaudito prodigio, quod Deus facere decreuerat, vt ignis diuinitatis coniungeretur rubo nostræ humanitatis, illuminans illam, sed non comburens, nec consumens: & descendens in vterum Virginis tanquam ignis in rubum, nihil consumeret Virgineæ integritatis, sed potius splendidiorem redderet nouo modo fœcunditatis. O Virgo beatissima, *Pulchra sunt genæ tuæ sicut turturis.* Duo genæ tuæ sunt virginitas & fœcunditas, pulchræ sicut turturis, quia nouo modo coniunctur in te virginitatis decor, & fœcunditatis splendor, per has genas cognosceris, & à reliquis fœminis secerneris; quia nec similem habuisti, nec habebis sequentem.

De solitudine quam intra domum colebat. §. 2.

C Sed amplius videbis in hac diuina turture solitudinis amatrice. Nam subditur: *Et ingressus Angelus ad eam.* Cur ingressus, nisi quia domi erat clausa & sola, colens solitudinem, vt securius seruaret virginitatem? Sed quamuis sola esset corpore, dulciore gaudebat solitudine in spiritu, quem nihil creatum detinebat, quo minus soli Deo continuo vacaret. Tota domus erat ei cubiculum, & oratorium, vbi tanquam in solitudine clausa morabatur loquens cum Deo, qui ab eius memoria nunquam recedebat. Hæc (inquit (Lib. 2. de virginibus.) » D. Ambrosius) ad ipsos ingressus Angeli inuenta » domi in penetralibus, sine comite, ne quis inten» tionem abrumperet, ne quis obstreperet. Neque » enim comites fœminas desiderabat, quæ bonas » comites cogitationes habebat. Quin etiam tum » sibi minus sola esse videbatur, cum sola esset. » Nam quemadmodum sola, cui tot libri adessent, tot Archangeli, tot Prophetæ? Hæc est fœ» lix solitudo, quam tam illustres comites illu» strant & sua societate iucundam reddunt. Ad D (Epist. ad Lætam. idem in epist. ad Eustochiū de custodia virginitatis.) » hanc exhortatur D. Hieron. Lætam instruens de » educatione filiæ virginis: Nusquam (ait) illam » reperiant nisi in adyto scripturarum, Prophetas, » & Apostolos de spiritualibus nuptijs suscitan» tem. Imitetur Mariam, quam Gabriel solam in » cubiculo suo reperit, & ideo forsitan timore per» territa est, quia virum quem non solebat, aspexit.

A Loquatur & ipsa dilecto: *Introduxit me Rex in cubiculum suum.* Nunquam exeat foras, ne inueniant eam qui circumeunt ciuitatem, ne percutiant, & vulnerent & auferant theristrum pudicitiæ, & nudam in sanguine derelinquant; quin potius cum aliquis ostium eius pulsauerit dicat: Ego murus, & vbera mea turris: laui pedes meos, non possum coinquinare eos. Hæc Diuus Hieronymus confirmans quæ de solitudine tam interna, quam externa in Exhortatione 24. diximus: vt merito de beatissima Virgine dica[tur]: *Sicut cortex mali punici, sic genæ tuæ absque occultis* [...] sed *intra velum tuum.* Quoniam sicut cortex [...] continet pulcherrima grana, & occultat ea: pudicitia Virginis se ipsam & cuncta sua, quæ pulcherrima erant, occultabat, & intra velum, seu murum, vel secretum domi suæ se continebat, & hoc ipsum speciosiorem, & splendidiorem reddebat illam.

Sed quam amans solitudinis esset hæc cœle B stis turtur, indicat turbatio illa, de qua Euangelista ait: *Quæ cum audisset, turbata est.* Turbatio enim ista est quædam corporis commotio ex affectibus animi proueniens, qui humores commouent & in partibus exterioribus manifestantur, sicut nimius timor excitat pallorem, & ruborem pudor. Hæc autem turbatio B. Virginis iuxta sententiam D. Hieronymi iam relatam, ex eo processit, quod virum, quem non solebat, aspexit. nam etsi ab Angelis sæpius inuiseretur, forte id erat visione intellectuali, vel Imaginaria; sed tunc primo apparuit illi Gabriel in forma viri corporea: idemque testatur Diuus Ambrosius pudorem assignans turbationis causam. Bonus (in- » (Lib. 2. c. 2. de virginibus.) quit) tegendæ castitatis pudor est comes. Hic » primus in ipso cognitionis ingressu Domini ma» trem commendat legentibus, & tanquam testis » locuples, dignam quæ ad tale munus eligeretur » astruit, quod in cubiculo, quod sola, quod salu» tata ab Angelo tacet, & mota est intuitu eius, » C quod ad virilis sexus speciem peregrinam tur» batur aspectus Virginis, & quamuis esset humi» lis, præ verecundia tamen non resalutauit, &c.

De verecundia Virginis, & alia quadruplici causa turbationis eius. §. 3.

Sed esto talis potuerit esse causa excitatæ turbationis in Virgine saltem ex parte, aliam tamen insinuant verba Euangelistæ dicentis: *Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius,* vbi non ad id quod viderat, sed quod audierat turbationem refert. Et insuper crediderim sic modestam ac verecundam fuisse beatissimam Virginem, vt Angeli faciem non intueretur, sed oculos corporis demissos haberet. Est enim vt dicit D. Am- (c. 18 cita-) brosius, in oculis verecundia, vt nec videre viros fœmina, nec videri velit. Quadruplex ergo causa turbationis ex audita salutatione processit, ob quas *Speciosæ factæ sunt genæ eius sicut turturis.* Prima D propter verecundiam cum se audiuit à viro salutatam, quod sibi nouum erat, & inusitatum, vt testatur D. Hieronym ad Eustochium sic dicens: Nos meliorum exempla sectemur. Propone tibi » (Epist. ad Eustoch. de custodia virg.) beatam Mariam, quæ tantæ extitit puritatis, vt » mater Domini esse mereretur. Ad quam, cum » Angelus Gabriel in viri specie descendisset, di» cens: Aue gratia plena, Dominus tecum, conster» nata,

[illegible] c [illegible] Sun- [illegible] un- [illegible] ant [illegible] rapax, [illegible] non po[illegible] aperte mani- [illegible]

[illegible] verecundia, & turbatio [illegible] nis, in qua [illegible] pere [illegible] supra diximus, [illegible] laudes suas audiuit, rubore per- [illegible] coque sponsum dixisse ei. *Pulchra [illegible]* Ita etiam humillima Vir- [illegible] præclaram audiens salutatio- [illegible] in stuporem rapta, *[illegible] ta- lis salutatio.* Ac si intra se diceret. [illegible] ista. quæ sum ego, vt dicar [illegible] vt sim inter mulieres benedi- [illegible] minus de se suspicabatur, quia ex [illegible] one humi[illegible] omnibus in- [illegible] ocabat, & ideo vt Origenes no- [illegible] incussit nimia salutationis præ- [illegible] s enim pertimescere rerum sub- [illegible] arum præsentiam. Nam vt in- [illegible] ut non solum ex eminentis [illegible] one, sed etiam ex rerum magna- [illegible] auditu incutitur. Timet ergo [illegible] na tam præcelsa encomia: sed [illegible] in Deo fixerat, timor non pal- [illegible] io ruborem incussit. Pulchræ [illegible] a Virgo, genæ tuæ sicut tur- [illegible] ides tuas audire erubescis, quæ op- [illegible] rius sustineres.

[illegible] magis erubuit, stupuit, & turbata [illegible] magnitudinem rei, quam salutatio [illegible] Credendum est enim vt D. Bernar- [illegible] Deum qui eam elegerat in matrē, [illegible] eius actiones moderabatur, mentem [illegible] a summam euexisse contemplationem [illegible] is, quando annūcianda erat illi con- [illegible] ei, cuius aduētum profundius con- [illegible] bat, & tanquam turtur solitaria & geme- [illegible] Messiæ gemebat absentiam, & cito iam [illegible] erabat, ac petebat, quia ex scripturis [illegible] Danielis hebdomadas impletas, & [illegible] tribu Iuda ablatū. Fœlicissimam ad- [illegible] virginem illam, de qua Isaias præ- [illegible] *virgo concipiet, & pariet filium, & voca- [illegible] nomen eius [illegible]nuel.* Sed nihil tale de se ipsa, [illegible] humilis valde erat, suspicabatur. Cum igitur [illegible] uit, & verbum illud, *Benedicta [illegible] ribus*, quod in Scriptura fœcunditatem [illegible] abat, & in hoc loco non quamcumque, sed [illegible] per quem omnes gentes benedicendæ [illegible], n[illegible] cœpit suspicari, an id ad se per- [illegible]t. Vnde præ humilitate perterrita est, & ru- [illegible] suffusa: sicut cum sponsæ dictum est, *Equita- tui meo assimilaui te:* Vnde admiratione perculsa, *[illegible] tabat qualis esset ista salutatio:* dicens. Vnde mihi [illegible] non inter viros, sed inter mulieres sim bene- dicta, vt per me omnes gentes benedictionem [illegible] sequantur? Scio quosdam dixisse beatam Mariam elegisse virginitatem, quia sciret ma- trem Messiæ futuram virginem de familia Da- uid, na haberetur esse mater illius, propter ingentia dona spiritualia, quæ hanc dignitatem consequebantur. Sed quod diximus videtur ve- rius, & humilitati ac turbationi Virginis confor- mius.

B Sed tandem incrēuit turbatio ex nimio virgi- nitatis amore. Timebat enim ex prædictis verbis Angeli an aliquid nunciaret quod minus suæ virginitati conueniret, maxime cum se matri- monio ex Dei ordinatione copulatam cerneret, sciretque ex scripturis Angelos fœminis conce- ptionem & partum annūciasse. Cum igitur mo- dum talis conceptionis & prolis insinuatæ igno- raret, timuit an forte virginitatem conseruare nequiret, quā summopere intactam seruare cu- piebat. Nam licet diuinæ voluntati in omnibus esset conformis, sciebat tamen non esse contra illam timorem, aut dolorem de tam pretiosæ rei amissione concipere. Sicut non fuit contra per- fectam resignationē in Dei beneplacitum, quod Abrahām doleret de filio suo Isaac per seipsum immolando. Honestissimus ergo fuit hic timor, & tanta virgine valde dignus, vt egregie notat D. Gregorius Nyssenus sic dicens: Angelos par- tum annunciat, illa virginitatem complectitur, castitatem præferens Angelicæ apparitioni, non quod non esset obediens diuinæ voluntati; sed quod vellet si posset virginitatem conseruare. Vnde D. August. introducit Angelum sic Virgi- nem in hac trepidatione consolantem: Ne time- as, inuenisti gratiam apud Deum. Ne a conspectu meo terrearis mater Domini mei. Ego conceptio- nis tuæ minister adueni, non vt virginitatem a- mitteres, interueni. Ex hac ergo quadruplici causa virgineæ turbationis, habes quod discas, vt humilitatem simul eum pudicitia coniungas, laudesque proprias pertimescas, ne des locum superbiæ, quæ ruinam efficiat pudicitiæ.

4. Vide Cardinalem Toletum qui hoc fuse explicat.

" Orat. de " Christi " natiuitate.

" Serm. 5. de " annunciatione Do- " mini.

De silentio Virginis, & primo eius verbo. §. 4.

C Etsi autem omnia hæc prudentissima & hu- millima Virgo mente reuolueret, decreuit tamen omnino silere, vt Diuus Hieronymus ac Ambrosius perpendunt, nec vllum verbum ad Angelum, etiam iam sibi notum, respondere vo- luit, donec ipse nuncium amplius explicaret. Quod etiam laudauit sponsus cum dixit: *Sicut fragmen mali punici gena tua, absque eo quod intrinsecus latet*, seu vt legunt LXX. *Extra taciturnitatem tuam, vel silentium tuum.* Nam præter pulchritudinem pudoris & ruboris, qui in tuis splendet genis, et- iam est mirabilis taciturnitas tua & silentium tuum, in quo non solum verecundia, & pudici- tia, sed maxima humilitas nitet, & prudentia. Quare consulto comparatur non malo punico integro, intra quod latent grana, sed fragmini e- ius, in quo multa grana sunt manifesta: quia plu- rea & speciosos virtutum heroicarum actus, & affectus hic cœpit propalare. Virgo igitur sapi- D entissima præ verecundia nihil a principio inter- rogauit verbis, interrogauit tamen signis, dum se turbatam demonstrat, sed silentem. Cum au- tem Angelus cœpisset loqui, non interrupit ser- monem, sed totum integrum silens audiuit at- tente, nam vt ait Salomon, *Qui prius quam audiat, respondet, stultum se esse demonstrat, confusione dignum.* *Item prius quam audias, ne respondeas verbum, & in me- dio ser-*

In verbis iam relatis.

Cant. 4 v. 3.

Prou 18. v. 13.

Eccl. 11. v. 8.

dio sermonum ne adiicias loqui. Qui autem ex sola A suspicione loquitur, errandi se periculo exponit, ideoque prudentissima Virgo, etsi suspicaretur quid salutatio presagiret, silere voluit, donec Angelus nuncium explicaret dicens; *Ecce concipies in vtero & paries filium,* &c.

Tunc autem eructauit verbum bonum quod conceperat, & vocem mirabilem edidit, quam primam ipsius Scriptura refert. Dixit enim: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* O vox noua & inaudita! vox pudicæ & pulchræ turturis, de qua in hoc Cantico dicitur: *Vox turturis audita est in terra nostra.* Votum virginitatis vox turturis est, nusquam vsque tunc in terris nostris audita. Aliqui forte in lege veteri virginitatem perpetuo coluerunt, sed nemo voto firmauit: noua hæc & prodigiosa turtur hanc primam vocem edidit, *Quoniam virum non cognosco*: desponsata sum quidem viro, sed nec illum, nec alium cognoscere Deo voui: nec tamen solam indicat pudicitiam, sed etiam magnanimitatem, discretionem & summam sapientiam. Vox quidem succincta: sed quo breuior eo profundior. Non ait, *Quomodo fiet istud,* quasi dubia de nuncio Angelico. Absit enim à tanta virgine, vel vlla incredulitatis vmbra, quæ sine culpa vix esse potuisset. Imo eius fides maxime commendata est à cognata, quæ dixit illi, *Beata quæ credidisti, quoniam perficientur in te quæ dicta sunt tibi à Domino.* Nec enim fas est (ait Diuus Ambrosius) vt electa ad generandum vnigenitum Dei filium fuisse videatur incredula. Quo autem modo fieri posset (licet salua sit prærogatiua matris, cui profecto fuit amplius deferendum, & vt prærogatiua maior, maior etiam ei fides debuit reseruari) vt Zacharias, qui non crediderat, silentio condemnatur: Maria autem si non credidisset, Spiritus sancti infusione exaltaretur. Credidit ergo se concepturam & parituram filium Dei, sed nondum ei manifestauerat Angelus (vt notat Diuus Bernardus) an salua virginitate, quid posse Deum facere credebat, an alio modo esset perficiendum, & ideo prudenter interrogat: *Quomodo fiet istud?* & causam interrogationis subiungit, *Quoniam virum non cognosco.* O mira virginitatis dilectio! Sic enim eius conseruandæ flagrabat desiderio, vt cum tanti filij conceptio nunciaretur, voti non esset oblita. Certabant gaudium concipiendi filium Dei, & timor amittendi virginitatem. Et quamuis sciret votum suum Deo esse manifestum, verbis tamen voluit Angelo suam prodere difficultatem, ab eo instructionem recipere. O Virgo gloriosissima, *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis.* Id est sicut Christi filij tui, cuius vox prædicans virginitatem primo audita est in terra nostra. Ille virgo, tu virgo. Ille sic dilexit virginitatem, vt matrem nollet habere nisi virginem, tu sic amasti eandem, vt cum illius detrimento nolles, si liceret, tantæ matris obtinere dignitatem.

Cant. 2. v. 12.

Lucæ 1. v. 45.

Lib. in Lucam & lib. 2. de Abraham c. 8.

Serm. 4 in Missus est. Idem D. Aug. lib. de sancta virginitate, c. 4.

De eximia Virginis obedientia cum castitate coniuncta. §. 5.

SED nec adhuc in hoc responso latet insignis obedientiæ præclarum indicium. Nam vt dicit D. Gregorius, obedientia perfecta, etsi in aduersis A possit habere aliquid de suo, [illegible] se [illegible] ad illa perferenda; at in prosp[illegible], & nihil de suo retinere debet, sed potius [illegible] fi[illegible] tes & impedimenta, si quæ sunt opponer[illegible] vt ta obedientia tantum sit ex voluntate præ[illegible] entis, non ex desiderio propriæ volu[illegible]tatis. [illegible] ergo matris Messiæ dignitas altissima e[illegible] omnes quæ puræ creaturæ pote[illegible] commu[illegible] ri, quid mirum quod humillima Virgo e[illegible] fect[i]ssime obedientiam coleret, v[illegible] tum o[illegible] ret, vt illa ex proprio nihil haberet. [illegible] lacuit de Deo huiusmodi Virginis primum respons[illegible] & ideo Angelus eius satisfaciens desiderio, [illegible] virginitate seruanda certam redderet, ait il[illegible] *ritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi,* &c. Ac si diceret; Conceptio ista [illegible] erit ex opera viri, sed ex potentia Spiritus [illegible] qui superueniet in te, & ex virtute fil[illegible] [illegible] simi, qui obumbrabit, & auxiliabitur tibi, vt [illegible] lium Dei concipias: protegetque te ne virginitas B vllum detrimentum patiatur. Sicut enim o[illegible] ad fabricandam arcam fœderis super quam erat propitiatorium, præelecti sunt à Deo duo i[illegible] gnes artifices Betheseleel quod interpretatur *Vmbra Dei,* & Ooliab quod est, *Protectio mea.* S[illegible] (inquit D. Bernard) Spiritus sanctus & Filius pe[illegible] illos repræsentari, missi sunt à patre vt Virg[illegible] nem obumbrarent, protegerent & exornarent, vt ex eius purissimis sanguinibus efformato corpore, & illi infusa anima Verbum Dei se illis vniret, & fieret nobis propitiatorium, & salutis animæ mediator.

Cum primum igitur Virgo cognouit Dei voluntatem, & decretum circa modum conceptionis, protulit fecundum verbum non minus concisum quam præcedens, sed insigni obedientia, & humilitate, nec non fide ac discretione refertum dicens: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Nec oblita est castitatē hac alijs virtutibus mirifice intexere. Profitetur quidem humilem C obedientiam, dum se ancillam dicit ad obediendum Deo paratam, sicut decet ancillas suis Dominis obtemperare. Exerit suam fidem, dum ait, fiat mihi sicut locutus es, quia ita omnis esse credo, & Deo possibilia iudico, opto que vt ipse in me illa perficiat, sed ostendit se prudentem virginem, virginitatis amantissimam, dum ait *Fiat mihi secundum verbum tuum,* id est, eo modo qui à te præscriptus est sine viri copula, & sine vllo virginitatis detrimento. Quamuis enim sciret non aliter se concepturam filium, quam annunciabatur ab Angelo, ardentissimus tamen virginitatis amor eam impulit, vt verbis etiam exprimeret sub illa conditione iam explicata consensum præbere. Stupenda etiam fuit eius obedientia in nullo quærena se ipsam, sed solius Dei beneplacitum & gloriam; non enim magnitudine promissionis & eximiæ suæ dignitatis amore illecta, sed obedientia iubentis Dei tracta consentire se fatetur, cum ait: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi* D *secundum verbum tuum.* Ac si diceret: Magna mihi, ô Gabriel, & admirāda promittis, quibus tamen assentio, non ob excellentiam promissionis, sed ob voluntatem Dei iubentis; nō quia futura sum mater Dei, sed quia ancilla sum Domini, cui super omnia parere desidero. O Virgo gloriosissima, *Quam speciosæ factæ sunt genæ tuæ sicut turturis,* dum in eo instanti virginitas & fœcunditas te pulcher-

[illegible] ... s ab eo qui cum esset [illegible] formam [illegible] rui ex te accipie- [illegible] Deus exaltauit te post filium [illegible] nomen quod est super omne [illegible], & Deipara, vt in nomine Dei [illegible] omne genu flectatur, cælesti- [illegible] norum, & omnis lingua [illegible] beatissima Dei mater in gloria [illegible] s ad dexteram eius, tanto maior [illegible] quanto excellentius præ illis uo- [illegible].

[illegible] anima, ab hinc beatissima, & sa- [illegible] Virgine & magistra, quid respondeas [illegible] id præcipienti, hoc eius verbo v- [illegible] m tertiem is deprecationis: si Deus [illegible] ligas, vt proximum ames, vt [illegible] ias. & alia huiusmodi, dicito ei, *[illegible] Domini. fiat mihi secundum verbum tuum.* [illegible] ta sum obedire tanquam ancilla; sed quia ex me [illegible] nihil possum facere, tu fac in me quod [illegible] secundum verbum tuum: da mihi quod [illegible] s, & iube quod volueris. Quod si hoc fece- [illegible] næ tuæ pulchræ sicut turturis, & sic- [illegible] en mali punici, solent ancillarũ & man- [illegible] genæ, seu maxillæ inuri aliqua nota, [illegible] re, ut signo dominorum suorum, vt di- [illegible] ut per illud, cuius sint ancillæ. Hæc au- [illegible] in corporalibus fœdas reddit genas, [illegible] ritualibus constituit valde pulchras. [illegible] pulchrius quam nota Christi, chara- [illegible] & signum Dei viui? Nota Christi est, o- [illegible] a, & dilectio; character Iesu charitas de [illegible] o in corpore casto: signum Dei viui [illegible] abnegatio sui ipsius, qua stigmata [illegible] corpore geruntur impressa. Has tibi notas [illegible] nis, & maxillis tuis tanquam ancilla [illegible] pium Christi, quibus fies pulchrior, patræ [illegible] or, Christo gratior, & capacior [illegible] um cœlestium, donec cum ipso regnes in [illegible] in sæcula seculorum, Amen.

EXHORTATIO XXVI.

[illegible] modo portandi iugum legis diuinæ per fidem & humilem obedientiam, seruando perfectè cuncta eius præcepta.

Collum tuum sicut monilia.

CVM laude genarum iungit sponsus encomium colli dicẽs, *Collum tuum sicut monilia.* Sub- A audiens est pulchrum sicut monilia. Vt sensus sit iuxta Origenis, ac D. Bernardi interpretationem: deforme collum ornetur monilibus, vt appareat speciosum: at collum tuum per se ita est decorũ, vt ornamento non egeat, sed ipsum sibi sit monilia & ornamenta. Alij tamen putant iuxta textum Hebræum collum dici pulchrum. *In monilibus*; quasi non tantum ab insita pulchritudine, sed à precioso etiam monilium ornamento pulchrum nuncupetur. Et sicut vtraque pulchritudo collo potest conuenire, ita vtraq; lectio nostro deseruiet intento, siue ad collum mysticum cuiusque animæ, siue ad collum Ecclesiæ referatur, de vtroque enim nobis erit sermo.

Quam gloriosum sit humiliter per obedientiam portare iugum legis. §. 1.

CVM collum autem immediatè capiti vniatur, mediumque sit per quod à capite in reli- B quum corpus spiritus animales, & cæteræ influentiæ descendant hinc est collum mysticum animæ illas dici virtutes, quæ primò nos coniungunt Christo capiti nostro, vt illi firmiter adhæreamus; & iugum legis eius constãter portemus: collo enim animantia iugum portare solent. Etenim sicut genæ sedes sunt ruboris & signa pudicitiæ, sic collum signum est humilis obedientiæ, & subiectionis. Sed hoc interest, quod collum erectum & inflexibile signum est superbiæ & cõtumaciæ, iuxta illud Isaiæ, *Pro eo quod eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo* Id est magna animi elatione. Et apud Iob dicitur, *Cucurrit aduersus Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus est.* Id est, contumaci superbia & indomita inobedientia instar vituli, qui iugum excutit, & contra herum recalcitrat. Huiusmodi autem collum, non pulchrum, sed fœdum & omni ornatu destitutum apud Deum est, quantumuis sit orna- C tum coram hominibus At collum submissum & flexibile symbolum est humilis obedientiæ & subiectionis ad credendum quidquid Deus reuelat, & exequendum quidquid mandat, legis iugum portando, iuxta illud Ecclesiastici: *Collum vestrum subiicite iugo, & suscipiat anima vestra disciplinam.* Nam bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Sed melius explicuit hoc Christus Dominus cum de fide, qua intellectum subijcimus Deo, dixit: *Confiteor tibi pater, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus & reuelasti ea paruulis.* Mox vero de onere & iugo legis & obedientiæ ait, *Tollite iugum meum super vos.* Sed quia ferri non potest à superbis, sed à paruulis & humilibus subdit, *Et discite à me quia mitis sum & humilis corde* ne tamen quia paruuli estis diffidatis posse portare hoc iugum; scitote quod humilibus & mitibus iugum meum suaue est, & onus meum leue.

Isai. 3. v. 16.
Iob 15. v. 25.
Eccl. 51. v. 34.
Thre. 3. v. 27.
Matt. 11. v. 18. & 19.

D Hoc igitur est collum quod sponsus laudat, comparans illud monilibus & torquibus preciosis ornantibus collum, quæ in Scriptura sacra præceptis legis adaptantur, iuxta id quod inquit idem Ecclesiasticus: *Iniice pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum. Subiice humerum tuum & porta illam. Et ne audieris in vinculis eius.* Quas vocauerat compedes, vocat torques & monilia. Quia licet videantur ligare collum sicut compedes ligant pedes; tamen non onerant

Eccl. 6. v. 25.

nunt sed ornant, non grauant, sed muniunt, non aufetunt libertatem, sed perficiunt. Quod eleganter explicat Diuus Ambrosius coniungens vtramque laudem sponsæ hoc modo: *Quam speciosæ factæ sunt genæ tuæ turturis, ceruix tua sicut redimicula.* Vultus (inquit) liberior est, vbi est castitatis continentia; & portare Christi iugum suaue est, si ornamenta putas esse ceruicis tuæ non onera. Attolle ergo oculos tuos ad Dominum Deum tuum, & quære Deum, & inuenies, erige ceruicem; redimicula, non vincula geris. Muta quoque animalia redimiculis gaudent, & phaleraci magis sibi quam nudati videntur, genæ sicut turturis præferent insignia verecundiæ, redimicula ceruicis libertatis attollent fiduciam. Leue est enim iugum Christi, & ideo ceruix eo non premitur, sed leuatur. Hæc Diuus Ambrosius.

Serm. 3 in Psal. 118. versu 1.

Sed amplificemus illud, perpendendo mirum ordinem vtriusque laudis, tum genarum, tum colli, vt indicetur perfectam esse Christi B sponsam in vtraque parte iustitiæ, quæ est, *Declina à malo, & fac bonum.* Ad quam cuncta præcepta reducuntur, quæ negatiua, vel affirmatiua à Theologis nuncupantur. Pulchritudo enim genarum est erubescere de malo, gemere, & dolere de illo, ac longe ab eo fugere & recedere; pulchritudo vero colli est prompte facere quodcumque bonum, & de hoc gloriari, ac ita se in Christo iactare de obseruantia legis, ac de gestatione preciosissimi torquis. Sicut enim pessimus est qui gloriatur cum malefecerit, & exultat in rebus pessimis, & peccatum suum sicut Sodoma prædicat, ac de bono honesto erubescit, timens confundi propter illud; sic ex aduerso ille optimus est quem pudet iugum Dei confringere, & nihil gloriosius ducit, quam illud palam gestare ad similitudinem ipsius Christi, cuius summa gloria fuit patris implere præcepta, etiã si essent asperrima vsque ad mortem crucis, & vincula ipsa, flagella, spinas, ac clauos tanquam torques C & monilia preciosa reputauit, quatenus per illa patris exequebatur mandatum, & ideo dixit, *Vt cognoscat mundus quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Surgite eamus hinc:* ad hæc scilicet omnia pro eius obedientia perferenda. Vnde egregie Origenes in hunc sensum explicat verba citata, *Collum tuum sicut monilia.* Quia ornamentum (inquit) & monile ceruicis Ecclesiæ, quæ est obedientia, & susceptio iugi, Christus est, quoniam obedientia illius similis effecta est obedientiæ Christi. Magna ergo in hoc laus sponsæ est, magna Ecclesiæ gloria, cuius obedientiæ exæquatur, id est assimilatur obedientiæ Christi, quem imitatur, propter quod hæc duo simul copulauit, dum dixit: *Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde,* & humiliaui me ad patienter ferendum iugum crucis propter vos.

Ps. 36. v. 27.

Io. 14. v. 31.

Hom. 2. ex quatuor in Cant.

Mat. 11. v. 29.

Habeto ergo præcepta legis tanquam monilia, quæ tibi magnum conciliant honorem, & te D venerabilem, ac amabilem reddunt Deo, Angelis, & hominibus, sicut testatur Salomon dicens: *Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.* Addatur ait, quoniam si collum circundas torquibus præceptorum, Deus superaddet tibi torques, & coronas gratiæ, & honoris. Vnde sicut

Prou. 1. v. 8.

A duces, ac magnates torques au[...] lum gestant, & de illis se iactant, eximium [...] honorem ex illis obuenire putantes, sic & nos gloriari oportet de præceptis legis, illisque ta[...] quam coronis caput, & tanquam monilibus n[...] strum ornare collum.

Denique licet torques isti vere ligent c[...] entiam, obligationem legis in[...]erendo, hæc t[...] men obligatio honorificam confert libertatem non carnis, sed spiritus. Aufert enim à [...] nostro turpia & ferrea vincula Sathanæ, q[...] bus nos misere tenebat captiuos. Ad quæ excu[...] tienda nos hortatur Isaias dicens *Solue vincu[...] colli tui captiua filia Sion.* Super quem locu[...] Diuus Hieronymus. Nequaquam audia[...] neruus ferreus collum tuum, sed cum sp[...] mereamur audire, *Collum tuum sicut monilia* iterum, *Dedi armillas in manibus tuis, & torquem [...] ca collum tuum,* vt graui onere liberati, & reci[...] entes ornamenta pristina captiui esse cessemu[...] B redempti ab eo, qui venit prædicare captiuis redemptionem.

De modo portandi iugum præceptorum. §.

IAM modum portandi præceptorum iug[...] qui eisdem verbis præscribitur, amplius [...] cemus. Magnam enim emphasim habet assi[...] latio ista colli ad monilia. Etenim corporea m[...] nilia fabricantur per artem, vt aptentur collo. [...] ideo ad similitudinem colli figuram sortiuntu[...] at spiritualia monilia non sic, quin potius collum fieri & aptari debet ad similitudinem eorum, & tunc erit vere pulchrum, quando fuerit sicut monilia, illis omnino simile, & conforme: vt scilicet quidquid dictant præcepta, in animam per obedientiam transferatur. Quod tunc fit quando anima Deum diligit, aut proximum, ita se continet, vel abstinet, sicut præceptis de [...] is actibus præscribitur: vt quod exterius præ[...] C ptum iubet in anima intus impressum mane[...]t, iuxta id quod Salomon ait: *Ligato* (scilicet [...] cepta) *in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo.* E[...] rursus: *liga eam* (scilicet legem) *in digitis tuis, & scribe illam in tabulis cordis tui.* Etenim ligare in corde, scribere in eius tabulis, & circundare n[...]n parti externæ colli, sed internæ, quæ est gut[...]u indicat præcepta ita esse amanda & seruanda, v[...] virtutes quas præcipiunt, in ipso corde manea[...] sculptæ.

Sed vlterius collum non dicitur esse sicu[...] monile, *sed sicut monilia.* quia non sat est vni præcepto assimilari, sed omnibus, omniumque obseruatione & cõcatenatione ornandum est collum nullo vel minimo prætermisso: nam scriptum est: *Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, minimus vocabitur in regno cælorum.* Et, *Qui offendit in vno, factus est omnium reus.* Vnde scribæ quærenti quod esset mandatum magnum in lege, quia interrogatio mutila erat, respondit assi- D gnando non tantũ primum, & maximum mandatum dilectionis Dei; sed etiam secundum dilectionis proximi, subiungens ab ijs duobus mandatis vniuersam legem pendere, & quia vniuersa est obseruanda, vtrumq; simul esse connectendum. Si ergo vis ad vitam ingredi, serua mandata, & hoc cura, vt collum tuum sit sicut omnia monilia.

Mat[...]

Iaco[...]

Mat. 2[...]

Rursus

... ia ex mulis annu- ... ex plur mis ma garitis filo ... præcepta singula, eorumque ... s constant par bus, & gra- ... es animæ facultates ornant: ... po tet, vt obedientia sit vn- ... ollum integre pulc rum. ... ionis Dei, & inuenies ... uor aureis annulis fabrefa- ... *ges Dominum D um ex toto* ... *ima tua, & ex omni mente tua,* ... *ius.* En monile quod vat js ... at potentias: ... u vo- ... æ Deum omnibus ali ... A- ... en um sentientem, qu ... a- ... ne iuuet, nec vllo modo contra- ... um ci admittat. Mentem seu in- ... ad dilectionem excitet, & se in ... m ca ... iuari sinat, & reliquas vi es ... quuntur, quidquid dilectioni cõ- ... o num monile virtute multa o- ... rnat, si collum obedientiæ orne- ... e etiam deducere poteris alios qua- ... annulos, ex quibus cuiuscumq; præ- ... ātia est cõpacta: vt primus sit prom- ... oluntatis, quæ se ad omne opus inlun- ... iam præstat. Secundus alacritas ani- ... tis infimæ, quæ sine vllo murmure, ter- ... one, tædio, vel pusillanimitate id exe- ... Tertius nobilior, est subiectio intellectus ... icium præcipientis iudicio submittit. Et ... quatius, est integritas operis à vitibus ... nis præstanda, vt nihil omittant ex re præ- ... Quæ integritas sicut ex præcedentibus o- ... t ... si esset absque illis, non collum redde- ret pulchrum, sed deforme: serui enim est non ... an ... læ, non sponsæ, opus externum exequi, vo ... ntare tamen ac mente repugnante.

Cæterum sicut in torquibus aureis quædam pre ... o æ apponuntur gemmæ, quæ ad maiorem ... pul ... hritudinem, & ornatum spectant, si- ... bus tamen permanere possent: ita in præ- ... s quædam sunt de eorum substantia, quæ- d ... vero superadduntur, vt excellentius obser- ... tur. Qui enim ieiunat, vel sacrum audit in- ... te præcepto eius substantiam implet, si spon- ... ce id faciat. Quod vero magna promptitudi- ... e, & alacritate, vel purissima intentione alicu- ius sublimioris finis, id exequatur, ad gemmas ... et, tantoque erit obedientia pulchrior, ... iato his gemmis ornatior, æmulans vt ait Pau- ... charismata meliora, probans potiora, quæ- ... ns non solum voluntatem Dei bonam, sed be- ... eplacentem, & perfectam quæ ad sublimiores ... næ gloriæ fines mentem eleuat, vt nostra ... fecta sint opera.

Hoc etiam indicat figura circularis tam colli, ... am monilium, quæ perfectissima omnium di- ... ur, & æternitatem indicat, quasi principio ca- ... ns, & fine, ex eo quod circulus in rotundum ... extensus principium habet coniunctum cum fi- ne & ab eodem puncto incipit, ac in gyrum re- ductos in idem punctum recidit. Quo denotan- tur tria encomia diuinorum præceptorum quæ perfectissima sunt; æterna & immutabilia, ac à Deo progrediuntur, & in Deum reducuntur qui est alpha, & omega; principium & finis, & teste D. Dionysio quem supra retulimus, omnia ope-

A ratur certa quadam glomeratione circumiens ex bono in bonum, ex amore enim boni præcepta iubet, vt nos etiam in amorem eiusdem boni reducat. Tunc autem, *Collum tuum erit sicut monilia,* quando tua obedientia fuerit perfecta, stabilis, à Deo progrediens, & propter Deum, ex eius amore, & propter amorem ipsius. Vt præceptum sit quasi circuli punctum, in quo coeant diuina voluntas, à qua progreditur, & humana nostra quæ id exequitur. vt se conformet diuinæ, quæ principium est & finis totius bonitatis. Et hic est supremus gradus obedientiæ, quo fit voluntas Dei in terra sicut in cœlo, vbi perfectissimo circulo obediunt beati, qui cuncta faciunt ex Deo, in Deo & propter Deum. Matt. 6. v. 10.

De fide, & intellectu ac meditatione circa legis præcepta § 3.

B SED de ratione ad tam præclaram obedientiam ascendendi, hæc ipsa similitudo nos instruit. Nam cum per collum intelligamus virtutes quæ nos Deo primo coniungunt, recte fides rationem colli obtinebit, qua primo Deo vnimur. Nam prima est omnium virtutum, earumque fundamentum, & eius primum est præceptum, vt Deo reuelanti mysteria credamus. De hac igitur dicitur. *Collum tuum sicut monilia:* quia tunc est pulchra fides, cum conformatur veritatibus à Deo reuelatis. Quæ sunt instar monilium maxime ornantium intellectum humanum, & preciosam, stabilem; ac perpetuam habent certitudinem, cui nec falsitas, nec mutabilitas subesse potest: est etiam fides hæc sicut monilia quia si viua est & perfecta, etiam cuncta alia præcepta amplectitur, & ad illorum obseruantiam mouet, impellit, & iuuat. bonisque operibus maxime ornatur, & splendescit. Hæc omnia amplexus est D. Gregorius explicans illud Psalmi, *Vt audires gemitus compeditorum.* Compediti, inquit, " In exposi- tione Ps. 5. pœnitent.

C vocantur, qui vinculis præceptorum libenter " Ps. 101. v. 21. sunt alligati, iuxta illud Ecclesiastici supra alle- " Eccl. 6. v. 25. gatum *Iniice pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum.* Collum autem est fides, per " quam Deo fidelis quisque coniungitur, & quasi per collum capiti suo Christo Ecclesia quæ est eius corpus vnitur. Et quia fides sine operibus " Iacobi 2. v. 20. mortua est quasi collum sponsæ monilibus cir- " cundatur, cum fides sanctæ animæ operibus decoratur. Hæc Diuus Gregorius. Quadrat ergo in fidem versio illa: *Pulchrum collum tuum in monilibus:* quia licet fides per se sit magna virtus, tamen tunc vocatur pulchra, cum ornatur monilibus præceptorum, & obseruantia eorum, in quam ipsa inclinat, ne nuda & informis coram Deo appareat. Reuelatur enim ira Dei de cœlo contra Ad Rom. 1. v. 18. eos qui fidem, & veritatem Dei quasi captiuam, & oppressam in iniustitia detinent.

Sed adiumento indiget fides, vt obedientiæ a. præceptorum coniungatur, quod præstat intel-

D lectus meditatio, quæ profunde die ac nocte sic- Deut. 6 v. 6. Psal. 1. v. 2. ut Scriptura sæpius commendat, circa legem Dei eiusque præcepta versetur; perpendens infinitam sapientiam, bonitatem, pulchritudinem, cæteraque virtutes legislatoris, quæ eum summe amabilem reddunt, deinde supremam sanctitatem ipsius legis, ac præceptorum eius, quæ per se ipsa pulchra sunt. & amabilia valde, desi- Ps. 18. v. 9. derabilia

derabilia super aurum & lapidem preciosum, & dulciora super mel & fauũ. Actandem immensa præmia quæ obseruantibus illa sunt promissa, tum in hoc seculo, tum maxime in futuro. Hæc omnia meditatur intellectus, & proponit voluntati, vt in ea accendat amoris ignem, quo exardescẽs libenter legem obseruet. Propter quod
Serm. 41. in Cant. D. Bernardus non incongrue nomine colli, intellectum ait designari. An non (inquit) tibi videtur colli quodammodo vice fungi intellectus, per quem tua anima traijcit in se spiritus vitalia alimenta, atque in quædam transfundit viscera motuum, affectuumq; tuorum? Vitalia alimenta vocat cuncta quæ à Deo reuelata sunt, siue sint veritates & mysteria credenda, siue præcepta obseruanda, aut opera peragenda, quæ cum fide creduntur, & intellectus meditanone penetrantur, spiritum valde reficiunt. Sed sicut collum, aut guttur non sibi retinet alimentum, sed per illud in ventriculum transmittitur, vbi natiuo calore decoctum & per venas trãsfusum singula membra nutrit: ita intellectus non sibi solis meditationes retinet, ac si nihil amplius, quam scire veritates desideraret, sed res cogitatas ad voluntatem transmittit, vt pios affectus in ea excitet, vnde sancta opera, & compositi motes progrediantur.

Denique ad suauiter portandum iugum Domini maxime conducunt patientia & humilitas, vt illa libenter amplectantur amara, hæc vero ignominiosa. Inde enim præcepta censentur grauia, quod vel carni insipida, vel spiritui minus
Mat. 11. v. 29. honorifica sunt, quæ iniungunt. Et ideo Christus Dominus has duas virtutes adiunxit cum iugum suum portare præcepit, vt discẽtes ab ipso mansuetudinem, seu patientiam, & cordis humilitatem, collum, libenter iugo subijceremus, & his
Lib. de Isaac & anim. c. 4. duobus monilibus pulchrum redderetur, ac tobustum. Laudatur (inquit Ambrosius hæc verba interpretans) pia anima, quod cœlesti sibi illuminante præcepto pulchra sit, & redimicula ceruicis attollat, in qua sunt patientiæ, & humilitatis insignia. Vt ergo collum obedientiæ & fidel onere præceptorum non premarur, & succumbat, ornandum est torquibus patientiæ, & humilitatis, illas tanquam preciosissimos torques magnifaciendo, magnam gloriam earum ornatum existimantes: sicut de viro qui portat iugum ad adolescentia sua subdit Ieremias: quod *Leuabit se supra se*, ad tantamque animi celsitudinem perueniet;
Thren. 3. v. 29. *Quod dabit percutienti se maxillam, & saturabitur opprobrijs*, gloriabitur enim de patientia offerendo maxillas, vt percutiatur, & de humilitate, esuriendo opprobria, vt illis reficiatur. Sed de ijs plenius in Exhortatione sequenti.

EXHORTATIO XXVII.

Pro doctoribus. *De pastoribus, & doctoribus qui portant & portare docent iugum legis Euangelicæ, de religiosis, qui iugum perfectionis portant, & de septem proprietatibus perfectæ obedientiæ.*

Collum tuum sicut monilia.

Salutatio ad Deiparam. IAM ad eos qui in mystico Ecclesiæ corpore colli nomen, & munus sortiuntur sermonem conuertamus. Nulli autem præcel[...]tius quam beatissimæ Virgini competit encomium istud, *Collum tuum sicut monilia*. Ipsa enim collum est corporis mystici Ecclesiæ, illud coniungens capiti suo, quod est Christus, à quo per Virginem tanquam per collum omnes eius gratiæ, & benedictiones cœlestes profluunt in reliquos fideles, quibus eius intercessione & meritis conceduntur. Nam vt ait D. Bernardus, de eius pl[...]tudine, vel potius de plenitudine Christi per [...]diam Mariæ plenitudinem, accipiunt vniue[...] captiuus redemptionem, æger curationem, [...] stus consulationem, peccator veniam, iust[...] g[...]tiam, Angelus lætitiam, & tota Trinitas gloria[...] Sed præterea collum eius, id est eius hum[...] subiectio & obedientia, fuit pulcherrimum [...]ut monilia. Quia quidquid pulchritudinis e[...] in diuinis præceptis & c[...]lijs, quidquid sapientiæ in sacris Scripturis, & quidquid decoris est in reliquis Sanctis, in cor eius transfusum est, maxime per illam humilem, & heroicam subiectionem, quam ostendit, cum dixit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum*, vt supra perpendimus. Vnde sicut propter suam purissimam virginitatem assimilata est turturi, id est Christo, ita propter suam humillimam obedientiam facta est similis monili, id est eidem Christo, qui vt retulimus ex Origene, per monile repræsentatur. O Virgo speciosissima, gaudeo quod ipse Christus speciosus forma præ filijs hominum, fuerit monile colli tui, quo mirifice ornabaris, quando eum infantulum gestabas in brachijs, lactabas vberibus, & castissimis tuis labijs osculabaris illum, qui aliquãdo à tuo collo pendens tanquam preciosissimus torques te ornabat: sed multo magis fœlicior, quia illi simillima eras, & omnes eius virtutes æmulabaris. Nos cupimus æmulari tuas, vt per te collum nostrum sit sicut monilia, succurre fragilibus, & iuua pusillanimes, vt id tuis meritis obtinere valeamus.

De pastoribus & doctoribus qui sunt Ecclesiæ collum. §. 1.

Pro [...]bus. MYSTICA Ecclesiæ colla ad duo genera reducamus. Primum sit pastorum, & doctorum (vtrosque coniunxit Apostolus, cum inquit: *Alios dedit pastores & doctores*) propter quos dictum est; *Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum*. Vnde duplici ratione collum Ecclesiæ dicuntur: prior quidem est reliquis fidelibus communis; quoniam ad ipsos spectat maxime collo suo diuinæ legis iugum portare, omnia mandata vsque ad minimum implere, & quæ docturi alios sunt, prius facere, alijsque exemplo præire, vt de illis vere dicat sponsus, *Collum tuum sicut monilia*. Id est doctores tui, prædicatores, ac magistri pulchri omnino sunt, sicut ipsa preciosa monilia virtutum, & præceptorum; quia omnibus illis ornantur, & in se ipsos transfuderunt. Sed posterior ratio & magis propria, quam plerique patres assignant, est, quoniam Christo capiti totum Ecclesiæ corpus coniungere satagunt, cibos etiam diuinæ doctrinæ in eiusdem Ecclesiæ, id est reliquorum fidelium ventrem traijciunt, & verba salutis proferunt de intimo mentis suæ à Deo illustratæ, vt alios instruant: ita vt non solum ipsum iugum legis

Marginalia (right column): E[...] ma[...]; A[...] 4. [...]; v. [...] Matt. [...]; D. Greg. [...] da. Ans[...] mus. Cassiodorus & alii hic & Cant. 4. v. 4.

[illegible] o tam eum exhor- [illegible] velut nutrices, [illegible] faciunt [illegible] le[illegible] um [illegible] ine, & auda- [illegible] cia ea loq[illegible] da [illegible] deant, Deo [illegible] bus virtute mul- [illegible] ex [illegible] Diuus Grego[illegible] [illegible] ad Iob. *Numquid* [illegible] *equo* [illegible] *titudinem* [illegible] *collo eius* [illegible] [illegible] autem [illegible] [illegible] vel equ [illegible] fortitudinem, [illegible] ad Deum [illegible] ac rectorem [illegible] dicatorum per col- [illegible] [illegible] e [illegible] qui que prædicator ante forti- [illegible] t hinnitum accipit, quia cum in [illegible] ex [illegible] nxerit, tunc pro erudiendis alijs [illegible] icati [illegible] nis venit. Habet fortitudi- [illegible] a constanter tolerat; habet hin- [illegible] superna blandiens vocat. Hinni- [illegible] rius per gutturducitur, equi [illegible] & quasi per gyrum trahi exte- [illegible] qnia videlicet prædicationis vox de [illegible] ar, ed extra circundat, & quo alios [illegible] bene viuendum suscitat, eo ad bene agen- [illegible] ædi [illegible] ligat, ne extra sermonem a- [illegible] icat, ne voci vita contradicat. Et hinc [illegible] od [illegible] tenter dimicantibus torques datur, [illegible] ud. *Vt addatur torques collo tua.* Vt quia si- [illegible] iturum gestant, maiora semper exerceant, „ & debilitatis crimen incurrere metuant, dum in „ semeripsis iam fortitudinis est præmium quod „ ostentant. Hæc D. Gregorius Papa.

Fauet valde interpretatio Diui Gregorij Nys- » seni existimantis in his verbis, *Collum tuum sicut* » *monilia*, persistere sponsum in similitudine equo- » rum, quibus sponsam comparauerat, eamque » laudat, ex eo quod sicut equus collum in orbem » flectens ad omnes suos gressus aspicit, quo fit, vt » inoffensus & tutus sit gressus eius, neque ad lapi- » dem offendens, nec in foueam temere incidens; » it anima sancta ad seipsam aspiciat, & totissime » ad cursum diuinum festinet, quæcumq; ex ten- » tationibus illi eueniunt ad cursum impedimen- » ta vitans & superans. Hoc ad fortitudinem equi spectat, vt sibi prospiciat, sed vlterius in collo eius sonat hinnitus, & terrifica vox quam circundat Deus collo eius; id est, qua Deus vestit, & ornat collum illius loco aliorum ornamentorum, quæ cum tintinnabulis & cymbalis equorum collis appenduntur. Et hoc ad vocem prædicationis spectat, quæ peccatores terret, tepidos excitat, & iustos ad cursum prouocat. Originalis vox hinnitus tonitruum significat, post quod sequuntur fulmina, aut copiosi imbres; quæ omnia in prædicatores quadrant, quos tonitrua, ac tonitrui filios nuncupare possumus, quorum doctrina fluit vt imber in corda hominum.

De septem proprietatibus & præcellentijs pastorum & doctorum. §. 2.

SED radicitus explicemus cunctas pastorum & doctorum proprietates, propter quas collum nuncupantur, quod sponsus non solum monilibus, sed binis turribus infra comparauit, turri Dauid, ædificatæ cum propugnaculis, & turri eburneæ. Et in primis sicut collum infra caput supremum locum obtinet in corpore cui præeminet, ita prælati ac doctores sub capite Christo eminentiorem locum & statum continent in corpore mystico Ecclesiæ. Vnde sicut alijs præeminent dignitate officij, ac potestate sibi tradita; ita præeminere debent doctrina, ac sapientia, & etiam sanctitate, ac vita exemplari, vt hac triplici excellentia, simul alijs sint & superiores & spectabiles, ac admirabiles. Propter quod Dominus ter dixit Petro, *Diligis me plus his?* & *Pasce agnos, & oues meas* Vnde etiam recte comparantur turribus, quæ sublimitatem quandam præ se ferunt: turri quidem eburneæ, propter candorem eximium scientiæ, & virtutis; turri vero Dauid propter singularem eius pulchritudinem, quæ dicitur, *Ædificata cum propugnaculis*; vel iuxta Septuagint. *In Thalpioth*, quæ vox iuxta Hebræos significat ad disciplinas, vel doctrinas, id est, ad exemplar: vnde volentes ædificare dicunt similia ædificia facere; nam vita prælatorum & doctorum adeo debet esse sublimis, & perspicua, vt omnibus sit exemplar quod intueantur ad sequendam sanctitatem iuxta illud D. Petri, *Forma facti gregis ex animo.* Quod etiam, inquit D. Gregorius, indicat figura circularis, & rotunda colli, quæ symbolum est perfectionis, tanquam iam perfectionem adepti, vt D. Thomas testatur. 1.

Hinc prouenit altera eorum præcellentia; nam sicut collum immediate sustinet caput, quod quidem, & super illud nititur, & simul etiam ipsum collum conseruat, habens sibi illud vnitum per neruos, qui ab ipso capite originem ducunt; ita etiam munus pastorum & doctorum est sustentare Christum in corpore Ecclesiæ erectum, id est sustentare fidem, cultum, & religionem ipsius, vt Christus per fidem habitet in cordibus fidelium, & omnes illum agnoscant, colant, & reuereantur tanquam caput, vnde omne eorum bonum procedit. Ceterum ipse Christus prælatos ac doctores suos conseruat, quatenus retinet illos sibi vnitos per eandem fidem & charitatem. Quæ videtur complexus Diuus Paulus, cum dixit, *Deus det vobis Christum habitare per fidem in cordibus vestris, in charitate radicati, & fundati.* Quare sicut corpus separatum à collo, vel collum à capite totum perit; sic enim aliqua fidelium congregatio separatur ab vnione, quam tenetur habere cum proprio pastore, & cum Christo Domino; vel si ipsi pastores à Christi vnione separarentur, subsistere non possent, nec ab illo spiritum recte sentiendi & viuendi recipetent: schisma enim & diuisio vnionem charitatis dissoluit, sensim fidem corrumpit, & corpus mysticum dissoluit. Hinc fit quod licet plures sint in Ecclesia prælati, & doctores, tantum est vnum collum, sicut & vnum caput: eo quod omnes debent esse vnum in Christo, summa charitatis vnione coniuncti. Et vt hæc vnio firmior esset, decreuit Christus Dominus vnum supremum esse collum totius Ecclesiæ, nempe Romanum Pontificem ipsius Christi Vicarium, & Petri successorem; cui vniuersum corpus Ecclesiæ esset coniunctum, & subditum, quod que præcipue cuncta munia pastoris & doctoris mox referendi circa illud gereret. 2.

Ex hac autem præcellentia tertia oritur, quod sicut 3.

Marginalia: Cant. 4. v. 4. — Cant. 7. v. 4. — Ioan. 21. v. 15. — 1. Pet. 5. v. 3. — In Cant. — 22. q. 185. a. 1. ad 2. ex D. Dionys. c. 6. Eccl hier. — Ad Ephes. 3. v. 17.

sicut collum medium quoddam est inter caput, & reliquum corpus, per quod caput influit in membra; si pastores & doctores sunt mediatores inter Christum & plebem, qui apud Christum Dominum pro populo intercedunt, & per ipsos Christus Dominus populum regit, & dirigit, ac multa bona elargitur, sicut de se dixit Moyses,

Deut. 5. v. 5. *Ego sequester, & medius fui inter Dominum & vos in*

Nu. 16. v. 48. *tempore illo, vt annunciarem vobis verba eius.* Quomodo etiam Aaron stans cum thuribulo inter mortuos & viuentes pro populo deprecatus est, & cessauit plaga; quoniam (vt docet D. Paulus)

Ad Heb. 5. v. 1. *Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum.*

Cum hac coniungitur quarta præcellentia, quod sicut collum est flexibile, & facile ad superna erigitur, vel ad infima deprimitur, & nunc ad dexteram, nunc ad sinistram partem conuertitur, quasi deferens oculos, & aures, vt cuncta videat & audiat: & ad videndum aliquid distans erigitur, aliquando vero quasi intra humeros B comprimitur; sic prælati & doctores flecti facile debent, prout necessitas & occasio subditorum exegerit, magnos & paruos intuentes, & audientes, eorum necessitatibus se aptantes, contra superbos se erigentes, humilibus vero se dimittentes; distantia mala præuidere conantes, ne noceant, aliquando que se ad ipsos recolligentes, & continentes in timore Domini; vt denique iuxta

1. Cor. 9. v. 22. sententiam D. Pauli dicere possint, *Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos.* Ceterum quãtis collum facile se vertat, eius tamen pulchritudo exigit, vt tectum sit, naturalemque seruet rectitudinem, à qua nullo homore vel infirmitate deflectatur. Collum enim ex ægritudine aliqua distortum, vel in aliquam partem semper propensum fœdum est: ita etiam prælati, & doctores, licet subditorum, & fidelium diuersis necessitatibus se debeant accommodare, nunquam tamen à rectitudine iustitiæ, & virtutis deflecti debent, sed semper recti, & in hoc inflexibiles: C propter quod turribus recte comparantur, quæ ad amussim, & ad perpendiculum in altum eriguntur, nec vllam in partem inclinantur. Turres ergo sint sublimes, fortes, & eburneæ, quæ à rectitudine nunquam deuient, nec propter timorem regum, vel fauorem magnatum, vel compassionem afflictorum; non accipientes personas, sed æquitatem perpetuo seruantes.

5. Munus autem & officium proprium ipsorum, egregie etiam repræsentatur per munera quæ collum gerit in corpore: quæ præcipue sunt hæc tria: nam per fistulas, quas intra se habet, fit attractio aeris, inspiratio & respiratio, vt aer ingrediens, cor & pulmonem refrigeret; deinde foras expellatur. Cum autem expellitur, eodem aere vtitur ad secundum munus, quod est formatio vocis & locutio, qua conceptus exprimuntur, & tandem tertio per illud traijciuntur cibi, vnde vniuersa corporis membra nutriuntur, crescunt, & vires resumunt. Ad hunc igitur D modum pastores & doctores, si ordinate procedere cupiunt, attrahere debent è cœlo aerem salutarem, scilicet Spiritum sanctum, spiritum veritatis, & spiritum Christi, quo imbuti & instructi in seipsis viuificentur primo, & perficiantur; exequentes id quod Apostolis dictum est, *Sedete*

Luc. 24. v. 49. Act. 1. v. 4. *in ciuitate, donec induamini virtute ex alto.* Postea vero ex eiusdem spiritus motione, & [illegible] eloqui debent, docere, & prædicare quæ ad omnium fidelium salutem spectant. Verba autem ipsorum cibi sunt spirituales, fidelium capacitati, ac necessitati aptãdi, vt singuli spiritualiter reficiantur, & in via virtutis proficiant. Cum autem hæc tria exacte præstiterint perfectum [illegible] munus obibunt, respectu mystici corporis Ecclesiæ, & tunc erunt sicut turris Dauid, *Ædificata in Thalpioth*, quod etiam interpretatur *Tumulorum*; ad insinuandum quod multiplex deben[t] habere os ad loquendum cum Deo per orationem, & de Deo per prædicationem, alijs cibu[m] vitæ impertiendo, iuxta illud, *Nos orationi, & ministerio verbi instantes erimus.*

Adhæc autem recte præstanda necesse est, sicut collum varijs ornamentis decoratur [li]cet monilibus, torquibus, & alijs huiusmod[i] propter quod dicitur, *Collum tuum sicut monilia;* [it]a pastores & prædicatores ornentur monilibus, & torquibus scientiæ & sapientiæ ex omnibus veritatibus, quæ sunt in Scriptura sacra, confectis quibus non solum se ornent, sed etiam muniant, & admirabiles præbeant, vt monita ipsorum [a]uidius recipiantur. Huiusmodi autem moni[lia] in altera similitudine, vocantur *clypei*, cum di[ci]tur, *Sicut turris Dauid, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* De quo suo loco fuse agem[us].

Denique sicut collum in parte anteriori candidum est & pulchrum, vbi monilia & torques ad ornatum maxime pendent, sed in parte posteriori est fortius, eo quod nerui sunt ibi solidiores, & fortiora ossa, vt iugum, & onus portare valeat; ita prælati ac doctores non solum se spectabiles ac pulchros exhibere debent per virtutes modestiæ, mansuetudinis, affabilitatis, & aliarum quæ hominibus apparent speciosæ; sed etiam debent esse fortes ac constantes, ad portandum iugum diuinæ legis, & onus officij sibi iniuncti, patienter ferendo cuncta aspera & aduersa quæ circa illud euenerint, & tunc erunt perfecti, ac consummati: de quibus dici posset, *Collum tuum sicut turris eburnea.* Ebur enim quod dens elephantis est, simul est candidum, pulchrum, & forte, & ideo candorem & fortitudinem, ac patientiam in laboribus sustinendis denotat. Et quemadmodum ebur quandiu carne obtegitur, non apparet pretiosum, sed cum à carne fuerit separatum, tunc ad ornatum regum proficit; ita qui moribus fuerunt bestiæ, dum carnaliter viuerent, cum ea quæ sunt carnis respuunt, mirum induunt decorem & fortitudinem. Oportet autem prælatos & doctores omnia carnalia exuere, solumque appetere cœlestia, vt sint quasi Nazaræi Domini, *Rubicundiores ebore antiquo, & sapphiro pulchriores*, qui luceant tanquam stellæ firmamenti in perpetuas æternitates. Thre. 4.

De religiosis portantibus iugum Euangelii. §. 3.

INTER reliquos autem fideles religiosi præcellentius rationem habent colli Christo capiti strictius per tria vota vniti: vnde cuncta quæ in Exhortatione præcedenti diximus de qualibet pia anima, excellentius intelliguntur de anima religiosa, cuius *Collum est sicut monile*, cuius humilis subiectio nõ solum est ad portandum iugum præce-

[illegible] iliorum [illegible] ĵ, A [illegible], & obedien[illegible]æ, [illegible] [illegible]utarium ibi & no- [illegible] :nam vota instat [illegible] auant quin po [illegible] ,mui iunt, leuant, & in [illegible] rem, ad maxim[illegible] [illegible] & [illegible]ge[illegible] tia præmia p[illegible]e- [illegible] s[illegible]ixit D. Au[illegible]; [illegible] mel ora compel[illegible]. [illegible] [illegible] tam ingenuam confert [illegible]gat, vt firmius quod cu- [illegible] religiosu[illegible] amat [illegible]um [illegible]t cupit eius paupert[a]- [illegible] & obedientiam imitari, vt ne [illegible]uo animi decreto degeneret, [illegible]er & seipsum ligat, ne vnquā [illegible]t. Velut obediē[illegible]ssimus Isaac, [illegible] præ[illegible]uit, vt in holocaustum â [illegible]retur, â Deo se ligari permisit, [illegible] te sistere, vtpote iuuenis viri- B [illegible]ior nec remissioris, sed prom- [illegible]ns signum fuit hæc alligatio, ne [illegible] perturbatione aliqua dilabi, aut [illegible] Si religiosus votorum sibi con- [illegible] amplius fugere, aut retrocedere [illegible]uia per vota perpetuam in Dei cō- [illegible] perseuerantiam profitetur; & recte vota hęc monilibus comparan- [illegible]r, q[illegible], vt diximus, sua circulari figurā [illegible]rp[illegible]tuitatem. Curare igitur debet, vt [illegible]r sicut monilia, ita obseruans vo- [illegible] au[illegible]o virtutes, quas promittit, maneant [illegible]læ & tale sit collum obedientiæ, & sub- [illegible]onis, qualia sunt monilia votorum, nihil [illegible]crepans ab illis.

S[e]d [si]cut collum duas habere partes diximus, a[illegible] quæ guttur dicitur, & deseruit ad tra- [illegible]um cibum, & ad loquendum, & exter- quæ huc illucque facile flectitur, & iugo [illegible]do accommodatur, vel monilibus orna- C [illegible]uo sunt religiosorum munia, quædam a per meditationem mysteriorum Dei, [illegible]ibi sunt animæ, & per orationem, qua eūm [l]oquūtur, siue mente, siue etiam voce, dum [c]horo diuinas canunt laudes, & hymnis, ac [illegible]is spiritualibus psallunt, & cantant Deo in [illegible]bus suis. A[l]ia vero sunt externa munia, quæ [illegible]giosam obseruantiam pertinent in vestitu, [illegible], ceremonijs ac ministerijs, alijsque operi- [illegible], quæ à prælatis iniunguntur. In vtrisque au- [illegible] oportet religiosum esse pulchrum, inte- [illegible]m, & perfectum, cunctisque religiosis moni- [illegible]s ornatum, vt nel minimum eorum annu- [illegible]m non frangat, sed insuper regulas superaddi- [illegible]ad perfectiorem obseruantiam votorum ex- [illegible]ctissime obseruet: de quibus subiungitur, *Mure-nulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.* Sed de hoc postea.

Commendatur igitur status religionis à tri- bus. Primo à perfectissima ratione portandi iu- D gum Christi, æstimans illud tanquam pretiosum monile, & torquem sibi à Deo impositum, in quo maxime sibi complacet. Secundo à maiori perfectione portandi iugum consiliorum euan- gelicorum, fabrefaciens sibi noua monilia, no- uos torques, & imponens sibi noua iuga per tria vota, quæ valde magnifacit, & illis se ornari ia- ctat. Tertio à perpetuitate status, quoad vota quæ perpetua sunt: & sicut in torquibus solent addi gemmę pretiosæ, quibus amplius ornantur, sic in torquibus præceptorum adduntur vota eoo ii[...]orum, aut in votis consiliorum adddun- tur regulæ perfectionis, quibus maxime conde- corantur vota. Addamus etiam quarto, com- mendari excellentiam huius status à pace & tranquillitate, qua fruitur: nam (vt Diuus Gre- gorius Nyssenus aduertit) nomen Græcum, cui respondet Latinum monile, vel torques, & est *Hormiscos*, diminutiuum ab eo quod est *Hormos*. Primo significat portum in Lunæ formam ex- cauatum, qui sinu mare excipit, quietemque ē mari adnauigantibus exhibet: vnde sumpta me- taphora per figuram ornamentum colli dicitur, hormos, seu torques: idque indicat statum reli- gionis, & subiectionis ad Christi iugum esse in- star portus, quietum, tranquillum, tutum, & iu- cundum iis qui mare fluctuosissimum huius se- culi nauigant; qui cum hoc Christi iugum assu- munt, requiem inueniunt animabus suis, & æ- ternæ vitæ consequuntur portum.

Hom. 3. in Cant.

Mat. 11. v. 29.

De septem proprietatibus perfectæ obedientiæ reli- giosæ. §. 4.

SED quoniam obedientia præcipua est religio- sorum virtus, eius miras proprietates deduca- mus ex totidem quæ iam de doctoribus dixi- mus; maxime cum per collum, vt præfati sumus, ipsa obedientia optime repræsentetur. Etenim 1. sicut Diuus Paulus vocat corpus peccati, quod est omnium peccatorum aggregatio, quorum caput est superbia; ita possumus assignare cor- pus virtutis, quod omnes illas tāquam sui mem- bra aggregat, quarum caput est charitas, quæ omnes antecellit, & omnibus imperat, in suos- que fines dirigit; vel caput dicetur charitas in- creata, quæ est ipse Deus. Obedientia autem per- C fecta ad Dei voluntatem, est quasi collum quod reliquum corpus supereminet; est enim cun- ctis virtutibus superior, imo ideo sunt virtutes, quia imbibunt in suis actibus obedientiam ad diuinam voluntatem, vt iuxta illam fiant. Hinc 2. fit obedientiam immediate coniungi charita- ti, illamque sustentare in anima, vicissim ve- rò sustentari ab illa per vnionem amoris. Vnde etiam iungit animam Christo capiti, eiusque præsentiam intra illam seruat; ideoque dixit, *Si diligitis me, mandata mea seruate.* Et iterum, *Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea.* Propter quod etiam Ecclesiasticus ait, quod *Na- tio iustorum est obedientia & dilectio.* Rursus obedi- 3. entia instar colli est valde flexibilis ad volunta- tem Dei, & superiorum, vt facile se vertat ad quamcumque partem Deus iubeat, siue ad sub- limia, siue ad ima, siue ad dexteram, siue ad si- nistram, per prospera & aduersa. Est tamen sem- 4. per sicut collum recta, vt nulla vi, aut timore vel fauore à rectitudine deuiet: nam sicut facile pro- priam voluntatem & iudicium submittit Deo, & maioribus, ita nunquam incuruatur, vel di- storquetur, propriæ voluntatis pondere & affe- ctione in aliquid terrenum, vel carnale, vel quo- modolibet Deo aduersum. Deinde obedien- 5. tia attrahit è cœlo spiritum Dei, quo fiet, ita ardenter loquitur & operatur, vt proximos Deo lucretur:

Ad Ro. 6. v. 6.

Io. 14. v. 15. & c. 15. v. 10.

Eccl. 3. v. 1.

Prou. 21. v. 28. [illegible]uctetur: nam prop[illegible]er ho[illegible] d[illegible] [illegible] *[illegible]diens loquitur victorias*; quas, [illegible] prædicando, & [illegible] ce[illegible] [illegible]s vitia, vincens dia[illegible]n & animas De[illegible]ens: vnde [illegible]iam instar m[illegible]is & nu[illegible] [illegible]s virtutes reliqu[illegible] generat, & nut[illegible], p[illegible] [illegible] bonorum operum alimenta; [illegible] *Lib. 35. Mor. c. 10.* Gregorij; obedientia sola virtu[illegible] est, quæ [illegible] ceteras virtutes inse[illegible], [illegible]tasque cust[illegible] [illegible]demque munus gerit e[illegible] proximo[illegible] *Luc. 8 v. 20.* pter hoc Christus Dominus eum q[illegible] [illegible]o-luntatem Patris eius, vocau[illegible] non ta[illegible]um fratrem, sed matrem, eo quod illum in cordibus fidelium generat, format, & nutrit.

5\. Deinde obedientia est sicut monilia qua omnibus præceptis se ornat, cunctis virtutibus se munit, & mille clypei pendent ex ea, omnisque armatura fortium. Nam vir obediens Dei armaturam induit; voluntas enim Dei, & protectio ipsius singularumque virtutum exercitia sunt illi instar armorum, quibus se armat contra hostes

7\. impugnantes ipsum. Denique obedientia fortis est & robusta in perferendis oneribus legis, & instar turris eburneæ, cádorem, & fortitudinem eboris imitatur, omnē carnalem affectum exuens, vt fortior ad ea quæ Dei sunt inueniatur: sed altissima est sicut turris, quia nollis terminis continetur, sed semper altius increscere, & ad plura & ampliora se dilatare conatur. Nam (vt inquit *Li. de præcept. & disp. post. initium.* D. Bernardus) perfecta obedientia legem nescit, „ terminis non arctatur, nec contenta angustijs „ professionis largiori voluntate fertur in latitu„ dinem charitatis, & ad omne quod iniungitur „ spontanea, vigore liberali, alacrisque animi „ modum non considerans, in infinitam liberta„ tem extenditur. In hac autem altitudine semper ad amussim erescit, iuxta primam regulam totius rectitudinis, quæ est diuina voluntas, à qua nunquam deflectitur, quia nullum opus adeo est altum, & sublime, sicut quod Deus præcepit, quantumuis hoc paruum videatur, illud vero magnum, iuxta id quod Samuel dixit Sauli, *1. Reg. 15. v. 22.* *Melior est obedientia quam victima, & ausc ultare magis, quam offerre adipem.* In hac autem altitudine ere-*Ps. 18. v. 7.* scere cupit perpetuo vsque ad mortem, vt similis *Ad Phil. 2. v. 8.* sit illi qui exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo cœlo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius: & cum à cœlo descendisset, factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, vt è cruce circulum obedientiæ integrum perficiens, reuerteretur in cœlum; quo per obedientiam eum ipso ascendemus, vt regnemus cum illo in secula seculorum. Amen.

EXHORTATIO XXVIII.

Pro f sto omnium sanctorum. *De pretioso ornamento ex insigni charitate obedientia, pudicitia, & humilitate, quod ipse Deus conficit atque præstat dilectæ animæ.*

Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.

COMMENDAVERAT sponsus præclaras dilectæ suæ virtutes per similitudinem ad turturem, & monilia; volens tamen eam multo

A pret[illegible]us exo[illegible] [illegible]al[illegible] m[illegible]niu[illegible], [illegible] p[illegible]hrior[illegible] a[illegible] *Murenulas aureas [illegible] mi[illegible]ulatas argento.* Mure[illegible] a[illegible] t[illegible] [illegible]o, quem Cass[illegible]dorus [illegible] al[illegible] sequuntur ornamen[illegible] e[illegible] [illegible] n[illegible]udinem mure[illegible] æ pi[illegible]is [illegible] que de[illegible]en lens. At Diuus Be[illegible] & alij [illegible]icunt e[illegible] e inaures, [illegible]ib[illegible]s mu[illegible] res orna[illegible]tur; vocatur aute[illegible] ve[illegible] pus, q[illegible]d p[illegible] qua[illegible]dam mi[illegible]utas par[illegible] in Hebræo dicuntur pun[illegible] el[illegible] a[illegible] modum ver[illegible], vel [illegible]n bi[illegible]co[illegible] [illegible] fectæ, vel intertextæ. Cum autem [illegible] c[illegible]pus fit gratius & pulchrius ex mat[illegible] re albenti[illegible] argenti super auri[illegible] [illegible] quam ingentia Dei dona ac m[illegible]steria per[illegible] præsententur, explicandum est [illegible]ipe[illegible] quæ sunt hæc ornamenta, quis artifex [illegible] quibus concedantur [illegible] hæc enim [illegible]ria [illegible] B verba satis clare indicare videntur.

De ornamento ex charitate & obedientia.

§. 1.

ET inprimis vt cœpra in E[illegible]hortati[illegible] præcedentibus prosequamur, p[illegible] [illegible]las aureas vermiculatas argento, [illegible] quædam intelligimus spiritualia ex char[illegible] obedientia, ex humilitate, & p[illegible]dicitia, n[illegible] dine & artificio à Deo fabricat[illegible], quibu[illegible] prudentes à fatuis, & animæ Deo cha[illegible] fectæ ab alijs secernuntur, redduntur que p[illegible] chriores. In his autem ornamentis, aurum q[illegible] omnibus metallis præfertur, charitatem [illegible] cat, quæ omnium virtutum primatum tene[illegible] ius duo sunt actus, dilectio Dei & proxi[illegible] quibus omnes animæ ornatus porti[illegible] [illegible] C flantur, & ideo murenulæ non dicuntur[illegible] argento, vermicularæ anto, sed è conuer[illegible] to vermiculatæ argento quamnis vilius [illegible] niam sine auro charitatis nullum est cor[illegible] pulchrum ornamentum spiritus, qui c[illegible] habeat, & spem ac omnem scientiam, [illegible] tate tamen fœdus est, & deformis, sed v[illegible] uenit charitas cuncta ex coniunctione ad [illegible] redduntur splendidiora, & spiritum c[illegible] adornantia. Propter quod cuidam Ep[illegible] Dominus, *Suadeo tibi emere à me aurum ig[illegible] probatum, vt locuples fias* En[illegible] dicitur, licet [illegible] tur, quia quibusdam operibus bonis ad [illegible] cipiendum præparamur: at postqua[illegible] [illegible] iustis, iam propter eorum merita ex auro [illegible] ta fabricat Deus ornamenta, quibus [illegible] pulchriores, inspirans ardentes v[illegible] [illegible] ctionis affectus, vt charitas in dies crescat, & spe ciosior fiat.

Habet autem aurum hoc insigne, quo aptissimum est ad huiusmodi ornamenta fabrefacta, quod est valde flexibile, & super omnia metalla D deduci potest in fila tennia, sed fortia, vt propter tenuitatem quocumque modo flecti possint; propter fortitudinem vero nunquam frāgantur: quod maxime congruit charitati, quæ ex amore erga Deum ad ipsius voluntatem ita se componit, vt quocumque Deus voluerit, libenter per obedientiam se vertat, & huc illucque se flectifiat: & similiter ex amore proximi propter Deum,

ad

... as sublevandas, per A ... accommodat ... a Dei beneplaci- ... fortis est vt mors di- ... a bono vnquam de-

... varia fiant ornamen- ... nus, aut digitos ornent: ... quæ murenulæ dicun- ... es, quæ collum circun- ... bus pendent. Vtrum- ... obedientiæ perfectæ, ... bilis comes, & in ipsa ... constat ex ijs quæ de ... etiam Scriptura erebro ... vt cum inquit, *Audi filia, & ... aurem tuam.* Et iterum, *Populus quem ... mihi, in auditu auris obediuit mihi. ... aperuit mihi aurem, ego autem nō contra-* ... textu Hebræo, qui sponte per- ... batur seruitio Domini sui, perfora- ... n signum spontaneæ ac perpetuæ ... & subiecti onis: modo autem fœmi- ... tantur aures ornatus gratia, vt inde ... aures; quod symbolum est perfectiſ- ... lentiæ erga Deum; & cum aureæ sunt, ... cum dilectione coniunctionem te- ... qua dicit Ecclesiasticus, quod na- ... tum est obedientia, & dilectio. Vnde ... me Dei instinctu cuncti amici, & cognati ... *lerunt ei ouem vnam, & inaurem auream v-* ... uod sic moralizat Diuus Gregorius; Cum ... inauris offertur, quia in nouis mentibus or- namentum semper obedientiæ iungitur, Domi- ... attestante, qui ait, *Oues meæ vocem meam audi- unt.* Nemo inaurem sine one, nemo ouem sine inaure obtulit; quia profecto Redemptori no- ... on obedit, qui innocens non est: & inno- ... esse non potest, qui obedire contemnit; ... uia vero ipsa obedientia non seruili metu, sed ... antatis affectu seruanda est, non terrore pœ- C ... amore iustitiæ, cuncti auream inaurem ... perhibentur: vt videlicet in ea, qua ex- ... etur obedientia, charitas fulgeat, quæ virtu- ... es omnes quasi auri more cetera metalla tran- ... ndat. Offerunt autem ouem, sed vnam, inau- ... em, sed vnam, vt in vnitate sanctæ Ecclesiæ iu- n... cti, obedientesque persistunt.

Sed quid est quod cognati Iob obtulerunt ei tantum inaurem auream vnam? Sponsus vero non ait, murenulam auream faciemus tibi, sed murenulas aureas, plures inaures illi præbens. Sed Dei perfecta sunt opera, & dona eius inte- gra. Necessariæ autem duæ inaures sunt, vt v- tramque aurem exornent, dexteram & sini- stram; nam perfecta obedientia prompta esse debet, ac parata ad prospera & aduersa, & vtra- que pari charitatis ardore amplecti, vt dilecto placeat; possitque dicere cum Psalmista, aut po- tius cum Saluatore nostro, *Aures autem perfecisti mihi*, non vnam, sed vtramque: at amici Iob D translata tentationum procella vnam inaurem ei obtulerunt, quasi vaticinarentur reliquum vi- tæ tempus in prospera tranquillitate transigen- dum, & omnia illi dextera aure, non sinistra esse percipienda. Ideoque sufficere illi inaurem, quæ dexteram ornaret aurem. Sed illud magis obser- uatione dignum, quod Psalmista dixit, *Aures per-fecisti mihi.* Perficiuntur autem per has murenu- las, seu inaures aureas, quæ hoc habent singu- lare præ omnibus alijs muliebribus ornamentis, quod cetera extrinsecus tantum apponuntur su- per caput, aut circa collum, vel digitos, vel bra- chialia; vbi facile, & sine dolore possunt appo- ni, & inde auferri. Inaures vero, aures ipsas pene- trant, cum prius non sine dolore fuerunt perfo- ratæ; & in illis quasi figuntur, vt firmius hære- ant. Ad hunc igitur modum perfecta obedien- tia, nec sine dolore acquiritur, nec exterius tan- tum & superficie tenus rem iniunctam exequi- tur, nec facile ab animo dimouetur, sed cordi firmiter inhæret, non solum in prosperis, sed in aduersis; non solum in externis actibus, sed in internis, omnia quæ habet foris & intus Deo præbens, & hoc est quod Redemptor ait, *Aures perfecisti mihi.* vel vt alij legunt, *perforasti*, aut *perfo- disti mihi*; quia eius obedientia perfectiſſima ac ornatiſſima fuit, firmiſſimaque vſque ad mor- tem immensis doloribus cumulatam. Ad cuius similitudinem aures nostras perforare, perfice- re, & ornare deberemus, vt impleatur in nobis quod Isaias prædixit de Ecclesia, *Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominabit*, (nimirum) *vocaberis voluntas mea in ea.* Hoc autem nomen di- citur nominandum, vel iuxta Hebræam vo- cem perforandum; alludens ad exarationem nominum, quæ quibusdam perforationibus stilo ferreo fieri solebat: vt indicetur obedien- tiam ad Dei voluntatem perforationibus, pres- suris, & doloribus in anima imprimi, vt firma permaneat. *Isa. 62. v. 2. & 4.*

De ornamento pudicitiæ & humilitatis cum charitate. §. 2.

SED vlterius additur murenulas aureas fore *Vermiculatas argento*. vbi aliæ duæ virtutes desi- gnantur. Argentum enim candore suo innocen- tiam repræsentat & munditiam, quæ obedien- tiam ex charitate suo albore splendidiorem red- dit, vt Diuus Gregorius docuit: sed specialius si- gnificat candorem virginitatis, & pudicitiæ, quæ tunc maxime est Deo grata, cum auro charitatis est coniuncta. Tunc autem charitas rubicundior apparet cum candori virginitatis sociatur, in quo sita est pulchritudo genarum sponsæ, quæ can- didæ sunt, & rubicundæ, pudicitia, & charitate decoratæ; in quo etiam consistit ornatus lam- padum, quas gerebant virgines prudentes; de quibus dicitur; quod *Ornauerunt lampades suas*, nempe oleo splendenti, quod ignem charitatis nutriret in vase candido virginitatis. De sacer- dotibus etiam legis Euangelicæ prophetauit Ma- lachias, quod Dominus purgabit, & colabit eos quasi aurum, & quasi argentum, quoniam pu- riſſima charitate & pudicitia ornandi erant. Ex vtroque igitur pretiosiſſimo metallo fiant mu- renulæ, & monilia pendentia è collo vſque ad pectus, quoniam ornamentum istud, non solum munit collum ad portandum iugum operis, sed etiam pectus, cor alliciens, & inflammans ad a- morem, vt cuncta ex amore procedant, & in a- morem desinant. *Mat. 25. v. 7.* *Malach. 3. v. 3.*

Sed quid est murenulas vermiculatas esse mi- nutiſſimis partibus argenti? seu, vt habet quinta editio apud Origenem, *Cum punctis argenti*, instar milij,

milij, ad modum quo vermiculi dorsum habent diuersorum colorum punctis variatum. Hæc autem omnia virtutem indicant humilitatis, quæ pudicitiam comitatur, vt ambæ charitatem splendidiorem reddant, & pulchriorem. Humilis enim ex verissima & clarissima sui cognitione sibi ipsi vilescit, & quidquid virtutis, puritatis & splendoris habet, instar puncti esse existimat, seque minimum ac vilem putat vermiculum, vnde neque despici, & conculcari renuit, sed hac sui despectione fit pulchrior, & Deo gratior; securiorque redditur virginitas, & ardentior charitas, ac bonis operibus fœcundior. Sicut enim milium minutissimum est granum, quod terræ mandatum non solum fructum fert centesimum, sed fere millesimum, & inde secundum aliquos denominatur milium: & similiter granum sinapis, quod minimum est omnibus seminibus, cum creuit, fit maius omnibus oleribus: sic humilitas, charitati & pudicitiæ coniuncta, fructum fert copiosissimum & Deo valde gratum. Quarumcumque enim opus sit aureum, & ex obiecto suo nobilissimum, non erit gratum Deo, & speciosum, nisi sit vermiculatum, & punctulis argenteis interfectum, id est, affectibus propriæ cognitionis, & humiliationis permixtum; ideo enim scriptum est, *Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.* Alioqui si te humiliare neglexis, non eris vere coram Deo magnus, nec gratiam coram ipso repeties; nec te ornabit virginitas, aut sapientia, aut quæuis alia virtus, nisi in humilitate vermiculata. Pulchra (inquit Diuus Bernardus) humilitatis & virginitatis permixtio, nec mediocriter placet Deo illa anima, in qua & humilitas commendat virginitatem, & virginitas coronat humilitatem. Sine humilitate, audeo dicere, nec virginitas Mariæ Deo placuisset: & quanto honorabilior es ex singulari munere castimoniæ, tanto tibi tu maiorem iniuriam facis, quod eius in te decorem fœdas permixtione superbiæ. His addamus quod virginitas Mariæ per humilitatem instar milij immensam adepta est fœcunditatem: protulit enim nobis Saluatorem fructum benedictum ventris eius, à quo omnis fructus in vniuersis fidelibus procedit: sed vnde hoc, nisi *Quia respexit*, inquit, *Deus humilitatem ancillæ suæ?* Non respiceret ad virginitatem nisi esset humilitati & paruitati coniuncta; nam quia paruula & minima fuit in oculis suis, fecit illi magna, qui potens est, & sanctum nomen eius.

Eccl. 3. v. 20.

Hom. 1. in Missus est.

Luc. 1. v. 48.

Præterea perfecta castimonia super aurum charitatis fundata, argentum candidum est, in minutissimas partes distributum, quia tunc perfecte ornat cum frangitur, dilaceratur, & conteritur, quod etiam per sui abnegationem, & afflictiones sponte assumptas præstatur. Vnde nonnulli doctores per murenulas aureas vermiculatas argento, intellexerunt ornamentum martyrum, quo maxime fulget Ecclesia; quia in martyrio splendet valde ardor charitatis cum innocentia, simul & dissectione, ac dilaceratione membrorum. Corpora enim martyrum quasi vermiculata apparebant ob stigmata liuoris, & vulnera tormentorum, quæ tamen pulcherrima illa constituebant coram Deo & Angelis, & pijs hominibus. Cum autem continentia & pax Christiana suum habeat martyrium voluntarium, vt

Insinuat D. Ambr. ser. 3. in Ps. 118. v. 4. refertur in Exhort. sequenti.

supra diximus, ... oraque ... etiam ... stigmationibus, ... ibus, ... fer... latur, non ... ... hoc ... mentum, quo pud... ... pulch... ... ... seruatur, & ma... ... ...

Quis efficiat hæc ornamenta, & quibus concedatur. §. ...

SED ad iam præclarum orname... ... candum quis est idoneus, ac industr... ... fex? num ... ... solus? Absit. Na... ... lis est, & ver... ... um se agnoscit, ... sciet nihil ex se p... ..., quanto minus ... pus ... laboratum perficere? Vnde non dicit ... ... renulas aureas fac tibi, sed *Faciemus tibi*, ... loquitur. Aut tamē, faciemus, cogenete ... ... di, quo principes viri numero plura ... ... ti vtuntur, & tunc maxime cum ... ... aggredi conantur. Quod & sacra Scriptura seruare solet. Cum enim creationem omni... rerum à principio narrat, semper de Deo in... gulari loquitur: at cum de creatione hom... ... quæ omnibus alijs operibus longe præcell... agere inchoat, introducit Deum dicentem, *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*; quia magnæ molis erat tam nobile o... efficere, & ad perfectum statum per... ... ... modo ait, *Faciemus tibi murenulas aureas*, quia opus grande est, Deo dignum; in quo etiam ... nitas personarum splendet, potentia Patris, sapientia Filij, & charitas Spiritus sancti, vt Patri attribuatur aurum, Filio argentum, vermic... tio vero Spiritui sancto. Er quid tam splend... dum ac arduum quam præcellentem sanctitatem, & pudicitiam fulgentem sicut aurum & argentum nectere cum tam profunda humilitate vt se homo existimet quasi punctum ... ... teste Diuo Bernardo, magna & rara virtus ... magna licet operantem, magnum te ne... ..., & manifestam omnibus tuam te solum latere ... ... sanctitatem; mirabilem te apparere, & contemptibilem reputare, hoc ipsis virtutibus mirabi... ... iudico. Et iterum. Rara auis in terris, aut ... ... tatem non perdere, aut humilitatem sanct... ... nia non excludi. Ne ergo sponsa dubitet de m... gnitudine doni promissi, faciemus, inquit, au... thoritatem & potestatem facientis insinuans, rem certo futuram credat.

Præterea vititur verbo, *Faciemus*, vt admitt... secum ministros & cooperatores suos ad hoc ... pus, siue sint Angeli, qui sunt administratori spiritus circa ea quæ ad nostram spectant salutem, siue prælati & doctores Ecclesiæ, qui cooperatores sunt Dei in reductione animarum ad ipsum: ea lege enim ordinaria Dei non acquiritur perfecte hoc pretiosum ornamentum insignis humilitatis, & obedientiæ, charitatis & pudicitiæ, nisi adsit magister & pater spiritualis, qui ad has virtutes promoueat, & nonnumquam conuenientem illas exercendi materiam præbeat. Sed non ait, facient tibi, sed faciemus; quia neque Angeli, neque homines circa nostram salutem quicquam possunt, nisi Deus ipse illos dirigat, & cum illis operetur. Tantum enim sunt Dei instrumenta, per quæ nobis opportunum tribuit auxilium, sicut insinuat Dauid, qui cum dixisset, *Leuaui oculos meos in montes*, id est, in An- Ps. 120. v. 1. Ps. 144 ...

[illegible] qui in cœlis habitant, *vn-* [illegible] *veniet aux* [illegible] tim addit, *Auxilium me-* [illegible] *Domino* [illegible] *cœlum & terram.* Princeps e- [illegible] Deus est, licet per inter- [illegible] vel [illegible] um sanctorum, & ange- [illegible] do auxilium præbeat: sed teste D. [illegible] *eque qui plantat est aliquid, neque qui rigat,* [illegible] *incrementum dat Deus.*

[illegible] im habet pronomē illud *Tibi*, in- [illegible] personarum quibus huiusmodi or- [illegible] nceditur. Faciemus inquit mure- [illegible], quā assimilaui equitatui meo in cur- [illegible] onis; tibi, cuius genæ sunt pulchræ [illegible] collum sicut monilia: quia hæc [illegible] pretiosa non præbentur iis, qui [illegible] in Ægyptiaca seruitute, & sub [illegible] ca potestate: nec conseruntur il- [illegible] genæ erubescunt de malo, nec col- [illegible] tur legis iugo, sed pudore neglecto am- [illegible] to collo. Solum ergo faciemus illa [illegible] viam virtutis prospere inchoasti, & in B [illegible] progredi satagis; quæ grato animo [illegible] es doni & beneficijs acceptis, vt ad maiora [illegible] ienda te disponas. Quia scriptum est: *Omni habenti dabitur, & abundabit: ei autem, qui non habet, & quod videtur habere auferetur ab eo.* Ingratus e- [illegible] piger seruus dona accepta dissipat; di- g[illegible]ue est, quod auferantur ab illo: at gratus & impiger qui strenue vtitur acceptis, dign⁹ est po- tius quod noua illi & maiora superaddantur do- na, quibus ad maiorē sanctitatis perfectionem ascendat. Quia ergo tu ornata es turtureis tor- quibus, & monilibus; speciosiores murenulas præstabo tibi, tum vt præcedentia opera remu- neretur, tum vt gratior fias, humilior, sanctior & pulchrior. Oportet enim vt qui sanctus est, san- ctificetur adhuc.

Præterea murenulas has *Faciemus tibi.* Id est tuo statui, gradui, ac proprio vsui accommoda- tas, quia licet virtutes secūdum habitus eædem [illegible] in omnibus instis, non tamen eadem virtu- C tum exercitia aptantur omnibus; sicut intueri [illegible]cet in diuersis religionibus, quæ diuersos mo- dos paupertatis, humilitatis, & obedientiæ, alia- rumque virtutum varia exercitia profitentur: vnde diuersa etiam sortiuntur ornamenta spiri- [illegible]lia, murenulasque diuersimode vermicula- [illegible] & elaboratas, pro cuiusque inst tuto & pro- [illegible]ne. Faciemus ergo tibi murenulas aptas, [illegible]gnabimusq; tibi modum humilitatis, & obe- [illegible]entiæ, & ornamentum proprium vitæ actiuæ, [illegible] onteplatiuę, quod tibi magis expediat, quod [illegible]e vires superet, nec sit infra illas, nec statū de- [illegible]at, nec proprium officiū impediat. Propter [illegible]od ēt non dixit faciemus murenulā, sed mu- [illegible]ulas, quia Ecclesia plures cōtinet status, qui- [illegible] diuersa aptātur ornamenta: anima etiā plu- [illegible] habet facultates, variaque solet gerere mu- Cor. 12. 8. [illegible] ad quæ diuersis indiget ornamentis. Vnde etiam varia sunt gratiarum genera, quæ Spiritus sanctus diuidit inter iustos prout vult. Ad eius D enim suauem prouidentiam spectat ea singulis dilectis præstare, quæ ad maiorem sui, ac Eccle- siæ vtilitatem, & decorem pertinent. Et quid ro- go est, quod ait D. Paulus: *Alii per spiritum datur sermo sapientia, alii sermo scientiæ, alteri fides; alii gratia sanitatum, alii operatio virtutum, alii prophetia, alii genera linguarum, &c.* nisi murenulas aureas facie- A mus tibi vermiculatas argento? vel vt vertunt LXX. *cum distinctionibus argenti?* Nam Spiritus san- ctus Apostolis ac dilectis suis primo impertiuit aurum charitatis, Dei & proximorum amore fla- grantis: deinde hoc aurum in murenulas redu- xit, instar murenæ piscis quæ se in circulū reuol- uit, quia charitatem ad debitam perfectionem iuxta cuiusque gradum perducit; ad maiorem tamēn splendorem, & Ecclesiæ vtilitatē vermi- culatum reddit variis stigmatibus argenti, id est variis gratiarum generibus iam relatis, vnicuiq; tribuens eam quam vult.

§. Vnde etiam constat quare dixerit *Faciemus ti- bi*, & non facito tibi; quoniam huiusmodi gratię ex sola Spiritus sancti voluntate gratuita confe- runtur, & ideo gratiæ gratis datæ nuncupantur. Cæterum si de ornamento virtutum sit sermo, negandum non est, quod etsi Deus princeps sit artifex illius, singuli tamen iusti cooperari pos- sint ad perficiendum illud. Ad modum quo de B prudentia, iustitia & silentio, dixit Ecclesiasticus: *Aurum tuum & argentum tuum confla, & verbis tuis* Eccl. 28. v. *facito stateram, & frenos ori tuo rectos.* Sicut ergo ad 29. nos spectat ex auro & argento speciosas stateras, & pulchros frænos facere; virtutesque acquire- re, quibus recte, prudenter, & opportune loqui, & tacere valeamus: sic etiam spectabit murenu- las facere vermiculatas argēto, quibus collum, pectus, & aures ornemus, eas virtutes acquiren- do per quas grata Deo, & ingentia facinora per- ficiamus. Maluit autem sponsus dicere, *Faciemus*, vt animam in humilitate contineret, & ad spem obtinendi erigeret, ad desideriumque & preces exhortaretur, vt promissum donum impetraret: iuxta illud Psalmistæ, *Reuela Domino viam tuam,* Ps. 36. v. 5. *spera in eo, & ipse faciet: & educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem: subditus esto Domino, & ora eum.* Ac si diceret; Si subditus fueris Domino, & oraueris, ac speraueris in eo, ipse faciet quidquid tibi expedit ad salutem, vt C iustitia tua sit splendens sicut lumen meridianū in secula seculorum. Amen.

EXHORTATIO XXIX.

De prototypo istarum virtutum quod est Ver- bum diuinum incarnatum: & qua ratio- ne religiosis conueniant, ac de præmiis ea- rum. Pro Festo incarnati- onis.

SEd intueamur iam infinite pulcherrimum p- rototypon, vnde huiusmodi ornamēta desum- pta sunt: nempe opus Dominicæ incarnationis Ecclesiæ antiquæ promissum sub hac metapho- ra, *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argen- to.* Etenim Verbi diuini incarnatio opus est au- reum vermiculatum argento; nam vt constat ex supradictis cum D. Gregorio de electro, au- Lib. 1. Ex- hort. 5. rum diuinitatem significat, argentum humani- D tatem; minutæ vero partes argenti auro inser- tæ denotant cunctas, & singulas partes corpo- ris Christi à capite vsque ad calcem pedis vni- tas fuisse diuinitati: vt sicut arca fœderis ex ligno Exo. 25. v. 11. albo Sethim confecta erat deaurata auro mun- dissimo intus & foris, ita cuncta quæ sunt in Christi humanitate, siue interna, siue externa contecta sunt, & coniuncta auro mundissimo

diuinitatis: hoc tamen discrimine quod in arca A non apparebat foris albor ligni Sethim; at in Christo Domino manifesta erant opera humanæ naturæ ex coniunctione ad diuinam mirum in modum splendentia, quæ vermiculata punctis argenti congruenter dicuntur, quia simul cum profundissima sunt humilitate coniuncta.
Ps. 21. v. 7. Propter quod dixit: *Ego sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Vermis quidem fuit variis coloribus ac stigmatibus insignitus, quia & diuersis virtutibus ornatus, & variis doloribus, ac ignominiis fuit affectus: & in vtroque mirabilis, quia sicut non fuit quo altius posset ascendere, ita non videtur habuisse, quo inferius se posset deprimere. Quamobrem apte preciosæ, & aureæ murenulæ comparatur, per similitudinem tamen ad murenam piscem marinum in lege reprobatum tan-
Leu. 11. v. 10. quam immundum; quia nec pinnulas habet, nec squamas; quoniam Christus Dominus licet in se fuerit preciosissimus, à Iudæis tamen B
1. Pet. 2. v. 4. fuit reprobatus, vt inquit D. Petrus, & inter immundos computatus.

§. 2.

DE hoc igitur insigni opere à tota beatissima Trinitate effecto, dicitur Ecclesiæ, *Murenulas aureas faciemus tibi.* Murenulas vocat, quia licet tantum sit vnus Christus, & vna persona, plures tamen continet naturas in illa vnitas, scilicet diuinitatem, animam, carnem & sanguinem, &c. Et faciemus inquit, *Tibi:* quia propter te, seu propter nos homines factus est Deus homo, propter nos vermiculatus est Christus, humiliatus & spinis punctus, stigmatibus flagellorum & clauorum exaratus. Propter nos ornamentum sibi confecit ex insigni charitate, & obedientia, ex pudicitia, & humilitate, reliquisque virtutibus, perforans sibi aures, vnde penderent inaures aureæ per- C fectissimæ obedientiæ, circundans collum suũ torque diuinæ legis, quam omnibus aliis præposuit. Cuncta autem hæc in hunc finem destinauit, vt esset nobis sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio, ac preciosissimum vniuscuiusque animæ ornamentum, & iuxta va-
Isa. 18. v. 5. ticinium Isaiæ, *Corona gloriæ & sertum exultationis,* quo nullum preciosius, pulchrius, aut iucundius posset inueniri.

Huius igitur preciosissimi ornamenti; quod Christus est, exemplar intuentes, curemus & nos aliud simile nobis impetrare, imo iuxta vires etiam efficere. Faciamus catenulas aureas ex plurimis actibus charitatis erga Deum, & proximos, etiam inimicos, debito ordine compactas. Vermiculemus eas punctis argenteis reliquarum virtutum, plurimis humilitatis actibus interiectis, ornemus illis collum, muniamus pectus, perficiamus aures, vt coram ipso pulchri, & grati simus. D

Intuere iustorũ insignium cætũ, quos Christus Dominus ad sui similitudinem efformauit, vt seipsum ac corpus suum mysticum, quod est Ecclesia, pulcherrime exornaret, & inuenies tot murenulas aureas vermiculatas argẽto, quot sunt Sanctorum ordines, videlicet Apostoli,
Ps. 44. v. 10. Prophetæ, Martyres, Doctores, Pontifices, Sacerdotes, Monachi, Virgines, & Confessores omnes, quibus maxime ornatur Ecclesia, & tanquam regina stat à dextris Christi in vestitu *Ps. 44.* deaurato, circundata varietate, & quasi sponsa ornata monilibus suis. Omnes autem Sancti qui Ecclesiam ornant, auro charitatis, & argento puritatis, ac sapientiæ fulgent, & catenulas sibi preciosas fecerunt ex virtutibus commemoratis cõtextas, maxime ex illis octo quas Christus Dominus in sermone habito in mon- *Mat.* te contexuit; quæ quidem aureæ sunt argento vermiculatæ. Quia singulis connectit præmia conuenientia, quibus maxime condecorantur. Quid enim est, *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum?* nisi murenula aurea ex pluribus actibus, & affectibus voluntariæ paupertatis amore Christi susceptæ, sed elaborata & exculpta præmio regni cælorum, quod instar argenti in illo auro inclusi illam reddit splendidiorem. Dicitur vero vermiculata per partes minutas argenti, quoniam præmia ista non obtinentur in hac vita cum omni sua amplitudine, sed minutatim gustando dumtaxat guttulas & particulas minutas eorum, donec in patria plene & copiose possideantur.

Qua ratione hæc ornamenta maxime congruant religiosis. §. 3.

EX his quæ hactenus diximus circa quatuor *Quatuor* similitudines, quibus Ecclesiæ pulchritudo *re...* commẽdatur, deducere possumus quatuor in- *insig.* signia religiosi status, cui congrue valde adaptãtur, vt fere iam superius attigimus cum de singulis egimus. Etenim cum religio sit ordinata multorum acies sub vno duce, & prælato ad *Exhor.* eiusdem instituti obseruantiam destinata, me- *§. 1.* rito comparatur equitatui Dei, qui currus Pharaonis mundique pompas demergit, ac de illo triumphat. Rursus cum perpetuam colat casti- *Exhor.* tatem, non solum intus, sed foris modestia, temperantia, & verecundis moribus ornatam, apte assimilatur genis pulchris sicut turturis. Deinde *Exhor. 1.* cum promptam profiteatur obedientiam, & *4.* subiectionem ad portandum iugum euangelicæ perfectionis, propriæ regulæ ac instituto commensuratæ, congrue confertur collo monilibus ornato. Quia denique voluntariam assumit spiritus paupertatem, & humilitatem cordis, & non ex necessitate, sed ex charitate preciosa mundi contemnit & vilissima quæque sibi eligit, recte comparatur murenulis aureis argento punctis vermiculatis. In iis autem quatuor similitudinibus simul commendatur vnio, concordia, & conformitas, quæ maxime viget in religionibus, à qua earum pendet conseruatio, incrementum, & perfectio. Equitatus enim sine equitum vnione non subsistit: genæ vero maxime sunt similes, & naturali quadam gaudent proportione. Monilia autem, & murenulæ ex artificio propriam habent connexionem, & argentum in opere vermiculato valde inseritur, & connectitur auro: sic religiosi ad inuicem vniuntur, & mutua cõcordia gaudent, charitateq; fraterna proficiunt, & Ecclesiam ædificant.

Sed peculiariter quę murenulæ istæ indicant religiosis aptemus, vt hunc statum mirabiliter esse Deo gratum, angelis speciosum, & hominibus

bus valde amandum demonstremus. Loquitur enim Christus ad Ecclesiam: quia collum tuum est sicut monilia, & valde ornatum ex voluntaria subiectione ad meam legem, & præcepta custodienda, amplius illud ornari volo; ideoq; *murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.* Id est quemdam statum instituam qui sit preciosissimum ornamentum colli tui, nimirum religionem, cuius tria vota paupertatis, castitatis, & obedientiæ, tres sunt murenulæ aureæ, tres catenæ, & torques valde preciosi maximo Dei amore fulgentes, quibus valde exornatur col- (Exhor. 27. §.4.) lum, quod diuinæ legis iugũ portat, vt supra vidimus. Has murenulas aureas ipse Christus facit, quia ipse hæc vota instituit, ipse inspirat vt fiant, & iuuat vt impleantur; sunt tamen vermiculatæ punctis argẽteis. Id est regulis ex Euan- B gelio, & verbis diuinis deceptis, quæ minima quæque præscribunt ad votorum integram obseruantiam congruentia. Quas etsi Christus ipse etiam faciat, per quem conditores legum iusta decernunt, tamen ipsarum religionum Patriarchis & fundatoribus ad eas cõdendas vsus est, & ideo ait: *Faciemus tibi.* Quicumque igitur ex sæculo vocatur ad religionem, his murenulis ornare debet collum suum; factæ enim dicuntur, Tibi, id est, vt tu ipse assumas & collo tuo imponas, eis orneris, ac de illis glorieris, obseruãs vota, custodiens regulas quantumuis sint minime, & minima præcipere videantur, nam inde pulchritudo religiosæ vitæ procedit. Sicut enim opus vermiculatum si ab eo auferas aliqua puncta argenti, minus pulchrum manet; sic qui minimas regulas contemnit, imperfectus est, & dum murenulas deturpat, forte confringit, & preciosum ornamentum perdit, qui autem etiam minima custodit splendidissimas murenulas retinebit.

Hinc etiam constat cur sponsus non dixerit murenulam, sed *Murenulas aureas faciemus tibi*: C quoniam tria vota religiosa ita sunt connexa, vt vnum sine alio non inueniatur perfectum, nec ipsa vota sine regularum obseruantia. Si à religioso auferas paupertatem, peribit castitas & obedientia; si desit castimonia, frangetur paupertatis catenula, & torques obedientiæ; hæc si tollatur, cætera non subsistent. Si regulæ non obseruentur, nec custodientur vota. Vt liceat (Iac. 2.) hic dicere: *Qui offendit in vno, factus est omnium reus.* Nam facile ruit in omnia qui destruit vnum, a quo inuicem pendent singula. Si à naui vnam tabulam auferas, tota submergetur in mari: si à catena qua ligata & fixa tenetur, vnum annulum auferas, à ventis circumferetur. Ita etiam qui vnum voti vinculum soluit, & contemnit, facile corruet, & peribit. Memento quis fecerit tibi murenulas, vt æstimes illas. Nam quidquid à Deo tibi iniungitur, in tuum commodum or- D dinatur, & magnifaciendum est. Tibi ipsi noces, & Deo iniuriam facis; si vota & regulas vilipendis, nec effugies iram Dei, qui iuste preciosa aufert ornamenta ab iis qui abutuntur illis, cõgrua illis adiiciens supplicia; sicut scriptum est: (Is. 3. v. 18.) *In illa die auferet Deus ornamenta calceamentorum, & torques, & monilia, & armillas, & murenulas, & olfactoriola, & inaures, &c. Et erit pro suaui odore fœtor, pro zona funiculus, pro crispanti crine caluitium, pro fascia cilicium.* Magnifaciamus ergo murenu-

A las, vt in dies Christus nostra cooperatione, & gratia sua perficiat illas.

Sed vlterius, quia collum, & guttur ad loquendum deseruit vt supra diximus, per murenulas aureas vermiculatas argento ad ornatum colli destinatas, duplex orationis genus intelligitur: nempe mentalis, & vocalis. Quasi aurum est mentalis oratio & contemplatio, quæ affectibus charitatis valde splendet; vocalis autem apte punctis, & distinctionibus argenti assimilatur, per quam canuntur Dei laudes in hymnis, psalmis & canticis. Maximum ergo religionis ornamentum est orationis mentalis studium cũ vocali etiam intellectum: ita tamen quod illa præferatur tanquam preciosior, & quia fundamentum est alterius, sicut aurum punctorum B argenti; vtraque tamen est necessaria, quia mente & ore oportet laudare Deum, à quo animam & corpus recipimus, & ideo Paulus ait, *Orabo spiritu orabo & mente.* (1. Cor. 14. v. 15) 2.

3. Sed adhuc preciosius forte ornamẽtum quibusdam religionibus est superadditum, quæ vitam contemplatiuã in Dei dilectione consistentem, cum actiua quæ proximorum saluti procurandæ incumbit, sedulo coniungunt, quasi aurum charitatis miscentes cum argento prædicationis: vnde fiunt murenulæ aureæ vermiculatæ illo argento, de quo dicitur: *Esquia Domini casta argentum igne examinatum.* Sed de hoc in Exhortatione sequenti. (Psal. 11. v. 7. in §. 4.) Vtinam qui religionem profitemur has murenulas nobis factas agnoscentes, ita magnifaciamus, vt illis ornari, quotidie propriis actibus ex Dei gratia eas amplius elaboremus, vt in cælesti patria alias gloriosiores, & pulchriores recipiamus.

De duplici beatitudine iustis promissa per huiusmodi verba. §.3.

C ETENIM promissionem istam etiam existimo referendam ad Ecclesiam triumphantem cælestem Ierusalem, quæ est vxor agni & sponsa ornata viro suo, eo potissime ornamento quod (Apoc. 21. v. 2.) hic promittitur. Loquuntur autem tres diuinæ personæ ad Ecclesiam militantem, & ad quamlibet piam animam in hunc modum. Quia assimilata es equitatui meo, viriliter dimicans contra omnes hostes tuos; & quia genæ tuæ fuerunt sicut turtur gemens propria peccata, & puritatem ardenter colens; & insuper quia collum tuum fuit sicut monilia prompte legis meæ portãs iugum, propter hoc: *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argẽto.* (Lib. 1. Exhort. 17.) Quibus verbis duplicem ei promittit beatitudinem, quam theologi vocant essentialem, & accidentalem, animæ & corporis, quarum supra mẽtionem fecimus. Prior tribus completur aureis murenulis, quæ animæ D gloriosæ dotes nũcupari solent, videlicet visione clara Dei, vt est vnus & trinus, amore beatifico ipsius, vt est summũ bonum, & fruitione, seu delectatione & gaudio de huiusmodi boni perpetua & secura possessione: quibus murenulis beata anima ineffabiliter ornatur, locupletatur, satiatur & summis bonis repletur. Oẽs vero sunt aureæ, quia nihil eis preciosius inueniri potest, vnde & cælestis Ierusalem; *Platea dicitur aurum mundum tanquam vitrum perlucidum.* (Apo. 21. v. 21.) Sunt autem vermiculatæ argẽto propter gloriam corporis,

A quæ quatuor comprehẽdit dotes, nimirum claritatem, incorruptionem, agilitatem & subtilitatem, quibus beatum corpus pulcherrimũ est & splendidissimum, cuius beatitudo maxime splendescere facit animæ felicitatem, sicut per vermiculationem argenteam valde condecoratur murenula aurea. Ad hæc etiam argenti puncta pertinent beatitudines accidentales, nempe nouæ reuelationes & gaudia, quæ beatis in dies accrescunt: & etiam laureolæ, maxime tres insigniores, quæ correspondent tribus sanctorum præclarioribus ordinibus, qui per tres appositas similitudines apte repræsentantur. Martyres enim sunt præcipui equitatus Dei contra tyrannos, & principes pro fide certãtes, quibus datur aurea murenula beatitudinis essentialis vermiculata argento per laureolam martyrij: virgines
B sunt genæ pulchræ sicut turturis, quibus exhibetur virginitatis laureola: doctores autem sunt collum velut monilia, quibus præstatur laureola magisterij, qua fulgent sicut aurea murenola argento tessellata, imo sicut stellæ in perpetuas æternitates. Omnibus denique datur alia pretiosissima murenula aurea argẽto vermiculata, scilicet visio & fruitio gloriosissimæ humanitatis Christi Verbo diuino unitæ, quę omnium cõplet desideria, & integram reddit fælicitatem. En magnificã promissionem Patris, Filii & Spiritus sancti, quam cuilibet animæ præstat, & tibi etiam: nam ideo ait: *Faciemus tibi*, vt te exhortetur & prouocet ad id quod rectum est: vt curea fortem esse Dei equitatum, nec pugnare cesses contra hostes, donec vincas, vt pudicitiam colas, sic vt turtur & collum tuum iugo legis subiicias, inclinando cor tuum ad faciẽdas iustificationes Dei, saltem propter retributionẽ. Quanto autem amplius, & perfectius in Dei obsequio laboraueris, tanto preciosiores recipies murenulas, & gloriosiores coronas gloriæ in secula seculorum. Amen.
C

EXHORTATIO XXX.

Pro eodẽ Festo omnium Sanctorum & pro quauis parãbola Euãgelii & pro doctoribus.

De variis & preciosis similitudinibus quæ deseruiunt ad perfectam Dei cognitionem & contemplationem: & de coniunctione charitatis cum scientia, & gratia loquendi, quæ necessaria est Ecclesiæ Doctoribus.

Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.

Lxx. Similitudines auri faciemus tibi cum distinctionibus argenti, quoadusque rex sit in accubitu suo.

D VERSIONEM Lxx. interpretum, quæ celebris est apud sãctos Patres & doctores antiquos circa hunc locũ interpretari aggrediemur, quia iucunda, & vtilia valde continet documenta. Coniunguntur autem hũc versum cum parte versus sequentis in hunc modum: *Similitudines auri faciemus tibi cum distinctionibus argenti, quoadusque rex sit in accubitu suo.* Quia vero complures sunt horum verborũ interpretationes, breuiter præmittemus duas quæ connectuntur supradictis,

A vt ad aliam celebriorem deueniamus. Plures tamen patres hæc verba dicta existimauit a sodalibus sponsi, siue angelis, siue hominibus Christi ministris, vel forte potius ab ipso spõso, qui per ministerium sodalium hæc se facturum dicit.

De quibusdam insignioribus virtutibus, quibus magis ornatur anima. §. 1.

ET quidem D. Ambrosius satis insinuat similitudines auri esse virtutes elaboratas, & efformatas ad similitudinem auri, quod per ignẽ probatur, purgatur, & perficitur, quæ sunt multo sublimiores & pulchriores aliis. Duplex enim est nobis virtutis materia, & binum eius exercitium: alterum quod sponte assumimus, nullo
B nos cogente, vel molestiam inferente; cuiusmodi sunt paupertas voluntaria, castitas, abstinentia, ieiunium, eleemosyna, & reliquæ eiusdem rationis. Alterum vero est quod ex alterius arbitrio citra nostram voluntatem obiicitur, sed voluntarie per patientiam acceptatur, ad quod spectant ignominiæ, dolores, persecutiones, ægritudines, & cætera quæ ex Dei iusta ordinatione vel ex malitia dæmonum, aut persecutorum nobis obueniunt: de quibus dixit Ecclesiasticus: *Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe, in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe: quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis.* Huiusmodi autem virtutes tanto sunt aliis pulchriores & preciosiores, quanto minus habent admixtum propriæ voluntatis, & ex purissimo Dei amore, & propter ipsum exercẽtur. Vnde Christus Dominus in catalogo virtutũ, quem fecit in sermone habito in mõte, post paupertatẽ spiritus misericordiam, & alias, in octauo loco supremam collocaus ait: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.* Patientia n. in huiusmodi persecu-
C tionibus opus perfectũ & consummatũ habet. Cum igitur sponsus animam commendauerit à pulchritudine genarũ, & colli, per quæ virtutes primi generis designãtur, cupiens eã ad altiores virtutes euehere, ait illi; *Similitudines auri faciemus tibi*; id est pulchriores virtutes tibi restant acquirendæ, quas ego tibi aptabo, illas videlicet, quibus ad similitudinẽ auri in fornace fias purior, & splendidior, quoadusq; ego qui rex sum cæli & terræ veniã in accubitu meo ad iudicandum mundum, vt possessionem regni mei accipiam, & quia hoc distincte docet sacra Scriptura ex dictis, & gestis prophetarum, & sanctorum quorũ probationes, & tribulationes in ea referuntur: ideo addidit cum distinctionibus argenti, id est cum notitiis vel p notitias desumptas ex verbis Dei, quæ sunt velut argẽtum igne examinatum, purgatum terra, purgatum septuplum. Hæc o-
D mnia his verbis licet minus perspicuis complectitur Diuus Ambrosius: Ex his (inquit) quæ in lege sunt & pphetis mediocriter ante crediderant gloriam Iesu. Sed hęreditas eius diffusa per populos, quo frequẽtius examinata, eo amplius est probata: crebræ enim persecutiones Ecclesię iustorum nobis titulos martyrii victores ediderunt. Itaque sicut aurum bonum, ita Ecclesia cum vritur, detrimenta non sentit, sed magis fulgor eius augetur, donec Christus veniat in regnum suum, & reclinet caput suum in Ecclesiæ fide,

Ser. 1 in ... (margin)
Eccl. 2. 4.
10.
Cant. 1. v.
Psal. 11. (margin)

„ stræ de qui[illegible] ouem [illegible] ad oues perditas [illegible] A
„ non habebat [illegible] capitulum [illegible]. Hæc D.
„ Ambrosius lato [illegible] sinuans has similitudines au-
„ si potissime resplendesse in martyribus: de qui-
bus canit Ecclesia. *Tanquam aurū in fornace proba-uit illos.* Hinc fit non inepte hæc verba sicut de murenulis diximus ad calcē Exhortationis præcedentis, accommodari posse omnibus ordinibus iustorum, qui similitudines sunt auri cū distinctionibus argēti: quoniam imagines & similitudines sunt Dei, variis gratiarum donis elaboratę. Sed aptius similitudines auri virtutes repræsentant heroicas, quibus anima simillima fit Deo & [illegible]igna vt sit thronus eius, in quo ipse requiescat, & tanquam in accubitu suo. Oportet enim vt testatur D. Dionysius, simillimū esse Deo eum qui cum ipso colloqui, & frequenter conuersari debet. Cum igitur sponsus ad hanc [illegible]unem communicationem cum ipso euehere sponsam vellet, postquam illam assimilauerat suo equitatui, & laudauerat genas, ac collū, virtutesque per has partes repræsentatas, atq; adhuc sublimiorem tibi viam ostendam, & similitudines perfectiores auri meæ diuinitatis præbebo, vt sis perfecta sicut Pater cęlestis perfectus est, & ampliorum donorum ipsius capacior fias. Erunt tamen hæ similitudines auri cum distinctionibus argenti, quia semper minora iungenda sunt [illegible]ioribus, & hæc oportet facere, ac illā non omittere. Vtinam sic virtutibus acquirendis insistamus, vt in operibus vitæ actiuæ consummati ad altissima vitæ contemplatiuæ operis culmina mereamur, de quibus potissime in ijs verbis sit sermo.

Ps. 1. v. 6

Epist. 6. ad Demophi-lum.

De similitudinibus & parabolis vtriusque testamenti. §. 2.

AGGREDIAMVR ergo subtiliorem horum verborum interpretationem cum Origene, D. Gregorio Nysseno, & melius cum D. Augustino, qui discrimen statuunt inter similitudinem auri, & aurum verum. Hoc ipsa est diuinitas, quæ omnibus alijs rebus præeminet, & sapientia, seu lumen illud clarum, quo Deus cognoscitur, & videtur in seipso, & in accubitu gloriæ suæ non per ænigmata, sed facie ad faciem: similitudines vero auri omnia illa sunt, quæ in hoc sæculo ducūt nos in cognitionem Dei, quasi per speculum, & in ænigmate. Sunt tamen cum partis distinctionibus argenti, quia siue similitudines naturalium, siue parabolæ, & figuræ, ac verba ipsa sacrę Scripturę per partes minores arcana diuinitatis nobis manifestant, & quidquid indicāt est instar pūcti respectu eius, quod Deus comprehendit: quales autem sint huiusmodi similitudines inductione quadam manifestabimus.

C

1. Cor. 13.

Et in primis si ad ea quæ in veteri Testamento [illegible] sunt, oculos conuertas, inuenies similitudines auri fuisse cuncta quæ antiquis patribus eueniebāt dicente Paulo, quod omnia in figura D contingebant illis. Fecit autem Deus, aut per seipsum, aut Angelorum, vel Prophetarum ministerio, illas similitudines, vt per illas antiqui iusti in Dei & Messiæ venturi cognitionem deuenirent. Sunt tamen cum distinctionibus argenti, nam quædam magis distincte repræsentāt Christi

1. Cor. 10. v. 11.

A stum [illegible] passionem, & natiuitatem, [illegible] eius prædicationem, & miracula, aliæ eius mortem, & passionem, vel resurrectionem, vel alias partes mysteriorum humanitatis eius, quæ per argentum significari diximus. Nonne similitudines auri vetusculæ argento fuerunt scala Iacob, rubus ardens incombustus, agnus paschalis, manna de cælo, petra fontem aquæ producens, & his similia? Nunquid non angeli aureas fabricauerunt similitudines, quibus prophetis reuelabant arcana Dei, & quæ de Christo erant futura? Et quid aliud portendunt Seraphini sex alis præditi, quos vidit Isaias, & Cherubini, seu quatuor prodigiosa animalia, quæ intuitus est Ezechiel, in quorum medio erat similitudo filij hominis, in specie electri, ex auro, argentoque conflati? Dicebant ergo Angeli Ecclesiæ antiquæ: *Similitudines auri faciemus tibi cum distinctionibus argenti:* quibus venias in cognitionem sponsi quem amas, & Messiæ quem expectas, quousque ipse rex veniat, & sit in accubitu suo, quem delegit in terris. Has autem similitudines nobis proponit Scriptura sacra, vt illas profunde meditantes, distinctius, & iucundius diuina mysteria percipiamus.

Isai. 6.

B

Sed rursus postquam Christus Dominus venit in mundum, & cœpit doctrinam suam populis prædicare, fere in singulis concionibus faciebat *illas similitudines auri cum distinctionibus argenti*, sicut testatus Diuus Matthæus dicens: *Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas, & sine parabolis non loquebatur eis, vt impleretur quod dictum erat per prophetam: aperiam in parabolis os meum: eructabo abscondita a constitutione mundi.* Proponebat enim turbis arcana mysteria regni Dei in parabolis, figuris, & similitudinibus variis, per quas manu ducebat ad illa percipienda, quę cum inuisibilia sint, spiritualia & valde sublimia, vix à nobis possunt capi, nisi per rerum visibilium & corporalium similitudines, & imagines. Vnde crebro dicebat; simile est regnum cælorum thesauro abscondito, precioso margaritis, sagenæ missæ in mare, homini facienti cœnam magnam, &c. Quæ omnia similitudines erant auri, id est regni cælestis inuisibilis, & æterni, ac immensæ potentiæ, & maiestatis regis illius: cum distinctionibus tamen argenti: quia in singulis aliquid magis distincte declarabatur illius regni; & clariorem illius regni notitiam illius præbebat; nec enim vna similitudo sufficiens erat ad omnia declaranda, & ideo plures adhibebātur; sed omnes erant sicut minutæ partes argenti, & instar puncti: quia minimum est quidquid de illo regno hic dici potest, & parabolis explicari. Nec enim ocul⁹ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit sublimitas regni, quod præparauit Deus diligētibus se. Quamuis autem parabolæ istæ proponerētur à Christo, vt huiusmodi sublimia mysteria tecta, & occulta manerent incredulis & indignis: quia non decebat sanctum dare canibus, nec margaritas proijcere ante porcos, vt conculcarent eas; tamen per easdem parabolas aperiebat, & declarabat eadem mysteria discipulis suis: quibus dixit: *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant.* Vobis quidem quia fecuti estis me, & credidistis verbis meis, cupitisque

2.

Mat. 13. v. 14.

C

Mat. 7. v. 6

Luc. 8. v. 10.
Mat. 13. v. 10.

D

diuina mysteria nosse, manifestabo illa distinctè A
vnde & seorsum sigillatim parabolas illis expla-
nabat: cæteris autem qui duri sunt corde, quos
propria excæcat malitia, parabolę manebũt ab-
sconditæ, vt quod sonant audiant; sed quod cõ-
tinent non intelligant. Propter Ecclesiam igi-
tur nostram quæ Christi fida est sponsa, dictum
est: *Similitudines auri faciemus tibi:* tibi inquã quæ
iam eruta es ab Ægyptiaca, & diabolica seruitu-
te; tibi quæ fidelis es & obediens, ac cælestia
mysteria intelligere concupiscis, has similitudi-
2.Cor.3.v.18. nes proponam, *Cum distinctionibus argenti* seu ar-
genteis, id est cum perspicuis, dilucidis, & splen-
didis declarationibus, ita vt nihil te lateat, nihil
confuse tantum percipias, sed distinctè & per-
spicue. Quia iam non per velamen, sed reuelata
facie gloriam Domini speculaberis à claritate in
claritatem. Fides enim nostra respectu antiquæ,
quæ nimis confusa & abstrusa erat, clara dicitur, B
& perspicua. Vnde antiquæ Ecclesię promissum
est: *Faciemus tibi similitudines auri cum distinctio-
nibus argenti*, sed Ecclesiæ nouæ iam datæ sunt
hæ similitudines, & parabolæ, distinctè satis e-
nucleatæ, ideoque nobis potius incumbit eas
meditari, & scrutari, vt in clariorem diuinorum
mysteriorum cognitionem ascendamus. Nam
Ecc.39.v.2 de sapiente viro dicitur quod, *In versutias para-
bolarum introibit, & occulta prouerbiorum exquiret,
& in absconditis parabolarum conuersabitur.* Aliud
enim parabola sonat foris, & aliud mysterium
latet intus: in hoc introeundum, hoc exquiren-
dum & scrutandum, velut qui frangit nucem, vt
medullam educat, qua vescatur. Nam vt inquit
Lib.1.de Trinit. D. Hilarius, sermo Dei plus significationis in-
trospectus sensu continet, quam exceptus au-
ditu.

De internis similitudinibus à Deo effectis ad contemplationem diuinorum mysteriorum. §. 3.

EX iis ergo similitudinibus & parabolis ex-
terius propositis ad internas quæ fiunt intra
animam scalam faciamus, de quibus videntur
propriius intelligenda verba ista; *Similitudines
auri faciemus tibi cum distinctionibus argenti*, donum
enim contemplationis supernaturale crebrius
conceditur electis, sub quibusdam similitudini-
bus, vel ab ipso Deo, aut ab angelis efformatis
in facultate imaginatiua animæ, illustrãdo mẽ-
tem diuino quodam lumine, vt in illis, velut in
speculis cognoscat diuina mysteria per eas rep̃-
sentata. Alioqui parum prodesset D. Ioanni vi-
disse sub his similitudinibus agnum stantẽ qua-
si occisum, & aperientem librũ, & quatuor pro-
digiosa animalia, & reliqua simulachra, quæ in
Apocalypsi sunt ei ostensa, nisi à Deo illustrare-
Da.10.v.1 tur, vt ea quæ repræsentabant intelligeret: *Intel-
ligentia enim opus est in visione*, vt dixit Daniel. Sic
igitur contemplantibus Deum tribui solent hu-
iusmodi similitudines cum earum intelligentia
distincta, & perspicua, quę per distinctiones ar- D
Serm 41.in Cant. genti designatur, quas sic explicat D. Bernardus.
Hoc non puto esse aliud quam texere quasdam
„ spirituales similitudines, & in ipsis purissima di-
„ uinæ sapiẽtiæ sensa animæ contemplantis con-
„ spectibus importari, vt videat saltem per specu-
„ lum in ænigmate, quod nõdum facie ad faciem

A valet vllatenus intueri, diuina sunt, & nisi experi- „
tis prorsus incognita quæ afflamus. Cũ enim di- „
uinius aliquid raptim, & veluti in velocitate c „
rusci luminis interluxerit menti spiritu exced- „
ti, siue ad temperamentum nimii splendoris, si- „
ue ad doctrinæ vsum cõtinuo (nescio vnde) ad- „
sunt imaginatoriæ quædam terrenorum inferiorum „
similitudines infusis diuinitus sensis accommo- „
datæ, quibus quodammodo adumbratus purissimus „
simus ille, ac splendidissimus veritatis radius, „
& ipsi animæ tolerabilior fiat, & quibus com- „
municare illum voluerit, capabilior. Hæc D. „
Bernardus expertus docet, affirmãs ad duobus
similitudines deseruire, tum vt mẽs diuina per-
cipiat; tum vt aliis melius explicare valeat. Di-
uersa n. gratia est arcana Dei intelligere, & verbis
ea congruenter posse aliis manifestare. Licet au-
tem contemplatio illa, quæ puro fit intellectua-
B li lumine his imaginibus denudato, vt inquit D.
Thomas, sublimior fit, ac visioni beatificæ pro-
pinquior, sed quæ in ea intelliguntur sub quadã 1.2.
diuinitatis abysso, & caligine occulta manent, art.1.
vixque verbis explicari possunt, nisi huiusmodi
similitudines infundantur, quæ modum expli-
candi aptum conferunt.

Sed quia similitudines istæ res viuas repræsẽ- 1.
tant, oportet aduertere multum ab ipsis rebus
veris differre, sicut similitudines auri, à vero au-
ro. Quod clarius patet, quando res visa repræ-
sentatur sub alio statu, & modo quam nunc ha-
bet in seipsa. Cuiusmodi sunt omnes internæ Not.
imagines Christi infantis, aut crucifixi, aut re-
gio habitu, & diademate coronati, quæ omnia
constat modo nõ esse in Christi corpore, sed fi-
guras tantum esse status quẽ aliquando habuit,
vel indumenti depicti ad aliquid repræsentan-
dum, vel vt decẽter animæ repræsentetur. Qua-
re non est necesse quod ipsæ personæ illis simili-
tudinibus repræsentatæ, vere sint in illo loco,
vbi videri existimantur. Imagines enim internæ
C hanc vim naturalem habent, vt rem absentem
ita repræsenteut, ac si præsens esset. Sicut videre
licet in insomniis, licitum tamen est nunc vene-
rari, adorare & alios actus religionis & amoris
erga Christum sic repræsentatum exercere; quia
illæ similitudines licet non sint verus Christus,
tamen verum Christum repræsentant, & in me-
moriam reducunt, vt ad illius cognitionẽ, amo-
rem & cultum euehant.

Nec tamen repugnat quod ipsa persona visa
reuera etiam ibi adsit. Cum enim Angelus spiri-
tus sit, qui intra nos esse potest, & in nobis lo-
qui, vt Zacharias Propheta testatur, fieri potest Zac.1.9
vt aliquam sui similitudinem menti imprimat,
quæ illius gloriam, fortitudinem aut sapiẽtiam
repræsentet: ibique adest, vbi per imaginem il-
lam adesse figuratur. Idemq; de animabus bea-
torum dici potest: quia tamen modo proprium
corpus non habent, imagines istę earum corpo-
ra repræsentant, quæ vel habuerunt in hoc sæ-
culo, vel in resurrectione sunt habituræ. Cum
D autem corpora Angelorum repræsentantur, eo-
dem lumine dignoscitur, non vera esse sed con-
ficta, & extrinsecus ad aliquid significandum
assumpta.

Cæterum cum Christus Dominus, (& idem
est de beatissima eius matre) verum corpus ha-
beat in cælo, idem ipsum per has similitudines
repræ-

... repræsentari & videri non repugnat. An vero etc. ... Christus, vt homo, in illis locis vbi dile... sus, per has internas similitudines se manifestat, ipse solus nouit. Tamē sicut modo manens in cælo, est tamen in infinitis mundi partibus in sa. tamento Eucharistiæ; ita nō repugnat quin ... alicui se manifestat in terra, ibi ... tanquam Deus & homo cum amico suo familiariter conuersans, absque eo quod desinat esse in cælo, quoniam eosdem effectus internos possit efficere, siue ... corpus sit præsens, siue absens. Nobis tamen sat est scire quod vt Verbum Dei ... Deus verus est, ibi & vbiq; adest. Oportet tamen hæc breuiter attigisse propter eos, qui simul ... apparitiones & visiones expetiunt, vel ... dirigunt circa illas. De hoc autem inferius erit sermo.

Dubium 3. ... præter has similitudines rerum viuentiū, quæ ... iunt, & quasi miraculosæ, aliæ dantur, crebrius contemplantibus, desumptæ quidem, ... ex ijs quæ in sacra Scriptura passim referuntur, vel ex ipsis creaturis, quę similitudine quędam sunt diuinitatis. Nam ex inspectione vel recordatione alicuius verbi diuini, vel creaturæ sensibilis, eleuari solet mens per Dei inspirationem, vel boni angeli suggestionem ad aliquid sublime contemplandum de creatore, vt cum audio ex euangelio: *Egō sum vitis, vos palmites*; vel video palmitem ex vite pendentem & botris refertum, illustratur mens ad contemplandum ... cui insiti sunt vniti; vt fructum copiosum ... fferant. Sunt autem hæ similitudines auri cum distinctionibus argenti, quia mirum est q̄ varios ex Dei illustratione sensus spirituales pariant, quam multiplices affectus virtutum excitent, & quam vtilia documenta proferant. Oēa tamen sunt quasi minutæ partes argenti, quia præ humilitate paruæ reputantur, vel potius paruam sui ipsius in cognoscente æstimationem generant. Hoc n. interest inter boni & mali spiritus suggestiones, quod mal^o dum aliquid cognitionis ingerit, inflat, & quod in se est patuū, suadet esse magnum, è contra vero bonus quanto clariorem tribuit cognitionem, tāto profundiorem confert animi humilitatem, vt omnem suam scientiam, quasi stillam vel guttulam reputet, dum diuinam contemplatur. Iste est contemplationis modus, & forma quæ sponsæ promittitur in hoc loco, & quam recepisse constat ex toto progressu huius cantici, in quo miris similitudinibus aureis, cum pulcherrimis argenti distinctionibus sui sponsi declarat insignes proprietates, & præcellentias, quas in contemplatione percepetat. Vnde mox incipit dicere: *Fasciculus myrrhæ & botrus Cypri dilectus meus mihi*, quā... vero, & quot mysteria sub his similitudinib. ... prehenderit, suo loco ostendemus. Nobis autem incumbit alienis laboribus proficere, & ... similitudinibus alijs infusis, vel in Scriptura relatis gradum facere ad diuina mysteria contemplanda; paratus enim est Deus illas iterum, & sæpius nobis mentis imprimere, vt illum sublimius valeamus cognoscere.

Pro doctoribus. *De ornatu charitatis & scientiæ, quod præstatur Doctoribus Ecclesiæ vt recte doceant.* §. 4.

1. SEd nunquid ornatus iste conceditur sponsæ propter ipsam solam, an etiam propter alios?

A Vtique & propter alios, quia non solum excitatur ad secretam contemplationem, sed etiam impellitur ad salutarē cum proximis communicationem, vt lucretur illos. Cum enim commendasset eius collum, quod vt prædiximus, ministerium docendi, aut eos qui illud munus gerunt, repræsentat, ad ornandum collum istud monilibus pretiosioribus, quam antea habebat ait: *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento*. Ac si diceret; collum tuum, ô sponsa, est sicut monilia, at deinceps volo, vt sit non sicut quæcunque monilia, sed sicut murenulæ aureæ, quas ego faciam tibi vermiculatas argento. Volo enim te non solum fulgere auro ingētis charitatis, sed etiam argento magnæ scientiæ, & sapientiæ, vt noueris quid, quomodo, & quando, ac quo affectu loquendum tibi sit de diuinis, & proximis tuis prodesse cures. Vide (inquit Bernardus) quomodo anima aliud capit, & aliud capit; nitenti enim ad contemplationis quietem, cum dicebat; *Indica mihi, vbi pascas, vbi cubes in meridie*, labor prædicationis imponitur; & sitienti sponsi præsentiam filiorum sponsi pariendorum, alendorumque solicitudo iniungitur. Serm. 41. in Cant.

B

2. Seruandus est tamen à doctoribus modus præscriptus in fabrica murenularum, quæ semper ex auro fiunt, argenti vero puncta, aut fila cum distinctione superaddunturquia duo sunt illis necessaria vt digne munus suum obeant, duobusque sunt talentis ditandi, videlicet catena omnium virtutum, in charitate, quæ est vinculum perfectionis, connexarum, & insuper ornatus scientiarum, & donum eloquentiæ, & gratiæ in loquendo, vt quæ docenda sunt, suadeant & apte proponant. Vtrumque autem est necessarium, sed multo magis charitas tanquam fundamentum, super quod, tanquam super aurum, superaddendum est argentum scientiæ. Alioqui nihil scientia & eloquentia illis proderit, & tanquam ædificium sine fundamento non permanebit. Iuxta illud D. Pauli, *Si linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniēs, & si habuero omnem scientiam, & nouerim mysteria omnia, charitatem autem non habuero, nihil sum*. Scientia enim sine charitate, etsi vera sit, tamen non est argentum solidū, sed reprobum, scoria peccati, & superbiæ infectum. Nam scientia inflat, charitas vero ædificat. Si ergo lingua doctoris, velut inquit Salomon, *Lingua iusti argentum electum*, seu ignitum, quia igne charitatis purgatur, & inflammatur, & quidquid scit, & loquitur, charitate præmunitur. 1. Cor. 13. v. 1. Ier. 8. v. 10. 1. Cor. 8. v. 1. Prou. 10. v. 20.

C

Hinc fit quod sicut in murenulis multo plus est auri quam argenti, nam substantia murenulę tota est ex auro, argenti vero tantum sunt particulæ minutæ illi insertæ: ita oportet doctores plus fulgere charitate & virtute, quā scientia & eloquentia: ex illa enim in hanc maior via & efficacia promanat. Vnde magis debent similes esse Seraphinis quam Cherubinis: illi enim etsi Cherubinos etiam in plenitudine scientiæ superent, tamen nomenclaturam sumunt non ex scientiæ abundātia, sed ex charitatis ardore. Vt quilibet instar Ioannis Baptistæ sit lucerna ardens, & lucens, pluris æstimans ardere dilectione, quam cognitione lucere. Ioh. 5. v. 35.

D

3. Præterea sicut argentum apponitur in minutas partes concisum, quæ non tegant totum aurum, sed suum flauum & splendentem colorem ostendere sinant: ita etiam sic insistendum est studio scientiæ acquirendæ, vel manifestandæ, vt non obruatur charitas & deuotio. Tunc enim argentum totum tegit aurum, ne appareat, quando curiosa auiditas sciendi, vel vana cupiditas docendi, & prædicandi suffocat, & extinguit charitatis, & deuotionis feruorem: & tanta mentis ariditate homo discit, aut docet, ac si nihil aliud intenderet, quam scite, & illuminate intellectum, nihil curando de affectu, & de inflammanda voluntate, cum tamen affectus amoris, scientiæ appetitui præferendus esset. Nam vt inquit D. Bernardus, id ardentius ediscendum est, quod efficacius est ad amorem: & id similiter docendum, quod ad eundem amorem excitare valeat, ad eumque finem vtrumque dirigendum, omni fine vano, ac terreno procul expulso.

Ser. 16. in Cant.

4. Vnde etiam murenulæ dicuntur vermiculatæ punctis argenti, vt intelligant litteratum studiosi, & doctores eum gradum humilitatis sibi potissime procurandum, qui circa ipsam scientiam & doctrinam versatur, vt humiles esse curent, & submissionis actus exerceant, non solum circa res externas, sed præcipue circa ipsas scientias, vt in eorum oculis quidquid scientiæ habent, sit instar puncti argenti, nec propter id vane extolli cupiant, sed potius omnibus se submittant. Et hunc humilitatis gradum, inquit D. Gregorius Nazianzenus, anteponendum esse alijs. Ille enim est heroice humilis, non qui vilem gestat habitum, vel alijs in externis actionibus se submittit; sed qui nouit iudiciũ propriũ abnegare, vt alijs submittat, alios se sapientiores prædicare, propriam ignorantiam ingenue fateri, ab alijs ediscere, de Deo modeste & mediocriter verba facere, ac ita alios docere vt seipsum docere videatur. Qui talis est murenulas habet omnium virtutum charitate fulgentes precioso vermiculo humilitatis elaboratas. Alioqui diceret illi Apostolus: *Qui se existimat aliquid scire, nondum cognouit quomodo oporteat eum scire.* Quia dum superbe præsumit se aliquid scire, ignorat modum sciendi, qui in humilitatis & charitatis affectu consistit.

Orat. 31. de modestia in disp. habenda.

1. Cor. 8. v. 2.

5. Præterea doctores sibi dictum existiment, *Similitudines auri faciemus tibi cum distinctionibus argenti*, vt sciant in docendo similitudinibus vti, quæ veræ sunt, aureæ, preciosæ, graues, ac Christiano doctore dignæ, sicut similitudines, quibus Christus Dominus vsus est, omnino respuẽs similitudines vanas, futiles, & inanes, quæ vanæ ostentationi magis, quam vtilitati deseruiunt. Nam super fundamentum preciosissimũ quod est Christus Iesus, & fides eius, ædificare oportet, vt ait D. Paulus, aurum, argentum, & lapides preciosos, non lignum, fœnum, & stipulam. Sit ergo omnis similitudo grauis & selecta, sicut aurum & argentum, quæ ad diuinitatem & humanitatem Christi decenter referri possit. Hæc autem proponatur *Cum distinctionibus argenti*, non tota simul, nec confuse, sed per partes, & distincte, vt capi valeat ab audientibus, & per quantum velit [illegible] proponatur; & [illegible] gratia & spiritu [illegible] lepore, vt eorum animos recreet & alliciat, veluti qui aurum elaborat punctis argenti, vt pulchrius appareat. Meminerint quidem Doctores illis dictum esse: *Vos estis sal terræ*, sal autẽ non est cibus hominis, sed condimentum cibi: ad doctores quidem pertinet cibos spirituales populo impertire, depromptos ex apothecis sacræ Scripturæ, & sanctorum Patrum in quibus veritates edocendæ quæ mentium refectioni continentur; ipsi tamen munus gerere salis debent, cibos condiendo ita disponendo, vt sapidi sint, & auide à populo percipiantur. Iuxta illud Pauli: *Sermo vester semper in gratia sale sit conditus*, vt gratum habens saporem libentius audiatur, & audientibus magis prosit. Sed hæc omnia enixe sunt a Deo petenda; cuius est has murenulas, & similitudines facere, quas sine dubio dabit seruis suis, quibus docendi munus commisit; nam illis sunt specialiter propositæ cũ dicitur *Faciemus tibi*, id est tibi, qui equitatus es meus ad pugnandum contra diabolum, & omnes hostes meos, tibi etiam, qui collum pulchrũ es Ecclesiæ, per quod ego loquor, & te eximie ornatum esse volo.

1. Cor. 3. v. 12.

Matth. 5. v. 13.

Ad Col. 4. v. 6.

Vltimam tamen addamus expositioné, quæ omnes complectitur: Nam vermiculatum opus varias solet continere effigies, & similitudines rerum, quæ proueniunt ex punctis, vel lineis argenti tessellato artificio, miro ordine auro interiectis. Et hæ vocantur *Similitudines auri cum distinctionibus argenti*: id est similitudines, & imagines ex auro varijs distinctionibus argenti elaborato. Ex Hebræa autem voce *Torim*: quæ turtures significat, verosimile est has similitudines fuisse turturis, aut columbæ, quæ ad nuptiales amores significandos apta erat: aut potius, vt significaretur has omnes similitudines columbam referre, & Spiritum sanctum per illam significatum; quia à Spiritu sancto cuncta ista dona procedunt. Vnde quæ hic vocantur similitudines auri, cum distinctionibus argenti, in Psalmo 67 dicuntur *Pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora eius in pallore auri*: vt intelligant tam doctores, quam omnes alij fideles, eas potissimum sibi quærendas esse similitudines, quæ à Spiritu sancto sunt auro charitatis & argenti candore fulgentes, per quas ad id peruenient, vt tandem similes omnino Deo fiant, videntes eum sicuti est in secula seculorum.

Vers. 11.

Psal. 67. v. 14.

Amen.

§(o)§

EXPOSITIONIS MORALIS IN CANTICVM CANTICORVM

LIBER QVARTVS.

DE MIRA PRAXI VITÆ CONTEMPLAtiuæ, & actiuæ vsque ad supremum vtriusque gradum.



VDIENS sponsa tam sublimem sui sponsi, ac magistri lectionem, tot encomija, & promissis condecoraram, vt gratã se illi exhibear, mox explicat qoid egerit, quidue agere decernat vt illi placeat, & opere exequatur quod didicit. Sponsus autem qui gratam aoimam & diuinæ gratię strenuam cooperatricem vehementer diligit, eam maioribus laudibus extollit, & cumulatioribus dooit, ac fauoribus iuuat, & ornat, donec euehit illam ad supremum contemplationis, & amoris Dei gradum in quo huius vitæ beatitudo sita est. quæ omnia argumentum erũt huius quarti libri, quem in tres partes dispartiemur. Prima erit de contemplanone Christi Domini in vtruque eius statu, passibili, & glorioso, & præclaris eius fructibus, circa illa verba: *Dum esset rex in accubitu, &c.* vsque ad finem capitis primi. Et licet idem argumentum prosequatur sacer textus in capite secundo qui incipit, *Ego flos campi, & lilium conuallium, &c.* vsq; ad illum versum, *Fructus eius dulcis gutturi meo.* Tamen maioris claritatis gratia, & vt nouum caput nouo tractatu incipiamus, circa illud erit secunda pars libri de singulari præcellentia Christi super cæteros homines, & sponsæ ipsius super cæteras animas, & de fructibus, quos hæc ex illo carpit. Tertia tandem erit de supremo gradu contemplationis, & amoris Dei, ad quem anima per Christum euehitur circa illud: *Introduxit me rex in cellam vinariam, &c.* vsque ad verba illa *Ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, quoad vsque ipsa velit.* Iucundissima autem est huius libri materia, in qua infinita Christi pulchritudo, & virtutes eius immensæ, miris depinguntur similitudinibus. nempe regis existentis in accubitu, fasciculi myrrhæ, botri Cypri, floris campi, lilij conuallium, & arboris mali: eorus fructus sunt eximia sponsæ pulchritudo, virtutes, & actus, qui egregijs similitudinibus etiam declarantur, scilicet nardi, oculi columbini, lectuli floridi, tignorum & laquearium ex cedro & cypresso, ac lilij inter spinas: ipsa vero sui amoris affectus grandiloquia, & flagrantibus insinuat verbis, quæ omnia in sequentibus patebunt.

A B C

PRIMA PARS Libri Quarti.

De contemplatione Christi Domini in vtroque eius statu paßibili & glorioso, & de præclaris eius fructibus.

TEXTVS.

Cum esset rex in accubitu suo nardus Vers. 11.
mea dedit odorem suum. Fasciculus Vers. 12.
B myrrhæ dilectus meus mihi, inter v-
bera mea commorabitur. Botrus Cy-
pri dilectus meus mihi in vineis En-
gaddi Ecce tu pulchra es amica mea. Vers. 13.
Ecce tu pulchra es: oculi tu colum- Vers. 14.
barum. Ecce tu pulcher es dilecte mi, Vers. 15.
& decorus. Lectulus noster floridus,
tigna domorum nostrorum cedrina,
laquearia nostra cypressina.

EXHORTATIO I.

De mysteriis quæ per septem Christi accubitus repræsentantur, & mira virtutum, quæ redolent fragrantia, ac de affectibus, & actibus exercendis in eorum contemplatione, præuia fide excitante illos. C

Pro Incarnatione vel Natiuitate, aut Passione, vel Eucharistia.

Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.

REx ille, de quo supradictũ erat, *Introduxit me rex in cubiculũ suũ*, conspicitur modo existẽs in ac-

in accubitu suo, id est in loco præparato, vel ad conuiuium, vel ad quiescendum, & tum nardus, seu nardinum vnguentum dedit odorem suum. Est autem nardus herba aromatica suauem odorem efflans, diuque retinens. Vim habet calefaciendi, & exiccandi, & antidotis mixta plures morbos sanat. Ex illa fit preciosum vnguentum odoratissimum, & maxime calidum; præcipue illud, quod ex spicis, in quas nardus desinit, conficitur; & nardi spicati preciosi a D. Marco vocatur, quo in conuiuijs olim conuiuæ vngi solebant; ex cuius etiam folijs coronæ fiebant in summo pretio habitæ. Quare symbolum est gratiæ ac virtutum ipsam comitantium; quæ animam spiritualiter vngunt & coronant, & famam boni odoris spargunt. Sed tunc maxime dicuntur suum spirare odorem, quando proprios affectus, & actus producunt. De hoc igitur inquit sponsa: *Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.* Quæ verba duplicem possunt habere sensum. Prior est de præclaris virtutibus ipsius sponsi, & regis in accubitu suo existentis, vbi vnguento nardino preciosissimo delibutus gratissimum spirabat odorem. Ipse autem Christus (vt notat Origenes & alij) à sponsa præ nimia amoris teneritudine vocatur nardus mea sicut statim vocatur fasciculus myrrhæ, & botrus Cypri. Quomodo etiam nũcupari solet vita mea, spes mea & gloria mea: sic modo dicit; sponsus, qui est nardus mea, dedit fragrantissimum odorem suum, cuius me fecit esse participem. Posterior vero sensus, & communior est, de virtutibus animæ contemplantis regem in accubitu suo; in cuius præsentia constituta nardus virtutum fragrantiores & ardentiores producit affectus. Vtrumque autem sensum prosequemur, qui cum præcedentibus hanc habet connexionem. Viderat sponsa regem in cellarijs suis (quo introducta est) accumbentem, vt illi conuiuium præpararet; perspexerat etiam etsi à longe, locum vbi cum ouibus suis pasceret, & cubaret in meridie; modo refert hæc duo nempe fragrantiam mirabilem sponsi, & virtutum ipsius; & deinde quid ipsa egerit, dum illum sic est contemplata.

Dioscorides lib. 1 c. 16.
Plin. lib. 12 c. 12.
Mar. 14. v. 13.
Hom. 2. ex quatuor. Theodoret. & alij.

De septemplici Christi accubitu & fragrantia virtutum eius. §. 1.

Triplex Christi conuiuiũ celeberrimum.

PRimo igitur explicandum est, qui sint isti regis accubitus, in quibus regiam suam ostendit maiestatem, & potentiam, vt conuiuium nobis paret, & nobiscum accumbat. Triplex autem est huiusmodi conuiuium. Primum spirituale, in quo apponuntur fidei arcana, & sacra mysteria, quæ Deus homo factus pro nobis operatus est. Secundum sacramentale, quod recumbens cum Apostolis suis in vltima cœna nobis instituit. Tertium cæleste, cum existens in gloria patris secum in mensa beatos sedere facit. Ad hos tres accubitus reliqui possunt reduci, sed claritatis gratia, septem numerabimus, qui sublimis contemplationis possunt esse materia, quorum in superioribus sub alijs metaphoris mentionem fecimus.

1. Sed quia ex ijs quæ Deus pro nobis in tempore fecit, ascendendum est ad contemplandum ea quæ ab æterno facere decreuit, primo considerare oportet vnigenitum Dei filium in sinu patris, tanquam in suo æterno accubitu residentem: vbi nardus eius, id est diuinitas quæ cum Patre & Spiritu sancto illi est communis, odores suos eminentissimos protulit: scilicet libera, & æterna decreta eorum; quæ circa salutem nostram operari disposuit. Cuiusmodi sunt decretum eleuandi homines ad visionem beatificam, & conferendi illis gratiam, virtutes supernaturales, & auxilia quibus illam consequerentur. Decretum item incarnationis, & passionis, ac cæterorum mysteriorum & operum, quæ Christus Dominus perfecit, vt nos redimeret, & ad gloriam perduceret. Etenim cum omnia hęc, vt iam peracta contemplamur, etiam consideranda sunt, vt ab æterno ab ipso Deo præordinata, vt magis elucescat nobis infinita eius charitas & misericordia, quæ ab æterno vsque in æternum protenditur, & nos hac sua æterna dilectione vehementer allicit ad eum semper, & vbique amandum, & pro acceptis beneficijs gratias agendum. Ex collatione etiam huius præcellentissimi accubitus cum alijs inferioribus, melius percipietur odoratissima fragrantia virtutum quæ est in singulis.

Secundus igitur accubitus cælestis regis, vt testatur D. Ambrosius, Cassiodorus, Beda & alij, fuit Virginis vterus, vbi Verbum caro factum est plenum gratiæ & veritatis, omnigenæq; virtutis. quæ in eodem instanti, instar nardi fragrantissimum efflauit odorem. Nardus charitatis tunc dedit odorem suum, cum patrem eminentissimo quodam amore dilexit, & propter ipsum homines tanquam fratres, eorumq; miserias subleuandas assumpsit. Nardus obedientiæ dedit etiam suum odorem; nam ingrediens mundum dixit: *Ecce venio vt faciam voluntatem tuã Deus*, & ad mortem crucis, vt patris mandatum impleret se libenter obtulit. Nardus humilitatis, & patientiæ etiam suum dedit odorem, dum non horruit virginis vterum, & proposito sibi gaudio ignominias & dolores crucis elegit, confusione contempta. In illo ergo triclinio Virginei vteri accumbens conuiuium spirituale, pro nuptijs, quas cum natura humana sibi vnita, vel cum vniuersa Ecclesia celebrabat, lautissimum fecit. In quo singulę virtutes suos proprios odores promebant, tanto rege non indignos. 2.

Ad Heb. 10 v. 9.

Exiens autem ex vtero Virgineo tertium accubitum elegit in præsepio, vbi nardus eius dedit odorem suum, non iam in occulto, sed in manifesto, ad cuius fragrantiam percipiendam, tum pastores, tum reges cito cursu properarũt. Pauperitas autem diuersorij, vilitas præsepij, infantiles panni, vagitus, lachrymulæ, sanguis in circumcisione effusus, odores erãt efflati à charitate & humilitate, quæ ibi dabant odorem suum, id est, illi infantili statui congruentem; efflarunt a vehementiorem, cum rex iste cælestis transiturus de hoc mundo ad patrem duriorem sibi elegit accubitum in cruce, & tandem in sepulchro: de hoc enim interpretantur hunc locum, Origenes, Diuus Hieronymus, Diuus Anselmus & alij. In cruce autem accumbens, nardus eius fragrantissimum omnium dedit odorem suum. Non enim charitas fragrantiorem potuit efflare odorem, quam pro suis inimicis orando, 3.

4.

Hom. 2. ex quatuor. Hom. 2. ex duabus lib. contra Iou. ... De hoc in Exhort. ...

orando, & crudelissimam mortem perferendo. A Nec obedientia, humilitas, & patientia amplius fragrare potuerunt quam in cruce, vbi facto corporeo alabastro nardini vnguenti tot tantisque confractionibus dolore & ignominia plenis, nardus totum suum exhalauit odorem, cuius fragrantia impleta est vniuersa domus Ecclesiæ, & quamuis non fuerit coronatus nardi floribus, sed spinis; spinæ tamen dederunt odorem nardi, immensam tanti regis humilitatem, & dilectionem propalantes. Vnde merito in hoc accubitu superpositus est titulus: *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum*: quia tanquam rex non terrenus, sed cælestis cælestium florum diademate erat coronatus, & ideo Nazianzenus, id est floridus, est dictus.

5. Ex hoc autem accubitu peracto nostræ redemptionis opere, elocto mundo perpetuum sibi elegit accubitum in cælo empyreo. De quo interpretantur hæc verba D. Augustinus, Gregorius, B & Bernard. Ibi autem nardus vtriusque naturæ, tam diuinæ quam humanæ iam glorificatæ emittit odorem suum tam stupendæ fragrantiæ, vt beatos in illo cælesti conuiuio mire recreet, reficiat, & satiet; ne qualis sit vllus scire potest, nisi qui accipit. Inde tamen odor Christi etiam peruenit ad terram nostram: eius enim odorea sunt omnes gratiæ, dona, virtutes, ac spirituales benedictiones, quæ propter ipsius merita nobis communicantur.

6. Sed quoniam accubitus iste nubes transcendit, & nostris est obtutibus absconditus, instituturm reliquit in terris venerandum Eucharistiæ Sacramentum, tanquam proprium accubitum, in quo vsque ad finem mūdi nobiscum permaneret, preciosissimum ac iuge sui corporis & sanguinis præbens conuiuium: quod memoriale esset spiritualis conuiuij, quod præcessit, & pignus eius, quod futurum est in gloria. In hoc a. C accubitu etiam nardus charitatis eius humilitatis, & obedientiæ, cæterarumque virtutum spirat odorem suum. Nam quæ fragrantior charitas, quam se ipsum præbere in cibum? quæ odoratior humilitas, quam ita se exinanire, vt regi velit accidentibus panis? Horum exemplorum odoribus nos confortat, & ad alios excellētiores, quos in communicantes effundit, nos disponit.

Etenim rex noster, vt D. Nyssenus, & Anselmus interpretantur, vltimum elegit accubitum in anima pia & sancta, intra quam requiescit per gratiam, sed vlterius ipse Christus corporaliter medio sacramēto etiam accubat in illa, vbi nardus hæc diuina etiam dat odorem suū, producens odoratissimos affectus amoris, & deuotionis, omnigenæque virtutis, iuxta recipientis dispositionem. Quos odores viri spirituales satis percipiunt, & illis attracti incredibilem huius sacramenti famem patiuntur, eoque satiari desiderant. Nam vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ, quia corporis odorem efflatum percipiunt.

Denique in quouis alio his simili accubitu mystico Christum Dominum consideres, siue in gremio, & brachijs matris suæ, siue in vlnis Simeonis, siue sedens in medio doctorum, vel in synagogis, aut montibus docens, siue in conuiuio Canæ Galilææ, vel Simonis Leprosi, aut quoties manducabat cum publicanis, & peccatoribus, semper, & vbique dabat odorem suum, i. odorem diuinitatis, sapientiæ, gratiæ, & virtutis, qua non solum lætificabat & confortabat corda, sed instruebat mentes, sanabat ægritudines, immutabat voluntates, & alios miros effectus producebat: per quos sicut nardus cognoscitur per suum odorem, dignoscebatur eius diuinitas & maiestas. Quare ex his septem accubitib. sum mopere à nobis exoptandus, & postulandus est vltimus, vt scilicet, anima nostra digna fiat accubitus Christi in quo det odorem suum, vt aliorum accubituū fructus percipere mereāmur.

De actibus virtutum exercendis circa hæc mysteria. §. 2.

Hinc igitur ad posteriorem sensum transeamus. Sponsa n. Christi contemplans illum in his locis accumbentem, prædictaque operantem mysteria, nec otiosa manet, nec ingrata, sed sponso suo similem se exhibere, patemque reddere cupiens, ait: *Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum*: i. cum intueor regem meum in suo accubitu in vtero virginis clausū, vel iacentem in præsepio, vel in cruce pendentem, vel in sacramento abscōditum, vel ad dexteram patris sedentem, tunc nardus omniū virtutum quas ab illo accepi, redolere maxime cæpit. Nardus charitatis dedit odorem suum, affectus vehementes dilectionis erga ipsum exercens, quia video illū hos accubitus elegisse propter me, & in illis existens immensū me amore prosequitur. Diligēs ergo diligentem me: redamabo eum qui me ita amauit, vt cum esset Deus in sinu patris, factus est homo propter me in vtero matris. Tunc etiam nardus humilitatis, & obedientiæ dedit odorem suum, efflans feruentes actus humiliationis, & subiectionis ad Deum, qui propter me humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: curaboque vt nardus mea talem emittat odorem, qualem emisit sua, vt in omnib. similis illi fiam. Nec tamen hæ virtutes solum producent internos actus, sed etiam externos coram hominibus, vt Christi bonus odor sim apud omnes, cunctique ipsum, & eius gratias, ac virtutes amplectantur. Nam vt inquit D. Greg. rege in accubitu posito nardus odorem dat, dū quiescente in sua beatitudine Domino, sanctorum virtus in Ecclesia magnæ nobis gratiam suauitatis administrat.

Sed ergo quęso, sponsa non ait, dedi illi nardū meam, aut ego nardo vncta, vel nardum gestans dedi odorem; sed simpliciter, *Nardus mea dedit odorem suum*? Quia videlicet Christus Dominus D exercitium virtutum per affectus, actus, & opera, à nobis exigit, & illis delectatur, sicut suauissimo floris, vel vnguenti odore delectari solemus. Et quamuis libera nostra voluntas hos actus efficiat, non eos attribuit illi, sed gratiæ Dei, & virtutibus ab eo infusis: ac si cum Dino Paulo diceret: *Plus omnibus laboraui, non ego sed gratia Dei mecum*. Sic non ego, sed charitas Dei mecum amat, obedientia Dei mecum obedit, & virtus Dei opera studiosa operatur. Qua phrasi fideles serui dixerunt Domino, *Mna tua fecit decem, aut quinque mnas*. Mna enim charitatis, & virtutis, quam dedisti mihi, fecit hos actus, & hunc

Cant. 1. 5.
Ps. 18.
Pro 15.
Psal. 42.
Cant. hom. 7.
Serm. 3. de Epiph.
Cant. hom. 5.
Matth. 24.
Luc. 2.
Ex Origen. Hom. 2. ex duabus.
2. Cor. 2. v. 15.
Li. 33. Mor. c. 13.
1. Cor. 15. v. 10.
Luc. 19. v. 16.

bone fructum tulit, sed serui dixerunt, Mna tua; A sponsa vero ait, nardus mea; quia virtus & Dei est, & nostra, quia in nobis existit, ab ipso Deo nobis infusa. Sed ipsa inquit dedit odorem, non meum, sed suum qui ab ipsa procedit, & ego per ipsam bonum hunc odorem emitto.

3. Sed subtilius hoc explicat pronomen *Suum*, quod ambiguum est in Hebræo, & referri potest tum ad nardum, tum ad regem, vt sensus sit: *Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem eius.* Scilicet odorem ipsius regis, seu nardi, qua ipse erat perunctus, vt Origenes interpretatur; eo quod omnes nostri affectus, & actus virtutum ab ipso Christo deriuantur, & eius virtute, ac meritis in nobis fiunt. Vnde magis sunt odores eius quam nostri. Sed quo modo cohærere potest, vt nardus det odorem alterius diuersi ab ipsa? Optime quidem. Cum n. odor nardi propriæ perueniret ad regem, qui multo magis odorifera nardo fragrabat, quando ad ipsam reuertitur, nardus non solum proprium dedit odorem, sed odorem, quem ab ipso rege desumpsit. Vt hinc discas omnes affectus, & actus tuos prius referre, & vnire similibus affectibus & actibus Christi Domini, & ita vnitos offerre patri æterno, cui gratissimi sunt. Quia non solum emittunt odorem suum, sed odorem Christi per quem illos obtulisti, sicut gratior est illa oratio, per quam aliquid petitur nomine Christi, quam si suppresso hoc nomine peteretur.

Hom. 2. ex quatuor & alis.

Apud Blosium frequens est hic modus offerendi à piis viris vsitatus.

Vnde etiam alius oritur sensus satis proficuus:
4. *Nardus mea dedit odorem eius.* Id est similem odori ipsius, vel quo ipse fragrabat. Omnes enim actus meos efficere curaui similes ijs, quos in eo contemplabar. Dilexi illum sicut ipse me diligebat; obediui, & humiliaui me sicut ipsum vidi obedientem, & humiliatum; & gloriam virtutum eius contemplans in eandem imaginem transformabar; & quidquid sanctitatis in eo intuebar, transfundebam in meipsam, vt ei omnino assimilarer. Quod adhuc sublimius obtinetur, si perpendamus alium latentem horum verborum sensum. Supponit sponsa regem dilectum suum fragrare odore myrrhæ celeberrimæ, vt colligitur ex subiunctis verbis, *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi.* Quid ergo est nardus mea dedit odorem eius, nisi dedit odorem myrrhæ desumptum ab eo, quo fragrabat ipse? ac si clarius diceret: cum Christum intueor in accubitu suo, nardus mearum virtutum ita dedit odorem suum, vt etiam dederit odorem myrrhæ, ac mortificationis, quæ in ipso redolebat. Nardus enim charitatis dat odorem myrrhæ, cum ad perfectius diligendum Deum, mortificat omnem amorem proprium, & carnalem affectionem. Nardus item obedientiæ, & humilitatis vtrumque efflat odorem, cum D abnegat propriam voluntatem, vt melius obediat diuinæ, & cum omnem appetitum superbiæ, & ambitionis infrænat, vt profundius se Deo submittat. Hoc n. modo semper mortificationem Iesu Christi in corpore, & spiritu nostro circumferemus, sicut ipse in quocunque suo accubitu circumferebat in terris.

2. Cor. 3. v. 18.

2. Cor. 4. v. 10.

5. Fauet his quæ diximus, prior sensus supra allatus, iuxta quem ipse Christus vocatur à sponsa nardus mea, qui cum est in accubitu suo, ipse etiam in anima contemplante illum, dat odorem suum, i. influit in illa affectus & actus amoris, ac deuotionis & omnis virtutis tanquam odores ipsius Dei qui operatur in nobis & velle, & perficere, omniaque opera nostra bona. Vnde magna cum fiducia accedere debemus ad hæc mysteria contemplanda, etsi nardus nostra parua sit, fragilis, & parum odorata, quia nardus ipsius Christi in nobis dabit odorem suum; nardumq; nostram perficiet, vt coniuncta cum sua gratum efflet odorem, & actus producat mira fragrantia sanctitatis præditos. Vnde mirabilis quidam circulus inter Christum, & animam conficitur in horum mysteriorum contemplatione. Nam virtutes Christi generant in anima alias similes, vel ad alias similes exercendas excitant: anima vero, (vt D. Nyssen. perpendit) ex his affectibus quos in se experitur, ascendit ad cognoscendum amplius immensas Christi virtutes, vt etiam hic dicere possit: *Mirabilis facta est scientia tua ex me.* Ex odore n. nardi meæ, quem percipio, agnosco quanto fragrantior sit odor nardi dilecti mei: & ex meo erga illum amore coniector, quam immensus sit illius erga me continuus amor. De S. Elisabeth vidua fertur dixisse Domino. Vtinam Domine diligeres me ita ardenter ac ego diligo te. Cui Dominus, multo amplius diligo te, quam tu me. Illa a. amore ebria dixit iterum: si ita est, transferatur arbor illa ex loco in quo est, ad alteram ripam fluminis illi oppositam: Et mox factum est ita. Vnde ex amore quo Christum prosequebatur miraculo attestante, cognouit infinite ardentiorem esse eum, quo Christus prosequebatur illam.

Ad Phil. 2. v. 13.

Isa. 26. v. 12.

Hom. 4. in Cant. 8

Psal. 138. v. 6. B

In eius vita.

Denique dum consideras regem in accubitu suo, hoc vnum præ alijs in quo alia continentur debes curare, vt Christus sit tibi instar omnium rerum: ipse per se placeat, & alia non nisi in illo. Hoc enim est quod ait sponsa: *Cum esset rex in accubitu suo*, vt nuptiale conuiuium celebraret, C *Nardus mea dedit odorem suū*: ipse fuit nardus mea, ipse fasciculus myrrhæ, ipse botrus Cypri, ipse mihi oīa. Nihil feci alios odores, vel sapores; tanquam nardus dedit odorem suum, qui mihi est gratissimus, & nihil ex suo conuiuio ita charum ac pretiosum habeo, ac ipsummet quem super omnia diligo. Quod sic explicat Origenes. His qui exercitatos habent sensus ad discretionem boni, vel mali, singulis quibusque sensibus animæ, singula quæque Christus efficitur. Iccirco enim, & verum lumen dicitur, vt habeant oculi animæ quo illuminentur; & verbum quod aures andiant; panis vitæ, quem gustus degustet: vnguentum, vel nardus, cuius fragrantiam odoratus animæ percipiat. Idcirco palpabilis, & verbum caro factum dicitur, vt possint interioris animæ manus contingere de verbo vitæ. Hæc autem omnia vnum & idem est, verbum Dei, quod per hæc singula affectibus orationis commutatum nullum animæ, seu gratiæ sensum relinquat expertem.

6.

Hom. 2. ex quatuor.

Fidem excitari in oratione affectus, & actus aliarum virtutum. §. 3.

IAm praxim eorum quæ diximus, proponamus, quæ à fide inchoanda, & per illam perficienda est in hunc modum. Nam cum oratio (teste Diuo Damasceno) sit ascensus mentis in Deum, eleuanda primum est mens ad accubitum

Lib. 3. fidei Orthod. c. 24.

cum illum, vbi est rex, cuius mysteria contemplari aggredimur, ac si præsentes illi essemus. Quod proprium fidei munus est; nam inuisibilem internis oculis intuetur, ac reueretur, ac si præsens esset: quæ (vt D. Ambrosius testatur) per nardū repræsentatur; quia per vniuersum mundum spargitur suauis eius fragrantia. Vnde non fine mysterio, vt notat D. Augustinus, vnguentum quo Maria vnxit pedes Iesu in Bethania, vocatur nardi pistici, id est fidelis, à nomine, pistis, quod est fides, quia erat nardus pura & sincera, & non pseudo nardus; cuius etiam meminit Plin. Pistica ergo & fidelis nardus est fides Catholica, quę sola vera est, sincera, & pura, sine mixtione alicuius erroris, quo secernitur à reliquis sectis quæ sunt pseudo-nardi, falsæ, & impuræ. Hæc autem fides, quæ substantia est sperandarum rerum, fundamentum etiam est & radix orationis & contemplationis, & cuiusuis a- B ctus, vel affectus quo ascēdimus in Deum; quia (vt inquit D. Paulus) *Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & inquirentibus se remunerator est.* Oportet igitur accedentem ad orandum & cōtemplandum Deum magna fulgere fide, quæ instar nardi det tunc odorem suum, i. e. firmissimos actus eliciat, præcipue duos à D. Paulo recensitos. Nimirum credere Deum esse ipsum, qui est, semper & vbique existens, cuius amplissimus accubitus est cælum & terra, *Nam cælum & terram ego impleo, dicit Dominus, & cælum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum.* Vtrobique autem quasi accumbit, vt fidelibus & iustis conuiuium spirituale; etsi diuersimode exhibeat, peculiariter vero oportet credere illum esse in eo accubitu, vbi contemplandus est, siue in cælo, siue in sacramento, siue intra animam ipsam: imo etiam in præsepio, vel in cruce, quia licet modo ibi non accumbat, considerandus tamen est eo modo, quo accubuit, ac si nunc etiam ac- C cumberet; sicut etiam ipse Christus multoties apparet, vt diximus sub huiusmodi similitudinibus, vt erat in præsepio, vel cruce.

Serm. 3. in Ps. 118. v. 1. — *Io. 12. v. 3. Tract. 50. in Ioan.* — *Plin. 12. c. 12.* — *Ad Heb. 11. v. 1. & 6.* — *Ier. 23. v. 24.* — *Isa. 66. v. 1.*

Alter actus fidei est credere, quod Deus remunerator est inquirentibus ipsum, specialem curam, ac prouidentiam gerens eorum, qui accedunt ad eum, & per orationem ac contemplationem illum inquirūt, quibus seipsum præmium & mercedem laboris tribuit. Qua fide muniti ad orandum accedimus, & quod petimus impetrare confidimus. Ipsa vero impetratio est orantis remuneratio; semper enim, vt supra diximus, hac fide orantibus tribuit quod postulant, aut quod nouit eis fore vtilius. Ideo merito sponsa, *Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.* En remuneratorem & remunerationem. Remunerator est rex omnipotens existens in accubitu suo, vt reficiat accedē- D tes ad se. Remuneratio est efflatio odoris ex nardo expulsio ignorantiæ, acediæ, & torporis ab anima, vt nardus fidei, & virtutum suos perflent suaues odores. Sic enim scriptum est, *Rex qui sedet in solio iudicii sui, dissipat omne malum intuitu suo.* Cum autem Deus dissipat omne malum, introducit oppositum bonum; & cum inspicit orantes, remunerat illos, per hoc quod impedimenta orandi aufert, & gratiam ad id digne præstandum elargitur, & quod ab æterno facere decreuit, media oratione exequitur, vt ex inuisibilib⁹,

Prou. 20. v. 8.

A sicut dicit Apostolus, visibilia fierent; i. quæ inuisibiliter apud Deum concepta, & decreta erant, fierent visibilia, & executioni mandata.

Ad Heb. 11. v. 2.

Sed non putandum est nardum fidei tantum in oratione emittere odorem suum, i. actus credendi; nam etiam odor eius est excitare omnes virtutes, vt in actus suos coram rege in accubitu suo existente prodeant. Nam sicut ait D. Paulus quod fides per dilectionem operatur; quia charitatem excitat, vt amet summum bonum, quod illi ipsa ostēdit; sic etiam dicere possumus, quod fides operatur per humilitatem, & obedientiam per patientiam, & reliquas virtutes excitando, & dirigendo earum affectus, & actus, dum illis proponit bonum, in quod vnaquaque fertur, & præmium illi annexum, ac cætera quæ ad operandum mentem impellūt. Propter quod idem Apostolus fidei tribuit insignia opera, quæ anti- B qui Patres perfecerunt: vnde concludit, quod *Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones.* Propter quod ait, quod iustus ex fide viuit; nam per fidem virtutes, in quibus vita spiritualis consistit, sua opera exercent, & fructus vitæ pariunt. Qua de causa D. Chrysosto. vocat fidem bonorum matrem. D. Prosper, bonæ voluntatis & iustæ actionis genitricem. D. Cyrillus, oculum, qui illuminat conscientiam, & intelligentiam facit. Exercenda igitur est fides in oratione & contēplatione, quia nullus fere est affectus, vel actus in ipsa, quem fides non inchoet, comitetur, impetret, vel excitet: nec sine fidei actione comitante apte exerceantur. Quare licet fides omnium virtutum sit fundamentum, multo magis orationis & contemplationis. Ideoque D. Augustin. inquit, Si fides defecit, oratio perit; quis enim orat, qui non credit? Vnde & B. Apostolus cum ad orandum hortaretur, ait, *Omnis quicumque inuocauerit nomen* C *Domini, saluus erit*: & vt ostenderet fidem fontem esse orationis, nec posse ire riuum, vbi caput aquæ siccaretur, adiunxit, *Quomodo autem inuocabunt, in quem non crediderunt?* ergo vt oremus, credamus. Hæc Augu. Optima ergo nardus fides est, si tamen sicut nardus calida dicitur, ita fides ardenti charitati coniungitur, vt mutuo se iuuantes fragrantissimum odorem emittant, qui ad cælos vsque perueniat, vbi rex supremum habet accubitum, & huiusmodi odore delectatus copiosam è cœlis immittat benedictionem in efflantes illum. Hac enim de causa D. Paulus vtrique virtuti simul tribuit supremam cognitionem, & comprehensionem bonorum cælestium, quæ nobis dantur per Christum, cum desiderabat Christum per fidem habitare in cordibus nostris, esseque in charitate radicatos, & fundatos, vt possemus comprehendere cum o- D mnibus Sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, sublimitas, & profundum, scire etiam supereminentem scientiam charitatis Christi, vt impleremur omni plenitudine Dei: cuncta enim hæc ex fide & charitate procedunt, quas ipse Deus largiri nobis dignetur.

Amen.

Ad Col. 5. v. 6. — *Ad Heb. 11. v. 33.* — *Abac. 2. v. 3.* — *Hom. 32. in Ioan.* — *Lib. 1. de vocat. Gent. c. 8.* — *Catechef. 5.* — *Serm. 36. de verbis Domini.* — *Ad Ro. 10. v. 13.* — *Ad Ephes. v. 17.*

EXHORTATIO II.

Pro Dom. 10 & 13. post Pent. & Feria 2. maioris Hebd. seu pro Festo S. Magd.

De varijs actibus humilitatis, & gratitudinis exercendis coram Christo Domino, cum in suo accubitu eum contemplamur.

Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.

ETsi per nardum aggregationem omnium virtutum, quarum fundamentum est fides, repræsentari diximus: peculiariter tamen in hoc loco symbolum est duarum, quæ existente rege in suo accubitu gratiorem odorem ediderunt. Prior est humilitas, cui apte conueniunt (Lib. 12. v. 12.) cuncta quæ de nardo refert Plinius. Nardus, in-
» quit, frutex est graui, & crassa, sed breui ac nigra,
» fragilique radice, quamuis pingui redolente, vt
» cupressi, aspero sapore, folio paruo, & denso: ca-
» cumina in aristas se spargunt, nardo delibuta o-
» leo fit vnguentum pretiosissimũ. Hæc ille. Quæ omnia humilitatis sunt propria insignia. Humilis enim ex verissima sui cognitione sibi ipsi vilescit; nam se agnoscit ærumnis grauem, breuem duratione, peccatis nigrum, tentationibus fragilem, nullaque stabilitate ex se munitum, sibi asperum, in oculis suis paruum, & mundo despicabilem, cum tamen reuera sit ob humilitatem ipsam deuotione pinguis, odore sanctitatis valde redolens, coram Deo pretiosus, hominibus admirabilis, & ad omnia vtilis, cum ex ea & dilectione tanquam ex nardo cum oleo fit spirituale vnguentum, quo anima vngitur, & pelluntur ab ea languiores, flatusque superbiæ.

De humilitate veritatis, & contritione de peccatis. §. 1.

VNde non omnis humilitas nardus odorifera nuncupatur; nam (vt docet D. Bernard.) (Serm. 42. in Cant.) quædam est humilitas quam parit veritas, alia quam parit & inflammat charitas, nisi velis addere tertiam, quam vtraque simul virtus parit. Prior si solitaria sit, non significatur per nardũ, quæ calidæ est naturæ, quia in sola cognitione consistit, nec vlterius ad affectum progreditur, quin potius gelida aliquando manet, & frigido superbiæ aquilone inflata: peccatores enim sæpius humiliantur ab ipsa veritate, qua conuicti malos se esse agnoscunt, sed tamen mali nolunt ab alijs reputari, nec despici, sed potius tãquam iusti vano honore affici, & quos humiliat veritas, misere extollit vanitas. Quemadmodũ Saul Samueli dicebat, *Peccaui, sed honora me coram senioribus populi mei*; (1. Reg. 15. v. 30.) in eo quod dixit, peccaui, humiliauit eum veritas, in eo vero quod subiunxit, honora me coram senioribus, extulit eum propria superbia, & ambitio honoris. Vnde huiusmodi cognitio ad scientiam, quæ inflat, attinet, quia est sine charitate, quæ ædificat. (1. Cor. 8. v. 1.) Quando a. humilitas ista veritatis coniungitur timori Dei vel amori ipsius, bona nardus est, & gratos corã Deo parit odores & fructus. De qua etiam dicit spõsa, *Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum*: i. odorem quem ipsa veritas, & ve-

A rissima cognitio sui cum humilitate generabat. Odores a. isti sunt omnes affectus & actus qui oriuntur, tum ex cognitione nihili quod nobis ab æterno competit, nisi à Deo gratis crearemur & conseruaremur, tum vero ex cogitatione peccatorum, quæ propria voluntate patrauimus, quotidieque patramus, nec patrare desistemus, nisi à Dei gratia præueniamur. Huiusmodi sunt nihili se coram Deo facere, de proprijs viribus diffidere, omnia bona Deo tribuere, sibi mala, indignũ se omni bono reputare, & reum omni pœna, & ignominia Deniq; verecundari coram (Lu. 18. v. 9.) rege in accubitu suo existente de prope assistere (Lu. 14. v. 10.) & instar publicani à longe stare percutiendo pectus suum, & nouissimum sibi eligendo locum, tanquam omnium peccatorum maximo.

Horum actuum plurimi sunt fructus, sed potissimus est vera & feruens contritio peccatorũ, quæ illa deleat: vnde & huiusmodi pœnitentia per nardum etiam significatur. Cui optime qua-(Ita Appo... ius.)
B drant nardi proprietates supra relatæ, quas videre licet in muliere peccatrice, quę recumbente Iesu in domo Pharisæi, astitit coram ipso tanto humilitatis, & contritionis ardore, & odore flagrans, & fragrans, vt diceret posset, *Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum*. (Lu. 7. v. 37. De Magdalena & 1. vnctione quam fecit 2. ponitur postea.) Accumbebat rex Christus in illo conuiuio, in quo ex incuria Pharisæi, qui inuitauerat illum, defuit nardinum vnguentum, quo mos erat vngere conuiuas: ipsa tamen à Deo præmota attulit illud, & ad pedes Christi se prosternens vnguẽto illos vnxit, lachrymis rigauit, capillis tersit, ore osculata est, ac nardus humilitatis & pœnitẽtiæ gratissimum dedit odorem suum; prostratio n. ad pedes, irrigatio lachrymarum, extersio, osculatio & vnctio odores erant humilis pœnitentiæ, & cordis contriti, & humiliati, quos non percepit Pharisæus superbus; percipit tamẽ humilis magister & sublimis rex in suo accubitu existens, vnde exprobrans illi ait, *Oleo caput meum*
C *non vnxisti, hæc autem vnguento vnxit pedes meos, propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*. Nardus calida humilis contritionis charitate inflammata suo suauissimo odore Deum placauit, sanauit vulnera, remisit peccata, & vsq; in hodiernũ diem emittit odorẽ suum, peccatores confortans, & excitans ad pœnitentiam, & Christi ineffabilem misericordiã mundo manifestans, quia vbi abundauit delictum, propter humilitatem pœnitentis superabundauit & gratia. Non absimile exemplum est (De bono latrone.) boni latronis, qui dum esset Iesus Nazareus rex (Lu. 23. v. 40.) Iudæorum in accubitu crucis, nardus eius dedit odorem suum. Humilitas n. charitate accensa, inflammauit eum, vt socium corrigeret, sua demerita fateretur & Christi innocentiam prædicaret, dicens, *Nec tu times Deum qui in eadem damnatione es; & nos quidem iuste; nam digna factis recipimus, hic vero nihil mali gessit*. Deinde ad Iesum: *Domine memento mei dum veneris in regnum tuum*. Ecce
D odores nardi, q̃ messuit in cruce, vel quam Xp̃a illi impartiuit in patibulo, cuius fragrãtia ita est delectatus, vt omnia eius sanaret vulnera, peccata remitteret, tam plenamq; tribuerit indulgentiam, vt mox diceret illi, *Hodie mecum eris in Paradiso*. Hodie ambo mutabimus accubitũ, & ex accubitu crucis transferam te mecum ad accubitum gloriæ, vbi regnum meum in æternum possi-

possideas. Ex quo etiam exemplo constat quantam vim præbeat orationi nardus humilitatis, cum odorem [illegible] dat coram rege æterno, in [illegible] cum considereturaccubitu; siquidem bonus [illegible] [illegible] obtinuit, quam petiuit. Oratio n. humilia [illegible] vt inquit Eccl.) nubes penetrat, ad thronum Dei peruenit, nec recedit, donec impetret quod postulat. Eligamus ergo hunc gradum humilitatis, vnde tot bona proueniunt; dicentes cum Psalmista, *Bonum mihi, quia humiliasti me, vt [illegible] am iustificationes tuas*. Explicans a de qua humi[illegible] atione loquatur, subdit paulo post, *In veritate tua humiliasti me*, quia, scilicet, veritas ita id exigebat, [illegible] quod ego propter peccata mea humiliari merebar, *Nam priusquam humiliarer ego deliqui.*

Eccl. 35. v. 21.

Psal. 118. v. 71. & 75. & 67.

De alio actibus humilitatis ex charitate. §. 2.

AD hunc humilitatis gradum, qui est ex veritate, pertinet alius, qui non tantum peccatoribus, sed etiam iustis communis est, imo & beatis: nam in vniuersum humilitas, vt idem Sanctus affirmat, virtus est, qua homo ex verissima cognitione sui sibi ipsi vilescit. Quicunque ergo iusti contemplantes Deum existentem in accubitu suo, i. in suæ regiæ maiestatis, & omnipotentiæ throno, simul vident seipsos omnino pendere ab illo, & sine illo nihil esse, nihilq; operari posse: & quidquid boni habent, ab illo promanare, & quantumcunq; sit in se magnum ipsi tamen Deo comparatum, quasi nihil esse; vnde fit, q omnium nardus det odorem suum, profundissimæ scilicet humilitatis: dicentes cũ regio Psalte, *Et substantia mea tanquam nihilum ante te, verumtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens*; quia nullam homo vitam, nec animalem, nec spiritualem, nec supernaturalem habet à seipso, sed à Deo; nam ex se est quid vanum, & inane, ac ipsum nihil; & in nihilum tenderet, imo in peccatum, quod ipso nihilo est peius, nisi à Deo præseruetur. Plura de hoc diximus supra cum tres gradus humilitatis, circa nostram à Deo iugem dependentiam commemorauimus.

Tract. de 12 gradib. humilitatis.

Ps. 38. v. 6.

Lib. 1 Exercit. 4 §. 3.

Sed exemplo est Isaias Propheta cum regẽ gloriæ in suo vidit accubitu, *Vidi*, inquit, *Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum*. Mox autem nardus humilitatis mirum efflauit o[illegible] orem suũ, tam in Seraphinis, qui iuxta thronum erant, quam in ipso Propheta. Seraphini [illegible] m, etsi sancti essent, & amore ardentes, suis [illegible] en alis propriam faciem, & oculos velabãt, quasi immensum Dei splendorem ferre non sustinentes, nec dignos se existimantes, quod in [illegible] ius essent præsentia, vel intuerentur illũ: clamabant autem, *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius.* Ac si dicerent; Non nos sancti; sed ille sanctus, & ter ac summe sanctus: & quidquid boni replet terram, ab ipso est, cui omnis debetur honor & gloria, hæc est nardus seraphica, quæ cum veritate humiliante, ardorem iungit charitatis in laudem benefactoris.

Isa. 6. v. 1.

Sed quid nardus Prophetæ? mox subijcit, *Va mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito*: id est, væ mihi, quia non laudaui Dominum sicut Angeli isti, nec increpaui peccatores, vel verbũ Dei vt decebat prædicaui. Multoties quidem hæc egregie præstiterat, vt ex capitibus præcedentibus suæ Prophetiæ satis constat: tamen cum se coram rege in suo accubitu, & throno sedente intuetur, nardus humilitatis efflauit odorem suum; & ideo gemit, doletque, quod hæc vt oportebat, non fecerit, sed potius verbis minus puris labia polluerit, & similis factus sit cuilibet ex populo polluta habenti labia, quomodo & Iob dicebat Deo, *Nunc autem oculus meus videt te, idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere.*

Iob 42. v. 5.

Quotiescunq; igitur inuitatus fueris ad spirituales nuptias, & ad diuina mysteria contemplanda, in quibus nuptijs rex regum & Domin[us] dominantiũ sedet in accubitu suo, qui proprio iure primus esse debet, tu sede in nouissimo loco, post quem non sit alius inferior, & nardus tua det odorem suum, imo exhalet omnem odorem, quem habet: & quid est odor suus nisi odor sui nihili? nam quidquid præter nihil est, non suum est, sed à Deo recepit; si quid sũt suum vocare potest, est nihil esse, & obnoxium esse peccato. Quo pacto explicat D. Augustin. illud Ioannis, *Sine ipso factum est nihil*, i. peccatum, cuius Deus non est causa, reliqua vero omnia, quia bona sunt, à Deo facta sunt.

Luc. 14. v. 8

Tract. 1. in Ioan. 10 v. Ioan. 1. v 3

Hæc nardus à pectore pellit omnem præsumptionem, inanem gloriam, iactantiam, hypocrisim, & inflationem. Ideoque ab eodem D. August. & D. Chrysost vocatur paupertas spiritus, i. e. carentia spiritus, seu venti inflantis animum. De qua Dominus dixit, *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum*; quod est iustitia, pax & gaudium in Spiritu S. Hæc n. humilitas perfectam & omnimodam patit iustitiam, quæ reddit vnicuiq; quod suum est, sibi quidem vilipensionem, contemptum, & nouissimũ locum; Deo autem summum honorem, gloriam, benedictionem, actionem gratiarum, & amorem super omnia tanquã supremo benefactori, & omnium bonorum fonti; ideoq; merito hæc humilitas fundamentum est, & radix omnium virtutum; nam sicut arbor per radi. em sugit à terra humorem, quo ramos, folia, & fructus nutrit, & auget, sic homo à terra & puluere vnde sumptus est, & ex nihilo quod ex se habet, per verissimam sui cognitionem prædictas virtutes, fereque omnes studiosos affectus, & actus nutrit, anget, & in perfectionem deducit; ideoque recte cum dicitur, *Nardus mea dedit odorem suum*, suum etiam vocat odorem omnium, qui suus est ad modum dictum.

Lib. 1 de ser. Dom. in monte c. 2 1o. 4. ho. 15 in Mat. Mat. 5. v 3. Ad Ro. 14. v. 17.

3. Ex hoc gradu humilitatis fit ascensus ad vltimum, quæ fragrantissima & flagrantissima nardus est, nec oritur ex veritate, vel necessitate iudicij qua se homo reum, peccatis maculatum, & omni contumelia dignum agnoscit, sed potius ex pia voluntate, charitate inflammata, quæ cõtumelias, opprobria, & ignominias elegit, etsi culpa non præcessisset, nec despici, sed honorari mereretur, eo quod summe appetit assimilari regi, qui despectos sibi in hoc mundo elegit aceruitus, & contemptibilis apud homines apparere, ab illisq; supra modum despici, & conculcari, etsi sciret se supremo honore ac veneratione dignum; & ideo se appellauit humilem corde, i. affectu & amore, ad hanc q; humilitatem ab

Matt. 11. v. 29.

ab ipso addiscendam inuitat discipulos suos, quos innumeras sciebat contumelias passuros pro nomine ipsius, cuius causa postea magnos promerebantur honores: quæ ergo anima hanc didicit humilitatem, optime dicere potest, *Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suũ*, vel *odorem eius*. Contemplans n. regem in suo accubitu humiliatum, non necessitate, sed voluntate: non à veritate conuinceute de peccato cõmisso, sed à charitate eligẽte humiliari sine peccato nardus meæ humilitatis, sponte etiam dedit odorem suũ propriæ humiliationis, qui esset odor Christi, similis omnino humiliationi ipsi⁹.

Humilitas Mariæ. Talis fuit humilitas beatiss. Virginis, quę audito Angelico nuncio, cõtemplans vnigenitum Dei filium in sinu Patris, tanquam in suo accubitu existentem voluisse exinanire semet ipsum, & formam serui accipere; tunc nardus eius dedit odorem suum, dicens, *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum*: tantaque fuit huius odoris fragrantia, vt filium Dei ad recumbendum in vtero suo traxerit: sic enim ipsa ait, *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes*: insinuans humilitatem ancillæ in causa fuisse quod mater esset Domini, propter quod omnes eam beatam prædicarent. Vnde quoties eum intuita est vel in præsepio, vel in cruce, semper nardus dabat odorem suum similem odori ipsius Christi; quia sicut nullus fuit ea sanctior, nullus ea humilior, nec Christo in humilitate similior. Hanc ergo humilitatem totis viribus amplectaris, vt licet nos non humiliaret veritas, humiliet Christi charitas, præ summa gloria ducentes pro nomine Iesu contumelias pati.

[Luc. 1. v. 38.] [De hoc puncto vide simile Phœnicem in Exhort. 10. infra.]

De affectu gratitudinis. §. 3.

Altera virtus quæ in contemplatione suos maxime exerit actus, est gratitudo, humilitatis iugis comes; quia humilis, cũ nihil sibi debitum agnoscat, quoduis beneficium sibi collatum magnificat, & gratum se exhibere satagit. Agnoscebat sponsa beneficia sibi collata, cũ introducta est in cellaria regis, cum tot est honorata encomijs; cum tam pretiosę illi sunt ꝓmissæ murenulæ, cum ad nuptiale conuiuium est inuitata; tunc anxia intra se dicebat, *Quid retribuã Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* paupercula sum, nihil habeo ꝙ offeram tanto rege dignum, odoribus illum recreabo, illos coram ipso afferam; & hoc est quod ait, *Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum*. Accipe, ô Rex gloriæ, pro innumeris beneficijs, quæ in multiplici tuo accubitu mihi elargiris, hoc donum, ꝙ tibi offero; scilicet nardum meam, quæ coram te emittat odorem suum. Nardus hæc pretiosa & spicata virtus est gratitudinis, quæ coram Christo in suis accubitibus existente insignes profert actus, vt debitas tanto benefactori grates persoluat. Hæc est nardus quam recumbente Iesu in Bethania in domo Simonis Leprosi, attulit iterum Maria in alabastro, vt vngeret pedes Iesu, imo & caput, non iam spiritu contritionis tã quam peccatrix, sed spiritu gratitudinis pro suscitatione fratris à Christo facta. Cuius tãtus fuit deuotionis ardor; vt non solum pedes vngeret, sed fracto alabastro totam nardum super caput ipsius effunderet, & nihil sibi reseruaret. Nec sine mysterio caput & pedes nardino vnguento vnxit; quia diuinitati & humanitati Christi accepta beneficia referre debemus; & Deo qui caput est omnium bonorum, & Christo homini qui mediator est nostẽr gratias tenemur agere. Cæterum ex vnguento nardi, quo caput vnxit, nihil iterum sibi assumpsit; ex eo vero quo vnxit pedes, dum illos suis capillis extersit, per capillos sibi aliquid decerpsit. Etsi n. quidam dixerint prius pedes extersisse capillis, quasi à puluere mundans, & postea vnxisse: tamen verba D. Ioannis contrarium ordinem clare ostendunt; idque diuino instinctu credo factum, vt per crines capitis sui, sicut notat Origenes, aliquid vnguenti recuperaret, quod ex contactu ad pedes Christi ineffabilem & pretiosissimam fragrantiam acceperat, vt dicere posset cum sponsa, *Cũ esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem eius*; i. ipsius regis Christi, cuius pedibus fuit coniunctus, & eorum contactu factus fragrantior: vt indicetur quod superius diximus, nimirum ꝙ si cunctos actus tuos Christo Domino vnire cures, & grato animo in actionem gratiarum offeras; inde ipsi erunt fragrantiores, sanctioresque, & tu ipse Christo Domino similior. Cæterũ ex vnguẽto, quo vnxit caput, nihil desumpsit sibi: quia cuncta hæc tandem in gloriam solius Dei sunt referenda, qui caput, & fons vnicus est omnium bonorum, dicens illi cum Psalmista, *Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam*: & cum Paulo, *Regi sæculorum immortali, & inuisibili soli Deo honor & gloria*.

[Ps. 115. v. 2.] [2. Vnctio quam Magdalena fecit.] [Io. 12. v. 3.] [Mat 14. v. 3.] [Ho. 2. in 4. in Cant.] [Ps. 113. v. 1.] [1. Tim. 1. v. 17.]

Hanc igitur odoriferam gratitudinis nardũ afferre tecum debes, quoties Christũ in aliquo accubitu ex prædictis contemplaris: scriptũ est enim, *Non apparebis in conspectu meo vacuus*. Signum enim hoc est ingrati animi, & quid insolentius quã intueri regem in accubitu suo, tam ingentia tibi conferentem beneficia & nihil ei gratũ pro ipsis offerre? & quid notius q̃ accipere à Deo donum, & dãti se pbere ingratum? Scio, inquit D. Aug. Deo loquens, ꝙ ingratitudo multũ tibi displiceat, quę est radix totius mali spiritualis, & ventus quidam desiccans, & vrens omne bonũ, obstruens fontem diuinæ misericordiæ tuæ super hominẽ; quia & mala iam mortua, oriuntur, & viua iam opera moriuntur, & vltra non adipiscuntur. Idem confirmat D. Bernard. dicens; Ingratitudo inimica est animæ, exinanitio meritorum, virtutum dispersio, ingratitudo ventus vrens, siccans sibi fontem pietatis, rorem misericordię fluenta gratiæ. Omnino sola nos à profectu conuersationis impedit ingratitudo nostra, dum quodãmodo amissum reputans dator ꝙ ingratus accepit, cauet sibi de cætero, q̃a tãto plura amitteret, quanto plura cõferret ingrato.

[Contra ingratitudinem.] [Exod. 34. v. 20.] [In soliloq. c. 18.] [Serm. 51. in Cant.] [Sermo contra pessimũ vitium ingratitudinis.]

De triplici actu gratitudinis. §. 4.

Propter hoc ergo sponsa mox vt beneficium accepit, grates persoluit, & nardus eius dedit odorem suum. Hic autem odor triplicem contulit actũ, in quo (vt docet D. Tho.) perfecta cõsistit gratitudo. Nempe recognoscere beneficium, laudare datorem, & gratias agere, ac tandem retribuere aliquid loco & tempore opportuno, iuxta propriam cuiusque facultatem. Cum igitur Christi in suo accubitu mysteria contem-

[2. 2. q. 107. art. 2.]

contemplaris, primo agnosce beneficiom tibi gratis collatum ex sola liberalitate largitoris, cũ ind gnus esses cui quidpiam boni conferretor, magnifacieodo illud, & summo dilectionis affectu illud recipiendo: nam, teste Seneca, qui grate beneficum accipit, primam eius pensionẽ soluit. Quod gratis autem acceperis, testari debes effusis affectibus, & verbis, non solum coram ipso largitore, sed vbiqoe coram omnibus; iuxta illud Psalmistæ, *Venite, audite, & narrabo omnes qui timetu Deum, quanta fecit animæ meæ.* Quod & Christus Dominus suasit homini à quo dæmonum legionem eicecrat, dicens, *Redi in domũ tuam, & narra quanta tibi fecit Deus.* Ille autem taoquam vere gratus abijt per vniuersam ciuitatem prædicans ingens quod ipsi Christus contulerat beneficium. Caue autem oe dum beoeficia Dei narras, tuam quæras gloriam, præferēs te alijs, quibus similia oon sunt collata dona: sicut superbus ille Pharisæus, qui dicebat, *Deus, gratias tibi ago, quia non sum sicut ceteri hominum.* Ascenderat miser in templum, quod Dei accubitus erat, vt nardus humilitatis, gratitudinis, & orationis daret odorem suum; & tameo pseudo-nardus superbiæ sub gratitudinis specie, terrum suum odorem efflauit, dum se laudauit, & publicanum sibi proximum contempsit.

Lib. 2. de beneficiis c. 11. ad finem.

Psal. 65. v. 16

Luc. 8. v. 39.

Luc. 18. v. 11

B

2. Vera igitur & pura nardus, postquam agnouit beneficium, dat iterum odorem suum, cum Deum ex toto corde laudat, ei gratias agit, illi soli donum attribuit, eius gloriam tantum quęrens & prædicans, nihil sibi vsurpans; quod facile est si humilitas comitetur gratitud nem, cũ humilis non à se, sed à Deo donum processisse, sibique indigno collatum esse agnoscat. Quare non sine causa, cum Christus Dominus curasset decem leprosos, perpendit valde, quod vnos solus, isque Samaritanus gratus extiterit, dicens, *Nonne decem mundati sunt, & nouem vbi sunt? non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.* Nouem n. qoia Israelitæ & indigne qoasi sibi debitum esset beneficium, obliti sunt illius; & sicot ipsi ooo agnoueruot donom, ita oee Christus agnouit eos scientia, quæ dicitur approbationis, vt iodicāt illa verba *Nouem vbi sunt?* phrasis n. est vsitata, ad exprimendum id quod reptobum est, & ingratum; sicut Adæ post peccatum dixit Deos, *Adam vbi es?* At vero Samaritanus, qui Israelitis erat execrabilis, indignum se putauit taoto beneficio; & ideo gratiorem se exhibuit benefactori, rediens vt daret gloriam Deo, à quo gratis illud acceperat. Felix (ait D. Bernar.) Samaritanus ille, qui cognouit se nihil habere quod non accepisset, idcirco seruauit depositum, & cum gratiarum actione ad Dominum est reuersus. Felix qoi ad singula dona gratiæ redit ad eum in quo est plenitudo omnium gratiarum, cui dum oos pro acceptis ingratos non exhibemus, locum io nobis facimus gratię, vt maiora adhoc recipere mereamur. Felix prointe qui se alienigenam reputās, etiam pro quibusque minimis beneficijs oon minimas refert grates, gratuitum esse non dubitans, nec dissimulans, quod alieno impenditor, & ignoto. Similia differentia inuenitur inter Pharisæum & publicanum ascenderes in templum: ille n. tanquam professione religiosus, superbia elatus sibi, tuisque meritis magis q̃ Deo accepta bona referebat, & quamuis ore Deo gratias ageret, sibi potius applaudebat, & osculabatur, sicut ait Iob, non manum Dei sed propriam; quasi sua industria eunctā illa compararasset: at publicanus officio contemptibilis, & Iudæis despicabilis, nihil in se bonum agnoscens, accepit nardum humilitatis, & dedit odorem suum Deo gratum, dicens, *Deus propitius esto mihi peccatori:* vt scias quod nec vera gratitudo inuenitur sine humilitate; & quod humilitas veram parit gratitudinem, & ipsa per se placet, semperque grata existit, quia nihil sibi boni attribuit.

Luc. 17. v. 17.

C

Gen. 3. v. 9.

Ser. contra pessimum vitium ingratitudinis.

D

Luc. 18. v. 11

Iob 31. v. 27

3. Post laudem autem, & actionem gratiarũ superest fragrantior odor operis, quod perfecte ac consummate hominem reddit gratũ. Aduertit autem Angelicus Doctor, id q̃ tetribuitur benefactori, deoete esse aliquid maius ſt fieri potest; nam sicut beneficium datum est gratis, ita qui illud accipit ex debito honestatis, aliquid gratia debet impendere. Quamdiu autem recompensatione t ibuit minus vel æquale, nihil videtur facere gratis, sed reddere quod accepit; ideoque recompensatiu gratiæ ad hoc tendit, vt pro viribus aliquid maius retribuat. Sed quia Deo nihil maius, neque æquale, imo nihil nisi quod ab eo accepimus, reddere possumus: gratitudo erga ipsum magis pēsanda est ex affectu, quam ex effectu. Curandum tamen, vt præter ea q̃ præcepta sunt, aliquid offeratur ex eis quæ tantum iniunguntur sub cõsilio. Reddat ergo nardus sua odorem operis, tt buens Deo quidquid potes, & gratum illi esse noueris, quod etsi in se paruũ sit, magnum tamen erit, si magna illud offeras deuotione, & ardeoti affectu; nam quando affectus est magnus, nuoquam effectus æstimatur paruus, cum libenter largiatur quod potest, amplina largitorus, si amplius posset, & ideo semp dat quod sibi est preciosius. Propter q̃ sponsa nardom attulisse dicitur, quia illa inter odorea præstantissima erat, sicut de vngueoto nardi q̃ Maria attulit, refertur fuisse pretiosum: illa autem *Dedit odorem suum.* Sed cu. dedit? Dedit primum ipsi regi, vt illi placeret; deinde propriæ animæ, ad quam reuertitur cum fœnore gratiarum; dedit item vniuersæ Ecclesiæ, quæ hoc odore confortatur, & ædificatur, *Nam & domus impleta est ex odore vnguenti.* Nec obest quod murmuret Iudas, & dicat, vt quid perditio hæc? quia noo sunt omittēda bona, etsi repellantur à malis: oon percipiunt odorem nardi, & ideo blasphemant quæcunque ignorant. Sat est q̃ Christus prober, & Ecclesia bono hoc odore repleatur, vt nardũ, & quidquid nobis pretiosum est, illi offeramus, & pro illius profundamus gloria. Memento scriptum esse, *Date, & dabitur vobis, & qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* Da ergo aliquid regi, qui tot & tanta tibi dona dat, vt plura tibi redonet; oam quo plus dederis, plus accipies. Sed perpende emphasim illius verbi *dedit*, quod gratuitam sonat donationem, oon mercenariam; noo enim daturus es eo intoitu præcipue, vt tibi amplius detur, sed potius propter ea quę data sunt, etsi nihil amplius tibi esset dandum. Oportet enim seruire Deo voluntarie, & omnino gratis, non tam spe attributionis, licet hoc malum noo sit, quam propter seipsum & propter beneficia, quibus præueoit nos etsi iodignos.

2. 2. q. 106. art. 6.

Ioh. 12. v. 3.

Luc. 6. v. 38.

Vnde ad perfectam rationem gratitudinis pertinet, vt sicut gratis Deus nobis confert beneficia, ita in affectu gratis recompensemus illa. Nā sicut non est beneficus qui eo fine dat, vt sibi amplius detur, sic nec est gratus qui eo animo recompensat, vt iterum amplius recipiat. Multum interest, inquit Seneca, vtrum aliquis beneficium nobis det sua causa, an sua & nostra, ille „ qui totus ad se spectat, & nobis prodest; quia & „ aliter sibi prodesse non potest, eo mihi loco ha„ bendus videtur, quo qui pecori suo pabulum „ prospicit, si me in consortium admiserit. Si duos „ cogitauit ingratus sum & iniustus, nisi gaudeam „ hoc illi profuisse quod proderat mihi. Summæ „ malignitatis est nō vocare hoc beneficium, nisi „ quod dantem aliquo incommodo afficit. Hæc ille. Sed Deus altiori ratione est beneficus, quia non sua, sed nostra tantum causa beneficia largitur. Qui aūt Deo sua & Dei causa aliquid pro beneficijs retribuit, grat⁹ est: sed multo gratior, si ex affectu solum Dei causa tribuat, etsi non sibi prodesset ad lucrum. Gratissimus autē, quando id quod retribuit, cum proprio est temporali incommodo: nam sicut Deus volens ostendere immensam suę beneficentiæ magnitudinem, cum sine proprio detrimento cunctis benefacere, voluit carnē assumere, vt nouo modo multa patiens incommoda benefactor esset; sic etiam vt Deo excellenter grati simus, multa pati non recusemus, vt ei in omnibus similes efficiamur. Quod præsciens sponsa, vt hunc gratitudinis gradum indicaret, subiungit, *Fasciculus myrrha dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Sed de hoc in sequentibus Exhortationibus.

Lib. 4. de benefic. c. 12. circa med.

Nunc hanc concludamus, aduertendo sponsam hic non solum odorem gratitudinis dedisse pro introductione in cellaria, pro murenulis promissis, & alijs huiusmodi, quæ fauorem præ se ferunt; sed etiam pro increpatione facta ab sponso, cum dixit ei, *Si ignoras te, &c.* Hanc enim increpationem maximum æstimauit Dei beneficium, & pro illa gratias agit, & nardus gratitudinis dedit odorem suum tanto fragrantiorem, quanto beneficium minus apparebat. Sed felix (ait D. Bernard.) cui sua obiurgatio sic respondet, quemadmodum habemus formam huius loci. Fuse hoc prosequitur; sed quia de hoc plura supra diximus, hæc attigisse sufficiat; monentes eos qui grati esse volunt, vt non tam spectent effectum beneficij, quam affectum dantis: nam (vt inquit Seneca) nonnunquam magis nos obligat, qui dedit parua magnifice, & qui exiguum tribuit, sed libenter. Et quia Deus quæcunque dat, etsi parua & minima videantur, magnifice dat, libentissimo animo, & ardentissimo amoris affectu tribuit; ideo pro cunctis, siue magnis, siue paruis donis ingentes debemus illi gratias agere, benedicere, & laudare; iuxta id quod ait idem D. Bernardus; Disce in referendo gratiam, non esse tardus, aut segnis. Disce ad singula dona gratias agere, vt nulla debita gratiarum actione frustrentur, non grandia, non mediocria, non pusilla, siquidem à maximo benefactore dantur, cui sit honor & gloria, & gratiarum actio in secula seculorum. Amen.

Ser. 42. in Cant.

Lib. 1. de beneficiis c. 7.

Ser. 51. in Cant. Plura in Exhort. 5 de Eucharistia.

EXHORTATIO III.

De duplici fasciculo perfectionum, virtutum, & mysteriorum, quæ spectant ad Christum Dominum, tum vt Deus, tum vt homo est; de modo illum meditandi, & colligendi nobis similem virtutum fasciculum.

Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.

PRosequitur sponsa suos erga sponsum amoris & gratitudinis affectus exprimere, sed præcedentibus ardentiores: vnde quem pro reuerentia maiestatis vocauerat regem, nunc præ amoris magnitudine vocat dilectum; vel (vt Septuaginta vertunt) *Fratruelem*, aut *fraternum*, aut *consobrinum*, blanditiem, & teneritudinem suæ dilectionis his nominibus manifestans; quibus se nuncupare solent, qui vehementer se diligūt. Licet etiam Ecclesia nostra, quæ ex populo Gentium collecta est, fratruelem vocet Christum, quia ex populo Hebræo, quem quasi fratrem agnoscit, natum esse constat. Comparat autem illum fasciculo myrrhæ, siue qui ex floribus & frondibus arboris myrrhæ colligatis efficitur, siue inuolucro, in quo ipsum aroma, quod instar sudoris guttæ, vel lachrymæ ab arbore myrrhæ manat, alligatur: & ita Sept. vertunt, *Alligamentum, vel colligatio guttæ.* Est autem myrrha, teste Plinio, arbor altitudinis quinque cubitorum similis spinæ, cuius gutta nimis amara, sed odorifera, & salubris atque corporibus mortuorum, ne à putredine & vermibus consumantur, condiendis valde vtilis. Dicit igitur sponsa, *Fasciculus myrrha dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Ostendens per hæc verba affectum amoris, laudis & gratitudinis erga sponsum, vt vicem rependat pro laudibus, quas ab ipso audiuit. Ac si dicat; quamuis nardus mea dedit odorem suum valde suauem; tamen ipse dilectus meus erit mihi instar fasciculi myrrhæ, quem aliæ virgines ad pectus portare solent, ipse commorabitur inter vbera mea, & in intimo penetrali cordis mei. Sed quia Christus Dominus Deus est & homo, duplicem in eo fasciculum possumus considerare, alterum ex omnibus perfectionibus & operibus, quæ illi conueniunt, qua Deus est; alterum vero ex ijs quæ illi insunt, vt homo, in quibus flores sunt interni virtutum affectus: frondes, verba: guttæ myrrhæ, opera quæ egit, & tormenta quæ passus est, quamuis peculiarem fasciculum (qui tertius esse potest) considerare possumus ex amaritudinibus, doloribus, & ignominijs, quas pertulit, ex quo factus est homo, vsque dum animam efflauit in cruce. De quibus sigillatim agendum est.

D. Ambr. legit Consobrinum.

Lib. 12. c. 15

Cur mysteria Dei & Christi hominis comparentur fasciculo myrrhæ. §. 1.

NOn sine causa sponsus, siue Deus, siue Xp̄s Deus & homo vocatur fasciculus myrrhæ, & non myrrharū, & alligamentū guttæ, & non guttarū, vt sc. per fasciculū qui multa vnit multiplicitas, per myrrhā vero, & guttā, vnitas denotetur, etenim in Deo est Trinitas personarū, vnica tñ deitas. Quæ quidē vnica est, & simplicissima pfectio, sed virtute multiplex, cōtinet n. eminētissime innumeras perfectiones, infinitis crea-

cretaturis cõmunicabiles, & q̃ modo sunt diffusæ per [illegible] oncta, quæ creata sunt. Nã sicut Deus teste Ecclesiastico, effudit sapientiam suam super omnia opera sua, & super omnem carnem; ita etiam effudit bonitatẽ, potentiam, pulchritudinem, misericordiam, ceterasque perfectiones, quæ [illegible] creaturis maxime resplendent, & creatoris [illegible] eminentissimam perfectionem indicant, [illegible] vnde omnes illæ procedunt. Ex his autem perfectionibus intellectus noster fasciculum quendam colligit suo discursu, & meditatione: cuius officium est dispersa colligere, coadunare, componere, & quasi alligare in vnũ fasciculum; quem intra memoriæ sinus collocat, & abscondit, & voluntati etiam amãdum proponit. Eodem etiam modo Christus Dominus vnus est & multiplex. Cõstat enim ex duabus naturis diuina & humana, variis virtutibus ornata, per quas plurima, & pręclara perfecit opera: at non duo, sed vnus est Christus, vnicus Dei & hominum mediator. Intellectus tamẽ noster ex iis duabus naturis, virtutibus & operibus fasciculum colligit, quem piæ oculis habeat: in quo quid sit Deus, & quid Christus, facile perspiciat.

Eccli. v. 10

2\. Sed cur nõ vocatur fascis, sed fasciculus? Profecto quia quantumuis in hac vita conemur Deum & Christum, eorumque perfectiones & opera colligere, quidquid colligitur paruulus est fasciculus comparatione eius quod restat colligendum: alligatioque guttæ vocari potest: quia quidquid alligatur, est velut gutta, & stilla roris, sicut testatur beatus Iob dicens: *Ecce hæc ex parte dicta sunt viarum eius. Et cum vix paruam stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri?* Ac si diceret: multa disputaui de mirabilibus operibus Dei, sed cuncta hæc vix sunt parua stilla, & guttula eorum quæ fecit, ac potest facere, quæ nobis occulta sunt. Quis enim mortalium immensam ac stupendam eius sapientiam, & terrifica quæ efficere potest, valet comprehendere? sic etiam etsi omnes Euangelistæ plurima conscripserint eorum quæ Christus operatus est, omnia tamen paruulus fasciculus dicuntur testante D. Ioanne, qui ad calcem sui Euangelii ait: *Sunt & alia multa, quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros.* Sponsa igitur quæ semper humilitati studet, dilectum suum fasciculum vocat, non absolute, sed sibi, id est respectu eius, quod ipsa de eo cognoscit, vt hac via seipsam humiliet & sponsi magnitudinem amplius extollat.

Iob 36. v. 14.

Io. 21. v. 25.

3\. Sed cur dicitur fasciculus myrrhæ, & alligatura guttæ potius quam alterius arboris aromaticæ, vel aromatis odoriferi? Forte quia sponsus maxime gaudet odore myrrhæ, cum de seipso dicat, *Quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris.* Vnde in hoc Cantico crebro de illa sermonem miscet; eo potissime, quia symbolum est incorruptionis, quam ipse nobis præstat, infundens virtutes, & auxilia præbens, quæ expellant peccata præterita, & præseruent à futuris. Hæc autem incorruptio ad quam horum mysteriorum meditatio maxime dirigitur, valde nos Deo coniungit, & similes ei reddit: iuxta illud Sapientis: *Custoditio legum consummatio incorruptionis est; incorruptio vero facit esse proximum Deo,* & quia in hoc sita est nostra perfectio, rite myrrhæ comparatur, quæ omnes corruptionis causas expellit, & incorruptionem veram introducit.

Eccl. 24. v. 10.

Sap. 6. v. 9.

Quis & quomodo efficiat hunc fasciculum in anima. §. 2.

SED hoc est mirabilius in his verbis sponsæ, quod non ait colligam fasciculum myrrhæ, & collocabo eum intra vbera mea, sed indefinite, *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur*, Dic ergo nobis ô dilecta, quis faciet tibi hunc fasciculum? & quis illum inter vbera tua collocabit? quod si tu ipsa es effectura, quare id retices, & ab alio posse effici insinuas? Sed quia vtroque modo id euenire potest, hac phrasi vsa est, aliquando enim à solo Deo, aliquãdo vero etiam ab anima Dei auxilio pręmunita id præstatur. Est enim duplex orationis & cõtemplationis modus, quidam omnino supernaturalis, leges communes transcendens, qui ab ipso Deo animæ infunditur, ipsa passiue se gerente, quomodo de D. Ierotheo inquit D. Dionysius, quod erat patiens diuina. Tunc autem ipse Deus in ictu oculi solet plurium mysteriorum, aut cœlestium veritatum fasciculum menti imprimere, & ardentes excitare affectus, diuque intra cordis arcana conseruare, ipsa anima summo gaudio, quod accepit, retinente & fruente dulci sponsi sui præsentia; qui in modum fasciculi inter interna eius vbera se collocauit. Vnde & ipse postea in hoc Cantico dixit; *Messui myrrham meam cum aromatibus.* Et ad quid messuit, nisi vt fasciculum faceret, quem inter vbera sponsæ collocaret? Nonne cœlestium frondium, ac florum fasciculus videtur visio scalæ stantis super terram, & attingentis cacumen cœli, per quam Angeli ascendebant, & descendebant, Deo scalæ innixo qui dicebat Iacob; *Terram in qua dormis tibi dabo; benedicentur in te, & in semine tuo omnes tribus terræ; ero custos tuus, quocumque perrexeris, & in terram hanc reducam te.* En quot mysteria in vnum fasciculum alligantur spectantia ad iter Iacob, ad prouidentiam Dei cum ipso, ad Messiam venturum, & ad Angelorum ministerium. Profecto euigilans Iacob posset dicere: fasciculus myrrhæ dilectus meus est mihi, quia tot simul reuelauit media, vt me à periculis imminentibus pręseruaret. In huiusmodi autem cõtemplatione instruitur anima, sicut Iacob; modo per visum, modo per auditum, dum illi variæ personæ, & res diuinæ manifestantur, vel ad aures cordis verba Dei proferuntur. Ex vtrisque vero tanquam ex floribus, & frondibus myrrhinis fasciculus componitur, qui inter vbera animæ commoratur, dum mente reuoluitur, corde amatur, & miris, ac variis affectibus inter singulas potentias circumfertur, forte hũc modum contemplationis adepta est tunc sponsa, postquam audiuit: *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.* Nam qui promiserunt facere murenulas, nunc fecerunt myrrhæ fasciculos.

Oratio omnino supernaturalis.

Cant. 5. v. 1.

Gen. 28. v. 12.

Sed quia hic modus rarus est, nec à nobis expetendus, alterum, & communem orandi modum amplectamur, quo mens nostra lumine fidei illustrata, & à Deo adiuta diuina mysteria

meditatur, & sibi fasciculos plurium veritatum A colligit, quibus dilecti sui integram notitiam comparat, vt eum ardentius amet. Fasciculos dixi, & non fasciculum. Quia licet sponsa fasciculum tantum dicit, quia omnia ad vnum reducuntur; tamen in plures illum subpartiri oportet, vt singulorum fragrantiam melius percipiamus. Quoties ergo accedis ad meditãdum Dei, & Christi mysteria, puta te ad arborem myrrhæ accedere, vt ex perfectionibus, ac virtutibus e-
Apoc. 22. v. 2. ius tãquam ex floribus & ex verbis, quæ in vtroque testamento loquutus est, tanquam ex frondibus, quæ sunt ad salutem gentium, fasciculos tibi facias, quorum odore & contactu spirituali ab ægritudinibus animæ præseruatus, ad Dei incorruptionem & similitudinem appropinques.

Vnde hunc fasciculum mysteriorum, quem collegisti, tu ipse debes inter vbera collocare, id est in medio cordis tui tãquam rem summe cha- B ram, vt nũquam à memoria, nec ab affectu cordis recedat, iuxta id quod ipse sponsus in hoc
Can. 8 v. 6 Cantico dixit: *Pone me vt signaculum super cor tuum,* id enim est ponere super cor, & inter vbera, quia inter illa in medio pectoris residet ipsum cor. Quod & fecisse nunc sponsam cõstat. Illũ enim regem, quem contemplabatur in accubitu suo, quasi trãstulit, & adduxit ad se, vt commoraretur, accumberet, & requiesceret in medio pectoris, & cordis sui. Hic enim est scopus meditationis mysteriorum Christi in quouis loco, & accubitu consideretur, vt illum spiritualiter transferamus ad nos, & in medio cordis nostri per iugem memoriam, & dilectionem eum collocemus dicẽtes: *Inter vbera mea commorabitur.* Nemo eum tollet à me; nec ipse recedet, nec ego eum proiiciam: semper ibi manebit omni tempore, seu vt habet vox Hebræa, *Inter vbera mea pernoctabit.* Id est diu noctuque mecum erit, & ego cum illo.

Quam ardenti amore sit diligendus Christus vt fasciculus myrrhæ. §. 3.

HOc autem insinuat satis vox illa, *Dilectus meus,* quæ magnam habet energiam. Non enim significat dilectus à me quomodocumque, sed dilectus meus, qui iam totus est meus, & quasi possessio mea, sicut & ego possessio sum illius. Et sicut puella possidet fasciculum, quem ante pectus gestat, ita dilectus est quid meũ, & ideo illum custodio, ac repono in medio cordis mei, quia nullum preciosiorem, nec securiorem locum habeo, vbi ponam illum. O ter quaterq; beata anima, cuius Deus ita est dilectus suus, vt dicere valeat, ego tua sũ, & tu es meus; ego possessio tua & tu mea. Quid ergo mihi est in cœlo, & à te quid volo super terrã? Si tu es meus, quid amplius quæro? tu mihi es omnium bonorum fasciculus, præter quem nihil aliud appeto, sed te semper mecum habebo.

Sed vbi quæso illum collocat? *Inter vbera mea,* dixerat supra: *Dum esset Rex in accubitu suo.* Mo- D do ait, inde ad me eum transferre volo: & in me ipsa aliũ ei accubitum assignare. Vbera mea accubitus eius erunt, inter ea sicut fasciculum collocabo illum, non retro, non in humeris, sed in pectore, vbi semper liceat illum intueri, illum olfacere, illo delectari, quia vbi est ardens amor, nulla est culpabilis obliuio, sed iugis memoria. Iuxta illud Psalmistæ, *Prouidebam Dominum in cõ-* *Ps. 15 v. 18*
spectu meo semper, quoniam à dextris est mihi ne commouear. Recte ad latus dextrum Deum conspiciebat, quia in continua pugna erat, ad quam Dei indigebat auxilio, ne prosterneretur ab hoste. At sponsa non ad latus, sed ad pectus & prope cor illum respicit, quia tunc non erat tempus belli, sed pacis, & dilectionis, & quæ diligit, sẽper, coram se cupit habere dilectum, vt plene eo fruatur. Nam quod à latere est, non ita est præsens, ac quod ante pectus.

Nec ponit super humeros. Quoniam ibi solum ponitur onus, quod graue est ad portandum. At quidquid spectat ad dilectum, non est onerosum diligenti, sed leue, ac suaue, & ideo inter vbera ponitur, iucundeque sicut monile preciosum portatur, & ideo non vocatur fascis, B sed fasciculus, quia leuis est amanti, & quia odor ipsius ita confortat spiritum, vt onus non sentiat, sed leuamen, si autem esset in humeris forte onus premeret, quia odor non erigeret.
Cõsonat huic quod Athenæus refert in vsu fuis- *Lib. vlt. v.*
se apud antiquos myrrha pectus inungere, eo *14.*
quod cordis imbecillitati multũ prodesse cre- *Vide Mar-*
deretur. Quantum autem intersit vigor cordis, *tinum Del-rio hic.*
satis ostendit elogium illud Salomonis: *Omni cu-* *Prou. 4. v.*
stodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Sed *23.*
quæ melior custodia, quam fasciculus myrrhæ, qui Christus est, super illud appositus, & diu ibi retentus? munit enim pectus, ne quid intret ad cor quod illi noceat, vel à corde exeat, quod
coinquinet hominem; vnde cor indemne, & in- *Mat. 15. v.*
corruptum seruat, & vigorosum in Dei amore *18.*
reddit. Quod sic explicat Diuus Gregorius Nys- "*Hom. 9.*
senus: Cor fons est nobis natiui caloris, spiritu- "*in Cant.*
que vitalium, à quo per arterias in vniuersum "
corpus distribuuntur, & omnia membra calida, "
& ad opera vitę vigorosa redduntur. Ita igitur anima, quæ sibi hunc fasciculum myrrhæ colligit, C & Christum suo cordi alligat, eius odore, ac virtute ita se gerit, vt omnia eius studia tanquam alicuius corporis membra spiritu feruεant, nihilque ex corde profluat, quod ipsam inquinet, aut debilitet, quin potius mundiorem & fortiorem constituat.

Sed inquies, cur nõ dicit sponsa in corde meo
commorabitur, sed inter vbera? At sat est indi- *Can. 8. v. 6*
casse locum vbi cor est, quem sponsus, vt diximus, postea expressit. Maluit tamen dicere inter vbera, vt dulces affectus amoris, qui per vbera designantur, indicaret. Supra enim cũ de vberibus sponsi ageremus, per vbera amores diximus significari, & in Hebræo loco vberum legi amores. Christus ergo ponendus est inter vbera & amores nostros, amatoriis affectibus, & amplexibus constringendus, vt omnes amandi vires in ipsum conuertamus, omnisque amor noster tantum sit erga ipsum, vel ipsius causa, tantaque a-
nimi firmitate, vt nihil nos possit separare à cha- *Ad Rom. 8.*
ritate ipsius. *v. 35.*
Fauet expositio D. Gregorii Papæ, qui sic ait. "*In hoc lo-*
Duo vbera spõsæ sunt dilectio Dei & proximi: "*co.*
bene ergo Christus fasciculus myrrhę inter vbe- "
ra commorari dicitur, quia in dilectione Dei, & "
proximi habitatio Dei ædificatur. Sãcta quippe "
anima dum Deum sic diligit, vt proximum non "
cõtemnat, & amorem proximi sic exequitur, vt "
diuinum

d... uro non minus: proculdubio vbera in pe... re... locat, quibus Christum complectens ... um nutriat. Quasi n. vberibus Christus nutri... obortur, dum hac gemina dilectione, vt ... ius inhæreat, delectatur. Hæc D. Gregorius ... nans, ideo Christū ponendum inter vbera, ... peribus quæ testentur dilectionem Dei & proximi propter Deum, illum intra nos fetue... nutriamus, & augeamus. Tunc aūt dicitur Christus formari, nutriri, & augeri in nobis, quando eius fides, gratia, & charitas increscit. & ... in nobis. Et hæc est alia causa, cur spō... dixit in corde meo commemorabitur, sed inter vb... Quoniam cor intus est tantum, v... exterius se produnt, & quod inter v... tegit cōt internum, vt foris etiā ... arcat; nam perfectus Christi amor vtrumq; ... t, & internos cordis affectus, & exteriora eff... opera. Quia probatio dilectionis ex... opera est. Vnde sponsus vtrumque con... iunxit dicens: *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum*: vt cor ad interna, brachium ad externa referatur. Sponsa vero vtraque complexa est, dum illum ponit inter vbera externa, in quorum medio residet cor.

Cant. 8. v. 6.

De fasciculo virtutum colligendo, ad imitationem Christi Domini. §. 4.

Ex ijs omnibus deducimus fructum huiusmodi meditationum esse decerpendum nobis alium fasciculum virtutum, ad similitudinem eius quem in Christo conspicimus, ita vt verba ista: *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi*; eo sensu accipiantur, quo Christus dicitur nostra vita, nostra sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio, quia cuncta hæc in nobis operatur. Sic dicitur fasciculus myrrhę per modum causæ, quia dum eius mysteria contemplamur, efficit in nobis fasciculum virtutum, quibus purgemur à contagione vitiorum, & à corruptione morum præteritorum. Dum sancta mens (inquit D. Gregorius) Christi vitam ex omni parte considerat, » contra omnia vitia ex eius imitatione repugnā... virtutes congregat, ex quibus sibi fascien... myrrhæ aptat, quo carnis suæ putredinem ... spiritu inani abstergat. Hic autem fasciculus inter vbera est collocandus: quia nihil debet esse nobis virtute amabilius, & pretiosius. Etenim cum meditatio mysteriorum fit propter imitationem virtutum, oportet vtramque coniungere, vt simul & per meditationem colligamus fasciculū veritatum, quæ intellectum illustrent, ab erroribus purgent, & in fide corroborent; per imitationem vero fasciculum virtutum, quę voluntatem ornent, & perficiant, transferendo in illam affectus, & actus quos in Christo contemplamur. Istæ autem duæ facultates animæ, intellectus & voluntas, sunt velut eius duo spiritualia vbera, vt supra diximus; inter quæ colligendi sunt hi fasciculi, vt vterque ab vtraq; potentia respiciatur: dum intellectus proponit voluntati quæ amet; & voluntas excitat intellectum, vt inquirat, & intelligat quæ sunt amanda, & illa sibi fortius, & clarius proponat: vnde procedet quod opere exequatur, quod sibi imitandum elegit.

In hoc loco.

Oportet tamen, vt vnusquisq; eum fasciculum virtutum primo colligat, quæ contra vitia, à quibus maxime infestatur, myrrhæ munus exercent, sicut etiam illum fasciculum veritatum debet comparare, qui suo statui, & proprię necessitati aptior reputatur. Quod hoc exemplo fiet manifestum. In Scriptura enim referuntur multa verba, gesta, exempla, ac parabolæ ad propellēdum timorem pusillanimium, eorumque spem erigendam: alia vero diuersa ad reprimendam nimiam confidentiam, & audaciam superborum. Pusillanimes ergo & corde pauidi colligant sibi fasciculum ex primis, qui sibi aptus & proficuus erit, non vero ex alijs, qui erit eis noxius, dum terribilium iudiciorum Dei abyssum meditantes in desperationis barathrum demergentur. Illos ergo affectus studiosos exerceant, qui eos ad spem erigat, & tanquam myrrha salutaris timiditatem expellant. E conuerso autem nimium audaces, & sibi fidentes fasciculum decerpant ex posterioribus, quæ timorem incutiunt, ne ex incauta consideratione diuinæ misericordiæ erga paruulos, ipsi fiant audaciores & præcipites, illisque virtutibus acquirendis insistant, quæ eorum audaciam reprimant, & in Dei timore contineant. Perfectis item, qui exercitatos iam habent sensus, licet ascendere ad contemplanda diuinitatis arcana, & inde sibi fasciculū alligare, qui inter eorum vbera vtiliter commoretur. Imperfectis vero & tyronibus, ex ijs quæ ad Christi humanitatem spectant, aptiorem sibi assument fasciculum: nam alter forte erit illis noxius, non quia malus, sed quia superexcedens, sicut panis noceret infanti, qui prodest viro. Ideo ergo cum dicitur fasciculus myrrhæ dilectus meus, additur *mihi*, quia seruanda est proportio inter fasciculum, & eum qui portaturus est illum, talisque est colligendus, qui portantisit aptus.

Hinc fit omnibus vtilissimam esse meditationem verborum Christi Domini, quibus nobis tradidit Euangelicam legem, ex quibus tanquam ex frondibus salutaribus colligendus est fasciculus myrrhæ. Qui apte dicitur myrrhæ electæ, quia cuncta eius præcepta, & consilia fundantur in carnis mortificatione, in abnegatione sui ipsius, & baiulatione crucis, sequendo eius vestigia. At nō dicitur fascis, sed fasciculus: quia iugum eius suaue, & onus leue, propter gratiam, charitatem, ac virtutes, quæ illud valde dulcorant.

Matth. 16. v. 24. Matth. 11. v. 30.

Hic autem fasciculus colligandus est inter vbera, vbi adest cor, iuxta illud: *Erunt verba mea, hæc quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo, & meditabūtur ante oculos tuos.* Quod & Christus ipse seruauit, cuius nomine dicitur: *Et legem tuam in medio cordis mei.* Propter quod etiam dum legem suam promulgauit, non tam minas quam ingentia pmia præceptis adiunxit, vt videre licet in sermone habito in monte, vbi fasciculum fecit octo virtutum singulis singula præmia annectens, vt suauiores redderet. Myrrha quidem est paupertas spiritus, mansuetudo, luctus & persecutio, at ex ijs omnibus suauis fit fasciculus, quia ingentibus præmijs decorantur, nam paupertas quę ex se est grauis ad portandum, ex possessione regni cœlorum leuis fit, eiusque amaritudo myrrhæ dulcior redditur ipso melle.

Deut. 6. v. 6. Ps. 39. v. 9. Mat. 5. v. 2.

4. Deinde, nonne fasciculus est suauis, qui amantissimum

rissimum expellit ab anima peccatorũ fascem, difficillimum ad portandum, de quo d xit Isaias: *Solue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes.* Fasciculos vocat, quia à principio onera peccatorum leuia videntur peccantibus, sed ideo addit, deprimentes, quia reuera sunt grauia & onerosa animamque deprimunt non solum vsque ad terram, sed vsque ad gehennam: ideoque dixit Dauid: *Sicut onus graue grauata sunt super me.* At fasciculus legis Christi etiã à principio amarus, postea fit dulcis & eo leuis, quo fasciculum peccatorum deprimentem conterit, & à corde expellit.

Isa. 58. v. 6.
Ps. 37. v. 5.

Quomodo anima sit vehiculum Christi vt fasciculus myrrha ad vtilitatem aliorum. §. 5.

5. DENIQVE in huiusmodi mysteriorum meditatione colligendus est fasciculus eorum actuum, quos ad gratitudinem spectare diximus: nam de illo etiam videtur hic loqui sponsa. vt à principio dicere cœpimus: nam cum dixisset: *Cum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum*, illum scilicet, quem gratum animum date oportebat; nunc explicans quid fecerit, vt gratitudinem ostendat, ait, *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Significans omnia magnalia sui sponsi in vnum collegisse, & ad gloriã ipsius omnibus manifestasse, obtulisseque illi cor & pectus suum, vt perpetuum sit domicilium, vbi commoretur, & vehiculum, quo per vniuersum mundum deferatur. Nam qui fasciculum florum inter vbera gestat, quocumque teudat secum illum portat, vt odorem suum vbique diffundat. Ero igitur vehiculũ huius fasciculi myrrhæ Christi, eius magnalia verbo & opere manifestabo, vt vbique sim bonus eius odor, quem odorentur omnes, qui me viderint, & glorificent Christum, à quo C talis fragrantia per me ad ipsos deriuatur. Vnoã & perpetuo detinetur.

Sed perpende vehementiam amoris sponsæ erga dilectum, de quo in capite sequẽti dicitur, *Ferculum fecit Rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum*, &c. Erat quidem valde pretiosum & elegantet elaboratum, vt in illo per vniuersam Ierosolymam veheretur, & conspiceretur à filiabus Ierusalem, sicut suo loco videbimus. At sponsa quid inquit? Pectus meum erit ferculum dilecti mei, vbera mea columnæ argenteæ, reclinatorium aureum ipsum cor meum, & ipse dilectus ad modum fasciculi myrrhæ in medio pectoris mei, ac inter vbera mea permanebit: ego que vehiculum ero ipsius, portans eum per vniuersam Ierusalem & totum orbem, vt vbique cognoscatur, conspiciatur, & adoretur.

Rursus dixerat sponsus: *Equitatui meo, aut equæ meæ assimilaui te, amica mea.* Audeo dicere, D sponsa præ magnitudine amoris amplificat valde similitudinem; ac si dicat: tu me comparas equo, seu equæ, in qua sedes, & qua ex vno loco in alium duceris: non abnuo: sed vlterius dico: pectus meum, & vbera mea erunt tibi vt sedes, vbi tanquam fasciculus florum resideas: & ducam te quocumque velis. Equus regitur à sessore, & tendit quo vult sessor: at A tu ioter vbera mea manens ibis quo ego te ducam: sed ibis quo volueris, quia voluntas mea non alia est quam tua. Exemplum sit tibi Saulus, de quo Dominus ait: *Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israel*, id est vas est electum à me, in quo reponat tanquam fasciculus myrrhæ, meam diuinitatem & humanitatem, vniuersamque doctrinam, ac legem meam complectens, vt portet me per vniuersum mundum. Sed cur fasciculus myrrhæ? statim rationem reddit: *Ego enim ostendam illi, quantum oporteat eum pro nomine meo pati.* Id est, ero illi occasio patiendi plurima & amara valde, etsi omnia erunt illi vt fasciculus. Nam ipse experietur momentaneum esse & leue, quod quid spectat ad tribulationem, quæ æternum gloriæ pondus operatur B in nobis.

Act. 9. v. 15.

Vehementia ergo amoris, & ingens gratitudinis affectus animam mouet, vt secum semper Christum ferat, non sibi soli, sed vniuerso mundo, præbens illum spectabilem, & summa dilectione, ac veneratione dignum, ioultans omnes, vt eum in se ipsa intueantur, tum exemplis heroicæ vitæ ad ipsius Christi similitudinẽ efformatæ, tum verbis, quæ id omnibus suadeant, quando id per officium licet. De hocque maxime gloriatur, quod Christum ita in semetipsa circumferat, & omnibus manifestet, non quomodocumque, sed tanquam fasciculum myrrhæ, per quem incorruptionem, & gratiam, ac gloriam consequantur in secula seculorum. Amen.

EXHORTATIO IV.

De fasciculo amaritudinum Christi Domini, quas in infantia, & in passione perpessus est, de modo meditandi & imitandi virtutes illius.

Pro astitutrate Domini vel circumcisione, & pro mysteriis passionis ipsius.

Fasciculus myrrhæ, &c.

TERTIVS fasciculus colligendus superest ex amaritudinibus, & doloribus, quos perpessus est Christus Dominus, ex quo in vtero virginis conceptus est, vsq; dum expirauit in cruce: cui appositissima similitudo est arbor myrrhæ, iuxta ea quæ ex Plinio retulimus cum ait, iacta radice crescere ad quinque cubitos, & per omnium poros sponte guttas sudare, & hæc est myrrha pretiosa, quæ in Scriptura prima, & electa nuncupatur, & dicitur stacte. At cum cortex inciditur, vulneratur, seu pungitur, copiosiores quidem guttas emittit, sed non tam preciosas. Tota vero arbor similis dicitur spinæ, sed folia sunt instar oliuæ. Quæ omnia Christum egregie repræsentãt, qui ad modum arboris myrrhæ radices occultas in terra iecit, cum in vtero virginis conceptus est, vbi nouem mensibus inclusus permãsit, & primitias myrrhæ tulit, quasi nis occulte: quas non immerito dixeris voluntarium istum carcerem angustum, obscurum, & horridum, in quo tandiu iacuit: de quo Ecclesia canit: *Tu ad liberandum suscepturus hominem non horruisti virginis vterum.* Reliqui infantes non

Lib. 12. c. 15.

In hymno Te Deum laudamus.

A non horrent maternum vterum, quia carent rationis vsu, nec horrorem luci agnoscunt, at Xp̃s Dominus, etsi ætate infantulus, semper tamen vir fuit scientia plenus, de quo dicitur, *Fœmina circumdabit virum.* Et ideo horrorem carceris cognoscebat, libenterque eam amplexus est. (*Ier. 31. v. 22.*)

Sed vlterius, quia illum nihil vnquam latuit, tunc perfectissime cognouit etiam cuncta, quæ vsque ad mortem crucis passurus erat, ad eaque perferẽda pro nobis libentissime se obtulit. Vnde in ipso primo suæ conceptionis instanti plenus fuit ea myrrha, quam postea erat paulatim producturus foras. Tunc bibit simul voluntate, & affectu totũ calicem passionis, quem successu temporis bibiturus erat per partes. Et sicut tota arbor virtute latet in radice, per quam succum sugit, nutritur, roboratur, & crescit: sic quidquid Christus Dominus fecit, & passus est, continetur tanquam in radice in hac prima voluntate, qua se obtulit patri, per quam vt D. Paulus docet: B *Sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi*: semel voluit enim tunc se in holocaustũ offerre pro nobis in ara crucis, & hæc voluntas radix fuit, & meritum nostræ sanctificationis. (*Ad Heb. 10. v. 10.*)

Expletis nouem mensibus radix foras erupit, & oritur arbor myrrhæ Christus, paulatimque creuit vsque ad quinq; cubitos, per quos quinque partes vitæ ipsius apte intelligimus. In quibus omnibus, & singulis myrrham protulit primam electam, odoriferam, salubrem, & valde copiosam. Primus cubitus, aut pars vitæ est infantia, cum natus est in diuersorio, reclinatus in præsepio, & circumcisus octauo die. Secundus quinquennium, vel septennium, quod fuit in Ægypto, fugiens Herodis persecutionem. Tertius reliquum tempus, quod fuit in Nazareth, subditus parentibus, fabri officiũ exercens vsq; ad baptismum, & ieiunium in deserto. Quartus triennium prædicationis innumeris laboribus, fatigationibus, ac ærumnis cumulatum. Quint⁹ C tandem triduum passionis vsq; ad mortem. Ex omnibus his licet fasciculum myrrhæ, seu alligamenta guttæ colligere, vt guttæ sint dolores ignominiæ, ac ærumnæ, quas in ijs quinque temporibus passus est. Flores autem interni actus & affectus, qui externa tormenta comitabantur; frondes vero verba, quæ illa perferens proferebat. Ex his autem omnibus ipse Christus in primo instanti suæ conceptionis fasciculum amarissimæ myrrhę sibi collegit, quem semper inter interna vbera sui intellectus, & voluntatis portauit iugiter illum intuens, de eoque sæpius loquebatur cum Apostolis dicens: *Ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur gentibus, & illudetur, & flagellabitur, conspuetur, & crucifigetur, & c.* Ecce vbi fasciculum narrabat eorum, quæ passurus erat, quem mente præ oculis semper gestabat, vt doceret nos modum huiusmodi fasciculum colligendi, ac inter vbera portandi: sed quia longum esset de ijs omnibus sigillatim pertractare, cum id fuse fecerimus in libro meditationum, nunc solum attingemus quæ ad infantiam, & passionem spectant, de quibus aptius intelligitur quod ait sponsa: (*Matth. 20. v. 18. Luc. 18 v. 32*)

Fasciculus myrrha dilectus meus mihi.

De myrrha & amaritudinibus Christi in infantia. §. 1. (De natiuitate.)

ET quidem cum Christus Dominus natus est tanquam surculus tener myrrhæ arboris prodijt. De quo Isaias inquit: *Ascendit sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti: non est species ei, neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus.* Id est orietur tanquam puerulus lac sugens ab vberibus matris, quomodo oritur tenerum virgultum lactens, & succum radicis trahens: & velut radix, seu ramusculus, qui ascendit ex terra sicca, & inaquosa, cui non est vlla species, pulchritudo, aut decor; quales solent esse plantulę, quæ in arenosis regionibus oriuntur: & ideo coram populo Israelitico despectus apparuit, quasi nihil aspicerent in eo dignum Messia sibi promisso, quem honoratissimum expectabant. Vnde licet radix hic non sumatur pro ea, quæ est occultata subtus terram, sed pro trunco, vel ramusculo, qui ascendit super illam; tamẽ (vt notat D. Aug.) Isaias vocauit Christum radicem: ad indicandum quod sicut radix nullam pulchritudinem foras ostendit, vim tamen, & efficacitatem habet, quã per omnes arboris partes pulchris ornatas floribus, frondibus, & fructibus fundit: ita Christus Dominus licet in natiuitate, & passione nullam speciem, ac decorem prætulerit, infinitam tamen vim exeruit promerendi, & satisfaciendi pro vniuersis hominibus, q̃ germinauit Ecclesiam tanquam arborem pulcherrimam, per vniuersum orbem diffusam. Quare vt radix? (inquit Augustin.) quia non erat ei species, neque decor. Attendis arborem pulchram, amœnam, folijs virentem, & fructibus opulentam. Laudas totam istam pulchritudinem. Si radix ostendatur tibi, nulla pulchritudo in ea est, noli contemnere quod abiectum est: inde processit q̃ miraris. Attendite modo claritatem arboris Ecclesiæ, credit, crediderunt gentes, victi sunt principes, venerunt volatilia cæli, vt requiescant in ramis eius. Quæramus radicem, crucifixus est. Ecce hic species non est: sed intus erat species: qui cum in forma Dei esset, nõ rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Ita August. (*Isa. 53. v. 2.* — Ita vertũt LXX. — *Lib. 50. homiliarum hom 36.*)

Sed iam virgultum myrrhæ recenter ortum inspiciamus, quem sponsa fasciculum myrrhæ vocat. Quare fasciculum? quia *paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus eius super humerum eius.* Principatus Christi est Ecclesia, cuius peccata ipse portauit, vt eam mundaret. Principatus item eius est crux, vt testantur D. Hieronymus, Ambrosius & Augustinus. Et quia vtrumque erat onus graue, super humeros portandum erat: ab infantia tamen portare cœpit, quia licet paruulus, tamen vocabitur nomẽ eius, *Deus fortis.* Iam tunc erat fasciculus myrrhæ, quia eius primas guttas efflabat. Nunquid non myrrhæ guttæ sunt alienum diuersorium, vile D stabulum, durum præsepiũ, contubernium animalium, rerum inopia, vagitus infantis, frigus hyemis, horror noctis, & hominum despectus? Lachrymæ pueri, lachrymæ myrrhæ sunt ab arbuscula ista prodeuntes, quas amara nostrorum peccatorũ fundebat memoria. Ligamen linguæ infantilis, fasciæ, & panni, quibus inuolutus est, alligamentũ est guttæ, plures myrrhæ guttulas conti- (*Isa. 9. v. 6.* — *Isa. 53. v. 4.* — *Ita D. Hieron & Cyrillus ubi D. Ambr. li. 3. de fide, c. 4. D. Augu. serm. 71 de tempore.* — *Luc. 2. v. 7.*)

continens, sed omnes sunt myrrha prima, & electa, quia valde spontanea. Ipse ea elegit, ipse sponte tulit, potestatem habebat aliter hæc disponendi, sed tradi disposuit, quia quod amarum est, sibi eligere decreuit, vt erroneum iudicium mundi confunderet, qui id iudicat fœlicius, quod dulcius, & honoratius. A

Luc. 2. v. 21. De circoncisione. Sed venit octauus dies quando pueri circumcidebantur, circunciditur puer instus, inciditur arbustũ myrrhæ, vt copiosiores guttæ prodeãt. Prodeunt guttæ, sed sanguinis, prodeunt cum dolore, quia tenerrima infantis caro vulneratur prodeunt cum ignominia, quia circuncisio stigma erat peccatoris. Sed sunt pretiosissimæ, & saluberrimæ guttæ ad sananda peccatorum vulnera, & vitiorum putredinem impediendam. Etsi autem ab alto inciditur, myrrha tamen non coacte, sed spontaneè prodit, quia ipse Christus sponte voluit incidi: & ideo iure optimo myrrha hæc etiam prima, & electa nuncupatur. Prima est etiam, qua primitias profert sanguinis, postea copiosius effundendi: & ideo valde amabilia, quia primitiui fructus sunt amabiliores; maxime quia ex nimio erga nos amore prodiere. Hæc igitur attente contemplans, collige tibi fasciculum myrrhæ, & alligaturam guttæ ex omnibus quæ pro te passus est, & inter vbera collucaillum, vt amore & imitatione simul amplectaris, leuis erit tibi, nam à paruulo est effectus, vt paruulis esset accommodatus. Si quid autem molestiæ in his amaritudinibus erat, ablatũ est ex quo ipse portauit. Hoc antem facile experieris, si virtutes quas in isto infantulo conspicis, ad te ipsum transferas, & ex illis tibi fasciculum cõstituas, amplectendo eius paupertatem, innocentiam, silentium, humilitatem, & promptitudinem ad effundendum proprium sanguinem: offerto ei hunc fasciculum myrrhæ & omnia tibi amara conuerteriu dulcia. B

Exemplũ à Deipara. Intuere Deiparam, quæ dum hæc cõtemplabatur, lætanter dicebat: *Fasciculus myrrha dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Duo vbera illius erant, duo actus amoris, vnum quo diligebat Christum tanquam Deum, alterum quo diligebat tanquam filium: inter vtrumq; illum tenebat. Inter vbera mea, inquit, commorabitur, & pernoctabit, à collo meo pendet tãquam monile, ante pectus meum est tanquam fasciculus florum: inter vbera manet tanquam olfactorium myrrhæ, nihil præter ipsum amo, ipse mihi sufficit. Ipse diuersorum mihi in patriam, ptęsępe in cœlum, fugam in quietem, & amaritudinem vertit in dulcedinem. Etsi nihil mihi iufans loquitur, mirabiliter me consolatur: quia tacens foris, loquitur intus, nam verbum est æterni patris, & ideo iuxta cor illud cõstituo, quia ad cor loquitur mihi. Ego vehiculum ipsius sum, ego templum porto, vt patri pro salute mundi hunc fasciculum myrrhæ offeram: ego in Ægyptum defero, vt fasciculum abscondam ab Herode quærente dissipare illum. Et omnia quantumuis grauia pro ipsius amore mihi videntur lenia. C D

Luc. 1. v. 34. Nam licet amarissima sit eius myrrha, quæ instar gladij pertransit animam meam, tamen vt leuem fasciculũ pro ipso amplector illam. Hæc dicit magistra Euangelicæ perfectionis, vt ab ea discas modum, quo fasciculum hunc portare debeas.

De myrrha & amaritudinibus Christi in horto Gethsemani. §. 2.

IAm ad myrrham quæ in triduo passionis ex hac diuina arbore prodijt contemplandam accedamus. Fuit autem duplex, altera quam ipse sponte sudauit, altera quam incisus emisit. Intuere igitur primo Christum in horto Gethsemani tanquam arborem myrrhæ plantatam, pendens flores internorum affectuum, verborum frondes, & guttas sanguinei sudoris, ex quibus fasciculum tibi fac myrrhæ probatissimæ. Flores sunt, sed myrrhini & amarissimi mœstitia, pauor, tædium, & agonia: sic enim dicunt Euangelistæ; *cœpit 1. suspauere, & tadere, & contristari, & mœstus esse, & factus in agonia prolixius orabat.* Flores item sunt promptitudo spiritus ad sufferendam mortem, resignatio propriæ voluntatis in diuinam, feruor orationis, amor, fiducia, & reuerentia erga patrem, cæteriq; affectus, quos verbis, & signis manifestauit. Hæc autem verba frondes myrrhinæ erant similes floribus, quia ex abundantia cordis loquebatur os: vt illud, *Tristis est anima mea vsque ad mortem. Pater si possibile est transeat à me calix iste, verumtamen non quod ego volo, sed quod tu.* Rursus. *Spiritus prompt' est, caro autem infirma.* Iterum, *vigilate & orate ne intretis in tentationem.* Et illnd, *surgite eamus hinc, appropinquat qui me tradet.* Et ad Petrum, *calix quem dedit mihi pater non vis vt bibam illum.* Hæc folia sunt nõ vana, & inutilia, sed plena salutis, & gratiæ ad sanitatem animarum, ad extinguendam putredinem passionũ, & carnem spiritui conciliandã. Matth. 26. v. 37. Marc. 14. v. 33. Luc. 22. v. 43.

Sed attentius intuere preciosissimam stactẽ, quam sudat orans in agonia, *Factus est* (inquit Lucas) *Sudor eius sicut gutta sanguinis decurrentis in terram.* Nondum vulneratus est cortex arboris, & iam profluit copia myrrhini sudoris, quia vulneratus est à charitate apprehensione instantia passionis. Sponte prodeunt copiosæ guttæ, tanroque impetu, vt non solum cadant in terram, sed decurrant: quia vis interni amoris, & doloris magna vi expulit sanguinem à venis per poros corporis. Non manent guttæ hærentes corpori, sed humum rigant, & perfundunt; quia earum fructus ad nos transit. Sanguis enim Christi nos abluit, mundat, rigat, fœcundat, sibi assimilat, & tangens terram ascendit in cœlum, & ante patris thronum pro nobis clamat, melius quam sanguis Abel, nam vindictam petit contra peccata, vt peccatoribus detur venia. Sed audi quid Christus dicat ad terram sanguine isto madidã: *Terra ne operias sanguinem meũ, nec habeat locum in te latendi clamor meus.* Hoc est; vtinam hæc effusio sanguinis mei manifesta semper sit omnibus terrigenis, omnesque illius clamorem audiant, & per hunc sanguinem à peccatis mundentur, & illius fructus participes fiant. Sed vlterius tu comitare etiam Christum in hoc horto, non dormiens sicut discipuli, sed vigilans cum ipso. Carpe internos flores, collige pretiosa folia huius myrrhinæ arboris, eleua à terra guttas sanguinis decurrentes, & cape tibi, vt eis proficias. Hæc omnia profunde meditare, & fasciculum collige, quem inter vbera tua colloces, & summo amore amplectatis, ad cuius imitationem facito tibi fasciculum, vbi ligentur compassio Christi Luc. 22. v. 44. Ad Hebr. 12. v. 24. Iob. 16. v. 19.

C[illegible]ti patientis, promptitudo spiritus in carne infirma, resignatio obedientiæ, orationis instantia, vigor confidentiæ, tristitia de peccatis, & agonia contra illa vsque ad effusionem sanguinis.

De myrrha, & amaritudinibus Christi in cruce. §. 3.

COpiosior multo fuit myrrha, quam effudit ar[illegible] ot Christus incisus & vulneratus flagellis, spinis, & clauis in cruce, sed non minus pretiol[illegible], crsi vi [t]ormentorum euulsa, quia nimis fuit sp[o]ntanea: *Traditus enim est, quia ipse voluit.* (Isa. 53. v. 7.) Intuere ig[itur] Christum in crucis arbore pendent[e]m [ta]n[qua]m arborem quandam myrrhæ floribus, frondibus, ac guttis refertum, vt ex illis vl[ti]mi tibi colligas fasciculum myrrhinum omnibus preciosiorem. Contemplare flores arboris, quia, qui pendet Iesus est Nazarenus, id est virtutibus floridus. Flores vero myrrhæ, summæque fragrantiæ erant humilitas in opprobrijs, patientia in tormentis, silentium in iniurijs, & calumnijs, obedientia vsque ad mortem, paupertas vsque ad omnimodam nuditatem, charitas omnes complectens, nec ipsos excludens inimicos acriter eum persequentes. Et tandem insatiabilis sitis saluationis hominum, & gloriæ patris, propter quam cuncta hæc adeo amara, libenter amplexus est, & tanquam fasciculum perpetuo gestauit inter vbera sua, de eis sæpius loquens cum discipulis suis, & vehementer increpās eos, qui ab hoc illum diuertere conabantur. (Matth. 20. v. 18. Matth. 17. v. 21.)

2. Sed quid dicam de frondibus verborum eius, cuius labia in cruce fuerunt (vt in hoc Cantico dicitur) *Sicut lilia stillantia myrrham primam*, omni ex parte voluntariam. Lilia sex habent folia, & totidem flosculos intra illa eiusdem fere coloris rufi cum myrrha, qui sex indicant affectus charitatis, misericordiæ, & compassionis erga sex personarum genera, quarum in cruce memoriam habuit. Nam sicut frondes myrrhæ, vt ex Plinio retulimus, sunt instar oliuæ: ita verba ista misericordiæ, & compassionis oleo erant plena. Primus affectus fuit erga inimicos orans pro illis, & excusans eos, dicens: *Pater ignosce illis. Non enim sciunt quid faciunt.* Secundus erga latronem pœnitentem, promittens illi indulgentiā, & gloriam, dum dixit: *Hodie mecum eris in Paradiso.* Tertius erga matrem viduam & desolatam, tradens ei discipulum in filium, qui eius gereret curam. Quartus erga discipulum, in quo omnes futuri discipuli repræsentabantur, tradens illis matrem suam, vt erga illos munus obiret matris, aduocatæ & mediatricis. Hæc n. indicantur verbis illis, *Ecce filius tuus, & ecce mater tua.* Quintus erga omnes homines, sitiens eorum salutem quam sitim spiritualiter expressit, illo verbo *sitio.* Nisi mauis dicere affectum istum fuisse erga proprium corpus, moderatum quidem, quia etiam ius etiam cura nobis incumbit. Sed sextus fuit erga se ipsum, & proprium spiritum, dum pro se ad nostram eruditionem orauit dicens: *Deus meus, vt quid dereliquisti me*: &, *Pater in manus tuas commendo spiritum meum.* Quo dicto, cessauerunt labia destillare amplius myrrham, quia cum omnia iam consummata essent, Inclinato capite tradidit spiritum. Ex ijs ergo floribus & frondibus myrrhæ pretiosum potes colligere fasciculum. Sed addenda est alligatura guttæ imo guttarum, seu riuulorum myrrhæ, quæ ex arbore promanarunt. Etenim sacrum dorsum flagellis cæsum, caput spinis coronatum, manus & pedes perforati clauis non guttas, sed riuos sacratissimi fundebant cruoris magno impetu vsque ad terram decurrentes: ita vt diuina hæc arbor suo vitali succo foras euerso manserit arida, & sicca sicut testa, vt dicit Dauid. Nam sicut totum corpus eius mortuum vnctum est myrrhi[a]e mixturæ centum libris, ita vt nullum eius membrum manserit inunctum: sic etiam eius corpus viuum à planta pedis vsque ad verticem capitis vulneratum, per omnes sui partes amarissimam myrrham distillauit, imo & per quasdam copiose profudit. Nam vt esset copiosa redemptio debuit esse abundans profusio & ne lingua intra os clausa sua myrrha careret, dederunt ei myrrhatum vinum bibere cum felle mixtum, quod gustare voluit, vt eius amaritudinem sentiret, sed non traiecit intra se, vt significaret quātum exectaretur Iudaicam perfidiam, & vinum Sodomorum, quod ex sua vite synagoga illa propinabat.

(Matth. 27. v. 46. Luc. 23. v. 34. Ioan. 19. v. 26. Matth. 27. v. 46. Luc. 23. v. 46.)

(Can. 5. v. 13. De verbis prolatis in cruce.)

(Psal. 21. v. 16. Ioan. 19. v. 39. Marc 15. v. 23. Matth. 27. v. 34.)

Sed ex eo quod D. Matthæus vocat fel, id quod Diuus Marcus vocat myrrham, satis deducitur amaritudo myrrhæ, quæ nomine fellis explicatur. Vnde quidquid passus est Dominus, nuncupari potest fel sicut & myrrha, iuxta id quod per Ieremiam dicitur: *Repleuit me amaritudinibus, & inebriauit me absynthio: recordare paupertatis meæ, & transgressionis meæ, & absynthii, & fellis.* i. e. recordare paupertatis & nuditatis, quam pro te habui in cruce: & transgressionis, quæ mihi imputata est portanti super me transgressiones tuas: memorare etiam absynthij, & fellis, omnium que amaritudinum, quas pro te passus sum ipso absynthio, & felle acerbiores, memoria enim hæc tibi proderit, vt tanquam myrrha salutaris te à peccatorum corruptione seruet. (Thren. 3. v. 15 & 19.)

Sed quid respondet sponsa Christo non ingrata? *Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea.* Hoc est eurabo semper, & vbique recordari istorum quæ passus est, vsque dum præ dolore, & compassione tabescat in me anima mea. Id ipsum est quod modo confirmat, cum ait: *Fasciculus myrrha dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Id est dilectus meus in cruce pendēs factus est mihi fasciculus myrrhæ, quia in eo colligatas contemplor omnes afflictiones, & ignominias, eollocabo illum inter vbera mea, vt continuo ante oculos habeam. Nunquam illius obliuiscar, nec retro proijciam; semper illum brachijs amoris amplexabor, & in medio cordis mei constituam, vt id ipsum quod ipse sensit, ego sentiam, doleam sicut doluit, gemam sicut gemuit.

Replebo cor meum amaritudinibus suis, quarum causa fui sceleribus meis, nihil me arbitrabor scire nisi Christum, & hunc crucifixum, nec gloriabor nisi in cruce eius; per quem mihi mūdus crucifixus erit, & ego mundo. Hæc (inquit Diuus Bernardus) meditari dixi sapientiam, in his iustitiæ mihi perfectionem constitui, in his plenitudinem scientiæ, in his diuitias salutis, in his thesauros meritorum. Hæc me eriguut in (Ad Phil. 2. v. 5. 1. Cor. 2. v. 2. Ad Gal. 6. v. 4. Serm. 42. in Cant.)

„ aduersis; in prosperis reprimunt; & inter læta „ tristiaque vitæ præsentis via regia incedentibus „ rum præbent vtrobique ducatum, hinc inde „ mala eminentia propulsando. Hæc mihi con- „ ciliant mundi iudicem, dum tremendum pote- „ statibus mitem, humilemque figurant: nec so- „ lum placabilem, sed etiam imitabilem repræ- „ sentant. Ad hoc igitur figendus est fasciculus iste inter vbera, vt per amorem, & imitationem totus fiat noster, & quæ de floribus, frondibus, & guttis eius retulimus omnia in corda nostra transferamus, illique similes efficiamur. Nec sine causa vocatur, *Alligamentum*, vel, *fasciculus*, qui etiam ligatur; tum ad significandum quod Christus ligatus est asperrimis funibus, & postea durioribus clauis in cruce, vt nostrorum dissolueret vincula peccatorum; tum vero quia ligandus est nobis firmissime in corde, vt ab illo nulla tribulatio, vel angustia possit eum diuellere.

Modus portandi hunc fasciculum cum affectu gratitudinis & gaudij.

§. 4.

EX dictis quidem plures deducuntur rationes, cur fasciculus iste myrrhæ passionis Christi iugiter sit nobis ante oculos & inter vbera collocandus: nam & ipse Christus ab instanti suæ conceptionis eum ita portauit, & à nobis portari cupit, tum ad imitationem, tum ad compassionem, tum ad gratitudinem, & actionem gratiarum, & quod amplius est, ad nostram consolationem, lætitiam, & gaudium. Nam etsi fasciculus myrrhæ amarissimus fuerit Christo tamen nobis fuit saluberrimus innumeraque & immensa attulit bona, propter quæ etiam ipse Christus de passione sua lætabatur, & diem in quo spineo diademate coronauit eum synagoga mater eius secundum carnem, vocauit diem lætitiæ cordis sui, quia in eo redemptioné mundi summopere sibi desideratam perfecit, ianuas paradisi tamdiu clausas aperuit, & abyssum nobis reserauit diuinæ misericordiæ. Vnde non mirum quod etiam sponsa læta, & gaudens hũc fasciculum inter vbera collocet, vt iugiter ex illo bona ista decerpat. Nam & de Abraham ipse Saluator dixit: *Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum, vidit & gauisus est.* Diem autem suum (inquit Diuus Chrysostomus) vocat diem crucis, & passionis, quam Abraham in arietis oblatione, & in Isaac præsignauit. gauisus est autem de redemptione mundi per Christum illo die facta, cum ei reuelata est. Vnde peracto sacrificio in monte, *Appellauit nomen loci illius Dominus videt. Et vsque hodie dicitur, in monte Dominus videbit.* Quæ prophetia duplicem insignemque habet sensum, qui hanc rem maxime illustrat.

Can. 3. v. 11

Vide D. Laurent. Iustin. lib. de agone triumphali Christi ca. 20.

Ioa. 8. v. 56

Hom. 54. in Ioan. Vide etiam infra Exhort. 6. ad finem & Exhort. 27. §. 1.

Gen. 22. v. 14.

Prior, quia ibi videri se fecit Deus. Vnde vox Hebræa sonat, *Dominus videbitur.* Et Septuaginta vertunt: *Dominus visus est.* Nam vt inquit „ Diuus Ambrosius, apparuit Abrahamo, reue- „ lans ei futuram sui passionem corporis, qua „ mundum redemit. Demonstrans etiam genus „ passionis cum suspensum ostendit arietem in „ virgulto. Virgultum autem illud patibulum e- „ rat crucis, & in hoc ligno præstantissimus ductor gregis exaltatus omnia traxit ad se, vt hominibus cognosceretur: vnde & ipse ait: *Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum.* Et hoc indicant illa verba: *In monte Dominus videbitur.* Id est per fidé cognoscetur ab hominibus, postquam in monte oblatus fuerit in sacrificio. Addit etiam idem Ambrosius Abraham in ipsa immolatione filij sui Isaac præuidisse futuram immolationem Christi, cum dixit ei: *Deus prouidebit sibi victimam holocausti fili mi.* Id est non tantum prouidebit victimam modo offerendam à me, sed aliam quę offerenda est pro totius mundi salute. Huiusmodi autem prophetica visio lætificauit Abrahã propter bonum generis humani, nec paruum in filij sui immolatione solatium ei attulit præuidere in illo mõte ab æterno patre pro redemptione hominum filium suum vnigenitum offerendum in holocaustum ligatum in ligno crucis, non tam vinculis ferreis, quam vinculis charitatis: ac si Deus dixisset, quid quod filio tuo vnico Isaac nón peperceris propter me, siquidẽ nec ego filio meo vnigenito parcam propter te? Nulli ergo rei quantumuis nobis charæ parcendum est propter Deum, qui vt dicit Apostolus, *Proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.*

Lib. 1. de Abraham c. 8.

Ioa. 8. v. 28

Gen. 22. v. 8.

Ad Rom. 8. v. 32.

Posterior tamen & sublimior sensus, & qui magis ad rem facit quem Encherius tradit, est vt verba ista, *Dominus videt, & in monte Dominus videbit*; vaticinium sint de ipso Christo Deo vero, & homine, qui aliquando semetipsum visurus erat in monte illo sputis illitum, opprobriis saturatum, clauis confixum, perforatum lancea, sanguine rubricatum, & in medio duorum latronum in patibulo suspẽsum. Habet tamen emphasim vtrumque verbum præsens, & futurum; *Videt, & videbit.* Quoniam Christus vt Deus, ab æterno semper vidit, & videbat, ac videt quæ in illo monte circa seipsum vt hominem futura erant. Et cum primo factus est homo, vbicumque esset, siue in ventre matris suæ, siue in præsepio, aut templo vel Ægypto; verum erat, *Dominus videt*; quia passionem suam clare intuebatur, & de ea ob bonum nostrum gaudebat: tamen etiam dicitur videbit, vt ad tempus ipsum patiendi referatur, quando experimento sui ipsius vidit immolationem, eo loquendi genere quo de calice passionis dixit; *Quẽ bibo, & quem bibiturus sum.*

Encherius apud Lipomanum in Catbena.

Sed quod vox Hebræa sonat, *Dominus videbitur*, ad homines etiam referri potest, quibus se videndum præbuit, sed non omnibus eodem modo. Quidam enim eum viderunt, & irriserunt, sicut Pharisæi & principes sacerdotum, ac milites, de quibus conqueritur in Psalmo dicẽs: *Ipsi vero considerauerunt, & inspexerunt me.* Item, *Omnes videntes me deriserunt me, locuti sunt labiis, & mouerunt caput.* Alij vero vident, & magnifaciunt, cum per fidem, vel contemplationem mysteria passionis intuentur; dicentes cum sponsa: *Fasciculus myrrha dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur*, & ante oculos meos versabitur, iugiter eum intuebor, & toto corde amplexabor, deferamque inter duo vbera mea, quæ vt dicit Diuus Bernardus sunt duo affectus congratulationis, & compassionis à charitate procedentes, cuius est, *Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus*; de quibus superius plura diximus,

Psal. 21. v. 18. & 8. Luc. 23. v. 35.

Ser. 42. & 10. in Cant. Lib. 1. Exhort. 19. ad Rom. 12. v. 15.

diximus, & ambo exercendi sunt erga Christi passionem, vel compatiendo ei propter amaritudinem dolorum, & tormentorum myrrham, vel congratulando ei propter maximum in nos per eam collatum beneficium, gratias ei agendo laudando, & affectus imitationis excitando magnasque concipiendo vires ad labores tolerandos propter eum, qui sic dilexit nos: in memoriam reducantes prouerbium illud antiquum ex afflictione, & sacrificio Abrahæ desumptum, *In monte Dominus videbit*; vt recordatione eius, quod Christus pro nobis passus est, non deficiamus, sed firmam vincendi obtineamus spem iuxta consilium Pauli dicentis: *Recogitate eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficientes.*

Ad Heb. 12. v. 3.

Confirmantur dicta ex fasciculo hyssopi tincti in sanguine agni. § 5.

DEnique huius fasciculi myrrhæ typus fuit quod præceptum est Hebræis ea nocte qua egressi sunt de Ægypto. Immolato enim agno dixit eis Moyses: *Fasciculum hyssopi tingite in sanguine, qui est in limine* (id est in cratere, vbi exceptus est sanguis, qui erit in ipso limine domus) *& aspergite ex eo superliminare, & vtrumque postem. Transibit enim Dominus percutiens Ægyptios, cumque viderit sanguinem in superliminari, & in vtroque poste, transcendet ostium domus, & non sinet percussorem ingredi domos vestras, & lædere.* Quod sponsa vocat fasciculum myrrhæ inter duo vbera, vocauit Moses mystice fasciculum hyssopi tinctum sanguine agni aspergentem duos postes, & superliminare domus. Hyssopus enim herba est humilis modica, amara, & salubris, cuius fasciculus tinctus in sanguine agni occisi, & immolati à populo (qui figura erat Christi Domini) repræsentat vniuersa, quæ pro nobis in passione sua pertulit, quæ in vnum fasciculum collecta immaculati agni sanguine tinctum applicanda sunt nobis, vt per ea liniantur, signentur, & muniantur superliminare, ac duo animæ postes, id est frontes, labia, & pectora, seu intentiones, verba & opera, vt à diabolo exterminatore liberemur. Positio autem sanguinis in postibus, & superliminari domus, quæ omnibus patent, hoc indicat quod de Christi passione quamtumuis ignominiosa nunquam est nobis erubescendum, sed gloriandum: semperque est nobis coram oculis habendum, & iugiter memorandum illius; eo sensu quo de verbis legis dictum est: *Scribes ea in limine, & ostiis domus tuæ.* Situs etiam, & linitio sanguinis super duos postes, & superliminare figuram crucis significat, vbi Christi sanguis effusus est, & illius thau, cuius meminit Ezechiel, quo signati eruti sunt à morte. Etenim per crucem Christi, & eius sanguinem eruimur à captiuitate vitiorum, & impugnatione dæmonum, nec permittuntur ingredi in domos, seu conscientias eorum, qui hoc sanguine tincti sunt vt eos lædant. Fasciculus enim iste sanguine Christi tinctus exterret diabolum, fugat tentationes, carnis impetus reprimit, mundat animam, ad mala sufferenda corroborat, & ad omne opus bonum promptam reddit. Quare anima hæc contemplans merito dicit

Exod. 12. v. 22.

Ita D. [illegible]

Deut. 6.

Ezech. 9. v. 4.

Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Ille erit mea protectio, vt nihil intret cor meũ, quod illud lædat: ille virtute suæ myrrhæ defendet me ab exterminatore, & ideo inter vbera mea semper illum retinebo. Propter quod maxime dolendum est paucos esse, qui hoc fasciculo hyssopi velint se intingere, aut fasciculum istum myrrhæ sibi colligere, & inter vbera sua collocare. Ideoque corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in vijs suis, vermibus scatent, & vlceratam habent conscientiam, de quibus iuste conqueritur Dominus per Ieremiam dicens, *Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? quare non est obducta cicatrix populi mei?* nunquid non est myrrha, & balsamum? nunquid non sunt media necessaria, & efficacia per sanguinem Christi, vt vulnera sanentur? Quare ergo populus peccatis vlceratus non applicat illa sibi? cur non sibi colligit fasciculum myrrhæ, & alligamentum guttæ, vt sua vulnera liget, curet, & sanet? Vtinam iam saperent, & intelligerent, & per ingem meditationem hunc sibi fasciculum colligerent, quo à peccatis eruti ad vitam peruenirent sempiternam.

Ier. 8. v. 22.

Sed placet tandem hæc verba referre ad beatissimam Deiparam cum deposito Christi corpore de cruce suscepit illud (sicut pie creditur) in brachijs suis, & summo cum amore, ac dolore reuerentiaque amplexata, & sacra eius vulnera osculata est. Tunc enim ingenti spiritus affectu dixit: *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Collocauit quidem illud inter vbera compassionis, & congratulationis, dum hinc compatiebatur corporis vulneribus, liuoribus, sputis, & diris tormentis deformato, & dilacerato: illinc vero congratulabatur animæ, quæ opus redemptionis iam perfecerat, & omnibus hominibus certam spem salutis attulerat. Sed præualebat tunc spiritus compassionis & doloris, quia oculus tam corporis quam animæ filij sui amaritudines perspiciebat. Quamdiu stabat iuxta crucem filium patientem contemplans, myrrhæ fasciculum colligebat, sed quando depositum è cruce iam mortuum suscepit, inter vbera collocauit, & ibi inquit erit mihi: multis quidem Christus est fasciculus myrrhæ, sed præ omnibus, mihi, quæ eum genui; mihi, quæ vberibus meis lactaui illum; mihi quæ eum præ omnibus dilexi; Mihi quæ magis vna sum cum illo quam cuncti alij, & quem inter vbera mea portabam infantulum, nunc inter vbera porto mortuum. Mihi viuere semper Christus fuit, & nunc mori cum ipso esset lucrum: sed vt Deo viuam, Christo confixa sum cruci, cum crucifixo ero spiritualiter crucifixa, cum mortuo mortua, & cum sepulto sepulta, quia vbi est Christus thesaurus meus, ibi erit & cor meum. Vtinam ita sit & nostrum in secula seculorum. Amen.

De Deipara deposito Christi corpore à cruce.

EXHORTATIO V.

Pro Feria 5. in cœna Domini & pro Festo corporis Christi.

De sanctissimæ Eucharistiæ institutione in vltima cœna præcipue, vt sacrificium memoratiuum est Dominicæ passionis, & de quinque fasciculis rerum mirabilium, quas continet.

Dum esset Rex in accubitu suo, &c.
Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.

TRES appositissimas similitudines adducit hoc loco sponsa ad explicanda tria insignia sanctissimæ Eucharistiæ: nempe eius institutionem in vltima cœna; & duplicem eius finem, nimirum vt esset sacrificium memoratiuum passionis Christi, & sacramentum, ac conuiuium nutritiuum animæ. De primo inquit: *Cum esset Rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suum*: de secundo: *Fasciculus myrrha dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur*. De tertio vero, *Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi*: nunc de duabus primis agemus.

De institutione Eucharistiæ in vltima cœna, & gestis ibi. §. 1.

Matt. 26. v. 26. 1. Cor. 11. v. 24. ET in primis cum Rex gloriæ Christus in illo cœnaculo accumberet cum discipulis suis, nardus diuinitatis, & humanitatis eius dedit odorem suum; fragrantiorem quam vnquam dederat. Nam cum dilexisset suos qui erant in hoc mundo, in finem vehementius dilexit eos, maiora illis præbens dilectionis signa. Peracta Ioa. 13. v. 1. igitur cœna agni typici instituit nouam cœnam agni immaculati, qui per alterum repræsentabatur. Eo modo (inquit Diuus Chrysostomus) quo pictores pingentes tabulam vestigijs quibusdam adumbrare cōsueuerunt, & postea colorum varietate perficere: ita Christus in mēsa, & typum paschæ descripsit, & pascha veritatis ostendit. Apud Lipomanum in catbena Exod. 12. Agnus autem typicus, & immolabatur Deo, tanquam sacrificium legis antiquæ, & totus comedebatur ab immolantibus, tāquam sacramentum speciali ritu consecratum: & vtroque modo typus erat Eucharistiæ, in qua verus agnus Christus continetur nouo modo sacrificandus, & comedendus sub speciebus panis, & vini.

Cum primum autem Christus Dominus existens in accubitu suo cum illa paruula suorum discipulorum Ecclesia accepto pane dixit: *Hoc est corpus meum*, & accepto calice vini aqua permixti dixit: *Hic est sanguis meus*, &c. statim stupendo quodam diuinæ omnipotentiæ miraculo, ille idem ipse Rex qui erat in suo accubitu sedēs ad mensam, positus est intra accidentia panis & vini, exclusa inde eorum substantia per mirabilem cōuersionem in corpus & sanguinem eius: ita vt simul accumberet in mensa, & esset in sacramento tanquam in nouo quodam accubitu, & insuper se ipsum totum tenens suis manibus, dedit se manducandum, & bibendum discipu-

A lis suis, vt intra illos nouo etiam & inaudito modo accumberet, & in ipsorū pectore requiesceret. Vere *Domine audiui auditum tuum, & timui: cōsideraui opera tua, & expaui*. Quis audiuit vnquam tale? & quis credet auditui tuo, vel nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? brachium tuum omnipotens fecit hoc opus, reuelauit, & vt crederetur effecit. Abac. 3. v. 1. Isa. 53. v. 1.

Etenim mox vt paruula illa Ecclesia hęc verba audiuit, licet non verbo, opere tamen & facto dixit. *Cum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum*, id est fides mea efflauit suum proprium odorem assentiendo dictis: captiuauit intellectum in obsequiū fidei, negauit quod indicabant visus, gustus, vel tactus, & credidit quod magister suggerebat auditui: nempe sub illis accidētibus panis veram eius carnem, & sub B accidentibus vini verum eius sanguinem contineri. Mirabile quidem quod nardus fidei talem efflauerit odorem suum, sed cessat admiratio si legas cum LXX. *Nardus mea dedit odorem eius*. Scilicet ipsius regis, quia tam subita mutatio, & repentina credulitas intellectus à nullo potuit prouenire, nisi ab ipso rege Christo, cuius fere æquale opus fuit, corpus & sanguinem suum cum speciebus panis, & vini coniungere, ac fidem huius mysterij in intellectu humano, qui sensibus ducitur, subito collocare. Fides autem credulitatem suam testans dedit etiam odorem suum profundissimæ scilicet reuerentiæ, & adorationis; nam stupens & tremens vix tam prodigiosum, & diuinum cibum audebat cōtingere. Proprium enim fidei est hoc sacramentum magnifacere quantum potest, quia magnitudinis eius non est finis, & maior est omni reuerentia, & laude. Nam quanto exterius apparet vilius, tanto intus est sublimius; & quo profundius pro nobis se Christus voluit humiliare, eo amplius debet à nobis magnificari. Et hac forte C de causa sponsa dilectum suum vocat hic regem dicens: *Cum esset Rex in accubitu suo*: ad significandum quanti illum faciebat, quamque immensa esset eius maiestas, etsi accumberet in vili præsepio, in contemptibili ligno, aut in humili sacramento. Vbique enim est Rex immensæ maiestatis, summa veneratione colendus: & cōuiuium quod hic parat, regiam redolet magnificentiam, licet exterius præ se ferat paruitatem. Vnde & Salomon de eodem conuiuio mystice loquens honorifico etiam vsus est nomine, dicens: *Cum sederis vt comedas cum principe, diligenter attende quæ app[osita] sunt ante faciem tuam*. Princeps enim est cum quo accumbis, dignos principe cibos apponit, diligenter attende quales sint, nō solum prout apparet foris, sed acue fidem, vt perspicias quod latet intus. Latet enim ipse princeps, coram quo tremunt potestates; nam simul dignatus est esse conuiua, & conuiuium, vt suis conuiuis indulgeret.

Supra nardum fidē esse diximus.

Ex D. Bonav. serm. 3. in vigil. natiu. Domini.

Pro. 23. v. 1.

Sed cum primum cibus iste in Apostolorum intrauit pectora, mira operatus est, quibus in D hoc accubitu se ipsum illis manifestauit. Quoniam illico nouo accubitu, etiam inquit sponsa, *Cum esset Rex in accubitu suo, nardus dedit odorem suum, vel odorem eius*. Christus enim accumbens intra animas discipulorum, & eorum qui digne recipiunt illum, dat odorem suum; proferens suæ diuinitatis & amoris præclara iudicia per ef-

fectus

[illegible], [illegible] intus operatur in illis; [illegible] inm perhibet, quod est pania, [illegible] que, [illegible] ed panis viuus, qui de cœlo descendit vt det vitam mundu. Si enim quidam corporei [illegible] bi ita sũt natura sua efficaces, vt mox [illegible] meduntur, eorum intra viscera sentiantur e[illegible]. quid mirum quod cibus iste cœlestis, [illegible] mum manducatur mirabiles in Aposto[illegible] uerit internos motus, per quos eius a- gnouerint diuinitatem, & potentiam? quod & mo[illegible] onnulli iusti experiuntur. Quorum nat d[illegible], i[illegible] est [illegible] ggregatio omnium virtutum, ad [illegible] p[illegible] ntiam, & ab eo excitata profert o- d[illegible] re in [illegible] m, vnaquæque mirabiliter proprium exe[illegible] ns [illegible] ctum, & actum. Tunc enim rutilat fides, [illegible] pu[illegible] spes, ardet charitas, obedientia volitat, hu[illegible] itas se submittit, dilatat se miseri- cord a, erigit se fortitudo, inflammatur deuo- tio, & vsque ad cœlos ascendit oratio. Et quia Euc[illegible] ristia in gratiarum actionem pro reliquis benefici[illegible] est instituta, & id significat nomen i- psum, quod est bona gratia, hinc est quod grati- tudo chorum virtutum ducit, excitans eas vt i- psam iuuent ad gratias Christo agendas, quasi dicens [illegible] lis: venite, exultemus Domino, iubile- mus Deo salutari nostro, præoccupemus faciem eius in [illegible] onfessione, & in Psalmis iubilemus ei. Luc. 5. v. 8. humilitas stupore capta instar Petri dicit: *Exi à me, quia homo peccator sum Domine*, & vnde hoc m hi, vt veniat Dominus meus ad me? Charitas Cant. 3. v. 4. exultans gaudio inquit: *Inueni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam*. Ipsa denique gratitu- do tanti beneficij magnitudine stupefacta, ait, Ps. 115 v. 1. *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Sed quia non habeo quod retribuam, ca- licem salutaris ipsumque beneficium iterum & sæpius in gratiarum actionem accipiam. En quo pacto nardus dat odorem suum, & tota domus interior repletur eius fragrantia, vt nulla sit po- tentia huius odoris expers in laudem sui bene- factoris proprios exercens actus, iuxta illud Ps. 102. v. 1. Psalmistæ: *Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius.* Etenim sicut idem cibus per omnes corporis partes diffunditur, vt eas nutriat: sic idem Christus odorem ac virtu- tem [illegible] per omnes animæ vires diffundit, vt eas reficiat. Reficiũtur autem suis actibus, quos ex ipsius auxilio & motione in eius laudem gau- Ec[illegible] v. 7. denter exercent. Ad loca enim vnde exeunt flu- m[illegible] a reuertuntur, vt iterum fluant, & à Christo in sacramento accipimus bona, quæ illi reddi- mus, vt abundantius in nos refundantur. Sicut Luc. 6 v. 38. [illegible] riptum est, *Date, & dabitur vobis*. Plura de hoc diximus in Exhort. 21. libri primi.

De quinque fasciculis rerum mirabilium, qui in Eucha- ristia continentur.

§. 2.

SEd quia sacramentum istud præcipue institu- tum est in memoriam passionis ac mortis i- psius Christi, & vt illius fructus nobis applica- Luc. 22. v. 19. 1. Cor. 11. v. 26. tetur. iuxta illud: *Hoc facite in meam commemora- tionem. Et quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis donec ve- niat*: hinc Ecclesia discipulorum accipiens hoc præclarum donum à magistro suo, subiunxit: *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur*. Id est, erit mihi sacramentum istud instar fasciculi omnium amaritudinum passio- nis eius, quem ante oculos meos & intra cor meum semper gestabo, vt memoriale mihi per- petuum sit mortis ipsius. Sed quæ contineat hic fasciculus explicare oportet, vt magnifaciamus illum & fructus copiosiores ex eo capiamus. Et- si autem vnus sit, quintuplicem tamen in eo fas- ciculum contemplari licet.

Primus erit præclarissimarum rerum, quas 1. continet in vno sacramento quasi colligatas, vel ex vi verborum consecrationis, vel tanquam il- lud comitantes. Sunt enim intra hunc fascicu- lum corpus Christi Domini ea gloria & splen- dore, ea integritate & mensura, quæ est in cœlo empyreo: adest & sanguis pretiosissimus cun- ctas replens corporis venas; anima cum omni- bus suis viribus immensis Dei donis ornata; persona diuini Verbi, cui partes istæ sunt vnitæ, adest & tota diuinitas comitantibus etiam Pa- tre ac Spiritu sancto, qui nunquam possunt se- parari à Filio. Quid ergo pretiosius hoc fascicu- lo cogitari potest? vt merito dicas cum sacra- mentum recipis: *Quid mihi est in cœlo? & à te quid* Ps. 72. v. 25 *volui super terram?* quia nec in cœlo, nec in terra quid melius inuenies, quod velle & desiderare tibi valeas.

Sed audi secundum fasciculum prodigiorum, 2. quæ fiunt cum hoc sacramentum consecratur. Destructa enim substantia panis & vini manent sola accidentia vt sint Christi receptacula, & te- gumenta: corpus proceræ magnitudinis intra paruulam hostiam continetur; imo totum in qualibet eius particula quantumuis minima. Vnde idem corpus est simul in infinitis prope locis totius mundi, vbi sacrificium Missæ offer- tur, & sacramentum consecratur. Et modo no- uo innouatur illud nouum, quod Dominus Ierem. 31. creauit super terram; vt fœmina circumdet vi- rum, imo omnis sexus virorum ac fœminarum, virorum præclarissimum Christum intra se ba- iulent, qui manducatus non frangitur, nec con- sumitur, sed integer in æternum perseuerat. Quid hoc fasciculo mirabilius, in quo m[illegible] mo- Ps. 110. v. 4. riam fecit [illegible] bilium suorum misericors & mi- serator Dominus, in escam se dans timentibus eum.

Tertius fasciculus est insignium virtutum, 3. quæ in hoc diuino opere ad nostram resplen- dent informationem: nam quasi in vno fascicu- lo colligatur hic profundissima humilitas, quæ tam humili se tegumento tegit: inuicta patien- tia, qua tot hic à peccatoribus iniurias illatas su- stinet: immensa misericordia, & liberalitas, qua esurientes seipso reficit: promptissima obedien- tia qua ad vocem Sacerdotis consecrantis mox in sacramento adest: indefessa in his omnibus perseuerantia vsque ad finem mundi, & supre- ma charitas hæc omnia connectens, qua se to- tum communicat, supremum bonum nobis largiens quo maius non potuit dare.

Sed iam perpende quotum bonorum fasci- 4. culum nobis præstet Eucharistia, vt sacrificium Ex Trid. sess. 22. c. 2. est & sacramentum. Ingentium enim delicto- rum veniam impetrat, leuia remittit, pœnas condonat, gratiam auget, & virtutes, imo ali- quando primo efficit, deuotione impinguat mentem, lætitiam confert spiritualem, animam

Deo unit, cum proximis concordiam & pacem præstat, & tandem quidquid muneris Christus gerebat visibiliter in terra, gerit invisibiliter in sacramento, vt ibi sit pastor, magister, lux, redemptor, mediator, advocatus, & protector noster.

Sed peculiariter est fasciculus myrrhæ, quia mirabili modo incorruptionem præbet non solum animabus, sed suo tempore corporibus, quod ipse Dominus testatur dicens: *Hic est panis de cœlo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur: & qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.* Vnde D. Ignatius de hoc sacramento loquens sic ait: frangentes panē, qui est pharmacum immortalitatis, antidotum, non moriendi, sed viuendi per Iesum Christum, in Deo, medicamentum purgans vitia & omnia pellens mala. D. Cyrillus cibum vocat nutrientem animam ad immortalitatem, & vitam æternā, Concilium vero Nyssenum symbolum resurrectionis: propter spem quam illius præbet suo tempore obtinendæ. Myrrha ergo est super omnem myrrham, quæ non solum animam præseruat à corruptione culpæ, sed corpus reddet incorruptum & immortale.

Ioan. 6. v. 50 & 55.

Epist. 14. (vel 10.) ad Ephes. sed varia sunt translationes.

Lib. 4 in Ioan c. 14. & 10.

Vide Suar. to. 3. in 3 p. disp. 64. sect. 1.

Tandem sacramentum istud fasciculus est in quo colliguntur memorabiliora beneficia Dei, quæ ad nostram spectant redemptionem, maxime ad incarnationem, passionem & mortem Christi, quorum est memoriale præcipuum, vt per hoc incruentum sacrificium altaris memoremur cruenti sacrificij crucis. Cuius typus, vt supra dicere cœpimus, præcessit in agno Paschali, cuius totus sanguis cum ingolabatur, separabatur à carnibus, & recipiebatur in pelui, vel cratere, non quidem ad bibendum illum, sed vt in eo tingeretur fasciculus hyssopi ad liniendum postes domus, carnes vero comedebantur assæ igni cum lactucis agrestibus: ita agnus immaculatus cum immolatus est in cruce tutum suum profudit sanguinem, vt à corpore maneret separatus: in cuius memoriam corpus sub accidentibus vini continetur ex vi consecrationis. Qui exceptus in calice non est ad liniendum exteriores postes domus, quia iam cessarunt externæ illæ ceremoniæ, & inania sacramenta antiquæ legis, sed ad bibendum illū, vt intra nos sit, & intus animam mundet, sanctificet, & sitim eius expleat. Bibendus est tamen cum fasciculo hyssopi tincto in ipso, id est colligendo per meditationem, omnes amaritudines quas Saluator noster perpessus est dum sanguinem suum fudit, vel in horto, vel in prætorio Pilati, vel in cruce, illiusque memoria liniendo cunctas animæ vires, & intentiones, vt Christo crucifixo sint conformes. Et hoc ipsum indicat, quod carnes agni comedebantur cum lactucis agrestibus, seu vt vertunt LXX. cum amarulentis, & subacerbis herbis, seu cum amaritudinibus, quia caro Christi manducanda erat cum memoria amaritudinum, & acerbissimorum dolorum, quos passus est pro peccatis nostris, pro quibus sicut & pro Christi tormentis nos etiam amare flere decet, & cum huiusmodi amaris fletibus dominicum corpus degustare.

Exod 12. v. 22.

In Exhort. præcedenti.

Ex D. Greg. hom. 22. in Euang. Apud Lipomanum in Catena.

Hinc etiam deducere potes eminentiam Eucharistiæ super alia etiam nouæ legis sacramenta, licet enim omnia virtutem habeant ex sanguine Christi qui in diuina acceptatione, seu decreto quasi in quodam sacro vase ad omnium hominum salutem exceptus est; tamen baptismus, & reliqua sacramenta sunt velut fasciculus hyssopi sanguine Christi tinctus, quo anima lauatur, mundatur, vngitur, & roboratur per gratiam, quæ ei infunditur, iuxta illud Psalmi: *Asperges me Domine hyssopo & mundabor, lauabis me & super niuem dealbabor.* Cæterum Eucharistia est vas reipsa continens Christi verum sanguinem, & veram carnem, qui bibitur & comeditur, & intra nos traijcitur, vt sua reali præsentia nos mundet, sanctificet, & perficiat. Quare de illo merito dicit sponsa: *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Non inter vbera foris, sed intus in medio pectoris.

Psal. 50. v. 9.

Contemplare igitur hos quinque fasciculos vnius sacramenti, modo vnum, modo alterum, & omnes in medio pectoris tui, & super caput tuum tanquam quod pretiosissimum super omnia pretia æstimabilia colloca. Memento etiam moris fuisse Sacerdotibus antiquis, iuxta ritum legis cum aliquid Deo offerebant, illud in altum leuare coram Domino; sic leuabātagnum, qui offerebatur pro peccato, & de manipulis primitiarum dicitur: *Eleuabit fasciculum coram Domino, vt acceptabile sit pro vobis.* Fasciculus etiam byssopi tinctus sanguine agni necessario eleuādus erat, vt posset linire superliminare domus. Hæc autem omnia in figura contingebant eis, quia Christus eleuandus erat in cruce, seu exaltandus à terra, vt omnia traheret ad seipsum: propter quod modo etiam in sacrificio missæ hostia, & calix à Sacerdotibus eleuantur in altum super capita eorum, vt ad se trahant oculos, manus, mentes, & corda fidelium, qui summa adoratione sacramentum venerantur. Sit igitur fasciculus myrrhæ inter vbera per amorem, super caput, per venerationem, vt proficuus sit tibi ad salutem.

Leuit. 6. v. 27. & c. 14. v. 24. & c. 23. v. 11.

Io. 12. v. 32.

De aliis insignibus Eucharistiæ, vt fasciculus myrrhæ est, &c. § 3.

D. Ioh. Euang.

SEd adhuc dulcius quid latet in hac commoratione inter vbera: Audisti Ioannem Euangelistam sæpius se gloriantem, & merito, quod esset discipulus quem diligebat Iesus, qui recubuit in cœna super pectus eius. In cœna igitur, vbi Christus Dominus hoc venerandum instituit sacramentum, collocauit discipulum, quem diligebat, super pectus suum, quod idem est ac inter vbera sua, vt intueretur amorem eximiū, quo Ecclesiam, quæ per ipsum discipulum repræsentabatur, tunc diligebat, instituens sacramenti duas partes, quibus tanquam duobus suis vberibus nutriret eam. Quid igitur ait Ecclesia vt gratam se tanto sponso exhibeat? Ille in nocte vltimæ cœnæ, & amaræ suæ passionis collocauit me inter vbera sua, ego etiam illum perpetuo collocabo inter vbera mea: erit ergo mihi instar fasciculi myrrhæ odoratissimæ, quem supra pectus ponam, vt memor sim amoris quo me super pectus suum posuit, vt etiam pectus meum, & cor meum muniat, & inuincibile reddat. Vnde quæso tanta fortitudo Ioanni, vt fugientibus discipulis, & abscondentibus se toto passionis triduo, & ter Petro negante magistrū suum,

Io. 21. v. 20. & c. 13. v. 23.

Io. 19. v. 26.

... ipse ... immobilis stet iuxta crucem cũ ... ? Profectò quia ipse solus, & ... alij, recubuit supra pectus Iesu, & ex amore quem ... pectore vidit, & ex robore quod inde ... accepit ... sine rubore coram crucifixo stetit. Mansit enim Christus intra pectus Ioannis, quia ... annes recubuit supra pectus Christi; alij disci... ... recumbebant ad mensam. Ioanni autem fuit instar mensæ pectus Iesu, in qua recubuit, & ex qua incredibilem fortitudinem contra inimicus crucis accepit, vt incorruptus & inuictus permaneret. Constitue igitur fasciculum istum myrrhæ, qui Christus est, super pectus tuum, & faciet te etiam incorruptum & inuictum. Propter hoc eum ait D. Chrysost. sicut leones flammam spirantes nos ab illa mensa discedere, terribiles effectos diabolo.

Hom. 61. ad pop.

Accedit his, quod etiam instar myrrhæ à corporis periculis & corruptionibus nos tuetur. Nam si qui indigne corpus & sanguinem Christi sumunt, teste D. Paulo, propter irreuerentiam B sæpe fiunt imbecilles & infirmi, ac moriuntur multi; quid mirum quod digne illud sumentes recuperent vires & sanitatem, ac vitam, cum pronior sit Christus ad remunerandum, quam ad puniendum? Hinc apud antiquos mos inoleuit ab Ecclesia nunc toleratus, portandi secũ in itinere & in nauigatione venerabilem Eucharistiam, in sinu suo super pectus inter vbera collocantes, non tantum vt illa frui possent per cõmunionem, sed etiam vt per illam ab ingruentibus periculis defenderentur. Sicut B. Ambr. refert de fratre suo Satyro, & D. Gregor. de Episcopo Maximiano, & socijs; aliaq; plura exempla & miracula refert ad hoc Baronius. Sed quia iustis ex causis iam hoc permissum non est, spiritu saltem semper, & vbique inter vbera portemus, vt corpus protegat, & animam, & sit instar scuti & clypei contra cuncta inimici tela.

1. Cor. 11. v. 30.

Oratio funebri de Satyro. Lib. 3. dial. c. 36. to. 1. ann. 57.

Sed & illud non caret mysterio, quod sponsa nullum apponit verbum orationem connectẽs C nec enim dicit, fasciculus myrrhæ, fuit est, vel erit, sed absolute, *Fasciculus myrrha dilectus meus mihi*. Cur hoc, nisi vt innuat quod semper est sibi instar fasciculi, & omni tempore decreuit illum inter vbera portare? Portauit quidem ex quo diligere cœpit, portat modo eum amat, neque vnquam portare desinet; & ideo nõ dixit, commoratur, sed *commorabitur*; vt firmum suum decretum prodat retinendi illum vsque ad finem. Audiuit sponsum dicentem sibi, *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi*, Læta dicit Ecclesia; Inter vbera mea commorabitur vsque ad finem mundi. Iuge enim erit hoc sacrificium; portæ inferui non præualebunt, vt ab vberibus Ecclesiæ auferant illud; quia omnipotens manus Domini ipsum seruabit, semperque verum erit, quod per Malachiam dicit, *In omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meum in Gentibus.* Sed & anima pia dicat; Inter vbera mea com- D morabitur vsque ad finem vitæ meæ; quotidie huic iugi sacrificio assistam, & panem hũc quotidianum saltem spiritu quotidie accipiam; vt nunquam à meo pectore recedat. Siquidem ille perpetuam intra me elegit mansionem, cum dixit, *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.* Ille commoratur

Matth. 28. v. 20.

Malach. 1. v. 11.

Ioan. 6. v. 57.

A intra pectus meum, & inter vbera mea, ego etiam intra pectus, & vbera ipsius: ille portat me intra se tanquam fasciculum odoratissimum, ego portabo illum intra me sicut fasciculum gratum, quem perpetuo custodiam. Meminit hu⁹ fasciculi prudens Abigail, cum dixit ad Dauid, *Erit anima domini mei custodita quasi in fasciculo viuentium apud Dominum Deum tuum.* Habet ergo Deus apud se custoditos fasciculos viuentium; id est, eorum qui iuste & sancte viuunt coram ipso, & transferendi sunt in terram viuentium. Et qui sunt isti nisi qui illum portant tanquam fasciculum myrrhæ inter vbera sua, & illũ apud se retinere conantur? Glossa interlinearis putat Abigallem loqui metaphorice de palmitibus vitium, vel ramusculis alibi transplantandis, vel inserendis, qui ligari in fasciculo ponuntur in aqua, vt vigorem retineant, donec transplantentur, vel inserantur; sic iusti in præsenti vita conseruantur in humore gratiæ, vt transplantentur B postea in terra viuentium. Sed vbi est abundantior humor gratiæ, quam in hoc venerando sacramento, in quo est ipse fons gratiæ? Huius cælesti humore conseruatur fasciculus iustorum, & custoditus est apud Deum donec transferatur in regnum gloriæ, cuius pignus est etiam hoc sacramentum. Quare si in hoc fasciculo viuentium ligari cupis, panem hunc viuum qui se manducantes viuentes præcellenter constituit, crebro manduca, custodi illum intra te, vt te custodiat intra se.

1. Reg. 25. v. 29.

Et ex ijs deducere potes quam merito de Christo Domino hic dicat sponsa, *Dilectus meus mihi*: nullibi enim magis dilectus apparet, nullibi magis meus; nam quid magis meũ quam cibus quem intra me traijcio, & quocunque volo, ducere valeo? Et quid magis est mihi quam qui ad hoc solũ è cælo descendit, & tot miracula patrat, vt mihi singulariter det seipsum? Vere hic quadrat in illum quod Apostolus ait, *Qui di-* C *lexit me, & tradidit semetipsum pro me*; cum natus est in Bethlehem, vel mortuus in monte Caluario, simul dilexit multos, & tradidit semetipsum pro multis; etsi ita se tradiderit pro singulis, ac pro omnibus, tamen in hoc sacramento veluti si pro me solo è cælo descenderet, fasciculum faciens omnium mirabilium suorum, illum mihi tradit, & intra viscera mea illum constituit. Quid ergo retribuam tibi Domine pro omnibus quæ retribuisti mihi, vt amorem meũ erga te ostendam? hoc solum dicam, *Dilectus meus mihi, & ego illi*; sicut tu me diligis, ita te diligere satagam; sicut tu es meus, ita ego ero tuus; sicut tu te das totum mihi, ego me totum tradam tibi, nunc, & semper, in secula seculorum. Amen. De tertia similitudine botri Cypri, quæ expressior est alijs, peculiariter agetur in Exhortatione octaua.

Ad Gal. 2. v. 20.

Cant. 2. v. 16.

EXHORTATIO VI.

Pro Dom. Passione. *De vnione mirabili virtutum ac perfectionum Christi Domini, & de eius passione, vt magnum fuit Dei beneficium toti mundo collatum.*

Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.

AMplificat sponsa sui sponsi laudes, dum eum comparat botro Cypri ex vineis Engaddi, cuius similitudinis triplex potest esse sensus. Primus vt botrus Cypri, qui in Hebræo dicitur, *Copher*, sit botrus balsami, id est arboris, quæ liquorem balsami efflat, coius fertilis est, & fetax campus Engaddi, vt D. Hieronymus testatur, quam toterpretationem ipse probat, ac D. Ambrosius, Beda, & alij Patres. Est autem arbor balsami, teste Plinio, instat vitis & bottos quodammodo pfert, qui in ipsa arbore etiam sunt odoratissimi. Opobalsamum autem, seu gutta, aut lachryma quam sudat, eo modo quo diximus de arbore myrrhæ, tum sponte, tum per incisionem, odoris suauitate omnibus alijs aromatibus præfertur, corruptioni resistit, roborat, curat vulnera, & alia bona præstat. Coi se comparat diuina Sapientia, dicens; *Sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans odorem dedi, & quasi balsamum non mixtum odor meus.* Et iuxta hanc interpretationem cum dicitur, *Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi*, suppleodum est verbum præcedenti sententiæ additum, *Inter vbera mea commorabitur.* Ac si diceret; Dilectus meus non solum est mihi fasciculus myrrhæ, sed etiam est botrus balsami ex vineis Engaddi decerptus, & inter vbera mea commorabitur, tanquam res mihi pretiosissima, & odoratissima, vt sicut balsamum primatum tenet in odoribus, sic Christus apud me inter omnia amabilia primatum habeat.

1. In q. Hebr. in Gen. circa c. 47. v. 7. In Epitaphio Paulæ epist 27. ad Eustoch. & super c. 27. Ezech. Lib. 12. c. 25. & Theophrastus lib. 9. c. 6. Eccl. 24. v. 20.

2\. Alter sensus est, vt dicatur bottus Cypri, id est arboris quæ dicitur Cypros, Latine ligustrum, cuius etiam meminit Plinius, & est flore candido, ciocinnorum instat pendeote, coma odoratissima, folio instar oleæ, vnde vnguentum fit Cyprinum ad multa accōmodatissimum. Nascitur autem hæc arbor in vineis Engaddi; & quia flos eius similitudinem habet cum botro vuæ, eo quod sicut iste plura continet grana, ita ille plures continet flosculos, eodem modo dispositos, ideo bottus Cypri appellatur. Coi comparatur sponsus ob pulchritudinem, candorem, & odorem fragrantissimū, in quibus excedit myrrham; & inter vbera dicitur deferendum decoris, honoris, ac odoris sui gratia, & ex affectu tum laudis, tum gratitudinis encomiom procedit, sicut de fasciculo dictum est.

Lib. 12. c. 24.

3\. Tertius vero sensus est de botro vitis, qui vocatur Cypri, vt indicet loqui, non de quouis botro vuæ, sed de excellentissimo ac electissimo, quales sunt botrii in insula Cypri, cuius vinum laudatissimum, dicit Plinius, inter transmarina. Dicitur ergo buttus Cypti, non quasi ibi oatus, vel inde allatus, sed quia similitudine & suauitate Cyprios botros refert; aut forte quia referebat saporem, & odorē Cypri arboris, quæ in vineis Engaddi multa erat. Solent enim vites asciscere saporem fruticum, vel herbarum, iuxta suas radices crescentium; & ideo botrus Cypri in pretio habebatur, sicut modo apud nos botri qui dicuntur mūscatellini. Iuxta hūc autem sensum non necessario est subintelligenda præcedens sententia, *Inter vbera mea commorabitur*; (licet etiam subintelligi possit) quia botrus vuæ nō tam est ad portandum inter vbera, quam ad comedendum; quia dulcis est & suauis saporis, vel ad exprimendum illum, vt inde fiat vinum ad bibendum. Engaddi autem locus erat prope mare Mortuum vicinus Iericho, vinetis, bortorum, ac amœnitatum delitijs celebris, nomen autem interpretatur, *Fons hædi, vel fons, aut oculus tentationis.* Cuncta hæc communia sunt apud Patres, sed fusius solito literam explicuimus, quia difficilior erat, & vt aptius ac clarius ad mysticos sensus nobis fundamentum præberet.

Lib. 14. c. 1. & 7. Ex Plinio lib. 14. c. 16.

De vnione naturali perfectionum ac virtutum in Deo & Christo Domino. §. 1.

MEmorati oportet quæ diximus de fasciculo florum, ac frondium myrrhæ, & alligatione guttarum eius, & de ijs Christi Dei, & hominis perfectionibus, ac virtutibus quas repræsentat. Cuncta enim hæc maiori eminentia per bottum Cypri repræsentantur, nec suot repetenda, sed superaddenda. Est pulchra quædam præcellentia ex discrimine inter fasciculum & botrum desumpta. In illo enim vnio florum, frondium, ac guttarum, non est à natura, sed ex arte per industriam & voluntatem artificis, illa omnia aliquo filo colligantis, vel inuolucro includentis: at in botro vnio vuarum, vel flosculorum Cypri à natura est; & ideo firmior & tutior sine vlla vi, aut violentia. Ad hunc modum in hominibus, & Angelis perfectio, sanctitas, vnioque virtutum, non a natura, sed ex gratia, & volontate Dei, cooperante tamen libero creaturæ arbitrio; vnde quandiu sunt peregrinantes facile vnio dissolui potest, & dissipari eorum fasciculus, sicut olim in quibusdam Angelis, & in primis parentibus, & quotidie in multis delinquentibus dissipatur: at in Deo quidquid est perfectionis, sanctitatis, & virtutis à natura ipsius est, & per suam essentiam illi conuenit, nihilque illi adijci potest; cum omnia in se, & ex se ab æterno habeat, nihilque eorum quæ habet potest amittere, vel ab eo separari, quia apud eum non est mutatio, nec vicissitudinis obumbratio. In Christo autem Domino etsi vnio humanitatis cum diuina persona non sit ex natura ipsius humanitatis, sed ex libera Dei voluntate gratis illi concessa per gratiam quam vocant vnionis hypostaticæ; tamen hæc firmissima est, & indissolubilis; quia quod Deus semel assumpsit, nunquā dimisit: & ppositā hac vnione, quidquid perfectionis, sanctitatis, ac virtutis sibi debetur in Christo Domino, illi est natorale, & ex vi vnionis hypostaticæ sibi debitū. Propter quod Angelus B. Virgini dixit, *Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.* Nam ex vi mirabilis suæ conceptionis sanctus erat, nec enim Christus dicitur gratus Deo, aut filius Dei per adoptionem, sicut

Luc. 1. v. 35.

[illegible] homines & Angeli sed filius Dei naturalis A & [illegible] per suam deitatem humanæ naturæ vnionem, vt superius diximus.

Ad hanc eius excellentiam indicandam, sponsa non solum comparat illum fasciculo myrrhæ, sed botro Cypri. Ac si diceret; Dilectus meus est mihi velut botrus quidam electissimus ad odorandum & gustandum, in quo sunt omnes perfectiones, ac virtutes vnitæ, non ex accidenti sicut in alijs, sed per naturam suam, & à seipso: alij sancti sunt perfusi myrrha & balsamo, & floribus, ac frondibus odoriferis ornati: at ipse vt Deus per essentiam suam est ipsa myrrha, & balsamum, ipse flos, & odor, ac sapor suauissimus. Alij habent has virtutes instar fasciculi tantum artificio aggregatas: ipse vero instar botri eminentissimo modo per seipsum, quo Deus & homo B est vnus Christus. Repetit autem secundo vocem illam, *Dilectus meus mihi*, ad denotandam vehementiam & teneritudinem amoris sui erga illum, sicut dixerat Dauid, *Rex virtutum dilecti, dilecti*, id est, dilectissime. (Psal. 67. v. 17) Sic vocatur Christus à Patre, cui vnice erat dilectus; sic à sponsa quæ amore d[illegible]grabat: & ideo ait, *mihi*, id est, mihi quæ ardenter diligo illum, est dilectus instar myrrhę balsami, floris Cypri, & botri; quia cuncta hæc habeo vnita in illo. Sed hoc nobis curandum est, vt licet virtutes non insint nobis alligatæ per naturam, sed per Dei gratiam, tamen per continuum & feruens earum exercitium, quasi in naturam vertantur: id est, ita animæ hæreant per charitatem, quæ est vinculum perfectionis, vt vix possint diuelli: ad eum modum, quo D. Paulus dicebat: (Ad Rom. 8. v. 38) Certus sum quod nec mors, nec vita, nec vlla creatura poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu.

De Christi passione per similitudinem botri balsami.
§. 2.

SEd sigillatim quæ de botro diximus, Christo Domino aptemus, connectentes ea cum ijs quæ de eius passione in præcedenti Exhortatione dicta sunt, contemplantes eam, vt summum fuit in nos collatum beneficium; sequemur autem Diui Ambrosij interpretationem, qui botrum Cypri inquit esse botrum Copher, id est, balsami; quod nascitur in vineis Engaddi, quod interpretatur tentatio, & symbolum est Christi crucifixi, ex cuius vulneribus sanguis copiosus tanquam pretiosum opobalsamum pro totius mundi salute expressus est: nam, quemadmo-
» dum (inquit) in illis vineis lignum est, quod si
» quis pungit, vnguentum emittit quod fructus
» est ligni: si non incidatur lignum, non ita fra-
» grat: & redolet: cum autem compunctum fuerit
» per manus artificis, tunc lachryma distillat: sic &
» Christus in illo tentationis ligno crucifixus illa- D
» chrymabat populum, vt peccata nostra dilue-
» ret, vt de visceribus misericordiæ suæ mittebat
» vnguentum, dicens, *Pater ignosce illis, quia nesciunt*
» *quid faciunt.*
» Tunc ergo in ligno compunctus est lancea,
» & exiuit de eo sanguis & aqua omni vnguento
» suauior, accepta Deo hostia, per totum mundũ
» odorem sanctificationis effundẽs, & quasi bal-
» samum ex arbore, sic virtus exibat à corpore.
» Compunctus igitur Iesus, odorem remissionis
peccatorum, & redemptionis effudit. Hæc Ambrosius. Quibus adde per hæc vulnera Saluatoris, exisse tanquam opobalsamum cuncta gratiarum charismata, quæ ad nostram sanctificationem nobis promeruit; sacramenta item, & reliqua media quæ vulnera sanant peccatorum, & ad vitæ immortalitatem perducunt. Vnde ex ipsius Christi institutione balsamum materia est sacramenti confirmationis quo vnguntur baptizati, vt plenitudinem Spiritus S. cum gratiæ perfectione obtineant. (Ex D. Gregor. hic.)

Christus igitur qui per excellentiam Spiritu sancto vnctus dicitur, vulneratus in cruce per passionem suam factus est, vt dicit Diuus Paulus, nostræ salutis auctor, & fons totius gratiæ, (Ad Heb. 2. v. 10.) quæ per balsamum significatur; & ideo merito de illa dicit sponsa, *Botrus Copher dilectus meus mihi in vineis Engaddi*; quia mihi est balsamum, vnctio gratiæ, sanctificatio, salus, virtus, & redemptio cum est affixus cruci; quæ crux est quasi arbor balsamum ferens, orta in vineis Engaddi, id est, tentationis, quia ibi tentatus est Christus à Iudæis, & principibus sacerdotum, ac militibus, qui eum innumeris lacessebant iniurijs, & tormentis. Vnde recte Diuus Ambrosius crucem vocauit lignum tentationis, quia in ea tentata est Christi inuicta patientia ab his qui dicebant, *Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere: si filius Dei est, descendat nunc de cruce, & credimus ei.* (Crux lignum tentationis.) (Matth. 27. v. 42.) Quod antea diuina sapientia de impijs prædixerat, qui dicebant, *Contumelia, & tormento interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius, morte turpissima condemnemus eum.* Fauet etiam quod Engaddi significat fontem hædi, quo denotatur Christum crucifixum fontem esse, quo hædi, id est, peccatores à peccatis lauantur, vt ex hædis oues fiant, quæ ad dexteram iudicis collocentur, in cuius testimonium alter latro, qui paulo ante hædus erat, sicut & C socius, ex hoc fonte aquam viuam gratiæ hausit, qua lotus & mundatus est, commutatusque in agnum, cui dictum sit, *Hodie mecum eris in Paradiso.*

Hinc factum est quod virtute Christi crucifixi, in vineis Engaddi, quas D. Gregorius Ecclesias particulares, sub vna Ecclesia vniuersali cõtentas interpretatur, est fons hædi, id est, iuxta eiusdem interpretationem, sacramentum baptismi, aut pœnitentiæ, ad abluẽdas omnes peccatorum sordes: est & balsamum vnctionis ad confirmanda fidelium corda, in sanctitatisque culmen euehenda: est etiam oculus tentationis i. lux cœlestis ad diaboli tentationes, & astutias dignoscendas, ne nobis nocere valeant. (In hoc loco Sacramẽtum Baptismi fõs hædi.) Quæ omnia Christus crucifixus nobis prę̨stat, cui proinde dicere debemus, *Botrus balsami dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Nam cuncta hæc ipsius gesta & dona attente meditabor, in corde meo reponam, valde magnifaciam, & amoris brachijs amplectar.

De passione Christi per similitudinem botri vuæ.
§. 3.

1. HÆc amplius innotescent per aliam interpretationem botri Cypri: de botro vuæ electissimo, per quem etiam Christum in patibulo pendentem intelligere possumus. Nam

sicut

sicut botrus in torculari conculcatur, & atteritur, vt ex illo vinum exprimatur; sic Christus in cruce contritus suum sanguinem pretiosum fudit, vt nobis esset spiritualis potus, & medicina salutaris; & ideo passionem suâ calicem nominare consueuit. Quam dicere possumus calicem vini meri, pleuum mixto. Vini quidem meri, quia passus est sine vllo sensibili refrigerio, quod velut aqua vini rigorem temperaret. Plenum autê mixto, quia plura tormentorum, & ignominiarum vina inter se mixta continebat. Vinum & vinum datum est ei felle mixtum. Hunc calicem continuo spiritualiter bibebat, sicut dixit filijs Zebedæi, *Potestis bibere calicem quem ego bibo?* Et hoc modo nobis illum propinat, vt meditatione compassionis, amorisque affectibus illum spiritualiter bibamus. Cui assentiens pia anima, inquit, *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi*: id est, considerabo dilectum meum tanquam botrum electum in vineis Israeliticis Engaddi, tentatum, oppressum, & contritum ab inimicis suis, & tanquam hædum execrandum ab eis reputatum, doloribus confectum, & quêadmodum botrus ita conculcatur, quod liquor separatur à folliculis, qui aridi manent, & deformes; ita intuebor illum, & singulas sui corporis partes sic attritas propter scelera mea, vt omnis sanguis vi sit ab eis expressus, diffusus in terram, & pessum datus: vnde aridus mansit, & deformis sine vlla specie & decore, summo dolore & mœrore confectus. Quare bene botrus dicitur Cypri, quod interpretatur tristitia & mœror, quia omnigenum propter nos contraxit mœrorem, & botrus mœroris mœstitiam de suis doloribus, & de nostris peccatis in nos influit. Nos autem qui degimus in vineis Engaddi, i.e. huius miseri mundi, qui fons est hædi, & fons tentationis; quia innumerabilium peccatorum & tentationum est seminarium, aliud refugium non habemus, quam Christum botrum Cypri, qui virtute sanguinis sui ab his malis nos eripiat.

Ps. 74. v. 9. — Matth. 27. v. 34. Marc. 10. v. 38. — Ita D. Hieron. de nomin. Hebraicis in actis.

Hunc insignem botrum, sicut D. Ambrosius & Isidor. testantur, referebat botrus ille, quem ex terra promissionis ex exploratoribus portabant pendentem in vecte: nam botrus vuæ in vecte est Christus in cruce appensus, qui de terra beatiss. Mariæ Virginis secundum promissionem natus est. Locus autem vnde botrus iste ab scissus fuit dicebatur, *Torrens botri*, eandem indicans passionem eius, qui *De torrente in via bibit, & propterea exaltauit caput*, duo portantes botrum, duos significant populos Hebræum, & Christianum à Gentibus desumptum. Et sicut mos est portantium aliquid in vecte, vnus præcedit, & alter subsequitur, qui præcedit non videt quod portat, sed retrorsum semper illud habens quadam dorsi auersione quasi contemnere videtur. Alter vero semper id oculis perspicit, & quasi post ipsum abit, corporisque vicinitate potitur: ita etiam populus Iudaicus, qui prior fuit, Christumque præcessit, ipsum in lege portabat, sed mentis cæcitate, & cordis duritia retrorsum eû supponens, quadam dorsi auersione côtempsit, & oppressus onere occubuit; iuxta illud Psalmi, *Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua.* Christianus vero populus, qui posterior fuit, semper Christum oculis fidei aspicit. & directo cursu attingere festinat, vestigia eius sequi, & quadam graduum suorum vicinitate complecti, secundum illud, *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, tollat crucem suam, & sequatur me.*

1. Serm. 72. apud Gloss. sam. Nu. 13. v. 24. — Ps. 109. v. 7. — Verba sunt D. Ambr. — Ps. 68. v. 14. — Mat. 16. v. 24.

Ecclesia igitur execrans Iudæorum perfidiâ, qui botrum retro portant, & despiciunt, potius ait, *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi, inter vbera mea commorabitur.* Non ponam illum retro, & ad dorsum, sed ante pectus meum, vt illum semper intuear; nec erit longe à me, sed inter vbera mea, vt semper illum contingam: imo intra viscera mea, quia spiritu & mente illum comedam, intra me traijciam, & per affectus amoris, & compassionis in illum conuertar, vt ego etiam spiritu sim cum illo crucifixus, dicens cum Apostolo, *Christo confixus sum cruci, viuo non ego, sed viuit in me Christus, & hic crucifixus.*

Ad Gal. 2. v. 19.

Sed quomodo passio Christi, quæ amara est; & ideo fasciculo myrrhæ amaræ côparata, nunc assimilatur botro Cypri, qui dulcis est? Sed iam supra diximus in hac Domini passione, aliqua esse materiam fletus, mœroris, & amaritudinis, alia vero lætitiæ, gaudij, & gratulationis, ad quę consideranda duplici sponsa vsa est similitudine. Nam propter primum, quod fletum & mœrorem excitat potissime, ait, *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Propter secundum vero, quod gaudium & exultationem parit, ait, *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* Nam quo myrrha est amarior, eo botrus electus Cypri est dulcior: & sicut illius consideratio gemitus parit, ita huius iubilationes & solatia. Sed prius mentionem fecit fasciculi myrrhæ; quia prius meditari oportet Christi amaritudines, & condolere, ac compati illi, tum quia à nobis oritur flendi, & tristandi causa, cum propter peccata nostra fasciculus myrrhæ amarissimæ factus sit, tum etiam quia quanto magis perpendimus harum amaritudinum acerbitatem, tanto amplius cognoscimus beneficij magnitudinem, quod nobis est causa gaudendi: suis n. doloribus, & tormentis amarissimis comparauit nobis gaudia, & præmia dulcissima, sibi eligens quod amarum erat, nobis largiês quod erat suaue, vt hac ratione nos fortius inuitaret ad eadê amara pro ipsius amore amplectenda, relictis quæ carni, & mundo videntur suauia.

In Exhort. 4.5.6.

Et hinc est quod de botro Cypri non dixit expresse, inter vbera mea commorabitur, sed de fasciculo myrrhæ, quia nulli est difficile, dulcia, & honorifica inter vbera collocare, mente reuoluere, & de ijs gloriari. At summe arduum est, & vehementis, ac purissimæ dilectionis signum amara, & contumeliosa dilecti sui inter eadem collocare vbera, libenter illa inspicere, & gloriosa sibi reputare; vtraque tamen siue amara, siue dulcia magnifacienda sunt, & inter illa duo vbera collocanda. Quæ ex D. Bernardo vocauimus compassionis, & congratulationis, vt compatiamur de tristibus, & côgratulemur de lætis.

Ad finem præcedentis Exhortationis.

Sed alia etiam mystica causa non contemnêda est, cur fasciculum myrrhæ suis sponsa vberibus applicet, de botro vero id subticuerit. Nam sicut charitate ardet erga Christum, ita etiam erga proximos: quibus cupit omnia dulcia, sibi autem amara. Sibi ergo elegit fasciculû myrrhę, desiderans omnium amaritudinum Christi particeps

D. Paulo adimplere ea quæ A C... in carne sua pro cor... lesia. Quod tunc præstat ... D... more pariter, vt proximos ... illis non amara optat, sed amari... fructus, nempe botrum Cypri, & cun... na quæ ex Christi passione proueniunt; q... on ea suis vberibus ligat, quia ad omnea de... re desiderat ad gloriam ipsius Christi in se... seculorum. Amen.

EXHORTATIO VII.

Pro festo Resurrectionis, vel Transfigurationis.

De C... gloria in resurrectione post ... m, & de modo contemplandi vtram... q... simul.

Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, &c. c. 1.

Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.

Desiderium ... Passionis & resurrectionis.

Mira est in Scriptura sacra Dominicæ passionis & resurrectionis coniunctio, vt ingisit vtriusque simul memoria, quoniam in v... aque simul sita est nostra redemptio. Christus en... n Dominus, vt Apostolus inquit, *Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem n... am.* Vnde ipsemet Apostolis loquens v... t amque simul reducebat in memoriam, dicés, *Tradetur gentibus ad illudendum & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget:* idque prophetis fuit ... miliare. Vnde in promissione Messiæ, quæ te... ia vice facta est, sicut notauit Ropertus, & præcedentibus fuit multo expressior, passionem & resurrectionem eius simul commemorau... t Iacob, de Christo venturo loquens sub typo Iudæ fil... j ... ui: *Catulus, inquit, leonis Iuda, ad prædam fili mi ascendisti, requiescens accubuisti vt leo, & quasi leæna, quis suscitabit eum? Non auferetur sceptrũ de Iuda ne... dux de femore eius, donec veniat qui mittendus e..., ... ipse erit expectatio Gentium.* Vocatur Christus in Scriptura leo propter inuictam eius fortitudinem ..., & potentiam ad omnes hostes suos debellan... os. Quo nomine insigniuit eum vnus d... ... ori... us, dicens Ioanni, *Ecce vicit leo de tribu I... radix Dauid.* Iacob autem, vt notat D. Ambr. ... t catulum leonis, vt intelligatur Chri... u ... esse connaturalem filium, & consubstantialem Deo Patri, sicut catuluã leonis parẽti suo ... ori, & à natura regem regis filium; sed quia no... n catulus videtur significare paruum quid, ... minus patre, ne quis suspicaretur patre minor... esse filium, mox appellat eum leonem, & ... enam, cum ait, *Accubuisti vt leo, & quasi leæna.* P... leæna Hebraice est nomen *Labi*, significans leonem maiorem. Christus igitur ascendit ad D prædam, quando factus homo ascendit in crucem, vt humanum genus tãquam prædator fortis è diaboli faucibus eriperet: nam & nomen eius iuxta Isaiam fuit, *Festina prædari.* Tunc aũt requiescens accubuit vt leo, & quasi leæna; quia post mortem corpus eius requieuit, & accubuit in sepulchro, anima vero cum patribus in limbo. Corpus autem & anima vocantur leo, & leæna, quia vtrumque erat diuinitati vnitum, sed anima vt leæna, maior & nobilior; q̃ solutis doloribus inferni, quos experiri non potuit, capta prædæ ex limbo, ascendit cum illa in terrã, sed, *Quis*, inquit, *suscitabit eum?* nemo quippe alius, quia alio suscitatore non indiget, sed ipse suscitabit seipsum. Nam ipse ait, *Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi.* Et rursus. *Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam.* Propria auctoritate, ait D. Ambros. natus est, proprio arbitrio mortuus est, propria potestate suscitatus est. Vt autem sciremus vaticinium istud potissime intelligendum de Messia, qui futurus erat Rex Iudæorum, subiunxit Iacob, *Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est;* sc. Christus, qui est expectatio omnium gentium, vt sua morte accumbens vt leo, & resuscitans tertia die omnes gentes in prædam capiat, & illis dominetur. Sed cur specialiter dicitur accubuisse vt leo? Origenes. & post eũ Ruffi- B nus, refert tradi à physiologis catulum leonis, cũ natus est tribus diebus ac tribus noctibus dormire, tertio autem die fremitu & rugitu patris tremefactum cubili excitari: quo significabatur Christum Dominum in morte tribus diebus & tribus noctibus, sicut fuit Ionas in ventre ceti, dormiturum fore in sepulchro. Postea vero suscitandum potentia Patris magno terrore sepulchri custodibus incusso. Alij dicũt leonem cum dormit fere apertos habere oculos, eo quod oculi sunt magni, & palpebræ perexiguæ. Christ9 igitur accubuit vt leo ob splendescentes oculos inter dormiendum, vt intelligamus diuinitatem in morte ipsius cum eo sopitam non fuisse.

Ad hanc igitur Iacobi prophetiam attendens sponsa passionem Christi simul & resurrectionem sub nouis metaphoris recolere instituens, ait, *Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum; fasciculus myrrha dilectus meus mihi; bo-* C *trus Cypri, &c.* quem Iacob vocauit leonem requiescentem, & accumbentem; vocat ipsa expressius regem accumbentem in loco suo, seu existentem in accubitu suo, cui sceptrum Iuda conueniebat. Requieuit autem, & accubuit in sepulchro corpus, & anima in limbo triduo illo mortis eius, & in hoc accubitu, vt dicunt Patres supra citati; eum contemplabatur sponsa, cum hæc verba protulit; sed quia sciebat accubitum istum cito mutandum per resurrectionem, quia cum præda ascensurus erat in altum captiuam ducens captiuitatem, vt accubitum suum in cælo empyreo ad Patris dexteram collocaret, lynceis oculis cuncta hæc contemplata est, vt inde sibi fructum caperet, siquidem & propter ipsam facta sunt. Quem autem fructum ceperit, duabus comparationibus egregie depinxit, quarũ altera magis exprimit passionis fructus, & affectus, vt iam vidimus; altera vero potius resurrectionis & sessionis ad dexteram Patris.

Et licet quidam fasciculum myrrhę ad Christum, vt hominem referant, botrum vero Cypri, ad eundem vt Deum; melius tamen vtrumque Christo homini cõuenit illud in statu mortalitatis; hoc in statu gloriosæ resurrectionis, q̃, vt testantur Cassiodorus, Beda, Anselmus, Rupertus, & alij, similitudo botri Cypri egregie repræsentat. Quibus concinit Diuus Bernardus, dicens;

Marginal notes (left): Ro. 4. v. 25. — Matt. 20. & c. 26. v. 19. — Luc. 18. v. 31. — ... c. 3. de ... Verbo Dei c. 9. — Gen. 49. v. ... — Apoc. 5. v. ... — ... de ... c. 4. — Vide Pereram in Gen. — Isa. 8. v. 3.

Marginal notes (right): Ps. 3. v. 6. — Io. 10. v. 18. — Vbi supra. — De hoc inf. li. 5. Exhor. 38. § 2. fusius. — Hom. 16 in Gen. — Pierius lib. 1. de leone & Pereira. — Pierius lib. 1. c. de leone — Exhort. 1. § 2. — Ibid citauimus Patres ita exponentes.

dicens; Christus myrrha in morte, botrus in resurrectione, & vtrumque nobis, quia traditus est propter delicta nostra; & resurrexit propter iustificationem nostram, vt peccatis mortui iustitiæ viuamus.

De gloria Christi resurgentis, & vt est in cælo. §. 1.

1. ET quidem ad contemplandam Christi gloriam, quam in resurrectione obtinuit, & qua modo in accubitu suo ad dexteram Patris potitur, appositissima est similitudo botri, vt significat ramusculum arboris Cypri varijs flosculis ornatum in modum botri, qui cum sint candidi, pulchri, odorati, Christum gloriosum apte repræsentant. Sicut enim in passione fuit velut virgultum, & radix de terra sitienti sine vlla specie, & decore, vt ex Isaia retulimus, ita è conuerso in resurrectione fuit ramus, vel botrus florum candidissimus, & pulcherrimus propter nitidum splendorem, & decorem gloriæ suæ, vnde & Angeli tunc apparuerunt in vestibus albis instar niuis, ad significandum alborem & pulchritudinem resurgentis, & lætitiam quam afferebat vniuerso mundo. In eo enim coeunt omnia, quæ gloriam, honorem gaudium, & exultationem præstare queunt. Quare hic non flos vocatur, sed botrus plures flosculos in formam botri desinentes, continens. Quilibet enim beatorum flos est candidus, & speciosus proprio candore, & decore suæ beatitudinis insignitus, quo ab alio secernitur. Nam sicut stella differt à stella in claritate, sic erit in resurrectione Sanctorum, vt Apostolus dixit: at omnes isti flosculi, cunctique gradus gloriæ per omnes beatos diffusi, in vno Christo Domino coniunguntur, qui botrus est hos omnes flores eminentissime amplectens, suoque conspectu intuentes exhilarans, & satians, eisque iuxta vaticinium Isaiæ est corona gloriæ, & sertum exultationis. Vnde nonnulli loco botri legunt *Floritio Cypri*; forte, quia Christus Dominus non solum est flos, vel ramus florum, sed floritio ipsa, & flos semper florens omnino immarcessibilis, supremum gradum pulchritudinis inter omnes flores continens, qui apte per ipsam floritionem explicatur. Caro item eius non est sicut reliquæ; de quibus Isaias inquit, *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius sicut flos; exiccatum est fœnum, & cecidit flos, verbum autem Domini manet in æternum.* Caro enim Christi quæ hnic verbo Domini Deo vero vnita est, flos est perpetuo manens, qui nunquam exiccari nec decidere poterit; imo ipsius meritis reliqui sancti florent, & flores suos retinent. Ipse enim est floritio, à qua alij dicuntur florere; ipse noster decor, pulchritudo, candor ac æterna felicitas, qui se per eminentiam singularem vocauit florem campi, & lilium conuallium, vt suo loco videbitur.

2. Quod si botrus Cypri selectissimarum vuarum botrum designet, Christus Dominus in resurrectione apte etiam botrus Cypri nuncupatur; nam tota passionis amaritudo instar myrrhę conuersa est per resurrectionem in dulcedinem instar vuæ, iuxta illud Psalmi, *Ad vesperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia; conuertisti planctum meum in gaudium mihi, conscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia:* nam iuxta mensuram dolorum fuit & mensura gaudiorũ. Vnde & sicut fasciculus, vel inuolucrum myrrhæ eius tot continet guttas amaras, quot tormentorum & ignominiarum genera Christum oppresserunt: ita botrus iste Cypri tot granis vuæ suaui ssimis abundat, quot honoris, gloriæ, gaudij, & lætitiæ gradus illum exaltarunt. Contemplare inferni expoliationem, gloriosum exitum è sepulchro, ingressum ad discipulos ianuis clausis, flatuque Spiritus sancti ad remittenda peccata elargitionem, ascensum ad cœlos, sessionem ad dexteram Patris, & cætera quę in terram à cœlo per ipsum bona descendunt, & inuenies cuncta hæc flosculos esse pulcherrimos hunc botrum exornantes, vuas esse dulcissimas cœlestem saporem præbentes gustantib. illas, ex quibus fit vinum mirum in modum cor hominis lætificans, & omnis mundialis vini efficiens obliuionem.

In passione quidem botrus iste vuarum dissolutus, & dispersus est, dum anima separata est à corpore, sanguis à venis, carnes dilaceratæ, ossa sic annissa, vt possent dinumerari, cutis ita arida & pallida, vt non esset ei species nec decor, vel ut botrus in torculari calcatus aridus, & deformis; at in resurrectione redintegratus est botrus anima corpori restituta, sanguis venis, color splendidus faciei, & totus factus speciosissimus præ filijs hominum, imo præ omnibus agminibus Angelorum; ita vt ipsi mirantes dicant, *Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? iste formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum.* En ille qui in passione sua tanquam botrus fuit in torculari crucis calcatus, quia ipse voluit se calcandum exhibere; & ideo ait, quod ipse calcauit torcular solus, inde tamen prodijt formosus in stola sua candidus & rubicundus gloria & decore coronatus. Oportebat n. per huiusmodi cõculcationem ad tam sublimem gloriam peruenire, & ideo dicitur: *Botrus Cypri in vineis Engaddi*, quod est fons hædi, vel tentationis, quia in mundo habitus est tanquam hædus teprobus, tentatus, oppressus, & conculcatus, sed lapis quem reprobauerunt ædificantes, factus est in caput anguli, & ex ijs vineis ascendit gloriosus, & victor fortis, omnes hædos iugulans, vincens dæmones, superans omnes tentationes, & cuncta suis pedibus subijciẽs, etiam ipsam mortem, à qua victus videbatur; *Nam Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.*

Nec sine mysterio diceretur botrus Cypri ab insula remota vbi electi procreantur botri, allatus, vel similis illis, qui in ea insula nascuntur: ad significandum quod corpus Christi gloriosum in terra non est fructus quem terra generat, sed cœlom; pertinet n. ad beatitudinem Sanctorum, qua in cælis fruituri sunt. Ipse vero qui primitiæ fuit resurgentium, signum est gloriæ, splendoris, & pulchritudinis, quam sancti habituri sunt in cælo, & resurrectionis in sorum, quam nobis prædicarunt Apostoli & discipuli eius. Christus enim (inquit D. Bernard.) est ingens ille botrus, quem in signum fertilitatis terræ promissionis non terrenæ, sed cælestis, cum summa læti-

tia

Marginal notes: Ad Ro. 4. v. 25. | Isa. 53. v. 2. | Isa. 20. v. 12. | Matt. 28. v. 3. | 1. Cor. 15. v. 41. | Isa. 28. v. 5. | Isa. 40. v. 6 | Cant. 2. v. 1 | Ps. 29. v. 6. & 12. | Isa. 63. v. 1. | Ps. 117. v. 22. | Ad Rom. 6. v. 9. | Ser. 44. in Cant.

Num.13.v.24. ria attulerunt nobis in vecte duo exploratores, A scilicet chorus Prophetarum præcedens, & chorus Apostolorum subsequens: illi prænunciarunt Christum futurum, eius mortem, & resurrectionem, sed eum videre non potuerunt, sicut non videt botrum qui præcedit portans eum in vecte. Illi vero & viderunt, & prædicauerunt Christum crucifixum, & à mortuis resurgentem; cuius fructus est vita, salus, & resurrectio nostra, ac gloria, & gaudium æternum, quod expectamus in patria obtinendum. Vnde & illis dictum
Mat 13.v.16. est; *Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Multi enim reges, & prophetæ desiderauerunt videre, & non viderunt.* Nos igitur qui iam cuncta Christi mysteria facta contemplamur, dicamus cum sponsa: *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi;* Et, *inter vbera mea commorabitur.* Quia etiam Christum glorificatum coram oculis meis gestabo; eius pulchritudinem, & suauitatem conabor percipere, qua satiabor cum apparuerit mihi gloria eius; interim eius contemplatione pascar, & spe resurgendi cum B ipso lætabor.

De ordine in contemplando passionem & resurrectionem §.2.

SED ponderandus est ordo istarum duarum similitudinum. Prius enim dicit sponsa: *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi*, & postea; *botrus Cypri*, vt scias, quod nisi prius colligas, & portes fasciculum myrrhæ, non colliges, nec portabis botrum Cypri: prius te oportet gustare amaram myrrham passionis Christi, quam gestes dulcem botrum resurrectionis ipsius, priusq; debes meditari, & sentire in te ipsius tormenta, quam valeas contemplari, & experiri ipsius gaudia, iuxta
Ad Ro.8 v.17. illud D.Pauli. *Si tamen compatimur vt & conglorifi-*
Luc.24.v.26. *cemur*. Nam & si oportebat Christum pati, & ita
Luc.9.v.31. intrare in gloriam suam, multo magis oportebit
Mat.17.v.1. te pati, vt intres in gloriam eius. Nondum portauerat Petrus fasciculum myrrhæ, & iam fui C cupiebat in monte Thabor botro Cypri & ideo dixit faciamus hic tria tabernacula; sed nesciebat quid diceret: nam in illo monte duo illi exploratores Moyses, & Elias agebant cum Christo de botro in torculari calcando. Hic enim erat excessus ille, quem completurum esse dicebant in Ierusalem. Erat quidem tunc botrus floridus, & pulcherrimus, qualis futurus erat in resurrectione, vt discipuli agnoscerent eius eximiam pulchritudinem, & maiestatem, nec de eius deformitate in cruce scandalum sumerent: sed gloriam illam mox deposuit, quia oportebat botrum pessundari, & ab hominibus conculcari, vt gloriam illam, & decorem in perpetuum resumeret. Prius igitur curare debes, vt Christus sit tibi fasciculus myrrhæ, quam quod sit gloriosus botrus Cypri.

Sed quid est quod de fasciculo myrrhæ dicit; *Inter vbera mea commorabitur*; id vero reticet de b[illegible] cypri? forte quia ille possidetur actu, iste D
Ad Gal.6.v.14. ver[illegible] tantum in spe. De illo nunc dicimus, *Mihi*
Ad Phil.3.v.20. *absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo*. De hoc [illegible]em; *[S]aluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ [confi]gura[tum] corpori claritatis suæ*. Ille itaque nunc [illegible]esa commoratur, hic nondum commoratur, sed possidendum expectamus in cœlo. Ideo forte in vtraque sententia non apposuit sponsa verbum, fuit, est, vel erit, vt quodlibet opportune vtrique possit aptari. Etenim dilectus omni tempore debet esse fasciculus myrrhæ nobis, vt possis dicere fasciculus myrrhæ fuit, est, & erit mihi inter vbera, quia quandiu viuis in hoc mundo, passionem eius iugiter debes meditari,
& imitari, vt dicas cum Apostolo, *Non me iudicaui scire aliquid inter vos, nisi Christum, & hunc crucifi-* 1.Cor.2.v.2.
xum, & semper mortificationem Iesu in corpore nostro 2.Cor.4.v.10.
circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Ac dilectus modo non est nobis plene botrus cypri gloriosus, sed erit post hanc vitam, cum ex vineis Engaddi in regnum ipsius transferetur, vnde modo tantum in spe dicit, botrus Cypri dilectus meus erit mihi, ille me glorificabit, replebit dulcedine, & satiabit, cum gloria eius mihi apparuerit. Vtrumque coniunxit D.
Paolus dicens, *Mortui estis, & abscondita est vita ve-* Ad Col.3.v.3.
B *stra, cum Christo in Deo. Cum autem apparuerit Christus vita vestra, tunc apparebitis & vos cum ipso in gloria*. Ibi myrrham mortis, & mortificationis ad præsens tempus refert, quia tunc tanquam fasciculus manifeste ante pectus portatur, valor tamen huius myrrhæ, & virtus eius abscondita est donec Christus appareat nobis: tunc autem myrrha conuertetur in botrum cypri, amaritudo in lætitiam, & mortificatio in vitam sempiternam.

De vita actiua & contemplatiua circa passionem & resurrectionem. §.3.

HOc amplius explicatur, si per fasciculum myrrhæ & botrum cypri tropologice intelligere velis aggregationem actuum duplicis vitæ, actiuæ & contemplatiuæ; quarum vtraque Christum diligit, & à Christo est dilecta, sicut Martha & Maria: Illa tota posita est in fasciculo myrrhæ aggregans varia propriæ abnegationis
C exercitia, quibus virtutes sibi acquirat, vitia expellat, & carnem amore sui dilecti domet, vt similis ei fiat, maxime cruci affixo: *Nam qui sunt* Ad Gal.5.v.
Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Vita autem contemplatiua instar botri cypri tota sita est in refectione mentis, & in dulcedine spiritus, dum primam veritatem, eiusque ineffabilia mysteria ac beneficia intuetur. 24.
Vnde Diuus Gregorius eam describens ait; contemplatiua vita amabilis valde dulcedo est, quæ « Hom.14.in Ezech.
super semetipsam animam rapit; cælestia aperit, terrena autem debere esse contemptui, osten- «
dit, spiritalia mentis oculis patefacit. Tanta au- «
tem est huius boni dulcedo, vt omnem myrrhæ amaritudinem tollat. Nam omnipotens Deus (inquit) cum iam per desiderium, & intellectum cognoscitur, omnem in nobis voluptatem carnis arefacit: Ea autem arefacta amara illi dulcia esse videntur, & omne gaudium existimat in varias incidere tribulationes, & amaritudines pro
D Christo. Hæc vita discitur in monte Thabor, vbi orans intuetur Christum gloriosum in maiestate sua inter sanctos regnantem, sed perficitur in
monte cœli empyrei, vbi Deus videtur clare, & Vbi supra.
facie ad faciem. Nam vt dicit idem Diuus Gre- «
gorius, contemplatiua vita hic incipitur, vt in «
cælesti patria perficiatur, quia amoris ignis, qui «
hic ardere inchoat, cum ipsum quem amat viderit, in «

A rit, in amore ipsius amplius ignescit. Actius autem vita discitur in monte Caluario, vbi conspicitur Christus crucifixus tanquam exemplar propriæ mortificationis: quam qui strenue amplexus fuerit, cito ad gaudium dulcis contemplationis perueniet; nam in cruce sonat vox illa, quæ alteri cruci affixo dicitur; *Hodie mecum eris in paradiso*, scilicet deliciarum, quem modo incipies prægustare.

Ps. 88. v. 13.

Vnde non inepte vtrique monti applicare possumus quod ait Psalmista, *Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt*. Id est degentes in his montibus, vel inter illos exultabunt agnoscentes tuam virtutem, & potentiam, lætabuntur maxime in te. Thabor, vt dicit Diuus Hieronymus, interpretatur *Veniens lumen, seu veniat lux*, & ideo symbolum est vitæ contemplatiuæ, cuius munus est in lumine Dei videre eius lumen, illud desiderare, & eo irradiari, vnde & in hoc monte facies Christi Domini resplenduit sicut sol. Hermon autem, qui interpretatur; *Consecrare, vel deuouere in anathema, aut necare, & desolari*, apte repræsentat vitam actiuam, quæ se Deo consecrat ad desolanda vitia; & sacrificium sui ipsius per omnimodam mortificationem ipsi Deo offert. Quadratque in montem Caluariæ, vbi Christus occisus est, & oblatus, ac vt anathema ab omnibus despectus. Degentes ergo in vtroque istorum montium exercitia vtriusque vitæ peragentes exultant in nomine Dei, & virtutem eius experiuntur. Et modo portant Christum, vt fasciculum myrrhæ, modo vt botrum Cypri, in vtroque statu passibili & glorioso illum laudantes, necnon & imitari cupientes.

De nominibus Hebraicis ex Psalmis.

B

Etenim sicut qui progrediuntur per exercitia vitæ actiuæ, & in statu sunt proficientium, præcipue imitantur Christum crucifixum, cuius meditationibus insistunt, sic qui proficiunt in vita contemplatiua, & in statu sunt perfectorum, imitari conantur Christum resuscitatum & gloriosum. Nam etiam sub hoc statu obiectum est & scopus nostræ imitationis, sicut & contemplationis, dicente Paulo, *Quo modo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus*. Illi ergo perfecte imitantur Christum gloriosum, qui nouam & cælestem aggrediuntur vitam ab omni terrenarum non solum actionum, sed etiam curarum vetustate immunem, & expertem, ad similitudinem eius vitæ, quam post resurrectionem suam sortiturus est. Quod sic explicat Diuus Gregorius dicens; qui Deum sequitur, imitari debet quotidie resurrectionem suam; vt sicut tunc nihil passibile erit in corpore, ita nunc nihil passibile habeat in corde: vt secundum interiorem hominem iam noua creatura sit, & sic iam quidquid vetustum sonuerit, calcet & in verbis veteribus solum vim nouitatis inquirat. Hoc autem explicare possumus hac ipsa similitudine botri, si verba sponsæ accipiamus in modum causæ. Vt sensus sit, *Botrus Cypri dilectus meus mihi*. Id est mihi causa est quod sim velut botrus Cypri. Nam sicut botrus aggregat in se plures vuas, quarum sapor, odor, pinguedo, & pulchritudo non est à se, sed à vite, cui vnitus est botrus: qui quandiu vnitus est viti, crescit, & perficitur, præcisus vero nullum aliud incrementum recipit: ita anima sancta omnes in se aggregat virtutes vnitas per charitatem, quæ est vinculum perfectionis. Quarum pulchritudo, vigor, & perfectio non est ab ipsa anima, sed à vite Christo, qui de se inquit: *Ego sum vitis, vos palmites. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis, quia sine me nihil potestis facere*. Quandiu ergo anima vnita est Christo per fidem & dilectionem, quotidiana potest recipere virtutum incrementa; quod si ab illo separetur, erit sicut folliculi, aut siliquæ vuarum exiccatæ, quæ non nisi igni nutriendo deseruiunt. Qua forte de causa hic dicitur botrus, non ex vineis, sed in vineis, ad significandum quod comparatur botro qualis est vnitus viti, vbi totam suam habet pinguedinem, & pulchritudinem, & nouum recipit incrementum ad laudem ipsius vitis Christi, cui sit honor & gloria in secula. Amen.

C Ad Rom. 6. v. 4.

Prologo in Cant.

D

Io. 15. v. 4.

B

EXHORTATIO VIII.

De Eucharistia eiusque pulchritudine & suauitate ac quibusdam effectibus illius.

Profesto corporis Christi.

Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.

QVæ de sacrosancto Eucharistiæ Sacramento supra diximus sub similitudine fasciculi myrrhæ, qui inter vbera commoratur, multo expressius declarantur per similitudinem botri Cypri, iuxta triplicem interpretationem illius iam allatam.

In Exhort. 5.

§. 1.

C ETENIM si iuxta primam, botrus Cypri sit botrus balsami, quod nascitur in vineis Engaddi, optime congruit Eucharistiæ. Etenim balsamum in multis præstat myrrhæ. Tribuit enim fortius incorruptionem corporibus mortuis, quæ balsamo condita diu manent incorrupta; curat etiam vulnera, & inter odores quemdam primatum tenet. Multo ergo melius repræsentat mirabilem vim Eucharistiæ, quæ iuxta supradicta incorruptionem tribuit, & immortalitatem; ac sanat vulnera peccatorum, cuius suauissimus odor omnium sacrificiorum odorem in infinitum superat, ad cœlum vsque ascendit, & Deum nobis placat, imo propter infinitam eius fragrantiam reliqui orationum & sacrificiorum odores, quæ à sanctis offeruntur, Deo sunt grati. Quare merito Christus Dominus in hoc sacrificio, & sacramento, sicut & in sacrificio cruento crucis repræsentatur per Angelum illum, de quo Diuus Ioannes ait: *Alius angelus venit, & stetit ante altare habens thuribulum aureum, & data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum quod est ante Thronum Dei*. Christus igitur habens thuribulum aureum, id est (vt explicant Origenes, ac Diuus Augustinus) corporis plagis tanquam quibusdam fenestris perforatum, accedit ad altare aureum diuinitatis, & Deo offert tanquam summus sacerdos omnes orationes sanctorum, quæ illi datæ sunt, quarum

Apoc. 8. v. 3.

Hom. 9. super Numeros.

Serm. 98. de Temp.

odores

odores instar thuris coniuncti cum fragrantia odorum Christi, qui in eius thuribulo incenduntur, valde grati sunt ante conspectum Dei, & quod petunt in nomine Christi, propter ipsum impetrant. Hoc igitur agnoscens sponsa: merito ait: *Botrus balsami dilectus meus mihi.* Quia non solum mihi salutem, & incorruptionem præstat, sed etiam ita fragrantem reddit, vt per ipsum Patri æterno placeã: & ideo inter vbera mea commorabitur, & à me illum nunquam separabo. Sacramentum quidem confirmationis, cuius materia est corporeum balsamum, quo corpus vngitur, non ipsum botrum, sed virtute tantum continet aliquid opobalsami, quo animam spiritualiter vnctione gratiæ confirmat: at Eucharistia totum botrum continet, vt animam fragrantiorem, & splendidiorem reddat.

§. 2.

AT si bottus cypri iuxta secundam interpretationem significet botrum arbusculæ, quæ cyprus dicitur, quæ in vno ramusculo plures continet flores cãdidos, & speciosos in formam botri desinentes, aptissime etiam repræsentat Eucharistiam, in qua tanquam in vno ramusculo sunt pulcherrimi, candidissimi, & odoratissimi flores non pauci, nimirum corpus gloriosum Christi, sanguis eius, anima, persona Verbi, diuinitasque eius & cunctæ Dei, & hominis perfectiones, ac virtutes, tanto candore, & decore
Zach. 9. v. 17. fulgentes, vt Zacharias Propheta admirans dixerit: *Quid bonum eius est, & quid pulchrum eius est, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* En nouam Eucharistiæ pulchritudinem, non tantum à floribus, quos continet, qui nisi in vasculo sacramenti inclusi essent, & obtecti, debiles oculos suo nimio læderent splendore, sed etiam propter candidos, rubicundos, ac speciosos flores, quos germinat. Non enim solum germinat Virgines, sed etiam Martyres, Doctores, Pontifices, & Confessores, variosque electorum flosculos, qui illum mire exornant, vt liceat contemplari Christum quasi botrum innumeris sanctorum floribus cumulatum, & quod magis mirandum est, tales flosculos germinat in vineis Engaddi, quæ est fons tentationis; quæ etsi nimium multiplicetur, & ingrauescat, flores istos non lædit, sed perficit, vt nunquam marcescant, sed in suo decore semper maneant, & virescant ob virtutem sacramenti, quod cibus est immortalitatis, & frumentum electorum vocatur; vel vt alij vertunt, *Frumentum iuuenum seu adolescentum.* Quia spiritualem vigorem conseruat, & comedentium iuuentutem renouat, sicut aquilæ ne senescat, & pereat. Qua etiam de causa vocatur vinum germinans virgines; id est animas incorruptas seruans, vt vni viro Christo possint desponsari Ecclesia igitur Catholica, quæ plures sanctorum ordines comprehendit, dum omnes contemplatur, ab vno Christo sicut flores à suo ramo pendere & per hoc sacramentum succum vitæ sugere, vt conseruentur, exclamat & dicit: *Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi*, id est dilectus meus est mihi instar botri pulcherrimæ arboris cypri plurimis sanctorum floribus in singulis meis vineis exornatus. Reticet autem verbum est, quia semper illi fuit, est

A & erit instar botri: nunquam enim desinit nec desinet germinare sanctos, vt Ecclesia possit sancta nuncupari.

Tu autem in hoc botro agnosce pulcherrimos virtutum Christi flores, à quibus procedunt virtutes omnes, quibus sancti florent, teque florere decet, quia non à te, sed ab ipso virtutem germinandi eas habes. Ideoque illi gratias agens & gloriam tribuens, dicito: dilectus meus est mihi bottus cypri, botrus humilitatis & mansuetudinis, botrus obedientiæ, spei, & dilectionis, omnisque virtutis; ipse in me cuncta hæc operatur. Vtinam & perpetuo operetur, ipsi gloria, & benedictio in secula.

§. 3.

SEd adhuc clarius hæc exprimuntur, si iuxta 1.
tertiam interpretationem per botrum cypri intelligamus botrum vuæ excellentissimum, ac
B dulcissimum, ex quo exprimitur vinum germinans virgines, & nutriens tanquam frumentum omnes electos. Quidquid enim de Eucharistia sub speciebus vini prædicatur, intelligendum etiam est de eadem sub speciebus panis, & è conuerso; quoniam vtrobique totus, & idem Christus latet, conuiuium suauissimum nobis parans pane de cœlo præstito, & vino desursum allato; ideoque non sine mysterio botrus iste ortus in vineis Engaddi, quæ sunt in Iudæa prope mare mortuum, dicitur botrus cypri similis electissimis botris, qui ab insula Cypri longe ab ea distanti, adducuntur, Christus enim in Eucharistia latens licet in terra nostra natus sit, vitamq; mortalem degerit, ac mortem subierit, & innumeros pertulerit labores, contritiones, ac conculcationes, vt panis, & vinum electorum fieret, quo vera eius caro & sanguis in cibum præstetur, & potum: Tamen de longe est nobis allatus & de cœlo venit, quia non solum homo, sed Deus est. Iu-
C xta id quod Iudæis ipse dixit. *Pater meus dat vobis panem de cælo verum. Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi.* Botrus iste à terra promissionis trahitur, non à mundana, sed cælesti, quæ est terra viuentium electis promissa: trahitur autem ab exploratoribus, id est sacerdotibus cum sacramentum conficiunt, & sacrificium offerunt, in quo Christus in vecte crucis suspensus repræsentatur; & sicut ex altero botro Israelitæ cognouerunt fæcunditatem terræ sibi à Deo promissæ, ita modo electi ex huius cælestis botri gustu, sapore, ac suauitate, quam percipiunt, cum illum manducant, conijciant quam magna sit multitudo diuinæ dulcedinis, quæ præparata est in cælis diligentibus Deum.

Zach. 9. v. 17.
Io. 6. v. 32. & 51.
Nu. 13. v. 24.

Vnde sicut multi etiam asseuerant (vt supra retulimus) vocari botrum cypri propter præcellentem saporem, quem ab arbore cypri iuxta quam plantata est vitis, desumit: sic Eucharistiæ sacramentum saporem habet singularem, quia
D quidquid in ea latet; diuinitati coniunctum est; vnde & panis Angelorum dicitur, non quia Angelorum manibus effectus sit, sicut manna, sed quia similis est pani & cibo inuisibili, quo vescuntur Angeli. Ideoque multo præcellentius quam manna conuenit ei, quod inquit Sapiens: *Angelorum esca nutriuisti populum tuum, & paratum panem de cælo præstitisti illis sine labore, omne delecta-*

Mm x mentum

omentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. A Et cur hoc, nisi quia continet ipsam deitatem? Quæ est omne bonum, omnis delectatio, omnis sapor, & suauitas, omnimodam sine fastidio præbens satietatem. Ex hoc etiam botro exprimitur vinum illud cæleste, quod propinatur in
Ps. 22. v. 5. calice; de quo Dauid ait: *Et calix meus inebrians quam præclarus est!* deducitur autem ex loco, qui altiori ratione, torrens botri nuncupatur: quia ex illo & per illum fit; quod ait idem Psalmista:
Nu. 13. v. 25. Ps. 35. v. 9. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.*

Hæc autem contemplans anima Christi amore ebria inquit: *Botrus cypri dilectus meus mihi*, botrus inquam diuinus, omnem dulcedinem & suauitatem comprehendens: nam sicut botrus plura continet grana vuæ, ita ille omnia continet genera virtutum, saporum, ac cælestium delectationum. Et in hoc vno cuncta inuenio, quæ vehementer desidero. Non addit, *Inter vbera mea commorabitur*, licet vere illum ibi retinere semper B optet, quia vlterius sitit illum comedere, & intra viscera reponere, vt reficiatur, & nutriatur eo, illique intimius multo per vnionem amoris coniungatur. Licet enim vt botrus est arboris cypri flosculis iucundus, inter vbera sit deferendus, vt eius pulchritudine, & odore confortemur: tamen hoc famem & sitim excitat comedendi, & bibendi illum vt botrus vuæ. Siquidem ad hoc ordinatur botrus, vt cibus sit & potus noster, ideoque Christus Dominus sacramentum instituit sub accidentibus panis, & vini, quæ communis hominum, & quotidiana est refectio: vt cunctos inuitaret, & exhortaretur ad manducandum, & bibendum illud, idque frequentius, vt quotidianus sit Ecclesiæ cibus, maxime cum quotidiana sit lucta, & tentatio tum interna, tum externa, quæ huius cibi virtute superatur. Ideo dicitur esse in vineis Engaddi, quod est oculus tentationis: quia fructus eius est mentis oculos aperire, illuminareque, vt ten- C
Prou. 23. v. 29. tationes agnoscat, fugiat, & vincat. In quo longe distat à corporeo vino, quod iudicium rationis subuertit, & oculos caligine suffundit, rixas concitat, & innumera ingerit detrimenta. At vinum hoc spirituale iudicium rationis clarificat, oculos internos illustrat, rixas non nisi contra peccata concitat, cum alijs potius pacem conciliat, & magnam efficit concordiam.

5. Quam etiam ipse botrus indicat, in quo plura grana naturali quodam vinculo vnita sunt. Effectus enim præcipuus huius sacramenti est hæc vnio iustorum tum cum Deo, cum inter se-
Tract. 26. in Ioan. ipsos. Nam vt notat Diuus Augustinus, propter hoc instituta est Eucharistia sub accidentibus rerum, quæ constant ex pluribus coalescentibus in vnum, vt hanc vnionem quam efficit, per illas
1. Cor. 10. v. 19 significaret, iuxta illud Apostoli: *Vnus panis, vnum corpus multi sumus omnes, qui de vno pane participamus.* Et similiter de vno calice. Sed hoc est speciale in botro: quod vnio plurium granorum in pane & D vino est artificialis, sicut & in fasciculo myrrhæ, vt supra diximus: at in botro est naturalis, quo significatur hoc diuinum sacramentum tam missam perficere vnionem inter iustos, vt aliquando videatur illis quasi connaturalis, ac si plura corpora eandem haberent animam, sicut de pri-
Act. 4. v. 32. mitiuis fidelibus ait D. Lucas, quòd eorum erant A cor vnum & anima vna. Quare melius significatur hæc vnio per botrum, qui dulcedinem præ se fert, quam per fasciculum myrrhæ, quæ sonat amaritudinem, quoniam dulcissima est hæc vnio, quam Eucharistia efficit, vt propter illam videatur dixisse Dauid, *Quam bonum & quam iu-* Ps. 132. v. 1.
cundum est habitare fratres in vnum.

Præterea cum botrus iste simul dicatur vuæ & balsami, non inepte, vt perpendit Diuus Ber- 4. Serm. 44.
nardus, indicat spiritum zeli propter vinum & spiritum mansuetudinis propter vnctionem balsami, & vtrumque oportet esse simul. Zelus quidem contra peccata propria, vel aliena, ad illa corrigenda, & destruenda, prout vnicuique conuenit iuxta proprium statum. Vnctio vero mansuetudinis, & affabilitatis ad conciliandos aliorum animos, & concordiam habendam cum omnibus. Vtrumque autem præstat Eucharistia sub speciebus panis, & vini instituta. Per vinum animos inflammans zelo gloriæ Dei; per pa- B nem vero mites ac amabiles reddens omnibus hominibus. Vnde Dauid de ea mystice loquens vtrumque insinuat, dum ait: *Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me: impingua-* Ps. 22. v. 5.
sti in oleo caput meum, & calix meus inebrians quam præclarus est. Oleum enim & vinum calicis ac cibus mensæ contra hostes misericordiam & zelum significant, quæ in hoc cælesti conuiuio electis præstantur.

§. 4.

DENIQVE prius dilectus dicitur fasciculus myrrhæ, & postea botrus cypri, vt intelligas 5.
meditationẽ passionis, & amaritudinum Christi præparationem esse ad digne recipiendum hoc sacramentum, & gustandam eius dulcedinem, eo quod in memoriam eius, vt diximus, est institutum. Similiter etiam præcedere debet amara memoria, & contritio peccatorum cum C dolorosa eorum confessione, vt mundus, & Matt. 22. v. 12.
vestitus veste nuptiali huic adsis conuiuio, & ideo botrus iste est in vineis Engaddi, quod est *Fons hædi.* Quia per lachrymarum fontem, & sacramentum pœnitentiæ mundanda est ab operibus prauis, vt Christum omnium bonorum fontem recipiat. Scriptum est enim; *Probet autem se* 1. Cor. 11.
ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. v. 28.
Nulla autem melior probatio, quam perfecta lotio in hoc fonte hædi, qua peccata suffocantur, & anima munda redditur pulchra, & candida.

Non enim sine causa quando Agnus Paschalis immolabatur additur, *Iuxta quem ritum tolletis* Exod. 12. v. 5.
& hædum. Id est ex grege ouium, & caprarum qui non habuerit agnum, tollat hædum, vt immolet illum. Quod præceptum est ad significandum quod Christus Dominus ex iustis & peccatoribus progenitoribus ortus est tanquam agnus & D. Aug. Ser.
hædus, habens veram innocentiam & mansue- in quæst. su-
D tudinem agni, sed in similitudinem carnis pec- per Exod.
cati. Est autem in cruce immolatus pro omni- q. 22.
bus: & modo immolatur etiam in sacrificio Mis- D. Gregor.
sæ pro iustis, & peccatoribus, cuocunque comedendus trahitur; dum tamen peccatores prius se Nazianzenus apud Lipponanum.
lauent, & mundent in fonte hædi pœnitentiæ, quem ipse Christus factus pro nobis hædus in vineis Ecclesiæ illis præparauit.

Sed

Iud. 14. v. 5. Sed iucundum addamus colophonem his vineis, & hædo ex historia Samsonis, qui iuxta vineas oppidi Philistinorum occurentem leonis catulum occidit, eum in frusta quasi hædum discerpens, in cuius iam emortui ore inuentus est fauus mellis, *Quem cum sumpsisset in manibus, comedebat in via*, dedirque parentibus suis partem, qui eam comederunt. Vnde problema desumptit, quod conuiuis soluendum proposuit; *De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo*, hoc antem symbolum fuit eius quod Christus gessit pro nobis, qui cum Deus sit & homo, vt Deus quadrat nullum nomen Samsonis, quod est sol eius, quia sol est omnium hominum venientium in hunc mundum: vt homo vero catulus est leonis, leoque de tribu Iuda: seque ipsum sponte sua pro nobis occidendum tradidit extra portas Ierusalem in vineis oppidi manibus Iudæorum, &

Ita glossa. gentium. Et quia ipse tradidit corpus suum, ideo se dicitur immolasse, ac dilacerasse: inata illud: *Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam*

Io. 10. v. 18 *à me ipso*. Vnde quamuis esset leo furtissimus, dilaceratus est tanquam hædus non resistens inimicis, quteum hædum reprobum reputabant, sed in morte sua passionis merito ex hoc comedente exiuit cibus, & ab hoc forti egressa est dul-

In lib. 7. Ex hort. 29 §. 1. Alia redditur expositio. cedo, quia dedit nobis proprium corpus in cibum dulciorem, quam mel & fauum, in quo ipsa dulcedo, vt in suo fonte gustatur, quem cibum ipse sumpsit in manibus suis, & comedit ex illo, non solum in ipsa nocte cænæ, quando illud instituit, sed etiam aliquoties post resurrectionem cum adhuc erat in via cum discipulis suis, quibus etiam seipsum comedendum præbuit, vt faui

Luca 24. v. 30. & 43. Is. 21. v. 13. dulcedinem etiam gustarent. Hunc ergo leonem, hædum, & fauum mellis vocat sponsa regem fasciculum myrrhæ, & dulcem botrum cypri & omnia propter nos, vt tam benignum largitorem laudemus, & glorificemus in secula seculorum. Amen.

EXHORTATIO IX.

De duplici animæ pulchritudine, & septemeius combinationibus, quæ acquiruntur in contemplatione; & disponunt ad perfectionem illius.

Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es.

Adeo eximius fuit sponsæ in sanctitate profectus ea incæpatione, grato animo suscepta, ex meditatione regis in multiplici suo accubitu eaistentis, ea aliisque præclaris virtutum actibus, quæ sub metaphora nardi, fasciculi myrrhæ, & botri cypri hactenus explicuimus, vt cælestis sponsus rui nihil nouum potest accidere, quasi nouum aliquid intueretur admirans, di-

Ibi c. 5. Isaia. ceret: *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es.* Dictio enim ista, *Ecce*, vt notat D. Chrysostomus, in Scriptura, & maxime in propheris vsurpatur ad indicandum aliquid nouum, & inauditum; vt cum dicitur, *Ecce Virgo concipiet, &c.* Quam magna igitur, & noua erit pulchritudo, quæ ab ipso Deo bis cum dictione *Ecce* commendatur? Paulo ante vocauit eam pulcherrimam inter mulieres, sed cum increpatione, vt eius rigorem temperaret: at modo cum magna exaggeratione, bis vocat eam pulchram, cum dictione ecce. Quasi dicens: quod pulchritudo eius non posset verbis explicari. Vnde alii vertunt, sicut in capite quarto habetur. *Quam pulchra es amica mea!* Cant. 4. v. 1. *quam pulchra es!* id est tanta est pulchritudo, vt nulla suppetant verba, quibus exprimatur. Hæc autem repetitio geminam indicat animæ pulchritudinem, quæ tamen plures continet combinationes, ea quibus vna perfectissima prouenit pulchritudo non corporea, sed spiritualis ex virtutibus, & cælestibus donis proueniens, quam parit studiosa diuinarum mysteriorum contemplatio, & ad supremum eius gradum consequendum præparat, vt anima vndique coram Deo, angelis, & hominibus sit perfecta.

De Pulchritudine spirituali interna & externa sanctificantia spiritum & corpus. Pro feria 4. post Dom. 3. Quadra.

§. 1.

1. Primo igitur dicitur sponsa his pulchra propter sanctitatem, & munditiam, tum internam, tum externam, qua pollebat. Etenim Ecclesia Christi, animaque eius sponsa, longe iam abest ab illa sanctitate mere externa, quam lex antiqua conferebat, absque eo quod veram intus munditiam largiretur. Non quod in illa non essent aliqui vere iusti, & sancti, sed quia lea id eis non præstabat, iuxta quam, vt docet D. Paulus, *Munera & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta* Ad Heb. 9. *conscientiam perfectum facere seruientem, solummodo in* v. 8. *cibis, & in potibus, & variis baptismatibus, & iustitiis carnis, vsque ad tempus correctionis impositis.* Id est vsque quo corrigerentur per Christum, qui veram Mat. 3. v. 17. & internam docuit munditiam, & sanctitatem in lege sua euangelica, per quam perfecte impleuit id quod inane, vacuum, & defectuosum erat in antiqua. Vnde vehementer increpabat Scribas, & Pharisæos, qui hac sola externa munditia, quæ hominibus apparebat, gloriabantur, iactabantque se manus sæpius lauare, cum panem manducabant, cum tamen intus immundi, deformes, & execrabiles essent, *Væ vobis* (inquit) *Scribæ & Pharisæi, hypocritæ, quia mundatis quod* Mat. 23. v. 25. *deforis est calicis, & paropsidis, intus autem pleni estis rapina, & immunditia. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis, & paropsidis, vt fiat id quod deforis est, mundum.* Id est, primum acquirite munditiam animæ internam, ex qua prouenier, vt vera sit munditia hæc externa, alioqui similes eritis sepulchris dealbatis, quæ foris parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. Vnde rite eos vocat hypocritas, quia solam faciem externam sanctitatis simulant, indignanturque contra eos, qui manus non lauant propter traditiones seniorum, cum ipsi non lauent animas, transgredientes traditiones Dei. *Pharisæe hypocrita eiice primum trabem* Matt. 7. v. 5. *de oculo tuo, & tunc videbis eiicere festucam de oculo fratris tui.* Recte igitur cæteros vocat eos, qui trabem in oculo habent. Et quæ maior cæcitas quam mundare externam partem paropsidis, & calicis, quam cibus & potus non contingunt, internam vero quam tangunt, relinquere spurcitia

plenam?

plenam? Imo hanc manducare & bibere; nam
Iob.15.v.16. de eis dicitur quod bibunt quasi aquam, iniquitatem.

Non sic autem sponsa Christi bis pulchra, de
Ps.44.v.14. qua dicitur: *Omnis gloria eius filia regis ab intus in fimbriis aureis, circumamicta varietatibus.* Nam potissima eius pulchritudo est in spiritu per gratiam & charitatem, supernaturalesque virtutes. Vnde fit quod fimbriæ quæ exterius apparent, vere sint aureæ ab auro interno deauratæ. Omnis enim sanctitas, quæ in operibus externis splendet, ab internis prouenit, sine quibus illa aurea non erunt: tamen si interna aurea sunt, foras se prodeunt per amictum deauratum. Vt
Exo.25.v.11. anima sit instar arcæ fœderis, quæ intus, & foris deaurata erat auro mundissimo. Propter quod sponsus ait, *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es.* Vt prima pulchritudo referatur ad internam, & ideo illi coniungit nomen amica, quoniam vera Dei amicitia in interno decore sita est: secunda vero refertur ad externam; cui non addidit iterum nomen amica, quia vt diximus, de-
1.Reg.17.v.7. cor externorum operum ab internis promanat; bona enim arbor bonos producit fructus, & quia homo videt quæ patent, Deus autem intuetur cor, studiosus contemplationis, cuius interest Dei præsentiam semper retinere, hoc potissimum conari debet, vt coram Deo pulcher, & sanctus sit, & deinde coram hominibus; vt vi-
Matt.5.v.16. dentes opera eius bona, glorificent patrem in
Ad Rom.12. v.17. cœlis est. Ac ita iuxta sententiam Pauli prouideant bona coram Deo simul & coram omnibus hominibus.

2. Hoc ipsum insinuasse videtur idem Apostolus, dum inquit virginem & innuptam cogitare,
1.Cor.7.v.34. quæ Domini sunt, ad hunc finem *Vt sit sancta cor-*
Ita D. Anselmus. *pore & spiritu.* Id est pulchra duplici pulchritudine, quæ mundum, speciosum & sanctum reddit corpus & spiritum. Quam præstant duplicis generis virtutes expellentes duo illa vitiorum ge-
Lib.31. Mor. c.31. 12.q.72. art.2. neta, quæ D. Gregorius, ac D. Thomas vocant C carnalia, & spiritualia, *Emundantes nos*, vt dicit i-
2.Cor.7.v.1. dem Apostolus, *ab omni inquinamento carnis & spi-*
Virtutes duplices. *ritus.* Virtutes corporales dicuntur, quæ carnis vitia, & voluptates coercent, & corporalibus operibus consummantur. Cuiusmodi sunt, temperantia, sobrietas, castitas, seu virginitas, modestia, silentium, & sensuum custodia, in quibus maxime exterioris hominis splendor, & decor manifestatur. Virtutes vero spirituales nuncupantur, quæ præcipue spiritum, & eius actus, ac affectus dirigunt, & perficiunt, vt fides, spes, charitas, & reliquæ infusæ, præter supradictas, in quibus summus animæ decor consistit. Respondet autem hæc geminata pulchritudo geminæ laudi sponsi commemoratæ, ex similitudine ad fasciculum myrrhæ, & ad botrum cypri. Nam sicut fasciculus myrrhæ inter vbera collocatus, ornat corpus exterius, botrus vero reficit interius. myrrha corpus seruat à corruptione, vinum ex botro cor hominis lætificat: ita ex contempla- D tione Christi, eiusque imitatione duplex ista acquiritur virtutum pulchritudo, qua caro, & spiritus foris & intus sanctificantur, & quodammodo reducuntur ad illum fœlicem statum innocentiæ, in quo caro spiritui subiecta erat. Cum enim modo viriliter his virtutibus infrænatur, quodammodo illius quietæ fœlicitatis particeps

A efficitur. Sed quia hoc ratum est, & apud paucos inuenitur, vtitur sponsus particula Ecce, vt nouum splendorem sponsæ commendaret.

De nouis incrementis pulchritudinis per opera duplicis vitæ actiuæ & contemplatiuæ.

§. 2.

SED quia huiusmodi pulchritudo potest in dies noua incrementa recipere, de hoc in his verbis laudatur sponsa. Prius enim dicitur pulchra propter primam gratiam, primamque charitatem, quæ in ipso iustificationis tempore infusa est illi, vt ab omni labe, & mortifera macula mundaretur; & quia in hac gratia consistit Dei amicitia, simul vocatur pulchra, quia facta est amica. Homines enim amant id quod iam est pulchrum; Deus vero amando animam fœdam, facit illam pulchram, quæ talis dicitur, non à pulchritudine, quam ex se haberet, sed quam à Deo, cum gra- 3.
B tia recepit, iuxta illud, quod sub typo Ierusalem dicitur: *Perfecta eras in decore meo, quem posueram super te, dicit Dominus.* Nam vt inquit D. Augustinus, amauit nos prius, qui semper est pulcher. Et quales amauit, nisi fœdos, & deformes, non vt deformes dimitteret, sed vt pulchros faceret? Post hanc autem primam pulchritudinem vocatur secundo pulchra cum eadem admiratione, *Ecce tu pulchra es.* Nam plures recipiũt primam, quam cito commaculant: tu autem non contenta es prima gratia, nec prima es charitate satiata, sed etiam illam nutrire, bonisque operibus, & nouis meritis in dies augere satagis, quia tunc fortius, & securius conseruatur, cum quotidie augetur; obseruando quod scriptum est: *Qui iustus est, iustificetur adhuc; & qui sanctus est, sanctificetur adhuc.* Quam vero mirabilis sit hæc secunda pulchritudo, indicat encomium illud sponsæ, de qua dicitur: *Quæ est ista quæ progreditur quasi auroram consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol?* Mira est
C pulchritudo auroræ, id est primæ gratiæ, qua anima à tenebris peccatorum recedit; sed mirabilior est pulchritudo lunæ, quæ (vt inquit Ecclesiasticus) *Crescit mirabiliter in consummatione*, id est donec sit plena, & consummate lucida, nihil retinens tenebrarum: sic anima tunc est mirabiliter pulchra, cum in gratiæ luce crescere non cessat, vsque dum sit perfecta, & plena in omnem plenitudinem Dei, quam in hac vita potest obtinere, donec in cœlo consequatur vltimam, & consummatam pulchritudinem, vltra quam iam non possit ascendere, & tunc erit electa vt sol; qui summam habet lucem, & splendorem, in quo nec potest crescere, sicut nec deficere. Interim etiam oportet electam esse, vt sol quatenus lucem gratiæ, quam per augmentum obtinet, indefectibiliter sicut sol retineat.

Ezech.16. v.14.
Tract.9. in 1.Epist. Io. 10.9.
Apoc.22.v.11.
Cant.6.v.9.
Eccl.43.v.8.
Ad Ephes.3. v.19.

Hinc est quod etiam sponsa dicitur bis pul- 4.
chra ab operibus duplicis vitæ actiuæ & contemplatiuæ, quæ sedulo exercebat, vt ex dictis con-
D stat. Quibus etiam crescebat, & proficiebat in virtute, sapientia & gratia coram Deo & hominibus. Per contemplationem est pulchra coram Deo cui assistit, per actionem vero est pulchra etiam coram hominibus, quibus prodest. Illa ponitur primo loco, quia melior est pars vitæ contemplatiuæ, quam elegit Maria: & ex se pulchrior;

Gen. 29. v. 17. chrior; vnde & de Rachele, quæ symbolum eius A fuit, scriptum est quod erat decora facie, & venusto aspectu, & plus dilecta à Iacob, quam soror eius Lia. Quia Deus etiam plus diligit pulchritudinem contemplationis, quam actionis. Vnde illi attribuit cognomen amicæ, cum ait: Io. 15. v. 15. *Ecce tu pulchra es amica mea.* Quia in contemplatione reserantur secreta mysteria, quæ non nisi amicis solent communicari: iuxta illud: *Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audiui à patre meo, nota feci vobis.* Sed quia vita contemplatiua in viris perfectis adfert secum vitæ actiuæ exercitia erga proximos, ideo secundo vocatur pulchra propter illa, sed additur vtrobique particula *Ecce.* Quia rara est vtriusque coniunctio, & valde mirabilis est vtriusque pulchritudinis vnio, quæ coniungit contemplationem cum actione, quietẽ Mariæ cum solicitudine Marthæ, venustatem Rachelis cum fæcunditate Liæ. (Ex Cassiano collatione 19. c. 9.) Sed hanc assecuta est sponsa Christi, quæ iam assimilatur equitatui in curribus Pharaonis, iam solitariæ turturi, iam portat fasciculum myrrhæ, iam botrum florum, ex pulchra arbore cypri: & ideo B bis pulchra prædicatur. Sed forte dicea, quomodo à vita actiua denominatur pulchra, cum hæc Gen. 29. v. 19. decora non sit sicut Rachel, sed deformis sicut Lia, quæ lippos habebat oculos? Sed hæc deformitas inest illi, cum sola est, & à contemplatione separata, ac instar Marthæ solicita est, & turbata erga plurima: at cum ex contemplatione oritur, & cum ea coniungitur, sanatur lippitudo oculorum, vt quæ agenda sunt recte videat, & venusta maneat. Vnde postquam sponsus dixit secundo: *Ecce tu pulchra es,* mox subiunxit: *Oculi tui columbarum,* qui pulchri valde sunt: de quo postea.

De aliis tribus combinationibus binæ pulchritudinis. §. 3.

5. SEd quoniam potissima pulchritudo animæ C est charitas, quæ operit multitudinem, & fœditatem peccatorum, charitas autem duplicem habet actum, quo omnem vim suam exerit: scilicet amorem Dei super omnia, cui studet contemplatiua, & amorem proximi sicut sui ipsius, In hoc loco. cui incumbit actiua. Hinc Diuus Gregorius spõsam bis pulchram vocari dicit, quia in vtroque amore est perfecta, non quærens quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, & quæ proximorum sunt propter ipsum. Sed cum primo vocatur pulchra propter amorem Dei, etiam dicitur amica. Quoniam charitas proprie tantum est amicitia erga Deum, quem propter seipsum diligit, proximos autem, siue bonos, siue malos, siue amicos, siue inimicos solum diligit propter Deum. Et sicut ab his duobus actibus, & præceptis eorum vniuersa lex pendet, & prophetæ, sic ab illis pendet omnium aliarum virtutum decor, & pulchritudinis incrementum. Quomodo autem efficiamur pulchri diligendo Deum pulchrum, & D Christum siue crucifixum, siue gloriosum, commodius explicatur circa versiculum sequentem, *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus.*

6. Sed audiamus Diuum Bernardum hanc geSerm. 45. in Cant. minam pulchritudinem de coniunctione innocentiæ cum humilitate interpretantem, per innocentiam vero intelligit eam sanctitatis perfe-

A ctionem quæ peccata excludit, & commemoratas virtutes comprehendit; à quibus anima vocatur primo pulchra, sed tunc iterum est pulchra, & confirmatur amplius eius pulchritudo, cum simul adiungit profundam humilitatem, non se extollens de sanctitate accepta, nec se alijs præferens, sed potius Deo & omni humanæ creaturæ propter Deum se humiliter submittens. Vtrobique autem ponitur particula *Ecce.* Quia, vt inquit idem Sanctus, rara auis in terris, "aut sanctitatem non perdere, aut humilitatem "sanctimonia non excludi: & ideo beata anima, "quæ vtramque retinuit. In eo qui grauiter pecca- "uit, etsi amanda, non tamen admiranda humili- "tas: at si quis innocentiam retinet, & nihilomi- "nus humilitatem iungit, merito admiranda, "quia geminum animæ retinet decorem. In vtroque autem similis est Christo Domino, qui vt supra perpendimus, humilitatis, & innocentiæ se præbuit magistrum & ducem, quem secuta est B sponsa dum amplectitur eum, tanquam fasciculum myrrhæ, propter humilitatem & tanquam botrum cypri candidissimorum florum propter innocentiam. Propter quod bis pulchra ab ipso meruit nuncupari.

Sed quid humilitati cum pulchritudine, cum se potius ad ima, & abiecta demittat, & omnem sibi attribuat fœditatem? Imo propter hoc est pulchra, quia quæ pulchra sunt mundi contemnit; & per confessionem propriæ fœditatis, & immunditiæ, candorem seruat, & decorem sanctimoniæ, & innocentiæ; quam si perdere contingat, per humilitatem restaurat, dicente Psalmista: *Asperges me hyssopo & mundabor,* Psal. 50. v. 9. *lauabis me & super niuem dealbabor.* Hyssopus auIta D. Bernardus. tem quæ herba humilis est, & pectoris purgatina, humilitatem indicat, per quam Dauid mundari, & super niuem dealbari confidebat, candorem recuperans eius quam amiserat innocentiæ. Sed felicior sponsa, quæ etsi grauiC ter deliquit, tamen increpata tacuit & fasciculum myrrhæ sibi assumpsit, propter quod de bina pulchritudine laudatur: & iuxta versionem LXX. vocatur *Proxima mea.* Quare proxima? quia propter humilitatem propius accessit ad Deum? qui humilibus appropinquat; sicut se elongat à superbia, nam sicut dicit Diuus AuSerm. 135. de Temp. gustinus; licet Deus sit altus, si erigis te fugit à te; si vero te humilias, descendit, vt sit prope te.

Hinc Origenes nouã deducit declarationem 7. Hom. 3 ex quatuor. huius binæ pulchritudinis, vt primo sit sponsa pulchra tanquam proxima Deo cum illi præsens adest, & magnis eam prosequitur fauoribus. At secundo est pulchra etiam quando non est sic proxima, quia etsi contingat paululum sponsi absentiam pati, pulchritudinem tamen adhuc retinet, nouit enim placere Christo, siue cum illi adest consolando, siue cum abest in mærore, & afflictione eam relinquendo. Parata eD nim est ad prospera, & aduersa, ad gloriam & ignobilitatem, exercendo arma iustitiæ, à dex- 2. Cor. 6. v. 8. tris & à sinistris, & tunc perfectissima erit pulchritudo, cum geminam hanc cordis adipiscitur promptitudinem, dicens cum Psalmista: *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.* Ecce biPsal. 56. v. 8. nam pulchritudinẽ septempliciter declaratam, quam maxime communicat Christus Dominus

 con-

contemplantibus ipsum, tum vt fasciculum myrrhæ in sua amara passione, tum vt botrum cypri in sua gloriosa resurrectione. Quod si dormietis inter medios cleros medias que Christi crucifixi, & gloriosi sortes, nascentur tibi instar columbæ pennæ deargentatæ, & posteriora dorsi deaurata, vt pulcher sis omnibus prædictis modis pulchritudinis, qui per candorem argenti, & pallorem auri designantur; quibus ad cœlum volabis, vt ibi tandem requiescas in secula seculorum. Amen.

Ps. 67. v. 14.

EXHORTATIO X.

Profesto purificationis B. Mariæ.

De pulchritudine beatissimæ Virginis in omnibus modis supradictis, quæ maxime in eius purificatione resplenduit.

Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es.

OMNES pulchritudinis gradus iam commemorati cum quadam singulari præcellentia in beatissima Deipara reperiuntur, qui tantam sponso attulere admirationem, vt quasi de re noua, & nusquam ante illam visa exclamans dixerit, *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es.*
1. Et merito: quoniam binam habuit singularem pulchritudinem: in qua nec primam similem visa est, nec habere sequentem. Etenim sola inter omnes mulieres bis pulchra est à pulchritudine virginitatis, simul & fœcunditatis. Cæteræ mulieres sunt veluti arbores, quæ speciosæ sunt, prius floribus, & postea fructibus, flores enim decidunt vt fructus nascantur: at Maria sola pulchra
» est flore simul, & fructu, sola florem virginitatis
» habet inter matres, sola fructum fœcunditatis
» inter virgines. Deflorantur aliæ, vt fœcundentur,
C » & in eis flos virginitatis necess.° o præmoritur
» ad fructum fœcunditatis. In sola vero Maria flos
» propter fructum non est præmortuus, sed miro
» modo factus est fructuosus, & fructificatus est,
» ex fructu ad perpetuitatem, & creuit ad venu-
» statem, & in alijs quidem fœminis pulchrior est
» flos, quam fructus: at in matre redemptoris, quæ
» sola fructum habet cum flore, multo speciosior,
» laudabiliorque videtur esse fœcunditas, quam
» virginitas: nisi forte quis dicat quod pares sunt virginalis fœcunditas, & fecunda virginitas. Vtramque à longe intuebatur Isaias, & tanquam rem nouam, ac inauditam eam dictione *Ecce*, vtens ait: *Ecce virgo concipiet, & pariet filium.* Non esset res noua, quod virgo amisso virginitatis flore conciperet, & pareret, sed hoc est nouum, & stupendum prodigium, quod integrum florem retinens, talem fructum concipiat, & pariat, qui vocari possit Emmanuel, id est, nobiscum Deus.
D Hoc nouum etiam intuebatur sponsus, cum dixit, *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es.* Quia tu inter alias mulieres inuenisti gratiam apud me, vt pulchra esses virginitate simul & fœcunditate: pulchra in concipiendo ex virtute Spiritus sancti, pulchra in pariendo sine læsione pudoris. Vnde factum est, quod pulchra sis omnibus modis pulchritudinis spiritualis, qui in

Ex Gulielmo Abbate apud Martinum del Rio.

Isa. 7. v. 14.

2.

A alijs sanctis inueniuntur, cum singulari excellentia super omnes illos.

Quæ igitur dicta sunt de septem pulchritudinis modis in beata Virgine contemplemur, tunc potissime cum completis diebus purificationis suæ secundum legem Moysi ascendit in templum brachijs suis portans filium, tanquam pulcherrimum fasciculum myrrhæ inter vbera, & candidissimum botrum cypri ante pectus suum, vt illum Patri æterno offerret, tum in gratiarum actionem pro omnibus bonis sibi & mundo per hunc fructum ventris sui collatis, tum vt per illum iram eius placaret, & nobis propitium redderet. Sed quo modo non esset grata tam pulchra & fragrans oblatio, quæ à pulcherrima, & fragrantissima virgine, & matre procedebat?

Luc. 2. v. 22.

§. 1.

B ET quidem ostendit se bis pulchram propter omnimodam suam munditiam internam, & externam, cum purificari voluit secundum ritum legis offerens par turturum; aut duos pullos columbarum, quod immundæ mulieres post partum offerre solebant, vt se mundarent. At quid illi dicit sponsus? *Ecce tu pulchra es amica mea.* Quia intus summam habes munditiam, qua nulla inter filias maior inuenietur vnquam. *Ecce tu pulchra es.* Quia etiam exterius noua, & inaudita munditia fulges, non enim concepisti suscepto semine, in quo lex immunditiam constituit sed ex virtute Spiritus sancti obumbrantis. Quid ergo tibi cum lege Moysi? ad quid oblatio turturum, vt munda reddaris? at pulcherrima virgo, quæ omnimodam munditiam amabat intus, & foris, coram Deo, & coram omnibus hominibus, etiam immunditiæ vmbram fugere volens ascendit in templum, vt se purget propter eos qui sui miraculosi partus mysterium i-
C gnorabant, ne ab illis reprobaretur legis præuaricatrix, si non se iuxta legem purificaret. Vnde ex hoc ipso fructu creuit eius admiranda pulchritudo, & gemini decoris condigna laudatio, tanquam viua arca fœderis intus, & foris auro mundissimo deaurata. Quia in se portabat aureum propitiatorium Christum Iesum, qui illam amplius decorabat.

1.
In § 1. præcedent. Exhortationis
Leuit. 12. v. 2. & 8.
De hac coniunctione plura lib. 3. Exhort. 23. § 3. & 4.
Exod. 25 v. 11.

Vnde princeps est inter virgines, & innuptas cogitans melius quam omnes, quæ Domini sunt: *Vt sit sancta corpore & spiritu*, mirifice ornata illo duplici genere virtutum, quæ corpus & animam mundant, sanctificant, ornant, & perficiunt, vt supra diximus. Pulchra enim domus qualem decet regiam esse, pulchrum debet habere prospectum, pulchra etiam atria, & interiora cubicula. Beatissima autem virgo tanquam regia ipsius Dei domus corpore, & spiritu sanctissima, & pulcherrima esse debuit, vt merito bis pulchra ab ipsomet sponso prædica-
D retur. Hanc autem binam pulchritudinem sic depingit Diuus Ambrosius. Virgo erat non solum corpore, sed etiam mente, quæ nullo doli «
ambitu syncerum adulteraret affectum, corde «
humilis, verbis grauis, animi prudens, intenta «
operi, verecunda sermone; arbitrum mentis so- «
lita, non hominem, sed Deum quærere, nihil «
toruum in oculis, nihil in verbis proteruum, nihil in «
actu

2.
In eodem § 1.
1. Cor. 7. v. 34.
Lib. 1. de virginib.

" actu inuerecundum, vt ipsa corporis species si-
" mulacbrum fuerit mentis, figura probitatis. Bo-
" na quippe domus in ipso vestibulo deheragno-
" sci, ac primo prætendat ingressi nihil intus late-
re tenebrarum, vt mens nostra nullis repagulis
corporalibus impedita tanquam lucernæ lux in-
tus posita, foris luceat. Hæc Diuus Ambrosius
egregie describens internos splendores virgineæ
pulchritudinis ab spiritu in corpus foras prode-
untis. Quia omnis gloria eius etat ab intus, sed
circumamicta externis fimbrijs aureis. Eia ergo
virgo speciosissima specie tua, & pulchritudine
tua intende prospere, & procede, ascende in
templum, vt Deo offeras hanc duplicem pul-
chritudinem tuam, quæ gratissima illi oblatio
erit, melius quam *Par turturum*, quod offeren-
dum portabas.

Imo par turturum hanc binam pulchritudi-
nem significabat. Est enim turtur, vt supra vidi-
mus auis pulchra, & pudica, ac compari suo ma-
gno amore coniuncta, vt nulli alij vnquam ve-
lit associari. Ideoque dictum est supra: *Pulchra
sunt genæ tua sicut turturis.* Non vna gena sed vtra-
que pulchra est, & ambæ sicut turturis. Par er-
go turturum non ineptum hieroglyphicum erit
virginei corporis, & spiritus, quæ summa pul-
chritudine, pudicitia, & vnione fulgebant, cum
nec caro eius concupisceret aduersus spiritum,
nec spiritus haberet luctam contra rebellem car-
nem; quia sibi valde in omnibus consentiebant,
& tanquam duæ genæ valde similes pulchræ e-
rant, sicut duo turtures. Hoc par turturum sola
virgo potuit offerre, & obtulit in templo, cuius
pulchritudinem & fragrantiam admirans spon-
sus ait: *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra
es.* Quia in pulchro & sancto corpore pulchrum
gerens, & sanctum spiritum, & miram inter v-
trumque vnionem, quæ tibi magnum conciliat
decorem, & mihi hoc par turturum est gratissi-
mum sacrificium.

4. Sed adhuc Deipara bis pulchra dicitur, quia
excellentissime combinauit pulchritudinem, &
quietem vitæ contemplatiuæ cum fœcunditate,
& decore vitæ actiuæ; splendidam dilectionem
Dei cum speciosa dilectione proximi, in vtro-
que cunctas superans creaturas. Et quamdiu vi-
xit noua, & eximia incrementa quotidie addi-
dit, ad tam sublimemque ascendit omnigenæ
virtutis, & sanctitatis decorem, vt quasi admi-
rans sponsus de tam nouo, & incredibili sancti-
tatis incremento dicat: *Ecce tu pulchra es amica
mea, &c.* Tu inquam inter omnes, quæ compa-
ratione tui velut stellæ obumbrantur coram so-
le. Has geminas pulchritudines indicabat et-
iam oblatio, quam virgo afferebat secundum
legem, quæ erat *Par turturum, aut duo pulli colum-
barum.* Columbæ etiam aues sunt pulchræ, &
symbolum fœcunditatis, ac mutui amoris, duo
pariunt oua, duosque educunt, & nutriunt pul-
los, qui paulatim excrescunt, vt ad perfectam æ-
tatem perueniant. Sunt ergo columbæ virtutes,
quæ per modum habitus animæ inhærent, &
sunt sibi inuicem connexæ, & mutuo amore
colligatæ, fœcundæque valde ad generandos
affectus, & actus qui sunt velut earum pulli:
Deo autem non offerimus columbas, sed pul-
los, non habitus, sed actus eatum; per actus enim
meremur, crescimus, satisfacimus, offerimus

spiritualia sacrificia, & cultum debitum reddi-
mus. Duo ergo pulli columbarum sunt affe-
ctus internus, & operatio externa, bona inten-
tio finis, & congrua electio, ac executio me-
diorum, contemplatio & actio, dilectio Dei &
dilectio proximi, qui omnes actus quasi pulli
possunt crescere, & in dies fieri perfectiores.
Obtulit ergo Deipara eos duos pullos colum-
barum pulchriores, & gratiores quam vnquam
oblati sunt, quia omnes suas vires exercebat,
vt perfectissimos semper haberet actus, & af-
fectus. A quibus denominatur his pulchra; co-
lumbina pulchritudine: nam statim dicitur: *O-
culi tui columbarum*, id est, non vnus oculus, sed
ambo pulchri sunt, sicut columbæ, sed de hoc
postea.

*De insigni virginis humilitate cum sancti-
tate.* § 2.

MAGIS tamen admiranda est gemina pul-
chritudo ex coniunctione innocentiæ, &
humilitatis, & summæ sanctimoniæ cum pro-
funda animi submissione, vt supra ex Diuo Ber-
nardo diximus. Sed quis innocentior Deipa-
ra, quæ sine macula concepta immaculata per-
petuo mansit? quis illa humilior, quæ cum
mundissima sit legem purgationis implet, et-
si notam immunditiæ incurrat? Imitata est fi-
lium, qui legem circumcisionis impleuit, quæ
signaculum erat peccatoris, sicut lex purgatio-
nis signum erat corruptæ mulieris. Sed verifi-
catur de ea quod paulo antea dixerat sponsa:
*Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem
suum: vel odorem eius.* Accubitus regis, vlnæ &
brachia erant virginis, ibi accubuit, cum esset in-
cunculis, cum ferebatur in templum, & in
Ægyptum.

Cum ergo beatissima mater vidisset hunc re-
gem virtutum tam humiliter esse in accubitu i-
sto, nardus humilitatis eius dedit odorem su-
um, odorem, inquam, humiliationis, similem
ei, quem rex in suo accubitu præ se ferebat: vn-
de & dedit odorem eius, scilicet Christi, à quo
illum participabat, & quia cum illo vnita om-
nino erat. Si rara auis est in terris, vt inquit Ber-
nardus, aut sanctitatem non perdere, aut hu-
militatem; Ecce autem bis pulcherrimam, quæ
indemnem in summo gradu seruauit vtram-
que. Refert Diuus Clemens, aliique docto-
res graues, auem phœnicem, quæ ita rara est,
vt sit vnica, postquam diu vixit, & valde inere-
uit, confecto sibi nido ex lignis odoriferis so-
lem ad orientem intuentem ignem excitare,
quo crematur, & in cineres redigitur, ex qui-
bus nascitur vermis, qui in nouum phœnicem
efformatur. Et quamuis hoc symbolum sit no-
stræ resurrectionis, vt prædicti doctores te-
stantur, tamen non incongrue symbolum et-
iam erit heroicæ humilitatis: qui enim tara pol-
lent sanctitate, rara etiam splendent humili-
tate. Intuentes enim solem iustitiæ per con-
templationem, ex eo maximum concipiunt di-
uini amoris ignem, quo se totos eis in holo-
caustum offerunt, & profundissima humili-
tate se in cineres redigunt, confitentes se nihil
esse coram ipso, nisi puluerem & cinerem, sic-
ut Abraham, & Iob loquentes cum ipso Deo

Psal. 44. v. 14. | Ibi 1. & 3. | Serm. 45. in Cant. Supra n. 56. | Lib. 5. c. 6. refert hoc Pineda in Iob. 19. v. 25. & in Iob 29. v. 18. | Tertull. lib. de resurrect. c. 13. D. Ambros. lib. de fide resurr. D. Hier. Epist ad Præsidium. | Gen. 18. v. 27. Iob 42. v. 6.

confeſſi ſunt. Sed ex hoc ipſo amplius renouantur, & qui ſe vermes eſſe agnoſcunt, in pulchriorem phœnicem transformantur, quia omnis qui ſe humiliat, exaltabitut. Quæ ergo eſt rara auis in terris, quæ phœnia vnicus in mundo, niſi beatiſſima Deipara? Hæc ſemper intuebatur ſolem per altiſſimam contemplationem, & tunc maxime exiſtentem in oriente, quando recenter natum portabat eum in brachijs ſuis. Vnde tanto eius flagrabat amore, vt quaſi continuum de ſe illi offerret holocauſtum, tam profundaque reuerentia, & humilitate eum geſtabat, vt ſe cinerem & puluerem, ac viliſſimum vermiculum reputaret; vnde tamen pulchrior & ſplendidior reſurgebat. Quia Deus reſiſtens ſuperbis, auget gratiam, & decorem humilibus. Hanc ergo ſanctimoniam, & humilitatem pro modulo tuo imitari conare; vt vtramque coniungens bis pulcher dici merearis, & ad culmen perfectionis peruenias. Scriptum eſt enim, *Iuſtus vt palma florebit*. Vbi Tertullianus legit vt phœnia florebit. Florere autem vt phœnix, iuxta prædicta eſt florere per humilitatem, ex amore prouenientem. Nam dum ſe redigit in nihilum, tunc renouatur, flureſcit, & maiora recipit virtutum incrementa.

Pſ. 91. v. 13. Vbi ſupra applicans ad reſurrectionem vide ſupra Exhort 2.

6. Hinc tandem concluditur beatiſſimam Dei genitricem etiam dici bis pulchram, quia parata erat ad filij præſentiam, & abſentiam tolerandam, & ad proſpera, ac aduerſa pro Dei ac proximorum amore perferenda: non ſolum pulchra quando filij fruebatur præſentia, & eius intuebatur magnalia, ſed etiam quando illa caruit, ſiue in triduo quo manſit in templo, vel in ſepulchro, vel cum poſtea aſcendit in cœlos, & quoties eius opprobria, & tormenta audite, vel videre contingebat. Inde idem purificationis dies lætus fuit illi, & triſtis, ſed illa ſemper eadem. Lætus quidem, quia legem ſeruabat, quia Deo patri filium offerebat, implebantur antiquæ prophetiæ, & noui ſurrexerunt Prophetæ, ſcilicet Simeon, & Anna, qui filij eius immenſam dignitatem prædicabant. Triſtis vero, quia tunc Simeon perſecutiones filij nunciauit illi dicens: *Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum, & in ſignum cui contradicetur, & tuam ipſius animam pertranſibit gladius.* Sicut autem cum audiuit lætum Angeli de incarnatione nuncium, reſpondit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum*: ita modo audiens triſte verbum Simeonis de gladio eius animam transfixuro reſpondet, etiamſi non verbo, ſaltem corde, & affectu: Ecce ancilla Domini, ſecundum verbum ita mihi fiat; quia parata eſt anima mea quouis gladio transfigi pro ipſo, cuius voluntati in omnibus tanquam humilis ancilla ſubdita eſſe cupio. Sed quid tunc ſponſus? Ecce tu pulchra es proxima mea, ecce tu pulchra es. Quia ſiue tibi præſens ſim, ſiue abſens, ſemper tu es mihi proxima, & me amplecteris, non tantum cum botrus ſum pulcherrimæ cypri, ſed cum etiam ſum faſciculus amariſſimæ myrrhæ.

Lucæ 2. v. 34.

Confirmantur cuncta hæc ex eo quod virgo ſit pulchra vt luna. §. 3.

QVÆ diximus de bina pulchritudine virginis confirmat ſimilitudo illa qua dicitur: *Pulchra vt luna*, quæ ſymbolum eſt iſtarum combinationum, maxime fœcunditatis, & pudicitiæ, munditiei corpore & ſpiritu, humilitatis & ſanctitatis, contemplationis, item & actionis. Eſt quidem ſymbolum fœcunditatis Quia calor ſolis, & humiditas lunæ faciunt terram germinare; cuius poma, & fructus dicuntur in Deuteronomio eſſe fructus ſolis, & lunæ. Pudicitiæ vero, propter candorem & decorem, quem in ſua plena luce retinet. Et quis (inquit Diuus Bernardus) ſanctorum chorus melius lunæ comparatur, quam virgines? Solæ ſequentur ſolem iuſtitiæ Chriſtum vt agnum patris quocumque ierit. Honorabuntur ergo præ cæteris in eodem regno exiſtentibus, ſplendore quidem excellentiori, ſicut lunam videmus præ cæteris ſyderibus præeminere. Merito ergo beatiſſima Maria bis pulchra dicitur, & ſicut luna: quia miram attulit terræ fœcunditatem, dum protulit nobis Chriſtum ſolem iuſtitiæ, qui cum ipſa tanquam eius cooperatrice nos bonis operibus fœcundos reddit. Mira etiam refulſit virginitate & munditia, quia præ omnibus fulget, ſicut luna inter ſtellas: quæ nobis imitanda proponitur, vt cum fœcunditate operis iungamus munditiam cordis, & corporis, qua etiam pulchri, vt luna dici mereamur.

Cant. 6. v. 9. Deut. 33. v. 14. De pomis fructuum ſolis & lunæ, &c. Serm. de Paſſione c. 31. Pierius l. 44. c. de luna refert in numiſmate antiquo cum lunæ imagine fuiſſe hanc inſcriptionem fœcunditas; in aliis pudicitia. Plura de hoc infra in id Cant. 7. venter tuus a cerius tritici vallatus lilia.

Non minus mirabile ſymbolum eſt luna profundæ humilitatis, & ſanctitatis eximiæ, vnde bis pulchra denominatur ſponſa. Vtrumque inſinuat Eccleſiaſticus, dum primo vocat lunam *Luminare quod minuitur in conſummatione.* Quia luna in ſua cum ſole cõiunctione quando illi ſubijcitur plene, eo que diminuitur, donec penitus ſuam lucem occultet, & nullam omnino habere videatur. Poſtea vero de eadem inquit: *Creſcens mirabiliter in conſummatione*, quia in oppoſitione ad ſolem tantopere ab eo illuſtratur, vt plena ſit luce, cætera aſtra magno antecellens ſplendore. Sic igitur beatiſſima Virgo pulchra eſt vt luna ob profundam humilitatem cum admiranda excellentia ſanctitatis. Exinaniuit enim & minuit ſe in conſummatione, ita plene ſe Deo ſubmittens vt non ſolum ancillam, ſed pene nihil ſe eſſe exiſtimauerit; cognoſcens nihil lucis & gratiæ à ſe, ſed totum à Deo, cui acceptum referebat. Sed inde adeo excreuit eius ſanctitas, & ſplendor, vt nulla maior, nec Chriſto ſimilior inueniatur, quantumlibet (inquit Cardinalis Petrus Damianus) aliæ ſtellæ reluceant, luna tamen, & magnitudine præeminet, & ſplendore: ſic vtramque naturam, humanam ſcilicet & Angelicam, virgo ſingularis exuperat, & immenſitate gratiæ, & fulgore virtutum. His accedit quod Plinius de luna loquens ait, humilis eſt & excelſa; ſed ne id quidem vno modo, ſed alias admota cœlo, alias contigua montibus, nunc in aquilonem elata, nunc in auſtros deiecta: ſic glorioſiſſima Virgo humilis & excelſa; quia ancilla Domini & mater Dei, ita humilis vt omnibus ſe ſubmitteret, & minoribus deferret: ita excelſa, vt ad cœlos vſque conuerſatione pertingeret, & angelos ſanctimonia ſuperaret,

Eccl. 43. v. 7. & 8. In ſerm. de Virg. Aſſumptio. Lib. 2. c. 9.

iamque

iamque peccatores spe erigit, iam vero iustos A humilitate continet.

3. Hinc luna symbolum est præclarum contemplationis, simul & actionis. Cum enim sit lucis auida, iam accedit ad solem, iam recedit, iam iterum reuertitur ad ipsum, vt iam ex vna parte, iam ex altera ab ipso illuminetur: sic anima iam per contemplationem ad Deum accedit, vt illuminetur ab eo, appropinquans pedibus eius, vt accipiat de doctrina illius, iam quasi recedit ab eo, vt proximis benefaciat, & operibus bonis in Dei obsequium illustretur. Vtrumque autem excellentissime præstitit Deipara, quæ Marthæ & Mariæ sortem mirabiliter coniunxit, & sciebat Christo semper adesse, & cum oportebat etiam esse sine illo, vt Ecclesiæ benefaceret. Sed quid ad pulchritudinem, diminutio, obscuritas & mutabilitas lunæ? nunquid non lunæ symbolum est vitiosæ mutabilitatis, *Quia homo sanctus in sapientia manet sicut sol, nam stultus vt luna mutatur*? Sed non est nouum B in scriptura eandem rem ex diuersis causis symbolum esse rei bonæ & malæ. Luna enim vt exterius mutatur de lucida in obscuram, indicat mutabilitatem peccatoris, quæ sine ratione fit ex gratia in peccatum. At eadem luna, quæ semper est lucis capax & cupida, eamque appetit vel ex vna parte, vel ex altera, à sole recipere, adidque in bonum vniuersi mutatur, apte repræsentat iustos, qui contemplationi vacant & actioni, in bonum totius Ecclesiæ; quæ tandem cum triumphet omni ex parte, erit plena, sicut scriptum est *Thronus eius* (id est regnum Christi) *sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum*: ad gloriam ipsius regis in secula seculorum. Amen.

Eccl. 27. v. 12.

Psal. 88. v. 38.

EXHORTATIO XI.

C

De oculis animæ columbinis ad contemplationem requisitis, qui sunt fides & septem dona Spiritus sancti, cum puritate, & simplicitate, proprio iudicio, & sensibus abnegatis.

Pro festis vbi legitur Euangelium, Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, &c.

Oculi tui columbarum.

Oculi tui columbarum absque eo quod intrinsecus latet.

Vers. 14. Cant. 4. v. 1.

NOVAM laudem dilectæ suæ superaddit cælestis sponsus, reddens simul causam, vnde illi tam eximia prouenerit pulchritudo, quod eum rapuerit in admirationem dicens: *Oculi tui columbarum*. Ac si diceret; Ideo tam pulchra mihi visa es dum contemplabaris me in accubitu meo, & tanquam fasciculum myrrhæ, & botrum Cypri inter vbera tua me gestabas defixo intuitu me conspiciens, quia oculi tui sunt sicut oculi D columbarum, vel vt vertunt LXX. *Oculi tui columbæ*. id est sunt sicut ipsæ columbæ. Mirum autem est, quod laudans pulchritudinem sponsæ, dumtaxat meminerit pulchritudinis oculorum. Et quoties eam commendat, dum ad particularia membra laudanda descendit, semper ab oculorum laude incipit. Nam in capite 4. idem fere encomium repetens ait. *Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es! Oculi tui columbarum absque eo quod intrinsecus latet*. Idem fere in cap. 6. quod citra dubium indicat aliquid magnum in oculis esse, quod in spirituali pulchritudine primatum teneat, & illius sit quasi radix. Locum autem capitis 4. ex parte hic etiam declarabimus, vt oculorum metaphora melius intelligatur. Potest autem referri vel ad eos, qui corporis Christi, & Ecclesiæ oculi dicuntur, cuiusmodi sunt viri contemplatiui, vel prælati, & doctores, qui Episcopi, & speculatores nuncupantur, prophetæ etiam qui futura præuident, & ideo olim videntes vocabantur. Vel referri potest ad spirituales oculos cuiuscumque piæ animæ, siue contemplationi, siue gubernationi, siue quibuslibet alijs ministerijs vacet, & hunc sensum modo prosequemur, ex quo quid de altero dicendum sit, patebit, quem tamen commodius prosequemur circa eandem similitudinem, quæ in c. 4. & 5. habetur.

Hæc comparatio non est ad oculos columbarũ, sed ad columbas ipsas.

Cant. 4. v. 1.

De oculis mentis in genere § 1.

ETENIM præter oculos corporis, sunt oculi spiritus, quibus homo res omnes tam corporeas, quam incorporeas intuetur: ad ea quidem quæ naturalia sunt intuenda, oculus est intellectus suo naturali lumine præditus. Ad ea vero quæ supra naturam sunt à Deo reuelata oculus est lumen fidei, aut intellectus hoc diuino lumine illustratus. De quo D. Paulus ait: *Deus det vobis spiritum sapientiæ, & reuelationis in agnitione eius illuminatis oculis cordis vestri, vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ hereditatis eius in sanctis*. Oculos cordis dicit, & non oculum, quia etsi fides sit vna virtus, & intellectus vnus, in quo illa residet, tamen bini oculi sunt intellectus speculatiuus, & practicus eodem cælesti lumine perfusus. Ille (vt dicit Diuus Ambrosius) videt mystica, hic moralis; ille credit reuelata, meditatur, contemplatur, & vsque ad arcana Dei mysteria penetrat: hic vero agenda iuxta Dei præscriptum ordinat, ac voluntatem dirigit, vt ea intendat ac prosequatur. Vnde fit quod intentio licet actus sit voluntatis, cuius est tendere in aliud, tamen etiam spectat ad intellectum dirigentem illam. Ideoque tam fides quam intentio à sanctis patribus oculus animæ nuncupatur, vt supra dictum est, & vtriusque sinceritas. & puritas commendatur hic cum dicitur *Oculi tui columbarum*: non quia columbæ pulchritudine oculorum splendeant, licet quidam referant Syriæ columbas oculos habere perspicacissimos, coloris, ac splendoris eximij (quod incertum est) sed quia columba symbolum est simplicitatis, & puritatis: vt constat ex eo quod Christus Dominus dixit: *Estote simplices sicut columbæ*. Simplicitas vero eius in eo consistit, quod astutia & dolo careat, nec gerat oculos gyrouagos, duplices, aut simulatos, sicut vulpes, quæ ad vnum latus videntur aspicere, & ad aliud oppositum aciem dirigunt: sed simplices qui ad vnum locum aciem sui visus dirigunt, & defigunt. Puritas autem in eo est sita, quod alteri quam suo coniugi nunquam adhæreat, vt Aristoteles, & Plinius testantur. Immo addit Ælianus, si forte volucris ista aliquando alienum appetat congressum

Ad Ephes. 1. v. 8.

Ex Tho. 1. p. q. 79. ar. 11. & 12. q. 56. ar. 2.

Serm. 16. in Psalm. 118. versu 1.

D. Tho. 1. 2. q. 12. ar. 1.

Legion & M. del Rio.

Mat. 10. v. 16

Lib. 9. de historia animalium c. 7.

Lib. 10. c. 34.

Lib. 5. c. 2.

sum, incurrere aliarum odium, ab illisque circumsideri, & marem quidem à maribus, & à fœminis fœminam discerpi. Ad hanc igitur similitudinem sunt oculi sponsæ cuius vera est & syncera fides, puta & simplex intentio. Præsupponitur tamen, quod sicut oculi corporei informari debent anima viuificante eos, vt videndi munus exerceant: ita oculos animæ viuos esse oportet per gratiam, & charitatem, quæ forma est, & vita fidei, ac intentionis rectæ.

De oculis syncera fidei. §. 2.

ET inprimis oculus fidei tunc est purus, & simplex ac vere columbinus, quando totus defigitur in solum Deum, qui est prima veritas reuelans credenda, & in Christum qui vnicus est omnium magister, & doctor, qui eadem nobis reuelauit in lege noua & per Ecclesiam Catholicam Romanã ab ipso fundatam ea nobis proponit, ita quod anima cuncta hæc syncere, & pure certissime credat, tanquam summe vera, hoc tantum simplici & formali motiuo, quod ab ipso reuelata sunt. Omnes vero alios magistros contraria ducentes respuat, genus putans adulterij in aliqua re vel minima à vera fide discedere, summo & sancto odio prosequens omnes hæreticos, qui verbum Dei adulterant, quos merito Ecclesia dilacerare, comburere, & omnino vellet destruere: & denique cuncta mundi contemnat, & perdat, ne fidei synceritatem amittat; hoc enim est quod Christus Dominus monuit

Mat. 10 v. 16. cum ait: *Estote prudentes sicut serpentes & simplices sicut columbæ.* Vt scilicet sicut serpentes præ omnibus caput illæsum seruare curant: ita tu (inquit

Serm. 34 in Matth. Diuus Chrysostomus) propter seruandam fidem cætera perdere non timeas; serua autem eam cum magna synceritate, vt instar columbæ, quæ cum pari semper fidem seruat, ita etiam & tu,

Oseæ 2. v. 19. quẽ Deus sibi desponsauit in fide, vt per Oseam restatur, incorruptam illi fidem serues, præcauens ne circa illam seducaris, & ideo cum simplicitate columbæ iunge prudentiam serpentis. Quod clarius monuisse videtur Apostolus. Nam

2 Cor. 11. v. 2. cum dixisset Corinthijs: *Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo.* subdit, *timeo autem ne sicut Euam serpens decepit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, & decidant à simplicitate, quæ est in Christo Iesu.* Cuius sensus est; Ecclesia, quæ ex vobis collecta est, me prædicante desponsata fuit Christo, cui credidistis. Cauete ergo ne sicut Eua decepta est à serpente, ne crederet Deo, ita vos, à falsis prophetis decipiamini, & sensus vestri corrumpantur amittentes columbinam fidei simplicitatem, quam Christo seruare incorruptam debebatis. Sed quid est quod Paulus timet deceptionem à serpente, Christus vero Dominus monet nos ab illo discere prudentiam? Hæc enim contraria sibi videntur, sed non sunt nisi consentanea, vt à prudentia inimici circa malum nobis inferẽdum, discamus nos prudentiam circa bonum seruandum: vt sicut ille præ omnibus nititur eneruare fidem per deceptionem: ita nos ante omnia curemus eã defendere syncerã cum magna cautela, nam inde cuncta spiritualia bona tanquam à fundamento pendent.

Matt. 6. v. 22. Luc. 11. v. 34. Hoc insinuant verba illa Christi Domini, *Lucerna corporis tui est oculus tuus si oculus tuus fuerit sim-*A *plex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem fuerit nequam, totum corpus tuũ tenebrosum erit.* Nam quemadmodum oculus corporis fungitur vice lucernæ præbens singulis membris lumen, vt possint recte sua obire munia: qui si fuerit purus totum corpus, vniuersaque membra ita illuminabuntur, vt singula bene sua officia peragant; si vero vitiatus fuerit, & aliquo humore deprauatus omnia versabuntur in tenebris, & nullum membrum expedite suum munus obibit, sed quasi in tenebris palpitabit, & errabit; ita etiam intelle-

ctus. vt inquit Diuus Chrysostomus & fides, vt Hom. 21. in Matth.

dicit Diuus Remigius. aut potius intellectus lu- Apud D

mine fidei informatus, est oculus animæ, lumen Thomam in

præbens ad omnia quæ cognoscenda vel ope- Catena.

randa sunt: qui si fuerit simplex & purus, nullis contaminatus erroribus, gratiaque Dei viuificatus, vniuersæ animæ facultates erunt lucidæ, & sic illuminatæ, vt recte possint suos actus perficere, & quæ Deo placent exequi; & ideo dici-

B tur. *Quod iustus ex fide viuit*; quia fides ei præbet lu- Abacuc 2. v. 4.

men ad exercenda cuncta opera vitæ tam con- Ad Hebr. 11.

templatiuæ, quam actiuæ. Propter quod D Paulus fidei laudes decantans, illi attribuit omnia insignia & stupenda opera, quæ antiqui Patres peregerunt. Propter quod etiam sponsus commendans binam, eximiamque suæ sponsæ pulchritudinem, statim se conuertit ad laudandam pulchritudinem oculorum eius, dicens, *Oculi tui columbarum*; id est, simplices & puri, & inde est quod sis adeo pulchra, quia si oculus est simplex, totum corpus lucidum est & pulchrum.

De quatuor oculis nequam fidei & contemplationis aduersis. §. 3.

MElius autem dignoscitur hæc puritas & simplicitas ex contraria impuritate, de qua dicitur, *Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuũ tenebrosum erit.* Oculus nequam est intellectus

C erroribus deceptus, & excæcatus, quia fidei puritate & simplicitate defecit, aut qui ineptus est ad Dei mysteria synceta fide contemplanda, vel aliqua vitiatus caligine, quæ columbinæ simplicitati repugnet, cuiusmodi sunt hi quatuor: oculus superbus, oculus tenax, oculus temerarius, & oculus curiosus, quos eruere debent qui sunt prudentes sicut serpentes, ne desinant esse simplices sicut columbæ. Oculus superbus est, qui 1.

diuina præsumit proprijs viribus assequi, & comprehendere, ignorans illud quod dicit Apostolus, *Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis quasi* 2. Cor 3 v. 5.

ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Cui concinit Sapiens, dum ait, *Quæ in cœlis sunt quis inuestiga-* Sap. 9. v. 16.

bit! Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam?

Oculus tenax vocatur qui plus nimio proprio 2.

nititur iudicio, & discursui, ac sensuum experientiæ, à quibus vix diuellitur, vt alijs fidem præstet. Cum tamen experientia etiam constet sæ- 2. Cor 10. v. 5.

D pius falli, & iuxta sententiam eiusdem Apostoli destruẽdam esse omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei. & in captiuitatem redigendum omnem intellectum in obsequium Christi, vt abnegato proprio iudicio, & sensu, tanquam captiuus manus det fidei Christi, & illi se humiliter submittat.

Oculus autem temerarius est qui impenden- 3.

terea quæ ipsius captum excedunt, rimari cō- A
natur, non se continens intra fidei & Ecclesiæ
[illegible]s, sed vlterius temere progredi cupiens.
Prou. 25. v. 27. Contra quem inuehitur Salomon, dicens, quod
scrutator maiestatis opprimetur à gloria, & læ-
de[illegible]tur ille qui plus nimio mel comedit. Pro-
Eccl. 3. v. 22. pter quod Ecclesiasticus monet, ne altiora &
4. fo[illegible]ra nobis quæramus, & scrutemur. Huic
pro[illegible]me accedit oculus curiosus, qui ex nimio
a[illegible]etitu sciendi, ea quæ intelligendi vires, aut
p[illegible] statum, vel talentum su[illegible]perant, scire &
scrut[illegible] agit, contra id quod Diuus Paulus ait,
Rom. 12. v. 3. N[illegible] *quam oportet sapere, sed sapere ad sobrie-*
ta[illegible] vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei.
H[illegible] a[illegible] oculus fidei mensuram à Deo præ-
f[illegible]iq; iuxta varias gratias gratis da-
tas. V[illegible]que autem sua se mensura metiri
d[illegible]e[illegible]lam excedat, contingit illi quod
Eccl. 7. v. 17. m[illegible]tur Ecclesiastes. *Non plus sapias quam necesse est,*
ne obstupescas: id est ne in errorem, vel amentiam,
pr[illegible]bas. Vnde ex his quatuor oculis nequam B
pr[illegible] omnes hæreses, errores, & defectus cō-
t[illegible]dem, prodeuntque nebulæ, amentiæ, & pra-
ua dictamina, quæ vitam contemplatiuam vel a-
ctiuam corrumpunt, & veram simplicitatem o-
culi [illegible]lumbini deprauant.

Cant. [illegible] 4. D. Ambrosius. De his etiam quidam interpretantur quod di-
ctum est sponsæ, *Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me*
auolare fecerunt: id est, auerte à me illos antiquis-
simos tuos oculos infidelitatis errore deprauatos, quibus me[illegible] intuebaris, propter quod
offensus auolaui, & recessi à te; deinceps autem
rectis ac puris fidei oculis me conspice, ne dete-
rius tibi aliquid contingat. Hæc ad Synagogam,
vel ad Ecclesiam ex Gentibus collectam, sed ad
Libro de [illegible] & ani-[illegible] c. 7. Al[illegible] in hunc [illegible]n. iam fidelem admonitio est (vt D. Ambrosius,
Gregorius, & Anselmus testantur) vt oculi quos
defixos habebat in sponsum sobrij sint, & intra
limites simplicis fidei se contineant, neque vltra
quam par est temere vel curiose eius diuinita-
tē scrutentur: hoc enim causa erit quod auolet C
ab illa, & in tenebris relinquat. Et quo plus co-
nentur eum scrutari, eo minus comprehendent al-
tiusque auolauit, vt illuc non pertingat; iuxta il-
[illegible] 63. v. 8. lud Psalmi, *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur*
Deus; quia si homo cor suum eleuet, vt cor Dei
altum, profundum, & secretum comprehende-
re velit, Deus amplius exaltabitur, & auolabit ab
illo: lucem enim habitat inaccessibilem, & con-
silia eius nullus comprehendere valet; ideo cor-
de puro, humili & simplici per columbinum fi-
dei oculum ad illum accedendum est; sicut mo-
Sap. 1. v. 1. net Sapiens, cum inquit, *Sentite de Domino in bo-*
nitate, & in simplicitate cordis quærite illum, quoniam
inuenitur ab his qui non tentant illum: apparet autem iis
qui fidem habent in illum. Et qui sunt qui Deum
tentant, nisi quadruplices illi oculi à quibus nun-
quam inuenitur, nec eis apparet, sed potius se
occultat? Et qui sunt quibus libenter apparet, ni-
si hij qui simplices habent oculos, & puram fidem
erga illum retinent? Hos laudat sponsus, cum in- D
quit, *Oculi tui columbarum*, qui tuam maxime au-
gent pulchritudinem: sunt enim humiles, non
superbi, dociles, non tenaces, modesti, non te-
merarij, simplices, non curiosi; & ideo ad
mei contemplationem valde
idonei.

De septem oculis columbinis, qui sunt septem dona Spiritus sancti. §. 4.

SED adiumento indiget oculus fidei, vt pure ac
perfecte suum munus videndi obeat. Quem-
admodum enim corporeus oculus, etsi innatam
intuendi vim habeat, nihil intuebitur, nisi ex-
trinseco solis, vel lucernæ lumine illustretur: sic
& fides quæ habitus est intellectui inhærens, et-
si vis sit supernaturalis ad diuina mysteria cre-
denda, & intuenda, & ad dirigendum in ea quæ
Deo placent; tamen vt digne & fructuose ista
præstet, indiget diuina illustratione à sole iusti-
tiæ promanante, qua excitata mens, eleuata &
confortata diuina mysteria perspicacissime in-
tueatur, iuxta illud Psalmi, *In lumine tuo videbimus* Ps. 35. v. 10.
lumē. Propter quod iustis tribuuntur septem do-
na Spiritus sancti; quibus (vt docet Angelicus
Doctor) anima disponitur, vt à Spiritus sancti il- 1. 2. q. 68. art. 1. & 4.
lustrationibus, & instinctis se agi sinat: quorum
tria, nempe sapientia, intellectus, & scientia ocu-
lum fidei illustrant, vt reuelata perspicacius vi-
deat, & penetret. Consilium autem, vt quæ agen-
da sunt præuideat; pietas vero, fortitudo, & ti-
mor ad omnia iuuant, vt ea exequatur; propter
quod hæc septem dona, septem oculi animæ nū-
cupari possunt. Hoc enim nomine insigniuntur
à Prophetis dicentibus in vno lapide Christo, &
in vno Dei agno septem esse oculos, qui sunt se-
ptem spiritus Dei missi in omnem terram: qui
iuxta Diui Hieronymi interpretationem, sunt Zac. 3. v. 9. &
septem illi spiritus, quos Isaias ait requieuisse in c. 4. v. 10.
Christo Domino, quique in die Pentecostes per Apoc. 5. v. 6.
vniuersum mundum sunt disseminati: de his Isa. 11. v. 1.
igitur donis etiam intelligenda est hæc sponsæ
commendatio, *Oculi tui columbarum, seu columbæ.*
Quis enim ignorat columbam symbolum esse
Spiritus sancti, qui in specie columbæ super
Christum Dominum in baptismo requieuit? O-
culos ergo columbarum habet animam in qua
requiescunt hi septem spiritus columbini, intra
ipsam, & eius potentias immissi, & diffusi, qui-
bus scrutatur profunda Dei, & quæ ipsi placent,
operatur. Vnde & de ijs dicitur in hoc Cantico,
Oculi tui sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ la- Cant. 5. v. 12.
cte sunt lotæ; quia hæc dona illuminant & mouent
animam ad diuinas Scripturas cum dulcedine
spirituali contemplandas. Sed de hoc loco fusius
libro octauo.

Quam sublimia autem sint quæ mens à Spi-
ritu sancto acta intus percipiat, quam ardentes
affectus habeat, quam fortes ad heroica virtutis
opera impulsus experiatur, verbis explicari ne-
quit. Propter quod sponsus iterum laudans hu-
iusmodi oculos, subiecit, *Oculi tui columbarum abs-* Cant. 4. v. 1.
que eo quod intrinsecus latet. Quod quidem maius
est, quam dici queat: & quid est quod intrinse-
cus latet? Latet Spiritus sanctus hos oculos acu-
ens, & dirigens ad videndum. Latet vnio eorum
cum ipso Spiritu sancto, cui se subijciunt, vt illos
quo velit eleuet, & ducat. Latet inæstimabilis
quædam diuinæ maiestatis ponderatio ipsis o-
culis insita. Nam postquam intuiti sunt, quid-
quid valent ipsi qui de Deo, infinite maius pu-
tant quod ipsos latet, & hoc est quod magis pla-
cet Deo; quia magis honoratur cum eum incom-
prehensibilem confitemur, & nobis adhuc igno-
tum. Quamobrem Seraphim duabus alis velantes Isa. 6. v. 2.

Nn caput

caput Dei, & alijs duabus pedes eius, oculos habebant columbarum, quibus diuinam intuebantur maiestatem; sed plus est quod eos latebat, quàm quod videbant; & id illo velamine fiebant.

De velo abnegationis aperiente oculos internos.

§. 5.

SEd ex his verbis alias deducamus proprietates oculi synceræ fidei valde ornantes. Quod enim dicitur, *Absque eo quod intrinsecus latet*, intelligendum est iuxta vim verbi Hebræi, absque eo quod latet sub operimento, aut velo, quo faciem, & oculos ob modestiam, & decentiam tegebat; ita tamen vt videre & videri aliquid oculorum posset, sed id quod videbatur & apparebat, laudat, præter id quod latebat, quod erat pulchrius & laudabilius. Ad cuius intelligentiam, aduertendum est duplex operimentum, & velum considerari posse in fide. Alterum quo operiuntur res ipsæ reuelatæ, & credendæ; alterum quo operitur ipse oculus fidei. Vtriusque mentio insinuatur, cum dicit Isaias quod *Seraph in duabus alis velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius.* Vox autem, *eius*, ambigua est; & quidam Patres, vt Hieronymus, Cyrillus, & alij explicant de facie, & pedibus ipsius Dei, seu Christi: ad significandum velata esse, incognita, & incomprehensibilia cuncta, quæ tam ad diuinitatem, quam ad Christi humanitatem, vel secreta iudicia spectant. Alij vero explicant de facie, & pedibus ipsorum Seraphinorum qui velabant faciem suam, quasi immensum Dei splendorem ferre non valentes, ad modum quo quis ponit manum ante faciem cum solem splendentem intuetur; quomodo etiam dicitur de Elia, quod cum Deum transeuntem videret, operuit pallio vultum suum. Si ergo ad res fidei spectes, antiquis quidem opertæ erant velo figurarum, & ceremoniarum, sub quibus ea quæ ad Christum Dominum spectabant, illis proponebantur. In cuius figuram cum arca Testamenti, & cetera quæ ad tabernaculum pertinebant, asportanda erant ex vno loco in alium, tradebantur Leuitis cooperta aliquo pallio, præcipiebatur que eis ne curiositate moti ea discooperta intuerentur, alioqui pœna mulctarentur mortis. Non enim est talis datum hæc distinctè cognoscere sed sub velo, quod Moyses etiam ante faciem suam posuit, quia eius nimium splendorem populus ferre non poterat. Sed hoc velum sublatum est in lege noua per Christi aduentum, in cuius signum ipso mortuo velum templi scissum est in duas partes à summo vsque deorsum; ita vt quæ intra illum erant, omnibus paterent. Ceterum manet aliud velum, quod est obscuritas ipsius reuelationis: nō enim Deus manifestat modo seipsum clare, sed per speculum in ænigmate, & cum obscuritate; nec eius immensum splendorem ferre possemus: vnde & cum ipsi Moysi voluit manifestare gloriam suam, loco veli posuit manum suam inter ipsum & Moysem; & modo nos Christum sub velo accidentium panis & vini in Eucharistia conspicimus.

Ysa. 6. v. 2.

3. Reg. 19. v. 13.

Num. 4. v. 20.

Exod. 34. v. 33.

2. Cor. 3. v. 13.

Mat. 27. v. 51.

Exod. 33. v. 22.

Velum autem, quo operitur oculus fidei, cuius laus hic proponitur est abnegatio proprij iudicij, & discursus, qui à sensibus deducitur, & ipsorum sensuum, qui post se intellectū ducunt; quia ex pia affectione ad res fidei sponte velat, operit, & negat quidquid illa dictant, quod sit fidei aduersum; vt cum intellectus Eucharistiam intuetur sub hoc velo absconditur, quasi nolens videre; nec sequi iudicium ex sensibilibus desumptum, sed solum id quod pura & simplici fide credendum proponitur. Similiter etiam ad contemplanda deitatis arcana, quę omnino sunt spiritualia, & à sensibilibus abstracta, eodem se velo tegit, cuncta relinquens quæ sensibus apparent, vt ad illa sublimia Dei intuenda cōscendat; & oculi animæ hoc velo obtecti laudantur ab sponso, cum inquit, *Oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet*: id est, valde mihi placent oculi tui simplices, & puri sicut columbæ, absque eo quod latet sub velo quo operiuntur, quod eorum pulchritudinem auget. Valde enim grata est Deo huiusmodi voluntaria abnegatio iudicij proprij, & sensuum, vt eius reuelationi credamus, & subijciamur, & vt dono contemplationis percipiendo apti simus, quia sine hoc velo non rectè eum videbimus; ideo enim dixit, *Auerte oculos tuos à me*; scilicet, hoc velo propriæ abnegationis destitutos, *Quia ipsi me auolare fecerunt*, & elongati à te ne me possent intueri. Placent enim mihi oculi velati, humiles, & modesti; habent enim interni oculi suam modestiam, qua se continent, & infrænant, quæ pertinent ad eum, quem Diuus Petrus vocat absconditum cordis hominem in incorruptibilitate quieti, & modesti spiritus, qui est locuples, in conspectu Dei, cui sit honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Cant. 6. v. 4.

1. Pet. 3. v. 4.

EXHORTATIO XII.

De iisdem oculis synceræ fidei simul & intentionis simplicis, & eorum efficacitate ad rapiendum sibi Dei amorem; & de oculis corporis pudicis, & modestis.

Pro festis vbi legitur Euang. Si oculus tuus fuerit simplex.

Oculi tui columbarum.

CVM synceta fide iungenda est pura & simplex intentio; nam vtraque, vt iam dicere cœpimus, laudatur ab sponso, cum inquit, *Oculi tui columbarum.* Mutuo enim sicut duo oculi se iuuant ad videndum & contemplandum diuina mysteria, & peragenda quæcumque sunt à Deo iniuncta. Nam cum oculus synceræ fidei ostendit animæ Deum esse vbique præsentem, remuneratorem omnium, vltimumque finem, & summum, ac vnicum bonum nostrum propter se diligendum, tunc oculus intentionis fit purus & simplex ad Deum solum directus, eique soli, cui, instar columbæ, anima desponsata est, placere studet: vnde rectè vocatur bis pulchra, quia bini eius oculi, fides & intentio, puri sunt, & simplices sicut columbarum: à quibus tota animæ pulchritudo, & munditia originem ducit. Fauet interpretatio huius loci, quam insinuat paraphrasis Chaldaica in hunc modum; Duo oculi tui sunt velut duo pulli columbarum, qui mundi sunt vt offerantur in altari meo. Sæpius enim, vt in Exhortatione decima tetigimus, præcipiebatur in

... lege veteri offerri offerri par turturum, aut duos pullos columbarum ad purgandū immunditiam, & lepram. [Act. 15. v. 9.] [Ad Ro. ... v. 1.] Vtrumque autem præstant hi duo oculi mundi; nam de fide dicitur, quod purificat corda, & iustificat animam, tanquam radix ... ritatis & iustitiæ. Pura vero intentio etiam pu... ficat, & mundat opera. Vnde de vtroque oculo explicant Patres, quod Christus Dominus [Mat. 6. v. 22.] [Luc. 11. v. 34.] d..., *Si ... culus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum l... ... ni erit*; vt iam ostendimus, de fide quidem iu... ... tione præcedenti: de pura vero intentione ... ... m ostendimus supra, circa illa verba; Re... ... *unt te*.

V... ab his oculis potissime desumitur disc... in ... pulchros & fœdos, & inter impios ... Impij enim oculos habent vulpinos, a..., ... el vulturinos solum inspicientes b... ter...a, sensibilia, & voluptuosa, vt ea q... ut, & ... rapiant. [Prou. 17. v. 24.] Stultorum etiam oculi, vt ait S... mon, in finibus terræ, quia huc illucque va... ut, instabiles, & immodesti, vt terrena au... entur. [Zach. ... v.] Et iuxta vaticinium Zachariæ, oculus eorum in vniuersa terra est fixus in amphoram, vbi sedet mulier cui nomen, iniquitas: nam ad iniquum finem omnes eorum conatus tendunt; at iusti ac perfecti oculos habent columbinos, pura & simplici intentione in Christum tantum defixos, iuxta illud Ecclesiastis; [Eccl. ... v. 14.] *Oculi sapientis in capite eius*: id est (vt interpretatur [ibidem.] Diuus Hieronymus) in Christo, quem vnum respicit, & placere intendit, nihil cogitans de inferioribus; & vt D. Basilius explicat, ea contemplatur quæ sunt in sublimi, cœlestia suspicit, & ad ea [Hom. 11 in Hexaem.] visus aciem dirigit.

Sed cum Christus Dominus in singulari dixerit, *Si oculus tuus fuerit simplex*, quare hic in plurali dicit, *Oculi tui columbarum*, pluribus columbis assimilans illos? Forte quia intentio simplex in genere vnica est ad vnicum finem Deum & Christum mediatorem nostrum tendens: sub ea tamen plures intentiones etiam rectæ continentur; imo quot sunt virtutes, tot possunt esse columbinæ intentiones, dum quis operatur propter proprium finem, & bonum obtinendæ castitatis aut misericordiæ, vel ipsius charitatis, quæ omnibus præeminet; vel propter regnum cœlorum consequendū, vt citato loco explicuimus, vbi omnibus prætulimus illam simplicissimam intentionem; quæ cuncta ad vnum reducit, soli Deo propter seipsum, & non propter aliud ab ipso, intendens placere: de qua non incongrue intelligi potest encomium illud, [Cant. 4. v. 9.] *Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum*: hoc est in illo vno quo oculi tui conueniant, & sunt velut vnum; id enim quod mihi magis placet, & cor meum amore vulneratum est, quia cum plura sit necesse te inspicere, dū in hoc seculo degis, cuncta tamen ad me vnum dirigis, & omnes tuos oculos tam corporis, quam mentis in me conie-ctos habes, ac si omnes vnus tantū essent. Quod [Serm. 11 in ... 118.] fie... licat Diuus Ambrosius, interpretans verba illa ... almistæ, *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes, quando consolaberis me?* Tunc ait, homo ,, consolatione fulcitur, cum oculus mentis, & o- ,, culus corporis vnus fiunt, cum caro & mens di- [Ioan. v. 30.] ,, uersa non cupiunt, sed vnum inquirunt; ita vt in- ,, tenti ad eum qui dicit, *Ego & Pater vnum sumus*, i- ,, psi quoque se vnum esse confiteantur; quia vno

A & eodem desiderio, officioque funguntur; nempe illo de quo alibi dicit, *Vnam petij à Domino, hanc requiram*: nempe soli Deo placere, illi gratum esse, & eius amorem ad me rapere.

De magna efficacitate horum oculorum ad conciliandum Dei amorem. § 1.

SED iam efficacitatem horum oculorum ad diuinum amorem sibi conciliandum, quæ potissima eorum laus est, amplius explicemus; de hac enim dicitur, *Oculi tui columbarum præter id quod intrinsecus latet*: [Cant. 4. v. 1.] id est, præter quandam speciositatem, & gratiam, quæ vim & efficacitatem magnam habet, vt ad se trahant intuentes illos: quæ tamen latens est & occulta, & mihi soli nota. Hæc autem vis etiam indicatur nomine Hebræo, quo columbæ significantur; id est, *Ionim*, & in singulari *Ionah*, & iuxta peritos Hebraicæ linguæ, significat etiam, deprædatricem, & [Vide Gisleium in hunc locum.] B vim inferentem. Et apud Ieremiam, vbi Vulgata legit, *A facie iræ columbæ, & à facie gladii columbæ*, [Ier. 25. v. 38. & c. 46. v. 16.] idem est nomen Hebræum significans à facie iræ, vel gladij deprædantis, & depopulantis, ac vim inferentis. Cum ergo sponsus dicit, *Oculi tui columbarum, seu Ionim*: sensus est; Oculi tui deprædatores, & vim inferentes, quia rapiunt cor meum in amorem tui. Quod expressius significat alterum encomium, quod dicitur, *Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum*; [Cant. 4. v. 9.] vbi Septuaginta verterūt, *Abstulisti mihi cor*, quod in idem recidit. Nam sicut per vulnerationem corporalem cordis aufertur vita homini, & consequenter cor; ita per vulnerationem spiritualem cordis aufertur ei vita amatoria; vt iuxta sententiam Platonis, amans anima mortua sit in proprio corpore, & viuat in alieno. Quā phrasi etiam sponsa dicitur vulnerata charitate, vt suo loco dicemus; [In id Cant. 2. v. 5 Amore langueo.] quod fit per transformationem amantis in rem amatam: quando pulchritudo rei C amatæ vi quadam trahit ad se alium, vt eam ita amet, quod in oculos, mentem, & cor transformatum habeat.

Tam eximia igitur est pulchritudo animæ, quæ syncera fide & simplici, ac pura intentione Deum contemplatur, & in ipsum se omniaque sua omnino dirigit, vt quasi cor Dei deprædetur, & ad se illud trahat, vt ipsam diligat, & in ipsa complaceat, & ipse Deus quasi in admirationem tantæ pulchritudinis raptus, eiusque amore captus, dicat, *Ecce quam pulchra es amica mea, ecce quam pulchra es, oculi tui columbarum*; quia tua duplex hæc pulchritudo talem mihi vim intulit, vt cor meum ad se rapuerit, & intra vbera tua, & in medio pectoris tui collocauerit, vt cor meum & tuum sit vnum cor; nam qui adhæret Deo, vnus [1. Cor. 6. v. 17.] spiritus est cum eo. Sed si causam huius tantæ vis inquiras, ipsa oculorum proprietas eam insinuat. Oculi enim cum diaphani sunt, & instar speculi, in sua pupilla recipiunt imaginem rei visæ, D per quam ipsius visionem efficiunt. Inde duo se ardenter amantes, cum se conspiciunt, vterque seipsum in alterius oculis intuetur. Ad hunc igitur modum cum anima syncera fide, & pura intentione Deo placendi ipsum contemplatur, ab eo recipit imaginem ipsius, qua ei melius assimiletur, & clarius cognoscat; iuxta illud Pauli, *Nos* [2. Cor. 3. v. 18.] *reuelata facie gloriam Domini speculantes in eandem*

imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu: id est, à Spiritu sancto præmoti ad hanc claritatem & transformationem in diuinam imaginem consequendam. Vnde Diuus Gregorius Nyssenus oculos columbarum explicat, per hoc quod characterem, & imaginem Spiritus sancti, & donum ipsius in se recipiunt. Cum autem Deus in anima se intuetur, & simul dona sua, quibus ipsa ei similis efficitur; quid mirum quod vehementer illam diligat? quod toties pulchram vocet? quod oculos eius columbarum nuncuper? quod in eius amorem rapiatur, & cor suum ab ea vulneratum, & deprædatum dicat: O magna virtus oculorum, quæ tantam vim omnipotenti, & inuincibili Deo inferre valeat. Quod si amorem, & cor Dei sibi rapiunt, quomodo non rapient dona ipsius? *Regnum quidem cælorum* (ait Dominus) *vim patitur, & violenti rapiunt illud.* A quo vim patitur? & qui violenti, tali regno vim inferre valent? Profecto ingens fides, & purissima placendi Deo intentio magna vi rapiunt sibi regnum cœlorum, & quod post mortem possidetur, & quod in hac vita inchoatur, quod est iustitia, & gaudium in Spiritu sancto.

Hom. 4 in Cant.

Matt. 11. v. 12.

Ad Rom. 14. v. 17.

Si ergo oratione tua vim Deo inferre desideras, vt quod petis, impetres, iunge illi synceram fidem, & simplicem intentionem charitate inflammatam, quæ Deum deprecabuntur, & rapient cor eius, ac dona ipsius; ipse enim deprædari desiderat, & hanc violentiam pati. Nonne Centurio, Chananæa, & mulier quæ fluxum sanguinis patiebatur, rapuerunt à Christo salutem, quam postulabant, vim ei inferendo per orationem magna fide iaculatam. Miratus est Christus fidem Centurionis, qualem nō inuenit in Israel, & dixit illi, *Fiat tibi sicut vis.* Chananææ autem videbatur exprobrare, & reijcere: sed illa tantam orando vim ei intulit, quod responderit, *O mulier magna est fides tua; fiat tibi sicut vis.* Altera vero mulier tam ingenti fide tetigit fimbriam vestimenti Christi, quod inde rapuerit virtutem, qua sanata est; vnde & dixit illi, *Fides tua te saluam fecit* & similiter quotquot tangebant eum salui fiebant. Et propterea (vt Diuus Marcus testatur) plurimi irruebant in eum, vt illum tangerent, & sanarentur. Regnum igitur cœlorum, iustitia, sanctitas, pax, gaudium spirituale, & quoduis Dei donum vim patitur, & qui vim infert Christo, rapiet illud: Vim (inquit Diuus Ambrosius) facimus Domino, non compellendo, sed flendo, non prouocando iniurijs, sed lachrymis exorando, non blasphemando per superbiam, sed per humilitatem mœrendo: ô beata violentia, quæ non indignatione percutitur, sed misericordia condonatur. Beata, inquam, violentia, quæ vim patienti bonitatem elicit, & vtilitatem tribuit inferenti: mala res admittitur, & de iniuria nemo causatur: vis admittitur, & religio propagatur. Quisquis enim violentior fuerit Christo, religiosior habebitur à Christo. Aggredimur ergo in itinere Dominum, & more latronum suis spoliare nitimur, cupimus illi auferre regnum, thesauros & vitam; sed ille tam diues & largus est, vt non abnuat, non resistat: & cum omnia dederit, nihilominus omnia ipse possidet. Hæc Ambrosius, superaddens quod prius debemus vim inferre corporibus nostris, & nobismetipsis, vitia, passiones, & concupiscentias abnegando, & tunc poterimus inferre hanc vim Christo Domino: sine illa enim vi nec haberi potest columbinus oculus, qui cor Christi valeat vulnerare.

Matt. 8. v. 10.

Mat. 15. v. 28.

Luc. 8. v. 46.

Marc. 6. v. 6. & c. 3. v. 10.

Serm. 15. qui tribuitur D. Maximo a quibusdam

De alijs proprietatibus horum oculorum.

§. 2.

HInc deducere licet alias proprietates oculorum, qui columbarum nuncupantur, ex eo quod in eis resplendent omnia huius volucris insignia; quæ Diuus Thomas ad septem redigit & septem donis Spiritus sancti erudite satis accommodat: sed quia sæpius in hoc Cantico sponsus hac vtitur similitudine, ea hic referemus, & commemoratis oculis adaptabimus. Columba, inquit, in petra nidificat, felle caret, pura grana eligit, gemitum habet pro cantu, residet iuxta fluenta, gregatim volat, & pullos alienos nutrit: sic syncera fides & recta intentio fundatur in solidissima petra, quæ est Christus, & illi inhæret: caret omni amaritudine odij, iræ vel inuidiæ: separat verum à falso, bonum à malo, perfectum ab imperfecto, & quod verum & bonum est, tantum sibi eligit; imo & quod melius est, eligere satagit. Siquando vero ruere in malum contingat, statim gemit, & pro æterna patria, quæ peccati expers est, gemens suspirat. Residet etiam per continuam lectionem & meditationem iuxta Scripturarum fluenta, vt ex eis bibat, & expectandum accipitrem ad tentandum venientem, ex vmbra præcognitum pernicitet fugiat: vnionem fraternam cum alijs diligit, libenterque proximis sociatur, cum omnia ad vnum studeat reducere, & in vno Christo stabiliter vnde etiam extraneis & inimicis benefacere non recusat, sed si esurit inimicus, libenter cibat illum.

p. q. 19 art. 6. d. 4.

Præter hæc autem, etiam notatur in columba, quod rostro non lædit, quod nihil viuum, sicut aliæ volucres, comedat: quod fœcunda sit, & primo impetu perni & volatum exerat: sic mens, fide, & intentione syncera præmunita nemini iniuriam infert, nec plebem deuo at sicut esca panis: fœcunda est bonis operibus, & velocissime quæ sunt Dei aggreditur, & ad nidum suum quem intra Christi vulnera constituit, volat, vt in eo requiescat. Cuncta hæc cœlestis intuebator sponsus in anima, quam bis pulchram pulchritudine synceræ fidei & intentionis vocauit, eaque sub breuissimo hieroglyphico comprehendens, ait, *Oculi tui columbarum*, sed cum addidit, *Absque eo quod intrinsecus latet*, id insinuat magis pulchrum esse quod intra animam latet; quam quod foris ostendit; quia etsi multa operetur, plura tamen & potiora propter dilectum operari desiderat, semperque affectus qui Deo sunt noti pulchrioris sunt, & præstātiores, quam ea quæ foris patent hominibus.

Hinc patet, quam apte hoc in loco sponsæ oculi comparentur columbis; nam contemplata erat Christum Dominum tanquam fasciculum myrrhæ in cruce, & sicut botrum cypri in gloria, & instar columbæ nidificauerat in foraminibus petræ, seu vulneribus Christi crucifixi, & eo vlterius ascendit, vt cœlestia perspiceret, sed humili & simplici penetraret intuitu, & in vtriusque meditatione etiam instar columbæ meditando gemit, tum propria peccata, & Christi dolores

Insinuat D. Bern. serm. 45. in Cant.

eorum

eorum causa perpessos, tum etiam absentiam A quam patiuntur à cœlesti patria, ad quam deside- rat peruenire. Sponsæ oculi (ait Diuus Gregorius „ hic) columbarum esse perhibentur; quia dum in „ temporalibus gemit, & ad æterna desiderio rapi- „ tur; in simplicitate suos sensus custodit, & carna- „ les concupiscentias detestatur, & sicut columba „ in amore pro cantu gemit, ita sancta anima, dum „ reprobi in amore mundi gartiunt, & lætantur, „ ipsa in cœlesti desiderio atteritur; quia timet ne „ amittat quod diligit, dum differtur.

De oculis corporalibus instar columbarum mode- stia, & pudicitia fulgentibus.

§. 5.

SEcundum encomium istud solum est de o- culis mentis, nec in aliquo pertinet ad oculos corporis omnino; sed sub hac laude etiam compre- henduntur, valdeque pulchri sunt, & cæ- lesti sponso grati, quando instar columbarum sunt modesti, graues, pudici, & simplices inter- norum oculorum decorem indicantes: siqui- dem vt Scriptura docet. *Ex visu suo cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus; & sapientia hominis lucet in vultu eius.* Vnde bene perpendit Origenes, oculos columbarum habere, qui ca- sto conspectu, & puris oculis omnia intuentur. Et hoc indicat verbum illud, *Absque eo quod intrin- secus latet*; ita intelligatur iuxta supra dicta, id est, *Intra velum suum.* Placebat enim valde sponso quod sponsa velum gestaret, quo faciem & o- culos operiret ob pudicitiam & modestiam ser- uandam. Hoc autem velum est arcta custodia oculorum, ne huc illucque vagentur, sed ma- gna modestia & cautela grauitateque clausi, vel demissi teneantur, vel aperiantur cum necesse est: de hoc enim velo dixit sanctus Iob, *Pepigi fœ- dus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.* Fœdus enim istud est, quod sint oculi columba- rum, simplices & puri, & propter hoc fortiter & C caute custoditi, ne forte per illos intret fur, qui deprædetur castitatem propriam, vel ex illis pro- deant tela quæ feriant, & lædant castitatem alie- nam.

Eccl. 19. v. 26.
Ecclesiastes 8. v. 1.
Hom. 2. ex duabus.
Iob 31. v. 1.

Oculus enim nequam deprædator est animæ, nec tantum castitatem, sed attentionem, sed de- uotionem, sed lætitiam spiritualem, & donum contemplationis depopulatur, & vi quadam ea à corde expellit; quod lamentabatur Ieremias, dicens, *Oculus meus deprædatus est animam meam*; & in omnibus suis bonis spiritualibus spoliauit eam. Sint ergo oculi tui ita modesti, pudici, & graues, vt vere dicantur columbini, & deprædatores, sed Dei & hominum, quia Deo amorem concilient, homines ædificent, & in similis vir- tutis amorem rapiant; immodestiam & impudi- citiam eorum confundant, & extinguant, & eos intuentium vulnerent, non in malum, sed in bo- num. Vnde vbi nos legimus; *Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum*, Septuaginta legunt in nu- D mero plurali, *Abstulisti nobis cor.* Quæ verba qui- dam sodalibus sponsæ attribuunt, vt sensus sit, quod spiritualis pulchritudo animæ, quæ non solum intus, sed etiam foris resplendet, non tan- tum vulnerat & aufert sibi cor Dei, sed etiam vulnerat & aufert cor Angelorum, & aliorum iustorum, & hominum intuentium illam. Est

Thren. 3. v. 51.
Cant. 4. v. 9.

enim vere admirabilis & amabilis, potensque vim inferre, vt ab omnibus ametur; sicut de in- signioribus sanctis satis constat ex ijs, quæ in eo- rum historiis leguntur.

Quod insinuasse videtur Dauid, cum inquit, *Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur.* Quæ ver- ba eleganter explicat Diuus Ambrosius in hunc modum. Est insitum bonis, vt castum pudicus, „ prudentem sapiens affectu pio diligat, miseri- „ cors liberalem, & virtutes suas in alijs amet, ple- „ risque enim iusti aspectus, admonitio correctio- „ nis est, perfectioribus vero lætitia est. Quam pul- „ chrum ergo si videaris, & prosis. Propterea Pau- „ lus ascendit Ierosolymam, vt iustos videret, & „ maneret cum Petro; & ipse ac Barnabas magni- „ fice excipiebantur ab Ecclesia. Hoc autem con- firmat similitudinibus ab animalibus desum- ptis: nam si auis dicta icteros Latine, galgulus, vi- sa ab eo qui morbum regium patitur, sanat il- lum; Num, inquit, dubitare possumus, quod iu- B sti sancti aspectus? Vile animal irrationale tan- „ tam virtutem habet, vt sanare possit hominem „ momento exiguo: & homo iustus, si tamen eum „ fide ab eo conspiciatur, qui vtilitatem ab illo per- „ cipere desiderat, nihil conferet? Deinde arguit à „ contrario; quia lupus visu vocem tollit ab eo quem videndo præuenit. Basiliscus item occidit eum quem prius videt; necatur autem ab homi- ne, qui eum potuit præuidere. Ergo, inquit, si „ tanta virtus vel in oculis serpentis, vel in oculis „ est hominis, vt si alter alterum prior viderit, pos- „ sit occidere, non est virtus in oculis iusti, qui re- „ pletus virtutis est gratia; cum præsertim tantum „ operetur fides, vt & illa quæ fimbriam Domini „ tetigit, sanaretur; & ille cui intendit Dominus Ie- „ sus, statim ex eius oculis gratiam sanitatis hauri- „ ret? Hæc D. Ambr. ex cuius argumentis non solũ deduci potest, quam mirabiles & amabiles sint oculi iustorum, ipsorumque vita quæ alijs valde prodest, dum recta fide conspiciuntur; sed etiam eisdem similitudinibus conuincitur, quod à prin- cipio dicebamus, magnam inesse vim in oculis eiusdem iusti, vt Deum vulnerent, à Christo cor auferant, sanitates, & dona hauriant. Vnde vlte- rius ascendentes intelligere possumus, quantam vim habeant oculi ipsius Dei, vt intuentes ali- quem infirmum, sanent illum, & viuentem vita carnali, illum occidant, vt meliorem præstent vitam, auferendo carnale cor, & præbendo spiri- tuale. Multo enim fortius oculi Dei sunt depræ- datores, qui animam eum contemplantem de- prædantur sibi, ad se eius cor potentias, sensus, & cuncta quæ habet, rapiunt. Vnde de illo scriptum est, *Voca nomen eius, accelera, spolia detrahe, festina præ- dari.* Vtinam nos deprædetur, & ipsius præda si- mus in secula seculorum, Amen.

Serm. 10. in Ps. 118 v. 2.
Ad Gal. 1. v. 18.
Act. 15. v. 4.
Ex Plinio lib. 30. c. 11.
Vide Calepinum.
Luc. 8. v. 4.
Isa. 8. v. 3.

EXHORTATIO XIII.

De summa pulchritudine Dei & Christi, etiam vt hominis, propter quam summe est dili- gendus à nobis, & ipsius dilectionem esse no- stram pulchritudinem.

Pro festo transfigurationis.

Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & deco- rus.

IMMENSA est cœlestis sponsi pulchritudo, quæ licet ex pulchritudine creaturarum possit

Sap. 13. v. 3. ab hominibus lumine ipso naturæ dignosci, *Nam speciei generator multo speciosior est illis*; A tamen lumen fidei multo magis hanc pulchritudinem manifestat eis potissime, qui mundo & pulchro præstant corde. Hom. 3. ex 4. Propter quod, vt notauit Origenes, postquam sponsa oculos columbarum accepit, tunc primum exclamauit, *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus*; quia illis oculis qui columbæ dicti sunt, speciem & decorem illius considerauit; cuius magnitudo quanta sit, agnosci nequit, nisi prius oculi columbarum conferantur. Tunc autem sunt collati sponsæ cum dictum est illi, *Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum*. Nam dum Verbum diuinum loquitur, loquendo operatur, & quam vocat pulchram, gratia sua præuenit, vt pulchram faciat, & oculos columbæ habeat; quibus eum intuita, acceptam gratiam in ipsum refundens, eum potius pulchrum & decorum vocat. Verbum (inquit Diuus Bernardus) dicere animæ *Pulchra es*, & appellare amicam, infundere est, vnde amet, B

Hom. 45. in Cant. » & se præsumat amari: ipsam vero animam Ver- » bum vicissim nominare dilectum, & fateri pul- » chrum, est quod amat, & quod amatur ascribere » illi, mirari dignationem, & stupere ad gratiam. » Itaque locutio Verbi est infusio doni, responsio » animæ cum gratiarum actione admiratio, & id- » circo plus diligit, quod se sensit in dilectione vi- » ctam, & ideo plus miratur, quod præuentam co- » gnoscit. Vnde non contenta est dicere pulchrum, » nisi repetat & decorum, eminentiam decoris il- » lis repetitione designans. Hæc Diuus Bernardus; insinuans tres feruentes affectus, qui in ijs verbis sponsæ continentur: nempe dilectionis redamando eum à quo fuit amore præuenta: gratiarum actionis pro dilectionis dono & pulchritudine sibi concessa: & tandem humilitatis refundendo hæc omnia in ipsum largitorem. Laudata itaque sponsa, nec extollitur superbia, nec tamen est ingrata, sed propriæ conscia paruitatis gloriam regerit in eum, à quo accepit quæcunque C digna laude habet. Agnoscit pulchritudinem sibi infusam quia (vt dicit Diuus Paulus) accepimus spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quæ à 1. Cor. 2. v. 12. Deo donata sunt nobis; sed tamen pulchritudinem istam non suam esse, sed Dei, quia ex se potius est fusca, & tantum ex Dei gratia formosa & Ezech. 16. v. 14. decora, eo decore, vt dixit Ezechiel, quem ipse sponsus contulit illi.

De pulchritudine Dei, & quinque eius proprietatibus. §. 1.

ETSI plures Patres nomen pulchrum ad diuinitatem, decorum vero ad Christi Domini humanitatem referant; conuenientius tamen cum alijs vtrumque nomen ad Deum, & ad Christum vt hominem referemus. Fatetur ergo sponsa ijs verbis, quod solus Deus est à seipso pulcher, & ipsa pulchritudinis essentia, omnisque pulchritudinis fons, & scaturigo indefici- D ens. Quod magnus Dionysius sic explanat: Su- Cap. 4. de diuinis nom. p. 1. » persubstantiale pulchrum est ipsa pulchritudo, » per omnia pulchrum, & supreme pulchrum, » semper & vbique eodem modo pulchrum, & » veluti ad se omnia vocans. Vnde etiam pulchri- » tudo Græco vocabulo Κάλλος à vocando dicitur, » quasi omnia inuitans, vt ipsius pulchritudinem » participent, quia ex ipso prouenit, vt singula pro » suo modo sint pulchra, omniumque est, veluti » effectiua, causa finisque est omnium (pulchri e- » nim gratia omnia fiunt) & exemplar; quia iuxta » id distinguuntur omnia, & pulchri omnis princi- » palem pulchritudinem excellentissime in seipso » ante omnia habens. Hæc ex Diuo Dionysio de- » cerpta, quinque diuinæ pulchritudinis conti- » nent insignia.

Primum quod per suam essentiam Deus sit pulcher & decorus, non ab alio decorem mendicans, sed à seipso ab æterno habens. Vnde essentialiter est ipsa pulchritudo, sicut est ipsa sapientia, & bonitas. Hinc prouenit secundum quod est pulcher immutabiliter, ita vt neque vnquam possit esse deformis, neq; minimum quid sui decoris amittere, & vbicumque est, & vbicumque operatur, decorus existit. Huic additur tertium, quod est fontem esse, & causam cuiuscumque pulchritudinis, quæ extra ipsum inuenitur in quauis creatura, siue corporea siue spirituali. Hinc prodit quartum, quia est eminentissime pulcher sine vllo limite, omnem rationem pulchritudinis per creaturas diffusam in se præhabens. Propter quod in Psalmo dicitur, *Pulchritudo agri mecum est*. Psal. 49. v. 11. Et idem de quauis alia pulchritudine licuisset dicere. Tandem quinto est finis omnium pulchrorum simul & exemplar, omnes vocans, inuitans & ad se trahens, vt suæ pulchritudinis participes fiant, tum in hac vita per gratiam, tum in altera per gloriam. Ex his ergo quinque insignibus fit, Deum ita reliqua pulchra excedere, vt comparatione ipsius pulchra non appareant. Sed sicut in Euangelio dicitur, *Vnus est bonus Deus. Et nemo bonus nisi solus Deus*. Matt. 9. v. 17. Luc. 18. v. 19. Sic dici potest, nemo pulcher nisi solus Deus. Vbi supra. 1. p. q. 5. art. 4. ad 1. Idem enim sunt, vt inquit Diuus Dionysius, bonum & pulchrum: hocque solum differunt, teste D. Thoma, quod bonum appetitum respicit. Nam bonum est quod omnia appetunt: pulchrum vero, visum; nam pulchra sunt quæ visa placent.

Hæc omnia columbinis oculis intuens sponsa, cum se de pulchritudine laudatam audit, laudes in ipsum laudatorem refundit, dicens: *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus*. Ac si diceret: quo imo tu dilecte mi solus es pulcher, ac ipsamet pulchritudo. Ego vero à me pulchra non sum, nisi per te, & pulchritudo mea quasi nihil est, si conferatur ad tuam. Quod autem ait & decorus, non solum est, vt confirmet, sed vt amplificet: nam sicut externa pulchritudo posita est in membrorum corporis apta figura cum quadam coloris suauitate: decor vero, & venustas præsupposita hac pulchritudine, addit concinnitatem morum, sermonis, cultus, motus, & omnis actionis, sine qua pulchritudo fatua esset & insipida, cum ea vero est valde amabilis, & suauis. Vnde nomen Hebræum *Naua*, quod vertitur decorus, etiam significat concinnum, venustum, & suauem. Psal. 24. v. 8. & Psal. 144. v. 9. D Quæ omnia eminentissime reperiuntur in Deo, qui dulcis est, & rectus, ac suauis vniuersis, & in omnibus quæ loquitur & agit summe concinnus, & iucundus, mirabili decore, specie & ordine cuncta disponens. Propter quæ omnia est summe amabilis, & ideo sponsa hic vocat eum, *Dilecte mi*. Quia quinque illa diuinæ pulchritudinis insignia sunt quinque efficacissimæ causæ di-

lectionis

lectionis ijs, qui profunde contemplantur illa. Nec incongrue aptabimus illis quinque nomina, quibus à diuersis Euangelistis explicatur modus, quo Deus est à nobis diligendus, scilicet ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, ex omni virtute, vel fortitudine, & ex omnibus viribus nostris. Cor refertur ad voluntaté, anima ad appetitus sentientes, mens ad intellectum, fortitudo ad vehementem conatum: omnes vires, sensus, linguam, vim motiuam & si quæ sunt aliæ corporis potentiæ, comprehendunt.

Marc. 12. v. 30. Luc. 10. v. 27

De pulchritudine Christi Domini & aliis quinque eius insignibus. §. 2.

IAM ad pulchritudinem Christi sermonem conuertamus. Varijs enim modis pulcher est, 1. & nominatur. Primus quidem ratione personæ quæ filius Dei est, splendor gloriæ, & figura substantiæ patris, candor lucis æternæ, speculum sine macula maiestatis Dei, imago bonitatis illius, ac proinde ipsa essentia pulchritudinis fons & origo immutabilis illius, sicut & pater à quo 2. est ante secula genitus. Sed quia in tempore est homo factus, etiam hac ratione est pulcher, & pulcherrima eius humanitas propter eius ad verbum hypostaticam vnionem, à qua sancta, immaculata, & pulchra dicitur, sicut fuse explicuimus cum de nomine olei effusi ageremus, & iuxta hanc rationem etiam est fons & scaturigo pulchritudinis, quæ est in Sanctis. Quia nemo 3 nisi per eius merita pulcher esse valet. Vltra hoc etiam tertio est pulcher propter gratiam, charitatem, supernaturalesq; virtutes, quæ sine mensura animæ ipsius communicatæ sunt: iuxta illud: *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratia & veritatis.* Præter hoc etiam pulcher est in ipsa forma corporis assumpti & de Spiritu sancto ex purissimis virginis sangui- 4. nibus efformati. De quo Psalmista ait: *Speciosus forma præ filiis hominum.* Nec solum pulcher, sed etiam decorus moribus, sermone, habitu, motu omnique actione. Propter quod subdit statim David. *Diffusa est gratia in labiis tuis: & vnxit te Deus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Vt scilicet esses vultu hilaris, iucundus, suauis, & dulcis omnibus consortibus tuis, & multo amplius quam illi. Ita vt omnes teste D. Luca, mirarentur in verbis gratiæ, quæ procedebant ex ore eius. Sed de hoc iterum infra circa illa verba, *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis & facies tua decora.* Quæ multi sponso attribuunt, vt suo loco videbimus. Tandem Christus Dominus est pulcher in gloria eiusdem corporis, quam induit in resurrectione, cuius specimen dedit in transfiguratione, vbi resplenduit facies eius sicut Sol. Confessionem & decorem induit, amictus lumine sicut vestimento, vt omnes intelligerent gloriam & pulchritudinem, quam intus continebat, & quam suo tempore corpori communicandam reseruabat. Et quamuis in passione sua corporis pulchritudinem videatur amisisse, dicente Propheta, *Non erat ei species neq; decor:* tamen in hoc ipso summe fuit decorus, suauis & dulcis, pulcherrimis moribus splendens, & internam animæ pulchritudinem mirifice manifestans. Vnde quanto persequentibus apparuit fœdior, tanto ibi nobis apparet pulchrior, & amabilior. Sponsus (inquit Diuus Augustinus) est ille quo nihil est pulchrius, qui quasi fœdus apparuit inter manus persequentium: sed pulcher apparet ijs, qui mundos habent oculos. Vbi enim (inquit Bern.) te Domine exinaniuisti, vbi naturalibus radijs lumen indeficiens exuisti, ibi pietas magis emicuit, ibi charitas plus effulsit, ibi amplius gratia radicauit.

Ad Heb. 1. v. 3 Sap. 7. v. 26.

Lib. 1 Exhort. 22.

Io. 1. v. 14.

Ps. 44. v. 3.

Luca 4. v. 22. Cant. 2. v. 14. Lib. Exhort. 50.

Mat. 17. v. 2. Ps. 103. v. 1.

Esai 53. v. 2.

In Ps. 127.

Serm 45. in Cant.

Hæc igitur omnia contemplans sponsa, etiam pulchritudinem suam in Christum Dominum refundens ait: *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus.* Quia tu es summa pulchritudo, & fons ac causa meritoria omnis pulchritudinis, nec ego meis, sed tuis meritis sum pulchra & pulchritudo mea tuæ collata, fere est nulla. Hic etiam repetit vocem, *Dilecte mi*, quia quinque modi pulchritudinis commemorati, vrgent valde, vt Christum diligamus ex toto corde, anima, mente, fortitudine, & viribus nostris: & vt illius pulchritudinem imitari conemur. Nam qualis est sponsus, talem oportet sponsam esse, sic enim Diuus Anselmus hæc verba interpretatur. Tu dilecte mi pulchram me vocas, & talem me oportet esse, quia tu pulcher es, & nisi ego pulchra essem, tibi coniungi non possem. Oportet ergo hanc pulchritudinem Christi ita contemplari, vt iuxta sententiam Apostoli in eius imaginem transformemur, & à claritate eius infinita, claritatem nobis commensuratam accipiamus, qua pulchri coram ipso simus. Hæc autem claritas est virtus ad eius similitudinem in nos transfusa. De qua Ipse Dominus ad patrem orans in nocte cœnæ ait: *Ego claritatem quam dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus.* Id est, vt participes sint pulchritudinis, sanctitatis, & filiationis quam à te accep. In qua tamen ipsi in dies debent proficere, vt à claritate transeant in claritatem, à pulchritudine in pulchritudinem, & ab vno gradu virtutis in altiorem proueha[n]tur.

Diuus Anselmus hic.

2. Cor. 3. v. 18.

Ioan. 17. v. 22. Ita D. Ambros lib. 5. de fide c. 4.

Hinc deduces causam cur sponsus laudans sponsam, bis repetit vocem, *Ecce*, cum bis pulchram vocat: ipsa vero sponsa semel tantum ait, *Ecce*; licet bis pulchrum & decorum sponsum vocet. Ratio enim est, quia pulchritudo sponsæ non tota est simul, sed per partes acquiritur. Vnde tanquam quid mirum, & nouum commendatur eius præclarum initium, cum dicitur: *Ecce tu pulchra es amica mea.* At vero quia multi præclare incipiunt, & medio itinere misere deficiunt, ideo repetitur vox, *Ecce*, cum eius incrementum commendatur. Quia etiam est quid mirum, & nouum quotidie increscere & diu perseuerare. Cæterum sponsi pulchritudo tota est simul, cum Deo insit à natura; Christo vero ex gratia vnionis, cui nullum potest incrementum prouenire, & ideo tota nouitatis & admirationis ratio simul est, & semel dixisse sufficit, *Ecce tu pulcher es, & decorus.*

Io. 22. v. 28.

Sed bis repetit pulchrum & decorum. Quoniam non simul totam nobis manifestauit pulchritudinem & decorem, sed per partes: sicut & vox de cœlo testata est dicens Christo; *Et clarificaui & iterum clarificabo.* Nam clarificatus est Christus Dominus ante passionem per gloriosa opera, & miracula quæ eius diuinita-

tem, sanctitatem, & pulchritudinem indicabant: sed amplios clarificatus est post passionem, per eas quas Diuus Petrus vocat posteriores glorias, cum surrexit à mortuis, expoliauit infernum, in cœlos ascendit, & inde misit Spiritum sanctum in discipulos, per quos ingentia patrauit prodigia, quæ eius diuinitatem, & immensam pulchritudinem vniuerso mundo declararunt.

2. Pet 1. v. 11.

Dilectionem Dei pulchri esse animæ pulchritudinem. §. 1.

SED iam nouam hinc perpendamus causam, cur sponsa cum se pulchram vocari audit Deum pulchrum, ac dilectum vocat: vt nimirum his verbis testetur radicem suæ pulchritudinis, & illius incrementi desiderium. Ac si diceret; Ideo ego pulchra sum, quia te diligo pulchrum & decorum: & ideo iterum diligo, ac te meum esse dilectum testor, quia diligendo te pulchrior B fieri desidero. Hoc eleganter explicat Diuus Augustinus, statuens discrimen inter corporalem & spiritualem pulchritudinem. Nam si de illa sermo sit, amando fœminam, vel virum pulchrum, nemo fit pulcher, nisi aliunde veniat pulchritudo. Nam si antea fœdus erat, etsi pulchram rem amet, fœdus manebit. At (inquit) anima nostra, quæ fœda est per iniquitatem, amando Deum pulchra efficitur, qualis amor est, qui reddit pulchram amantem? Amauit nos prior qui semper est pulcher, non vt fœdos dimitteret, sed vt mutaret, & ex deformibus pulchros faceret: quomodo erimus pulchri? amando eum qui semper est pulcher. Quantum in te crescit amor, tantum crescit pulchritudo, quia charitas ipsa est pulchritudo animæ. Et quid mirum quod diligendo Deum pulchrum anima fiat pulchra, cum Deus non solum sit pulcher, sed omnis pulchritudinis origo, & causa? Et qui eum diligit, per dilectionem in ipsum transformatur, vnumque cum eo efficitur. Qui ergo vnus est cum Deo pulchro, pulcher erit sicut Deus. Habet enim hoc dilectio, vt talem reddat animam, qualis est res quam amat. Si turpis est, turpem, speciosam vero si fuerit speciosa, & digne amata. Talis (inquit idem Sanctus) vnusquisque est, qualis est eius dilectio. Si terram diligis terra eris, si Deum diligis quid dicam? Deus eris. Nam Scriptura dicit, *Ego dixi dii estis*. Si ergo diligis carnem, & mundum, carnalis eris, & mundanus; fœdus fieut res fœdæ quas diligis: iuxta illud: *Facti sunt abominabiles sicut ea quæ dilexerunt*. At si diligis Deum pulchrum, & Christum decorum, pulcher eris sicut ille, & decorus.

Tract. 9. in Epist. 1. Ioannis.

Tract. 2. in 1. Epist. Ioan. ad finem.

Psal. 8. v. 6.

Osee 9. v. 10.

Quomodo Christus in passione etiam fuerit pulcher & se diligentes pulchros faciat. §. 4.

SED cum Christus dicatur ab vno Propheta speciosus forma præ filijs hominum, ab alio vero quod non erat ei species, nec decor: nunquid pulcher eris diligendo Christum deformem, sicut diligendo pulchrum? Vtique (inquit idem D. August.) quia ista deformitas propter nos assumpta maxima fuit pulchritudo, vt nos pulchros faceret. Duæ sunt tibiæ diuersæ sonantes, sed vnus spiritus ambas inflat. Illa dicitur, *Speciosus forma*: hæc dicitur, *Non est ei species*, vno spiritu implentur ambæ. Non dissonant. Speciosus forma: quia in forma Dei erat, non rapinam arbitratus æqualem se esse Deo, sed quia semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, quasi fœditatem tuam suscepit, id est mortalitatem tuam, vt aptaret se tibi, & excitaret te ad amandum intus pulchritudinem: In passione non erat ei species, nec decor, vt daret tibi speciem, & decorem. Quam speciem? quem decorem? dilectionem charitatis, vt amans curras, & currens ames. Tu pulcher es, iam noli in te ipso complacere, ne perdas quod accepisti: illum attende à quo factus es pulcher, ideoque sis pulcher, vt ille te amet. Tu autem totam intentionem tuam in illum dirige, ad illum curre, eius amplexus pete, & ab illo time discedere. Sic Augustinus: cuius verba ad hoc tendunt, vt instar sponsæ Christum portemus crucifixum tanquam fasciculum myrrhæ, & etiam gloriosum, tanquam botrum cypri, & vtroque modo dicamus ei. *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus*, in te oculos columbinos figam, vt post te pulchrum curram. Sed attende quomodo in transfiguratione duæ illæ cœlestes tibiæ Moyses, & Elias cum pulchritudine gloriæ insonuerunt passionis excessum, & vtrumque simul coniunxerunt, vt scias sub vtraque ratione esse à te valde diligendum. In ipsa enim transfigurationis gloria, vt refert Diuus Lucas, referebant ei excessum, quem completurus erat in Ierusalem, id est exitum eius à mondo per mortem, & gloriam, quam tunc adepturus erat. Vtrumque enim significat nomen Græcum, quo Diuus Lucas vsus est, sicut Euthymius & Diuus Chrysostomus testantur. Referebant autem hoc audientibus discipulis, sicut affirmat idem Chrysostomus, & Cyrillus Hierosolymitanus, vt simul viderent Christum gloriosum, & scirent per mortem sœdandum, sed fœditatem mortis conuertendam in maiorem gloriam; & pulchritudinem, necessariamque esse, vt illum decorem, quo ad tempus breue potiebatur, in æternum possideret. *Oportuit enim Christum pati, & resurgere à mortuis, & ita intrare in gloriam suam*. Sub vtraque igitur ratione Christus proponebatur Apostolis diligendos, & quia gloriosus in monte Thabor, & quia completurus erat excessum mortis in monte Caluario; nam vtrumque ad eius immensam pulchritudinem, & ad nostram salutem spectabat. Vnde quia Petrus Christi gloriosa pulchritudine captus, dixit, *Bonum est nos hic esse*, inde discedere refugiens nesciebat quid diceret, quia vnum ab altero separabat, & ita pulchritudinem gloriæ amabat, vt ignominiæ passionis penitus obliuisceretur, nec illam curaret. Vbicumque ergo consideres Christum, illum crede pulchrum, & decorum, & illum ita diligens fies etiam spiritu pulcher & decorus sicut D ipse.

Psal. 44. v. 3.

Isai. 53. v. 2.

Tract. 9. citato: Christus in passione pulcher.

Ad Philip. 2. v. 6.

Vide infra circa illud. totus desiderabilis lib. 5. Exhort. 13 § 4.

Lucæ 9 v 31.

Euth in Lucam. Chrysost. hom. 57 in Matthæum. Catechesi 12.

Lucæ 24. v 26.

Confirmemus hoc ex vaticinio Moysis de Ioseph loquentis in hunc modum: *Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius. Cornua rhinocerotis cornua illius: in ipsis ventilabit gentes vsque ad terminos terræ*. Vbi in sensu mystico duplicis naturæ pulchritudo in vno Christo crucifixo describitur. Primogenitus tauri est pulcherrimus, simulque

Deut. 33. v. 17.

que robustissimus: quippe cui robur patris A ... iam prius genito maxime tributum est. Cornua v... o rhinocerotis fortissima sunt, siue rhinoceros du... habeat cornua, siue vnum tantum in n... e quoad saxa limato, vt refert Plinius ... tra el phantem præliatur, cuius alium ... pte partem molliorem feriens, eum occ... ...itudo ergo Christi Domini est quasi ... tauri, nam: *Vidimus* (inquit Io... *gloriam eius gloriam quasi vnigeniti à patre, ... & veritatis.* Cornua autem eius, ... tas ipsius regia & fortitudo diuina, & ... na, est sicut rhinocerotis fortissima, & ... bus. Vtraque autem scilicet pul... fortitudo, licet latuisse videatur ... en exinde potius cœpit manifestari eu... manus eius affixæ sunt duobus lateribus ... quæ cornua appellantur apud A... cu... heram, *Cornua in manibus eius ibi abscondita est fortitudo eius, ante faciem eius ibit mors, egredietur ... ante pedes eius*: nam his cornibus B vi... bellum, destruxit peccatum, & carnis co... ientiam. His etiam ventilauit gentes ... que ... d terminos terræ, subijciens sibi illas, vt suam fidem profiterentur & legem, sicut scriptum est: *Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ.* Christus igitur specie ... a, & pulchritudine sua, quam intus non amisit in cruce, intendit, prosperè processit, & regnauit, & quicumque illius cruci adhæserit, pulcher similiter erit, in eiusque obsequio procedet, & regnabit cum ipso in secula seculorum. Amen.

Ioan. 1. v. 14.

Abacuch c. 3. v. 4.

Isai. 49. v. 6.

Psal. 44. v. 5.

EXHORTATIO XIV.

De lectulis floridis, & vmbrosis Christi, qui sunt eius humanitas, vterus Virginis, præsepe, crux, sepulchrum, & de pulchritudine, C *quantis signis sunt ex eius præsentia, & modo contemplandi eos.*

Profecto incarnationis vel natiuitatis.

Lectulus noster floridus.
LXX. Lectulus noster vmbrosus. *seu ad* cubile nostrum vmbrosus.

PERGIT sponsa pulchritudinem Christi nouis laudibus extollere subijciens: *Lectulus noster floridus, tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.* His verbis contestans à pulchritudine sponsi omnia quæ sunt eius, etiam esse pulchra, vt sensus sit. Tanta est, dilecte mi, & tam efficax pulchritudo tua, quod non solum tu es pulcher, & decorus, sed tua venustissima præsentia reddis lectulum nostrum floridum, & decorum. Tigna domorum nostrarum cedrina, & pulchra, laquearia cypressina, & venusta. Esti autem cuncta hæc sint solius sponsi, vocat tamen communi pronomine nostra. Quia amicorum, & ardenter se amantium omnia sunt communia: & iure desponsationis, quæ sunt sponsi potest sponsa vocare sua. Sic quæ sunt Christi ad Ecclesiam, animamque dilectam spectare possunt, & ab ea nostra vocari. Sed accipe secundum non minus iucundum sensum. Consulto enim Salomon in tota hac orationis periodo reticuit verbum *est*, quod illam soler connectere. Non enim dixit, Lectulus noster est floridus, tigna sunt cedrina, sed absolute, *Lectulus noster floridus, tigna domorum nostrarum cedrina*, &c. Vt cuncta hæc esse possent epitheta, & cognomina sponsi pulchri, & decori, subaudiendo verbum quod præcessit, vt sensus sit. *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus*, & tu ipse etiam es, *lectulus noster floridus*, es item, *tigna domorum nostrarum cedrina*. Et tu etiam es *ipsa laquearia nostra cypressina*, quia tu es nobis loco istorum: eo sensu quo dicitur Christus nostra iustitia, sanctificatio, & redemptio.

Iam quomodo ista sint explicemus inchoando à lectulo, qui floridus dicitur propter abundantiam pulchrorum simul, & fragrantium florum, quibus aspersus est. Sed qui in Vulgata vocatur floridus, ab alijs dicitur viridis, nam vox Hebræa vtrumque significat, & in idem recidit. Sed à LXX. dicitur vmbrosus. Sic enim vertunt: *Ad lectum, vel ad cubile nostrum vmbrosum.* Diuus Ambrosius: *in strato nostri opaca.* Nam quæ floridæ sunt, & frondosæ arbores, vmbram faciunt, & inde lectulus simul floridus, & ab vmbra florum, vel procerarum arborum iuxta quas erat, dicitur vmbrosus. Quibus verbis iuxta multorum patrum interpretationem tria mysteria incarnationis, natiuitatis, & passionis Christi describuntur. Sumitur autem hic nomen lectulus pro quouis loco ad quiescendum, & in eo manendum, quomodocumque deputato.

Ita Origenes hom. 2. ex duab. Theodor. serm. 14. in Ps. 118. v. 4.

De mysterio incarnationis in vtero Virginis.
§. 1.

INPRIMIS lectuli nomine, qui locus est quieti destinatus, sacratissima Christi humanitas designatur, aut eius corpus vel caro, in qua tecte Diuo Paulo, habitauit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & filius Dei requieuit, opus sibi exoptatissimum perficiens, cum factus est homo. Hic autem lectulus floridus est & vmbrosus. Floridus quidem, quia omnium gratiarum, ac virtutum, donorumque cœlestium floribus ac fructibus onustus fuit simul & venustus: nam super florem Iesse requieuit spiritus sapientiæ, & intellectus, & cæteri qui hos comitantur: sed super omnia lectulus iste ipsa præsentia pulcherrimi floris, qui est filius Dei, in eo quiescentis fuit floridus, ac summe decorus. At etiam est vmbrosus, quia caro obumbrabat diuinitatis immensum splendorem. Alioquin claritatem huius diuini solis, nisi tali nube adumbratam intueri nequiremus. Ideoque sponsa ait: *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus*, cæterum, *ad lectulum nostrum vmbrosum.* Obumbrasti enim hanc tuam pulchritudinem, & decorem cum venisti ad nostrum lectulum, & naturam nostram humanam assumpsisti, in qua D vmbrosus incederes, vt te conspicere valeremus. Nisi enim te obumbrasses forma carnis operiente radium diuinitatis, & vmbra corporis intericcta ante tuam splendidissimam lucem, quis tuam sustinuisset apparitionem? Apte autem sponsa non dixit ad lectulum tuum, sed nostrum: quia natura humana Christi eiusdem est ratio-

ad Col. 2. v. 9.

Isai 10. v. 1.

Vide infra Exhort. 16. circa id, sub vmbra illius quem desideraueram, sedi.

rationis cum nostra, & propter nos ab ipso as- A sumpta, in qua nos etiam desiderata requie potiremur. Vnde hoc mysterium considerantes possimus etiam Christo singuli dicere: *Tu Domine es lectulus noster floridus, & vmbrosus*, in quo requiescimus, protegimur, & dulciter obumbramur, dum abscondis nos in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum, & à molestia inimicorum.

Psl.39.v.11.

2. Hinc fit hæc verba attribui posse antiquæ Ecclesiæ aduentum Messiæ desiderantis, qui postquam se venturum promisit, paulatim cœpit venire, sed vmbrosus, nempe in vmbris sacrificiorum, & sacramentorum veteris legis, & in gestis memorabilibus patrum antiquorum vmbratice repræsentatus. Propter quod dixerat Abacuch, quod Deus erat *De monte Pharam, seu de monte vmbroso & condenso*: Cum autem venit, etsi has clarificauit vmbras, adhuc tamen vmbrosus, quia carne mortali, & passibili, multisque miserijs subiecta adumbratus est, ita vt B multi Iudæorum illum non cognouerint, nec recipere voluerint: tamen Patriarchæ, & Prophetæ, qui ita nouerant futurum, dicebant: *Ad lectulum nostrum vmbrosum*. Eia dilecte, qui pulcher es, & decorus, veni iam, etsi vmbrosus. Quia tanta est pulchritudo tua, vt lectulus naturæ assumptæ, quæ te adumbrat, per te erit floridus, viridis, speciosus infinitique decorus.

Abacuch. 3. v.3.

3. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium factum ex muliere, tribuens illum secundum lectulum, nempe Virginis vterum in quo Verbum Dei caro factum est, & nouem mensibus requieuit. Fuit quidem hic vterus, lectulus floridus, & vmbrosus, & in vtroque mirabilis. Fuit enim floridus, quia floruit virginitate, humilitate, obedientia, & tot virtutum floribus, vt gratia plena vocari mereatur. Sed tunc excellentissime floridus, cum florem Iesse Iesum filium concepit, à quo præ omnibus C sanctis florida facta est. Sed cur vmbrosus? nisi quia Spiritus sanctus superuenit in ipsam, & virtus Altissimi obumbrauit eam, vt Altissimi filium vmbrosum, & carne obtectum sine virili semine, & sine vlla carnali concupiscentia virgo intacta conciperet, eo quod virtus diuina in modum vmbræ eam circumdedit, vt à concupiscentiæ ardore præseruaret. Quod sic „explicat Diuus Gregorius dicens. In sacro elo„quio obumbrationem aliquãdo incarnationem „dominicam, & mentis refrigerium à carna„lium contagionum fetuore designari, restan„te Angelo qui ad Mariam ait: *Virtus Altissimi ob*„*umbrabit tibi*. Quia enim vmbra non aliter ex„primitur, nisi per lumen & corpus, virtus Al„tissimi ei obumbrauit, quia in eius vtero lux in„corporea corpus sumpsit, ex qua videlicet ob„umbratione omne in se refrigerium mentis ac„cepit.

Ita Rupertus. *Luca 1. v. 38. & 35.* *Isa. 11. v. 1.* *Lib. 35. Mor. c. 5. Idem D. Bern serm. 48 in Cant* *Luc. 1. v. 35.*

Quidni ergo B. Virgo hæc contemplans diceret, *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus, lectulus noster floridus*. Quia vterus meus, quem in lectulum tuum elegisti, repente sicut virga Aaron sicca, quæ simul floruit, fronduit, & germinauit, factus est per te floridus, frondosus ac vmbrosus, dum te suscepit virtute Altissimi me obumbrante. Vocat autem vterum suum non A lectum, sed lectulum. Quia sui vteri paruitatem agnoscit, conferens illum cum altero in quo filius eius ab æterno requieuit: de quo pater æternus ait illi: *Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum, ex vtero ante luciferum genui te*. Vterus iste nunquam fuit vmbrosus, sed æterna claritate splendidissimus. Nam ex clarissima patris cognitione & suæ diuinitatis comprehensione filius est genitus; in vtero tamen matris vmbrosus factus est per carnem, & ideo in primo vtero genitus dicitur in die perpetuo, & immutabili. Iuxta illud: *Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te*. At secundo vtero conceptus creditur, & natus eo in nocte antequam oriretur claritas solis, vt significaretur quod vmbrosus veniebat. Denique ventrem suum vocat virgo lectulum nostrum, quia in eo non solum quiescebat filius corpore, sed ipsa perpetuo quiescebat spiritu, contemplans florem, quem intra se gestabat, B percipiens eius odorem, admirans pulchritudinem, & in eius amorem ardentissime flagrans. Qua ratione lectulus noster esse deberet, vt in eo per contemplationem quiesceremus, contemplantes miros actus infantis concepti, & matris baiulantis, de quibus alibi fusius diximus.

Num. 17. v. 8 *Psal. 109. v. 3.* *Psal. 2. v. 7.*

De præsepii lectulo vbi Christus infans iacuit. §. 2.

SEd postquam Christus natus est, triplicem ei assignemus lectulũ, de quo hæc verba possunt intelligi, nempe præsepium in quo infantulus iacuit, crux quam ad moriendum elegit, sicut infirmus, qui in lectulo iacens vltimum obit diem, & sepulchrum in quo mortuum eius corpus est repositum. Omnes isti floridi erant, & vmbrosi, sed non floridi à seipsis, sed ex præsentia Christi. Ne intuearis præsepe solum vt C fœno constratum, & circumuallatum animalibus, sed vt lectulus est in quo requiescit infans ille, de quo Isaias ait: *Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus eius super humerum eius, & vocabitur admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis*. Quid hoc floridius? quid pulchrius, aut venustius? sed quid vmbrosius, quam paruulus natus, & iam principatum super humerum gestans? admirabilis, & consiliarius, & tamen infans loqui nesciens? Deus fortis, sed pannis inuolutus? pater futuri sæculi, & princeps pacis, sed iacens in præsepio, in medio duorum animalium? *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus, sed ad lectulum nostrum vmbrosum*, quia in præsepio collocatus floridus es per diuinitatem, viridis per infantilem carnem, quæ instar viridis fœni iacet vbi animantium ponitur pabulum, & in vtraque natura pulcherrimus: non est caro tua instar aliorum, sicut flos fœni, qui facile exiccatur, sed D semper est lectulus viridis, quia in ea est Verbum Domini, quod manet in æternũ. Ex coniunctione Verbi, & carnis fit lectulus singulariter decorus, cum sit vmbrosus, quia diuinitatis vmbræ per carnem ineffabilem contrahunt decorem nobis accommodatum. Nam magis diuinitas innotescit, cum hanc vmbram propter amorem hominum efficit. Vnde scriptum est quod, *In medio*

Luc. 2. v. 12. *Isai. 9. v. 6.* *Abacuch 3. v. 2.*

Iuxta

medio duorum animalium cognosceris. Ibi enim est A glorificatus ab Angelis, veneratus à pastoribus, & adoratus à magis.

Nonne lectulus noster floridus, quem circundant cæli & terræ tot pretiosi flores? Flores Angelorum laudantium Deum, flores populi Hebræi, cuius primitiæ fuerunt pastores, & flores populi gentilis, quem repræsentabant Magi? Flores etiam erant beatissima Deipara & sanctus Ioseph, qui semper ibi astabant, & locum illum floridum reddebant. His floribus ornatur

Cant. 2. v. 1

& lætatur Christus, qui *Flos est campi, & lilium convallium* tamen in præsepio iacet florens, & alios flores germinans, vt secum ibi floreant. Adesto ergo mente cum illis, nam lectulus noster dicitur, eo quod communis sit multis, qui in eo spiritualiter possunt requiescere, & ab eo flores decerpere.

3. Intuere igitur attente quomodo infantulus iste floreat, & floridum faciat lectulum suum nō solum floribus diuinarum perfectionum, sed B exemplarium virtutum. Floret præsepium insigni Christi paupertate, floret humilitate, & mansuetudine, floret miro silentio voluntarie assumpto, floret lachrymis & gemitibus ex misericordiæ visceribus promanantibus, floret denique charitatis flagrantibus affectibus, nam ex nimio erga nos amore vile elegit stabulum, & humile præsepium. Hæc igitur contemplans ex ijs floribus tibi decerpe quos poteris, vt animam tuam ornes, & illam lectulum floridum facias, in quo Christus requiescat, vt tunc dicere possis, *Lectulus noster floridus.* Tuus Domine lectulus, & meus floridi sunt, sed meus per flores sumptos à tuo, quia à te sunt omnes flores virtutum. Vnde tu ipse es noster lectulus floridus, quia in te requiescimus, & per te lectulus sumus, in quo tu ipse requiescas. Denique contemplans Christum in hoc præsepio tanquam in lectulo florido, seuoca in memoriam quod postea dicitur in hoc Can-

Cant. 3. v. 8.

tico, *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt* C *illum ex fortissimis Israel.* Lectulus ille, siue sit Christi humanitas, siue præsepium ipsum, circundatus est sexaginta fortibus, nam qui dicuntur flores propter pulchritudinem, denominantur fortes, propter robur & constantiam, ambiunt quidem infantem in præsepio sexaginta fortes, nempe Angeli, Pastores, Magi, Ioseph, & Maria omnes ex fortissimis Israel, id est inter eos qui vident Deum, contemplantes illum in præsepio iacentem & summo honore prosequentes: ambiunt præterea sexaginta fortes, id est omnes virtutes, quæ flores sunt immarcescibiles, milites fortes, & inuicti ex fortissimis Israel, quod interpretatur fortis contra Deum, nam hæ præualuerunt contra ipsum. Siquidem charitas, misericordia, benignitas, amor paupertatis, humilitatis, aliarumque virtutum compulerunt eum descendere è cœlo, carnem assumere, iacere in præsepio, pendere in cruce, & in sepulchro reponi. Præualeant ergo contra te at il- D lum sequaris, & lectulus eius floridus fias; quem similes fortes ambiant, vt secure illum retineas.

De lectulo crucis Christi §. 5.

EX lectulo infantis transiliamus ad lectulum morientis, vilis ille, sed iste vilis & horribi- A lis. Ille initium fuit laborum Christi; hic consummatio, & ideo magis lectulus, & quies, quia in eo consummati sunt labores, imo quia impletum est desiderium patiendi pro nobis, quod illum coarctabat; vnde eo expleto dixit in cruce, *Consummatum est, & inclinato capite tradidit spiritum.* Factaque est Christo crux lignum mortis, & lignum vitæ: mortis quidem, quia in ea mortuus est, vitæ vero, quia desiderium veniens lignū vitæ. Et ideo crux simul lectulus, terribilis propter mortis amaritudinem quam intulit, sed floridus propter floridum pondus, quod sustinebat, scilicet Iesum Nazarenum, id est floridum. Vnde merito canit Ecclesia; *Crux fidelis inter omnes, arbor vna nobilis, nulla silua talem profert fronde flore, germine. Dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus sustinet.* Quis pulchrior flos quam ipse filius Dei, qui tunc per excellentiam erat flos campi, in illo campo Caluariæ cruci insertus? quæ frons venustior quam verbum diuinum carni coniun- B ctum vmbra sua protegēs vniuersum mundum? quod germē gloriosius, & dulcius quam virgultum istud ortum de terra sitienti, sed fructu suo cunctos satians? Nonne floridus & pulcher lectulus, qui talem florem, frondem, & germen continebat? Sed & alia ratione est etiam floridus & decorus: quia nullibi quam hic fragrantiores edidit virtutum flores nullibi salubriores etsi breues, verborum frondes, nullibi duriora operum germina, vt merito in vertice lectuli titulus inscriptus sit: *Iesus Nazarenus* id est sanctus, & florens, quia sanctitas illius omnibus virtutum floribus tunc fragrauit, splenduit & se manifestauit. Dixerat Iob, non solum proprio nomine, sed etiam vt Christum repræsentans, *In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies meos.* Nidulum vocat lectulum, sed floridum sicut palmā; quia iustus vt palma florebit, at Christus in nidulo & lectulo crucis maxime floruit, sicut palma. Quia retulit victoriam contra diabolum, C & peccata, ac contra mortem ipsam, vt in æternum multiplicaret dies suos, semper manens floridus & victoriam per crucem de inimicis suis prosequens, donec vltimam de omnibus in die iudicij assequatur. Vbi nos legimus, *Sicut palma,* legunt alij, *sicut phœnix multiplicabo dies meos.* Diximus autem in Exhortatione 10. auem phœnicem facere sibi nidulum ex lignis aromaticis, in quo tota crematur quasi sui holocaustum offerens, vt ex nidi cineribus resurgat renouata, & longissimam iterum vitam ducat. De hacque videtur locutus tunc Iob cum prius dixerit: *In nidulo meo moriar,* ad hunc nidum alludens. Sed nulli melius quam Christo quadrat phœnicis symbolum, cum ipse homo sit vnicus singularis in mundo sicut phœnix, qui vt moretur nidulum sibi fecit in cruce ex lignis aromaticis, & fragrantibus virtutum floribus; in quo totus igne diuini amoris arsit, & seipsum pro nobis in holocaustum obtulit, donec mortuus & consum- D ptus est, & quamuis non sit redactus in veros cineres, est tamen præ humilitate factus velut cinis, vermis, & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. In hoc tamen nidulo & lectulo ideo est mortuus, vt refloresceret viuus, & resurgeret gloriosus in æternum victurus.

Vnde non mirum quod intraret in Ierusalem

Luca 12. v. 50.
Io. 19. v. 30.
Prou. 13. v. 12. & 19.
Cant. 2. v. 2.
Isa. 53. v. 2.
Iob. 29. v. 18.
Psal. 91. v. 13
Tertullianus lib. de resurrect. c. 13.
Caietanus & antiqui Rabbini.
Vide Pinedam ibid. & Iob 19. v. 25.
Pro Christi resurrectione.

Mat 21. v. 8. lem cum ramis palmarum, & oliuarum gaudens A & triumphans. Quia ibat ad crucem tanquam ad lectulum floridum, vbi dormiturus erat ſomnum mortis, vt ex eius latere lancea puncto ædificaretur Eccleſia, ſicut Eua ex coſta Adæ: quam
Apoc. 6. v. 12. mox à mortuis reſurgens in ſponſam ſibi aſſumeret, vt nomen ejus vbique prædicaretur. At lectulus iſte floridus, erat cum vmbroſus. Quia
Luc. 23. v. 44. gloria Chriſti in paſſione videtur obumbrata, Sol factus eſt niger tanquam ſaccus cilicinus; obſcuratus eſt & tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram: occidit enim Sol iuſtitiæ. & non erat ſpecies, neque decor ei, cuius pulchritudinem Sol & Luna mirantur. Deridebatur iuſti ſimplicitas
Iob. 12. v. 5. quaſi lampas contempta, & extincta apud cogitationes diuitum ſuperborum, etſi parata reuelari, & accendi in tempore ſtatuto quando ſurrexit cum maiori gloria & ſplendore. Recte ergo ſponſa inquit, *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & de-*
Thren. 4. v. 20. *corus, ſed ad lectulum noſtrum vmbroſus*: id eſt mortalis, & morti obnoxius, vt vmbra mortis te in le- B
Pſ. 120 v. 6. ctulo crucis contingeret, & fœdaret, ſed ibi factus es nobis vmbroſus, vt ſub vmbra tua ſecuri viuere poſſimus. Nam *Spiritus oris noſtri Chriſtus*
Serm. 4. in Pſ. 118. v. 4. " *captus eſt in peccatis noſtris, cui diximus in vmbra tua viuemus*. Hæc vmbra nos protegit à tentationum " ardoribus, vt per diem Sol non vrat nos, neque " Luna per noctem. Acclinatiu Chriſti (ait D. Am- " broſius) opaca ſunt, quibus Dei patris æterna illa " requies aſpirat. In hac ergo requieſcamus vmbra peccatorum noſtrorum æſtibus fatigati, ſi quos adußit libido, hos Domini crux refrigeret in qua ſe reclinauit, vt noſtra delicta ſuſciperet, ſi quos culpa laxauit, hos Chriſtus gremio ſuſcipiat ſuo, & amplexu.

Hunc igitur contemplare Chriſti lectulum, qui lectulus noſter dicitur, & non tantum Chriſti, quia nobis etiam eſt floridus per exemplum; vmbroſus per protectionem; lectulus vero & nidulus per requiem; ad quem volare debes, ſicut columba, vt commoreris in foraminibus petræ, C
Cant. 2. v. 4 vt requieſcas in concauitatibus crucis, meditando quæ in ea Chriſtus geſſit, & ſuſtinuit, & per imitationem in eodem te lectulo collocando, dicens cum Apoſtolo. *Chriſto confixus ſum cruci.*
Ad Gal. 2. v. 19. Lectulus Chriſti erit lectulus meus, in hoc lectulo meo, & ſuo moriar mundo, vt viuam ipſi, & ſicut palma florebo virtutibus, vitiorum reportans victoriam; ſicut phœnix cremabor in illo, offerens me in holocauſtum ipſi, certa fide credens, quod inde poſt mortem reſurgam renouatus, & in æternum cum ipſo victurus.

D Andreas. Hinc deducere potes rationem cur ſancti, maxime Apoſtoli, gaudebant & gloriabantur de " Chriſti cruce, ſicut B. Andreas, qui cum duceretur " ad ſupplicium, videns à longe crucem excla- " mare cœpit: O bona crux, quæ decorem ex mem- " bris Domini ſuſcepiſti, diu deſiderata, ſollicite a-
Eccleſia in Antiphona. " mata, ſine intermiſſione quæſita, & aliquando " cupienti animo præparata: ſecurus & gaudens ve- " nio ad te; ita & tu exultans recipias me, accipe me D ab hominibus, & redde me magiſtro meo, vt per te me recipiat, qui per te me redemit. Vnde tam iocunda ſalutatio? Vnde tam diuturnum deſiderium? tam ſollicitus amor, tam iugis quæſitio? Vnde tam ingens gaudium? tam prompta oblatio, & exultans precatio ad crucem? profecto, quia illam reſpiciebat, vt lectulum floridum, & pulchrum Chriſti membris decoratum in quo ſe cum ipſo Chriſto requieturum ſperabat, ſub vmbra & protectione ipſius, vt ex lectulo crucis ad lectulum aſcenderet diuinitatis, cuius viſione in æternum frueretur, quidni ad crucem tenderet exultans, qui ad nuptiarum thalamum tendebat peruenire? D. Andreas (ait Bernardus) non ſe capit præ magnitudine gaudij. Ita inquit, vt [illegible]
exultans. Ergone tanta eſt exultatio, vt exul[illegible] & ipſe crux, nec lethi quidquam habeat, ſed [illegible] tum lætitiæ ſit? Nonquid crux habet exultationem? ita eſt fratres mei. Si fuerit, qui colligat ſemper lignum crucis vitam germinat, fructificat iucunditatem, oleum lætitiæ ſtillat, balſamum ſudat ſpiritualium chariſmatum, non eſt [illegible] ueſtris arbor, lignum vitæ eſt apprehendentibus " illam. Quid mirum ſi dedit ſuauitatem cruci, qui " dedit & igni? aut quomodo crux iudicatur inſi- " pida, vbi dulce ſapit & flamma? Quid enim ſa- " piebat Laurentio ignis, cum irrideret carnificem, " iudicem ſubſannaret? Hæc Bernardus. Eo quod " D. Laurentio craticula fuit, ſicut lectulus floridus, ipſæ vero ardentes prunæ, velut flores & roſæ præ amoris magnitudine. Vnde aſſatus (inquit) gratias ago. Sed quid eſt inquies, quod crucem voces lectulum floridum, cum Chriſtus ipſe dixerit: *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum,* Mat. 16. v. 24.
tollat crucem ſuam, & ſequatur me? Et iterum *qui non* Luc. 14. v. 27.
baiulat crucem ſuam, & venit poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipulus. At lectulus ad quieſcendum deſtinatur, non vt ſuper humeros portetur tanquam onus graue. Sed nunquid non audiſti eundem Chriſtum dicentem cuidam paralytico, *Surge,* Matt. 9. v. 6.
tolle lectum tuum, & vade in domum tuam? Quamdiu Lucæ 5. v. 24.
ergo viuimus, portemus lectulum crucis ſuper Io. 19. v. 17.
nos, ſicut & Chriſtus Dominus portauit; *Nam & baiulans ſibi crucem exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ locum*. Quamuis enim moleſta ex ſe ſit, & oneroſa, tamen ſicut languidus ille à Chriſto ſanatus per vires ab ipſo receptas facile, & gaudenter lectum ſuum portabat; ita & nos prompto & læto animo portare valebimus lectulum crucis, cuius contactu virtute Chriſti ſani & robuſti efficimur. Crux enim Chriſti virtutem confert portantibus illam & vires ad illam, tempore autem mortis erit nobis lectulus floridus ad iucunde cum ipſo quieſcendum. Nam qui viuentes libenter portant eius crucem, ipſa fit illis lectulus floridus, ſicuti & beato Andreæ, in quo iucunde moriantur. Non enim tangit illos tormentum mortis; ſed omnes eius amaritudines conuertuntur in gaudium ſpe vitæ æternæ, ad quam per crucem ſperant peruenire. Moriuntur enim in lectulo florido, vt phœnix, vnde ad nouam vitam & gloriam reſurgunt, cum Chriſto. *Nam beati mortui qui* Apoc. 14. v. 13.
in Domino moriuntur. Opera enim quæ illorum ornarunt lectulum, ad moriendum, ſequuntur illos ad tribunal Chriſti, vt ſibi debitam accipiant remunerationem. Semper tamen meminiſſe oportet non dixiſſe ſponſam, lectulus meus floridus, ſed lectulus noſter, quia ſi in cruce ſolus iaceas, valde torquereris, & ſpinis, aculeiſque dolorum punctus ſuccumberes tormento mortis. At ſi lectulus ſit ſimul tuus, & Chriſti, erit tibi floridus floribus virtutum, quas ipſa germinat per Chriſtum, qui eſt nobis ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio, ſalus, vita & reſurrectio noſtra; & amantibus crucem præclara elargitur dona.

A

De lectulo sepulchri Christi. §.4.

IAm cum Christo à lectulo crucis ad lectulum sepulchri descendamus, vbi eius corpus mortuum myrrha, & aloe perunctum requieuit, *Ps. 4. v. 9.* dum de eo scriptum est, *In pace in idipsum dormiam & requiescam. Et caro mea requiescet in spe.* Lectulus quidem iste totus videtur vmbrosus, opacus, & obscurus, nam saxo magno obseratum est ostium monumenti: & nihil in corpore illo apparebat floridum, sed fœdum vulneribus, liuoribus, & mortis vmbris. Sed adhuc vere est, *Lectulus noster floridus.* *Isa. 11. v. 10.* Quia scriptum est, *Et erit sepulchrum eius gloriosum*, vere gloriosum & floridum ex præsentia corporis, quod etsi mortuum, diuinitati tamen erat vnitum, à qua magis quam à mixtura myrrhæ incorruptum seruabatur, & suauiter olens. quia *Non dabis* (inquit vates) *sanctum tuum videre corruptionem.* *Ps. 15. v. 10. Ps. 27. v. 7.* Quoniam sanctum erat corpus, vt remaneret incorruptum. Et caro quæ per mortem effloruisse videbatur, refloruit per resurrectionem quando ex sepulchro exiit gloriosa. Imo in ipso sepulchro glorificata est & facta florida. Sepulchrum enim fuit velut lectulus, & thalamus, in quo anima Christi reunita est suo corpori præbens illi omnes dotes gloriæ. Vnde & clauso sepulchro prodijt foras Christus gloria & honore coronatus. Et locus qui erat monumentum defuncti, factus est initium triumphi, & prius sepulchrum quam cœlum vidit corpus gloriosum. Vnde & Angeli *Io. 20. v. 12.* vestibus albis, & splendidis induti non dedignati sunt sedere intra illud, nonne lectulus floridus, qui Angelicis floribus erat ornatus? *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel.* *Cant. 3. v. 8.* Ambiebant sepulchrum milites Pilati, vt corpus mortuum in illo clausum custodirent: sed gloriosiores, & fortiores milites electi ex fortissimis qui vident Deum missi sunt à patre æterno, vt illud ambirent. *Ita exponunt Guilielmus & Philo Carpatius.* Astabant enim exercitus Angelorum, venerantes verum Salomonem regem pacificum, qui dormiebat ibi in pace, vt statim à somno resurgeret. Lectulus autem iste etiam dicitur noster, quia iuxta D. Pauli sententiam, *Ad Ro. 6. 4.* *Consepulti sumus cum Christo per baptismum in mortem.* Nam cum in baptismo sub aqua mergimur, mortem Christi, & eius sepulchrum repræsentamus: in quo per contemplationem requiescere, & sepeliri etiam debemus, vt dum Christum mortuum, & sepultum meditamur, eligamus cum ipso emori mundo, abscondi, & sepeliri, & tanquam mortui, & sepulti obliuioni tradi, vt dicamus cum Dauid, *Ps. 30. 13.* *Obliuioni datus sum tanquam mortuus à corde*, id est ex corde: omnes obliuiscuntur mei tanquam mortui, & ego idipsum volo, quia ex corde me puto mortuum cum Christo, vt viuam cum illo in secula seculorum. Amen.



EXHORTATIO XV.

De pulcherrimo, florido, & vmbroso lectulo Christi, qui est Eucharistia, & qua ratione digne recipientes illum lectuli floridi ipsius fiant. Profesto corporis Christi.

CRediderim etiam Spiritum sanctum, præ oculis habuisse diuinissimam Eucharistiã cum hæc verba dictauit: *Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus. Lectulus noster floridus*, seu *ad lectulum nostrum vmbrosus.* Vbi tria præclara nobis commendantur. Videlicet pulchritudo Christi in Eucharistia & qua ratione sacramentum hoc sit lectulus eius, & nos etiam simul lectuli ipsius si digne nos præparemus.

§. 1.

B

ET imprimis quis non miretur infinitam Christi charitatem & pulchritudinem, qui vt vtriusq; nos participes faceret, summe nobis pulchritudinem tradere non est dedignatus, quamuis sub accidentibus panis & vini obuelatam, ne infirmos nostros oculos læderet, & audaciam ad comedendum præberet. De hac enim immensa Christi claritate Diuus Cyrillus ac Diuus Hilarius interpretantur quod Saluator ipse dixit: *Ego claritatem quam dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnum sicut & nos vnum sumus.* *Io. 17. v. 22.* Et quæ est hæc claritas, nisi infinita pulchritudo diuinitatis, quam accepit à patre, & coniunxit carni, & sanguini, quam velatam in sacramento tradit nobis, vt vnionem per amorem cum ipso, & patre suo adipiscamur? *Lib. 1. in Ioan. c. 26. Lib. 8. de Trinit.* Quid ergo pulchrius, & hac claritate splendidius? Bonum & pulchrum per excellentiam vocauit illud Zacharias Propheta, vt iam supra retulimus. *Zach. 9. v. 17. In Exh. 8.* Sed melius sponsa cum admiratione tanquam rem nouam indicans, & quasi digito præsentem ostendens ait,

C

Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Lectulus noster floridus. Vel vt vertunt LXX. *Ecce es bonus fraternus meus, & quidem speciosus ad cubile nostrum vmbrosum.* Si quod sensibus obijcitur ostendas, non est ei species, nec decor. Si quod fides clamat, & intus latet, perspicias, summus est ei decor & species; latet enim quidquid est pulchrum Dei, & Christi hominis, & hoc oculis columbinis intuens sponsa ait: *Ecce tu* quem præsentem, etsi velatum, intueor, pulcher es, bonus, & speciosus, fraternus meus, quia ex mea carne & sanguine naturam similem assumpsisti, sed summa gloria, & pulchritudine decoratam: & totam tradis mihi, vt ea fruar. Semel, aut iterum Ioannes conspiciens Christum in vno vel altero loco digito ostendit illum, dicens: *Ecce agnus Dei qui tollit peccatum mundi.* *Ioan. 1. v. 29. & 37.* At ego millies, & mille in locis digito te ostendo, & dico: ecce

D

tu pulcher es dilecte mi, ecce tu agnus Dei qui tollis peccata totius mundi. Et quod magis nouum, & mirandum est, cum eadem hostia in plures partes diuiditur, non partitur pulchritudo, sed tota integra remanet in singulis partibus, quas designans dico: ecce totus ibi es pulcher, dilectus meus, & decorus. Sed de hac pulchritudine sufficiant dicta in Exhortatione præcedenti.

deori. Apte tamē vocat hic dilectum suum, quia A licet vbique Christus sit amabilis, hic amabilissimus, vbi se abscōdit, vt noster cibus fiat. Quare ardentius quam Betsabee ad Salomonem, (Prou. 31. v. 5.) dicit anima ad Christum hic existentem: *Quid dilecte mi? quid dilecte vteri mei? quid dilecte votorum meorum?* tu vere es dilectus meus, quia propter me factus es homo. Tu dilectus vteri mei, quia propter me factus etiam es cibus, & potus, vt vere intra vterum meum ingrediaris, & commoteris, nouum creaos iterum super terram, vt (Ier. 31. v. 30) nouo modo fœmina circumdet virum. Propter quod tu es dilectus votorum meorum, ad quem tendunt cuncta mea desideria, cogitatus, & affectus. Quid ergo dicam tibi dilecte mi, aut quid faciam pro te? Ecce, lectulus noster floridus, ad cubile nostrum vmbrosus. En quid respondeat.

§. 4.

ET quis rogo modo sponsi lectulus in terra, nisi pulcherrima Eucharistia, vbi sub velo B (In Exh. 5:) sacramenti quiescit ipse & commoratur? Quem supra vocauit accubitum, nunc vocat lectulum, & floridum à flore, quem continet. Nam per verba consecrationis accidentia panis arida instar virgæ Aaron, repente florescunt, & germinant. Nam substantia conuertitur in carnem Xp̄i, qui flos est pulcherrimus, & plurimos flosculos continet, vt supra diximus, cūeū speciosо (In Exhort. 5. & 8.) botro arboris Cypri, & fasciculo myrrhæ assimilauimus. Sed simul est lectulus vmbrosus: qa interponuntur accidentia panis ante splendidissimum eius fulgorem, & vmbrā illi faciunt, vt detur locus fidei, & animus sumptioni. Alioqui quis eum posset conspicere, vel tangere auderet? Nunc autem sub vmbra illius viuimus, & à caloris protegimur ardoribus, ac tanquam in lectulo in eo requiescimus. Vnde merito lectulus noster dicitur, etsi lectulus Christi sit. Etenim dum ipse intra nos commoratur, nos etiam in seipso quiescere, & commorari facit. Et ideo C (Ioan 6. v. 57.) inquit: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo.* Quare in me manet? quia ego sum lectulus, & domicilium ipsius intra quod sit, permaneat, & requiescat à laboribus suis, & à tentationibus protegatur. (Li. de Isaac & anima, c. 5.) Lectus Sanctorum (inquit D. Ambr.) Christus est, in quo vniuersorum fessa secularibus prælijs corda requiescunt. In hoc lecto requieuit Isaac,
» & benedixit filium iuniorem. In hoc lecto recu-
» bans Iacob benedixit duodecim Patriarchas. In
» hoc lectulo recubans archisynagogi filia surre-
» xit à morte. In hoc lecto iacens filius viduæ de-
» functus mortis vincula Christi vocatus voce
» dissoluit. Hæc inquit Ambros. eo quod patrata sint ista per fidem & spem suam in Christo, qui est requies, vita, & resurrectio nostra. Maxime autem quiescimus in lecto isto per dilectionem: *Nam* (1. Ioan. 4. v. 16.) *qui manet in charitate, in Deo manet.* Et qui manducat Christi carnem, ideo manet in eo, quia virtute huius cibi vnitur ei per amorem, & Christus D fit ei cubile, & lectulus, in quo quiescat securus. (Ps. 114. v. 7) *Conuertere ergo anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefacit*, & benefaciet *tibi*, si te coniunxeris illi. (Ps. 131. v. 8.) Sed vlterius dicam illi, *Exurge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tua.* Quæ est sacramentum istud, vbi tu sanctitatis autor lates inclusus, exurge vt sis in me tanquam in requie tua & lectulo tuo, quia tu dixisti, *Q[illegible] me*, manet in me, vt in lectulo suo: [illegible] maneo in illo, vt in cubili, [illegible] quamdiu durant species sacramenti, corporaliter manet in eo Christus, & illis cōsum[illegible] [illegible] spiritualiter, quia libenter in illo requiescit & cum eo commoratur, vt Deus diligens illum, & dilectus ab illo.

Sed hinc nouam desumimus interpretationem, vt cum dicitur, *Lectulus noster floridus, ad cubile nostrum vmbrosus*; verba sint obsecrationis desiderantis vehementer quod Christus veniat ad lectulum nostrum illi præparatum, & per sacramentalem communionem intra nos requiescat. (Luc. 22.) Eucharistia enim pascha est summo desiderio à Christo celebratum in cœnaculo strato & parato à discipulis suis, & ideo summo etiam desiderio à nobis debet exoptari, & efflagitari aduentus eius, præparantibus illi hospitium, & lectulum cordis, vbi digne commoretur, & requiescat; dicendo sicut spōsa: eia dilecte mi qui pulcher es & decorus, veni ad lectulum nostrū, veni ad cubile cordis nostri, vt intra nos maneas, & conquiescas, & tuis castissimis fruamur amplexibus. Ad hoc factus es vmbrosus, vt inter homines posses manere & ab ipsis hospitio recipi. Veni ergo ad lectulum nostrum. Nam cū primum in ipso cubueris, erit per te floridus, & decorus tuaque amabili præsentia valde gloriosus. Sed cur non desiderabis aduentum eius, qui animam quam visitat mirabiliter floridam reddit? Ad eius enim ingressum incipiunt reflorescere humilitas & reuerentia, charitas & deuotio, spes, laudatio, & actio gratiarum. Et quid dicam? ipsa vmbrosa fides reflorescit, & nouum vigorem sumit ex præsentia eius, quem recipit, omnes denique virtutes virescunt, & viridantibus affectibus lectulum cordis ornant, & cantica laudis intonant, vt dulcissimo sponso diem festum agant. Imo ipse spōsus diem festum agit, quia ipse virtutes excitat, & iuuat, vt alacriter suorum actuum flores ac fructus proferant. Dixit Deus à principio, (Gen 1. v. 11.) *Germinet terra herbam virentem, & lignum pomiferum, & factum est ita*, quia verbum Dei instar seminis tantæ est efficacitatis, vt faciat prodire herbas, plātas, arbores, flores, & fructus. Quid ergo mirum, quod coniunctum animæ per sacramentum illam faciat germinare pulcherrimos flores & fructus dulcissimos, quibus ipse delectetur, & illa reficiatur?

Nec solum reddit lectulum floridum, sed vmbrosum, ab vmbra, quæ ex ipsis prouenit, & à præsentia ipsius protegente animam, ne vllus æstus illam lædat. Propter quod sponsa de hoc (Cant. 2. v. Exhor. 27) mysterio loquens ait, *Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi, & fructus illius dulcis gutturi meo.* Sed de hoc fusius infra suo loco.

§. 5.

SEd magis interest tibi scire quid te oporteat facere, qui Christum desideras, & ad tuum inuitas lectulum & cubile. Indecens enim esset ad horridum & spinosum lectulum inuitare. Et ideo priusquam accedas, floribus pulchris, & fragrantibus debes illum aspergere. Pulcherrimus enim sponsus non nisi in pulcherrimo hospitio est recipiendus, & in pulcherrimo lectulo collocandus. Corpus eius mortuum collocatum est in sepulchro nouo, quod erat in amœno horto

[illegible]us consito: sic corpus eius quod A [illegible] latet, & mortem eius repræsen-[illegible]ndum est in anima per gratiam re-[illegible] & quæ hortus sit floridus virtutum ar-[illegible]ribus consita. Talis inquit Diuus Ambro-[illegible]us debet esse anima, quæ verbum est receptu-[illegible] m[illegible]ria or mundo, & cõsepeltatur in Chri-sto [illegible] enim Christus inuenitur, & tale sibi quæ-rit [illegible]ptium, in quo scilicet nihil aliud viuat, n[illegible] ali[illegible]d floreat nisi ipse ac virtus, quæ ex ipso pr[illegible]ed[illegible], & hospitium eius ornat. Forte hac de [illegible]a n[illegible] dixit sponsa: lectulus meus floridus, sed [illegible]lus noster: vt significaret quod lectulus p[illegible]ratus erat, non per ea quæ propria ipsius, [illegible] ea [illegible] erant Christi, ipsa tamen coope-r[illegible] o. Si enim lectulus meus vt meus e[illegible]ider[illegible], quid aliud habere potest, nisi B q[illegible]s ego ex me germino spinas, & tribulos? aut [illegible] on floridus, sed siccus erit, & omni or-name[illegible] destitutus. In hoc autem lectulo non requiescit Christus. & ideo sponsa cum ait in le-ctu o quæsisse dilectum: & non inuenisse, non

[illegible] 3. v. 1 ait in [illegible]ctulo nostro, sed *in lectulo meo quæsiui, & no[illegible] inueni.* Et ideo forte non inuenit, quia in le-ctulo suo. vt suo quæsiuit, debuisset autem quæ-rere in lectulo nostro, qui ipsius esset simul & Chr[illegible]sti, vtriusque opera præparato.

Prçterea apte vocat lectulum nostrum. Quia eisdem virtutum floribus est ornandus, quæ in Christo floruerunt, & modo in sacramento flo-r[illegible]eunt. In eo enim vt sæpius diximus, florescit Christi charitas, & humilitas, obedientia, & per-seuerantia, aliæque virtutes, quas quotidie reui-rescere constat, cum sacramentum denuo cele-bratur. Lectulus ergo cordis eisdem florere de-bet virtutibus, vt Iesus Nazarenus libenter in eo quiescat. Fecit quondam Rex Assuerus insi-

Hester 1. v. 5. gne conuiuium ciuibus suis, quod iussit *Prapa-rari in vestibulo, seu atrio horti, & nemoris, quod regio cultu, & manu consitum erat.* Erat autem hortus C omni amœnitate refertissimus, tam florum fra-grantium, quam pulchrarum arborum, non a-lia manu quam ipsius regis, qui huiusmodi ob-lectabatur labore consitum. *Lectuli etiam aurei, & argentei super pauimentum smaragdinum, & Pario stratum lapide dispositi erant.* Lectuli autem isti non ad dormiendum erant, sed ad epulandum, quo-rum olim vsus erat apud Romanos, Græcos et-iam & Iudæos, & ideo tunc recumbere dicebã-tur. Hæc Rex ethnicus, vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, & magnitudinem atque iactan-tiam potentiæ suæ.

Quid ergo faciet Christus Rex æternæ glo-riæ, dum hoc celebrat conuiuium, vt ostendat diuitias gratiæ & magnitudinem omnipotentię suç erga dilectos filius suos? qualis est cib⁹, talis debet esse locus, & ornatus eius. Cibus foris hu-milis, intus preciosissimus, & totus diuinus: lo- D cus similis esse debet. Mitto modo locum exter-num, qui est templum, altare, vasa. & similia, quæ pretiosissima, & ornatissima esse oportet. Ecclesia quidem hortus Christi est amœnissi-mus omnigenis sanctitatis florib. refertus, & re-gia ipsius Christi manu & cultu consitus: intra quam duntaxat hoc conuiuium celebratur, de

Pro. 9. v. 1. qua dicitur: *Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem, miscuit vinum, & proposuit mensam suam.*

Singuli etiam iusti, horti sunt regio Christi cultu consiti, quia eiu[illegible] gratia, & meritis, omnis eorum iustitia & sanctitas subsistit. Intra hos fit spirituale hoc conuiuium, cum Christum reci-pientes, eos intus reficit, nutrit, delectat, & om-ni replet suauitate. Hi sunt lectuli aurei, & ar-gentei charitate, & sapientia fulgentes super pa-uimentum smaragdinum firmissimæ in Deo spei, & Pario lapide robusti candoris & purita-tis constratum, in ijs lectulis recumbit spiritua-liter Rex gloriæ Christus, & cum eis libens cõ-moratur, tribuens suorum charismatum dona, vt in illis ostendat ineffabiles diuitias gratię suç. Hæc omnia complexa est spõsa dum breui ver-bo dicit: *Lectulus noster floridus*, veni Domine ad illum, vt tu maneas in me. & ego in te per omnia secula. Amen. Sed de hac præparatione fusius in Exhortatione sequenti.

EXHORTATIO XVI.

De turbatione praua conscientiæ, & de requie cordis mundi, quæ disponit ad perfectam re-quiem contemplationis, & de iis quæ circa vtramque sunt obseruanda.

Pro Euangelio, Intrauit Iesus in quoddam castellum & mulier quædam Martha.

Lectulus noster floridus.

POstquam anima Dei gratia pulchra facta est, & suam in ipsum Deum refudit pulchritudi-nem. hoc ei superest, quod hæc verba indicant, *Lectulus noster floridus*: præparare scilicet de nouo, vel paratum offerre lectulum aptum, in quo pulchræ Rachelis fruatur amplexibus, requie-scens in Deo per contemplationem, & Deus in ipsa per dulcem amoris vnitionem. *Quia deliciæ* Prou. 8. *eius sunt esse cum filiis hominum.* Et, *Qui manet in cha-* 31. C *ritate in Deo manet, & Deus in eo*: alter enim alterius 1. Ioan 4 v. efficitur lectulus, in quo manent, & quiescunt. 16. Quis ergo sit iste lectulus animæ, quibus flori-bus ornandus, prçparandus, & offerendus Deo, vt ei gratiam contemplationis impetratur, ex-plicare oportet.

Sed non solis contemplatiuis aptanda est ra-tio lectuli, quin imo etiam conuenit ijs qui in a-ctionem incumbunt, vt Christo placeant, cum in ipsis etiam requiescat. De vtrisque enim di-citur, *Intrauit Iesus in quoddam castellum*, nempe Luc. 10. v. Bethaniam, *Et mulier quædam Martha nomine exce-* 38. *pit eum in domum suam, & huic erat soror nomine Ma-ria, &c.* Per Martham autem, & Mariam com-muniter intelligunt patres eos qui actioni, & contemplationi vacant. Quæ munia aliquando sunt diuisa in plura, aliquando vero coniungũ-tur in vno: Martha autem excepisse Christum D dicitur in domum suam: quia per opera vitæ a-ctiuæ primo recipitur Christus Dominus intra animam, & in cubiculo, ac lectulo cordis ali-quatenus requiescit: domusque interior præ-paratur, vt Maria tranquillius sedeat secus pe-des Domini, & audiat, ac recipiat verbum illius: ipsum etiam Verbum Dei Christus diutius in ea, vt in proprio lectulo requiescat. Quamuis a. hæ duæ sorores fratrem haberent nomine La-zarum, eius tamen nulla fit mẽtio in hoc hospi-tio. Nec sine mysterio, quia Lazarus imaginem

refert peccatoris, qui non pertinet ad Bethaniá, quæ interpretatur domus obedientiæ, cum voluntati Dei, euiusque legi resistat, nec hospitio intra se recepit Christum, quoniam in tum
Sap.1. v.4. est *In malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.* Cuius eor non est lectulus virtutibus floridus, sed vitijs spinosus, & putidus, nec cubiculum est Deo dignum, sed cubile serpentium, & draconum. Cum autem dicat D. Ioannes Christum Dominum di-
Ioh.11. v.5. lexisse Martham, & sororem eius Mariam, & Lazarum, si ad mysterium attendas, hoc insinuat Christum iustos diligere tanquam amicos, peccatores vero, vt ea inimicis amicos faciat, & ex inobedientibus obedientes reddat, vt Bethaniæ digni sint habitatores, apud quos etiá ipse manere possit.

B Primo loco Ioannes nominat Ma-tham, quia actio præcedit contemplationem. Vltimo loco Lazarum, quia ex eo diligitur peccator, quia natura frater est iustorum. Vnde sicut propter orationes Marthæ, & Mariæ Christus fratrem mortuum suscitauit, sic propter preces iustorum benefacit peccatoribus, & eruit à peccatis. In ijs igitur tribus intueamur, quæ ad perfectam lectuli floridi rationem spectant, remouentes prius quæ in peccatoribus hanc gloriosam deturpant nomenclaturam.

De ijs quæ conscientiam turbatam reddunt & contemplationi ineptam §.1.

Isa.28. v.20. Dixit quodam Dominus adultero & infideli populo: *Coangustatum est stratum, ita vt alter decidat, & pallium breue vtrumque operire non potest.* Eo quod iure cóiug j in eodem lecto cum eadem vxore non possint simul esse sponsus, & adulter, sed necesse est, si adulter manet, vt maritus recedat, & vxorem repudiet: aut si maritus permanet, quod adulter abeat, & penitus thorum non attingat. Sic lectus animæ ita coangustatus est, vt in illo nequeant esse diabolus & Christus, virtus & vitium, gratia & peccatum,
Matth.6. v.24. quia *Nemo potest duobus dominis seruire: & non potestis seruire Deo, & mammonæ.* Et, *Quæ societas lu. ad*
2. Cor.6. v.14. *tenebras, aut quæ conuentio Christi ad Belial?* Nec esse Si intrat Christus, decidit diabolus. Si lectus est spinis conspersus, diabolus libenter requiescit, & Christus fugit: si autem est aspersus floribus, Christus cubat in illo, & diabolum odor florum abigit. Ille pallio suæ protectionis animam operit, ne huius malitis illam lædat. Fœlix lectulus, & thorus immaculatus, in quo sponsus, & sponsa, Christus & anima simul requiescunt. Est autem hic lectulus cor purum, & quietum, spiritus rectus & tranquillus, cosc entia munda, & pacata. In quo lectulo Deus suauiter requiescit, & ipsa etiam anima, quæ extra se vagabatur iam
D.Bern.l. sermo 23. in Cant. ad se redit, & intra se manet. Sublata enim sunt omnia quæ quieti internæ obstant, repugnant tranquillitati, & contemplationi Dei obicem ponunt: cuiusmodi sunt quinque illa, quæ alibi retulimus, nempe culpa conscientiam mordés: cura cor purgens, cogitationesque in varia negotia dissipans: passio appetitus feruens, aut fureus qui spiritui contradicit, rationisq; lumen obnubi at: sensus egens, qui necessitatibus proprijs succumbés, nihil nisi de leuamine cogit. t, aut cogitare libet: & tandem irruentium phan-

A tasmatum turba, quæ internam pacem ... bant, & introitum deuotionis extr... un... adsint, lectulus non floridus, sed sp... putidus. Cuncta n. ista sp... ina... vepres & ... ticæ, quæ dum lectulum reddunt hor... & inconcinnum, quietiq; ineptum, sponsum abigunt, ne cesus conenp tu fiuunt amplex... Nec mirum, quia nó pulchra est anima, sed deformis, quæ culpis maculatur, pung... obtuitur passionibus, necessitatibus luc... & irruentibus phantasmatibus non ... quomodo in huiusmodi lectulo requi... potest sponsus pulcher, & decorus, mundus, & pacificus, ac princeps pacis: Pulchra (sit D. Ambr... est acclinatio sponsi; & vbi impudicitia, vbi superbia, vbi iniquitas est, ibi ait Dominus Iesus: *Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet*, quantumuis ores, & pro contemplationis dono impetrando frequenter clames, non exaudieris, & vocatus sponsus, non adueniet, imo potius aufugiet. Miror valde (inquit D. Bernard.) impudentiam aliquorum, qui cum nos sua si... garrulitate tu. bauerint, sua impatientia irritauerint, sua contumacia, & rebellione contempserint, sua inobe. ientia coinquinauerint, audent nihilominus ad tam fœdum concupiscentiæ suæ lectulum omni orationum inst ntia totius puritatis Dominum inuitare, at *Cum extenderitis*, inquit Dominus) *manus vest. as, auertam oculos meos, & cum multiplicaueritis orationem, nõ exaudiã.* Quid enim? lectulus non est floridus, magis autem & putidus, & tu illuc regem gloriæ trahis? ad pascendum hoc facis, an ad causandum? aut potius, si sic loqui licet ad sponsum ipsum defatigandum? In tali n. lectulo non sabbatizat, & quiescit, sed laborat, & fatigatur, vt ipse testatur contra sic sabbatizantes, per eundem Prophetam dicens: *Neomeniam, & sabbatum & festiuitates alias non feram: & Kalendas vestras, & solemnitates vestras*

C *odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta, labor. aui sustinens.* Sed quid tunc inimici? *Viderunt*, inquit Ieremias, *eam hostes, & deriserunt sabbata eius*, & cur non irrideat inimicus quod repudiat dilectus? Nóne irrisione dignum est sabbatum quod requiem sonat, & tumultum affert, amarumque ingerit turbamentum? Cor n. impium, & passionibus agitatum nó est vere quietis lectulus, nec veram habet requiem, quátumuis illam sibi applaudat. In sua namq; requie est inquietissimus, & dum obtinet q̃ desiderat, alia desiderare cogitur, & varijs concutitur fluctibus vt obtineat. Ideoq; ab Isaia recte vocatur mare feruens, & amarum. Nam teste Dauid iam ad cœlos vsque ascendit superbia & ambitione tumens, iã descendit vsque ad abyssos liuore & rancore tabescens: propter q̃ congrue satis dixit Eccles. *Præcordia fatui quasi rota carri, & quasi axis versatilis co-*

D *gitatus illius.* Nam quemadmodum rota carri, seu currus cótinuo motu circa axem versatur, & nó nisi in púcto, quo tangit terrã breuissime quiescit: axis et rotæ infixus, vsloci motu circa axem fixum circúuoluitur: sic affectus & cogitat' impij breuissime quiescút in re adepta, sed mox ex vno in aliud desiderij prolabuntur, nec veram inuenire possunt tranquillitatem. Quod si orandi & quiescendi desiderio ad lectulú cordis cófugere nititur, ibi magis mundanis curis, & cogitationib. cóturbatur. Vt recte dixerit Salom. *Sicut est nim*

Ser... (right margin, partially cut)
Isa.1. v.15.
Threni.1. v.7.
Isa.57. v.20.
Psal.106. v.26.
Eccl.33. v.5.

ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo. A Nam quemadmodum ostium collocatur in cardine, vt quiescat, tamen ita quiescit, vt continua [illegible] rotatione versetur: ita impius ad propria [illegible] pet, ad ea vero quæ Dei sunt piger & segnis, du[m] in lectulo cordis sui orare & quiescere cu[pit], [illegible] am inuenit requiem, sed continua pra[uorum] [illegible] inutilium cogitationū, affectionumque [illegible] cum rotatione vertitur, vt suo se in quiete qu[asi] [illegible] gladio iugulet, & oratio eius fiat in pc[catum].

C[um] e[rgo] [illegible] inata Christi Domini præscriptum ad [illegible] & colloquendum cum Deo oporte[at] [illegible] tare in cubiculum nostrum, i. in cor n[ostrum], [illegible] quod à sponsa lectulus noster dicitur, [illegible] a Septuaginta cubile nostrum vocatur: ne[cesse] [illegible] bi est, vt supra fusius diximus, mundare con[scientiam], pacificare cor, pacare spiritum, & ab [o]mnibus tribulis expurgare, auferendo per to[talem] [illegible] sui abnegationem quinque commemo[ra]ta impedimenta: vt possis sicut inquit Apo- B stolus, leuare puras manus sine ira & disceptatione, & a[b] [illegible] meut[u] s strepitu, ne lectulum tuum, & p[r]æsumptam requiem hostis irrideat, & sponsus repudiet, tunc autem audacter dices cum sponsa, *Lectulus n[oster] floridus*, nam eradicatis impedimentorum spinis statim suboriuntur virtutum flores, imo dum vepres ab illo pellis, simul virtutibus aspergis.

Lib. [illegible] Exhor. 5. 6. & 4. [illegible] est.

[illegible] ad Tim. [illegible] v. [illegible]

De duplici requie vita actiua & contemplatiua, & ordine earum. §. 2.

PRo huius autem clariori intelligentia aduertendum est duplicem esse requiem nomine lectuli floridi subindicatam; vnam ad vitam contemplatiuam, alteram ad actiuam spectantem. Hanc possidebat sponsa. Illam desiderabat, quæ consistit in tranquilla & quieta contemplatione Dei, & puro, simplicique intuitu diuinæ veritatis cum ardenti amore, gaudio & fruitione ipsius. Quam nondum est perfectè adeptus, qui adhuc veritati inquirendæ insudat per multiplices variosque discursus, ac meditationes ca vno discurrendo in aliud, quod non fit sine aliquo labore, & cordis anxietate, de qua forte loquitur sponsa cum inferius ait; *In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea, quæsiui illum & non inueni.* Cant. 3. v. 1.

Diu enim est quærendus per varias meditationes, quæ noctes dicuntur respectu clarioris lucis, quam diuina affert contemplatio, in qua dilectus inuenitur. Altera vero requies potissimè sita est in conscientia munda, tranquilla, & secura, de qua Salomon ait, *Secura mens quasi iuge conuiuium.* Illa enim est secura mens quæ malæ conscientiæ stimulis non pungitur, ita vt sibi ob eius remorsum nō timeat, sed dicere possit cum Apostolo; *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.* Vnde Hebræus textus pro secura mente habet, bonum cor. Nam bonitas, & virtus ve- D ram parit securitatem, & iuge menti facit conuiuium, dum verum solidumque gaudium illi præstat, & requiem illam, quam Christus Dominus promisit, cum dixit: *Tollite iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris.* Obseruatio enim legis, & perfecta Christi imitatio hanc re-

Prou. 15. v. 15.

2. Cor. 1. v. 12.

Mat. 11. v. 29.

A quiem pariunt, quam iusti inueniunt, qui ad Christi similitudinem temporalia contemnūt, appetunt æterna, & soli virtuti acquirendæ iuxta legis directionem student, quos propter hoc Ecclesiasticus vocat homines diuites in virtute, pulchritudinis studium habentes, pacificantes in domibus suis. Eccl. 44. v. 6.

Vtramque hanc requiem, & ordinem earum explicat Diuus Gregorius egregie sub noua metaphora sepulchri, quod cum locus sit vbi corpora mortuorum requiescunt, sicut viuorum in lecto, aptum est symbolum quietis spiritualis: Sicut sepulchrum (inquit) locus est, quo absconditur corpus, ita diuina contemplatio quoddam sepulchrum est mentis, quo absconditur anima. Qui si enim huic mundo adhuc viuimus, cum mente in eum foris vagamur: sed mortui in sepulchro absconditur, cum mortificati exterius in secreto internæ contemplationis celamur: sicut illi de quibus Paulus dicebat: B *Mortui enim estis. & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Actiua quoque vita sepulchrum est, quia à prauis nos operibus mortuos tegit, sed contemplatiua perfectius sepelit; quia à cunctis mundi actionibus funditus diuidit. Quisquis ergo iam contumelias carnis edomuit, superest vt mentem per studia sanctæ operationis exerceat; & quisquis iam mentem per sancta opera dilatat, superest, vt hanc vsque ad secreta intimæ contemplationis studia extendat. Hinc Abraham coniugem mortuam in sepulchro duplici sepelit, quia perfectus quisque extinctam à præsentis vitæ desideriis animam suā sub bonę operationis tegmine, & contemplationis abscondit. Tuncque fit quod scriptum est in Iob; *Et ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo.* Actionis namque tempus primum est, contemplationis extremum: Vnde necesse est vt perfectus quisque prius virtutibus mentem exerceat, atque hanc postmo- C dum in horreum quietis condat. Hæc D. Greg.

Lib. 6. Mor. c. 17. Hoc habet lib. 5. Mor. c. 5.

Hac in l. 6. c. 17.

Ad Col. 3. v. 3.

Gen. 23. v. 19.

Iob. 6. v. 26.

Quæ si ad metaphoram lectuli transferas, aptissime quadrant iis, quæ diximus. Prius enim ad contemplationis quietem ob inedam mortificandæ, & eradicandæ sunt impedimentorum vepres deinde ornandus, & aspergendus est lectulus cordis studiosorum actuum floribus, quibus conscientia nihil redolet, nisi pietatem nisi mansuetudinem, nisi obedientiam, nisi humilitatem, nisi iustitiam, pacem, & gaudium in Spiritu S. Harum n. odor cœlestem sponsum recreat, inuitat, ac pertrahit, vt in lectulo florido gaudenter requiescat, animaque quiete cum illo intra se libens permaneat.

Hoc etiam amplificat vox Hebræa, quæ viridem significat, sicut & floridum, quasi lectulus esset viridi, & odorifera herba constratus & virentibus arborum ramis, non sine fructibus coopertus. Hæc autem feruentes animi virtutes indicant, quæ semper virescunt, & mira pulchritudine, ac odoris suauitate delectant. *Nam gra-* D *tiam* (inquit Ecclesiasticus) *& speciem desiderabit oculus tuus, & super hæc virides sationes.* Et quid sunt virides sationes super omnem gratiam, & speciem, pulchritudinemque humanam desiderabiles, nisi virtutes recenter in anima sata ab ipso sponso Christo, qui omnium est sator virtutum. Et cur virides vocantur, nisi quia interius oculos Eccl. 40. v. 22.

los lætificant, spem coucillant æternitatis, & magnum fructuum indicant incrementũ, quod marcorem nesciat, quia ab ipso satore Christo conseruatur, nec differtur fructus, sed cum floribus adest, nam de se inquit sapientia: *Flores mei fructus honoris, & honestatis.* Sunt ergo virides isti flores, visui pulchri, odoratui suaues, & dulces gustui, vt cunctos animæ satient apper tus.

Eccl 24. v. 23.

Fauet etiam sensus LXX. Ad lectulum, vel cubile nostrum vmbrosus, quasi constitutus esset in loco ramorum viridantium, vel procerarum arborum protecto, aptusque esset ad quiescendum in meridie absque vlla eminentis æstus læsione. Hoc autem plenam, ac perfectam cordis tranquillitatem indicat, quando virtute Altissimi obumbrante cessat intestini belli frequens molestia, & tentationum, ac concupiscentiarum æstus frigescit. Quod licet Spiritus sancti protectio, & gratia potissime præstet, tamen flores virides virtutum rami cum valde excrescunt, nimium iuuant; quoniam appetitus coercent, & affectionum comprimunt impetus, ne internam pacem perturbent. Iuxta id quod scriptum est in Iob. *Bestias terræ non formidabis, sed cum lapidibus regionum erit pactum tuum, & bestiæ terræ pacificæ erunt tibi, & scies quod pacem habeat tabernaculum tuum*; quia Dei gratia hostes inuisibiles superabis; lapidum offendicula non te lædent, ac si cum ipsis pactum iniisses; & bestiales passiones carnis tuo subdentur spiritui, vt pacatum maneat tabernaculum cordis tui.

Iob. 5. v. 22.

Cum igitur lectulus cordis est thorus immaculatus, thalamus pijs desiderijs floridus, speciosis viridis virtutibus, Dei protectione vmbrosus, & à carnis molestijs, ac perturbationibus securus, aptus est Dei contemplationi, & diuinis cœlestis sponsi amplexibus; quia, *Factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion.* Libenter pascitur inter lilia, ac inter viridantes ramos ad vmbram in meridie cubat, vt dilectæ animæ, quæ ita se strenue præparauit, contemplationis desideratam requiem affluenter tribuat. Quare non est mirandum, quod requies ista denegetur non tantum peccatoribus, sed etiam tyronibus, etsi iustis, qui nondum operibus vitæ actiuæ, quietum, & ornatum Deo lectulum præpararunt.

Ser. 46 in Cant. De hoc supra l. 3. Exhort. 17.

Nam (vt inquit Diuus Bernardus) delicato satis otio dormitare cupiunt, qui nondum exercitati quiescere appetunt; adepti quidem sunt primam pulchritudinem, adipiscantur secundam, vt sint bis pulchri sicut sponsa, & tunc dicerere poterunt Deo, lectulus noster floridus.

Quomodo sedanda sit inquietudo vitæ actiuæ, ne impediat contemplatiuam.

§. 4.

SEd adnectere oportebit inter eos, qui in Ecclesia, vel in religionibus, vitæ actiuæ & contemplatiuæ vacant, non inueniri semper omnimodam requiem, & tranquillitatem, quæ per lectulum floridum designatur; sed nonnunquam aliquas spinulas exoriri, quæ pacem turbant, per hoc tamen non desinunt esse lectulus Christi floridos, etsi minus præparatus, quam deceret. Nonne in Bethania sæpius Christus re-

Luc. 10. v. 40

quiescebat cum Martha, quæ ministrabat ei, & Maria, quæ sedens secus pedes eius audiebat verba illius? & tamen nonnulla exorta est turbatio, dum Martha querula inquit, *Domine, non est tibi cura quod soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi vt me adiuuet.* De sorore conqueritur, quod eam solam reliquerit: de Domino vero quod nulla ei huius cura fuerit; aut forte melius, cum Diuo Augustino, eum vt iudicem interpellat inter ipsam & sororem; contra quam solum erat querela. Sed quia hæc non ex odio, liuore, vel praua aliqua voluntate, sed ex immoderato feruore procedebat, Christus Dominus diligebat illam, vt Diuus Ioannes testatur. Vnde amanter eam corripit, dicens, *Martha, Martha solicita es, & turbaris erga plurima; porro vnum est necessarium.* Tu me recipis in tuo hospitio, ego tanquam in lectulo cupio requiescere in corde tuo: sed turbatum est, & distractum in plurima ob nimiam solicitudinem, seda turbationem; plurima redue ad vnum necessarium, & tunc pax erit tibi cum sorore, & gratum vndique erit mihi ministerium tuum.

Ser. 26. de verbis Domini.

Ioh 11. v. 5.

Vtraque ergo vita actiua & contemplatiua his duabus sororibus repræsentata Christo placet, & grata est; si à Martha auferas turbationem, & a Maria segnitiem. Vtraque etiam assistit Christo, sed diuerso modo: Maria quidem sedens secus pedes Domini quiete & permanenter: Martha vero transiens ministrando, & aliquando stans, sic enim dicitur, *Martha satagebat circa frequens ministerium, quæ stetit, & ait.* Notandum est (inquit Diuus Gregorius) quod Martha transeundo Dominum vidit, non tamen transeundo, sed stando locuta est: nam Euangelista caute expressit, dicens, quæ stetit, & ait. Quo profecto exemplo instruimur, vt qui fratribus ministeria exhibemus, si per moram sedere ad Redemptoris pedes non possumus, per aliquantulam moram Redemptori assistere debeamus: sed bene ei adsistimus, si transeundo, & seruiendo videamus. Quid est autem transeundo Dominum cernere, nisi in omni nostro bono opere ad ipsum redigere cordis intentionem? Transimus enim quando huc illucque discurrendo in membris suis Domino ministramus: sed transeundo Dominum cernimus, si per omne quod agimus, præsentem nobis ipsum, cui placere cupimus, contemplamur.

Lib. 5. in 1. Reg. c. 4. prope finem.

Hæc Gregorius: vbi egregie satis docet, quomodo quis simul possit, & debeat operibus vitæ actiuæ incumbere, & tamen Deo assistere per breues morulas contemplationis, aut per orationes quas vocant iaculatorias, aut Dei præsentiam ingiter intuendo. Tunc autem simul Domino ministrabit, & tamen cor eius lectulus erit floridus, in quo libenter Christus requiescet.

Qui autem huiusmodi sunt, semper ad quietam contemplationem anhelant, & eius pace morosius frui desiderant; & ideo instanter & confidenter auxilium contemplationis à Domino petunt. Notandum est (ait idem D. Gregorius) quod Martha confidenter loquitur, dicens, *Domine, non est tibi cura quod soror mea reliquit me solam ministrare?* Quod certe perfectis quibusdam operariis sanctæ Ecclesiæ conuenit,

Vbi supra.

qui

... Deo preces tanto fiducialius A
... quanto laboriosius et in membris suis
... eminuerunt. Sed subdit Martha, *Dic ergo illi vt me adiuuet*: id est, scio quod nisi iussu tuo non veniet in auxilium mihi; dicito ei, & veniet. Ac si clarius diceret, Indigeo quietis contemplationis adiutorio, sine qua tot actionum labores ferre non valeo, nec tamen illam ad me adducere possum: Tu ergo, Domine, ... fiat lux, & facta est lux; dic contemplationi, & mox adueniet, cuius auxilio ad laborandum potentior fiam, & alacrior. *Lectulus noster floridus*, multis pro tui amore ... adornatus; veni Domine ad ... per te requiescas, vel potius ego te... requiescam; requies enim mea etiam est tua.

Exaudiuit autem Dominus has preces: nam & Martha creditur, quod aliquo tempore sedebat cum sorore ad pedes Domini, audiendo illius verbum, quod indicat particula illa; B etiam, cum dicitur, *Quæ etiam sedens*: denotat enim quod non sola Maria sedebat, sed etiam quod à principio Martha, cuius mentionem fecerat, pariter sedebat cum illa, licet cito ministerii causa surrexit à Christi pedibus: oportebat tamen illam non ita turbari, & in pluribus distineri, vt plus temporis, & tranquillius ibi posset permanere.

Ex his deduci potest, quam præclare beatissima Virgo, quam Christi lectulum appellauimus, lectulum suum affectibus, & actibus vtriusque vitæ præparauerit, absque eo quod in ea inuentum sit aliquid Lazari, vel vllum spinarum genus, nec etiam spina originalis culpę, quę omnes filios Adæ pungit, & cruentat, ac prius reddit lectulum diaboli, quam per sacramentum fiat lectulus Dei. Abfuit enim à tanta virgine, vt nec ad momentum temporis inimici spinosus lectulus fuerit, sed semper Christi, & omnium florentissimus. Vnde nec solum eam C non tetigit Lazari miseria, sed nec Marthæ solicitudo, & turbatio, nec derelictio illius facta à Maria, mitoenim modo vtramque vitam confœderauit, solicitudini Marthæ summam adiungens tranquillitatem, & tranquillitati Mariæ conuenientem erga proximos addens solicitudinem, in vtroque illud vnum quærens, de quo Saluator ait, *Porro vnum est necessarium*; nempe Dei sequi beneplacitum, siue in actione, siue in contemplatione; à quo nunquam Deipara recessit, quæ semper commorata est in Bethania, & fuit domus obedientiæ in omnibus, & per omnia diuinæ subdita voluntati. Vtinam eius precibus hoc vnum quęramus, & inueniamus in secula seculorum. Amen.

❧(o)❧

EXHORTATIO XVII.

De desiderio quietis, & perfectæ contemplationis, & de iis quæ circa ipsam obseruanda sunt maximè à religiosis.

Lectulus noster floridus.

Etsi quæ hactenus diximus fidelibus cuiuscumque status aptari possunt, apte tamen cum Diuo Bernardo religiosis possunt conuenire, qui in suis claustris & monasteriis, tanquam in lectulis, à curis & solicitudinibus sæculi separati diuinæ contemplationi tranquille vacant. Est autem religiosus lectulus vmbrosus, & floridus. Vmbrosus quidem non tantum à diuinæ protectionis vmbra, sed etiam quia tria vota castitatis, paupertatis & obedientiæ, à libidinis, auaritiæ, & ambitionis ardoribus eos protegunt. Floridus vero propter florentia sanctorum Patrum exempla, qui eos præcesserunt; & propter pulchra ac suaueolentia eius instituta, & regulas, quæ obseruatores earum pulchros, ac fragrantes reddunt, pellendo inobedientiæ vepres, quæ sponsum à lectulo abigunt, & flores in suo virore conseruando, ne marcescant, vel arefiant. Hunc lectulum ita ornatum sponsa dilecto suo ostendit, quasi deprecans, & inuitans, vt in eum per gratiam contemplationis veniat, in eo semper commoretur, & sua præsentia flores crescere, & gloriosos parturire fructus faciat. *Ser. 46. in Cant.*

§. I.

Hoc desiderium, inquit Diuus Bernardus, his verbis insinuat sponsa: Quorsum enim postquam dilectum pulchrum vocauit, & decorum, lectulum ei floridum ostendit? Profecto quæ lectulum monstrat, quid desideret, aperit; nempe Dei aduentum, & intimam ipsius præsentiam in cordis arcanum, vt mutua sit in illo spiritualis quies, mutuaque vtriusque familiaris conuersatio. Ex hac enim Dei præsentia intra illam omnis eius pulchritudo, profectus, & perfectio procedit, *Væ soli* (inquit Ecclesiastes) *quia si ceciderit, non habet subleuantem se: si dormierint duo, fouebuntur mutuo, vnus quomodo calefiet?* Quomodo in Dei amore ignescet? quomodo deuotionis spiritu impinguabitur? Nam sine Christi consortio algens, & torpens acediæ frigore iacebit; at si Christus adsit, calore suæ gratiæ fouet illam, accendit, inflammat, & veram requiem tribuit, ad modum quo Apostolorum nauis fluctibus iactabatur, vel D quia Christus Dominus abscesserat cum in terra manserit, vel licet esset intus, tamen dormiebat, at ingressus in illam, vel expergefactus à somno mandauit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna: sic cum Deus abest à peccatore, vel manet intra iustum, sed quasi dormiens; & ac si absens esset, magnis turbationum *Tract. de diligendo Deo fere à principio.* *Eccl. 4. v. 10.* *Mat. 14. v. 24. & c. 8. v. 26.*

fluctibus concutitur, at cum fit præsens, suæque præsentiæ signa exhibere gestit, miram efficit tranquillitatem. Quare mirum non est, quod eius aduentum ad lectulum cordis desideret, vt quietam cum eo, & pulchram agat vitam.

Sed nunquid iam non habebat illum secum, & cum eo loquebatur cum se reciprocis prosequebantur laudibus; quid ergo amplius desiderat? imo cur non desideret? Nam diuinus amor ignis est, qui nunquam dicit sufficit. Pulchritudo cœlestis sponsi adeo est imméſa, vt quo plus hic conspicitur, amplius videri desideretur; & quanto magis diligitur, tanto magis mouet, vt amplius diligatur. Ardebat amore quæ dixit, *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Nondum commoratur quantum cupio, sed spero quod intimius commorabitur in futurum; ideo dilecte mi, *En lectulus noster floridus.* Imple desiderium meum, da quod cupio, vt intra me permanenter quiescas, & tuis castissimis fruar amplexibus: renunciemus iam diuisis operibus; vna sit vtriusque mens, vna voluntas, imo vna voluptas, & vna quies, vt tu sis in me, & ego in te, nec vlla creatura possit vnquam nos ab inuicem separare.

3. Sed si tam ardenter Christi sponsa hoc desideraт, quid est quod non clare & expresse petit illud, dicens; Veni dilecte mi, quia lectulus est floridus, & concinnus, sed tantum ait, *Lectulus noster est floridus*; insinuans quod concupiscit, sed non petens. (Vide lib. 3. Exhort. 3.) At sapienter quidem; quia contemplationis requies non tam à Deo est petenda, quam promerenda. Petere enim nonnihil arguit præsumptionis; promereri vero indicium est feruoris. (Pro. 16. v. 1.) Nostri est cum Dei auxilio animam præparare, præparatamque illi offerre: Dei vero est cum expedit, gratiam contemplationis infundere, sat est dixisse illi, *Lectulus noster est floridus*; quia si floridum conspicit, hilaris curret ad illum; quia deliciæ eius sunt esse cum filijs hominum; agnoscit flores, quos non germinauit ex se lectulus, sed ipse sua gratia est elargitus, vt esset apte constratus; & ideo libens venit ad lectum, quem ipse sibi præparauit: & ideo sponsa non dixit lectulus meus, sed noster, est floridus, quasi proprios ipsius sponsi flores illi ostendens, vt eum suauius alliceret. Quod sic explicat idem Diuus Bernardus, (Tract. de diligendo Deo citato.) „cum floridum nunciat, satis indicat vnde quod desiderat, obtinere præsumat; non enim de suis meritis, sed de floribus agri, cui benedixit Dominus: (Gen. 27.) gaudet sponsus cœlestis talibus odoramentis, & cordis thalamum frequenter, libenterque ingreditur, quem istiusmodi refertum fructibus, floribusque respersum inuenerit: vbi suæ videlicet, aut passionis gratiam, aut resurrectionis gloriam sedula inspicit cogitatione versari, ibi profecto adest sedulus, adest libens. Hæc ille; insinuans meditationes passionis, ac resurrectionis animam præparare, & floridam reddere, vt altiori contemplationi apta fiat. Quod ipsa sponsæ sententiarum series satis indicat, cum prius dixerit fasciculus myrrhæ, & botrus cypri dilectus meus mihi. Et postea dixerit, *Lectulus noster floridus.* Sed vnde floridus? ex fasciculo myrrhæ, & ex botro, flosculisque cypri. Quæ duo ista mysteria repræsentare diximus, vt ex vno colligas flores virtutum, quæ animam purificant, & amorem nutriunt, ex altero vero, quæ cor spe & gaudio dilatant.

§. 2.

4. SEd cur, quæso, sponsa cor suum non lectum, sed lectulum vocat? an quia gaudent diminutiuis amantes, vt sui amoris blanditiem ostendant? sed Christi sponsa gaudet humilitate; ideoque cor suum non lectum, sed lectulum, eumque minimum profitetur. Minimus enim est ei, quem cœli ipsi nequeunt capere, *Si cœli cœlorum* (ait Salomon) *te capere non possunt, quanto magis hæc domus quam ædificaui!* (3. Reg. 8. v. 27.) & quanto magis lectulus iste, quem tibi præparaui? Etsi ergo in se magnus sit, quia diuinis virtutibus floridus, tamen vt immensi Dei sit domicilium, non nisi strictissimus lectulus nuncupatur. Deinde lectulus dicitur, quia parua est, & breuis requies, quæ in eo capitur, si æternæ comparetur. In cœlo quidem contemplatio est æterna, clara, immutabilis, ac summe delectabilis; in terra vero breuis, obscura, mutabilis, & vt gutta mellis. Heu rara hora, & breuis mora! qua frui licet florido contemplationis lectulo: qui etiam est floridus, vt etiam sit vmbrosus; quia omnis contemplatio, delectatio, ac quies huius sæculi vmbrosa est, ex eo quod fidei obscuræ nititur, *Videmus enim nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.* (1. Cor. 13. v. 12.) Lectulus itaque cordis quantumuis floridus sit in hoc sæculo, situs est in loco vmbroso, illuminato quidem à lucerna fidei, non à claritate solis, quia hæc cœlo reseruatur; & qui hic mysteriorum fidei quæreret euidentiam sine vmbra, nec illam posset obtinere, nec diuinæ contemplationis gustaret dulcedinem. Nam quemadmodum manna colligendum erat mane luce solius auroræ, antequam oriretur sol, (Exod. 16. v. 21. Sap. 16. v. 27.) nam ab exiguo solis radio calefactum statim tabescebat: sic cœlestis contemplationis dulcedo non obtinetur, nisi obscuro lumine fidei quæratur: nam qui lumen clarum solis, humanæque intelligentiæ, aut sensuum experientiæ expectat, nihil inueniet, sed potius ea quæ supra naturam sunt coram illo euanescent, nec illa poterit intelligere, aut ex eis proficere. Vnde nec sponsa ausa est quærere sponsum in cubiculo, nisi per noctes, (Cant. 3. v. 1.) sciens in die claritatis non iam quærendum, sed possidendum.

In cuius etiam figuram Angelus, qui personam Dei repræsentabat, & cum Iacob tota nocte luctatus fuerat, dixit illi, *Dimitte me, iam enim ascendit aurora.* (Gen. 32. v. 26.) Et cur Angelus tam sollicitus fuit recedere ante ortum solis; nisi vt mystice significaret, diuina in hoc seculo non esse clara luce conspicienda, sed obscura? Vnde ante ortum solis benedixit ei, & mutauit nomen eius Iacob in Israel, id est videntem Deum. Et statim subditur, quod *Vocauit nomen eius Phanuel*; id est videns Deum. Et postea, *Ortus est ei sol.* Si ergo benedictionem à Deo impetrare cupis, & Israelis nomine gaudere, non expectes lucem claram solis, sed lumine vmbroso fidei vtere; quoniam ad lectulum cordis non venit sponsus, nisi vmbrosus, & per fidem est videndus,

[illegible] ontemplanda. Postea A [illegible] ut tibi sol, & clare osten-[illegible]

[illegible] per lectulum floridum & [illegible] Scripturam sacram, in [illegible] mutuo conquiescunt, & [illegible] ibusque coniunguntur a-[illegible]. Est autem floridus, quia om-[illegible]m ac virtutum floribus abun-[illegible] iam & consilijs, mirisque do-[illegible]t; est tamen vmbrosus, quia [illegible] culiaribus, & profundis sen-[illegible]us, quæ non nisi lumine fidei [illegible] possunt, ac inueniri. In hoc [illegible] anima eum Dei verba audire, [illegible] ditati studet. Tunc autem per [illegible]m Scripturæ sic perceptum re-[illegible]o interni verbi semen, quod est [illegible]o, & allocutio, cuius virtute B [illegible] corde fragrantium desideriorum [illegible], postea que sanctorum operum [illegible] aliquando etiam spiritualium filio-[illegible]; quæ omnia perfecta anima se desi-[illegible]nuat, cum lectulum sponso demon-[illegible]on stetit coram ipso inueniatur, sed [illegible]is operibus, quam filijs spiritualibus [illegible]a.

[illegible]at autem Beda sponsam semper hacte-[illegible] ncupiscere manere cum suo dilecto in [illegible]s, vel in lectulo, aut domo, vel alio in-[illegible] loco, quia semper in tranquillitate pa-[illegible] posset, Domino famulari, & cœle-[illegible]bolem propagare desiderat. Et ideo v[illegible] lectulum floridum, quia tempus tran-q[illegible]tis & pacis floridum est, multis filiis fide f[illegible]ibus, qui gignuntur in eo; at vero spon-sus [illegible]pius vocat eam vt foras exeat ad agros, & vineas, quia crebris eam disponit nunc exerce-re tribulationibus, quo mundior ad cœlestem patriam perueniat.

§. 3.

DENIQVE non abnuo insinuari hic peractis neg[illegible]tia, & ministerijs actiuæ vitæ, ad se-[illegible] recurrendum esse, & secedendum ad [illegible]pus, vt vacemus contemplationi. Quod [illegible] libet confirmare egregio testimonio Di-[illegible] Augustini explanantis id quod Scriptura di-[illegible] peractis sex dierum operibus, *Compleuit Deus die septimo opus suum quod fecerat, & requieuit die se-ptima ab vniuerso opere quod patrarat, & benedixit di-ei septima, & sanctificauit illum, quia in ipsa cessaue-rat ab omni opere suo, &c.* Certum (inquit Diuus Augustinus) est Deum in operibus suis non la-borasse, vt post laborem indigeret requie; sicut „ homines: nec enim cum crearit defessus, nec „ cum cessauit refectus est, sed nos voluit per Scri-„ pturam suam ad quietis exhortari desiderium „ intimando nobis eum diem se sanctificasse, in „ quo quieuit ab omnibus operibus suis: nam nus-„ quam omnium sex dierum, quibus creata sunt D „ omnia, legitur aliquid sanctificasse; sed diem „ istum in quo requieuit ab omnibus operibus „ suis quæ fecit, sanctificare voluit, tanquam & „ apud ipsum, qui nihil in opere suo laborat, plus „ quies quam operatio valeat. Propter quod Sal-„ uator noster meliorem partem tribuit Mariæ,

Ioa. c. 2. [illegible] Lu c. 14. Ioa. Lu. 10. v. 41.

quæ sedens ad pedes eius requiescebat in verbo „ illius, quam Marthæ, quamuis propter obse-„ quium quo ei ministrabat circa multa occupa-„ tæ. Hæc Augustinus: qui etiam ait, quod sicut *Luca. 9.* recte dicitur Deus facere quidquid ipso in no-bis operante fecerimus; ita recte Deus dicitur requiescere cum eius munere requiescimus; ta-men insinuat speciali quadam ratione diē Sab-bati, id est requietionis, dici sanctificatum; quia tunc soli Deo, & contemplationi tranquillæ i-psius vacatur.

Quare, iuxta tanti doctoris consilium, fini-tis operibus vitæ actiuæ, semper eligendus est locus & tempus ad vacandum orationi & con-templationis quieti, quam apud Deum plus va-lere dicit, quam operationem. Sicut ipse Chri-stus, expleto prædicationis officio cum populis, secedebat in deserta, & ascendebat solus in mō-tem, vbi pernoctabat in oratione Dei, formam præscribens, sicut notat Diuus Ambrosius, quā debemus æmulari, & Apostolus peractis missio-nibus inter oppida varia dixit, *Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum.* Oportet e-nim nos esse sicut consules, & principes, quo-rum mentio fit in libro Iob; qui præter palatia, & regias domos, quas habent in vrbibus, ædifi-cant sibi solitudines; id est, alias perpulchras domos in agris, & locis solitariis, vbi à tumultu & strepitu negotiorum sileant, & requiescant; quoniam expletis ministeriis, cum proximis o-portet solitaria & quieta loca eligere, vbi Deo vacemus, & in eo requiescamus. Qua ratione Dauid multitudinem negotiorum pertæsus, di-cebat, *Quis dabit mihi pennas sicut columba, & vola-bo, & requiescam?* Designans autem locum vbi requiescere desiderabat, ait, *Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine,* in qua nimirum requieuit. Vnde & mulieri, quæ Ecclesiam repræsentabat, post cruciatum, vt patet, & post tumultuosum bellum cum dracone, datæ sunt duæ alæ aquilæ C magnæ, vt volaret in desertū, vbi secura requi-esceret. Dauid quidem, qui legis veteris figuram referebat, appetebat alas columbæ, quæ non multum in sublime tollitur: mulieri vero, quæ ad legem gratiæ spectabat, datæ sunt alæ aqui-læ magnæ, quæ in cœlo collocat nidum suum, à terra & tumultu remotissimum, vt magis tran-quilla sit quies, & conuersatio cum Deo. Felix cui Deus dat sicuti onagris domum in solitudi-ne, in qua soli Deo vacare possit. Forte de huius-modi domibus dicit sponsa, *Lectulus noster flori-dus, tigna domorum nostrarum cedrina;* quia huius-modi solitudinis domos oportet esse virtutibus decoras, & ornatas, vt libentius intra eas in le-ctulo cordis, quiescamus cum Deo, & Deus no-biscum, donec transactis sex mortalitatis die-bus, adueniat septimus æternitatis dies, vbi sit quies æterna, & pax perpetua cum ipso Deo clare viso, cui sit honor & gloria in sæcula sæculorum. A-men.

Lu 6.v.12. *Libro 5. in Lucam.* *Mar. 6. v. 31.* *Iob 3.v.14.* *Ps. 54. v.7.* *Apoc. 12. v.14.* *Iob 39. v 6.* *Vide Diuū Gregor. in hunc locū Iob. & in alterum c. 3. v. 14.*

EXHOR-

EXHORTATIO XVIII.

Pro Festo omnium Sanct. circa Euang. & pro Festo Dedicat. Ecclesiæ.

De domibus Dei quæ sunt Ecclesiæ, religiones, & animæ piæ, atque beatæ: de virtutibus & præmiis quibus fulciuntur, & decorantur.

Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.

QVem prius lectulum nostrũ floridum, nũc spõsa vocat domos nostras trabibus cedrinis, & laquearibus cypressinis compactas, non tamen vocat domum, sed domos, sicut dixerat lectulum, & non lectulos: quoniam quæ plura sunt in seipsis, vnum fiunt per amorem, pacem, & vnionem, quam lectulus indicat. Omnia autem quæ per tigna, laquearia, & domos significantur, ad hoc tendunt, vt in vno lectulo cordis virtute vnius mediatoris Christi, Deus, & anima, per mutuam quiescant dilectionem. Vt autem breuitati consulamus, sat sit aduertisse cuncta, quæ Christo Domino fuisse lectulum diximus, easdem domos illi esse pulcherrimas, pretiosis tignis, & laquearibus ornatas, vt facile constabit ex iis, quę de ijs similitudinibus iam dicemus, iuxta duplicem communiorem Patrum interpretationem.

Quæ & quot sint domus Dei. §. 1.

1\. PRIMO tamen explicandum est breuiter, quid intelligat sponsa per domos nostras, (1. ad Tim. 3 v. 15.) cum ait, *Tigna domorum nostrarum cedrina*, plures enim esse satis indicat: nam licet vna sit Ecclesia Catholica, quæ (vt inquit Apostolus) est domus Dei viuentis, cuius caput est Christus Dominus, & Vicarius eius Pontifex Romanus Petri successor; tamen adeo est ampla, vt singulæ eius partes, seu particulares Ecclesiæ, proprios habentes Episcopos, & Pastores, domus etiam vocentur & Christi, & nostræ, quia tam ipse, quam nos, in illis habitamus. Et ideo sponsa Christum alloquens, non domos meas, nec tuas, sed nostras vocat, licet ipsius magis sint; quia fundauit eas, tantaque pulchritudine & decore ornauit, vt in eis summus eius decor, & (Ps. 47. v. 4.) diuinitas conspiciatur; iuxta illud Psalmi, *Deus in domibus eius cognoscetur, cum suscipiet eam*: id est cum possessionem ceperit Ecclesiæ, eamque in sponsam: & sub tutela, ac protectione sua susceperit, tunc ex magnalibus, quæ in ea operari dignabitur, eius maiestas, sapientia, bonitas,
2\. & omnipotentia cognoscetur. Quæ autem de particularibus Ecclesijs diximus, peculiaribus etiam religionibus, religiosisque familiis (Serm. 46. in Cant.) cum Diuo Bernardo aptare possumus. Omnes D (Ps. 44. v. 10) enim Christi sunt domus, quas Dauid vocat eburneas, bene tersas, politas, candidas, mundas, nitidas, & pretiosas, quæ etiam continent myrrham, guttam, & casiam, ac omnis generis aromata, quia omni ex parte sunt pulcherrimæ, & odoratissimæ gloriam Christi manifestantes

A in tota Ecclesiam vniuersalem, quæ hac mira varietate domorum est valde amabilis, vt liceat cum Psalmista dicere, *Dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ*. (Ps. 25. v. 8.)

3\. Sed quia domus hæc spiritualis est, ex pluribusque hominibus maxime ex iustis fabricata, hinc est quod singuli iusti per domos nostras veniant intelligendi; attestante hoc D. Paulo, dum ait, *Christus vero tanquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos; si tamen fiduciam, & gloriam spei, vsque ad finem firmam retineamus*. (Ad Heb. 3. v. 6.) Quod confirmat D. Petrus, dicens, *Ipsi tanquam lapides viui superædificamini domus spiritualis*. (1 Pet. 2. v. 5) Et clarius sub alio nomine, non multum absimili, idem docet Diuus Paulus, cum ait, *Nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? an nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est?* (1. Cor. 3. v. 16 & 6 v. 19) Et hinc deducitur ratio cur sponsa, cum B de vna loquatur anima, recte dixerit, *Tigna domorum nostrarum*; quia licet iustus vnica sit domus Dei, tamen singula eius spiritualia membra, id est potentiæ sensus, animæque facultates, domus ac templum Dei dici possunt, in quibus inhabitat Deus per singulares gratias, quas in illas effundit. Propter quas domus istæ adeo sunt pulchræ, vt in illis Deus etiam cognoscatur, & eius immensus decor manifestetur.

Super has domos est alia longe pulchrior in cœlo, de qua Diuus Paulus ait, *Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus domum non manufactam æternam in cœlis*: (2. Cor. 5. v. 1) id est cœlestem patriam, in qua Deus in beatis, & beati in Deo eius decorem intuentes, perpetuo commorabuntur: etsi autem vna domus vocetur ab Apostolo, dicitur tamen plures, quia iuxta Saluatoris sententiam, *In domo Patris mei mansiones multæ sunt*: id est, (Io. 14.) diuersi gradus gloriæ diuersorum Sanctorum meritis accommodati.

Iam vero istarum domorum decorem decla- C remus, vt depingitur à sponsa, dicente, *Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina*: tigna dicuntur trabes parieti innixæ, vel insertæ, quæ tectum sustinent: laquearia vero sunt tabulata laqueata, & concinne sculpta, quæ vt plurimum in testudines concamerantur. Tigna necessaria sunt domui; laquearia vero à lignis pendent, & sustentantur, plurimumque habent ornatus. Hinc deducendum est quod hæc in spiritualibus domibus repræsentent. (Tech... de bou... da la... dos ... on aricion...)

De his quæ quasi tigna & laquearia fulciunt, & ornant has domos. §. 2.

ET quidem si ad Ecclesias hæc referas, quasi tigna earum sunt diuina præcepta, quæ insignes virtutum actus ad salutem, & vitam æternam consequẽdam necessarios præcipiunt: quorum obseruantia fulciuntur, & conseruantur. Magnifice autem condecorantur tanquam per laquearia, per consilia euangelica, quæ insi- D gniores virtutum actus consulunt, ac stabilimentum magnum præstant, & decorem. Quæ similiter aptari possunt religiosis domibus, quarum trabes sunt vota substantialia, quibus præcipue fulciuntur, & subsistunt: laquearia vero consilia, & salubria perfectionis monita, quę in regulis & constitutionibus traduntur ad votorum

[illegible] ad maius religionis incre- A
[illegible]
[illegible] ad [illegible] as sanctas hęc referre ve-
[illegible] Diuo Gregorio Nysseno, tra-
[illegible] ternas animæ, firmas ac soli-
[illegible] a vero virtutes externas, quæ instar
[illegible] ctum ornant; vt sic anima pro-
[illegible] non tantum coram Deo, sed etiam
[illegible] hominibus; aut cum Diuo Ber-
[illegible] care potetis virtutes ad salutem
[illegible] licet fidē, spem, charitatem, hu-
[illegible] iquas, quæ in præceptis Dei, aut
[illegible] pro ipsis religiosis continen-
[illegible] o gratias gratis datas, quę ani-
[illegible] magis ad aliorum vtilitatem &
[illegible] ucunt; vt sunt sermo sapien-
[illegible] atia sanitatū, & alia huiusmo-
[illegible] c. le inueniuntur, nec omni-
[illegible] ddit Bernardus oportere magis B
[illegible] laquearia ppatari, quæ etsi minus
[illegible] dida, non tamen minus valida
[illegible] super & facilius possidētur, &
[illegible] t pax, benignitas, gaudiū
[illegible] o, misereri in hilaritate, tribuere
[illegible], gaudere cum gaudentibus, flere
[illegible] us, & cætera quæ ad consilia perfe-
[illegible] cta, siue laicis, siue religiosis vtilissi-
[illegible] laquearia fundātur super tigna,
[illegible] atis corruerent, tamen etiam tegunt,
[illegible] & ornant illa: ita consilia fundantur
[illegible] præceptis, quorum obseruantiā sup-
[illegible] d tamen valde fulciunt, & ornant il-
[illegible] vix seruare poterit præcepta, qui omnia
[illegible] et consilia.

[illegible] plures combinationes de tignis & la[illegible] possent fieri, iuxta supra dicta, de ijs propter [illegible] quæ sponsa bis pulchra dicta est omnes tamen ad hanc vnā redigamus, vt per tigna & laquearia, quæ ad tectū, supremamq; domus par- C tem spectant, intelligātur duo suprema Dei dona, quæ Dauid retulit, dicens, *Gratiam, & gloriam dabit Dominus*; & quia gratia tota est ex Deo, & nō e[illegible] operibus nostris; gloria vero propter merita n[illegible] datur; ideo hic tigna non dicūtur nostra, [illegible] vero vtique; sed sub gratia cōprehen[illegible] nes virtutes supernaturales, & Spiri[illegible] dona, quæ illā comitantur, sub gloria [illegible] præmia, quibus Deus animas coro[illegible] at, & condecorat in hoc seculo, & in futuro, [illegible] triusq; mentionem fecit Christus Dominus, cum legem suam in mōte promulgauit. Trabes enim cedrinæ sunt virtutes insignes, in quibus Euangelica perfectio consistit, quas ad octo reduxit; sc. paupertatem spiritus, māsuetudinem, luctum volūtarium, &c. Laquearia vero cypressina sunt fauores, & pręmia, quæ huiusmodi virtutibus adiunxit tam in hac vita, quā in futura, ad maiorem earum firmitatem, & decorem; videlicet regnum cœlorum, possessionem terræ, cōso- D latio diuina, &c. Et sicut laquearia connectūtur tignis, quæ tamen si auferantur, tota laqueariorum structura corruet: ita præmia virtutibus cōnectuntur, quas si tollas, excidunt præmia; quia nisi per virtutum & bonorum operum scalam, nemo ad præmiorum culmen ascendit; & ideo Christus Dominus prius docebat virtutem, tāquam tignum domus spiritualis, deinde apponebat præmium, tanquam laquear illius.

A

De præcellentia virtutum & præmiorum quæ fulciunt domum Dei. §. 3.

HOrum autem omnium præcellentia & pulchritudo ex cedris, & cypressis, quibus cōparantur, deducenda est. Versio enim Septuaginta expressius hoc significat, quæ sic habet, *Trabes domorum nostrarum cedri, lacunaria nostra cypressi.* Ambæ autem arbores, insignibus eminent proprietatibus. Sūt enim valde proceræ, in ma- 1. gnamque crescunt altitudinem; propter quod diuina sapientia, vt sublimitatem suam nobis commendaret, dixit, *Quasi cedrus exaltata sum in* Eccl. 24. v. *Libano, & quasi cypressus in monte Sion.* Et quid sub- 17. limius virtutibus Christianis, & consiliis euan- Videatur gelicis? Quidve altius fauoribus, & præmiis il- Plinius lib. lis promissis? Virtutes quidem excrescunt sicut 24. cap. 6. B cedri montis Libani, ad tantamque ascendunt Dioscorides l. 1. c. 89 sublimitatē, vt ad Dei similitudinem pertingāt. Siquidē omnibus dicitur, estote perfecti, & misericordes, sicut Pater vester cœlestis perfectus, & misericors est. Estote sancti, quoniam Deus Mat. 5. v. 48. sanctus est. Præmia vero sic ascendunt, sicut cy- Lu. 6 v. 36 pressi in monte Sion, vt ad Dei claram visionem 1. Pet. 1. v. in summo cœlo perueniant; qua nihil sublimi- 16. us cor hominis excogitare potest.

Hinc est quod sicut arbores istæ, maxime ce- 2. dri, fortes sunt, & duræ ad ponderaque sustinenda valde aptæ, nec tamen sunt ipsis parietibus onerosæ; sic præcepta & consilia, virtutes ac præmia, fortissimos ac durissimos nos consti- Hæc ex D. tuunt ad omnia laborum, & tribulationum one- Ambros. 3. ra portanda, nobis tamen suauia sunt, & iocun- Hexa. c. 13. da; ita vt dicere liceat, *Gloriamur in tribulationibus,* Ad Ro. 5. v. *scientes quod tribulatio patientiam operatur.* Et, *Non* 3. *sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram glo-* Ad Ro 8. *riam, quæ reuelabitur in nobis.* Anima enim virtuti- v. 18. C bus munita, & præmiorum spe fulta, sic est fortis, & constans ad omnia aduersa pro Christi nomine perferenda, vt nullis cedat persecutionibus, & tormentis, dicens cum eodē Paulo, *Quis* Ad Ro 8. *nos separabit à charitate Christi; tribulatio, an angustia?* v. 35. Nihil quippe; quia ex huiusmodi cedris & cypressis quædam fit in anima adeo fortis contignatio, ac durissimum tectū, quod nec pluuiæ, nec tempestates, aut grandines possint illud deprimere, aut inclinare: lōge enim abest desidia, de qua dicit Ecclesiastes, *in pigritiis humiliabitur* Eccl. 10. v. *contignatio*: id est, attenuatur, labefactatur, & tā- 18. dem corruet.

At qui tecta habent cedrina, & cypressina 3. non corruent, sed subsistent, quia cedrus & cypressus incorruptibiles dicuntur, & imputribiles; nec vlla corrumpontur carie, aut vermium corrosione. Vnde symbolum sunt æternitatis, quam insignes virtutes & præmia obtinent, & D præceptorum obedientia præstat, *Nam custodi-* Sap. 9 v. 19 *tio legum consummatio incorruptionis est*: & cœle- 1. Pet. 1. v. 4 stis hæreditas immarcescibilis est, & incorruptibilis gratia, & charitas; cæteræque virtutes, exceptis quibusdam, quæ post mortem in melius commutantur, in æternum permanebunt simul cum gloria; imo etiam hic ex propria inclinatione æternitatem appetunt, cariem horrent, vermesq; peccatorum excutiunt: nam (teste Diuo Ioanne) *Qui natus est ex Deo, non pec-* 1. Io. 3 v. 9. *cat, quoniam semen Dei manet in illo, sed non potest peccare,*

care, quoniam ex Deo natus est. Si aũt peccat, vt sæpius fit, hoc non ex semine diuino, quod est gratia, procedit; sed aliunde, scilicet ex natura corrupta, & libero arbitrio deprauato, quod tamen per Dei semen sanatur, vt si velit, incorruptum permanere possit.

Tandem arbores istæ, maxime cypressus, odoratissimæ sunt, & iis qui sibi approximant, eundem communicant odorem; sic per virtutes & dona cœlestia Christi bonus odor sumus in omni loco, in odorem etiam vnguentorũ Christi currimus, cum audimus ipsum dicentẽ, *Beati* 1. Cor. 2. v. 15.
pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, & reliqua. Fragrat enim paupertas spiritus, dum cuncta temporalia contemnit hilariter: fragrat & regnum cœlorum quod est iustitia, pax, & gaudium in Spiritu sancto, quibus pauper spiritu fruitur abundanter. Trabes ergo, & laquearia ista sublimitate præstant, fortitudine, incorruptione, & odore; Quid igitur illis preciosius, & optabilius potes excogitare? Satage itaq; domus Dei fieri iis tignis, & lacunaribus munita, & ornata, vt cum eo perpetuo vitam possis degere felicem.

Sed quid est quod sponsa in domorum commendatione tantum laudat tigna, & laquearia, quæ supremæ sunt partes earum, nullam mentionem faciens fundamenti, parietum, & portarum, quæ aliis in locis laudata conspicimus? Sed quæ domestica est Dei, eiusque probe nouit sapientiam, dum tam preciosa esse tigna, & laquearia testatur, similia esse fundamenta supponit. Sponsus enim est velut homo ille sapiens, qui domum suam ædificat supra petram, vt non tantum pluuiæ, quæ de cœlo cadunt, contignationem non attenuent, sed nec venti parietes labefactent, aut flumina fundamenta diruant. Deinde cum hic de suprema agat sponsi pulchritudine, & magnificentia, quam erga illam ostendit, cum bis pulchram nuncupauit, ad eius etiam cœpit anhelare similitudinem, eam præ oculis sibi constituens: vt assequatur illam; tum quia non est dignus laude, sed irrisione, qui bene cœpit ædificare, & non potuit cõsummate: nec pulchrum ædificium inchoatum ad fastigium vsque erexit. Tum vero, quia semper oportet probare potiora, & ad præclariores virtutum actus aspirare, in supremumque ædificii culmen oculos conicere, vt quo tendendum sit, probe noscamus. Propter quod Christus Dominus sermonem illum, in quo legem commendabat, à culmine perfectionis inchoauit, docens, octo virtutum actus, qui (vt notat D. Thomas) aliis præeminent, & ideo beatitudines nuncupantur, vt discipulis suis in exordio sermonis excellentiorem viam ostendens, ad progrediendum per illam eos alliceret, vt tandem ad sanctitatis culmen peruenirẽt. Et hoc ipsum innuit sponsa: nam sicut ostendens lectulum floridum, indicabat se cõ cupiscere requiem contemplationis: sic demonstrans tigna, & laquearia preciosa, tacite innuit se vehementer desiderare vltimam perfectionis complementum, vltimamque ac perpetuam cum Deo mansionem, & tranquillitatem, quæ per domũ pulchræ, & integre perfectam & consummatam indicatur. Ac si diceret, ceu D. Petrus in monte Thabor: *Domine bonum est nos hic esse.* Sed quid illi respondeat sponsus, primum verbum capitis sequentis ostendit, vt mox videbimus.

Matt. 7. v. 24.

Luc. 14. v. 30.

Matt. 5. 2. 2 q. 70. art. 2.

Deum esse etiam domum nostram & fortitudinem, ac pulchritudinem reliquarum domorum. §. 4.

SEd altiora petamus, & radicem huius sublimitatis, fortitudinis, & incorruptionis indagemus. Ipse enim sponsus est decor, subli[...]tas, firmamentum, & incorruptio domorum nostrarum, imo quod amplius est, ipse est [...]mus nostra, in qua habitamus, sicut nos sumus domus eius in qua habitat ipse, *Quia qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo;* hoc d[...] modo, quem sic explicat D. Augustinus. [...]bi domus Deus; tu esto domus Dei. Manet i[...]e Deus, vt te contineat, manes tu in Deo, ne cadas, quia charitas nunquam excidit, propt[er] quod orabat Dauid ad Dominum dicens: *Esto mihi in Deum protectorem, & in domum ref[ugi]i, vt saluum me facias; quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu.* Idem voluisse sponsam supra m[...]uauimus, cum iuxta hanc sensum protul[it] ista verba. Tu es lectulus noster floridus, tu tigna domorum nostrarum cedrina, tu etiam laquearia nostra cypressina: quia tu nobis es instar domus pulcherrimæ, fortissimæ, & ornatissimæ. Tua enĩ pulchritudo adeo est eximia, q[u]od i[p]sa sola sufficiat pulchras reddere domus [n]ostras. Maxima enim pulchritudo Ecclesiarum & animarum ex eo est, quod Deus commoretur in illis, quod insinuauit Dauid cum dixit, *Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.* Vnde enim inest decor domui Dei, nisi quia locus est habitationis gloriæ ipsius? id est, quoniam ipse Deus gloriosissimus habitat in ea, vbi que suam manifestat hominibus gloriam, & decorem. Propter quod fœderis arca, in qua erat propitiatorium aureum, quod Deum & Christum repræsentabat, appellatur ab eodem Psalmista virtus, fortitudo, & pulchritudo populi, intra quam habitabat: sic eam compellat, cum propter peccata sacerdotum Philisthæis est tradita, dicens: *Tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici:* sed tota hæc pulchritudo, & gloria vmbrosa erat, & veluti nebula, iuxta id quod de templo à Salomone ædificato dicitur: *Nebula impleuit domum Domini,* & paulo post, *impleuerat gloria Domini domum Domini.* At tunc fuit clara, splendens, & manifesta hæc pulchritudo, & gloria, quando ipse Christus Messias din expectatus fuit in ea, vt vaticinatus erat Aggæus de templo à Zorobabele ædificato; *Veniet (inquit) desideratus cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum. Magna erit gloria domus istius nouiss[imæ] plus quam primæ.* Etenim si ad temporalem gloriam, & pulchritudinem attendas, domus à Zorobabele ædificata, vt notat D. Augustinus, non fuit maior quam gloria domus, & templi Salomonis, sed multo minor. Ex eo igitur fuit maior, quod in ea desideratus cunctis gentibus scilicet Christus fuit præsentatus Deo, dum esset infans, & factus vir pluries ibi fuerit, orauerit, docuerit, ingentia que prodigia fecerit.

1 Ioan. 4. v. 16 Tract. [...] [...]

1. Cor. 13. v. 8.

Psal. 30. [...]

Psal. 25. [...]

Psal. 77. v. [...]

3. Reg. [8.] [v. 10. 11.]

Agg. 2. v. 8.

Li. [18.] de Ciuit. Dei ca. 48. Idem Rupertus, Lir[a]nus & alii.

Vnde etiam prouenit ingens decor, & gloria cuiuscumque domus Dei in lege noua, quod in ea ba- Eucharistiæ decor templum.

ea habitat Christus in Eucharistia reuera, ôtentus, propter quod incomparabiliter est maior gloria ipsius, quam augustissimi templi à Salomone ædificati. Hinc etiam maxima pulchritudo, & robur animæ, quæ domus Dei est, ex eo quod illum habet habitatorē, oritur. Ipse enim eam continet, ne corruat, ipse ornat, suaque præsentia condecorat. Sicut enim cum princeps domum humilem intrare disponit, mansurus in ea, exornatur illico preciosis aulæis, stragulis sericis, auroque intextis, inspergitur floribus, & suffitibus fragatur suaueolentibus; ita etiam cælestis rex Ecclesiam, animamque inhabitaturus, muneribus gratuitis, virtutibus, preciosisque donis, exornat splendidam, suaueolētem, pulchramque [illegible]

Sed multo splendidius apparet in cælesti domo, quæ propter eximiam eius amplitudinem, sicut & militans Ecclesia, ciuitas etiam vocatur, quam vidit Ioannes descendentem de cælo, *A Deo (inquit) paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiui vocem magnam de throno dicentem; Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis.* Et quænam est hæc ciuitas sancta, & domus cælestis, nisi congregatio beatorum, in quibus Deus tanquam in suo pulcherrimo tabernaculo habitat? ipse etiam est eorum tabernaculum, & domus non manu facta, quia ipsi in Deo, & Deus in ipsis est. Ipse est totus eorum decor, nam eorum fœlicitas, teste Isaia, est videre regem in decore suo. Propter quod magnificentissime ornauit eos, tanquam regiam domum, seu magni regis sponsam, vtramque enim similitudinem induit fœlix ista congregatio.

Apoc. 21. v. 2.

Is. 33. v. 17.

Sed si Christus ipse est domus nostra, quæ sunt eius tigna cedrina, & laquearia cypressina? Forte cum simul sit Deus, & homo, conuenieter perfectiones, & attributa illius qua Deus est tigna cedrina, virtutes vero, & gratias singulares ipsius, qua homo est laquearia cypressina, quæ à diuinis tignis pendent esse dicemus. His cunctas domos, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt, seruat, protegit, fulcit, pulchrasque, & fortes, fragrantes, & incorruptas constituit. Harum fide fulcitur Ecclesia, fidelisque anima, spes corroboratur, inflammatur charitas, omnisque virtus crescit, & ad perfectionis culmen ascendit: O ter quaterq; beati, qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudēt & glorificent te. Felices qui domus tua esse merentur, in quibus habitas ambulans inter eos, quos tua amabili præsentia pulchros reddis, & securos. Sed inde feliciores, quia tu ipse domus illorū es, vndique eos circundans, & ab omni malo protegens: nam qui habitāt in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cæli commorantur; non accedet ad eos malum, nec flagellum appropinquabit tabernaculo suo.

Ps. 83. v. 5.

2. Cor. 6. v. 16.

Ps. 90. v. 1.

Conserto ergo hanc domorum Dei felicitatem, vt earum amplius appareat pulchritudo, cum infelicitate domorū diaboli, qui sunt peccatores, de quibus Isaias ait; *Orientur in domibus eius spinæ, & vrticæ, & paliurus in munitionibus eius, & erit cubile draconum, & pascua struthionum. Occurrent dæmonia onocentauris, & pilosus clamabit alter ad alterum. Ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem, &c.* Id est illi qui quondam ædes erant regiæ valde munitæ, floribus, & herbis viridantibus pulchræ, angelorumq; custodia vallatæ, factæ sunt domus dæmoniorum, & cubilia, vbi requiescūt vitia portentosa, repleta vepribus, aculeatisque delictorum paliuris; & quæ in illis felicia apparent, citissime euanescent, iuxta illud, *Innitetur super domum suam, & non stabit; fulciet eam, & non consurget.* Quia nimirum lutea est, & terrenū habet fundamentum. Facta autem hac domorum collatione, dicito cum regio vate: *Elegi abiectus esse in domo Dei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Et quare hoc? *quia misericordiam, & veritatem diligit Deus; gratiam & gloriam dabit Dominus.* Eis scilicet qui eligunt abiectos esse in domo eius, potius quam regnare in palatiis iniquorum. Nec tamē erunt abiecti, sed sublimes; sicut cedri & cupressi, regnantes cum Christo in cælis in secula seculorum. Amen.

Is. 34. v. 13.

Iob 8. v. 15.

Iob 4. v. 16.

Ps. 83. v. 11.

EXHORTATIO XIX.

De mira pulchritudine Ecclesiarum, ac religionum, quæ ex sanctitate prælatorum ac subditorum, eorumque vnione resultat.

Pro Pontificibus & Doctoribus.

Tigna domorum nostrarum cedrina; laquearia nostra cypressina.

QVAMVIS pulchritudo, firmitas, & perfectio corporis Christi mystici, & domus Dei viuentis, quæ est Ecclesia ex multis mēbris, & partibus pulchris sibi vnitis resultet; omnes tamen in hæc duo referuntur, vt prælati ea sanctitate, fortitudine ac prudentia maxime polleāt, quod tanquam validum caput subditos digne regāt, & in officio contineant: subditi vero præclara fulgeant obedientia, & submissione, vt eorum regimen libenter sequantur: mutua inter vtrosque intercedente concordia; quæ vtrorumque munus, & onus, valde suaue, ac leue reddat. Sicuti in eo mirabilis, & stupendus apparuit Ezechielis currus, qui Ecclesiam referebat, quod, à quatuor animalibus prælatorum mores indicantibus, ducebatur: quibus coniunctæ erant quatuor volubiles rotę subditorum symbolum quæ mira celeritate eorum motum sequebantur, quocumque illa tendebant. Tūc enim pulcherrima, & admiratione digna erit Ecclesiæ, religiosæque familiæ dispositio, cum prælatorum & subditorum cætus bene sibi cohærent: & illi quidem tanta suauitate, efficacia, ac diuina luce fulgent, vt gubernationi non desint: hi vero ita sunt obedientes, dociles, & volubiles, vt maiorum præcepta celeriter pareant; & tam hos quā illos in officio suauiter contineat mutua charitatis vnio, quæ per amorem Dei & proximi omnium corda conciliat, & inuictam in bono perseuerantiam conferre solet.

Ezec. 1. v. 19.

Hanc igitur pulchritudinem, & stabilitatem Ecclesiæ commendare volens Salomon ad calcem huius primi capitis inquit: *Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.* Ac si diceret, pulcherrimas, & stabiles habemus domos, mira concinnitate formatas, sed hoc præ aliis in eis fulget, quod tigna earum sunt cedrina, cypressina vero sunt laquearia. Illa, iuxta D. Gregorii, Bernardi, Anselmi, & Bedæ interpre-

tationem, siue Prælati, Episcopi, Prædicatores, Doctores, Principesque viri, qui Ecclesias & religiones gubernant: hæc vero reliqui clerici inferiores, aut qui sunt ex plebe, & subditi: qui à maioribus pendent, velut laquearia à tignis, de quorum præcellentiis ex ijs quæ in præcedenti Exhortatione dicta sunt, nonnulla deducemus, quę vtrisque proprium munus in memoriam reducant.

De Prælatis. §. 1.

ET quidem Episcopi & Prælati supremum in domo Dei obtinent perfectionis fastigium,
1. propter quod apte tigna nuncupantur, & iuxta iam dicta de cedris oportet eos esse puritate candidos, sapientia sublimes, & omnigena virtute superantes subditos, sicut de Saule dicitur,
1. Reg. v. 2. & c. 10. v. 2. Lu. 4. Reg. c. 4. *Quod fuit electus & bonus, & non erat de filiis Israel melior illo, ab humero & sursum eminebat super omnem populum.* Id est vt D. Gregorius moralizat, collo
In prædicta verba. & capite altitudinem omnium superabat. Quid (inquit) in collo nisi locutio? quid in capite nisi „ mentis contemplatio designatur? Capite ergo, „ & collo subditorum omnium capita excellit, si „ contemplationis altitudine mirabilis est, & sublimitate doctrinæ. Emineat ergo collo, emineat capite, sit humero sublimis, vt conuersatione perfectus sit, eloquio mirabilis, præ cæteris arduus in arce contemplationis. Nec sine mysterio refertur, quod Saul *Filius erat Cis fortis robore*,
Ita D. Gregorius. Cis durus interpretatur: & apte iungitur cum *Fortis robore*, ad denotandas duas diuini amoris proprietates, quæ in hoc cantico referūtur, cum
Can. 8. v. 6 dicitur: *Fortis est vt mors dilectio, & dura sicut infernus æmulatio.* Est ergo Saul filius Cis fortis robore, id est filius diuinę dilectionis, & diuino amori maxime addictus, durus & fortis ad subditorum onera portanda, ad perferendos labores, & persecutiones, ad egregia opera aggrediendum omni timore postposito, & contempto periculo etiam mortis. Vnde & Christus Dominus pa-
Matt. 5. v. 14. stores assimilauit ciuitati supra mōtem positæ, mōs autem sublimis est & fortis, ac durus. Sunt ergo similes ciuitati sublimi, quæ abscondi non potest, nec decet, sed super iustitiam adeo sublimem eleuati debent, vt omnibus se imitabiles exhibeant: adeoque sint fortes, vt nulla vi, aut metu humano ab ista sublimitate decidant.

2. Propter quod etiam apte hic vocantur tigna cedrina, vt tanquam cedri, fortes sint & constantes ad sui muneris labores perferēdos, quia eorum principatus instar Christi Domini, est super humeros eorum: sibique vsurpare possunt
Isa. 9. v. 6. Ps. 65. v. 12 quod regius vates inquit: *Imposuisti homines super capita nostra.* Quamuis enim sint suprema domus Dei tigna, tamē super se habent laquearia & tabulata; quæ aliquando satis ponderosa sunt, etsi polchra; imo multoties quo pulchriora, eo pōderosiora, quia subditi qui sapientes sibi esse videntur, multum sibi fidunt, & difficilius gubernantur: cū etiam non desint oues errantes, quas
Luca 15. v. 5 quærere diligenter debent, & ad caulas super proprios humeros portare, sicut Christum Dominum fecisse, & in parabola docuisse constat.

3. Sed vlterius, quamuis omnium portent onera, ipsi esse debent non onerosi, instar cedri, & cypressi: id est non truces, nec graues in imperando, sicut dominātes in cleris: sed suaues, mites & humiles corde, affabiles cōuersatione ac benigni: neminem conculcent, calamum quassatum non confringant, nec extinguant linum fumigans, oues lassas, vel errantes virga crudeliter non feriant, sed super se portent, nec molestè lac & lanam extorqueant, sed potius omni modo quo possunt, spiritu, & corpore pascant, & exemplo alliciant. 1. Pet. 5. v. 3. Isa. 42. v. 3.

Nam & necesse est illis in hoc cedros esse, quod vitam agant incorruptam, nullo odio, liuore, rancore, aut cupiditate viciatam, cum enim eorum munus sit sal esse terræ, quod à corruptione præseruet, non id præstare poterunt, si corruptioni subiaceant: *Nam si sal infatuatum fuerit, in quo salietur? ad nihilum valet, nisi vt mittatur foras*, scilicet extra domum in lutum, vbi omnino corrumpatur, & pereat. Sint ergo vita incorrupti, & insuper sicut cedri etiam odoriferi, vt boni exempli odore subditos ædificent, ad virtutis studium excitent, & promoueant, sibique concilient, & ad sui imitationem pertrahāt, vnde sibi non modicam acquirent gloriā. Cuncta hæc complexos est D. Bernardus his verbis. Prælati quasi tigna parietes iustis impositis legibus, iustos fortiter stringunt, ne sua quisque lege, vel voluntate viuentes tanquam parietes inclinati, & maceriæ depulsæ dissideant à semetipsis, & sic omnis structura ædificij corruens dissipetur. Cedrina vero dicuntur, quia instar cedrorum debent esse validi, constantes, longanimes in spe, atque ad superna mentis verticem attollentes, bonumque fidei suæ, ac conuersationis spargentes odorem. Sed de prælatis fuse valde alibi egimus. 4. Matt. 5. v. 13. 5. Ser. 46 in Cant. " " " " " "To. 4. de perfect. Christian. trad. 7. c. 1. & sequent.

De subditis & eorum vnione cum prælatis. §. 2.

SVBDITI autem cum instar laquearium à prælatis pendeant, eorumque gubernentur directione, & magnificentia sustententur, debent esse illis subiecti, obedientes, bene morigerati, suo officio attendentes, iuxta prælatorum præscriptum; quorum vitam cum cedri sunt imitari debent, vt sint pulchræ cypressi: hoc enim denotat (vt D. Gregorius innuit) quod cum Saul ab homero, & sursum altior erat omni populo: capita populi attingebāt humeros illius, vt intelligant subditi, quod capita sua, id est suæ mentis cogitationes, ac intentiones eleuare debent, saltem vsque ad prælatorum humeros, intuentes eorum opera, & labores, quos perferunt propter ipsos, inde rationes deducentes, vt seipsos vrgeant, & impellant ad eos sequendos, & verba quæ ab eorum collo procedunt, audienda, pereque complenda; cum tales fortiti sunt pastores, vt sicut Paulus dicere possint: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* 1. Vbi supra. 1. Cor. 11. v. 1. 2.

Subditi ergo sicut cypressi incorruptam vitā degentes, boni odoris esse curent; & sicut prælati student illis onerosi non esse, ita ipsi studeant non esse onerosi prælatis. Illi autem onerosi dicuntur, qui inobedientes sunt, & contumaces, proprij iudicij amatores, querulii, detractores, & in ministerijs suis desides. Hæc enim valde grauant prælatos. Propter quod dicebat Apostolus: *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis*, Ad Heb. 13. v. 17.

tis. Ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes. Hoc enim non expedit vobis. Præpositi enim, etsi gigantes sint, gemunt sub aquis populorum sibi subditorum, qui sua contumaci inobedientia premunt eos. Timent enim ne id ex sua negligentia procedat, cuius rationem reddituri sint Deo. At si obedientes sint, dociles, & modesti, gaudium & leuamen prælatis afferunt; oportet ergo ne sibi inuicem onerosi sint, sed iuxta sententiam Apostoli, alter alterius onera portent, & subleuent, & sic vtrique suauiter implebunt legem Christi, quæ est lex charitatis, non quærentis, quæ sua sunt, sed quæ proximorum suorum.

Iob 26. v. 5.

Ad Gal. 6. v. 2.

Hinc est quod sicut tigna, & laquearia sunt semper connexa, & clauis confixa, ne ab inuicem separentur, laquearia enim esse nequeunt, nisi innitantur tignis, tigna vero aliquo modo permanere possunt sine laquearibus: ita et a oportet prælatos, & subditos esse sibi charitatis amore, & timore vnitos, vt bene munere suo fungantur, sicut similitudines a Christo Domino allatæ satis insinuant. Sal enim non tribuit saporem cibo, nisi illi misceatur, nec lux illuminat corpus, nisi appropinquet illi; ciuitas etiam supra montem posita plurium domorum est ordinata coadunatio, vel plurium ciuium sub vno rectore ordinatus cœtus, quæ omnia vnionem commendant. Vbi autem vnio charitatis est, omnia suauia sunt, & facilia. Nam si prælati diligant subditos, facile portabunt onera eorum, illisque reddent iugum obedientiæ suaue, & onus leue. Si autem subditi vicissim diligant prælatos, curabunt non esse illis ponderosi, sed in omnibus obedientes, & grati. Non enim dura necessitate seruitur, vbi amatur qui iubet, & diligitur quod iubetur. Hoc autem plus interest subditis. Quia sine prælatis digne & secure degere nequeunt, sicut nec oues sine pastoribus: quibus e medio sublatis, dilacerabuntur a lupis. Nam scriptum est: *Percute pastorem & dispergentur oues gregis.* Cæterum etsi prælati cum sint perfecti sint, ac virtute consummati non indigeant subditis, indigent tamen Christo, propter cuius amorem tenentur eos fortius diligere, vt parentes filios, & vt oues ipsiusmet Christi, quas summe diligit; ideo enim dictum est Petro: *Si diligis me, pasce oues meas.* O felices Ecclesiæ, beneque fortunatæ religiones, in quibus prælatorum tigna sunt cedrina & subditorum laquearia cypressina, clauis aureis diuini amoris vnita, vt subditi animas suas castificent, & pulchrificent obedientia charitatis, prælati vero cuncta disponant iuxta leges diuinæ dilectionis.

Mat. 5. v. 13.

Zach. 13. v. 7.

Io. 21. v. 17.

Confirmantur dicta ex ornatu summi sacerdotis antiqui. §. 3.

1. VIDERE licet horum omnium symbolum aliud appositissimum quod præcedens amplius declarat. Iussu enim Dei summus antiquæ legis sacerdos portabat super humeros nomina duodecim tribuum filiorum Israel in duobus lapidibus preciosis auro vndique circundatis sculpta. *Portabit* (inquit) *Aaron, nomina eorum coram Domino super vtrumque humerum, ob recordationem.* Vnum enim lapidem sex nominibus sculptum portabit in humero dextero, alterum vero cum aliis sex in sinistro: rursus in rationali, quod ante pectus, vbi sedes est amoris, ferebat, erant eadem duodecim nomina distincte in duodecim lapidibus preciosis, auro inclusis, opere sculptorio cælata. *Portabit* (inquit) *Aaron nomina filiorum Israel in rationali iudicii super pectus suum, quando ingredietur sanctuarium, memoriale coram Domino in æternum.* En quod Salomon descripsit sub typo tignorum ex cedro, sustentantium laquearia ex cypresso, vtraque arbore preciosa, tradiderat Moyses sub typo lapidum preciosorum, quos super humeros, & ante pectus portabat summus sacerdos. Ille omnium prælatorum pingit proprietates, hic supremi. Sed vtræque eidem aptantur. Munus igitur prælati, est portare subditos super humeros, & ante pectus, quoniam ferre debet eorum onera, necessitates, miserias & grauamina, non tædio, sed amore, magnoque affectu quasi habens illos sicut Apostolus ait, in corde, & in visceribus suis: non enim vnum sine altero sufficeret, aut præstare poterit. Nam si portat super humeros, & non ante pectus, vix poterit onera sustinere, cito enim prorumpet illud, aut succumbet, nam deficient vires ad portandum, quas præstat ingens amor. Si autem dicit se portare ante pectus, & tamen non portat super humeros, ipse se seducet, qui diligit verbo & lingua & non opere & veritate. Probatio enim veræ dilectionis exhibitio est operis, quo subditorum succurritur necessitatibus.

Exo. 28. v. 9. 12. 21. & 29.

Ad Phil. 1. v. 7.

2. Vtrobique autem dicuntur nomina portari coram Domino in recordationem, seu memoriale: quoniam vtriusque debet continuo recordari, & memorari coram Deo; vt scilicet subditos semper diligat, semper onera eorum baiulet, semper apud Deum pro ipsis intercedat, & coram ipso cunctorum necessitates proponat. Deus enim est qui omnibus potest opportunum adhibere remedium. *Omnis namque Pontifex* (ait Apostolus) *ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum*, vt scilicet pro eis offerat preces, sacrificia & oblationes: pro eis Dominum consulat, & ab eo discat, quæ illos docturus est. Vt sciat autem tot memoriam istam, & recordationem fixam esse debere, atque indelebilem nomina non erant in lapidibus atramento depicta, sed opere sculptorio cælata: quæ enim sic sculpta sunt, fixa sunt valde, & deleri cito nequeunt. Et præterea sicut sculptura maiori cum labore fit, quam pictura, sic recordatio ista assiduitate laborum pro ipsis proximis perpessorum cordi inferenda est & infigenda.

Ad Heb. 5. v. 1.

3. Sed hoc mirabilius quod nomina filiorum Israel non portabantur sculpta in stanno, vel ære, aut argento, sed in lapidibus preciosis, vt significaretur quanti Deus faciat animas, quantique fieri velit a prælatis, qui maximo in precio habere debent subditos, tanquam lapides viuos, & preciosos preciosissimo sanguine agni immaculati rubricatos. Vnde sicut in iis lapidibus preciosis sculpta erant nomina filiorum Iacob, non solum eorum, quos genuit ex Rachel, & Lia, sed etiam quos generauit ex ancillis sibi in vxores traditis; ita prælatus omnes subditos, siue magnos, siue pusillos, siue nobiles, siue ignobiles, æstimare debet, sicut lapides preciosos, cun-

ctosque gerere ante pectus, & super humeros. A quia omnes debet diligere, & omnium pondera portare; non despiciendo paruulos, nam paruulos sicut & magnos fecit Dominus, & suo sanguine redemit Christus.

4. Sed sicut sacerdos portabat ante pectus duodecim nomina in duodecim lapidibus sculpta, super humeros vero, non in duodecim, sed in duobus tantum coniuncta: ita prælatus, omnes quidem subditos sigillatim, & distincte si possit, habere debet præ oculis, & in corde, atque ex animo diligere, eorumq; memoriam, ac curam gerere: cæterum in executione regiminis non potest ipse solus singulorum opera sigillatim portare. Sat enim est, quod ipse regat, & per se exequatur ea quæ omnibus commonia sunt, & pluribus simul coniunctis prosunt: vt sunt actus docendi, prædicãdi, causas maiores disponendi, & alia huiusmodi: cætera inferioribus B ministris, sui officii coadiutoribus committere debet, iuxta consilium quod dedit Moysi socer eius Ietro, quod ab ipso Deo approbatum est, ne Moyses onus vltra vires gestaret, si ipse solus omnia, & singula populi onera sic per humeros suos ferret. Vnde satis patet, quam apte Christus Dominus comparauerit Apostolos ciuitati supra montem positæ. Quid enim est summus sacerdos cum nominibus duodecim tribuum, nisi vniuersa prouincia Israelitica in eius corde abbreuiata? Et quid est Episcopus, & prælatus, nisi vniuersa sua congregatio, & ciuitas in medio cordis eius reposita, vt eius curam gerat? Merito ergo vocatur ciuitas, quæ in pectore & super humeros vniuersam portat ciuitatem.

Exo. 18. v. 17.

Matt. 5. v. 56.

5. Denique vt hæc prælati suauiter præstent, subditi etiam curare debent, vt ipsi lapides sint preciosi, omnibus virtutibus ornati, quibus superiores ipsi ornentur & de quibus glorientur dicentes cum Apostolo, *Vos gaudium meum, & corona mea*, & quamuis singuli sint lapides preciosi, diuersi, quia diuersis gratiis & virtutum gradibus splendere solent, omnes tamen simul esse inscripti debent in duobus lapidibus, omnino similibus, quales erant, quos sacerdos portabat super humeros: quoniam oportet eos coniunctos, & vnitos esse duplici actu charitatis, qui sunt dilectio Dei super omnia, & proximi sicut sui ipsius, vterque enim hanc perfecte vnionem efficit. Tunc autem tigna domus Dei erunt cedrina & laquearia cypressina, optime sibi inuicem connexa ad laudem cælestis sponsi, cui sit honor & gloria in secula seculorum. Amen. C

De subditis.

Ad Phil. 4. v. 1.

Hactenus commentarium primi capitis Cantici Canticorum.





PARS SECVNDA LIBRI QVARTI.

De singulari præcellentia Christi Domini & sponsæ ipsius inter cæteros homines, & de fructibus, quos hæc carpit ab illo.

TEXTVS EX CAPITE SECVNDO CANTICI.

Ego flos campi, & lilium conuallium. *Vers. 1. &*
Sicut lilium inter spinas; sic amica *Vers. 2.*
mea inter filias. Sicut malus inter ligna siluarum; sic dilectus meus inter filios. Sub vmbra illius quem desideraueram sedi, & fructus illius dulcis gutturi meo.

EXHORTATIO XX.

De Christo Domino, vt est flos, & lilium, ac decor mundi, & Ecclesia, maxime vero humilium, inuitans ad labores, & pugnas, & ad amplectendam humilitatis virtutem.

Pro Incarnationis festo & Natiuitatis.

Ego flos campi, & lilium conuallium.

INCHOAT iterum Salomon spiritu prophetico opus humanæ redemptionis nobis explanare; initium illius & exitum, incarnationem scilicet, & passionem redemptoris miris laudibus, sub nouis similitudinibus extollens. Tempus autem quo vtraque executioni mandata est, ab effectibus indicat. Verno enim tempore sub finem mensis Martii, quando flores solent apparere in terra nostra, vtraque contigit; sicut olim Iudæi ab Ægyptiaca seruitute sub idem tempus erepti sunt. Hoc autem duplici declarat similitudine dicens: *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Quæ verba plures sanctorum Patrum ipsi sponso tribuunt, suam pulchritudinem commendanti; vt viam paret ad sponsæ pulchritudinem, quæ à sua procedit, magis extollendam.

Cur Christus Dominus dicatur flos campi.

§. 1.

D

EST igitur Christus Dominus per antonomasiam nuncupatus flos, & sub hoc nomine promissus ab Isaia, cum dixit; *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet*; & quamuis per virgam multi intelligunt beatissimam Virginem, ex qua Christus tanquam flos natus

Isa. 11. v. 1. Ita D. Hieronym. ubi.

natus est, tamen textus magis insinuat virum- A que [illegible] iucundum Christo Domino, qui ex eadem radice Iesse patris Dauid regis ortus est, quando progenies eius iam despecta videbatur, sicut radix, cui nullus est æternus decor. Vocatur autem Christus virga propter regiam potestatem. *Quia dedit illi Deus sedem Dauid patris sui, & regnabit in domo Iacob in æternum.* Nam scriptum de illo erat: *sedes tua Deus in seculum seculi, virga directionis virga regni tui*: Noluit autem Isaias nominare Dauidem, sed Iesse patrem eius, qui non fuit rex: vt intelligeremus, regiã Christi potestatem ac dignitatem non esse sibi à Dauid, sed à seipso habere illam, tanquam verum Deum, & vniuersorum Dominum. Propter quod seipsum in Apocalypsi appellauit radicem Dauid, vt D. Ambrosius, & D. Bernardus [illegible] tantur. Sed ne virga hæc sicca putetur, eadem vocatur flos propter eximiam Christi Domini sanctitatem, pulchritudinem, & fragrantiam. Dicitur autem indefinite flos, vt intelligamus omnes gratiarum, ac virtutum flores in eo contineri: est enim flos candidus propter virginitatem, purpureus ob martyrium, cæruleus ob cælestem sapientiam, & variegatus ob omnigenas virtutes, quibus splendebat: vnde statim subdit Propheta, quod requiescent super eum septem spiritus sapientiæ, intellectus, scientiæ, [illegible], fortitudinis, pietatis, ac timoris Domini: ad hos autem omnes alij spiritus reducuntur, qui teste Diuo Ioanne, sine mensura dati sunt illi. Quare hic flos ascendere dicitur de radice: quia non solum ascendit super Dauid, sed singulari sanctimonia, & excellentia ascendit supra omnes homines, imo & angelos, cuius pulchritudini, & fragrantiæ nullus sanctorum flos potest comparari. Ad quod indicandum vocatur; *Flos campi*, qui Hebraice dicitur *basibaron*, id est campi feracis, ac pinguis, cuius flos est valde pulcher, magnus, & odoratus, vtpote bene alitus & largo humore fotus.

2\. Dicitur etiam flos campi & nõ ruris, vel horti, ad significandũ modum conceptionis ex Virgine. Campus enim (vt D. Bernardus obseruat) significat terram, quæ non aratur, nec proscinditur, aut vomere proslulcatur, sed sponte sine hominum industria florem germinat, qui è cęlo patrem, solem: è terra vero matrem habet plantulam a cælo irroratam: sic Christus Dominus, vnicum patrem habet in cælo Deum; in terra vero matrem Virginem intactam, quæ sine viri opera, virtute Spiritus sancti, rore diuinæ gratiæ defluente florem Iesum protulit.

Hinc etiam est vocari florem campi (vt sancti Ambrosius, Augustinus, Cyrillus, Gregor. aliique patres hic testantur) quia decus est totius mundi, honor, & gloria vniuersi generis humani: Ante incarnationem enim, flos erat septo inclusus Iudęorum, modo autem aperto loco flos effectum omnium gẽtium: quia propter omnes homines factus est homo, cuius odor diffundi- D tur in vniuersum orbem; quare nemo est, qui nõ possit ad Christum confugere, illiusque inuenire misericordiam, pulchritudinem participare, virtutem, & gratiam; quia omnibus paratus est subuenire, & velut flos campi cunctis se videndum præbet, iuxta illud: *Inuentus sum à non quærentibus me; palam apparui his qui me non interrogabant.* Et sicut flos campi nulli volenti carpere est occlusus: sic Christus, & eius salus omnibus mundi nationibus patet: *Quia in veritate* (inquit D. Petrus) *comperi quod non est acceptor personarum Deus, sed in omni gente qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi.* Propter quod qui natus est in diuersorio, vtpote prædicaturus tantum per seipsum Iudæis, vt reduceret oues, quæ perierant domus Israel, noluit tamen in domo mori, neque in ciuitate, sed extra portam in campo cruci affixus est, mortuus, & sepultus, vt omnem populum etiam gentilem suo sanguine sanctificaret.

4\. Hinc noua ratio deducitur, cur Christus flos campi dicatur, non tãtum quia expositus fuerit omnibus cupientibus eum carpere ad propriũ commodum, vt eius pulchritudinis, ac fragrantiæ participes fierent: sed etiam volentibus eum discerpere, conculcare, eradere de terra viuentium; nullo enim fuit septo circumuallatus, sic- B ut flores hortorum, nec vllo humano, vel Angelico præsidio munitus, sed quasi ab omnibus derelictus, & à seipso sponte sua, à patreque suo in campum Caluariæ descendit tempore suæ passionis, vbi actitet impetitus fuit ab æstu, imbribus, grandine, ventis, ac tempestatibus opprobriorum, & cruciatuum: nec tamen propter hoc flos esse desiit pulcherrimus, & odoratissimus, vnde & super crucem in titulo nomẽ floris appositum est, dum vocatur Nazarenus Flos (inquit D. Ambrosius) odorem suum succisus reseruat, & contritus accumulat, nec auulsus amittit: ita & Dominus Iesus in patibulo crucis nec contritus emarcuit, nec auulsus euanuit, sed illa lanceæ punctione succisus, sacro speciosior fusi cruoris colore vernauit. Sicut aũt aliquando flores, qui è campo decerpuntur, à carpentibus dilaniantur, & in sublimatorio ad ignem apponuntur, vt aquas stillent odoratissimas: sic Christus in passione sua tormentis laceratus, & C dilaniatus fuit, & igne innumerabilium persecutionum decoctus, sed multo magis igne suæ ardentissimæ charitatis accensus, in sublimatorio crucis, sanguinem suum vertit, & aquam, immensæque virtutum, actuumque studiosorum odoratissimas aquas stillauit, quibus gratiarum viuas aquas nobis promeruit, nec tamen flos semper contritus mansit, sed in resurrectione pristinum recuperauit decorem, longe quam ante splendidiorem.

Quæ doceat nos Christus cum se vocat florem campi. §. 2.

Sed quorsum hæc de se sponsus commemorat: & quid dilectæ animæ intendit innuere? Multa quidem, valdeque proficua. Inuitauerat illum sponsa ad lectuli floridi, concinnę, ac pulchræ domus requiem, vt iam vidimus, respondet ipse; quin imo; ego flos campi: ac si corrigens eam dicat; Quid me inuitas ad lectulũ floridum, qui natus sum ad labores, ad ærumnas, ad persecutiones & pugnas? Ego quidem nõ solum lectuli, sed etiam flos sum campi, non domi clausus tantum, sed foris expositus. Quibus verbis tria illi tribuit saluberrima monita.

1\. Primum quidem in hac vita non esse quærẽdam, nec expectandam plenam requiẽ, & tran-

Marginalia: Luc. 1. v. 32. — Psal. 44. v. 7. — Apoc. 22. v. 16. & c. 5. v. 5. in Apo. 22. — Serm. 1. de Pascha. Idem Ber. ser. 2. & alibi. — Ioan. 3. v. 34. — Ser. 47 in Cant. Idem Homerus (?) & alii. — L. de [illegible] c. 4. & de [illegible] ... de Pascha. — Lib. de salutaribus documentis c. 34. tom. 4. — Dalmat. [illegible] ... Gregor. — Beda. — Isa. 65. v. 1. — Ad Ro. 10. v. 20. — Act. 10. v. 35. — Ad Heb. 13 v. 12. — Lib. 1. de Spiritu sanct. c. 5. — Alquitara infra Exhort. 28. profusius hoc.

qualitatem, sed præparatos nos esse oportet ad labores, & pugnas, variasque tribulationes, per quas ad æternam regnum peruenire mus.

Iob 7. v. 1. Nam militia est vita hominis super terram. Ecclesiam militantem sic per militare decet, vt coniungatur triumphanti. Quia ad regna æterna peruenire non possumus, nisi per magnos labores, nec solidas, & pulchras virtutes assequemur, nisi ingentibus tribulationibus præmamur. Nam sicut flores in lectulo cito languent, & arescunt, in campo vero florent, & virescunt: sic virtutes in tranquillitate, & pace solent deflorescere, & ocio exiccari; in bello autem, & persecutionibus, ac tentationibus florescunt, & vigorem magnum cōcipiunt. Vn-

Lu. 9. v. 33 de qui in lectulo floret, præparare se debet, vt etiam floreat in campo, sicut Christus Dominus, qui in monte Thabor secreto flos erat pulcherrimus, ad campi bellum se præparabat, loquens de excessu, quem completurus erat in Ierusalem.

2. Ex Beda hic. Hinc oritur alterum monitum hoc decere viros perfectos, quod semper vacent cōtemplationis quieti, & floridolectulo se abscondant, sed oportere etiam ad labores egredi vitæ actiuæ, præcipue vero ad animarum lucra, vt non sibi tantum, sed aliis prosint: fiantque spectabiles flores non horti conclusi, sed patentis campi qui sua exemplari vita, & salutari doctrina omnes lætificent, ac confirment; & parati sint ad recipiendos quoscumq; qui spiritualis profectus gratia ad ipsos confugerint. Placet quidem sponso lectulus floridus, domus cedrina, ac cypressina, sed ad tempus dumtaxat, vt spiritus requiescat à laboribus suis, & maiores vires ad laborandum recipiat. Sed statim vt sæpius dicitur in hoc cantico; exhortatur à lectulo surgere, è domo exire, & florem se campi exhibere, cuius fragrantia, & decore non tantum domestici, sed etiam extranei possint in bono proficere.

3. Vnde quia non improbat lectulum floridum, tertio monet sponsam, vnde flores capiat,

Ser. 47. in Cant. quibus lectulum aspergat. Ne (inquit Diuus Bernardus) sibi flores ascriberet, illos, quibus » lectulus decoratus videbatur, infert sponsus » se esse florem campi, nec de thalamo prodire » flores, sed de campo, & suo munere, & sui par» ticipatione fieri, quod tenet, & quod redo» let. Ne quis ergo exprobrare illi possit, & di» cere: *Quid habes quod non accepisti? quod si accepisti,*

1. Cor. 4. v. 7. *quid gloriaris, quasi non acceperis?* Ipse dilectæ suæ sicut ambitiosus amator, ita informator be» nignus, pie illi dignanterque demonstrat, cui » nitorem, de quo gloriabatur, & suaueolentiam » lectuli debeat deputare: *Ego flos campi*, (inquit) » de me est quod gloriaris. Saluberrimeque ad» monemur ex hoc loco, quia nequaquam glo» riari oportet, & si quis gloriatur, in Domino » glorietur. Hæc Diuus Bernardus. Quæ confirmare libet, assignando discrimen, quod his verbis insinuatur, inter Christum Dominum, & reliquos iustos, qui dumtaxat sunt velut lectuli floridi, solus ille flos campi. Nam sicut lectulus non habet à se flores, sed ex campo, vbi nascuntur, & vbi suam innatam retinent venustatem, suot reportandi; & quia cito marcescunt, oportet denuo alios adducere: ita cum so-

A lus Christus à se habeat virtutes ... quæ nunquam in illo languent, nec ... vel odoris dettimentum patiuntur ... non sic, sed ab illo flores virtutum, bonorumque operum recipiunt. Quibus lectulum ... aspergunt, quique cito languescent, nisi ab ipso Christo seruentur, & bona crebro renouentur opera, quorū gloria ipsi est attribuenda, ne tus vtens superbiæ, & ingratitudinis lectulum res exiccet. Accede igitur ad ... stum, qui vniuersos flores comprehen... illo continuo carpe quos ad ornatum ... tuæ expedire iudicas, vt semper ... ctulus floridus, & Deo gratus.

Hinc etiam est sponsum his verbis co... re laudeat, quas ipsi decantauerat spon... ta alium sensum supra allatum. *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus.* Et tu ipso etiam ... ctulus noster floridus, quia tua grata præ... tia illum floridum reddis. Ipse autem re...

B det: *Ego flos campi*, ac si annuens di ... est vt dicis. Sum namque flos campi vbe... in quo sunt omnigeni virtutum flores, per q... tu, tuaque omnia florida sunt, pu... & odotata. Ego quidem sum flos campi tot... clesiæ, & iustorum qui in ea sunt, & p... florent. Sum quippe flos virginum, vn... bent candidum virginitatis florem. Sum ... flos martyrum, vnde suum carpunt m... florem purpureum. Sum flos sacerdotum ... fessorum, & doctorum, sanctorumque ... nium, quia de meo accipiunt, per quod ... refecunt. Quod si florescere cupis, accede ... quia ego velut in campo omnibus sum expositus, quod si non flores, tibi imputa, quia ad me appropinquare neglisti.

De spe fructuum ingenti omnium per Christum florem agri. §. 5.

C SED adhuc iucundiora nobis promittit iste campi flos. Fuit enim apud antiquos hieroglyphicū spei flos, vtpote futuri boni prænuncius, qui frugem paulo post succrescentem pollicetur. Vnde visis arborum floribus fructuum prouentum spectare solemus. Christus igitur est flos campi, quia est vnica spes mundi, & à Diuo Paulo spes gloriæ nostræ nuncupatur, per quem cuncta bona in hoc seculo, & in futuro speramus. Omnis enim spiritualis prosperitas, iucunda renouatio spiritus, & vniuersum gaudium cordis ab hoc prouenit flore campi, campi nunquam florescentis verno tempore, vt supra insinuauimus. Nam vt inquit Plinius. flos est pleni veris indicium, & anni renascētis; flos gaudium arborum, tunc se nouas, aliasque quam sunt, ostenduut. Tunc variis colorum picturis, in certameo vsque luxuriant. Crediderim autem in hoc loco florem campi non solum dici propter plantulas, quę non aliud quam flores germināt,

D sed etiam propter arbores fructiferas, quæ prius flores quam fructus pariont, & nimis redolent, campumque & agrum venustum, & odoratum in vere constituunt: cui Isaac assimilauit filium suum Iacob, qui Christi figuram præferebat; *Ecce odor agri mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* Loquebatur autem de agro pleno, qualis solet esse verno tempore, quo suauis-

Pierius lib. 55. c. de folio

Ad Coloss. 1. v. 27.

Li. 16. c. 25

Gen. 27. v. 27.

De hoc fusius in lib. 1. Exhor. 4. & 20.

[illegible] odoribus ob florum prouentu fra- [illegible] gitur est flos campi, & agri pleni, [illegible] aduentum renouatus est mundus, & [illegible] cœl[i] gaudiumque annunciatum est [illegible] populis. Per ipsum etiam renouatur [illegible], vetera transeunt, & interiora ho- [illegible] nou[a] fiunt, aliaque quam antea erant, se [illegible]t. Nam tristitia vertitur in gaudium, [illegible] [mend]icitatem, egestas in abundan- [illegible] g[ratiæ] amque plenitudinem, quæ ab illius [illegible]ne deriuatur. Si enim Hebræis verno [illegible] ab Ægypto eductis fuit Deus tanquam [illegible] [qua]draginta annis ducens eos per de- [illegible], [eo] tempore non sunt eorum vestimé- [illegible] nec calceamenta vetustate consum- [illegible] *in omnibus* (inquit Sapiens) *magnificasti* [illegible] *Domine, & honorasti, & non despexisti* [illegible] *[tem]pore, & in omni loco assistenseis.* Quanto [illegible] [Chri]stus Dominus, populo suo, quem [illegible] [s]ed diabolica seruitute redemit, e- [illegible] c[am]pi in deserto huius vitæ, protegens, [illegible] & implens lætitia assistensque illis, [illegible] ad terram perueniant promissionis æ- [illegible]æ?

Dent. 29. 5.

[Plan]tauit Deus olim Paradisum in magno [illegible]em, in cuius medio posuit lignum vi- [illegible], quod homines in inuenrutis flore seruaret, [illegible] lesque redderet. At modo (inquit Ori- [ge]nes) pro isto ligno vitæ Paradisi, factus est [C]hristus flos campi, id est totius mundi, & vni- [u]ersæ terræ, vt nos à morte æterna seruaret, spiri- [t]us renouaret marcorem, vernantibusque vir- [tu]tum floribus decoratum in cœlestem trans- ferret Paradisum: vbi etiam Christus est *flos cam- pi*, illius quidem campi amplissimi, & venustissi- mi, ac decoratissimi, in quo beati florent, & fra- grant ab ipso Christo flores suos recipiétes. Vn- de consulto in hac sententia, *Ego flos campi*, nulla apponitur temporis differentia, quæ per verbũ significatur, vt sensus esse posset. Ego fui flos campi antiquis patribus, sum modo præsenti- bus, & ero futuris vsque ad consummationem seculi, & postea in seculo futuro. Flos sum Ec- clesiæ militantis, quæ in campo est tanquam in acie ad pugnandum: flos sum etiam Ecclesiæ triumphantis quæ est in campo æternæ latitu- dinis, ad fruendum vberiareillius. Illi sum flos tribuens spem magnorum fructuum, quos mo- do colligit, & abundátius postea; huic vero sum flos tribuens delectationem, & gaudium in pos- sessione bonorũ. Vt vtrobique impleatur, quod

[Isa.] 4. v. 2.

scriptum est: *In illa die erit germen Domini in magni- ficentia, & gloria & fructus terra sublimis, & exultatio his qui saluati fuerint de Israel.* Germen Domini Christus est, qui floret, frondet, & fructus par- turit, non quoscumque, sed magnificos, glorio- sos, & sublimes, tum in hac terra, quę est lachry- marum vallis, tum in terra viuentium; quorum participes sunt, qui per ipsum saluati fuerint. Fe- lices quibus Christus flos est in campo huius militiæ, quia eo fruentur in campo æternæ glo- riæ.

Væ autem illis, qui in campo huius mundi degentes, hunc diuinum florem vilipendunt, & flores sequuntur marcescentes. *Væ* (inquit I-

Isai. 28. v. 1.

saias) *corona superbiæ ebriis Ephraim, flori decidenti gloriæ exultationis eius qui erant in verticis vallis pin- guissimæ*, id est, væ his, qui gestant superbiæ, & li- bidinis coronam contextam ex floribus, qui cito decidunt, & ex gloria exultationis quæ cele- riter transit. Væ huic mundo, qui flos est deci- dens, & gloria cito pertransiens, vę illis qui cum sint in vertice vallis pinguissimæ, vbi situm est templum Domini, ipsum despiciunt. Quia ecce fortis & durus furor Domini contra hos oẽs in- surget, & pedibus conculcabitur corona super- biæ, & flos ebriorum Ephraim. Cæterum his conculcatis, *Erit* (inquit Propheta) *Dominus exer- cituum corona gloria, & sertum exultationis residuo populi sui.* Quia ipsis erit flos campi immarcesci- bilis, gloria, & honore eos coronans in secula seculorum.

Cuncta prædicta excellentius repræsentari per lilium conuallium. §. 4.

CVncta quæ diximus de flore, confirmat, & amplificat sequens similitudo, cum dici- tur: *Et lilium conuallium.* Etenim omnium florum pulcherrimum & elegantissimum est li- lium. Vnde teste Pierio vocabatur flos regius à regia qua præstat celsitudine, & quia copioso indiget humore, in vallibus vberius prouenit, quam in campis, vel montibus. Est autem can- didissimum in frondibus, aureum vero colo- rem prominentem habet in flosculis, qui intra folia includuntur. Est etiam nimis odoriferum, valde expansum, sed aliquantulum incuruum. Quare appositissimè Christus assimilatur lilio, quia candidus est in humanitate, aureus in dei- tate intra illam inclusa, odoriferus in prædica- tione, expansus in charitate ad suscipiendos peccatores pœnitentes, incuruus in humilitate condescendendo miseris, & infirmis, vt suble- uet illos. Et sicut lilium sex habet folia candida, & sex flosculos aureos; ita Christus Deus, & ho- mo omnes perfectiones, & virtutes quæ in ho- minibus, & Angelis & in reliquis creaturis sex diebus efformatis inueniuntur, eminentissime comprehendit.

Lib. 55 e de lilio.

D. Ambr. ser 5. in Ps. 1.8 candidum refert ad deitatẽ, rubrum ad humanitatem, cætera vero vt nos.

Dicitur autem lilium conuallium, quia pro- pter nos ab altissimo cœlorum throno in hanc infimam vallem mundi descendit. Propter me (inquit Origenes) qui in valle eram, sponsus descendit in vallem, & fit lilium. Aut etiam, quia ex humilibus parétibus est ortus. Nam etsi pro- genitores prius fuerint insignes reges, paupe- rem tamen ex eis elegit matrem, humili fabro Ioseph desponsatam. Vel etiam fuit lilium con- uallium, cum descendit in limbum, vt patribus ibi detentis gloriam, & lætitiam præstaret. Inde tamen exiens nobis se pulchrius exhibuit liliũ: nam qui flos campi fuit in incarnatione, & pas- sione, factus est vt dicit Eucherius, lilium in re- surrectione candidum foris, propter gratiam corporis, aureum vero intus, propter fulgorem animæ. Ante resurrectionem erat lilium quasi clausum, post passionem autem per quam glo- ria, & honore coronatus est, fuit lilium repan- dum, dum in assumpta humanitate potentiam diuinæ claritatis, q̃ apud patrem habuit, prius q̃ mundus fieret, nobis manifestauit. Pulchre (in- quit Beda) in lilio prius se candor exterior pau- latim aperit, & sic demum aurei coloris, quæ la- tebat intus gratia, patescit: quia natus in mũdo Dominus prius homo sublimis his, qui in eum

Hom. 2. ex duabus.

credebant: at tempore procedente, Deus verus tunotuit, post resurrectionem multo clarius diuinitas eius apud omnes resplenduit.

Denique lilium est, non hortorum, sed conuallium. Quæ sicut & campi apertæ sunt, & omnibus patentes ad significandum (vt de flore campi diximus) paratum illum esse ad præstandam pulchritudinem suam, & gratiam cunctis volentibus capere illam, maxime autem conuallibus, id est ijs, qui humiles sunt, & lachrymarum copia irrigui, miserias huius vitæ deplorantes. Flos campi (inquit D. Ambrosius) dicitur Christus, quatenus odor eius in omnem diffunditur terram, lilium vero conuallium, quatenus in humilibus elucet magis eius gratia. Vel vt dicit Diuus Bernard. quia humilium duntaxat corona erit, & gloria, ac præmium: quia scriptum est, Deus superbis resistit, humilibus vero dat gratiam, & quicunq; humiliauerit se, sicut paruulus iste, hic maior est in regno cælorum, & eo maior quo humilior. Vnde fit eundem Christum (vt recte obseruat Orig.) pro diuersitate meritorum, quibusdam esse florem, alijs vero lilium. Illis enim qui pro simplicitate sui, vel planitie, & æquitate campi dici possunt, flos est Christus initia bonorum operum, & perfectionis docens illos: ijs vero qui profundiora iam quærunt, & demersa scrutantur, aut submissius de se sentiunt, vltimumq; sibi eligunt locum, lilium efficitur, præclariora illis largiens dona, vt & ipsi inter spinas lilia fiant.

Ser. 5. in Ps. 118. v. 1. & Beda. Ser. 47. in Cant. Iac. 4. v. 6. Mat. 18. v. 4. Hom. 3. ex quatuor.

Duplex humilitatis gradus.

Sed nec campum ab humilitatis symbolo separemus, siquidem sicut vallis inferior est campo, ita campus monte, & colle: aduertendum duplicem esse humilitatis gradum. Prior quo se quis maioribus subijcit, & vltra pares non attollit, & iste per campum significatur: posterior, quo quis etiam se paribus subijcit, & infra minores conatur descendere, & hic per conuallem, qui in Christi baptismo valde enituit; cum lohanni se subijciens dixit: *Sic decet nos implere omnem iustitiam.* Vbi glossa subdiuidens secundum gradum humilitatis tres assignat, sc. subdere se maiori, & non præferre æquali, deinde subdere se æquali, & non præferre minori, & tandem subesse etiam minori: primus dicitur sufficiens ad salutem, secundus abundans, in tertio vero est omnis iustitia, sanctitas, & perfectio, ad quam Christus nos suo exemplo est exhortatus: nam valles ita humiles valde diligit, illarumq; dicitur lilium, corona & gloria, nam per ipsum candent vt nix, flauescunt vt aurum, ac ita fragrant, vt totam Ecclesiæ domum suo repleant odore, ipsumque Christum, cuius bonus odor sunt, magna afficiant gloria. Qui vt inquit Ecclesiasticus, ab humilibus honoratur, eo quod in illū omnem suum referunt decorem, propter quod amplius honorantur ab ipso. Nam quicunque (inquit) glorificauerit me glorificabo eum.

Mat. 3. v. 5. Eccl. 3. v. 21. 2. Reg. 2. v. 30.

Congruit etiam humilibus duplex lilij insigne symbolum, quod sicuti de flore diximus, multo præcellentius erat hieroglyphicum spei; vnde figuram eius in altera numismatis facie imprimebant antiqui imperatores, cum hac inscriptione, *Spes publica.* Christus igitur qui vt flos, spes est omnium hominum; vt lilium maxime spes est humilium, qui se nihil esse noscentes, non suis viribus fidunt, sed totam suam spem in ipso collocant: à quo in sua hu[...] c[...] ctant futuram exaltationem. Ne[...] quia Christi omnipotens virtus [...] potest exaltare. Habet etiam hoc [lil]ium, q[uo]d [...] radice præcisum, & auulsum a terra, e[...] videatur, ad humorem aquæ [...] expandit. In quo etiam spei est symbolum ve[...] uti de ligno dicit Iob, quod *Habet spem & si præcisum fuerit, iterum virescit, & rami eius pullulant, ad odorem aquæ germinabit, &c.* Sic Christus lilium est humilium. Nam sicut ipse cum mortuus fuit & abscissus de terra viuentium, postea [...] riosus reuixit: Ita humiles per ipsum reuiui[scu]nt post humiliationem, & post mortem in generali resurrectione resurgent, sicut lilia rutilantia & immarcescibilia.

Christus spes nostra. Refert Pierius vbi supra. Pierius supra. Iob. 14. v. 7.

Deinde lilium propter candorem signum est pudicitiæ, & virginitatis, quę tunc est pulchrior cum humilitati coniungitur, pulchra enim vt supra diximus, est vtriusq; permixtio. Ideo igitur Christus Dominus lilium est conuallium, quia humilibus pudicitiæ donum præbet, & in eis custodit, sed hoc discrimine: nam qui flos est campi, id est terrę inaratæ, flos dicitur virginum, quæ primum humilitatis gradum assequuntur. At lilium est conuallium, quia pulchrior, & præcellentior flos est eorum, qui virginitatem cum secundo profundiore humilitatis gradu coniungunt: vt sicuti splendent in virginitate, quę opus est supererogationis, quam seruare non tenebantur, sic etiam fulgeant in eo humilitatis gradu, qui vltra necessarium se attollit, vt eo virginitas coram Deo sit speciosior, quo est in suis oculis humilior.

Denique lilium dicitur Christus conuallium, & non conuallis, licet dicatur flos campi, & non camporum: ad significandam peculiarem prouidentiam, quam habet humilium, & perfectorum, non solum in genere, sed singulorum in particulari, multo magis quam aliorum. Ac si diceret; Ego quidem flos sum campi Ecclesiæ, sed peculiariter sum lilium omnium, & singulorum, qui in conuallibus degunt, quos singulari amore prosequor, & amplioribus condecoro gratijs, ac tandem ad grandiores eueho gradus gloriæ in secula seculorum, Amen.

Explicandum superest quomodo Christus Dominus fuerit lilium conuallium, expositum etiam vt ab iniquis decerperetur, & dilaceraretur. Sed hoc aptius explicabitur cum sequenti versiculo, ostendendo fuisse lilium inter spinas.

EXHORTATIO XXI.

De modo mirabili quo Christus Dominus est lilium inter spinas persecutorum, vt doceret nos modum colligendi virtutes è medio spinarum; & quo modo virtus est quasi lilium inter spinas.

Pro Parasceue.

Ego flos campi, & lilium conuallium: sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filios.

AD altiora nos euehit præclarum istud spóli euçomium, non enim suas laudes canet,

et, [illegible] ad sui imitationem inuitaret, mo- [illegible] quo eam perfecte assequi valeremus. Quare prædicta verba non solum ad i- [illegible] iam in vtraque natura, vt fecimus, [illegible] possunt, sed etiam ad virtutes ipsius, quas no[illegible]tandas proponit. De se quidem dicit, *E[illegible] campi, & lil[illegible]um conuallium.* Expositum qui- de [illegible] ab omnibus odoretur, & carpatur, & etiam [illegible] ab iniquis dilaceretur, & conculcetur. De sponsa vero ait: *Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter fi[illegible]s,* vbi tacite illā exhortatur, vt instar illi' etiam ipsa sit flos, & lilium pulchrum, & odoratum. Possunt enim verba ista intelligi dupliciter, vel [illegible] modum laudantis sponsam Ecclesiam, seu animam piam de ea excellentia quam habet [illegible] per modum exhortantis, & præcipiētis id quod decet illam esse, id est sic amica mea [illegible] inter filias LXX. autem ita vertunt, *Sicut liliū in medio spinarum, sic proxima mea in medio filiarum.* [illegible] mirandum est, cur sponsus tantum se [illegible] lilium, & non lilium inter spinas, hāc nomen[illegible] turam sponsæ laudibus relinquens, [illegible] tamen reuera plus quam ipsa lilium inter spinas fuerit. Sed quia hoc ipsum perspicuum e- rat, maluit id sponsæ tribuere, vt eam amplius ex[illegible]lleret, consolaretur, & corroboraret. D. tamen Ambrosius singulari modo interpretatur verba ista. *Sicut lilium inter spinas*, annectens ea præcedentibus, quasi dicta ab sponso de seipso, vt sensus sit, *Ego flos campi, & lilium conuallium, & lilium inter spinas.* Deinde de sponsa loquens nouam sententiam profert: *Sic amica inter filias*, i. e. sicut ego sum lilium inter spinas, sic etiam amica mea est, aut sit lilium in medio spinarū. Quidquid autem sit de hac interpretatione D. Ambr. quæ a cæteris patribus, & à sensu Vulgatæ discrepat: hoc certum est Christum Dominū fuisse florem campi vepribus referti, & lilium conuallium spinis abundantium, vt optime quadret in illum similitudo lilij inter spinas.

[illegible] 14. & lib. de virg. prope finem.

Christum Dominum fuisse lilium inter spinas omnium filiorum Adæ. §. 1.

PRimo quidem, quia comparatione Christi Domini, omnes spinæ vocari possunt, eo quod ex spinosa Adæ radice progeniti, In peccatis concepti sunt (semper Deiparæ priuilegium excipio) ipse autem Christus solus ex natura sua, vique hypostaticæ vnionis lilium est cādidum, sanctum, ab omni labe purum, omnigenaque gratia ac virtute decoratum: qui ideo factus est homo, vt homines ab spinis peccatorum erueret virtute sanguinis, quem pro ipsis fudit, vt eos dealbaret, & pulchros sicut lilia faceret. Ipse enim est de quo Ioel prædixerat: *Fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem, seu, vallem spinarum.*

Ioel 3. v. 18

Vallis autem, seu torrens spinarum, vt Diuus Hieronymus interpretatur, est mundus iste peccatorum spinis scaturiens. Hunc irrigat Christus Dominus fons aquarum viuentium, qui in cruce factus est fons sanguinis pro nobis effusi, vt spinas conuertar in lilia, peccata delens & animas virtutibus ornans. Lilium enim est virtutis infinitæ, cuius candore fugantur tenebræ, cuius odore mortui suscitantur, cuius tactu sanan-

Ibid. & apolog. ad Pammach. pro libris contra Iouinia. vnde aliam expositionem in Exhort. sequenti.

tur leprosi, curantur languidi; & confixæ spinæ eradicantur languidi, vt virtutes plantentur. Sed hoc singulare est Christi encomium. Nam sicut lilium terrestre id tantum præstat ei, qui ipsi approximatur, vt per aliquod temporis spatium instar lilij redoleat, suum ei quoquo modo impartiens odorem; ita & iusti si cum alijs hominibus conuersentur, hunc tantum eis odorem conferre possunt, vt probitatis, ac iustitiæ fama redoleant, non tamen quod reuera iusti sint, & vera lilia coram Deo, quia lilia sunt dumtaxat per participationem à Christo Domino, qui lilium est per naturam, & præ alijs singularem habet virtutem, veram lilij pulchritudinem alijs per gratiam conferendi, iuxta id quod ipse dixit: *Ego sanctifico me ipsum, vt & sint ipsi sanctificati in veritate.* Id est, ego me ipsum pro eis offero in sacrificium, & hostiam sanctam, immaculatam, & odoratam, vt adhærentes mihi, sancti sint, immaculati & odorati, ac lilia cādida, & pulchra, sicut ego sum. Sed de hoc puncto fusius in versiculo sequenti, sicut malus inter ligna syluarum, &c.

Io. 17. v. 19.

Christum Dominum fuisse lilium inter spinas persequentium. §. 2.

AD hunc autem præstandum factus est Christus Dominus alio modo lilium inter spinas. Natus enim est in Iudæa eo tempore, quo iuxta vaticinium Isaiæ vepres, & spinæ ascenderant in eam. Christus (inquit D. Ambrosius) erat lilium in medio spinarum quando erat in medio Iudæorum, qui innumeris eum afflictionū, & persecutionum aculeis pupugerunt, eo quod contrarius erat operibus eorum: donec tandem capiti eius spineam coronam fixerunt, cum qua crucem ascendens factus est lilium inter spinas, vt in ligno crucis omnes peccati, & mortis aculeos contereret, & in nihilum redigeret. Nonne fuit lilium in medio spinarum, cum erat in medio duorum latronum, qui illum linguarum aculeis pungebant? nam vt testantur Diuus Matthæus, ac Diuus Marcus, latrones qui crucifixi sunt cum eo improperabant ei. Quod credibile est à principio vtrumque fecisse, donec alter compunctus, & conuersus est videns Christum inter tot spinas florentem, vt lilium patientiæ, & charitatis miram spargentem fragrantiam. Nam quantumuis fuerit in cruce spinis punctus, lilium esse non destitit, sed spiritus eius viuus, decorus, & intactus perseuerauit.

Isa 5. v. 6. De instit. virg. c. 14.

Sap. 2. v. 12

Matth. 27. v. 44. Marc. 15. v. 32.

Quod præfiguratum fuit cum Abraham detentus est, ne filium suum Isaac immolaret. *Nam eleuans oculos post tergam vidit arietem inter vepres hærentem cornibus. Quem assumens obtulit in holocaustum pro filio:* Sic Christus Dominus, qui vt filius Dei vnigenit' per Isaac repræsentatus, mori, aut lædi non potuit, diuinitas enim mortis, & læsionis incapax est, tamen vt homo per arietem animal innoxium, significatus, inter veprès hæsit cornibus, quando eius manus, & corpus pro nobis vinctum, flagellis, ac clauis laceratum, & caput est perforatum spinis. Vidit autem Abraham non agnum, sed arietem, qui agnorum est pater, & ductor gregis: quia Christus per passionem suam constitutus est pa- ter

Gen. 22. v. 13. Ex Ruperto abb.

ter futuri sæculi, sanctorum omnium progeni- A
tor, & dux ad pascua salutis æternæ deducens il-
los, vt ipsi etiam eius vestigia sequentes lilium
fierent inter spinas.

Etenim mortuus est, vt D. Ioannes testatur,
Io. 11. v. 52. non tantum pro gente, *Sed vt filios Dei qui erant di-
spersi congregaret in vnum.* Vocat autem filios Dei
electos, qui per vniuersum mundum dispersi e-
rant. Non quod tunc essent iam filij Dei, siqui-
dem varijs erroribus, & peccatis obnoxij erant;
sed quia erant electi à Deo, vt per Christi mor-
tem & gratiam ipsius filij Dei fierent. Erant er-
Li. 5. de Baptismo contra Donatistas c. 27. go (vt innuit D. Augustinus) huiusmodi electi
inter reprobos, sicut lilia inter spinas. Ad hoc
autem venit Christus in mundum, & dira tor-
menta passus est, vt hæc lilia de medio spinarum
colligeret, & in vnum redigeret totale Ecclesiæ, B
quæ candida est, & pulchra sicut lilium, in quo
ardentissimus refulget Christi amor erga Eccle-
Ex Hugone Cardin. in hoc loco. siam. Quemadmodum enim qui lilium inter
spinas existens carpere cupit, aculeos spinarum
patitur, vt illud extrahat: ita sponsus lilium Ec-
clesiæ de medio reproborum colligens, duros
spinarum aculeos passus est. Nam vt electos ad
se traheret prædicando, & docendo tam per se-
ipsum, quam per discipulos suos graues perse-
cutorum punctiones, & morsus pertulit, iuxta
Eccl. 10. v. 8 illud Ecclesiast. *Qui dissipat sepem, mordebit eum
coluber.* Sic cum Christus Dominus legem vete-
rem, quoad ceremonialia dissipauit, vt legem
nouam introduceret; morsum à diabolo, & à
Iudæis morte crudeli passus est, sicut canis ve-
naticus feram insequens, vt illam capiat, caput
intra spinarum aculeos immittit, non timens
exulcerationem: sic redemptor noster vt Eccle-
siam electorum, quasi feram intra reproborum
veptes latitantem, extraheret, punctiones spi-
narum vsq; ad sanguinis effusionem sustinuit:
spineaque corona ac clauis non timuit exulce-
rari. Hoc igitur immensi amoris exemplo spon- C
sam inuitat, vt eum imitetur dicens: *Sicut lilium
inter spinas: sic amica mea inter filias:* ac si diceret; A-
nima quæ vere mihi amica est, in hoc suum erga
me ostendat amorem, quod me ipsum qui lilium
sum inter spinas, ita ardenter quærat, vt etiam
intra diros spinarum aculeos se immittat, vt me
inueniat, mihi adhæreat, & per imitationem &
amorem vnum mecum fiat, ac lilium etiam pul-
Io. 15 v. 20. chrum ipsa fit inter spinas. *Mementote* (inquit) *ser-
Matt. 24. v. 25. monis mei, quem ego dixi vobis: Non est maior seruus do-
mino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Si
patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis
& domesticos eius?* Estote ergo imitatores mei,
quia tunc bene erit discipulo, cum fuerit sicut
magister eius.

*Virtutes coniungentes nos Christo esse lilia inter spinas,
& quomodo sint carpenda.* D

§. 3.

SEd quomodo id assequi valeamus hæc ipsa
verba sponsi nos docent. Sic ea virtutibus in
quibus Christi imitatio consistit accommode-
mus, est quidem virtus, *Flos campi, lilium conual-
lium*, omnibus volentibus eam sibi capere ex-
posita. Nullus enim est, qui virtutem si velit, ap-
prehendere non valeat; hoc tamen scire debet
eam esse *Lilium inter spinas*, duplici veptium se-
pto circumuallatam. Primo quidem, quia vir- 1.
tus in medio est duorum vitiorum extremorum
sicut lilium in medio spinarum. Liberalitas e-
nim est inter auaritiam & prodigalitatem, spes
inter præsumptionem, & desperationem, & ad
eundem modum reliquæ virtutes inter extrema
per excessum, & defectum versantur. Has au-
tem vitiorum spinas contingere non licet. Nam
si ab illis pungamur, conscientia cruentatur, &
maculatur coram Deo. Nec vlla ratione permit-
tendum est, vt ipsum lilium contingant. Nam
vt dicit D. Bernardus, nec vel leuissimam susti- Ser. 48. in Cant.
net vlla tenus punctionem floris teneritudo; sed
mox, vt modice premitur, perforatur. Quare ad
colligenda hæc lilia oportet alas assumere, &
super spinas transuolare, vt egregie docet Diuus Lib. de virgine prope fin.
Ambrosius, ad virgines sic loquens: Florem tibi
demonstro carpendum, illum qui dixit: *Ego flos* "
campi, & lilium conuallium, sicut lilium in medio spina- "
rum: quod est euidentis indicij spiritualium ne- "
quitiarum sentibus virtutes obsideri, vnde ne- "
mo fructum ferat, nisi qui cautius accedat. Sume "
igitur alas virgo, sed spiritus, vt superuoles vitia. "
si contingere cupis Christum. Alas autem spiri- "
tus vocamus ardentia desideria vitæ cælestis ac "
puræ, quæ omnis culpæ vel leuissimæ maculam "
fugit. Sed caute, vt ambo patres monent, acce- "
dendum est ad colligenda lilia virtutum, ne
pungamur spinis vitiorum, quæ multoties lilio-
rum fictum ostentant candorem, sub quo acu-
leum abscondunt mortiferum; ipsis etiam sa-
pijs aliquando incognitum, siquidem teste Ec-
clesiaste, *Sunt impij qui ita securi sunt ac si facta iusto-* Eccl. 8. v. 14.
rum habeant. At Christi sponsa, quæ oculos ha-
bet columbarum, vt diximus, discernere nouit
inter lilia, & spinas, has effugiens, & illa carpens:
nam frustra iacitur rete ante oculos pennato-
rum. Siquidem, dum rete vident oculis, cito ef- Prov. 1. v.
fugiunt pennis.

Sed alia ratione virtus est lilium inter spinas, 2.
quia innumeris difficultatibus, tentationibus,
& tribulationibus circumcingitur, tum à carne,
tum à diabolo, & mundo, qui omnes conglo-
merati velut spinæ se complectentes septum ef-
ficiunt, ne ad virtutem aditus pateat, nisi per tot
aculeos spinarum, quod pauci illam continge-
re audeant. Attende (inquit Bernardus) pessi- Serm. 48. in Cant.
mum germen eius, cui maledictum est terræ no-
stræ. *Spinas ait, & tribulos germinabit tibi.* Donec er- "
go in carne est anima, inter spinas profecto ver- "
satur, & necesse est, vt patiatur inquietudines "
tentationum, tribulationumque aculeos. Spina "
culpa est; spina pœna est: spina falsus frater, spi- "
na vicinus est malus, plenus est mundus spinis. "
In terra sunt, in aere sunt, in carne tua sunt; In
terra quidem sunt homines persequentes, in ae-
re dæmones tentantes, in carne passiones vehe-
mentes, omnia hæc velut spinæ pungunt eos,
qui ad virtutem amplectendam accedere con-
cupiscunt & nisi per has spinas irruant, ad illam
non peruenient, *Quoniam per multas tribulationes* Act. 14. v. 21.
oportet nos intrare in regnum Dei, quod est iustitia, pax,
& gaudium in Spiritu S. Lilium candidissimum est Ad Rom. 14. v. 17.
iustitia; odoratissimum, pax; pulcherrimum, gau-
dium; sed tribulationum vepribus septum; qua-
rū aculeos necesse est perpeti, vt illud possis tibi
capere. Non inuenies humilitatem, & patientiā,
nisi inter spinas contumeliarum, & afflictionū,

non

A

n[illegible] n aff[illegible]s castitatem, quæ lilium est inter spinas,[illegible] per c[illegible]ia, flagella, & cætera quæ carnem pungunt & spiritui subijciũt. Quod si cha[illegible] m[illegible] quæ omnium est speciosissimum lilium ami[illegible]ti, non recuperabis eam nisi inter spinas, [illegible]te fixas, vt ad Deum te conuertas. *Conuersus* *sum* [illegible] Dauid *dum configitur spina.* Spina est remor[illegible]us conscientiæ ob culpam commissam: spi[illegible]a est timor gehennæ, dolor contritionis, & [illegible]stitia [illegible]undum Deum, quæ pœnitentiam, & sat[illegible]factionem pro culpis operatur. Hæ dum cor[illegible]ra[illegible] figunt, gratiam efficiunt, quæ spinas e[illegible]ue[illegible] peccatorum, & animam reddit pulchram vt l[illegible]ium, Christo similem. Christus (inquit D. Ambr. [illegible]m dicitur in medio spinarum, quia in[illegible]era peritates laborum, contritionesque ani[illegible]m[illegible] boni flos odoris assurgit. Contritio e[illegible]ni[illegible]rde Deus placatur. Hoc est desertum, q[illegible] ducit ad regnum, & quod iuxta Isaiam flo[illegible]lium.

Psal. 31. v. 4.

Lib. 1. de virginibus ad mediũ.

Isa. 35. v. 1

B

Considera ergo virtutis preciositatem, tanti li[illegible] pulch[illegible]itudinem, niueum candorem, fulgo[illegible] aureum, ac suauissimũ odorem, quo Christus Dominus delectatur & pascitur, cuique libenter sociatur. Hæc enim te allicient vt illud [illegible] carpas, nec spinarum aculeos pertimescas. Si e[illegible] saluator ita nos dilexit, vt ad colligendos [illegible] undo spinoso dilectos suos duras pertule[illegible] spinas, cur tu non sic diligis illum, vt virtutes tibi [illegible]l[illegible]igas, etsi spinas dire pungẽtes sustineas? an putas vitia ipsa carere spinis? imo abundant acu[illegible]imis, valdeque molestis. Quarum collatione, virtutum spinæ sunt velut rosæ. *Lassati su-mus* ([illegible]quiunt damnari) *in via iniquitatis & ambulauimus vias difficiles*, & dum infidelis anima diceret, *Vadam post amatores meos, quia dant panes mihi & aquas meas*, respondit Dominus, *Propter hoc, sepiam viam tuam spinis*, id est, tot tribulationibus & afflictionib⁹, vt dicas: *Vadam ad virum meum priorẽ, quia bene mihi erat tunc magis quam nunc.* Hoc est, acriores sunt spinæ, quas nunc patior, quam illæ quibus antea confixa eram; ideo ad Deum reuerti decerno, & malo apud ipsum esse lilium inter spinas, quam habitare in tabernaculis peccatorum, vbi continuo exoriuntur sentes, vepres & acutissimæ spinæ, quæ tandem nutrimentum erunt ignis æterni.

Sap. 5. v. 7.

Ose. 2. v. 6

C

Spinæ autem quæ virtutem circumdant, hoc habent singulare, quod ipsam custodiunt. Notum enim est, ex spinis sepia & valla fieri ad custodiendos & vineas hortos floribus & fructibus venustas. Quid ergo est dicere virtutem esse lilium inter spinas, nisi virtutem sepiri & circũuallari vepribus tribulationum, ne vitiorum incursibus pateat? ne ingrediatur superbia, inania gloria, ambitio, cupiditas, & reliqua vitia, quæ ablata hac sepe spinarum, lilium virtutum dissiparent: pretiosæ spinæ quæ non solum lilium non lædunt, sed à læsione preseruant, iuxta illud Pauli: *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ qui me colaphizet.* Stimulum carnis vocat, vel aliquam carnis afflictionem, aut tentationem, vel persecutionem Iudæorum, per quam satanas illum pũgebat, & torquebat, sed torquendo custodiebat ingentia dona gratiæ, quæ à Deo receperat, portam occludens superbiæ, ne illam deuastaret. Sed de hoc iterum in Exhortatione sequenti.

2. Cor. 12. v. 7.

D

EXHORTATIO XXII.

De periculis inanis gloriæ in laudibus, vel pusillanimitatis in persecutionibus, quibus exposita est pulchra virtus multis perspicua, maxime in tyronibus, & de custodiis à Deo illis præparatis.

Ego flos campi, & lilium conuallium. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.

ETsi communior & vero similior Patrum sententia, verba ista: *Ego flos campi, & lilium conuallium*, attribuat sponso, ea de seipso proferenti; vt iam vidimus: tamen D. Ambr. D. Greg. Nyssenus, ac alij doctores, ea sponsæ de seipsa loquente accommodant; & hoc modo cũ præcedentibus possunt connecti. Desiderauerat sponsa requiem & securitatem, quæ per floridum lectulum, & domos cedrinas significarut, inuitans spõsum, vt illam in domum, ac in protectionem suam recipiat, abscondatque in secreto faciei suæ à conturbatione hominũ; nunc rationem huiuscemodi desiderij reddẽs ait; *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Ac si diceret; Vocasti me bis pulchram, & talis sum, sed ex tua gratia; tamen hæc ipsa pulchritudo poterit mihi esse occasio ruinæ, si extra domum per campos, vallesque te dilectum quæritans diuager, ego enim sum velut flos campi & lilium conuallium, quæ cum sint in aperto loco, & non vallato, facile à quolibet transeunte carpuntur, vel conculcantur, timeo autem ne quid simile mihi contingat.

Ser. 5. in Ps. 118. v. 1 & L. de instit. virg. c. 15. Hom. 4. in Cant. Catena trium patrum, Lud. Legionensis & Rabbini.

Simul extollit suam pulchritudinem, & etiam periculi grauitatem. Illud quidem dum se vocat florem, non cuiusuis campi, sed, vt habet vox Hebræa, campi feracis, & vberrimi, qui pulchriores germinat flores, & lilium conuallium, in quibus propter humoris abundantiam candidiora, & venustiora exoriuntur lilia; & consulto prius indefinite se vocat florem campi, nullum particularem florem nominans, vt intelligamus sponsam Ecclesiam omnes continere, quos fertilis campus afferre solet: quidã sunt virginitate candidi, alij animarum zelo purpurei, alij cærulei terrenarum rerum contemptu, cœlestiumque appetitu, alij multiplicium virtutum studio variegati. Vocat autem se peculiariter lilium, quia alijs floribus præeminet, vt iam diximus; vt indicet viros vndequaq; perfectos omnigenarum virtutum decore conspicuos. Cuncti autem isti duplex sibi periculum timere, ac præcauere debent, tum ex bonis, tum ex malis, inter quos versantur, quibus eorum pulchritudo fit manifesta. Nam sicut ingens corporis pulchritudo virgini solet esse occasio ruinæ, si pluribus sit perspicua, nec domi sit absconsa; sic eximia pulchritudo animæ poterit ei ansam præbere alicuius maculæ, si inter homines frequenter multumque versetur.

De vir-

De virtute imperfecta, & perfecta laudibus agitata. §. 1.

PRimum igitur periculum est inanis gloriæ, & superbiæ, qua decor animę maculatur. Etenim sicut transeuntes per amœnos campos & conualles pulchris floribus, & lilijs refertas, ipsorum pulchritudine, ac fragrantia allecti aliquos carpunt, vt intueantur, & odorentur eos, ac circumstantibus olfaciendos tradant. Vnde fit in manibus cōtrectantium flores languescere & innatam amittere venustatem: sic viri pij cū alicuius insignem vident sanctitatem, illiusque magnorum facinorum percipiunt fragrantiam, maxime vero si aliqua in eo extraordinaria Dei dona conspiciūt, tanto decore ac odore recreati incipiunt illum magnificare, mirisque apud omnes celebrare laudibus. Vnde non paruum illi subest periculum vanæ gloriæ, superbiæ, aut nimiæ securitatis, qua vel arescat ob secretam B præsumptionem, vel ob negligentiam tabescat. Quid ergo mirum quod sponsa timeat, & domesticam appetat reclusionem, quæ se florem & lilium camporum, & conuallium agnoscit omnium oculis perspicuam. Præcipue cū ipsum

Matt. 6. v. 6 & 3.

sponsum patronum habeat, dicentem, *Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito.* Et iterum. *Te faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.*

Nec dubium quin tyronibus & imperfectis periculosius sit florem esse campi, & lilium conuallium, quia imperfecta & tenera virtus citius proprijs laudibus euanescit. Nam dum illis delectatur, valde etiam deturpatur, aliena indiget custodia, & circumcingenda est muro, ne facile pereat. Sit ergo flos non campi aperti, sed horti conclusi, vt securior permaneat. Sed nec ibi sine timore sit, quia primi parentes flores erant horti conclusi in Paradisi horto ab ipso Domino C recenter producti, & tamen callidus serpens, cui

Gen. 3. v. 5.

hortus non erat occlusus, dum eis dixit, *Eritis sicut dii*, decerpsit eos, ac penitus deflorauit; quia nisi Dominus custodierit hortum & flores, frustra vigilat qui custodit eos.

Ps. 126. v. 1

Necesse quippe est vigilare, & laborare ad custodiendam animam, ne si nihil agamus, Deum tentare videamur; sed spes salutis & sanctitatis custodia, non in nostra vigilia & labore præcipue consistit, sed in Dei protectione & custodia; per quam in campo, & vbique flores permanebunt incolumes, sine ea tamen, nec in horto concluso erunt securi. Hæc autem protectio communiter tyronibus, & imperfectis tribuitur, dum se occludunt in hortis, & videri refugiunt ab hominibus, quia nondum est opportunum tempus manifestandi se illis, quare intempestiua manifestatio indicium est animi non plene se agnoscentis; & ideo temere se periculo exponit, in quo forte peribit. Nam D de huiusmodi intelligitur quod dicit D. Greg.

Hom. 11. in Euang. l. 8. Mo. c. 29. 3. p. past. admonit. 26.

„ Deprædari desiderat qui thesaurū publice portat in via, & citius bona depereunt, quæ hominibus ante tempus innotescunt, & conceptas soboles fœminæ, si priusquam bene formentur proferunt, nequaquam domos, sed tumulos replent: & pulli auium si ante pennarū perfectionem volare appetant, vnde ire in alta cupiunt, A in ima demerguntur. Maxime quia sæpe nouæ conuersationis primordia adhuc ex carnali vita aliquid retinent; & idcirco innotescere citius non debent, ne cum laudantur bona quæ placent, deceptus laude sua animus deprehendere in eis nequeat mala, quæ latent.

Lib. 8. Mor. c. 29.

Cæterum perfectis viris quorum virtus solida est, & bene radicata, adest protectio diuina in campo, & in conuallibus; & ideo vbiq; securi sunt, etsi à pluribus videantur; quia tanquā vere humiles corde in solo Deo fidunt, nō in seipsis, qui etsi prudenter timeant; nam beatus vir qui semper est pauidus, tamen magnanimi & audaces in Deo esse debent, quoniam (vt dixit Diuus Augustinus) si non habent inspectores, non habebunt imitatores, cum tamen ad illos spectet admonitio illa D. Pauli, *Fratres, imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* Quod si habent imitatores, habebunt etiam laudatores, à quibus tamen nō læduntur, quia illico laudes suas in Deum referunt, B illisque cum Dauide respondent, *In Domino laudabitur anima mea, audiant mansueti, & lætentur, magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum*: id est, nolo in me laudari, sed in Deo; quia nihil est in me ex me laude dignū, sed totum id est ex Deo, cui⁹ gratia sum id quod sum. Hoc ergo audite, mansueti & iusti qui me laudatis, & lætamini etiam in Deo propter ea q̄ dedit mihi, & magnificate non me, sed Dominum mecum; omnes simul exaltemus nomen eius, cui soli debetur omnis honor & gloria. Hinc fit tantum abesse, quod inanis glorię labe maculetur pulchritudo animæ, quod potius augeatur, dum occasio est diuinæ laudis, & glorificationis, sicut D. Paulus de se testatur, quod in ipso eiusque conuersatione omnes Deum clarificabant.

Prou. 28. v. 14. Tract. 8. in 1. ep. Ioan. 1. Cor. 11. v. 1. Ps. 33. v. 2. 1. Cor. 15. v. 10. Ad Gal. 1. v. 24.

Disce ergo ab sponsa, & timere florem esse campi, & lilium conuallium, ne pereas; & tamen cum hoc necessarium fuerit, id confidenter acceptare, C vt alijs prosis, dummodo omnem tuam floritionem in ipsum Deum referas, instar eiusdem sponsæ, quæ cum se bis pulchram à sponso compellari audiuit, mox suam pulchritudinem in eum refundit, dicens; imo tu es pulcher dilecte mi & decorus, à quo cuncta procedit pulchritudo, & decor. Quantum vero illi placeat huiusmodi in humanis laudibus humilitas, indicant sequentia verba, quibus sponsam amplius laudans, & exaltans ait, *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias*; id est, ô amica mea, sic es inter filias te laudantes, sicut est lilium inter spinas: laudes enim earum, vt ad te referuntur, non te delectant, nec tibi arrident, sed potius velut spinæ pungunt, & torquent, & ideo secura es inter illas. Nam (vt supra ex D. Greg. retulimus) laudes propriæ, dum vanis & imperfectis placent, eos contaminant, & quas putant flores, illis vertuntur in spinas: è contra vero iustis & perfectis, dum huiusmodi laudes nisi ad Deum D referantur, displicent, illos amplius condecorant, & quas putant spinas, conuertuntur in flores eos valde ornantes; nam reipsa testantur virtutem honori & famæ præponere. Esto igitur inter laudatores sicut lilium inter spinas, laudes proprias respuens tanquam spinas, vt lilium esse non desinas, si vane acceptes illas.

Lib. 3. Exh. 21 §. 2. & 12. Moral. c. 5.

De vir-

[illegible] imperfecta & perfecta, persecutionibus impetita. §.2.

IAm [illegible] periculum enarremus præclaræ [illegible] omnibus perspicuæ: hominibus, in[illegible] & maleuolis, qui alienæ felicitatis [illegible] uunt, & virtutes quas amare nesci[illegible] insequuntur, ac veluti flores campi, [illegible] conuallium omni custodia destituta, carpere, conculcare, & dilaniare præsumunt: Vn[illegible] non leue tyrones & imperfecti patiuntur de[illegible] rum. Nam sicut vane extolluntur laudi[illegible] a nimis opprimuntur persecutionibus: V- Iob 15. Mor. [illegible] e (inquit Diuus Gregorius) insinuatur [illegible] cuiusdam amici Iob, *Lædetur quasi vinea in primo flore, botrus eius, & quasi oliua proiiciens florem suum.* Quemadmodum enim flores vitis [illegible] o iuæ læduntur crebro, vel nimio frigore & ge[illegible] vel immoderato calore, quia grando & pr[illegible]a, aut nimius æstus eos decoquit, vrit, & d[illegible] ipsat, ita etiam tenera virtus facile læditur; tum [illegible] minum vel persecutionibus & calumniis, [illegible] laudibus & adulationibus concutitur. Illæ enim paruulam charitatis scintillam facile extingu[illegible]nt, hæ vero in fumum vanitatis conuertunt; i[illegible]oque securior erit, si clausa & abscondita cu- » stodiatur, donec solidior fiat. Nã (vt dicit idem » P[illegible]er) cum infirmus quisque vel ad locum regi[illegible]is, vel ad exteriora agenda trahitur, quo qua- » [illegible]ra seducitur, eradicatur; quia & arbor quæ » [illegible]es in profundum prius non mittit, citius » ven[illegible]rum impetu sternitur si se ad altum vertice » e[illegible], eo citius ad ima corruit, quo altius in ae- » t[illegible] c radicibus excreuit.

Prou.11.v.29. Sed quoniam stultus seruit sapienti, sicut laudes non nocent perfectis, sic nec calumniæ & persecutiones, quæ ex aliena malitia progrediuntur: quin potius ad incrementum pulchritudinis non parum iuuant. Contingit enim in illis quod floribus & liliis campi, ac conuallium cum Exhort.19. §1. carpuntur, vt distillentur, sicut supra tetigimus: nam carpentes eos discerpunt, laniant, premuntque in vase, & ad ignem apponunt; sed quamuis per has pressuras innatam amittant pulchritudinem, fragrantiam tamẽ maiorem, ac diuturniorem per aquas ab ipsis distillatas, seruant: sic etiam perfecti quiq; quos inuidi & maleuoli persecutionibus decerpunt, calumniis dilacerant: premunt angustiis, & igne multiplicium tribulationum torquent, licet exterius videantur amittere pulchritudinem internam; tamẽ potius augent, & fragrantiorem spirant sanctitatis odorem, & in odoratissimas aquas cœlestium gratiarum conuertuntur. Iam enim stillant aquas instantis orationis pro persequentibus, iam aquas laudis Dei & gratiarum actionis, quia digni habiti sunt pro iusticia calumnias pati: iam aquas amoris, deuotionis, & lætitiæ, quia se Christo Domino assimilari gaudent. Nonne flos campi Ste- Act.7.v.59. phanus, qui in campo lapidatus à Iudæis orabat, dicens, *Domine, ne statuas illis hoc peccatum?* nonne campi flos Laurentius, qui assatus igne gratias agebat? numquid non lilia conuallium Agatha, Agnes, aliæque sanctæ virgines, quæ tanquam ad thalamum hilares ibant ad martyrium? Hi omnes non amiserunt decorem & fragrantiam, sed auxerunt, ingentesque gratiarum aquas in vitam æternam salientes sibi hauserunt; quo pulchriores facti sunt, & fragrantiores.

A Non ergo timendum est florem esse campi, & lilium conuallium, etsi plurimæ inde tibi sequãtur ærumnæ; siquidem ideo eas permittit Deus, vt pulchrior & odoratior fias, ac dignus laude eximia, quam adiungit, dicens, *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias*; id est sic; ô amica mea, es inter filias te vituperantes & calumniantes, sicut est lilium inter spinas; nam propter eorum calumnias, non amittis tuum candorem & decorem: ne timeas, quia ego etiam fui lilium inter spinas, esto sicut ego, gaude, quia similis es mei, & ego ero adiutor & protector tuus; nam gloria tua erit gloria mea; de hoc enim glorior, quod tu sicut ego lilium sis intactum, etsi à tot « Serm. 48. spinis circumseptum. O candens lilium (ait D. « in Cant. Bernardus) ô tener & delicate flos; increduli & « subuersores sunt tecum, vide quidem quomodo « caute ambules inter spinas, versari in ijs, & mini- « Io.16.v.33. me lædi diuinæ potentiæ est, nõ virtutis tuæ: sed, « *Confidite*, ait Christus, *ego vici mundum.* Considera, « B lilia agri, quomodo inter spinas vigent & nitent. « Si fœnum quod hodie est, & cras in clibanum « mittitur, Deus sic custodit, quãto magis amicam, « & sponsam tuam charissimam? nam, *Custodit Do-* « Psal.144.v. *minus omnes diligentes se.* Sed quomodo custodit? « 20. Audi rem stupendam; quam iam tetigimus; spinas, quibus anima dilacerari timet, conuertit Deus in vallum & septum, quo eam custodiat, ne à subtilioribus vitijs dissipetur, sed profundas Ad calcem præcedentis radices in humilitate faciens, quæ omnium est Exhortationis. custos virtutum, inter ventos contrarios qui flare solent, modo laudum, modo vituperiorum, secura permaneat. Nam (vt optime perpendit « Lib.22. Diuus Gregorius) ne immoderatis laudibus eri- « Mor.c.5. gamur, plerumque miro rectoris nostri moderamine etiam detractionibus lacerari permittimur, vt si nos vox laudantis eleuat, lingua detrahentis humiliet; quia & arbor sæpe quæ vnius venti impulsu ita impellitur, vt pene iam erui posse videatur, alterius è diuerso venientis flatu C erigitur: & quæ hac ex parte inflexionem pertulit, ab alia ad statum redit. Vnde & illa arbor alte radicata fixa steterat, quæ dicebat, *Per gloriam,* 2 Cor.6.v.8. *& ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam.*

Perfectum esse qui inter laudes & persecutiones semper est lilium. §.3.

HInc fit illum esse vndequaque perfectum, qui inter laudes & vituperia, inter adulantes & detrahentes, candorem & odorem lilij retinet; & vtraque inter spinas computat, & ab eis se illæsum custodit. Quod diuus Augustinus erudite explicat, circa illa verba Psalmistæ, *Auer-* In Pl.69.v.4. *tantur retrorsum, & erubescant, qui volunt mihi mala: auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi, euge, euge;* Quibus verbis inquit duo significari genera persecutorum, scilicet laudantium, & vituperantium, & vtrumque in Scriptura vocari for- Prou.27.v.21. Sap.3.v.6. nacem, & ignem in quo iustorum virtus proba- Vid.lib.4. D tur. Necesse autem est in vtrumque ignem ali- Exhort.15. quando intrare; optandum tamen, vt qui inte- §.2. ger intrat, integer exeat, nec frangatur tribulationibus per impatientiam, nec laudibus, aut assentationibus, per vanam complacentiam, sed has illico respuat, illas autem patienter sustineat: has si veræ sunt laudes, Deo attribuat, illas suis meritis condignas putet: & nec his, nec illis flo-

tere vt lilium desinat. Tunc autem perfectus e- A
rit, dicereque poterit cum sponsa non iam timida, sed in sponso confortata, & instar ipsius, *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Nouit enim in campo exaltationis & dilationis virere, vt flos, & in conuallibus humiliationis, & oppressionis florescere vt lilium; nec iam refugit videri, & apparere coram multis, quia scit humiliari & exaltari, laudari, & vituperari, & in vtroque Dei gratia illæsa permanere. Nec tamen sine mysterio flos, qui nomen est commune omnibus iustis, applicatur campo; lilium vero quod præcellentius est, conuallibus, quoniam virtus quæ solis laudibus, prosperisque successibus nutritur, non adeo est perfecta, sicut illa, quæ instar lilij in humiliationibus viget, & persecutionibus non frangitur. Tentationes enim, quæ ex rebus aduersis proueniunt, vehementiores sunt, quam quæ ex prosperis, & insuper frequentiores, & ideo non conualli, sed conuallibus comparantur. Mala e-
nim & aduersa frequenter sibi inuicem succe- B
dunt, quasi ex vna conualle in aliam transiliendo, vnde prouerbium ortum est apud Hispanos, *Bien vengas mal si vienes solo*; quia fere semper vnum post aliud sequitur. Qua etiam de causa vocatur iustus lilium inter spinas; quia non vna spina, sed pluribus iungitur, & circumcingitur. Sed tamen perfectus vir Dei auxilio fretus, quamuis in pluribus, profundisque conuallibus constitutus, plurimisque & acutis pungatur tribulationum spinis, floret sicut lilium; quia pluribus cœlestium gratiarum aquis irrigatur à Deo, qui humiles
Psal. 103. 10. amat, *Emittit fontes in conuallibus* humilitatis, vt pulchriores floreant, & pinguiores nascantur fructus.

Hoc sub alia metaphora explicuit Ioel Pro-
Ioel 3. v. 18. pheta in loco superius allegato, dicens, *Fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum.* Torrentem vocat vallem multis aquis scaturientem. Loco autem spinarum in Hebræo est
In Ioel. 3 & in Isa. 41. circa id, Dabo in solitudine cedrum & spinam. *Settim.* Est autem settim (teste Diuo Hieronymo) C
arbor spinæ albæ habens similitudinem colore, & folijs, non magnitudine. Est enim lignum grande fortissimum, imputribile, & incredibilis leuitatis, ac pulchritudinis, ex quo latissima tabulata cæduntur, vnde ex eo facta est arca fœderis, & cuncta quæ in tabernaculo lignea erant: Symbolumque est iustorum in gradu perfecto, qui spinæ albæ similitudinem habent propter tribulationum spinas, quibus punguntur, retinendo innocentiæ alborem ac pulchritudinem. Sunt autem fortes & incorrupti, quia cuncta aduersa superarunt. Hos autem irrigat Christus fons aquæ viuæ, vt hoc humore cœlesti in dies crescant pulchritudine, robore, ac incorruptione, vt simul sint, & lilia inter spinas, & ligna settim ad ingentia Dei opera patranda satis idonea. Nonne lilium inter spinas fuit Ioseph, cum venditus à fratribus, accusatus à domina, proiectus in carce-
Ps. 104. v. 18. rem, ferrum pertransiit animam eius, donec ve-
niret verbum eius? Cuncta hæc tanquam spinæ D
pupugerunt animam Dei amicam, quæ tamen florebat inter filias, id est fratrum animas pun-
Gen. 49. v. 23. gentes eam; de quibus dicitur, *Filiæ discurrerunt super murum, sed exasperauerunt eum, & iurgati sunt, inuideruntque illi habentes iacula.* Sed tamen irroratus à Deo floruit sicut lilium, & euectus ad sceptri regnum splendidior persecutionibus factus est.

De custodia iustorum ad euitanda hæc pericula.

§. 4.

SED quoniam diuina prouidentia non deest e- De custodia Angelorum.
lectis in periculis, hæc ipsa verba nobis indicant custodiam quam illis præparauit; quia nomen filiæ vsurpari potest in bonum & in malum, vt ex dictis constat; & ideo quidam per filias intelligunt Angelicas hierarchias. Angeli enim sæpius in Scriptura vocantur filij Dei; quibus mandauit vt custodiant nos in omnibus vijs nostris, & ad modum exercitus, & muri nos muniant: iuxta illud, *Immittet Angelus Domini in circuitu*
Iob 1. v. 6. Ps. 33. v. 7. Ps. 90. v. 10. Ps. 30. v. 17. *timentium eum.* Sicut ergo lilia & flores in campo existentes vallantur spinis, ne carpantur, vel conculcentur; sic iusti vallantur ab Angelis, qui sunt velut septa spinarum iustos circumcingentia, ne à dæmonibus vel prauis hominibus lædantur. Comparantur autem spinarum septo quatenus pungunt non iustos, sed eorum perse-
Isa. 5. v. 2. Mat. 21. v. 33. cutores, vt illos abigant, & propellant. Nec noua videri debet hæc metaphora, cum plures Patres id quod de vinea Domini scriptum est, *Et sepem circumdedit ei*, de Angelorum custodia interpretentur. Quandiu ergo iustus est in campo huiusmodi, & in his miseriarum conuallibus, sepe indiget Angelica, qua non indigebit cum in cœlestem domum admissus fuerit. Sicut lilia non vallantur septo cum sunt domi; sed cum sunt in agro, ideoque sponsam, quæ proprium periculum timebat; eo quod flos esset campi, & lilium conuallium, consolatur sponsus, dicens: Ne timeas, ô amica mea, quia sicut lilium est inter spinas septum, & vallatum ab illis; sic tu es inter meas filias Angelicas hierarchias custodita ab ipsis, & protecta.

Possumus etiam per has filias intelligere singulas perfectorum animas, quæ propter vnionem charitatis se inuicem complectuntur, velut
Nahum 1. v. 10. spinæ, vt septum faciant, quo quamlibet earum
custodiant, *Vnicuique enim mandauit Deus de proxi-* C Eccl. 17. v. 12.
Gen. 4. v. 9. *mo suo.* Non enim iustus est sicut Cain, qui dicebat, *Nunquid custos fratris mei sum ego?* quin potius omnes se alterius fratris custodes putant, eius vitam, salutem, & honorem tuentur. Qui ergo degeret inter perfectos, & fraterna charitate vnitos, sic esset inter illos custoditus sicut lilium inter spinas. Spinæ enim sunt perfecti, non ad pungendum fratres, sed ad impediendum ne lædantur ab alijs. Vt igitur animam timidam consoletur Deus, hortatur eam vt perfectis se adiungat, dicens; Sicut lilium inter spinas, sic erit amica mea inter charissimas filias meas.

Sed iuxta hanc interpretationem mysterium detegamus, cur sponsus vocet se tantum lilium conuallium, sponsam vero lilium inter spinas, eo quod solus Christus Dominus inter homines non indiguit septo aliquo, vel custodia Angelica aut humana, sed ipse sibi fuit custos omnipotens, & Angeli accedebant ad eum, non vt cu-
D stodes, sed vt ministri; homines vero vt discipuli, velut infirmi, qui omnes quandiu degunt in hac mortali vita indigent sepiri spinis, & custodiri tum ab Angelis, tum à perfectioribus viris, donec transferantur in hortum paradisi cœlestis, cuius custos est Deus, cui sit æterna gloria in secula seculorum.

Amen.

EXHOR-

EXHORTATIO XXIII.

modo quo Deipara, Ecclesia, & qualibet pia anima, ac religiosa familia est lilium inter spinas, splendens magis inter malos & imperfectos.

Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.

MAGNA laus sponsæ Christi, & ingens dignitas Ecclesiæ, animæque sanctæ, quod cum is sponsus, qui se lilium vocauerat, nomen similli impertiatur, vt maximam inter vtramque indicet similitudinem sanctitatis. Propterea quod sub nomine lilij Ecclesiæ primitiuæ encomium prædixit Isaias, dicens, *Lætabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium.* Quomodo floruit sponsus eius, qui fuit lilium conuallium. Et Oseas dixit, quod iustus germinabit sicut lilium. Ad quam floritionem exhortatur nos Ecclesiasticus, inquiens, *Florete flores quasi lilium, & date odorem, & frondete in gratiam*; id est, producite flores, & frondes, non quascumque, sed instar lilij odoratissimas, & vestustissimas, quæ Deo & hominibus sint valde gratæ. Crescit autem laus ex collatione ad cæteras congregationes, & animas non amicas, cum dicit, *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias*: id est, tanto amica mea superat reliquas filias, quanto lilium superat spinas. Loquitur autem ad sponsam, etsi præsens esset, in tertia persona, vt minorem laus incutiat pudorem, vel quia mos est ardentes se amantium, ita se inuicem collaudare; nisi velis verba hunc habere sensum, sicut lilium inter spinas, sic tu, ô amica mea, es inter filias.

Deiparam inter filias Euæ esse lilium inter spinas. §. 1.

SEd quia plures sunt amicæ, quæ sub hac laude comprehenduntur, placet à beatissima Virgine encomium istud inchoare, cuius comparatione reliquæ mulieres filiæ Euæ rectè spinæ nuncupantur: tum quia omnes spina illius culpæ transfigit, quæ à muliere sumpsit initium, & cum ipsæ in peccato concipiantur, si modo naturali concipiant, in prolem peccatum traijciunt. Quid enim spina nisi spinam generet? *Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus?* Et quæ spinam generat, quid mirum quòd in partu pungatur, & lædatur? Nam propter peccatum inflicta est ei maledictio illa, *In dolore paries filios tuos.* En quales spinas pro ulitrpum peccatu, & quales filias generauit Eua; vna tantum excepta Deipara: nam sicut lilium inter spinas, sic Maria est inter filias: Ipsa per eminentiam lilium filio suo, & Dei per omnia simillimum, habens per gratiam & priuilegium, quod ipse iure proprio per naturam; quia nunquam tetigit illam spina originalis culpæ, sed in primo suæ conceptionis instanti floruit tanquam lilium candidum per innocentiam, sine vlla macula; rubrum intus per ardentem charitatem, pulchrum, expansum, & incuruatum per omnigenam virtutem, cum magna cordis latitudine, & humilitate. Tale lilium decebat esse illam, quæ conceptura erat, non spinam, sed florem Iesse, & lilium conuallium in conualle vteri sui nouem mensibus gestatura. Et quia non spinam, sed lilium virtute Spiritus sancti genetauit; ita sine dolore intacta virgo peperit, & suo gremio inter brachia & vlnas semper gestauit. Testantur quidam vocem Hebræam, quæ lilium significat, etymologiam ducere ab alia; quæ sinum vel gremium denotat, eo quod ob suū decorem dignus flos sit, qui in sinu feratur. Lilium ergo Christus Dominus, dignissimus qui in gremio cordis collocetur; sed felicissima Virgo, quæ in vtero primum, & postea inter vbera gessit illud; inde enim ipsa effecta est lilium venustissimum, filioque simillimum; sed quia Christus in mundo, vt vidimus, fuit lilium inter spinas persequentium ipsum, similiter & mater eius. Omnes enim spinæ quæ pupugerunt filiū, pungebant & matrem; iuxta illud, *Tuam ipsius animam pertransibit gladius*; Gladius, inquam; passionis Christi, qui innumetis spinis corpus eius pungentibus, animam Virginis penetrauit: sed tunc pulchrius lilium facta est, cum in medio tot spinarum maiorem splendorem protulit, & odorem.

Sed hoc nobis iucundius, quod ipsa instar filij, flos est etiam campi, & lilium conuallium, omnibus carpere volentibus expositum; quia nullus est qui non possit ad eam accedere, nullus qui non fragrantiæ ipsius particeps esse valeat; nullus qui apud ipsam misericordiam, & gratiam si velit non inueniat. Si fueris in campo plano consolationis, siue in profunda conualle desolationis, vtrobique inuenies propitiam Mariam, & multoties Christus flos campi, & lilium conuallium suam peccatoribus pulchritudinem abscondit, quam tamen libenter illis exhibet mater ipsius. Vnde sic inquit Diuus Anselmus; "Nihil vtilius post Deum memoria matris ipsius, "velociorque est nonnunquam salus memorato "nomine eius; quam inuocato nomine Iesu vnici "filij sui, non quod ipsa maior & potentior illo sit, cum potius illa sit potens per ipsum: Sed quia filius vt iudex discernens merita singulorum, iuste quosdam non exaudit; qui tamen si ad matrem accedant, quæ non iudex, sed aduocata est peccatorum, dum ipsa pro eis intercedit, per illam obtinent, quod ipsis negatum fuerat. Est igitur beatissima Virgo inter filias peccatrices, tanquam lilium inter spinas, vt omnes eam intueantur, ab ea sanctimoniam discant, & virtutes per eam impetrent, vt spinæ contetantur, earumque vulnera sanentur.

Sed iam ceteras interpretationes prosequamur. Possunt enim hæc verba referri, vel ad vniuersalem Ecclesiam, vel ad singulas pias animas; vel ad eas quæ statum perfectionis in religione profitentur.

Ecclesiam inter alias sectas esse vt lilium inter spinas. § 2.

SI ergo hæc verba ad Ecclesiam Catholicam referamus, comparatio est cum filiabus, quæ extra ipsam sunt; id est cum alijs cœtibus, & sectis infidelium, siue hæreticorum, siue Gentilium, aut Iudæorum, quæ filiæ vocantur, non quidem

Isa. 35. v. 1.

Osee 14. v. 6.

Eccl. 39. v. 19.

Proconceptione beatæ virginis.

Matth. 7. v. 16.

Gen. 3. v. 16.

De hoc late supra egimus.

Ita Foreirus in Isa. 35. v. 1.

Luc. 2. v. 35.

Lib. de excellent. virg. c. 6.

quidem Dei, sed diaboli, cuius doctrinam & mores sequuntur, ac votis deseruiunt; iuxta illud, *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere, ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia non est veritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est & pater eius.* [Ioa.8.v.44.] Ecce qualem progenitorem habent omnes infidelium sectæ, nempe diabolum, Dei aduersarium, animarum homicidam, in veritate inconstantem: cuius officium est mentiri, & decipere. Pater enim est, & primus inuentor mendacij. Qualis autem pater, tales & filiæ, tales & sectæ. Omnes Deo aduersæ, animabus mortiferæ, inimicæ veritatis, in vero, bonoque instabiles, mendaces, atque mendaciorum sentinæ à diabolo inuentæ, vel à proprio iudicio, quod primogenitum est diaboli. Propter quod merito comparantur spinis, quæ nec colorem gratum habent, nec odorem, vel vsum fore aliquem proficuum, nec delectabilem; sed quandiu in suo vigore permanent, pungendo nocent, si applicentur igni valde crepitant, sed tandem comburuntur; sic infideles omnes, & maligni, nec colore sanctitatis splendent, nec odore boni exempli fragrant, nec sibi, aut alijs ad salutem animæ prosunt, quin potius nocent pungendo, & vulnerando prauis exemplis, & peruersis dogmatibus, & tunc vehementius quando vigere videntur. Si quid autem eis aduersum contingit, vel quispiam contradicit, mox superbia, furore & impatientia crepitant; sed tandem in ignem proijcientur æternum, vbi quantumuis crepitent, & blasphement perpetuo, cremabuntur incendio, sicut prædixerat Psalmista, dicens, [2.Reg 23 v.6.] *Præuaricatores quasi spina euellentur vniuersi, quæ non tolluntur manibus; & si quis tangere voluerit eas, armabitur ferro, & ligno lanceato, igneque succensæ comburentur vsque ad nihilum.* Quod maxime hæreticis aptatur, qui cum blanda non possint aut velint monitione corrigi, oportet eos vi & armis euellere de terra viuentium, igneque comburere, vt in cineres redigantur, vt ea temporali igne transeant ad æternum, tenebris internis, & externis circumuoluti.

Inter has ergo spinas Ecclesia est sicut lilium pulcherrimum, nam & supra vocata est pulcherrima inter mulieres: [Cant.1.v.7.] & sicut lilium sex continet candidissima folia & totidem flauos, aureosque flosculos, vtraque summo odore fragrantia; ita Ecclesia miris splendet gratijs & donis, tum externis, tum internis, vt nihil ea candidius, nihil speciosius, aut odoratius in terris possit reperiri: peculiariter vero sex continet pulchra insignia, quibus ab alijs sectis secernitur, & tanto excessu eas superat, quanto lilium spinas: cuiusmodi sunt infallibilis fidei veritas, cui in omnibus quæ reuelat, nec minimum mendacium, aut falsum misceri possit. Deinde puritas legis diuinæ & euangelicæ, quæ omne peccatum etiam minimi verbi, vel cogitationis otiosæ prohibet, & omnigenum virtutis actum præcipit, aliosque præclariores consulit. Tertio sanctitas sacramentorum cum maxima efficacia ad delenda peccata, ad efficiendam gratiam, & reparandam Dei amicitiam, ad nutriendas, seruandas, & augendas virtutes. Inter quæ supereminet pulcherrimum lilium Eucharistiæ, cuius frequens vsus omnem perficit sanctitatem. His accrescit excellentia di-
A uini cultus, & religionis, qua Deus in ea colitur, & adoratur varijs modis sanctissimis & ordinatissimis in spiritu, & veritate; præcipue vero venerando, & sacrosancto Eucharistiæ sacrificio, quo nulla oblatio, nullus maior cultus inueniri potest. Quinto sunt præclarissima dona gratiæ sanctificantis, cum omnibus virtutibus, quæ charitatem comitantur, & operibus iustitiæ & misericordiæ erga proximos, abnegationis erga seipsum, deuotionisque erga Deum mirifice splendent, & abundant, ac denique variæ gratiæ gratis datæ, quibus varij status, & ministeria ad ornantur ad totius Ecclesiæ vtilitatem & decorem, summo ordine inter diuersas personas distributa. Propter quæ merito sponsus Ecclesiam suam laudans, ait, *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Hæc est vnica amica mea, extra quam nullam agnosco amicã. Hæc est pulcherrimum lilium sex frondibus & flosculis odoratissimum. Ceterum sicut candidum prope ni-
B grum candidius apparet, & lilium iuxta spinas speciosius videtur; sic Ecclesia alijs cœtibus comparata, multo gloriosior est in mundo, quæ omnes in sui admirationem rapiebat, cum principes Apostolorum primitiuis Christianis dixerunt, *Vt sitis sine querela, simplices filij Dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, in quo admirantur, non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confusionem.* [Ad Phil. 2. v. 15.] [1.Pet. 4 v. 4.]

Hinc est ideo Deum permittere spinas infidelium viuere & crescere in mundo, vt clarior appareat Ecclesiæ candor, sanctitas, & pulchritudo, eiusque in fide & virtute firmitas & constantia: nam, *Oportet*, inquit Paulus, *hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.* [1.Cor.11.v.19.] Imo per spinas infidelium etiam lilium Ecclesiæ elaboratur, vt in dies suæ pulchritudinis in viris iustis nouum recipiat incrementum; ideoque in parabola de zizania dicit Dominus seruis suis, *Sinite vtraque*
C *crescere vsque ad messem* id est, vsque ad diem iudicij vniuersalis; tunc enim zizania, & spinæ colligentur in fasciculos ad comburendum. [Mat.13. v. 30. & 38.] Ipse autem sponsus descẽdet, vt colligat lilia ex conuallibus mundi, ad collocandum ea in pulcherrimis hortis cœli empyrei. [Cant 6 v.1.] Sed de hac Ecclesiæ pulchritudine super alias sectas, in libro tertio plura dicta sunt. [In Exhort. 19.]

Iustos inter peccatores Ecclesiæ esse etiam vt lilium inter spinas. §. 3.

SED cum Ecclesia Catholica bonos contineat & malos, propter quod se nigram vocauit, sed formosam, vt iam vidimus, [Cant 6.v. 4.] etiam de ipsa Ecclesia prout congregatio est iustorum, intelligendum est encomium istud, [Lib.2 Exhort.14.] *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Vocat autem filias effœminatas animas peccatorum, quæ licet ex parte dici possint filiæ Dei quantum ad fidem, tamen
D absolute sunt filiæ diaboli, cuius mores imitantur. Permittuntur autem huiusmodi spinæ ex duplici potissimum causa, sicut de infidelibus insinuauimus. Prior vt virtus iustorum gloriosior appareat. [1.] Non enim magnum quid est lilium esse inter lilia; sed valde mirandum est lilium esse inter spinas. Ideo (inquit Diuus Gregorius) [Libro 1. Mor c. 1.] de sancto Iob dicitur, quod habitauerit in terra [Iob 1 v. 1.]

Hus,

[illegible] dcit [illegible] ium; quia hoc eius laudibus [illegible], [illegible] onus inter malos fuit: nam sicut [illegible] est culpæ inter bonos bonum non esse [illegible] cst præcunij bonum etiam inter [illegible] exti[illegible]. Et quid gloriosius quam quod de[illegible] idem Iob. dicens, *Frater fui draconum, & [illegible] struthionum*, id est, habitaui cum superbis [illegible]s, cum hypocritis & duris corde, & ta[illegible] nihil mali didici, aut accepi. *Fil ho-* [illegible] quit Dominus ad Ezechielem) *increduli & [illegible] ersor sunt tecum, & cum scorpionibus habitas.* M[illegible] laus, & ingens virtus Prophetæ, quod [illegible]s cum subuersoribus non subuertatur, & [illegible]s cum scorpionibus non lædatur. Non [illegible] titulus virtutis est (inquit Bernardus) [illegible] viuere bonum, & inter malignantes [illegible] retinere candorem, & morum leni- [illegible] herrimum lilium iustitis, quem spinæ [illegible]d non lædunt, torquent sed non no- [illegible]x eo quod torquent, pulchriorem, & [illegible]em ostendunt; siquidem tabescit arden- [illegible]o videns peccantium malefacta, sicut Apo- st[illegible]us qui dicebat, *Quis scandalizatur, & ego non* [illegible] spinæ enim delictorum, quæ nutriebant ig[illegible]em concupiscentiæ viventem peccatores, ex[illegible]abant ignem humilitatis in corde Pauli comburentem cum propter malitiam illorum: ille [illegible] denigrabat peccantes, hic vero splendidiorem reddebat zelum in illos. Nonne Loth lilium erat inter spinas, cum habitabat in Sodomis? Pungeb[illegible] quidem, sed non lædabatur; nam (vt testatur Diuus Petrus) *Aspectu & auditu iustus erat habitans apud eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant.* Dupliciter autem cruciabant, vel impiis exemplis, & obscœnis verbis quæ cogebatur videre & audire; vel etiam actibus persecutionibus, contumeliis, & iniuriis, eo qu[illegible] vitam illis valde agebat dissimilem.

A esse inter spinas, & bonum inter malos, vt quid virtutis studiosi non sine Dei impulsu mundum relinquunt, deserta petunt, fugiunt ad monasteria, & intra claustra se recipiunt, vt prauorum fugiant consortia? melius enim esset inter eos manere, & pugnando ac vincendo lilii gloriam inter tot spinas reportare. Sed aliud est quod ex nostra voluntate eligere oportet, & aliud quod ex Dei permissione debemus tolerare. Nobis quidem dum propriam imbecillitatem consideramus, expedit prauorum euitare consortia, ne lædamur ab illis; & liliis ac iustis aggregari, vt eorum communicatione & exemplo proficiamus: nam scriptum est, *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea; & qui communicauerit superbo, induet superbiam; & qui cum sapientibus graditur, sapiens erit; amicus stultorum, similis efficietur.* Ceterum quando ex Dei permissu necesse fit inter spinas & inter malos degere, tunc curandum est lilii candorem & bonitatem non amittere, sed potius B tius inter eos multo magis splendescere; quare securus tibi est curare; vt lilium sis inter lilia, quam desiderans esse lilium inter spinas, spinam fieri inter illas. Indicium enim est superbæ temeritatis, velle inter malos esse, vt habeas quod vincas, si potes secure inter bonos degere. Infelix est, inquit Diuus Augustinus, & nimium periculosa ista præsumptio: multi enim dum se putabant vincere, victi sunt. Dicis inter mulieres extraneas habitans, continentiam teneo, & volo habere quod vincam. Quid est dicere, volo habere quod vincam, nisi viuere desidero sub ruina? Sed ego, inquis, libidinis impetum tanquam aduersarium meum volo iugiter tenere captiuum. Sed vide ne contra te incipiat ipsa captiuitas præualere, & vbi te putabas obtinere triumphum, inde in æternum incurras opprobrium. Hæc Diuus Augustinus: qui etsi loquatur de his, qui cum mulieribus spe victoriæ audacter conuersantur, tamen sententia ipsius similiter comprehendit quoquot eadem vana spe cum iniquis, & scandalosis sociantur. Fateor (inquit Diuus Hieronymus) imbecillitatem meam; nolo spe pugnare victoriæ, ne perdam aliquando victoriam. Quid autem necesse est certa dimittere & incerta sectari? tu qui pugnas, & superari potes, & vincere, ego cum fugero non vincar in eo quod fugio, sed ideo fugio, ne vincar. Nulla securitas est vicino serpente dormire, potest fieri, vt me non mordeat, tamen potest fieri, vt me aliquando mordeat. Hæc humilis Hieronymus, vt propellat superbam audaciam eorum, qui cum a Deo vocantur ad securum religionis statum, vbi cum liliis lilia fiant, diuinæ vocationi resistunt, & malunt in mundo manere falsa freti spe, quod poterunt esse lilia inter spinas, & iusti inter iniquos.

2. Et hæc est posterior causa propter quam permittit Deus iustus esse lilia inter spinas, vt scilicet dum mali pungunt bonos, & duris persecutionibus insequuntur, pulchriores, & fortiores C per patientiam, & toleratam pugnam euadant, sicut fusius prosecuti sumus circa illam querelam sponsæ, *Filii matris meæ pugnauerunt contra me.* Sicut enim olim (vt inquit Deus) Israelitas quasdam inimicas nationes, *Vt (inquit) erudiret in eis Israelem, & omnes qui non nouerant bella Chananæorum, vt postea discerent filii eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi; & vt in ipsis experiretur Israelem, vtrum audiret mandata Domini, quæ præceperat patribus eorum per manum Moysi, an non.* Sic etiam modo permittit Deus multos esse malos, calumniatores, & feroces, vt iusti qui Apostolis, & primæuis Christianis successere, discant certare cum hostibus, ne torpore & ignauia languescant, & vt habeant etiam consuetudinem præliandi, & ex victoria ingentia sibi lucra reportent; & tandem, vt ipsis experientia constet sua erga Deum fides, obedientia, ac ardens dilectio, cum in eius seruitio constantes D perseuerant: quæ omnia in laudem ipsis Christi cedunt; cuius virtute & gratia iustus lilium manet inter tot spinas pungentes illum: ex quibus tamen (vt iam vidimus) septum facit, vt eum custodiat, conuertens in eius bonum quod persecutores faciunt in eius damnum.

3. Sed forte dices, si tam gloriosum est lilium

Religiosos inter seculares esse lilium inter spinas.

§. 4.

HINC deducere licet quam apte encomium istud aptari possit animæ religiosæ, ipsique religioni, vbi Euangelica perfectio strictè obseruatur, vt ipsa comparetur lilio, seculares vero spinis. Non quidem negamus etiam intra religionem, aliquas esse spinas, & aliquos dyscolos, & imperfectos, vt inter ipsos magis splen- deant

Iob 30. v. [illegible]
Ezech. 2. v. 6.
Serm. 48. in Cant.
[illegible] v.
2. Pet. 2. v. 7.
Iudic. 3. v. 1. & 2. [illegible]
Eccli. 13. v. 1.
Prou. 13. v. 20.
Serm. 250. de tempore.
Lib. contra Vigilantium hæreticum.
De hoc Hieronymus Platus l. 1. de bono status religiosi ca. 14.

Pußusl. 2. Exhort. 14.

deant tanquam lilia, ij qui perfecti sunt, & perfectiores, pulchrioresque reddantur. Cæterum spinæ paucæ sunt, lilia vero plurima, in seculo vero è contra plures sunt spinæ, & pauca lilia, vt

Isai 32. v. 13.

hic aptari possit quod dixit Isaias. *Super humum populi mei spina & vepres ascendent, quanto magis super omnes domus gaudij ciuitatis exultantis?* Hoc est; si aliquot vitiorum, aut vitiosorum hominum spinæ germinant in domo Domini, quæ est religio, ac domus luctus, quanto plures germinabunt in domibus secularium, quæ sunt domus gaudij, & voluptatibus vacant ac delicijs? Etsi ergo in religione aliquæ sunt spinæ, apte vocabitur domus liliorum; & de ipsa intelligetur encomium istud: *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Id est inter animas secularium, qui solicitudinibus, curis negotijsque terrenis implicantur, quæ à Christo Domino nuncupantur spinæ, in parabola de eo qui exiit seminare semen suum, & pars seminis cecidit inter spinas: hos autem dicit esse, *Qui audierunt, & à sollicitudi-*

Mat 13. v. 22. Luc. 9. v. 14.

nibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum.

Quis enim dubitat coniugatos, & diuites seculi, populique magnates vitam agere spinis refertam? Voluptates enim carnis, etsi non illicitæ sint, curæ filiorum, familiæque alendæ, appetitus diuitias vel dignitates acquirendi, vel conseruandi acquisitas, solicitudo negotiorum, lites, calumniæ, timores, & aliæ ærumnæ, quæ isthæc comitantur, spinæ sunt acriter pungentes illos, & vlcerantes corda, quæ etiam semen diuini verbi, internæque Dei inspirationis suffocant, ne fructum afferat, aut germinet lilia virtutum; sed potius spinæ pullulent vitiorum, quæ ipsos fœdos reddant, & atros: vt merito etiam ex hac parte spinæ vocari possint, non negamus in seculo aliquos coniugatos diuites, & negotijs implicatos iustos esse, sed rari sunt, qui non sint huiusmodi spinis valde puncti, & cutis dilacerati, quibus applicari potest illud

Michea 7. v. 4.

Micheæ Prophetæ, *Qui optimus in eis est, quasi paliurus, & qui rectus quasi spina de sepe.* Paliurus, vt

Lib. 13 c. 19. sed l. 24 c. 13. dicit etiam esse genus spinæ idque constat ex Isa. 34. v. 13.

inquit Plinius, arbor est spinosa, & aspera, cuius baccæ saporem vini suo succo commendant. Qui ergo in seculo degunt multis impliciti negotijs, etsi iusti sint, & fructus diuini amoris ferant, sunt tamen quasi arbores spinosæ, propter innumeras curas, quibus punguntur, & quasi spinæ de sepe, quia vt sua tueantur bona, necesse est crebro alios pungere. Vnde amaritudines nascuntur, & afflictiones.

Hom. 3 ex 4.

Merito ergo respectu istorum religio lilium nuncupatur mirabili candore, ac odore præditum ab his spinis longe diuersum. Ideo (inquit Origenes) anima lilium est erumpens de medio spinarum, quia fugit cogitationes, & solicitudines seculares, quæ spinis in Euangelio comparatæ sunt, & vt dicit Diuus Ambrosius, mentem

Serm. 5 in Psal. 118. v. 1.

hominis, animumque compungunt. Cum igitur religiosa anima cuncta temporalia contemnat, & sollicitudinem abijciat, diuinæ prouidentiæ quoad victum, & vestitum se totam committens, iure optimo lilio comparatur, de

Matth. 6. v. 2.

quo Saluator ait, *De vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri, quomodo crescunt, non laborant, neque nent, & tamen Deus sic vestit, vt nec Salomon in omni gloria coopertus sit sicut vnum ex illis.* Omnis enim gloria temporalis non æquatur gloriæ, & ornatui spirituali, quem hæc mystica lilia in se habent. Ex ornatu ergo, & decore lilij, quod sex folia candida totidemque flosculos habet auteos, deducamus decorem religionis, quæ intus & foris coram Deo pulchra est sicut lilium.

Sex enim insignia religiosum decorum reddunt, nimirum paupertas spiritua, qua effectu & affectu omnia temporalia relinquit propter Christum; perpetua castitas nuptijs etiam renuncians, vt sanctus sit corpore & spiritu, obedientia ad prælatos, non solum in executione, sed etiam interna propriæ voluntatis, & iudi[cij] abnegatione: quæ tria confirmantur voto & Deo sunt gratiora. Quibus alia tria non minus speciosa superadduntur, Videlicet vnio & conformitas mutua, non modo in externis ritibus, formaque viuendi, sed etiam in animorum consensu, quasi omnes sint vnum cor, & anima vna. Deinde spiritus deuotionis ad Deum laudandum, colendum, & orandum, tum voce, tum mente, tam externis ceremonijs, quam ardentibus cordis affectibus. Et denique zelus iuuandi proximos, siue in corporalibus, siue in spiritualibus, fere nulla enim est religio, quæ ad hoc proprium non habeat ministerium deputatum. O lilium candidissimum; quod vt omnem maculam effugiat, etiam occasiones peccandi per tria vota præscindit! ô flos vere aureus qui amore Dei & proximi coruscat, & in vtroque semper florescit! ô lilium odoratissimum! quod sui fragrantia Ecclesiam ædificat, confortat fideles, & eos ad Dei laudes excitat. Vere neque Salomon in omni gloria sua decoratus est sicut lilium istud, quod vero Salomoni Christo assimilatur, à quo hanc gloriam participat, & decorem.

Est tamen lilium inter spinas. Quia sicut Ecclesia, ita & religio varijs premitur tribulationibus. Nec solum pungitur ab hæreticis, sed multoties etiam à fidelibus secularibus, qui calumnijs, & murmurationibus eam pungere, & lacerare non cessant, sicut & dæmones tentationibus conantur euellere, cuncta tamen conuertuntur in spinarum septa, quibus eam Deus custodiat, & promoueat in bono, ad perfectionisque verticem attollat, adhibens etiam duplicem custodiam supra commemoratam, tum ex Angelis, qui plures eius custodiæ deputantur, tum ex domesticis, qui cum maiori sint charitate vniti, ad mutuam defensionem, sicut septum spinarum se complectuntur, ne quid accedat, quod eos lædat, & perturbet, in quorum medio est Christus Dominus lilium inter lilia, seruans eos, sicut etiam eos de mundo ad se collegit, iuxta id quod infra dicitur, *Dilectus meus descendit in hortum suum vt lilia colligat*, de quo suo loco. Cant. 6. v. 1.

Quomodo seculares possint esse lilia inter spinas diuitiarum & voluptatum.

§. 5.

SEd cum Christus Dominus, vt vidimus, diuitias & voluptates spinas vocauerit, poterit ne secularis, & coniugatus, diues & præpotens lilium esse inter has spinas? Si enim inter spinas crescere potest lilium, cur non & triticum semi-

Luca 8 v. ... m inter eas? & tamen Saluator ait: *Quod sequens aliud cecidit inter spinas, & simul exorta spinæ suffocauerunt illud*: si autem suffocant triticum, quo-

Noua expositio. modo non suffocant lilium? Fateor sponsi verba etiam posse intelligi de huiusmodi spinis, quæ mundo apparent rusæ. Vnde Abraham, Isaac, & Iacob, Iob & Dauid, aliique vtriusque testamenti, vtriusque sexus sancti diuitiis, regnis, ac matrimonij voluptatibus victes, lilia fuere inter spinas istas. Et quælibet secularis anima eadem erit dignitate, si tamen in corde suo diuitias & voluptates, ac seculi honores non tanquam rosas æstimet, sed tanquam spinas, inter quas ita se gerat ... eas possidet, quod longe sit ab eis cordis affectu: quoniam non tam ipsæ diuitiæ, & voluptates spinæ sunt, quam earum concupiscentiæ; & ideo spinæ dicuntur, quia concupiscentias generant, vnde omnia mala oriuntur, de

1 Ioa. 2. v. 16. quibus Diuus Ioannes ait: *Omne quod est in mundo, est concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. quod non est ex patre, sed ex mundo est.* Multi autem obseruant præclarum illud

Psal. 61. v. 11. Psalmistæ consilium dicentis, *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere*, sed sicut inquit Apostolus. *Qui*

1. Cor. 7. v. 29. *habent vxores tanquam non habentes sint; & qui flent tanquam non flentes. Et qui gaudent tanquam non gaudentes; & qui emunt tanquam non possidentes, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur.* Huiusmodi sunt vitæ inter diuitias, & delicias, ac seculi honores, atque inter reliquos magnates, & diuites seculi, sicut lilium inter spinas, quia nec illis corde adhærent, nec ab illis læduntur, in quo non modicum eorum apparet pulchritudo.

Hinc fit procul esse ab illis anxiam solicitudinem, quæ diuites, & potentes seculi valde pungit, & vexat: in quo etiam lilio assimilantur, cuius exemplo Christus Dominus hanc nimiam

Mat. 6. v. 28. reprimit solicitudinem dicens: *Considerate lilia agri quomodo crescunt, non laborant*, &c. Sicut ergo lilium sine vlla solicitudine ex sola Dei prouidentia tantam obtinet pulchritudinem, vt nec gloria Salomonis ei possit comparari; sic sponsa Christi quæ omnem suam solicitudinem proiecit in sponsum, sine anxietate crescit & proficit, tantamque obtinet animæ pulchritudinem instar lilij, vt eius comparatione splendentia mundi spinæ obscurentur. Laborat quidem & ne, vt Deo cooperetur, sed laborando non laborat, quia tranquille & iucunde, vt Deo placeat operatur. Fœlices qui hoc præstare possunt:

Eccl. 31. v. 8. *Beatus enim diues, qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunia thesauris, quis est hic & laudabimus eum?* Quis inter has spinas lilium esse poterit? raro inuenitur hoc lilium, & qui faciat hæc mirabilia in vita sua.

Ex quibus omnibus deducimus consulto sponsum bonos comparare lilio in singulari, malos vero spinis in plurali, quia stultorum infinitus est numerus, & innumeri sunt, qui vel à spinis ærumnarum & tentationum, vel à spinis diuitiarum, & voluptatum cruentantur, & dilacerantur. Quod satis insinuat Dominus in prædicta parabola seminis iacti in terra, cuius triplex pars perijt, vel propter spinas tentationum,

Luca 8. v. 5. Vide supra l. Exhort. 3. 4. quas assimilauit petræ, seu terræ petrosæ, ob duritiam & ariditatem, quam in corpore, & spiritu efficiunt; vel propter diuitias & voluptates, quas

malluit spinas vocare, vt sciremus diuersum esse Dei & mundi iudicium: nam quas mundus rosas, Deus spinas vocat, vt illas abijciamus. Vtinam simus de numero paucorum, Christique iudicio confirmemur in hoc seculo, vt cum ipso regnemus in cœlo. Amen.

EXHORTATIO XXIV.

De præcellentia Christi Domini super omnes homines, qui ex se sunt arbores infructuosæ, & per ipsum solum fructum afferre possunt iustitiæ, qui omnibus rebus mundi est præponendus.

Pro martyribus temp. Paschali circa Euangelium, Sicut palmes non potest, &c.

Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios.

REPENDIT sponsa hodiem sponso cum amplificatione non modica, quanto arbor malus præstat lilio, quod fructu caret, illa vero suaui, & periucundo abundat. Inquit ergo: *Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios.* Id est dilectus meus nó tantum est flos & lilium, quæ pulchritudinem habent, & odorem, non fructum; sed est arbor florida, odorata atque fructifera, tantumque præstat aliis hominibus, quantum malus lignis siluestribus. Sed quæ rogo amplior laus sponsum humili arbori comparare? cum de seipso, qui sapientia est æterni patris, dicat: *Quasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in monte Sion. Quasi palma exaltata sum in Cades. quasi oliua speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum iuxta aquas.* Cur ergo sponsa non his proceris arboribus, sed paruæ malo sponsum assimilauit? Fateor (inquit Diuus Bernardus) parua laus, quoniam parui laus. Non enim hoc loco prædicatur magnus Dominus, & laudabilis nimis, sed paruus Dominus, & amabilis nimis. Paruulus vtique qui natus est nobis. Ergo non maiestas attollitur hic, sed commendatur humilitas. Adde etiam commendatur & charitas, nam sic Deus dilexit nos, vt humilis & paruulus fieret propter nos.

Eccl. 24. v. 17.

Serm. 48. in Cant.

Erat apud antiquos arbor malus hieroglyphicum amoris, eo quod iucundus esset pomorum eius gustatus & aspectus: amores natos dicebant esse sub malo, sub ea lusitare amantes, malis se petere, ac donare. Vnde paulo post sponsa subiungit, *Stipate me malis, quia amore langueo.* Et ad finem Cantici sponsus ait: *Sub arbore malo suscitaui te.* Id est cœpi te amare. Comparat ergo sponsa dilectum suum arbori malo, propter nimium sui erga eum amorem, vel potius propter immensam ipsius sponsi erga ipsam dilectionem, qua in mundo apparere voluit, tanquam arbor malus inter ligna siluarum, homo inter filios hominum, quos lignis siluestribus aptissime comparat. Potest autem esse collatio, vel ad filios spurios, & degeneres, vel ad legitimos, & ipsi conformes, sicut de filiabus est, & de vtroque agendum erit.

Pierius lib. 54 c. de malo plura adducit exempla. Virgilius, Malo me Galatea petit.

Cant. 8. v. 5.

De comparatione Christi ad filios Adæ, & charitate eius erga illos. §. 1.

ETENIM postquam primi parentes propter suam inobedientiam è paradiso eiecti sunt, vbi erant tanquam arbores plantatæ secus decursus aquarum, quæ cupiosum fructum ferrent in tempore suo, facti sunt in silua huius mundi, tanquam ligna siluestria, & infructifera, quorum filios vocare possumus cum Apostolo Iuda arbores autumnales, infructuosas, eradicatas, & bis mortuas. Qui amissa iustitia originali, eradicati sunt à paradiso, & bis sunt mortui propter peccatum originis, quod contrahunt, & actuale quod propria voluntate committunt; vnde à se nullum possunt ferre fructum iustitiæ, sed vel tantum folia verborum, vel fructus acerbos, & pessimos, id est errores, & impietates, quibus porci immundi saginantur, & dæmones libenter vescuntur. Et quia teste præcursore, omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur, hinc est arbores istas quæ nunc tantum ignem concupiscentiarum nutriunt, in ignem postea proijciendas æternum.

In Epist. Cant. v. 12.

Matt. 3. v. 10.

Quamuis autem totus mundus vnica sit in genere silua, huiusmodi tamen arbores nuncupantur hic ligna siluarum, quia variæ sunt mundi nationes, plurimæque infidelium, & impiorum siluæ, & luci, diuersis erroribus, & vitiis seruientes, sicut apud gentes diuersa erant idola, quibus aras, & templa in siluis, lucis, & nemoribus dedicabant; vt ligna siluarum dicantur, quæ idolis erant dicata, illisque merito comparentur homines, qui eadem idola colunt, errores moresque eorum complectuntur. Propter quod in Deuteronomio præceptum erat: *Non plantabis lucum, & omnem arborem iuxta altare Dei tui, nec facies tibi, nec constitues statuam, quæ odit Dominus Deus tuus.* Et rursus præcipiebatur cum idolatrarum terras attigissent, aras eorum subuertere, confringere statuas & lucos succidere. Quod tamen ipsi non exactè seruauerunt, sed postea plantauerunt lucos, & seruierunt idolis gentium. Lucus autem dicebatur per antiphrasim, quasi non lucens, quia densus, opacus & sine luce erat, eo quod arbores ibi plantaræ ob religionem nunquam exciderentur. Et bene opacus, ac sine luce dictus, quia errorum, ac peccatorum tenebris omnes gentes erant obuolutæ. Et sicut propter hanc opacitatem siluæ latibula erant ferarum, ac latronum, sic omnia vitiorum genera inter gentes latitabant. Latitasse dicimus, non quia non paterent, sed quia erant excæcati, vt illa non agnoscerent, nec vitia reputarent. *Obscuratum enim* (inquit Apostolus) *est cor eorum & dicentes se esse sapientes stulti facti sunt, & tradidit Deus illos in reprobum sensum, vt faciant, quæ non conueniunt.*

Deut. 2. v. 16.
Exo. 34. v. 13.
Deut. 7. v. 5.
3. Reg. 14. v. 15. & c. 16. v. 31.
Ad Rom. 1. v. 21. & 28.

Vocantur tamen à sponsa filii, quia à Deo creati sunt, vel quia filii Adæ præuaricatoris, filii iræ, filii diaboli, & filii perditionis, qui contra legitimum patrem Deum ceruicem erexerunt, de quibus conqueritur dicens: *Filios enutriui, & exaltaui, illi autem spreuerunt me.* Quia Deum qui eos genuit dereliquerunt, & obliti sunt Dei creatoris sui.

Isai. 1. v. 2.
Deut. 32. v. 17.

Hinc igitur oritur prima & maxima hæc laus sponsi, quod sit *Sicut malus inter ligna siluarum*: hic enim dilexit mundum siluam arborum infructuosarum, idolorum lucum, ferarum ac errorum, & vitiorum antrum, vt eum ded gnatus sit fieri quasi lignum in eadem silua conuersum, factus homo propter homines, sed factus est lignum mali, quæ symbolum est amoris. Qui propter nimiam charitatem, tanquam filius hominis inter hominum filios apparuit, tanto illa excellentior, quanto omnibus lignis siluarum præstat malus: qua inter fructiferas arbores nulla est iucundior, pulchrior, delicatior, & suauior, vel vtilior. Flos enim albo flauoque mixto rubet colore: folium densum virore concinno, fructus aureus & rubicundus gustui, odoratuique pergratus, aptus etiam elui & potui: nam ex eo fit pocula pocula iucunda: tandem tota malus gratam præbet vmbram, de qua sponsa mox subdit: *Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus illius dulcis gutturi meo.* Hæc autem omnia mirifice quadrant in Christum Dominum, qui diuinitate & humanitate floruit, qui verba vitæ æternæ habet, qui vere aureos ac diuinos fructus tulit, & seipsum nobis dat in cibum & in potum gratissimum, per cuncta hæc fundens odorem, & vmbram præbens salutarem, non vni, vel alteri nationi, sed vniuerso mundo. Et ideo non dicitur malus consita in horto concluso, sed in aperta silua vel siluis, quia omnibus est exposita, omnesque possunt eius pulcherrimo aspectu frui, eius suauissima fragrantia recreari, eiusque dulcissimis fructibus vesci. Omnibus enim clamat: *Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & a generationibus meis implemini. Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum.* Id est, omnes qui mei notitiam habetis, & quos mea allicit pulchritudo, venite ad me sine vllo obstaculo: quia in silua sum sine septo, & à fructibus meis saturamini, quia fructus sunt melle & fauo dulciores, vitam iucundam conferentes: nam *In me omnis gratia vitæ & veritatis, in me omnis spes vitæ & virtutis.*

Eccl. 24. v. 26.

Vnde malus ista diuina aliud habet singularis virtutis insigne, quod ligna infructuosa siluarum reddit fructifera, pulchra & odorata. Ad hoc enim (ait Diuus Gregorius Nyssenus) Christus venit in mundum, & factus est lignum siluæ, eiusdem essentiæ cum silua humana, fructiferum tamen, vt homines quamuis siluestres prauos & siluestres è siluestribus redderet fructiferos. Sicut enim oleaster, vt dicit Diuus Paulus, insertus contra naturam in bonam oliuam, fit ex radice particeps pinguedinis illius, fructusque fert vberes, speciosos, & pingues: sic iustus Dominus supra omnem naturam virtute suæ omnipotentis gratiæ agrestes ramos siluarum sibi vberrimæ, ac speciosissimæ arbori malo inseruit, ex quo tanquam ex vina radice fructus ei similes afferent, & mundus qui antea lucus & nemus erat idolis consecratum, fieret silua vero Deo dicata, & qui prius erat latibulum ferarum, & omnium vitiorum tenebrosum antrum, per eius aduentum illustraretur, pellerentur ferinæ passiones, & vitia abigerentur, tenebras condensa, vt in templo eius omnes dicant gloriam, & gratiam, si velint, vberem reciperent.

Hom. 4. in Cant.
Ad Rom. 11. v. 17.
Psal. 28. v. 8.

Com-

C[illegible] doctrinam, & vitam Christi, A e[illegible]que [illegible]orum cum ea quæ fuit, vel est apud omnes [illegible]deles, & inuenies hanc esse instar ar[illegible] m fructu[illegible]m, quæ nullum decorem habe[illegible], præter [illegible] quam cum qui in defluentibus ne[illegible]s, [illegible]b[illegible] um lenocinijs, nihil redolent [illegible] fructus proferunt veræ virtutes, qui [illegible] ctum, vel gustum humanum re- Luc. [illegible] c[illegible] pos[illegible], aut reficere, vel famem pellere, vt [illegible]go [illegible]dere licuit, quia non nisi eos [illegible]em degunt vitam. At doctrina C[illegible] [illegible]ta cœlestis, vita diuina: mores plus q[illegible] ani. fructus odore, ac sapore tam suaui, [illegible] lis valeat comparari, quæ enim par- 2. Cor. 6. v. 14. ti[illegible] iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas [illegible] ad tenebras? & qui consensus templi D[illegible]cu[illegible] olis? Merito ergo dicere poteris cum [illegible]a, *sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus i[illegible]r[illegible]s* Sed quia dilectus venit in mundi f[illegible]a, vt [illegible]ocem sui amoris in ea accenderet, o[illegible] g[illegible]na [illegible]estria, vt siluestria combureren- B t[illegible] in [illegible]ni transferrentur naturam, quæ f[illegible] s[illegible] similes ferret: hoc ipsum ab eo efflagi[illegible], v[illegible]te [illegible] ligno siluestri in fructuosum conuer[illegible], [illegible] i[illegible] [illegible] u etiam sis inter alios homines, sicut malus inter siluestres arbores.

De comparatione Christi ad omnes iustos, qui ex se sunt infructiferi. §. 2.

HÆ[illegible] autem melius percipientur, si Chri[illegible]um compatemus ad reliquos veros filios D[illegible], siue homines, siue etiam A[illegible]gelos, inter qu[illegible] est *Sicut malus inter ligna siluarum.* Homines enim iusti (de quibus hic potissime sit sermo potius quam de Angelis) si id quod ex seipsis habent consideres, ligna siluarum recte nuncupantur: quia nullum ex se ferre possunt fructum, nisi inserantur Christo, & vniantur illi, qui solus vtpote Deus & homo à se habet virtutem ferendi fructus, & illam iustis sibi vnitis C communicat: sicut testatus est cum discipulis dixit: *Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso nisi manserit in vite, sicut nec vos nisi in me manseritis: ego sum vitis, vos palmites, qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere.* Id est, à me separati eritis velut palmites aridi, velut arbores steriles, quæ nec fructus bonorum operum, imo nec flores, aut frondes desideriorum, aut verborum, quæ ad salutem æternam conducant, valent ge[illegible]minare. Omnes sunt velut oleastri, si suæ naturæ relinquantur; at inserti Christo, qui per se o[illegible]ua est optima, fiunt oliuæ fructuosæ, quales [illegible]ping[illegible] Ieremias dicens: *Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit Dominus nomen tuum:* vnde Iacobus Apostolus Christum qui Verbum est Dei patris, vocat insitum verbum, quod potest saluare animas nostras. Nam per incarnationem insitum est humanæ naturæ, quæ per ipsum fructus tulit plane diuinos, D at ipse Christus per fidem & gratiam fit verbum insitum in cordibus iustorum, per quem fructus referunt vita æterna condignos. In hoc autem deficit similitudo insitionis, quod in arboribus ramus insitus non dat virtutem trunco, sed potius ab illo suscipit succum, & virtutem vt ipse proprios fructus ferat; at Christus insitus iustis potius confert illis virtutem, vt ferant fructus non proprios ipsorum, ad quos propria natura corrupta inclinat, sed fructus ipsius Christi, in quo fides, gratia, & charitas inducunt; quare licet ij fructus iustorum dicantur, vt prodeunt ab eorum libero arbitrio, magis fiunt Christi cuius gratia, & fauore fiunt: iuxta illud Apostoli, *Plus omnibus laboraui, non ego, sed gratia Dei mecum,* & iuxta hunc sensum 1. Cor. 15 v. 10. intelligi possunt verba sponsæ in versione Septuaginta quæ sic habet: *Sicut malus in lignis siluarum, sic fraternus meus inter medium filiorum,* id est, ita est dilectus meus inter iustos, sicut malus inserta in lignis siluarum, quæ reddit illa pulchra, & fructuosa: vt quem fructum ipsa ex se ferre nequeunt, per insitam malum ferant. Propter quod vt canit Dauid: *Exultabunt omnia ligna* Psal. 95. v. 12. *siluarum à facie Domini, quoniam venit: quoniam venit iudicare terram:* id est illi qui antea erant ligna siluestria, & ex se infœcunda, exultabunt in aduentu Christi, quando venit ad iudicium faciendum contra diabolum, eripiendo homines à potestate eius: nam ex tunc incipiunt fructus ferre iustitiæ tanquam arbores fructuosæ. *Omnes enim* (teste eodem Psalmista) *declinaue-* Psal. 13. v. 3. *runt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bo-* ibid. *num, non est vsque ad vnum.* Id est (vt exponit Diuus Augustinus) exclusiue vsque ad Christum, qui solus ex se vtilis est, & potens facere bonũ, & alijs vim faciendi præstat, & ideo vocatur vnus, quia nullus alius præter ipsum hanc eminentiam habet sicut testatur Ecclesiastes, cum quærens in quibus esset vera, & stabilis sapientia ait: *Vi-* Eccl. 7. v. 29. *rum de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni.* Quia inter omnes viros millenatio numero significatos vnus vir Christus à se habet sapientiam, & sanctitatem firmam & stabilem. Inter mulieres, nec vna est, nam Deipara non est sancta nisi per filium eius, qui in hoc Cantico Cant. 5. v. 10. vocatur electus ex millibus, ipse vnicum caput C totius Ecclesiæ, vnica vitis, cuius iusti sunt palmites, vnica malus inter ligna siluarum, sicut inter filios Dei vnicus est naturalis vnigenitus patris: reliqui adoptiui, de quibus dicitur: *Ego dixi* Psal. 81. v. 6. *dij estis, & filij excelsi omnes:* hoc quidem per gratiam. Nam ex natura co[illegible]pia; *Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis,* quia mortales estis, & instabiles, ad lapsumque sicut dæmones procliues, nisi gratia Christi fulciamini.

Hinc constat quomodo conciliandæ sint Ioan. 5. v. 4. duæ similitudines. Altera qua sponsa nos comparat lignis siluarum: altera qua ipse Christus nos assimilat palmitibus. Nam in hoc conueniunt quod homines, qui ex se sunt infructuosi si vniantur Christo tanquam arbori fructiferæ, & viti, fructum per illam ferent. Ad denotandum vero immensum excessum Saluatoris super alios sponsa eum assimilat malo respectu lignorum siluestrium; ad significandum vero æqualitatem D secundum naturam humanam, & similitudinem fructuum, quos ferimus, assimilatio est ad vitem & palmites, qui sunt eiusdem naturæ.

Deus enim factus est homo similis nobis,
vt nos homines ei vniti similes ipsi
ferremus fructus.

* *
*

Margin notes (left column): hic [illegible] etiam Angelos in[illegible]git. — Ioan. 15. v. 4. [illegible] hoc insita — Exhort. 10. — [illegible] 11 — Iacobi 1. 21

Fructus bonorum operum omnibus aliis bonis preferendos esse. §. 3.

SEd alia non contemnenda laus latet sub his verbis, sumendo malum non in singulari pro vnica arbore, sed in genere pro quauis arbore fructuosa, vt contraponitur lignis siluestribus, & infructiferis. Nec mirum hoc esse debet, quia malus ad omnes fere arbores se extendit, vnde diuersæ arborum species vocantur, malus persica, granata, citrea, cidonia &c. Intendit ergo Spiritus sanctus sub hac metaphora docere nos, quod sicut potissima laus, & præcellentia arborum non desumitur à magnitudine, vel grossitie, & fortitudine, nec à frondibus, vel ramis, aut floribus, sed à fructibus, illasque esse præcellentiores, quæ meliores fructus ferunt; vnde in prima
Gen. 1. v. 11. rerum creatione tantum dicitur, *Germinet terra herbam virentem, & lignum pomiferum, faciens fructum iuxta genus suum*; quia hoc dignius est alijs non pomiferis: sic etiam hominum vera & potissima laus non desumēda est à nobilitate generis, non à diuitijs, non à dignitate, etsi regia sit vel imperatoria, non à scientia, & eloquentia; sed à fructibus bonorum operum, & virtutum, sine quibus etsi alia adsint, omnes sunt velut ligna siluarum, cum illis autem, etsi cætera desint, sunt sicut arbores mali, & fructuosæ, ac laude dignæ, ideoque fructus isti omnibus alijs bonis temporalibus sunt præferendi, quæ contemnenda sunt ne fructus amittantur.

Iud. 9 v. 8. Ad quod suadendū conficta est parabola illa de lignis siluarum, quæ voluerunt vngere super se regem, cumq; regium sceptrum offerrent tribus lignis pomiferis, nempe oliuæ, ficui, & viti, illud reiecerunt, ne fructus suos dulces, pingues, & suaues amitterent, cum autem rhamno infructiferæ, & spinosæ offerrent, acceptauit illud, quia fructus non habebat, quos timeret amittere. Ecce parabolam quæ non de arboribus insensibilibus, sed de hominibus, qui arbores vocantur inuersæ, intelligēda est: quibus incumbit fructus bonorum operum tanti facere, vt cunctis diuitijs, honoribus & dignitatib. præferant. Quę omnia reijcienda sunt tanquam vilia, & nociua quoties periculū immineat hosce fructus amittendi: qui vero eis carent, & nihili faciunt, bonis temporalibus acquirendis inhiāt, & oblata gratanter amplectuntur. Propter quod sponsa spiritu diuino afflata dixit: *Sicut malus inter ligna siluarum sic dilectus meus inter filios.* Qui a nihil aliud amat, æstimat, & magnifacit nisi fructus sanctorum operum: cætera temporalia, quæ homines auide cupiunt, ipse despicit, & relinquit: *Vnde cum cognouisset quod homines venturi essent, vt raperēt eum,*
Io. 6. v. 15. *& facerent eum regem fugit in montem ipse solus.* Quia non regism dignitatem huius seculi, sed fructus qui permanent in vitam æternam magnifecit, & concupiuit.

Et tu ergo qui à Deo in silua mundi constitutus es tanquam arbor fructuosa Christo Domino per fidem vnitus, cura semper fructus ferre Christiano dignos, illosq; omnibus temporalibus bonis anteferre, cauēs ne aliquid quantumuis mundo splendidum admittas, quod horum fructuum iacturam, aut diminutionem afferat.
Mat. 16. v. 26. Quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum pa-
A tiatur? an nescis quod ficui habenti tantum folia, & nullum fructum maledixit Christus dicens: *Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum*; & continuo arefacta est? Quæ enim horribilior maledictio excogitari potest, quā arborem aptam dulces fructus ferre, ita arefieri, vt nunquam amplius fructus ferat, sed in ignem deputetur æternū? Matt. 21
Peccator (inquit Ieremias) erit sicut myricæ in Ier. 17 v. 8.
deserto, seu lignum infructiferum in solitudine: *Non videbit cum venerit bonum*, id est cum venerint bona, quibus fruentur iusti, non videbit ea, nec potietur illis, sed habitabit in siccitate, in deserto, in terra salsuginis, inhabitabili: hoc est (vt D. Hieron. interpretatur) semper manebit in terra sterili, arida, & sale seminata, vbi fructum nullum feret, vbi non habebit hospitem Deum, nec Angelorum præsidia, nec Spiritus sancti gratiam, nec scientiam magistrorum, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Esto ergo sicut dilectus arbor malus inter ligna siluarum fructum
B proferens copiosum in tempore suo, vt Christi benedictionem consequaris, & cum venerint bona, ac fœlicissima præmia iustis pro bonis operibus promissa, videas illa cum gaudio, eisque potiaris in secula seculorum. Amen.

EXHORTATIO XXV.

De modo quo Christus Dominus inter Iudæos degens, & in cruce pendens inter latrones factus est sicut malus inter ligna siluarum, vt nos ad sui amorem & imitationem inuitaret. Propatulæ & pro... festis...

Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios.

C ADHVC maiora latent mysteria sub hac malo inter ligna siluarū, quæ propalanda sunt: vt intelligamus quo tempore Christus Dominus expressius hanc mali induit similitudinem, & super reliquos homines præcellentiam. Etenim arbor malus in hyeme quando est absque frondibus, floribus, & fructibus nihil discrepare videtur à reliquis lignis siluestribus, nec cognoscitur nisi à peritis agricolis: cùm autem in vere frondescere incipit, & florescere, ac fructus ferre, facile dignoscitur; nam ex fructibus noscitur arbor. Ad hunc igitur modum de natiuitate Christi, quæ facta est in hyeme, mense Decembri, & de passione eius, quæ in vere peracta est in mense Martio philosophandum est. Etenim tempus illud à natiuitate, vsque ad prædicationem quando vel absconditus latuit in Ægypto, vel in Nazareth fabri munus exercuit; fuit huic diuino malo instar hyemis, nihilque discrepare videbatur à reliquis hominibus, nec a-
D gnoscebatur tanquam filius Dei Messias, & Saluator mundi, nisi à paucis, vel ex relatione Angelorum, vel ex peculiari instinctu, & reuelatione Spiritus sancti, vt de pastoribus, Magis, Simeone, Anna, Baptista, eiusque parentibus notum est. Ad hoc enim tempus peculiariter referri potest quod prædixerat Ieremias: *Quare* Ier. 14. v. 8.
quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator decli-

nans

nans ad mansuetudinem? quare futurus es vt vir vagus, & vt fortis, qui non potest saluare? quia triginta annorum spatio visus inter homines ignotus sicut viator, & peregrinus in hospitio ac si non esset fortis, & potens ad docendum & saluandum omnes. Cæterum post trigesimum annum cum mundo se manifestare decreuit, frondescere, & florescere cœpit, ac fructus ferre proprios Messiæ in lege promissi; per quos eius præcellentia super reliquos homines facile possit dignosci. Cœlestis enim doctrina quam prædicabat, verba vitæ æternæ quæ proferebat, ingentiaque sanctitatis opera, & prodigia quæ patrabat, testimonium perhibebant de diuinitate ipsius: *Opera* (inquit) *quæ ego facio in nomine patris mei, ipsa testimonium perhibent de me. Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis.* Etenim Scribæ & Pharisæi ac principes Sacerdotum propria excæcati malitia noluerunt eum agnoscere, sed permanserunt vt ligna siluarum infructuosa, & obnoxia maledictioni, ac perpetua ariditate damnanda, sicut ficus quæ arefacta est, quia fructum non habebat, sed folia. *Populus enim hic* (inquit Dominus per Isaiam) *labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me, sine causa autem colunt me.* Id est, solum habet folia verborum, non autem fructus bonorum operum. Quare merito sponsa ad hoc tempus respiciens ait: *Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios.* Scilicet filios Israel proceres Iudæorum, ligna siluestria, & inutilia, quibus ipse infinite præeminet sapientia, doctrina, & sanctitate.

Io. 10. v. 25.

Mat. 15. v. 19. Isa. 29. v. 13. Matt. 21. v. 19.

Christum in cruce fuisse sicut malum inter ligna siluarum. §. 1.

SED execranda hæc ligna siluarum i. Id est Iudæi Christum circundantes, illum obumbrare conabantur, insectantes eius vitam, & doctrinam quasi auferentes à malo fructus, & folia ne agnosceretur, nec putaretur esse Christus: in tam profundam enim cæcitatem, & vesaniam deciderunt, vt putarent Christum esse lignum siluestre, & maledictum, illumque eradicare conati sunt ex mundi silua, dicentes: *Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius.* Id est hunc qui se panem viuum vocat, configamus in ligno crucis, vt eum de terra, & de memoria hominum eradamus. Cum igitur Christum in cruce suspendissent in medio duorum latronum à lignis similiter pendentium, nono inter eos modo cœpit esse, *Sicut malus inter ligna siluarum*, vel ut diximus luisse illum inter spinas. Quid enim erant duo illi latrones cruci affixi? nisi duo ligna siluarum vere siluestria & infructifera. Et bene siluarum, quia latrones in siluis delitescunt, vt latrocinia tutius perpetrent. Vterque cum crucem ascendit lignum erat siluestre, & spinosum, Christoque molestum; *Nam & latrones qui cum eo crucifixi erant, conuitiabantur ei.* Sed non minus ligna siluarum duo illi populi Iudæorum, & gentium increduli, à quibus Christus crucifixus est, & tanquam preciosa malus erat inter eos dicente Paulo. *Prædicamus Christum crucifixum Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis, Christum Dei virtutem, & sapientiam*, quæ tanto amplius in cruce

Ier. 11. v. 19.

Mat. 27. v. 44. Marc. 15. v. 32.

1. Cor. 1. v. 23.

resplenduit, quanto inter ligna ista arida virtutem suam non cohibuit, ingratis benefaciens, redemptionisque suæ fructus illis libenter offerens; & tanquam arbor malus mirabiles fructus sanctitatis protulit, nempe heroicæ patientiæ in tolerandis doloribus, insignis humilitatis in ferendis contumeliis, eximiæ charitatis in excusando persecutores, & orando pro illis.

Deinde in cruce ardentissimo flagrabat amore, tum erga patrem, tum erga homines. Propter quod recte ibi assimilatur malo, quam symbolum amoris esse iam diximus. Quid enim aliud est Christus crucifixus, nisi viua malus, & (si ita loqui licet) viuum hieroglyphicum diuini erga nos amoris? Totus enim ibi amorem spirat, prædicat, suadet, spargitque flammas dilectionis igneas, vt ligna siluarum accendat, & in sui amorem conuertat. Nullibi enim ardentius flagrauit, ac tunc, attestante Paulo cum ait: *Vix pro iusto quis moritur. Nam pro bono forsitan quis audeat mori. Commendat autem charitatem suam Deus, quoniam cum adhuc peccatores essemus secundum tempus Christus pro nobis mortuus est.* Hoc (inquit Diuus Chrysostomus) omnem hyperbolem excedit. Aliquos forte inuenies, qui mori audeant pro bono sibi vtili, vt pro re familiari, vel honore tenendo, aut pro parentum, vel filiorum defensione. Vix autem inuenietur qui mori velit pro iusto aliquo, aut pro solo bono honesto conseruando: at Christus in hoc commendat suam immensam erga nos charitatem, quod mortuus est, & crucifixus non pro bonis, vel iustis, aut sibi proficuis, sed pro impiis, pro inutilibus lignis siluarum, pro inimicis sibi noxiis, vt illis benefaceret, eriperet à morte, & Deo reconciliaret. Solebant antiqui quando bos dis sacrificandus fugiebat, loco illius quatuor ramos arboris mali offerre, vt eos placarent. At Christus vera nobis arbor malus quatuor partibus, scilicet manibus, & pedibus, cruci affixus offerri voluit pro peccatoribus, vt ipsi liberi dimitterentur, suam in hoc commendans ardentem dilectionem. Denique cum arbor ex fructibus cognoscatur, Christus cruci affixus tam diuinos protulit fructus, vt per eos secernatur ab aliis, sicut malus à lignis siluarum: propter quod infra dicitur: *Sub arbore malo suscitaui te, ibi corrupta est mater tua*, id est cruci affixus te à morte, & corruptione liberaui, quam sub alia arbore mater tua incurrit. Opponit arborem crucis arbori scientiæ boni & mali, quæ generali ratione dicitur etiam arbor mali, id est fructifera: cuius fructum dum primi parentes comederunt, corrupti sunt, & abominabiles facti sunt, ita vt omnes posteri eorum essent tanquam ligna siluarum: sub arbore scientiæ corrupta est humana natura mater nostra, sub arbore crucis mirabiliter est per Christum restaurata. Sub illa Adam suam propalauit inobedientiam contra Deum, sub hac Christus suam ostendit obedientiam erga patrem, & dilectionem etiam erga nos, sub illa dissipati sunt fructus iustitiæ, sub hac autem cum fœnore gratiarum recuperati sunt. Nam *Si granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, multum fructum affert.* Sub illa hostis traxit ad se omnes homines sub hac traxit illos ad se Christus: *Nam si ego exal-*

Ad Rom. 5. v. 7.

Hom. super hunc locum.

Pierius lib. 54. de malo.

Cant. 8. v. 5. Crux arbor mali à' dicunt fuisse ficum.

Vide infra Lib. 5. Exhort. 19.

Gen. 2. v. 17.

Io. 12. v. 25. & 32.

exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum, in A vinculis charitatis propter immensam charitatem, quam in cruce illis ostendam. Sub illa denique aperti sunt oculi hominum, vt viderent propriam nuditatem, & fœditatem, quam per inobedientiam contraxerant, de illaque vehementer erubescerent: sub hac vero aperti sunt, vt viderent, & cognoscerent redemptorem, per quem ab illa fœditate liberarentur, & sanctitatis decorem recuperarent. Sicut scriptum est apod
Abacuch 3. v. 2. Abacuch Prophetam iuxta Septuaginta, *in medio duorum animalium cognosceris*: id est in medio duorum latronum, vt supra ex Diuo Augustino retulimus.
Lib. 1. Exhort. 8 §. 4. Tunc enim ceoturio alijque dixerunt *Vere hic homo iustus & filius Dei erat.*

Sed quod magis mirandum est ex illis lignis siluarum Christus sibi inseruit vnum ex latronibus, & fructiferum fecit, vt statim ferret fructus confessionis, & dilectionis erga ipsum Christum,
Lucæ 23. v. 40. increpans socium blasphemaorem, proprium agnoscens peccatum, & veniam petens ab eo, B quem iam regem cœlorum agnoscebat. Vnde & tunc cœpit Christus Dominus nouo modo esse tanquam malus inter ligna siluarum, vnum fructuosum, alterum silueftre, vnum filium Dei per gratiam, alterum filium diaboli per obstinationem. Vnde & simul cœpit fructum suæ redemptionis manifestare, quo electis temporibus
Apoc. 2. v. 7. fecerunt, dicens illi, *Hodie mecum eris in paradiso.* Vt scilicet mecum fruaris fructibus beatitatis æternæ Hodie enim tibi dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei, vt comedas fructum beatitudinis consummatæ, quam ego in hoc crucis ligno omnibus promerui: ego enim etiam sum lignum vitæ, & fructus meus vitam, & immortalitatem cunctis edentibus elargitur. Et quis ergo non ardenter amabit Christum ab hac malo pendentem, in symbolum amoris, quo nos prosequitur? Et qui sunt fructus illius, nisi poma mali, quibus amantissimus sponsus dilectam animam petit, vt eam charitate vulneret. Quod sponsa præsentiens nullibi affectuosius illum dilectum vocat, quã cum malo comparat. *Sic, inquit, est dilectus meus inter filios.* Nam sicut ipse in cruce vehementius amauit, ita in cruce ardentius redamari debet, sicut redamabat igni-
c. 4. de diuin. nom. fet Ignatius, qui teste D. Dionysio, dicebat: amor meus crucifixus est. Vtinam sit amor noster, siquidem pro nobis omnibus ex amore est crucifixus.

Christum esse fructum arboris mali. §. 2.

Serm. 5. in Pf. 118 v. 1. SED audi nouam D. Ambrosij expositionem, quæ hoc ipsum amplius exaggerat, sequentis versionem LXX. *Sicut malum in lignis siluæ.* Vbi per „malum intelligit non arborem, sed pomum ip„sum, quod (ait) gratum odorem habet, vt cæte„rorum pomorum fragrantiam vincat. Christus „ergo affixus ad lignum sicut malum pendens in „arbore bonum odorem mundanæ fundebat re- D demptionis, quæ peccati grauis detersit fœtorem, & vnguentum positus vitale effudit. Iuxta sententiam igitur D. Ambrosij crux est arbor malus, sed Christus illi affixus est fructus seu pomũ mali, quod omnibus proponitur ad salutem, quem fructum comedit bonus latro, sed respuit alter malus, reiecerunt Scribæ, & Pharisæi, sed re-

ceperunt pij & simplices fideles, quibus in cruce 1. Cor. 1. v. 30. factus est sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio, Dei virtus, salus & vita æterna. Ad hanc igitur arborem crucis mente ascendere debes, vt hoc pomum mali tibi colligas, & spiritualiter comedas: vt Christus crucifixus sit per fidem, & dilectionem intra seipsum, & fructus feras ipsius quales ille in cruce tulit.

Hoc etiam insinuat versio LXX. *Sicut malum in lignis siluæ*, si per malum intelligas pomum, ostensus sit. Ipsa ligna siluarum ferre hoc pomũ, quod est Christus, tanquam fructum ipsorum, non ex propria natura sed ex gratia, qua nati filij Dei, & membra Christi illi inserta & vnita. Nec mirum quod ligna siluæ inserta in arbore malo supernaturam, & virtute diuinæ gratiæ ferant pomum, & fructum mali: Christus ergo erit fructus tuus, si de eo semper cogitas, & meditaris de illo, & cum illo iugiter loqueris, illum continuo diligis, imitaris, & eius opera peragis, vt dicere possis, *Mihi* Gal. 2. v. 20. B *viuere Christus est, & viuit in me Christus.* Ascendam igitur in palmam quæ Christi crux est, & apprehendam mihi fructus eius, qui sunt ipse Christus, & virtutes quas in ea mihi imitandas proponit, & bona quæ mihi promeruit, & cuncta hæc mihi inferam, & tanquam propria faciam, vt ego etiam instar ipsius sim, sicut malus inter ligna siluarum, eiosdem paupertatis, humilitatis, obedientiæ omnigenæque virtutis fructibus repletus.

Quod si fabulis loco parabolarum vti fas est, Ex Pierio l. b. ... sicut ferunt quod Hercules leonino spolio indutus, & claua tria in læua manu continebat poma mali, quæ occiso dracone ex hortis decerpsit: ita vir iustus generoso, ac forti animo imbutus ad conterendum caput draconis, qui studiosis insidiatur, tres præcipue in manibus gestare debet virtutes, quæ sunt iræ & excandescentiæ moderatio, auaritiæ temperamentum, & carnalium voluptatum contemptus, quas tamen ex arbore C malo Christo crucifixo decerpere debet: in cruce enim ita mirabiliter iram, cupiditatem, & voluptates repressit, contempsit, extinxit, reliquasque virtutes, quæ ad has rediguntur, propalauit, vt nullibi pretiosiora poma nobis carpenda præstiterit.

Væ autem illis qui tãto Christi exemplo contempto adhuc permanent tanquam lignum silueftre, & sine fructu. Ipse enim baiulans sibi crucem, horribile quod illis instabat iudicium, minitatus est dicens: *Filiæ Ierusalem nolite flere super me,* Lucæ 23. v. 28. *sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* Ac si diceret: Ecce ego sum in medio filiorum vestrorum sicut malus inter ligna siluarum: & sicut lignum virens, & fructuosum inter ligna arida, & infructifera. Si igitur ego qui peccatum non feci lignum Ita Beda. vitæ appellatus, à mondo non exeo, nisi igne passionis, & tormentorum adustus, quæ putatis eos manere tormenta, qui sunt fructibus vacui? A- D gnosce igitur te lignum esse silueftre, aridum & infructuosum, igni æterno aptum, cura tamen Christo inseri, vt per ipsum fructus feras, qui dulces erunt gutturi tuo, vt sequentia verba sponsæ indicant, tanquam illorum dulcedinem experta. Vtinam eandem experiamur in hoc seculo, vt plene satiemur in futuro. Amen.

EXHOR-

EXHORTATIO XXVI.

Pro festo incarnationis. *De triplici vmbra scilicet mundi, quæ nocet, legis veteris quæ deficit, & verbi diuini incarnati, quæ permanens est, vtilis & iucunda & de fructibus quos parit contemplatio ipsius.*

Sub vmbra illius quem desideraueram, sedi, & fructus illius dulcis gutturi meo.

POSTQVAM sponsa dilecti sui laudes cecinerat, comparem se voti factam ostendit fructus ipsius præsentia, quam diu concupierat, & persequens in ea quam cœperat mali metaphora, quæ gratâ, vt diximus, viatoribus vmbram præstat, inquit: *Sub vmbra illius, quem desider. ueram sedi.* In quo plura tangit mysteria. vmbrosa quidem, & sub vmbræ similitudine, sed quæ Dei illustratione clara fient. Procedit autem vmbra ex corpore opaco, posito ante solem, vel ignem, vel aliud luminosum, à cuius nimio splendore, vel ardore protegit: vnde translata est ad significandum quidquid alterius splendorem obscurat, vel obscure repræsentat, vel quod nos à nocentibus protegit. Triplicis autem vmbræ fit mentio in Scriptura sacra. quædam noxia, alia imperfecta, & mutabilis, tertia vero vtilis, perfecta & permanens, sub qua sedit sponsa, vt quiesceret, & dulcibus fructibus vesceretur.

De vmbra mundi, & mundanarum rerum. §. I.

ET quidem intuēs sponsa innumera siluarum ligna altitudine procera in magnā ramorum, & frondium latitudinem protensa, nullius istorum vmbram se desiderasse fatetur; quin porius repudiauit, quia noxia valde, instabilis, & futilis, nihil protecti onis & refugij secure præbēs. Mundanorum enim vmbra non defendit ab æstu concupiscentiarum, sed ardorem auget: non confert veram tranquillitatem, sed bella intestina excitat; non satiat desideria, sed torquet per illa, & vix incipit refrigerare cū fugit, & euanescit. Huiusmodi est vmbra quam præstāt mundi principes, diuitiæ, honoribus & dignitatibus alios protegentes in quibus non est vera salus, nec firma protectio, sed iis qui in eis confidunt dicere possumus illud Isaiæ: *Erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionem, & fiducia vmbra Ægypti in ignominiam.* Quia nihil vobis afferet vtilitatis, sed potius pudorem, & ignominiam pariter. Quoniam frustrabitur spes vestra deficiente vmbra quādo magis erat vobis necessaria. Huiusmodi etiam sunt vmbræ quas omnes hæresiarchæ, & sectarum nonarum inuentores suis peruersis dogmatibus præstant, quia in eis nulla potest esse vera spes salutis, sed cuncta sunt futilia, vana, & veritatis lucem obscurantia, vt vitia, & concupiscentiæ licentius

Osee 4 v. 14. in homine grassentur, de quibus Oseas Propheta inquit. *Super capita montium sacrificabant, & super colles accendebant thymiama, subtus quercum & populum, & terebinthum, quia bona erat vmbra eius, ideo fornicabuntur filiæ vestræ, & sponsæ vestræ adulterabunt.* Ecce ligna siluarum infructifera, quæ iudicio

A hæreticorum bonam & gratam faciūt vmbram, sed in illa idolis sacrificant, fornicationes committunt & adulteria, aliaque horrenda perpetrant scelera & delicta.

Denique omnis mundana vmbra est sicut hedera quæ Ionā protegebat ab æstu, de cuius hederæ visu lætatus est vehementer propter refrigerium quod illi præstabat, sed cito lætitia eius versa est in mœstitiam & iram magnam, Quia sequenti die diluculo vermis corrosit hederam & exaruit, æstusq; solia vehementer eum torquere cœpit: sic est omnis vmbra, quæ à diuitiis & honoribus, ac ex potentatibus seculi prouenire solet, cuius viror omni salutis fructu vacuus valde lætificat mundanos & quasi ebrios reddit. Vnde hac hedera coronant Baccho festa celebrant, de quibus Isaias ait: *Væ coronæ superbiæ, ebriis Ephraim flori decidēti gloriæ exultationis eius.* quia hederæ corona cito arescit, flos decidet, & velocissime trāsibit vmbra: eo quod vermis à Deo paratus hederam percutit & arefacit. Vermis est quidquid hanc mundi corruptibilis gloriam, & diuitias

B honoresque rodit, corrumpit, destruit, & à mundanis possessoribus iusto Dei iudicio repente anfert, & cum illi amplius exultant, & securius se illa possidere arbitrantur, oritur vermis iste qui hederam exiccat & vmbram dissipat, & tunc vehementius eos vrget æstus, torquet, & ad impatientiam prouocat. Quia cum ira & rancore deperditur, quod cum nimio amore inordinataque voluptate possidetur, propter quod scriptum est: *Fugite vmbram seculi huius.* Fuge igitur illam & time vermem corrodentem, quoniam à Deo paratur vt peccatorum vltor & tortor; illamque desidera vmbra arboris mali sicut sponsa, quam nullus vermis potest dissipare.

Ionæ 4 v. 6. Mox explicatur fusius alio modo.

1. Mach. 6. v. 7. Isai. 28. v. 1.

4. Esdræ 2. v. 16.

De vmbra legis veteris, quæ Christum repræsentabat. §. 2.

C HAc ergo reiecta vmbra, antiqua Ecclesia aliam appetebat, tempore Christi & Messiæ sibi promissi, cuius aduentum vt sufe superius diximus vehementer desiderabat, vt hæc verba etiam indicant; *Sub vmbra illius quem desider. ueram sedi.* Sed interim, dum veniebat, expectabat illum sedens sub quadam vmbris nimis densa, & opaca, videlicet sub variis figuris, ceremoniis, & sacrificiis, quæ hunc aduentum adumbrabant, & fide quadam valde obscura deregebant. Sed cuncta hæc erant quasi ligna siluarum infructifera, quia nullum salutis fructum efficiebant, sed tantum vmbram ipsius. Non enim conferebant gratiam & sanctitatem, sed tantum significabant eam quæ per Christum conferenda erat; vt Diuus Paulus testatur dicens: *Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum per singulos annos eisdem ipsis hostiis, quas offerunt indesinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere. Nihil enim ad perfectum adduxit*

D *lex.* Quibus verbis docet Apostolus legem veterem non fuisse imaginem quæ expresse & distincte singula quæ sunt Christi repræsentaret. sed tantum vmbram quæ in communi, & confuso modo corpus repræsentat. Hoc autem corpus erat Christus Dominus, & bona spiritualia quæ nobis allaturus erat, & ideo sub huiusmodi vmbra non poterat esse perfecta quies, & satietas

Ex Orig. hom. 1. & 2. D. Ambros. serm. 5. in Psal. 118. v. 1.

Ad Heb. 10. v. 1.

animæ aut refrigeratio ab æstibus concupiscentiarum, sed tantum fides & spes Christi futuri, quæ valde illi populo Israelitico proficua erat, interim dum Christi aduentus appropinquabat, cuius præsentia vmbræ illæ cessauerunt. Eleganter declarat hoc Diuus Augustinus ex similitudine allata de hedera, quam præparauit Deus vt faceret vmbram super caput Ionæ, quæ eum protegeret ab æstu: Vmbraculum istud (inquit) promissiones erant veteris testamenti, vel etiam bona ipsa quæ in illo testamento Hebræis data sunt, quæ erant vmbra quædam futurorum, tanquam ab æstu temporalium malorum in terra promissionis defensaculum præbens. His enim bonis, & hisce promissionibus quasi vmbra quadam sese ab aduersitatibus tunc occurrentibus protegebant: tamdiuque durauit, quamdiu venit Christus. De quo dicit statim Scriptura: *Et parauit Deus vermem ascensu diluculi in crastinum & percussit hederam & exaruit.* Vermis enim diluculo ortus, siue vt Septuaginta vertunt, mane, seu matutinus, Christus Dominus est, qui in Psalmo 21. cuius inscriptio est: *Pro susceptione matutina*, dixit: *ego autem sum vermis & non homo.* Vermis autem dicitur propter humilitatem carnis, & propter virginis partum. Nam hoc animal plerumque de carne vel de quacumque re terrena sine concubitu nascitur: matutinus autem dicitur, quia diluculo surrexit à mortuis: & vt intelligatur illum esse qui canit, pro susceptione matutina, qui quidem percussit hederam, & exaruit: quia per Christi aduentum & per eius Euangelium post ipsius resurrectionem promulgatum, cuncta illa quæ apud Iudæos velut vmbratili prius significatione viguerunt, euacuata marcescunt, post quæ cunctus ille populus amisso Ierosolymitano regno, & sacerdotio & sacrificio (quod totum vmbra erat futuri) in captiua dispersione magno æstu tribulationis aduritur, sicut Ionas à solis ardore adurebatur. Hæc & alia Diuus Augustinus fuse prosequitur. Cæterum nimia ira Ionæ propter hederam percussam à verme, indicat vehementem Iudæorum iram & furorem contra Christum, cuius prædicatione legalia irrita reddebantur, & salus ac Euang[...]ium translatum est ad gentes per Niniuitas s[...]ficatas. Sed hæc ita maxime ferbuit in Scribis & Pharisæis, principibusque Sacerdotum & po[...]ulo rebelli, qui eorum partes sequebatur, qui vermem Christum conculcare ausi sunt, & ligno crucis affigere, ne suam hederam corroderet legemque abrogaret, sed euenit eis quod de Dauid scriptum est: *Sedens in cathedra sapientissimus inter tres, ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno.* Christus enim cui inter tres diuinas personas sapientia attribuitur, licet factus homo videatur vermiculus tener & mollis, est tamen adeo fortis, quod sicut vermis terebat durum lignum, ita ipse ligno crucis affixus vno impetu occidit omnia peccata, profligauit omnes hostes, & de illis gloriose triumphauit. Hæc populus incredulus contra Christum fecit, cuius iucundam noluit recipere vmbram, vt suas densas, & caliginosas vmbras retineret, & perpetuo sederet in tenebris & in regione vmbræ mortis.

At vero fidelis & sancta illius temporis Ecclesia quæ Christum agnouit, & recepit, magno affecta gaudio, & sui compos effecta clamabat dicens: *Sub vmbra illius quem desideraueram, sedi*: ac si diceret, iam reieci vmbras, sub quibus hactenus mœrens, & suspirans sedebam, aliam iucundiorem vmbram desiderando: nunc autem sub vmbra illius quem diu valde concupieram, hilaris & tranquilla sedeo.

(Margin: Ionæ 4. v. 6. — Epist. 49. q. 6. — Psal. 21. v. 1. & 7. — 1. Reg. 23. v. 8.)

Christum Dominum esse salutiferam vmbram sub qua Ecclesia quiescit. § 3.

AD huius autem clariorem intelligentiam explicandum est quid hic sponsa vocet vmbram eius quem desiderauerat, triplex enim inuoluit mysterium ac sensum: primum & potissimum est ipsa diuini Verbi incarnatio, sicut supra dicere cœpimus circa illud: *Lectulus noster vmbrosus.* Nam sicut lucis ad corpus accessu vmbra gignitur, sic Verbum diuinum, quod est lux vera & immensum lumen, humano corpori se in vtero virgineo vniens, cui virtus Altissimi obumbrauit, vmbram mirabilem fecit quam vocamus mysterium incarnationis. Vnde ipsa etiam humanitas & caro Christi vocatur vmbra, quia infinitum deitatis splendorem obumbrauit, seu temperauit, vt nostro conspectui aptus redderetur, sicut cum Sol per nubem raram conspicitur, de qua dixerat Isaias, *Ecce Dominus ascendet super nubem leuem.* Deinde vmbra dicitur non tam ipsa naturarum coniunctio, quam virtus & effectus eius, in quo diuinitatis Christi maiestas & potentia relucet. Vt sicut vmbra est effectus corporis ante solem positi & vtriusque signum: sic vmbra Christi sit quodcumque eius mirabile opus & prodigium ab ipsius humanitate diuino Verbo vnita procedens, in quo vtriusque virtus manifestatur, licet per fidē obscuram, & vmbrosam, fide tamen antiqua clariorem. Denique Christi vmbra est protectio ipsius, sub qua vniuersum genus humanum secure potest requiescere, ad modum quo filius sub vmbra patris, miles sub vmbra ducis, & sponsa sub vmbra sponsi, cuius illam protegere, & à cunctis periculis liberare, & in omnibus necessitatibus incumbit subuenire. Hæc autem omnia intuens sponsa inquit: *Sub vmbra illius quem desideraueram, sedi*; multa quidem desiderauerat, quæ variis similitudinibus in præcedentibus expressit. Dixerat enim, *Osculetur me osculo oris sui*, cupiens aduentum sponsi in mundum & desponsationem cum eo per gratiam, rursus aiebat: *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie*, appetens requiescere in loco vmbroso, vbi ipse protegebat ab æstu greges suos, & iterum dixit, *Lectulus noster floridus & vmbrosus*, quasi inuitans eum vt veniret, vt in eo perfectam haberet requiem, & spiritualis desponsationis fructus caperet: iam quasi hæc omnia consecuta ait: *Sub vmbra illius quem desideraueram, sedi.* Id est iam venit desideratus cunctis gentibus, & carnem pro nobis assumpsit. Iam Christus nuptias spirituales celebrauit cum Ecclesia, & anima quam in sponsam legit. Iam factus est vmbraculum, sub quo secure potest quisque requiescere, & tutus à periculis manere: non est cur vager post greges sodalium illius, sub eius vmbra sedi, requieui, & cuncta quæ desideraueram obtinui: nullam aliam appeto, quia nulla est melior quam Dei & homi-

(Margin: Exhort 14. — Luc. 1. v. 35. — Ex D Greg. l. 33. Mor. & D. Ber. serm. 48 in Cant. ibi allegatis. — Isai. 19. v. 1.)

hominis vmbra, nulla iucundior, nulla ad protegendum protectior, cum ipse dixerit, *Sub vmbra manus tuæ protexi te, vt plantes cœlos nouos & terram nouam.* Quæ verba quidam putant dicta esse à patre æterno Christo Domino; alij ab ipso Christo Ecclesiæ suæ; sed vtrunque sensum amplectuntur ... Sicut enim pater sub vmbra suæ omnipotentiæ suscepit humanitatem filio suo vnitam, vt per illam plantaret nouam Ecclesiam cœlestem ... ita ipse Christus sub ... suæ protectionis recepit primitiuam A... congregationem, ... prædicationem in vniuerso mundo, ... eius Ecclesiam, & homines ad fidem ... illosque tanquam nouos constitueret cœlos, in quibus ipse Deus habitaret.

Isai. 51. v. 16.

Quid ergo potentius quam Christi vmbra, per quam recedunt vetera, noua fiunt omnia, sanantur languores, peccata delentur, conuertuntur peccatores, & pacem cum Deo inueniunt, iustique secuti tempori requiescunt? Nam si Petri vmbra virtute Christi tam potens fuit, vt quemcumque obumbraret, quauis infirmitate laborantem, protinus sanaret eum: quanto magis ipsius Christi vmbra omnipotens erit, vt ea obumbratus à cunctis corporis & animæ sanet languoribus? Vnde & de illo vaticinatus est Oseas, *Conuertentur sedentes in vmbra eius.* Id est peccatores conuertentur ad Christum ex eo quod sedeant sub vmbra ipsius, & sub eius protectione recipiantur. Similis enim est grano sinapis, quod minimum quidem est omnibus seminibus, cum tamen creuerit, *Et ascendit* (vt refert Diuus Marcus) *facit ramos magnos, ita vt possint sub vmbra eius aues cœli habitare:* erit enim exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, cum tamen ascendit in cœlum, & per illam super omnes cœlos, expandit virtutis ac potentiæ suæ ramos, ita vt sub vmbra illius habitaculum, & refugium inueniant aues cœli, id est vel superbi principes & sapientes sæculi, qui ad ipsum conuertuntur, vel sancti & contemplatiui qui alta cœli petunt & sub Christi humanitate suauiter etiam requiescunt.

Act. 5. v. 15.

Oseæ 14. v. 8. Iatens iste locus fuit explicatus Exhort. 27.

Et hoc est quod nomine istorum inquit sponsa: *Sub vmbra illius quem desiderauerant sedi,* id est, quieta & secura diu permansi. Sed quomodo sub vmbra ita diu sedere potest, cum nihil sit vmbra fugacius & mutabilius? eius enim similitudine omnimoda mutabilitas explicatur à Iob cum inquit, *Homo fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet.* Sed hoc in vmbras corporeas & rerum mundanarum recte quadrat, quia ex duobus, quæ concurrunt ad vmbram, Sol vel lumen, & corpus, aut vnum, aut ambo sunt in cōtinuo motu: velut cum quis ambulans facem accensam gestat, sic etiam vel prosperitas mundana transit, vel homo cito perit. At Christus eiusque deitas, & humanitas vmbram facit immutabilem, & firmissimam omnibus sperantibus in eum: quia apud ipsum iam non erit vlla mutatio, nec vicissitudinis obumbratio, sicut prædixerat Isaias dicēs: *Ecce in iustitia regnabit Rex, & principes in iuditio præerunt. Et erit vir sicut qui absconditur à vento, & celat se à tempestate, sicut riui aquarum in siti, & vmbra petræ prominentis in terra deserta.* Vbi Propheta omnes ærumnas comprehēdit sub his quatuor scilicet vento, tempestate, siti, seu siccitate & æstu, & tamen Rex iustus Christus Dominus, tum per seipsum, tum per suos principes Apostolos & pastores Ecclesiæ ab his omnibus nos protegit: & sub eius vmbraculo, vt dicit D. Hieron. tuti sumus à ventis, tempestatibus, sitibus, & æstibus, omnibusque tribulationibus quæ in hac vita nos vehementer premunt. Peculiariter vero vocatur *Vmbra petræ prominentis:* id est rupis magnæ, firmissimæ & altissimæ, ad indicandam sublimitatem, fortitudinem & firmitatem Christi, ac protectionis eius in hac misera terra, deserta, inuia & inaquosa, quæ æstibus & ardoribus solis vehementer aduritur, omnesque comburerentur nisi sub vmbra huius maximæ petræ proiecti essent, ex qua etiam riui procedunt aquarum viuentium ad extinguendam sitim & tollēdam siccitatem. Propter quod idem Propheta omnes ad laudandum Deum inuitat, quia *Factus est* (inquit) *fortitudo pauperi fortitudo egeno in tribulatione sua, spes à turbine, vmbraculum ab æstu.* O altitudo diuitiarum sapientiæ & bonitatis Dei, qui fragillimæ carnis nostræ potentissimam vmbram fecit carnem suam: vt quæ in nobis concupiscentiarum ardoribus æstuabat, in ipsius carne refrigerium reperiret; quia verbum caro factum est, sub cuius vmbra viuere secuti possumus inter gentes, imo & inter hostes.

Iob 14. v. 2.

Isai. 32. v. 1.

1 Cor 10. v. 4. Isai. 25. v. 4.

Thre. 4. v. 20.

Quomodo sit sedendum sub Christi vmbra, & carpendi dulces fructus ex ipso.

§. 4.

Sed iam explicemus quomodo nobis sedendum sit sub hac Christi vmbra. Perpendit autem Diuus Bernardus non dixisse sponsam sub vmbra illius quam desiderauerам, sed quem desiderauerам, quia ipsa primo non desiderabat vmbram, sed potius lucem meridianam, cum dicebat: *Indica mihi vbi cubes in meridie.* Optabat enim sponsum in seipso videre, vt Deus est facie ad faciem, & non per ænigma: at quoniam clarita huius visionis futuro sæculo reseruatur, libenter se dicit sub illius sponsi quem desiderauerat, vmbra sedere. Id est sub fide & cognitione obscura & sub contemplatione carnis ipsius quæ vmbra est diuinitatis, per quam ad ipsius deitatis contemplationem modo sibi magis congruo possent ascendere.

Serm. de natiuit. Virginis.

Hoc innuit serm. 20. in Cant. & ser. 48.

Deinde non ait sub vmbra quam desiderauerā, quoniam licet licitum sit & sanctum vmbram, & protectionem Christi, ac bona quæ ab ipso procedunt desiderare, tamen desiderium nostrum potissime ferri debet in ipsum Christum propter se ipsum. Vnde sequitur quod vmbræ ipsius simus participes. Et ideo sponsa dixit: *Sub vmbra illius quem desiderauerам.* Id est cui placere optabam, & quem omnibus quibusque donis præferebam. Nec nominat quis sit ille, quia ex vehementia amoris de illo solo cogitabat, & quasi præsentem habebat. Huiusmodi autem desiderium vehemens, & constans præcedere debet, vt sessio per contemplationem sit quieta, & diuturna. Nam quod vehementer desideratur, magnam requiem & tranquillitatem efficit, cum obtinetur; vnde mira in corde subo ritur pax altum silentium, iucunda securitas, & plena satietas, iuxta illud Isaiæ: *Erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium & securitas vsque in sempiternum, & sedebit populus meus in pulchritudine*

Isai. 32. v. 17.

 pacis

Pacis in tabernaculis fiducia, & in requie opulēta. Cuncta enim hæc præstat sessio sub vmbra Christi, quæ sterilis & arida esse nequit, cum sit vmbra arboris mali dulcibus pomis refertæ. Vnde statim subdit sponsa, *Et fructus eius dulcis gutturi meo.* Famelicus enim qui sedet sub vmbra mali, vel alterius arboris fructibus onustæ, mox carpit fructus, vt famem satiet, imo ideo gratum est illi sub vmbra sedere, vt fructibus arboris possit vesci, odore confortari, & lætari pulchro aspectu. Sic anima quæ sedet sub Christi vmbra eius mysteria contemplatur, fructus sibi colligit, qui dulces sunt gutturi suo.

Origenes hom. 3. in Cant. Hom. 14 in Ezechiel.

Et quidem ipsamet contemplatio quæ sessio sub vmbra dicitur dulcissima est, imo vt inquit Diuus Gregorius, est amabilis dulcedo omnem aliam dulcedinem superans. Cuius rationem reddit D. Thomas, quia non solum dulcis est ipse contemplandi actus, sed quia circa Deum summe dilectum versatur. Visio autem & cogitatio de re nimis dilecta magnam parit volupta- B tem. Et præterea contemplatio teneros & deuotos, dulcesque gignit internos affectus, quibus satiatur anima, quæ nec diu posset sub vmbra sedere, nisi fructus inuenisset, qui eam oblectarent, sicut etiam nec fructus hos inueniret, nisi sub vmbra constanter sedisset. Quod sic explicat Diuus Gregorius: Arbor fructifera Christus est in corde nostro, vt ait Paulus, per fidem plantatus. Quam arborem si mens digne & cunctanter excolit, fructus interius pulchros, & vtiles gignit, quos dum mens capiens auide comedit, omnes mundi voluptates præ eius dulcedine postponit. Dulce enim valde sibi est cœlestia cogitare, in æternitate oculum intimum figere, vt aliquando in fletibus etiam mens accensa compungatur, & inter lachrymas subleuata Angelorum cibo, ipsa videlicet sapientia, quanto dulcius, tanto auidius pascatur. Hæc Diuus Gregorius.

In hunc locum Cantici. Ad Ephes. 3. v. 17.

Triplicem ergo fructum parit contemplatio, C aut potius decerpit ex arbore quæ Christus est. Primus est cognitio certa plurium cœlestium veritatū, quibus intellectus diuino lumine perfusus pascitur, & summe delectatur: alter est pius affectus amoris, deuotionis, laudis gratiarumque actionum & plurium virtutum, quo intus magnu cum gaudio voluntas reficitur. Tertius denique studiosum opus in omnigenæ virtutis materia, quo cunctæ animæ vires pascantur, & saturentur. Vt iuxta D. Pauli sententiam: *Simus repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei, in omni virtute confortati. Fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia & veritate.* Hos autem fructus idem Apostolus ad duodecim reducit, cum ait, *Fructus Spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia,* &c. Qui omnes dulces sunt gutturi animæ, quæ est Dei sponsa. Nam sunt fructus arboris mali, valde dulciferæ & fructus ligni vitæ, qui vitam mirabiliter nutriunt & oblectant. Et licet quidam eo- D rum sint in se amari, tamen per vehementem amorem quo carpuntur, valde dulcescunt. Nam anima esuriens amarum pro dulci sumit. Et ideo sponsa prius explicuit desiderium suum quo sedebat sub vmbra dilecti, & deinde ait fructum fuisse dulcem gutturi suo. Nam *Desiderium veniens lignum vitæ*, & similiter fructus iusti lignum vitæ.

Ad Phil. 1. v. 11. Ad Col. 1. v. 10. Ad Ephes. 5. v. 9. Ad Gal. 5. v. 22. Apoc. 22. v. 2. Prou. 27. v. 7. Prou. 13. v. 12.

A Fructus enim Christi qui est iustus per essentiam, cuius particeps est quilibet alius iustus, est instar fructus ligni vitæ gratus, suauis, & immortalitatem præbens. O Domine, inquit Origenes, da mihi hunc fructum, dulcem fructum animæ meæ, altus est, attolle desiderium; benedictus est, sanctifica obsequium, impunibilis est, purifica affectum, suauis est, lætifica animam, vt in cœlo delectetur, qui es potissimus fructus potens illam in æternum satiare.

Prou. 11. v. 30. Ex Origene in hunc locum.

Ex his fructibus dignoscenda est perfectio meditationis, ac contemplationis, quæ ab ea procedit. Nam qui sedere se iactat sub vmbra Christi eius mysteria meditando & fructus nullos capit, ociosus sedet; & contemplatio eius potius dicenda est sopor, pigritia aut mera speculatio scientiæ, quæ inflat, sine charitate quæ ædificat. Quod si fructus capit, & tamen gutturi suo non sunt dulces, sed insipidi, aliquando quidem erit ex Dei permissione ad probationem, vt discat sub vmbra perseueranter sedere, etsi refrigerium sensibile vmbræ non percipiat: aliquando tamen indicium est & effectus tepidi desiderij & remissi amoris, quo sub vmbra sedet, quia forte guttur alios carnis cibos appetit. Sed de hoc plura inferius.

Denique non sine causa sponsa non dixit, *Sub vmbra illius*, quem desidero, sedeo, sed quem desideraueram, sedi: vt indicaret, quod huiusmodi sessio non desideratur in hac vita, vt sit continua & perpetua, sed vt vires resumamus ad surgendum, & progrediendum post Christi vestigia, iuxta illud Psalmistæ: *Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris.* id est; ô vos omnes qui vescimini pane lachrymarum tum pro vestris, tum pro alienis peccatis, & miseriis, vanum est vobis surgere ad operandum antequam oriatur lux de cœlo, & adueniat Dei auxilium, sine quo nihil potestis facere. Sedete igitur prius sub Dei vmbra, contemplantes vestram inopiam ac Dei infinitam virtutem, cui fidentes, surgite postea, vt peragatis quæ sunt vobis proficua, proximis vtilia, & Deo grata ad ipsius gloriam in secula seculorum. Amen.

Psal. 126. v. 2.

EXHORTATIO XXVII.*

De modo sedendi per contemplationem sub vmbra Christi crucifixi & colligendi fructus eius, qui per illam dulcescunt.

* Pro parasceue & cruce & de modo quo B. Virgo stabat iuxta illam.

Sub vmbra illius quem desiderauerã sedi, & fructus illius dulcis gutturi meo.

QVAMVIS Christus Dominus in omnibus vitæ suæ mysteriis vmbra sit nobis iucunda & salutaris, nullibi tamen iucundior & fructuo- D sior quam in cruce, quamque per arborem malum repræsentari, & in ea ipsum fuisse sicut malum inter ligna siluarum superius diximus. Vnde de illo peculiariter dicit sponsa: *Sub vmbra illius quem desideraueram sedi.* Etenim Christus crucifixus vtilissimã nobis ad omnia vmbram præstat, sed maxime ad protegendum peccatores ab ardore diuini furoris, quem Dei iustitia aspirat

contra

contra illos. Et quis ardentem solem diuinæ iustitiæ absque aliquo vmbraculo posset sustinere? quis non consumeretur igneis illius radiis? nam

Isa. 30. v. 27. Psal. 6. v. 2.

vt inquit Isaias: *Ardens est furor eius & grauis ad portandum.* Propter quod dicebat Dauid, *Domine ne in furore tuo arguas me, nec in ira tua corripias me.* Et

Ierem. 10. v. 24.

Ieremias: *Corripe me Domine, verumtamen in iudicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me.* Assumpsit ergo Sol iustitiæ humanam naturam, & ex coniunctione solis, & humani corporis facta est vmbra ad protegendum reos, qui ad illam confugerint. Sicut autem maior est vmbra cum corpus & Sol coniunguntur in occasu, sic in morte Christi potentior fuit vmbra ad iram Dei temperandam & obtinendam peccatorum veniam, ita vt positis extra hanc vmbram iudicium

Iacobi 2. v. 13.

fiat sine misericordia, quia extra illam non est inuenire misericordiam: constitutis vero sub illa misericordia erit ad vitam, non iudicium in condemnationem.

Quam efficax sit vmbra Christi crucifixi.

§. 1.

Thren. 4. v. 20.

PRÆDIXERAT hoc Ieremias dicens: *Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris, cui diximus in vmbra tua viuemus in gentibus.* Notat Lyranus loco illius vocis, Dominus, in Hebræo poni nomen Domini tetragrammaton, quod proprium est solius Dei; ad significandum prophetiam hanc esse de Christo, qui erat verus homo simul & Deus: qui captus est à Iudæis, crucifixus, & occisus non pro se, sed pro nostris peccatis, vt ea deleret, in cuius vmbra ait vates, populum suum Hebræum victurum inter gentes: quia illi qui credituri erant ex Iudæis adunandi erant gentibus, vt omnes simul sub eadem Christi vmbra viuerent. Hanc vmbram singulariter fecit in cruce, vbi manus ha-

Psal. 52. v. 2.

buit extensas sicut alas, vt sub vmbra alarum eius sperantes protegeremur, & à cunctis eueremur periculis & miseriis, multo efficacius quam

Act. 5. v. 15. In serm. de parasceue.

per vmbram Petri, vt supra diximus. Vnde & Diuus Vincentius Ferrer. refert quosdam putasse Christi in cruce vmbram tetigisse latronem, qui à dextris erat, eique sanctitatem contulisse infundendo spiritum compunctionis. Hoc tamen est certissimum vmbram & protectionem Christi spiritualiter illum tetigisse, cuius virtute ardentes æstus auaritiæ, libidinis ac vitiorum omnium extincti sunt, & perfectam animæ salutem adeptus est. Nulla enim est potentior vmbra contra omnes vitiorum igneos æstus, quam

Ad Rom. 3. v. 24.

crux & passio Christi, quem teste Apostolo: *Proposuit Deus propitiatorium per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiæ suæ in remissionem præcedentium delictorum.* Nuditas Christi in cruce vmbraculum est contra æstum auaritiæ, sitis eius, & aceti vinique felle mixti potus, vmbra est contra impetus gulæ: dolores carnis eius obumbrant contra ardores libidinis & furoris; ignominiæ vero ipsius contra gloriam mundanam, quam superbia & ambitio ardenter concupiscunt: denique nullum est vitium, cuius non sit medicinalis vmbra in Christi vulneribus, à quibus prodeunt spiritus quidam vitæ saluiferi, efficacesque inspirationes, quibus viuentes sub eius vmbra proteguntur, refrigerantur & sanantur.

Et propter hoc ipse Christus vocatur à Propheta, *Spiritus oris nostri*: quia est quasi spiritus, & vita nostra influens in nos vitales inspirationes gratiæ suæ, quas per os animæ attrahimus, vt viuamus in illo, & iuxta legem ipsius, sicut per os corporis spiritum seu aerem quo respiramus, vt viuere possimus. Hebræi vt notat Lyranus, legunt *Spiritus naris nostræ Christus.* Quia licet respiratio in hominibus fiat per os & per nares, quæ tamen fit per nares melior est secundum Philosophum; talis autem respiratio est vitæ humanæ conseruatio. Quia ipsa deficiente, vita deficit. Christus ergo Dominus spiritus est oris vel naris nostræ, quo viuimus, respiramus, & saluamur, quia per Spiritus sancti inspirationes, quas nobis promeruit, & elargitur, obtinemus & seruamus vitam gratiæ, & à cunctis tentationum æstibus liberamur. Vmbra Christi

In hunc locum Cant.

" (inquit Diuus Gregorius) protectio est Spiritus " sancti, qui mentem quam replet, obumbrat, " quia omnium tentationum feruorem temperat, " & dum aura suæ inspirationis suauiter mentem " tangit, quidquid noxii caloris sustinebat expel- " lit. & quam iam forsan nimius vitiorum æstus " marcidam fecerat, vmbra sancti Spiritus protegens recreat: vt dum in eius inspiratione sedens " pausat, vires colligat, quibus ad æternam vitam " robustus currat; sicut bonus latro, qui hac in- " spiratione in cruce obumbratus, vna hora per- " uenit ad paradisum. Hanc crucem cui Christus fixus est, salubriorem & firmiorem vmbram facientem quam Ionæ hedera, nobis Deus præ-

Ionæ 4. v. 6.

parauit, vt in huius vitæ laboribus & æstibus requiescamus. Nam, sicut dicit Ambrosius,

Supra de hoc ser. 5. in Psalm. 118. v. 1.

" Quemadmodum exercituum imperatores & " duces prouidi enixe curant, vt milites in itinere " ad ciuium molestias, æstusque temperandos locis " vmbrosis, amœnisque fruantur. Ita si quid amaritudinis, si quid tentationis, si quid infirmitatis est in hac peregrinatione, ductor noster Chri- " stus per crucem & passionem suam, & amara " temperat, & solicita mitigat, dissoluit dura & inualida confirmat. Et qui in columna nubis olim præcedebat Israelitas peregrinantes in deserto, protegens eos per diem ne læderentur à sole: nunc præcedit nos in columna crucis protegens nos omni tempore à cunctis quæ possunt molestiam inferre, ne spiritus lædatur ab illis.

Merito ergo sponsa hanc vmbram desiderabat, à qua tot bona ei proueniebant; sed nunquid desiderabat Christum in cruce pendentem & expansum, tot doloribus, & ignominiis desedatum? Sed iam supra aduertimus non dixisse sub vmbra quam desideraueram, sed, *Sub vmbra illius quem desideraueram*, vt insinuaret non tam concupisse hanc lugubrem & tristem vmbram, quam ipsum qui illam faciebat: sed etsi dixisset, quam desideraueram, profecto nihil sponsæ indignum protulisset. Nam & Abraham exultauit

Io. 8. v. 56. Ex Chryso. ho. 54. in Io. & shorr. 4 §. 4.

vt videret diem passionis Christi, vidit, vt supra notauimus, sub vmbra arietis inter vepres hærentis cornibus, & gauisus est, non de doloribus Christi, sed de eius eximia charitate, & bonis quę per vmbram passionis suæ nobis elargitus est; sed & Isaias ait, *Vidimus eum, & non erat aspectus; & desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum.*

Isa. 53. v. 2. Ita interlinearis & Lyranus

Quæ verba quidam referunt ad Prophetas &

Patres antiquos desideranter Christum, vt mundum redimeret, etsi redemptio per mortem eius ignominiosam præstanda esset; sic etiam sponsa hanc vmbram sui sponsi desiderabat, quæ etsi hominibus ignominiosa visa sit, ipsi tamen gloriosa est & salutaris, eo quod dilecti sit; imo (vt notat Theodoretus) per hoc eximium suum erga Christum testatur amorem, quod eius optauerit vmbram, & pro magno duxerit sub illa sedere; siquidem amantibus non solū dilecti aspectus, sed & dumus, & vestes, & calcei, & quidquid vel minimā illius vmbram præ se ferat, gratum est & iucundum, & quacunque veste sit indutus, maxime si propter ipsam dilectam sit assumpta, illi valde placet, eiusque præsentia delectatur, & ideo vt ea frueretur, sedisse se dicit.

Lib. hist. religiosæ c. 9. de Petro.

Quid sit esse, viuere, & sedere, vel stare sub vmbra Christi crucifixi.

§ 2.

SEd quoniam sponsa dicit sub vmbra sedisse, Ieremias vero ait sub vmbra viuemus; oportet aduertere cum D. Bernardo tres esse gradus manendi sub Christi vmbra. Primus est esse sub vmbra. Secundus viuere in illa. Tertius vero sedere sub ea. Primus quidem spectat ad omnes fideles, qui veram Christi fidem habent, eiusque passionem ac mortem corde & ore confitentur, sed opere nō protestantur; & ideo in hac vmbra non viuunt, quia fides sine operibus mortua est, nec potest dare vitam gratiæ, quam ipsa non habet; Ideoque Ieremias non dixit, sub vmbra eius sumus, sed viuimus in gentibus; quia nō tantum credimus eius mysteria, sed etiam sectamur exempla, in eoq; totam nostram spem & amorem collocamus: & hic gradus pertinet ad omnes iustos inchoaturque à fide; nam iustus ex fide viuit: sed roboratur spe, & perficitur dilectione, iuxta illud, *In vmbra alarum tuarum sperabo donec transeat iniquitas*: imo quandiu viuimus inter gentes, nam in futuro seculo, non in vmbris, sed in lumine claro viuemus inter Angelos. Tertius autem gradus ad contemplatiuos & perfectos pertinet, qui non solum viuunt, sed sedent, & quiescunt, diuque sub Christi vmbra permanent, eius mysteria auide contemplantes, & dulces inde capientes fructus, non stant rigida elatione, non ambulant inquieta curiositate, non iacent resoluta voluptate, sed tranquilla sedent submissione; nō tamen dicitur sub vmbra sedimus, sicut dicitur viuimus, sed *sedi*: quia prærogatiua est sponsæ, & paucorum, qui meliora charismata æmulantur, ita sedere, & contemplationi vacare; qui soli esse tunc cupiunt, vt melius soli Deo vacent; & ideo non sedimus, sed sedi, tanquam solitaria dicit; sicut & Ieremias alibi, *Sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit se super se*. Et quamuis contraria esse videantur sedere, & leuare se, contraria tamen non sunt, si ad spiritum referantur; nam sedere quietem & tranquillitatem, & diutinam in contemplatione perseuerantiam indicat: leuare autem se super se, præcellentiam illius, eleuando spiritum super omnia terrena ad ea quæ hominis captum excedunt, & vtrumque comprehendit sedere sub vmbra Christi; non enim tantum supra se eleuatur qui ad diuinitatis contemplationem ascendit, sed etiam qui contemplatur Christi humanitatem, quæ ad Verbi vnionem eleuata est, & pro nobis in cruce exaltata.

Serm 42. & 20 in Cant. & ser. de natiuit. Virg.
Iacobi 2. v. 17.
Thre. 4. v. 20.
Abacuch 2. v. 2.
Psal. 56. v. 2.
Thre. 3 v. 28.

Io. 10. v. 9.

Etsi autem idem Diuus Bernardus insinuare videatur incipientibus cōuenire sedere sub vmbra, id est sub carne Christi, perfectis vero quod dicit Ieremias, *Spiritus ante faciem nostram Christus Dominus*: tamen forte hoc intelligendum est de his qui carnem Christi carnaliter, & humili modo, minusque deuoto affectu contemplantur; nam perfectissimis etiam viris conuenire credideri in hoc seculo sub vmbra Christi homines sedere, eius mysteria in carne gesta contemplari, admirari, & stupere, in quibus diuinitatis sapientia, potentia & charitas maxime declaratur, nec spiritus longe est ab hac carne, sed cum ipsa, & per ipsam communicatur tyronibus & etiam perfectis, cum Christus omnibus sit ostium, per quod ingrediatur, & egrediatur, vt proprium quisque pastum inueniat.

Sed hoc difficilius quod Deipara omnium B creaturarum perfectissima sub hac vmbra Christi crucifixi non sedisse dicitur, sed stetisse, *Stabat*, inquit Ioannes, *iuxta crucem Iesu mater eius*. An plus est sedere quam stare, vel è contra? an vero vtrumque simul esse potest, si ad spiritum referatur? Quod certum videtur; nam de Christo Domino simul legitur, quod sedet à dextris Dei; ad significandam tranquillam & perpetuam regni sui fruitionem: & tamen Diuus Stephanus vidit illum stantem à dextris Dei, vt denotaretur promptitudo ipsius ad auxilium ferendum iis qui certant: sic sponsa sub vmbra crucis Christi sedere dicitur, quia tranquillo corde, & sine fastidio diu, quæ ibi geruntur, contemplatur sponsarum vero regina non sedere, sed stare perhibetur ad denotandam inuictam fortitudinem, & constantiam, animique promptitudinem ad ascendendum simul cum filio in crucem: cum quo iam ascenderat corde. Vnde sicut ipse Christus in cruce non sedebat, sed stabat erectus; sic C ipsa non sedens, sed erecta iuxta crucem stabat, imo & crucifixa erat, vt dicere posset melius quam Paulus, Christo confixa sum cruci, & cum ipso sponso, *Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius*. Crux quæ hic assimilatur malo, comparatur etiam palmæ, iuxta Patrum interpretationem, ad quam ascendit Christus corpore, vt apprehenderet fructus eius, scilicet conuersionem mundi, virtutes, & pia opera sanctarum animarum. Beatissima autem mater eius ascendit spiritu in eandem palmam, vt eosdem fructus alio modo caperet simul cum filio cooperando nostræ redemptioni, ipsa enim suo modo fuit mediatrix mundi, & cum filio victricem palmam de hostibus reportauit.

Io. 19. v. 25.
Marci 16 v. 19.
Act. 7 v. 55.
Ad Gal. 2. v. 19.
Cant. 7. v. 8.
D. Cyprianus orat. de
D. Greg.
D. Anselmus
Cassiodor.
Rupert. & alii.

Si ergo ad contemplandum Christum crucifixum digne vis accedere, simul debes sedere sub vmbra eius, & stare. Sedere quidem cuncta eius mysteria mente quieta & tranquilla D considerans, & perpendens: stare vero, fortiter te præcingens ad simul patiendum cum Christo & propter illum, vt ei similis efficiaris.

De fructibus è Christo crucifixo colligendis, & quomodo sint dulces.

§. 3.

SED vltra hoc debes fructus ex Christo crucifixo colligere: siquidem vtrobique eorum mentio fit. Sponsa enim de arbore malo loquens, ait, *Et fructus eius dulcis gutturi meo*, significans fructus apprehendisse, & etiam gustasse, ad palmam etiam ascenditur, vt apprehendatur fructus eius. Sed attende differentiam inter malum & palmam; quod illa fructus habet in omnibus ramis, etiam in ijs quæ sunt prope terram, vnde sedens sub eius vmbra potest illos colligere; at palma non fructus fert nisi in vertice, ideo non possunt capi à sedente sub vmbra, sed oportet scandere per illam; ideoque dicitur, *Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius*; vel vt vertunt Septuaginta, *Tenebo cacumina eius*, vbi, scilicet, sunt fructus: nam crux Christi, vel potius Christus crucifixus vtriusque arboris similitudinem exprimens fructus habet varios, & dulces, quos iusti carpere possunt duplici modo. Quidam carpunt eos per contemplationem & internam compassionem, vnde raros affectus, & proposita sanctorum operum concipiunt, & ij sunt qui dicunt, *Sub vmbra illius quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo*; quia ipsa contemplatio amaritudinem Christi & affectus, qui in ea seoriuntur, dulces sunt contemplanti. Alij vero iusti non solum carpunt fructus per contemplationem, sed vlterius etiam per veram imitationem, patiendo etiam multa pro Christo, & crucem eius gestando, vel seipsos crucifigendo, & ij sunt qui aiunt, *Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius*, qui ascendit per arborem altam & asperam, qualis est palma, valde laborat, & fatigatur: qui autem sedet sub vmbra, potius requiescit; sic contemplatio sola est quieta & dulcis; tamen passionis re ipsa imitatio, est valde laboriosa, & contra inclinationem. Oportet tamen illam vincere, & ascendere vsque ad perfectam Christi imitationem, vbi copiosi inueniuntur fructus, & etiam dulcissimi; dactyli enim sicut & poma mali dulces sunt.

Cant. 7. v. 8.

Hæc verba quidam tribuunt sponso, alij sponsæ velcius socis. sed plura de his suo loco.

Sed cur non fit mentio dulcedinis eorum? non enim dicitur, *Et apprehendam dulces fructus eius*, sed reticetur vox dulcis; forte ad significandum quod huiusmodi fructus, etsi dulces sint spiritui, non tamen carni, maxime quandiu laborat & fatigatur, vt crucem ascendat, & contra propriam propensionem amara sumat; sed tamen tam copiosa solet esse dulcedo spiritus, vt etiam portio inferior gustet illam, & in passionibus, & amaritudinibus, ac ignominiis pro Christo perpessis lætetur, sicut lætabatur B. Andreas, qui videns crucem sibi paratam, dixit, O crux diu desiderata, & iam concupiscenti animo præparata, securus & gaudens venio ad te. En quia diu crucem desiderauerat, dulcis fuit fructus eius gutturi suo; sed non ita ardenter diu desiderasset, nisi eius dulcedinem præsensisset. Denique si digne & perseueranter sedeas sub vmbra Christi crucifixi, omnes eius fructus quantumuis in se amari, fient dulces gut-

A turi tuo, hilariterque ascendes vsque ad cacumina palmæ, vt apprehendas & comedas fructus eius: esto enim paupertas, sitis, fames, opprobrium, dolores, & tormenta, si considerentur seorsum sine Christo, amarissima sint; tamen vt ipsi coniuncta valde edulcamur. Christus enim dulcedo est infinita, qui omnia amara in dulcia conuertit, & crux ex quo ipsius esse cœpit, dulcis est amantibus Christum, qui cum sponsa Ecclesia canunt, *Dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus sustinet*; adeoque est dulce, vt per illud amara quæque dulcescant.

Audisti Hebræos ex Ægypto egressos peruenisse in Mara, quod significat amaritudinem, cuius aquas bibere non poterant, quia amaræ erant, sed cum Moyses orasset ad Dominum ostendit ei lignum, quod cum misisset in aquas in dulcedinem versæ sunt. Nunquid Deus amaram aquam sine ligno dulcem facere non poterat? num lignum illud talem à se virtutem ha- Exo. 15. v. 23.
B buit, vt aquas tam cito edulcare posset? an etiam Moyses nesciebat lignum quod in campo erat, vt opus esset quod Deus ei ostenderet illud? Sed hæc omnia in figura contingebant illis, vt intelligeremus cuncta quæ in mundo sunt amara, per lignum crucis Christi dulcescere; non quod crux hanc à se virtutem habeat, sed quia Christum sustinuit, qui est salus, lætitia, dulcedo, & resurrectio nostra, per quem via aspera fit plana, iugum graue, fit leue, & quidquid amarum est vertitur in dulce; sed oportet quod ipse Deus ostendit nobis hoc lignum, sicut ostendit Moysi, siue vt habet Hebræus textus, *Et docuit eum Dominus arborem*; quoniam Dei est infundere lumen, quo intus nos doceat, instruat, & ostendat lignum viuificum crucis, ac virtutem eius, talisque virtutis originem, & radicem, nempe Christum qui in ea pependit; nam & Hebræis, ne sanitatem aquarum ligno tribuerent, sed virtuti Dei, dixit illis statim, *Ego enim*
C *sum Dominus Deus sanator tuus*. Oportet tamen quod sicut Moyses amaritudinem aquæ sentiens orauit ad Dominum, cuius preces Dominus exaudiens ostendit ei lignum, quo sanarentur; sic & tu cum eiusmodi amaritudines persenseris, ad Dominum clamare non cesses, donec huiusmodi salutare lignum tibi intus ostendere dignetur, & magnam ipsius æstimationem præbeat, & amorem, quo cunctæ amaritudines propellantur.

Ita Lippomanus in catena ibid.

Exo. 15. v. 26.

Vide lib. 6. Exhort. 22.

Sed quia duplex est amaritudo, quæ animam valde torquet, vna culpæ quæ ipsa morte est amarior, altera pœnæ, scilicet tribulationis, ac ærumnarum huius vitæ, vtraque, etsi non eodem modo, tollitur per lignum crucis, & per Christum crucifixum, & vniusque ablatio est fructus, de quo sponsa ait, &c. *Fructus eius dulcis gutturi meo*. Ablatio culpæ est fructus potissimus, ac dulcissimus; nam secum affert gratiam & charitatem, & ius ad gloriam. De quo Diuus Am-
D brosius; Quis fructus eius dulcis, nisi prædicatio Dominicæ passionis, vt ipse ait in Psalmo, *Ecce hæreditas Domini filij merces fructus ventris?*

Serm. 4. in Psal. 118. v. 1. Ps. 126. v. 3. Nomen fructus est in genitiuo.

Quis enim fructus dulcior potest esse in fructibus nostris, quam remissio peccatorum? Hic fructus, id est, collectio eorum, quibus peccata remittuntur, vocatur Christi hæreditas & mer-

ces filij Dei, qui est fructus ventris Virginei, de quo dictum est, benedictus fructus ventris tui, & hunc potissime carpere debemus ex Christo crucifixo; nam post eum sequitur hereditas gloriæ, iuxta illud Apostoli, *Nunc autem liberati à peccato, serui autem facti Deo habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam.* Ablatio autem pœnæ & tribulationis non est fructus Christi crucifixi; sed ablatio amaritudinis, mœstitiæ, & tædij, quæ illam comitantur; ita vt per Christum dulcis fiat, directeque possimus cum Apostolis, gloriamur in tribulationibus, & omne gaudium existimamus, cum in varias incidimus tentationes: è contra vero aufert dulcedinem à voluptuosis huius mundi, & conuertit ea in amara spiritui, qui ea respuit, vt solus Christi fructus dulcis sit gutturi suo. Dicito ergo cum Diuo Augustino; Vtinam, Domine, omnia mihi amarescant, vt tu solus dulcis appareas, qui es dulcedo inæstimabilis, per quem omnia dulcorantur, nunc, & semper, in secula seculorum. Amen.

Ad Rom. 6. v. 22.

Soliloq. c. 22.

EXHORTATIO XXVIII.

De dulcissimo fructu Eucharistiæ, & de preparatione ad digne percipiendum illum.

Profesto corporis Christi

Sub vmbra illius quem desideraueram sedi, & fructus illius dulcis gutturi meo.

ADHVC excellentiorem fructum huius arboris mali, indicat nobis prophetica isthæc allocutio sponsæ, quo nos quotidie reficimur, & quo nihil dulcius gutturi nostro potuit præparari, venerabilissimum scilicet Eucharistiæ sacramentum, in quo sub accidentibus panis & vini datur nobis corpus & sanguis Christi in cibum & potum; & ideo merito fructui mali comparatur, qui, vt diximus, simul est cibus dulcis ad edendum, & ex eo dum atteritur, & exprimitur, potus fit siceræ suauis ad potandum. Quare non inepte de Christo Domino, vt in hoc est sacramento dicere possumus, *Sicut malus inter ligna syluarum*, vel *in lignis syluarum, sic dilectus meus inter filios.* Existit enim inter nos, qui ligna infructifera syluarum ex nobis sumus tanquam speciosa malus fructifera & suauis, vt nos cibet & potet, atque per sacramentalem communionem nobis insertus nos fructiferos reddat; nam, *Qui manducat*, inquit, *meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.* Non manet autem otiosus, sed vim fructificandi conferens, nec nos in illo otiosi sumus, sed quasi oleaster inserti in bonam oliuam vberes, & dulces fructus per ipsum afferimus, vt fusius superius dictum est.

Ioa. 6. v. 56.

De preparatione ad fructuose recipiendam Eucharistiam. §. 1.

MODVS autem quo cibus & potus iste datur & accipiendus est, eiusque suauitas indicatur sequentibus verbis, *Sub vmbra illius quem desideraueram sedi, & fructus illius dulcis gutturi meo.* Sicut enim caro Christi vmbra est diuinitatis illam nobis attemperans, ita tegmentum accidentium panis & vini post consecrationem vmbra est splendidissimi corporis & sanguinis Christi nobis illa attemperans, vt sint apta nostro cibo & potui, vt iam insinuauimus, circa illud, *Lectulus noster vmbrosus.* Oportebat autem sub hac vmbra contineri, vt locus daretur fidei ad curandam incredulitatem Euæ, cum ex fructu arboris prohibitæ manducauit. Quod eleganter ita explicat Rupertus Abbas, Malus fructus, seu malus morsus, quo Adam per Euam vitam perdidit, & mortem inuenit; bonus fructus, quo genus humanum per Mariã mortem perdidit, & vitam inuenit: vbi tempus venit huiusmodi fructus edendi, *Hoc*, inquit, *est corpus meum*, &, *hic est sanguis meus*; non videbitis ibi carnis & sanguinis speciem; profecto nec Eua videbat promissam sibi à serpente Dei similitudinem; attamen illa credidit quod non videbat, serpenti dicenti; nequaquam moriemini, sed eritis sicut dij; magis quã Deo dicenti, morte moriemini, in quocunque die ex eo comederitis. Iusta ego lege vt expietur iste reatus malæ credulitatis, exigitur fides vt credatis, quod non videtis Deo dicenti; hoc est corpus, & hic est sanguis, magis quam serpenti, qui per hæreticos dicit, non est corpus, non est sanguis, &c. Vnde sicut diuinitas per humanitatem, tanquam per vmbram suam, mirabilia & prodigiosa opera fecit in mundo, vt eius maiestas crederetur, sic Christus Dominus per vmbram huius sacramenti admiranda, stupendaque operatur in anima, vt eius fides roboretur, propter quod mysterium fidei apte nuncupatur.

Exhort. 4.

Denique cum vmbra Christi crucifixi iam transierit, voluit huius vmbræ aliam vmbram facere, quæ perpetuo permaneret nobiscum, & passionem suam ac mortem in memoriam reuocaret. Non quidem sicut imago dicit in memoriam rei repræsentatæ, sed quia re vera ipse se obumbrare voluit hoc nouo modo, vt dicere nunc possemus, *Sub vmbra illius quem desideraueram sedi, & fructus illius dulcis gutturi meo.*

En tibi descriptum fructuosum modum accedendi ad sacramentum istud, vt quid enim dicit, *quem desideraueram*, nisi vt scias summo desiderio, vehementique fame, ac siti, ad hanc diuinam vmbram te accessurum? Nam si Christus Dominus desiderio desiderauit, id est, summo affectu concupiuit hoc pascha instituere propter nos; quanto magis nos ardenter desiderare debemus manducare illud, vt ipsius Christi participes efficiamur? Quod si famelici anxie desiderãt quotidianum panem, vt temporalem vitam seruent; ideoque à Daniele vocatur panis desiderabilis; multo magis nos hunc cœlestem panem desiderare tenemur, vt vitam consequamur æternam, qui per antonomasiam dici debet panis desiderabilis, vtpote continens eum, qui à sponsa vocatur totus desiderabilis, & à Prophetis dicebatur desideratus cunctis gentibus, & desiderium collium æternorum.

Luc. 22. v. 15.

Dan. 10. v. 3.

Cant. 5. v. 16.
Aggæi 2. v. 8.
Gen. 49. v. 26.

Rursus in eo quod dicit, *Sub vmbra illius sedi*, 2. quietiam commendat contemplationem Christi crucifixi, & eorum quæ intra istam sacramenti vmbram continentur. Præ omnibus autẽ contemplanda est immẽsa Christi charitas, qui arbor mali pro nobis fieri voluit, vt noster esset cibus

& po-

A & potus: nam cum malus & poma eius symbolum sint amoris, vt sæpius diximus, nullibi magis Christus gerit munus mali quam in hoc sacramento, vbi se nobis dat in cibum, vt suum erga nos immensum testetur amorem. Olim Hebræi comedebant agnum paschalem non sedentes, sed stantes accincti renibus, & baculos tenentes in manibus, pedibusque calceatis quasi parati ad iter quod mox erant peracturi; ideoq; comedebant [illegible] festinanter. Hæc autem ad duo significanda [illegible] futura sunt, nimirum legem, cunctaq; eius sacramenta & sacrificia cito fore transitura, cum veniret Christus quem præfigurabant, cuius lex & sacramenta vsque ad finem mundi perseuera- [illegible] & hoc paschale sacramentum non [illegible] Christus, sed recumbens cum dis- [illegible], & sponsa sedisse se dicit, cum fructum sub vmbram mali gustauit, quia iam Christo eiusque sacramento potiebatur; sed quoniam non cum segnitie, & acedia gustandus est, sed cum magno B spiritus feruore, hic denotatur per modum comedendi agnum illum typicum auferendo impedimenta ad iter huius peregrinationis secure peragendum. Quod sic explicat Diuus Gregorius Nyssenus; Calceandi sunt pedes affectuum continentissima, & dura vita, ne si nudi incedant, à spinis peccatorum lædantur: præcingenda est cingulo vestis vitæ voluptuosæ, & effusæ, sursumque trahenda & coarctanda per modestiam, continentiam, & spiritus paupertatem, ne superflua noceant: tenendus est manibus baculus spei, quo abiguntur feræ & canes latrantes, quo fessi laboribus recreemur, ne in itinere deficiamus, vel à tentatoribus superemur. Quia tamen ad hæc omnia præstanda maxime conducit quieto & tranquillo corde considerare, quæ Christus Dominus maxime in passione sua pro nobis egit, & pertulit, hoc nobis commendatur cum sedere sub illius vmbra præcipitur, antequam fructus hic viuificus accipiatur.

Lib. de vita Moysis.

C Prænunciauerat hoe Oseas Propheta, cum dixit, *Conuertentur sedentes sub vmbra eius, & viuent tritico*, vbi ordinem præfatum optime describit. Nam primo inquit conuertentur, scilicet à via sua mala relinquentes peccata, quia fructus iste indigne sumeretur à peccatoribus, nec dulcis esset gutturi veneno labiis lethalis infecto, sed potius amarus & amaræ mortis occasio; nam mors est malis, vita bonis. Post conuersionem vero, quæ peccatorum confessione perficitur, addit quod sedebunt sub vmbra eius; vel vt vertit Chaldæus, *Habitabunt in vmbra Christi sui*, contemplantes per fidem mysteria ipsius, & eius protectioni, ac tutelæ se omniaque sua committentes. Tunc autem viuent tritico, id est, vitam suam spiritualem nutrient, seruabunt, & in dies perficient pane viuo & vitali corporis Domini; quem qui digne manducat, viuet in æternum. Sed quia sacramentum istud non solum est cibus sub accidentibus panis triticei, sed etiam potus in acci- D dentibus vini, vtrumque versio Septuaginta comprehendit & clarius explicat, dicens, *Bibent, & inebriabuntur frumento.* Coniungit autem actum bibendi cum frumento, quod non bibitur, sed comeditur, quia in quacunq; specie ex duabus simul est cibus, & potus: nam cum corpore sub accidentibus panis simul est sanguis, sicut & cum sanguine sub accidentibus vini simul est

Osea 14. v. 8. Vide supra Exhort. 25. § 5.

1. Cor. 11. v. [illegible] & 30.

Ioh. 6. v. 52.

Ita legit D. Hier. Alii legunt, Viuent & inebriabuntur.

A corpus. Inebriatio autem abundantiam indicat spiritualis dulcedinis, & vberrimam mentis refectionem, quam ex hoc cibo & poto accipient; iuxta illud, *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Quod ipse sponsus confirmat, cum postea dixit, *Comedite amici bibite, & inebriamini charissimi.* Ps. 35. v. 8. Cant. 5. v. 5.

De dulcedine fructus Eucharistici. § 2.

SED quid mirum quod inebrientur hoc tritico & vino, in quo spiritualis ipsa dulcedo, & multo vberius, quam in manna omnis saporis suauitas continetur? vt merito dicat sponsa, *Et fructus eius dulcis gutturi meo*; non solum est dulcis, quia vehementer illum desiderauerat, sed quia ipse omnem continet dulcedinis plenitudinem. Gustate, & videte quoniam suauis est Dominus, & dulcis fructus eius, si vere gustatis illum. O fructus dulcissime & suauissime, quem esu- B riens appetit sine tormento, manducat sine fastidio, quo satiatur sine superfluo, sanatur sine recidiuo; quia manducans ipsum viuet in æternum. Quid huic cibo cum manna? Cadebat quidem ille de cœlo sine labore proprio, sed colligebatur, & præparabatur cum tormento: nam frangebatur mola, vel terebatur in mortario, & coquebatur in olla, vt ex eo fieret tortula: at Christus semel pro nobis est contritus in cruce, afflictus doloribus, & persecutionibus decoctus, & sine vllo amplius tormento de cœlo venit præparatus panis & suauis, dum tamen mundum sit cor ad comedendum illum; manna quantumuis dulce, nauseam prouocauit Hebræis, qui dicebant, *Anima nostra arida est, & nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi man, & anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo.* At panis iste quanto magis gustatur, si vere gustatur, tanto fit dulcior, & ab inferendo fastidio remotior. Manna quidem satiabat sine superfluo, quia nec qui plus C collegerat habebat amplius nec qui minus parauerat, reperit minus; omnes tamen colligebant mensuram designatam: at fructus iste in quauis minima mensura, quia totum continet Christum, omnes satiat, & tanta replet dulcedine, quanta illi expediens fuerit. Manna denique præseruauit ab infirmitatibus, quia dum eo vescebantur Israelitæ, non fuit in tribubus eorum infirmus, at non præseruauit à morte. Nam, *Patres vestri*, ait Dominus, *manducauerunt manna; & mortui sunt*; at fructus iste præseruat à morte animæ, & virtute illius tandem restituetur vita corpori. O fructus dulcissime, omnem habens saporem vnicuique iusto aptum. In quibusdam enim est manna propter dulcedinem, in aliis panis propter fortitudinem, in aliis vinum propter compunctionem; in plerisque oleum propter spiritus solamen, & medicinam; & in aliis lignum vitæ propter æternitatem: denique in hoc fructu inuenies quo tua desideria repleas. Si vulnus D curare desideras, medicamentum est; si febribus concupiscentiarum æstuas, vmbra & fons est; si tenebras fugis, lux est; si mortem times, vita est; si cœlum cupis, via ac viaticum est: quod si cibum & potum quæris, vtrumque tibi dulcissimum est, *Et fructus eius dulcis gutturi meo.*

Sap. 16. v. 20. Ps. 33. v. 9. Sap. 6. v. 20. Nu. 11. v. 8. Nu. 11. v. 6. & c. 21. v. 5. Exo. 16. v. 18. 2 Cor. 8. v. 15. Psal. 34. v. 37. Io. 6. v. 49. D. Amb. l. 3. de virg. lib. dicit de Christo.

Sed quæ est quæ dicit *Gutturi meo*? non enim

omni

omni gutturi dulce est, meo, inquit, quæ sum li- A
lium inter spinas, & quæ diu desideraueram il-
lum, & quæ tranquille sedi sub vmbra eius, & il-
li studui assimilari: meo denique, de quo infe-
Cant. 7. v. 9. tius dicitur, *Guttur tuum sicut vinum optimum.* Et
Zach. 9. v. 9. quod est vinum optimum, nisi illud quod ger-
minat virgines? Christus, scilicet, sub acciden-
tibus vini contentus, quo nihil est melius. Tunc
autem spirituale guttur animæ, quod est facul-
tas gustandi, & percipiendi diuina, est sicut vi-
num optimum, quando nullo est frigiditatis, te-
piditatis, vel acediæ humore infectum, sed for-
titudinem, odorem & saporem vini insitum ha-
bet; id est amorem fortem, dulcem & feruentem
ipsius Christi, qualem ipse habebat absconditus
in sacramento. Nulla enim melior est dispositio
ad illud digne recipiendum, & eius dulcedi-
nem degustandam, quam cum Christo similitu-
do, & interni gutturis mortificatio, quidquid in
eo voluptuosum est, terrenum & inordinatum
viriliter abnegando. Quod fuîte voluit com- B
Prou. 23. v. 1. mendare Salomon, cum dixit, *Quando sederis vt*
De his sup. *comedas cum principe, diligenter attende quæ apposita*
Exhort. 5. & *sunt ante faciem tuam, & statue cultrum in gutture*
l. 1. Exhort. *tuo.* Oportet quidem sedere sub vmbra, vt di-
30. Ex D. ximus, & ante cibi magnitudinem considerare;
Aug. tract. sed statuendus est mortificationis culter in gut-
47. & 84 su- ture, quod instrumentum est tum ad comeden-
per Ioan. dum, tum ad loquendum, vt solicite abneges
omnem vitiosum appetitum gulæ, ebrietatis, &
incontinentiæ, ac nimiæ inordinatæque locu-
tionis, ac cuiuscumque vitij huic diuino cibo ad-
uersi, vt sis verbis parcus, abstinentia ciborum
rigidus, continentia mundus, & ab omni labe
1. Cor. 11. v. defæcatus, ne tibi iudicium manduces & bibas,
28. si indigne sumis, & culter diuinæ iustitiæ in te
vindex irruat & disperdat.

Sed & culter iste permanere debet in eodem
gutture, etiam post huius diuini fructus sum-
ptionem, ne ad ea resumenda reuertaris quæ an-
tea respuisti: nam qui gustata semel eius suaui- C
tate, iterum guttur aperit ad appetendas & in-
quirendas carnis voluptates, non euadet cul-
trum diuinæ iræ, quæ vindictam horrendam de
Exod. 16. v. 3. illo sumet. Quod satis nobis insinuat Hebræo-
& 12. rum historia, de quibus legitur bis concupisse
carnes, semel mox cum exierunt ex Ægypto,
consumptique sunt cibi, quos inde asportaue-
rant. Et quamuis murmurauerunt contra Do-
minum & Moysem, non puniuit eos (vt notat
Lib. 3. in Io. Diuus Cyrillus) quoniam nondum eis dederat
c. 34. manna. Imo tunc compatiens eis dixit, *Vespere*
Vide Lippo- *comedetis carnes, & mane saturabimini panibus.* Nam
manum in vespere dedit eis coturnices, quibus satiaren-
cat. Exodi tur; mane vero pluit manna, quia prius est quod
cap. 16. animale, quam quod spirituale; & vt scirent
quod panis ille cœlestis comedendus erat à ie-
iunis, nec post illum appetituri erant carnes: at
Num. 11. v. 4. illi tempore procedenti fastidierunt manna; &
& 33. iterum concupiuerunt carnes, & murmuraue-
Ps. 77. v. 30. runt contra Dominum, qui quidem dedit eis D
carnes. Sed adhuc esca erat in ore ipsorum, & ira
Dei ascendit super eos, & percussi sunt plaga ma-
gna nimis; ita vt locus ille vocaretur sepulchra
concupiscentiæ. Grauior enim multo fuit hæc se-
cunda murmuratio, & carnium concupiscentia
quam prima, eo quod, vt dicit idem Cyrillus, ha-
bebant manna, cuius dulcedine quotidie frue-

A bantur; ingratique tanto beneficio carnes Ægy-
pti appetiuerunt. Ad hunc igitur modum, qui
nondum gustarunt Christi dulcedinem, non ad-
eo grauiter delinquunt, cum terrenam appe-
tunt: qui vero sæpius gustauerunt, & reijciunt,
& vt canes ad vomitum redeunt, terrenasque
concupiscunt carnis voluptates, grauissime pu-
niri solent, ac crudeli morte mulctari, & quia
difficillime resipiscunt in æternum peribunt.
Quibus aptare possumus quod dicit Diuus Pau-
lus ad Hebræos, *Impossibile est eos qui sunt semel illu-* Ad Hebr. 6.
minati, gustauerunt etiam donum cœleste, & participes v. 4.
facti sunt Spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bo-
num Dei verbum, virtutesque seculi venturi, & prola-
psi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam. Nam licet A-
postolus hic loquatur de renouatione ad pœni-
tentiam, quæ fit per sacramentum baptismi,
quod est lauacrum regenerationis, & impossi-
bile est semel baptizatos iterum per illud reno-
uari, quia iterari nequit; tamen extendi potest
B ad renouationem per sacramentum pœniten-
tiæ, quæ dicitur impossibilis non absolute, sed
difficilis valde ex parte eius, qui non solum il-
luminatus est per baptismum, sed gustauit do-
na gratiæ, & suauitatem Spiritus sancti, ac cœ-
lestis eius doctrinæ, pignoraque futuræ gloriæ,
qui cum relabitur in antiqua delicta difficillime
reparatur, vt eadem dona Dei gustet, eo modo
quo antea gustauerat. Esto enim quidam isto-
rum ad gratiam per pœnitentiam resurgant, quæ
nulli in hoc seculo denegatur: tamen raro re-
surgunt ad illam familiaritatem, & gustum spi-
ritualis dulcedinis, qua in Deo fruebantur. Quod
dixerim, non ad terrenos pusillanimes, sed ad
coercendos superbos de se præsumentes, & vt
ij quibus fructus Christi dulcis esse cœpit, fru-
ctus carnis & mundi omnino respuant, & vlte-
rius in dies progrediantur, vt abundantiora do-
na recipiant.

C *De firmitate & sublimitate fructus Eucharistiæ.*

§. 3.

ET enim fructus iste licet sit arboris mali quæ
humilis & modica videtur, non solum est dul-
cis & suauis gustui, sed fortis valde & sublimis
super cedros Libani. Fortis quidem, quia panis Ps. 103. v. 15.
est cor hominis confirmans, & ad labores perfe-
cendos robustum faciens. Sublimis autem, non
solum propter eius præcellentiam, sed quia men-
tem ad sublimia & superna eleuat, & semper ad
maiora & præcellentiora euehit, cuius virtute
iustus suum peragit iter ad modum Eliæ, qui
sumpto pane sibi ab Angelo exhibito, *ambula-*
uit in fortitudine cibi illius vsque ad montem Dei Oreb.
Prædixerat hoc Dauid de regno Messiæ lo-
queus, cum ait, *Erit firmamentum in terra in summis* 3. Reg. 19. v. 8.
montium; superextolletur super Libanum fructus eius, &
florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ; quod de Eu-
charistia intelligendum esse credo. Firmamen- Psal. 71. v. 16.
D tum enim vocat solidum nutrimentum, quod a-
libi vocatur robur & firmamentum panis, & hu-
iusmodi est panis Eucharisticus, maximum robur
cordibus præbens, eaque in bono confirmans ac Isa. 3. v. 1. &
corroborans, qui fructus dicitur eleuatus in ca- Ps. 104. v. 16.
cuminibus montium, & super montem Liba-
num, quia omnium est sublimissimus, & ad sub-
limissimam euehit perfectionem. Quod clarius
expri-

exprimunt aliorum translationes. Diuus Hieronymus vertit, *Erit memorabile triticum.* Paraphrasis Chaldaica, *Erit placenta tritici in capitibus sacerdotum.* Alij *Erit panis sustentatiscum in terra in capite montium.* Alij, *Erit deprecatio & complacentia frumenti in terra.* Quæ omnia satis indicant verba ista intelligenda esse de hoc memorabili sacramento, in quo fecit Deus memoriale mirabilium suorum, in quo etiam sibi complacuit, per quod nobis placatur, & deprecationes nostras exaudit, cum à sacerdotibus offertur in sacrificium, & super eorum capita quotidie in Missa eleuatur, non solum in signum quod Christus est eleuatus in cruce, sed etiam in testimonium summæ venerationis: nam quæ summe æstimamus, super caput ponimus; & cum eleuatur, oculos etiam eleuamus post illum; imo & sursum corda erigimus, quia per eum ad superna sequenda euehimur.

Huc refert Titelmanus in annotat... hunc ... & ... de ... (margin note, partly illegible)

Vnde fructus quem hic viuificus panis profert in cordibus, ita excrescit, vt altitudine superet cedros Libani: transfert enim nos vt conuersationem habeamus in cœlis, & etiam vt floreamus sicut viridis herba terræ; id est, vt in operibus omnium virtutum crescamus ad Christi similitudinem anhelantes. Nec mysterio caret, quod in summis montibus sit tanquam firmamentum, & fructus sublimior Libano. In ijs autem qui sunt de ciuitate, vocetur flos sicut germen terræ; quia Apostoli & Apostolici, ac perfecti viri, ex hoc sacramento ingens robur capiunt, & sublimem fructum: alij vero de plebe non ita excrescunt, nec roborantur, etsi iuxta suum statum florescant, & crescant per sacramenti receptionem. Nos autem oportet, sumpto hoc cibo, & eius dulcedine gustata, ad fortiora & sublimiora conari, sicut sponsa, quæ postquam dixit, *Fructus eius dulcis gutturi meo*; quasi postea sum potum desiderans copiosum, quo sitim extinguat, robur augeat, & amplius proficiat, ait, *Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem*; quod quam apte conueniat Eucharistiæ, in Exhortatione 31. ostendetur.

TERTIA PARS

LIBRI QVARTI.

De suprema contemplatione, & amore ad quem anima per Christum euehitur.

TEXTVS.

Vers. 4. & 5. Vers. 6. & 7.
Introduxit me in cellam vinariam; ordinauit in me charitatem. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Læua eius sub capite meo; &
Vers. 7.
dextera illius amplexabitur me. Adiuro vos, filiæ Ierusalem, per capreas, ceruosque camporum, ne suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectam, quoadusque ipsa velit.

EXHORTATIO XXIX.

De studio contemplationis, amore, & Zelo Dei flagranti, quod per cellam vinariam significatur.

Introduxit me in cellam vinariam.

AGGREDIMVR tractationem mysteriorum, quæ ad Dei cellam vinariam & amatoriam spectant. Sed quis digne quæ in ea continentur, & geruntur enarrare poterit, nisi prius in illam introierit? Felix sponsa, quæ postquam sub vmbra illius quem desiderauerat sedit, eiusque dulces comedit fructus, vt in alio vmbroso & iucundiori loco potum suauissimum reciperet, ait, *Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem*; non dicit, quis introduxerit illam, sicut supra dixerat, *Introduxit me rex in cellaria sua*, quia nomen rex timorem incutit, & reuerentiam; at modo totus sermo est de ardenti amore, qui omnem penitus timorem pellit. Vnde subintelligendum est nomen dilectus: vt sensus sit dilectus, quem desiderauetam, introduxit me in cellam vinariã, & bene ait, introduxit me; quia nisi ipse dilectus eam introduceret, ipsa suis viribus illuc intrare nequiret. Sicut de ingressu in cellaria suo loco dictum est. Vnde LXX. per modum desiderij, & deprecationis hunc locum sic verterunt. *Introducite me in domum vini, & ordinate in me charitatem.* Quamuis etiam huic lectioni Vulgata accommodari potest, si iuxta phrasim Scripturæ apud Prophetas valde vsitatam, præteritum ponitur pro futuro ad iudicandam euentus certitudinem: vt idem sit introduxit me, quod certissime introducet me.

D. Bern. etiam hic legit rex, sed in vulgata modo cor ecta nõ habetur.

Lib. 2. Exhort. 9.

Cellam vinariam studium esse contemplationis Dei amore inflammata.

§. 1.

ETSI cuncta quæ supra de cellariis diximus, cellæ vinariæ aptari valeant, hoc tamen discrimen est, quod cellaria ea indicant loca, quæ nos maxime in Dei & Christi perfectam ducunt cognitionem, de qua saluator dixit, *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum verum solum & quem misisti Iesum Christum.* Cella autem vinaria, vel domus vini eadem specialiter denotat, vt nos ad eiusdem Dei & Christi ardentem excitent amorem. Nam, vt notat Diuus Bernardus, duplex est contemplationis excessus, in intellectu vnus, & alter in affectu. Vnus in lumine, alter in feruore. Vnus in agnitione, alter in deuotione. Pius sane affectus, & pectus in amore calens & sanctæ deuotionis infusio, etiam & vehementi spiritus repletus zelo, non plane aliunde quam à cella vinaria reportantur, & cuicumque cum huius copia surgere ab oratione donatur, potest in veritate loqui, quia introduxit me in cellam vinariam. Hæc Bernardus. Non quidem negandum est in alijs cellariis etiam Dei amorem, & deuotionem excitari. Siquidem de illis dixit sponsa; *Exultabimus & lætabimur in te memores vberum tuorum super vinum.* Sed ab effectu amoris prædominantis cella vinaria denominatur. Nam licet in quauis

Io. 17. v. 3.

Serm 48 in Cant.

quamuis perfecta contemplatione simul illustretur intellectus, & voluntas inflammetur, in quadam tamẽ præeminet illustratio, & veritatis cognitio; in alia vero inflammatio, & amor: & hæc prodit à cella vinaria. Nam vinum in Scriptura symbolum est amoris, dulcedinis & lætitiæ, iuxta subiectam materiam, aut carnalis, aut spiritualis, vt cum ait Apostolus: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu sancto*, id est musto illo quo impleti sunt Apostoli in die Pentecostes, & vino illo, quod Deum lætificat & homines, & à corde omnem pellit mœrorem. Propter hoc, etsi multiplex sit locus mysticus, vnde hoc vinum educitur, nimirum cuncta fidei mysteria quæ in sacra Scriptura continentur, siue quæ ad diuinitatem, siue quæ ad Christi spectant humanitatem, tamen non dicitur cellaria, sed in singulari cella vinaria, quoniam amor vnionem appetit, & cuncta ad vnitatem reducit, in quo superat cognitionem.

Ad Ephes. 5. v. 18. Iud. 9 v. 13. Psal. 103. v. 15.

B Conuenienter igitur primo loco cum sanctis Gregorio & Bernardo per cellam vinariam intelligimus studium orationis & contemplationis circa hæc Dei mysteria. Per quam abundanter vinum diuini amoris & exultationis spiritualis proponitur. Orando (inquit Diuus Bernardus) bibitur vinum lætificans cor hominis, vinum spiritus quod inebriat, & carnalium voluptatum infundit obliuionem. Humectat interiora arentis conscientiæ; escas bonorum operum dirigit & deducit per quædam animæ membra fidem roborans, spem confortans, & vegetans, ordinansque charitatem, & impinguans mores. Quidam (inquit) orando & contemplando introducuntur in domum scientiæ vel sapientiæ, alij in domum prophetiæ vel alterius gratiæ gratis datæ; nam pro diuersitate gratiarum est etiam diuersitas cellarum. Cæterum in cellam vinariã, & in domum vini spiritualis ij solum introducuntur, qui orando diuino amore vehementer flagrant, æstuant iustitiæ zelo, & in cunctis spiritualibus studiis atq; officiis nimium feruent; ita vt possint dicere: *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis*, is sane qui ex charitatis abundantia beatam, aut salutarem lætitiæ ructat crapulam.

Serm 18. in Cant.

Serm 49. in Cant.

Ps. 38. v. 4.

Idem ergo est dicere; *Introduxit me in cellam vinariam*; ac largitus est mihi donum supremæ cõtemplationis, non tantum ad modum Cherubim, qui scientiæ plenitudine fulgent, sed instar Seraphim, qui amore ardent. Nec ad quemuis amorem me admisit, sed ad amorem inebriantem, qui ex nimia vehementia & plenitudine animam à se quasi alienat, & extra se rapit. Nam teste Diuo Dionysio, diuinus amor mentis excessum, ecstasimque facit, amatores sui iuris esse non sinens, sed in ea quæ amant penitus transferens. Et hoc satis indicant sequentia verba, *Quia amore langueo, & ne suscitetis dilectam.* Languor enim iste & somnus vehementiam indicant amoris inebriantis illam. Ebrietas autem spiritualis

C. 4 de diuin. nom.

D iudicium rationis non euertit, sed ad superna eleuat, & multa quæ vires hominis excedunt, detegit, sensusque externos quasi sopitos relinquit.

Hinc est vinum diuini amoris duplici in loco exhiberi. Nempe in cella vinaria, & extra illam in sacra mensa. In hac quidem omnibus volen-

A tibus bibere proponitur, datur tamen quasi in cratere cum mensura & moderatione. Vnde omnes ad bibendum inuitantur per Salomonem dicentem: *Sapientia ædificauit sibi domum, miscuit vinum, & proposuit mensam suam*. & paulo post, *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis*. In domo enim Ecclesiæ est mensa sacramentorum, & sacræ Scripturæ, in qua fidelibus datur panis & vinum quo nutriantur: nimirum panis cor hominis confirmans, qui virtutes solidas & fidei veritates complectitur, & vinum einsdem cor lætificans, quod amoris ac deuotionis, lætitiæque affectus comprehendit, qui ad vniuscuiusque salutem necessarij sunt. In cellam autem vinariam non omnes admittuntur, sed solum quidam singulariter electi, qui inuenerunt gratiam coram Domino; quibus dicitur, *Comedite amici, bibite & inebriamini charissimi*; præbetur enim illis hoc vinum cum magna abundantia, vt non de cratere, sed sicut

Psal. 1... Cant. ...

B dicitur de dolio sitientes vsque ad ebrietatem bibant, tantam amoris, deuotionis ac spiritualis dulcedinis copiam, vt vix illam possit spiritus capere.

Hinc fit eandem sacram Scripturam continentem mysteria fidei, quæ materia sunt meditationis & contemplationis, omnibus fidelibus esse quidem quasi mensam, sed huiusmodi electis esse quasi cellam vinariam. Nam sicut superius diximus, vocari cellaria propter multitudinem mysteriorum quadripartitam: sic cum D. Gregorio, & aliis patribus existimamus, nuncupari cellam vinariã quatenus eo fine potissimum à Spiritu sancto est dictata, vt legentes, meditantes, ac contemplantes mysteria in ea scripta, repleantur vino amoris ac spiritualis consolationis. Singuli enim libri sacri, aut singula mysteria, maxime quæ in Euangelio & nouo Testamento exprimuntur, sunt velut dolia continentia hoc vinum nouum cælestium affectuum, quo potantur illa

Lib. 1 Exhort. ...

C contemplantes vsque ad satietatem, quam plenitudo Spiritus sancti repræsentat.

Qua ratione vinum symbolum sit diuini amoris & zeli. §. 2.

NEc solum inde hauritur hoc diuini amoris vinum abundantius, sed etiam purius, fortius, & præcellentius; cum omnibus proprietatibus quas vini symbolum præ se fert, cuiusmodi sunt, color, odor, sapor, vis lætificandi, calefaciendi, & roborandi. Color quidẽ, quia veram animæ pulchritudinem & sanctitatem confert; quæ flauescit, & splendet in vitro cordis, & foras erumpit externa conuersatione etiam sancta, & speciosa. Nam vt supra diximus, charitas pulchritudo est animæ. Odor vero, propter fragrantiam virtutum & insignium operum, quibus alius ædificat & fit Christi bonus odor vbique. Sapor, propter dulce & pingue deuotionis nu-

Sex vini proprietates.

D trimentum quod animæ præstat: cuius tanta est virtus vt ciborum insipidorum suaue sit condimentum. Affert enim secum gaudium in Spiritu sancto, lætificans cor, & omnem ab eo pellens mœrorem, & amaritudinem. Vnde igneam sortitur virtutem illud inflammãdi expellendo noxium frigus & mentis torporem. Ac tandem magnum præstat robur ad prompte, celeriter, &

forti-

[illegible] m, vel p[illegible] m [illegible] ni. Vnde [illegible] mp[illegible] turis [illegible] succe[illegible] *runt quasi fort[illegible] ebraim, & lætabitur cor eorum quasi a vino, & filij eorum videbunt, & lætabuntur, & exultabit cor eorum in Domino.* [illegible] ibi, si [illegible] vocabuli attendas, non qu[illegible] cunque fortes, sed insigni fortitudine prædito[illegible] potentes significat, [illegible] nde [illegible] vertunt [illegible] roes, qui heroicam [illegible] ctis exprimunt. Hanc autem fortitudinem non haben[illegible] d vino diuini a[illegible] is q[illegible] briantur. Quo g[illegible] *[illegible] cor m*

3. v. 5. *videbunt.* [illegible] d videbunt nu[illegible] no[illegible] ait P[illegible]: *Gustate, & videte quoniam suauis est Dominus.* [illegible] o- niai [illegible] x gustu amoris augetur visio [illegible] lætitiis, & crescit ipsa lætitia co[illegible] e.

Denique tanta est abundantia [illegible] fficacia huius vini, quod Christus attulit & reposuit in cellam [illegible] naria, vt non solum sufficiat a[illegible] potandum, [illegible] m in[illegible]tos, sed etiam [illegible] B deal[illegible] ue ve[illegible] d [illegible] qui erat ex[illegible] et [illegible] genitum, su[illegible] *[illegible] gans [illegible] pullum suum, & ad vitem asinam suam, lauabit in vino stolam suam, & pallium suum in sanguine vuæ.* Christus enim Dominus ad vineam Ecclesiæ, quam fundauit, alligauit pullum populi Gentilium ad seipsum autem qui vitis per antonomasiam dicitur, cui reliqui vniuntur tanquam palmites,

[illegible] v. 5. al igauit asinam synagogæ. Quia fecit vtraque vnum, ligans sibi vtrumque populum ligamine

Ad Col. 3. v. 14. fidei & charitatis, quæ appellatur vinculum perfectionis, id est perfectissimum, quo nullum est fortius: tantam autem diuini amoris & cœlestis vini attulit abundantiam, vt non solum inebriaret, sed etiam vndique lauaret fideles, qui

[illegible] v. 18. eius vestimenta ab Isaia vocantur, vt eis seipsum ornaret: *Lauabit* (inquit) *stolam & pallium*, id est, animam & corpus, interna & externa, mundabit, purificabit, pulchrificabit, & perficiet. Nec sine

Deut. 3[illegible] [illegible] v. 56. mysterio vinum vocat sanguinem vuæ, quæ phrasis frequens est in Scriptura: ad significandum, quod sicut vinum ex vua in torculari exprimitur quasi sanguis è venis, sic Christus amore hominum inebriatus in torculari crucis totum suum sanguinem è venis profudit, vt nos lauaret per illum, id est, per vinum amoris, quod

Apoc. 1. v 5 illo sanguine nobis promeruit, & cordi infundit.

Subdit autem Iacob: *Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.* Oculi qui deseruiunt ad videndum, & dentes qui ad mandendum, & ruminandum, eos significant, qui contemplationi & meditationi vacant, qui pulchri rubicundique redduntur, & candidi à vino amoris, quo inebriantur, & à lacte spiritualis doctrinæ, qua reficiuntur, in quo excedunt corporei vini ruborem & candorem lactis. Et tu etiam si in cellam vinariam introisti, aut introire desideras; scito oportere te ligare tuum pullum & asinam: id est tuum corpus & animam, vel tuum intellectum, & voluntatem, sensum & appetitum Christo & Ecclesiæ, vt semper intra Ecclesiæ vineam permaneas, ipse ac veræ viti Christo per fidem, & charitatem ligatus. Cuius mysteria ita debes contemplari; vt tam copiosum diuini

[illegible] s vinum haurias, quod mentem reficiat, [illegible] et & corroboret, imo & inebriet, vt nihil [illegible] x amore intelligas, loquaris, peragas, & o[illegible] quasi a nimio vino flauescant, & cuncta denique interna & externa [illegible] da [illegible] lecora & [illegible] rata reddat.

Adde [illegible] nm tamen est ex amore & [illegible] zelo. re simu[illegible] ndi in cella vinaria [illegible] æmulationis, quod rubicundum est [illegible] mum ad propellendum omnia [illegible] modocunque lædunt dilect[illegible] m, [illegible] ad ipsum spectat; & [illegible] quæ quauis ratione ipsius [illegible] deum attinent. Vnde varia sunt [illegible] enim zelus gloriæ Dei, z[illegible] doctrinæ, & [illegible] gis ipsius cōseruandæ, zelus sequendi Christum, & æmulandi charismata meliora: zelus salutis animarum; zelus destruendi peccata, vt sunt Dei [illegible], & proximis nociua, zelus vindictæ ad [illegible] dissipanda, & alia huiusmodi: & hoc est perfectissimum

B vinum amoris, quod sponsa Christo offert, cum dicit: *Dabo tibi poculum ex vino condito.* S[illegible] quod Cant. 8. v. 2. dat ipsa recipit, & ex co[illegible] vinar[illegible] bibit. Vinum conditum est vinum pretiosum [illegible] od sapore, odore, ac fortitudine præstat al[illegible] Ex Plinio lib. 14. c. 17 tis enim speciebus aromaticis [illegible] quas omnes ad vini saporē trahit, quas[illegible] eminentem. Sic amor Dei zelusque ip[illegible] ctas ad se trahit virtutes, vt omnia [illegible] cor fortent inebrient, & p[illegible] citum exequantur. Eti[illegible] rem, & odorem non amitt[illegible] lent, & sapiunt dilect[illegible] rem, & zelum fortiorem [illegible] dit præceptum dilectionis [illegible] ex tota anima, & ex omni virtute [illegible] nostra, ad quam refert D. Bernardus [illegible] Serm. 20 in Cant. illum inflammet charitas, & cordis [illegible] formet scientia & industria animi [illegible] stantia & animi fortitudo. Denique hoc vinum

C est de quo dicitur, *Fortis est vt mors dilectio, & dura sicut infernus æmulatio.* Nihil est potentius ad ag- Cant 8. v. 6. grediendum maiora facinora, vel ad [illegible] dura tormenta, quā amor & zelus Dei [illegible] 3. Esdr. 3. v. 10. re si quod adolescens quidam ex tribus cubicularijs regis Darij dixit, vinum præ al[illegible] esse, ad vinum corporale referatur, iuste [illegible] est, si autem ad vinum spirituale amoris a[illegible] cetur, palmam meruit obtinere: quia [illegible] fortissimus est amor, qui etiam ipsum Deum vicit, è cœlisque fecit descendere & pro hominib. in cruce mori. Quique etiam iustos suaui quadam vi compellit omnia sua relinquere, & contemnere, & cuncta aduersa, etiam [illegible] mortem tolerare, tanta animi fortitudine ac alacritate, ac si nihil paterentur propter diuini amoris ebrietatem, ita vt possint dicere [illegible] quam alij ebrij: *Vulnerauerunt me, sed non dolui, traxerunt me, & ego non sensi.* Prou. 23 v. 35.

D *Quædam media vt in cellam vinariam introducamur.* § 5

Vt autem in hanc fœlicem cellam introduci mereamur, magna & profunda oportet humilitatis iacere fundamēta. Quia cum Christus Dominus clauem habeat huius cellæ, po[illegible] que angusta sit, nec eam aperit nisi humilibus, [illegible]

inflati intrare possunt per illam. Solent [illegible] huiusmodi cellæ vinariæ subterraneæ esse, [illegible] quod ibi melius conseruatur vinum, & defenditur ab æstibus, & ventis calidis qui illud corrumpunt: sic huiusmodi contemplationis studium in sui profunda submissione fundari debet, ne vinum diuini amoris corrumpatur ab æstu cupiditatis & carnalis concupiscentiæ, vel à vento vrenti inanis gloriæ, & præsumptionis. Et sicut nemo vinum nouum immittit in vtres veteres, ne rumpantur vtres, & vinũ corrumpatur: sic Christus huiusmodi vinum nouum, quod è cœlo traxit ijs qui adhuc veteris hominis actibus vestiũtur, non largitur, donec illos omnino exuant, & induant nouum hominem, eiusque moribus condecorentur. Sed nec tunc se huc fauore dignus putent, nisi prius sederint sub vmbra Christi, quem diu desiderauerint. Vehementibus enim desiderijs, ac precationibus ingressus iste in cellam vinariam impetrandus est, nõ propter dulcedinem vini, sed propter abundantiam, & excellentiam diuini amoris, quæ ibi communicatur, adhibendo etiam intercessores, quorum patrocinio obtineant quod per seipsos non valent.

Matth. 9. v. 17.

Hoc insinuat LXX. versio dicens: *Introducite me in domum vini*, quæ verba sponsæ ad triplex
1. personarum genus dicta referri possunt. Primo quidem ad ipsum sponsum vnum Deum in essentia, sed in personis trinum, quasi à singulis diuinis personis hanc efflagitando introductionem, cum singulis attribuantur perfectiones, quæ in eam coeunt. A Patre igitur pete memoriam bonis cogitationibus fœcundam, vt semper de illo cogites, & in memoria tua illum præsentem teneas. A filio sapientiam qua profunda Dei scruteris summa, qua hic permittitur, claritate ipsum, eiusq; mysteria contempleris. A Spiritu S. charitatem; cunctosque amoris & zeli actus & affectus, quibus introductio hæc perficitur, & mens plene satiatur. Forte propter hæc tria Christus Dominus dixit: *Petite & accipietis, quærite, & inuenietis, pulsate & aperietur vobis*. petite obsecrationibus à Patre Dei memoriam fœcũdam, quærite meditationibus à filio mysteriorum diuinorum intelligentiam, pulsate affectibus apud Spiritum sanctum, vt aperiat vobis cellæ vinariæ ostium, in qua introducti inebriati mereamini.

Mat. 7. v. 7. Lu. 11. v. 9.

2. Deinde precatio hæc, *Introducite me in domum vini*, referri potest ad sodales sponsi qui in cœlis sunt, vt eorum intercessionibus in eam introduci valeamus. Habent enim in manu sua phialas plenas odoramentis, quæ sunt orationes iustorũ ad ipsos directæ, vt illas Deo præsentent. Et cum ipsi sint iam intra domum vini quæ in cœlis est, libenter audiunt, & accipiunt precationes eorum, qui introduci cupiunt in eam quæ est in terris, vt citius ad alteram perueniant. Angeli etiam sunt velut pincernæ, qui tanquam Dei ministri nobis vinum hoc spiritale amoris, ac deuotionis in contemplatione propinant, adiuuantes nos ad attente & feruenter orandum, & contemplandum donec eo inebrietur.

Apoc. 5. v. 8.

3. Denique verba ista ad sodales etiam sponsi, qui in terra sunt, dirigi possunt petendo à pastoribus, & Dei ministris, vt nos in domũ vini spiritualis introducant docentes nos viam intro-

A cun [illegible] mus, [illegible] d [illegible] sibi p [illegible] ca nal [illegible] videmus [illegible] propter [illegible] mur ex zelo iræ, quæ ex D [illegible] bitramur. Propter quod [illegible] *in me charitatem*. Sed de hoc [illegible].

Ordo tandem huius precationis per [illegible] dus est. Nam post esum conuenit [illegible] potum, non ante. Vnde infirmis, qui [illegible] stiue potum petunt, negat medicus, au [illegible] donec sumat cibum. Sic sponsa postquam [illegible] sub vmbra arboris mali, & eius dulcibus fructibus est satiata, petijt introduci in domum vini, introductaque est vt sitim extingueret: quia oportet prius Christo Domino per imitationem appropinquare, & ab illo virtutum fructus carpere, ac bonis eius operibus satiari, vt his salubris excitetur ingrediendi in cellam vinariam, & introducaris in illam. Alioqui precatio tua repulsam patietur, quia nondum aptus es, vt quod postulas obtineas. imo in hoc etiã multo magis placet vulgata lectio, quæ non petere eo ait, *introducite me*, sed referẽdo quod factũ est, inquit, *Introduxit me*, aut sperando dicit, [illegible] donec me, cum oportuerit, sicut supra notauimus dixisse sponsam. *Trahe me post te*, non tamen introduc me in cellaria, *sed introduxit me*, quoniam huiusmodi introductio per donum conferenda est, orationis tam eximiæ non petenda est expresse, sed merenda: nam petitio sapit præsumptionẽ meritum vero indicat diligentiam & submissionem quæ nihil petendo fortius petit quam postulatio præsumpta. Versio autem LXX. interpretari potest de modo precationis, quæ fit non tam voce & desiderio explicito, quam opere ipsu, & propria animæ Deum amantis indigentia: quo sensu dicit Ecclesiasticus eleemosynam reposi-
B
C tam in sinu pauperis exorare pro elargiente illam. Aliquando tamen ex Dei speciali impulsu, & instinctu multa petit anima Deo dilecta, quæ illa ei elargiri decreuit: quæ tamen ab alijs sine hoc impulsu non prudenter peterentur: & ita accipienda est huiusmodi precatio sponsæ, nisi per cellam vinariam alia dona intelligamus omnibus fidelibus necessaria, de quibus in sequentibus agendum est.

Eccl. 29. v. 15.

EXHORTATIO XXX.

De duplici acie charitatis Dei erga nos, quæ monet ad ardenter redamandum ipsum, constructa ex diuinis perfectionibus & beneficiis, & de efficacia vtriusque ad introducendam & seruandam in nobis charitatem.

10 Dom. & 11. post Pentecost.

Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.

ADmirabilis ac stupẽdus valde est bellãdi modus quo omnipotẽs Deus animarum amasios corda illarum oppugnat, maxime in contẽplatione, vt suo

... subijciat. Obumbratur autem modus A per ... verba sponsæ: *Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.* Nam verbum ... ex omnium interpretum consensu à ... militari deductum, quod est aciem, ... sicut cum inferius dicitur: *Terribilis ... acies ordinata*, vnde in Hebræo habe... *illum eius super me charitas*: quia cũ acies ... qua ordinatur, eleuatur vexillum quod se... milites. Sumitur autem charitas bifa... m, vel pro charitate Dei erga nos, vt sensus sit, ordinauit aciem charitatis suæ in me ipsam, ... contra me, vt me vinceret, & amori suo me ... subijceret, vel pro charitate nostra erga Deum, ... sensus sit, ordinauit in me ipsa aciem charitatis meæ redigens in ordinem cũcta quæ ... ipsam spectãt. Prior sensus indicat ipsam contemplationis essentiam, & radicem eius, posterior fructũm potissimum illius. Vtrumq; explanabimus exordiendo à priore.

De acie ex diuinis perfectionibus. §. 1.

Felicissima sponsa & sancta anima, quæ in cellam vinariam ab ipso Deo introducta est dicere potest, *Ordinauit in me charitatem*, id est, aduersus me ipsam omnem aciem charitatis suæ direxit, vt me oppugnaret, non ad me destruendam, sed lucrandam: scilicet vt me vinceret, & quasi compelleret, vt ipsum redamarem & diuino amori me quasi captiuam subijcerem. Hæc autem acies comprehẽdit innumera ac immẽsa bona, quę potenti vi expugnant cor, & efficaciter mouẽt, vt Deum redamet, & ad duas acies possunt redigi, vnam ex diuinis perfectionibus, alteram ex Dei beneficijs constructam. Vtraq; in ipsa cella vinaria construitur; quæ cella vel domus amoris est, aut amoris palæstra, in quam ducitur anima, vt magnum Dei amorem concipiat, & ad hoc Deus cum illa quasi luctatur & pugnat, donec victoriam assequatur, & vexillum charitatis super illam constituat.

In prima igitur acie coeunt omnia Dei attributa & perfectiones, quæ licet in Deo sint vnica & simplicissima deitas, tamen nobis repræsentant it per modum plurium; ex quibus quasi ... acies ordinatissima, & splendidissima, videlicet ex diuina sapientia, scientia, & prouidẽ...; ex bonitate, pulchritudine, & benignitate, ex misericordia, mansuetudine, fortitudine, & omnipotentia, cæterisque attributis, quæ sunt acies diuinitatis, quam spõsa vocat nomine charitatis, sicut sæpius solet vocare dilectum suum, ... *Deus charitas est*, vel forte quia in huiusmodi acie diuinarum perfectionum vexillifer est charitas, & ideo ait, *Vexillum eius super me charitas*. Eo ... od charitas Dei erga nos mouet ipsum, vt cũ... has perfectiones nobis manifestet, & per illas ingentia bona largiatur. Hanc aciem ordinatissimam, per modum tamen vnius sicut in se ipsa est, præsentat beatis in cœlesti cella vinaria D præclaram & intuitiuam visionem deitatis, vnde ita inebriantur Dei amore, eique tanquam spontanei captiui subijciuntur, vt non possint non amare ex toto corde, anima, & mente, ac ex omnibus viribus suis amore vehementi, continuo, insatiabili, & immutabili in perpetuas æternitates. Cæterum in hac vita cum Deus animam in cellam vinariam cõtemplationis introducit, o. dinat in illam aciem istam tanta vi, sed suaui ..., vt libertatem non tollat, sed perficiat, vt eam ad suum amorem vehementer alliciat, trahat, rapiat & penitus subijciat. Nõne miratur, & diligit diuinam sapientiam, & prouidentiam; nunc stupet, & amat Dei benignitatem & misericordiam; modo rapitur in amorem diuinæ pulchritudinis, modo inebriatur ab ipsa immensa Dei charitate; tantaque est plenitudo infusa amoris, vt nemo nisi expertus scire valeat.

Vnde non incongrue dicere possemus diuinitatem ipsam esse quasi cellam vinariã, vel immensam domum vini, quatenus nos in sui amorem accendit, in quam per contemplationem introducimur, singulasq; eius perfectiones esse velut dolia, seu vasa diuini amoris, ad quem nos peculiari modo vnaquæq; excitat, vt diligamus Deum, modo quia bonus est & pulcherrimus, nunc quia misericors & benignus, iam quia sa- B pientissimus & valde prouidus, aut nostri amãtissimus, alijsque infinitis titulis, qui in ipso resplendent, & quia infinitum est tam quod diligitur, quam causa & ratio diligendi, inde charitas in hac cella vinaria existens conatur Deum diligere sine vlla mẽsura, & in infinitum si posset, nullumque sibi vult præfigere terminum in amore. Quod eleganter explicat D. Bernard. his verbis. Causa diligendi Deum est Deus; modus sine modo diligere. Nam cum dilectio quę tendit in Deum tendat in immensum, tendat in infinitum (nam infinitus est Deus & immensus) quisnam quæso debeat finis esse, vel modus nostri amoris? Amat immensitas, amat æternitas, amat supereminentis scientiæ charitas, amat Deus cuius magnitudinis non est finis, cuius sapientiæ non est numerus, cuius pax exuperat omnem intellectum, & vicem rependimus cum mensura. Diligam te Domine fortitudo mea, & quidquid meum optabile atque amabile dici C potest. Diligam te pro dono tuo, & modo meo, minus quidem iusto, sed plane nõ minus posse meo. Hæc & plura D. Bernard. ostendens non esse seruãdam mensuram in dilectione Dei, sed ex omnibus viribus diligendum optãdo, vt vires sine mensura crescerent, ad hoc vt sine mensura Deum amarẽt, prout dilectionis exigit præceptum. Cuius rationem optimam reddit D. Thomas, quia modus & mensura non est in appetitu finis, sed in appetitu mediorum ad ipsum sicut medicus meliorem quo potest cupit cõferre sanitatem, medicinis tamen præscribit terminum. Cum aũt dilectio Dei finis sit omnium affectionum, & actionum humanarum, p quam maxime vltimum finem attingimus, ideo in illa non potest esse modus, vt in re mensurata, sed quanto plus attingitur, tanto melior est dilectio. Vnusquisque autem conari debet attingere quantum possit, nam hoc significant illa verba, ex toto corde, anima, mente & viribus suis. D

Diuinitas cella vinaria dicitur.

Tract. de diligendo Deo hic] primum.

Matth. 22. v. 37. Luc. 10. v. 27.

1. 2. q. 27. art. 6. & q. 14. ar. 7.

... Ioan. ... v. 16.

De acie ex diuinis beneficiis. §. 2.

Sed quoniam diuinæ perfectiones in hac vita per opera quæ ab ipsis in bonum nostri procedunt, manifestantur, ideo cum acie ipsarum fere semper concurrit aliquid pertinens ad secundam aciem diuinorum beneficiorum, vt ex

vtraque vna fit inuincibilis, & insuperabilis, cũ A diuino lumine fit nobis manifesta. & quidem licet prior secundum seipsam potentior sit ad amorem nostrum extorquendum, tamen posterior, quia maiorem nobiscum habet proportionem, & in nostrum cedit commodum, valentius solet expugnare cor, & in captiuitatem amoris redigere, & cũ beneficia ab infinito Deo exhibita infinita etiam sint, tum numero, tum dignitate & excellentia, etiam ea hac parte charitas appetit benefactorem suum sine modo, &

Vbi supra. mensura diligere. Vide (inquit idem D. Bernar-
» dus) quam sine modo à nobis amari debuerit,
» qui prior ipse dilexit nos, tantus & tantum &
» gratis tantillos, & tales. Tot enim sunt beneficia & tam immensa, vt nemo possit numerare, nemo digne ponderare, nec valeat ordinare aciẽ eorum, seu in ordinẽ ea redigere, nisi ipse Deus qui confert illa, quod testatur regius psaltes di-

Ps. 39. v. 6. cens: *Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis, non est qui similis sit tibi, annun-* B *ciaui & locutus sum, & multiplicati sunt super numerum.* Id est, multa sunt Domine mirabilia quæ fecisti, tum in potente mundi creatione, tum in magnifica hominis redemptione: nec est in cœlo vel in terra quispiam, qui similis sit tibi; aut æqualis in cogitationibus tuis, & in consiliis sapientiæ tuæ. Cœpi hæc annunciare, & manifestare, sed multiplicantur super omnem numerum. Sed clarius expressit hoc versio D. Hieronymi ex Hebræo, quæ sic habet: *Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua & cogitationes tuas pro nobis, non inuenio ordinem coram te, si narrare voluero, & numerare, plura sunt quam vt narrari queant.* Ac si dicat; opera tua mirabilia, & consilia quæ pro nobis cogitasti, tam multa sunt, & varia, vt nequeam ordine debito illa recensere, nec inuenire numerum; ita vt nesciam vnde potissimũ queam inchoare sermonem, nec complere narrationem. Quare humilis sponsa hanc insufficientiam agnoscens Dei & Angelorum implo- C rat auxilium, cum ait: *Introducite me in domum vini, & ordinate in me charitatem.* Id est, introducite me in domum beneficiorum Dei, quæ vinum amoris generant, & ordinate in me charitatis quandam aciem ex illis, quæ me ad amandum Deum inuitent, & compellant.

Alii legunt multiplicata vel multiplicatæ sunt, ita explicat Iansen. & alii.

Cum autem Deus hanc aciem ordinat in cõtemplatione, singula beneficia cor expugnant, & ab illo vicissitudinem amoris extorquent, & sicut milites tum clamoribus, tum armis & manibus hostes inuadunt; sic beneficia cum aggrediuntur cor, vehementer clamant, & opere suo quasi pugnando dicunt: sicut perpendit Hugo de sancto Victore, *Accipe & redde.* Id est accipe hoc beneficium tibi à Deo præstitum, & redde illi amorem debitum. Vel ipse Deus per hanc aciem loquens ait, accipe à me hoc donum, & redde mihi dilectionem, accipe benignitatem, & redde charitatem: accipe signa charitatis meę erga te, & redde signa vera charitatis tuæ erga D me. Qui autem in cellam vinariam introducitur à Deo, vtramque vocem percipit: considerat beneficium, gratanter accipit, & obsequium amoris rependit.

Li. de arca Mor. c. 4. to. 2.

Qui ergo diuino amore inebriari cupit, huiusmodi considerationibus se exerceat, nam singula beneficia sunt quasi dolia huius vini, è quibus per meditationem hauritur b[illegible] ter. N[illegible] displicet cap[illegible] hac sententia. *Introduxit me in [illegible] ordinauit in me charitatem.* particulari & [illegible] quibusdam editionibus iuxta Hebr[illegible] tur, dicunt reddere causam eius, quod p[illegible] Quod frequens est in sacra Scriptura [illegible] Testamenti, & apud D. Ioannem iuxta [illegible] Hebræorum, vt cum dicit: *Dedit eis pot[estatem] filios Dei fieri, &c. Et Verbum caro factum* [illegible] quia Verbum caro factum est, sens[illegible] ideo introducta sum in cellam vinariam [illegible] re eius inebriata, quia ipse ordinauit [illegible] me, [illegible] aduersus me aciem charitatis suę, qua co[m]pulsa & attracta non potui non vehementer [ill]um diligere, & in domum diuini amoris intrare, totaque immergi.

De quibusdam beneficiis in particulari. §. 3.

B SEd operæ pretium erit recensere nonnullas acies beneficiorum à Deo ordinatas ad sui amorem inserendum, vt ea eis discamus in contemplatione similes ordinare, quibus nos ipsos excitemus, & inflammemus ad amorem. Pri[m]o igitur conuerte mentis oculos ad primam vniuersi creationem; quæ sex diebus effecta est, in quorum vltimo creatus est Adam: cuius cor volens Deus oppugnare, & sibi subiicere, vt eum ex toto corde diligeret, ordinauit in illum aciẽ charitatis suæ, nam cœlesti lumine desuper infuso, maxime in illo sopore, quem LXX. ecstasim vocant: quia ad sublimem euectus est contemplationem; ostendit illi omnia, quæ ei contulerat beneficia, & vniuersas quas propter ipsum fecerat creaturas, & alia quæ dare ei decreuerat si obediens esset. Cuncta autem hæc erant quasi acies bene ordinata diuinæ charitatis ad oppugnandum cor illius, ac si diceret: Ecce propter te creaui cœlum, & terram, solem, lunã, C & stellas. Propter te diuisi aquas & aridã vestiui herbis virentibus, ac lignis pomiferis, propter te feci auea, pisces & animantia terræ, vt illis præesses, te etiam creaui ad imaginem & similitudinem meam, innumerisque donis ornaui, & ornate amplius disposui. Redama ergo eum qui sic te amat, dilige benefactorem, tot tibi beneficia conferentem, subditus esto ei, & eius obedi voluntati. Vere ergo Adam dicere tunc potuit, *Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.* Quia in illo primo intuitu tantorum beneficiorum vi quadam non cogente, sed libere & suauiter trahente non potuit non se victum profiteri, & in amorem tanti benefactoris exardescere. Vtinam in hac cella semper perseuerasset, ne se & nos perderet, cum ab illa exiuit. Perpende igitur hanc aciem beneficiorum Dei, quę etiam aduersus te quotidie militat, vt amorem à te extorqueat. Nam si recte ea meditatus fueris, ipsa te in domum vini introducent, ac diuino a- D more dulciter inebriabunt.

Quod si ad populum Hebræum oculos con- 2. uertas, & ad Ecclesiam illam quam Deus ab Ægypto eduxit, contemplari poteris eam mirabilium beneficiorũ acie à diuina charitate expugnatam, tum in ipso egressũ de Ægypto, tum in ipso itinere per desertum, vt eam in cellam vinariam diuini amoris introduceret. E[r]o autẽ sine

De beneficiis præstitis populo Hebræo.

ne Moyses ... ipsius Dei cum isthæc beneficia populo ... quasi cunctorum corda expugnans ... concludit: *Et nunc Israel, quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum, ... ambules in viis eius, & diligas eum, ac seruias Domino ... tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua?* E... iam beneficiorum catalogum refe... populo similiter intulit: *Nunc ergo timete Dominum, & seruite ei perfecto corde, atque ... timo.* ... relatione audita vniuersus populus in domum vini, & amoris diuini introductus, ... Iosue diceret: *Eligite hodie quod placet, cui ... potissimum debeatis, &c.* Respondit vniuersus: *Absit à nobis vt relinquamus Dominum, & seruiamus diis alienis, Dominus Deus noster ipse eduxit nos ... patres nostros de terra Ægypti, de domo seruitutis, ... fecitque videntibus nobis signa ingentia, & custodiuit nos in omni via, per quam ambulauimus, &c. Sed et nos seruiemus Domino, quia ipse est Deus noster.* Ac si diceret, tanta beneficiorum acie expugnati sumus, vt tanquam serui nos Deo subijciamus, illumque perpetuo amare decernimus, quod & præstiterunt (vt inquit Scriptura) quamdiu vixit Iosue & seniores, qui ea mirabilia viderant & ea in memoriam filiorum reducebant. Vtinam essent modo plures Christi ministri, sicut Moyses & Iosue, quibus dicere possemus: *Introduxit me in domum vini, & ordinate in me charitatem.* Possent enim simile munus ergo nos obire, cum non desint vnde copiosiorem, & fortiorem beneficiorum aciem possent ordinare. Tot enim & tam ingentia beneficia sunt nobis præstita in lege gratiæ (vt sicut dixit Isaias) non sit iam necesse meminisse priorum, nec antiqua intueri, nam per Christum facta sunt alia noua, quorum cõparatione quasi vilescunt vetera. Vnde de illis melius intelligitur quod & sponsa ait: *Et vexillum eius super me charitas*, quia in ijs vt mox videbimus, charitas Dei summe super reliqua omnia eleuatur, & de humanis cordibus triumphat.

De efficacia vtriusque aciei ad introducendam charitatem in peccatores. §. 4.

Iam mirabilem vim huius duplicis aciei ex diuinis perfectionibus & beneficijs constructæ ad conuertendum peccatores explicemus, non enim dedignatur Deus aliquos in cellam vinariam introducere, & aduersus eos aciem charitatis suæ ordinare, vt potet, & inebriet illos illo vino, quod Dauid vocat compunctionis, seu contritionis, qua peccatã omnia detestatur, nõ ex timore pœnæ, sed ex Dei amore per charitatem quæ operit, multitudinem peccatorum. ... intueri licet in ipso Dauide postquam corruit in adulterium; ad quem missus est Nathan Propheta, vt eum introduceret in hanc cellam vini ordinans contra eum aciem beneficiorum Dei in hunc modum: *Hæc dicit Dominus Deus Israel: ego vnxi te in regem super Israel, & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domum domini tui, & vxores domini tui in sinu tuo &c. & si parua sunt ista, adiiciam tibi multo maiora.* Id est alia maiora beneficia tibi collata referam. *Quare ergo contempsisti verbum Domini, vt faceres malum in conspectu meo?* Audiuit Dauid beneficia à Deo sibi exhibita, perpendit ea & alia quæ tacuerat Propheta, & statim tanto est dolore sauciatus, dicens, peccaui Domino, vt mox mereretur audire: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum*: introductus enim est in cellam vinariam, & oppugnatus ab acie ordinata charitatis diuinæ, illi manus dedit, & vino diuini amoris compunctus ad omnem satisfactionem se paratum præbuit.

Nonne mulier illa quæ erat in ciuitate peccatrix, in domum vini est ingressa, cum amore Dei quasi ebria ad pedes Christi se proiecit, lachrymis lauit, capillis tersit, ore osculabatur, & precioso vnguento vngebat? ordinauerat enim in ipsam Christus Dominus aciem charitatis suæ, reducens in memoriam infinitam Dei maiestatem, & pulchritudinem, quam offenderat, & beneficia quæ ab illo acceperat: tantoque erga illũ accensa est amore, vt de ea dixerit Dominus: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Lu. 7. v. 38.

In eandem cellam vini ingressus est Saulus, cum ordinauerat aciem furoris sui contra Christum, & discipulos eius, persequens illos, qua tanquam ebrius zelo indiscreto, & furibundo putabat in hoc obsequium se præstare Deo. At Christus Dominus volens inebriare illum vino dilectionis suæ ordinauit aduersus eum aciem suæ immensæ charitatis, apparens ei & dicens: *Saule Saule cur me persequeris? Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris.* Vtraque acie oppugnauit illum, & immensæ bonitatis suæ, ac beneficiorum, quibus prosecutus erat illum. Ego (inquit) sum Iesus saluator, & redẽptor tuus, verus Deus, qui creaui te, qui pro te factus sum homo, mortuus, & crucifixus: qui vere Nazarenus sum, & sanctus sanctorum in lege promissus: cur ergo me persequeris? Hæc audiens Saulus, & luce diuina circumfusus cadit in terram, sed cor ascendit in cœlum: cadit tanquam victus ab acie charitatis diuinæ, sed surgit à peccato amans quem ante persequebatur, & diuino inflammatus amore ait: *Domine quid me vis facere?* Iube quod vis & faciam quod iusseris, quia tali charitatis vi resistere nec valeo, nec volo. Act 9. v. 5. Sic etiam conuertit Petrum post negationẽ cum respexit illum.

Ad hunc igitur modum conuertit Deus aliquos peccatores, non tam supplicijs terrens, q̃ beneficijs alliciens, trahens eos in funiculis Adam, & vinculis charitatis, ostendens illis innumera beneficia, tum naturæ, tum gratiæ, tum generalia, tum specialia, quæ illis contulit. Non tamen negamus communiter Deum duplicem construere aciem ad oppugnanda corda peccatorum, vnam suppliciorum, quæ timorem incutiunt, & alteram beneficiorum, quæ timorem excitant. Et ambæ simul fortissimæ sunt ad expugnandos eos, iuxta illud D. August. Exhorresce quod minatur omnipotẽs, ama quod pollicetur omnipotens, & vilescet omnis mundus siue terrens, siue promittẽs. Cæterum istæ acies non semper eodem ordine præsentantur. Nam his qui generoso sunt animo præditi, prius proponuntur dona & beneficia, vt ex amore compugnantur: deinde minæ, vt fortius odio prosequantur peccatum. Sic Natham post relata Dauidi beneficia minitatus est dira supplicia, & Christus Dominus Saulo dixit: *Durum est tibi cõtra stimulum calcitrare.* Cæterum cum reliqui homines ex populo amplius moueantur formidine pœnæ, ideo à minis suppliciorum, & à metu gehennæ incipit cõuersio: quia initium sapien- Ose. 11. v. 4. Duplex acies beneficiorum & suppliciorum. Tract. 3 in Epist. Ioan. ad finem. Act 9. v. 5. Ps. 110. v. 10

tiæ timor Domini; & inde procedit ad amorem, A vt in cella vinaria perfecta fiat, quod satis indicat Psalmista dicens: *Ostendisti populo tuo dura, potasti nos vino compunctionis*. Dura sunt quæ pertinét ad supplicia, & timorem incutiunt, vt repentina mors, iudicium sine misericordia, ignis æternus, & cætera aduersa, quæ dum corde infligunt, vt lapidea eorum corda molliantur: quæ dum diuina luce superinfusa illis ostendantur, statim potantur vino compunctionis, id est dolore vehementi; qui cor pungat, & conterat propter Dei offensam, iuxta illud Ierem. *Postquam percussisti me, egi pœnitentiam, & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum*. En duplicem percussionem ad occidendum peccatum, & viuificandú peccatoré. Deus percutit afflictionibus delinquentem, & ostendit illi fœditatem peccati, ac pœnas quas meretur, & beneficia quæ illi contulit, vt ipse mox percutiat femur suum; quia (vt explicat D. Greg.) postquam superna spiritualiter videt, omne quod in se carnaliter viuebat, extinguit; nam B "quanto incipit quisq; superius viuere, tanto in- "choat inferius interire.

Psal. 59. v. 5.

Ier 31. v. 19

Li. 24 Moral. c. 12.

Hæc autem omnia lortius præstant qui ex Dei timore, & amore conuertuntur, qui solo signo diuinæ voluntatis, quam omnibus præferunt, peccata contemnunt: Vnde subdit Psalmista in eodem loco: *Dedisti timentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus, vt liberentur dilecti tui*; alij sic legunt: *Leuasti timentibus te vexillum vt vincant, vel exaltentur propter veritatem*. i. afflictis qui timent nomen tuum, & sinor dilecti tui, teque diligunt, reddidisti animum, & certum victoriæ signum præstitisti propter veritatem tuæ promissionis, vt eripiantur à ventura ira.

Psal. 59. v. 6. Ita refert Titelman. in annot. super hunc Psalmum.

Ego vero crediderim hoc vexillum elenatú, vt vincant, & exaltentur, esse charitatem Dei illis infusam, de qua hic sponsa ait: *Et vexillum eius super me charitas*. Nam charitas est quæ eleuatur à Deo in anima peccatoris, qui conuertitur tanquam vexillum regium in signum quod ipse victus est à Deo, & vicit diabolum ac peccatum. Sicut enim rex oppugnans vrbem, vel arcem, postquam illam cepit, prosternit vexilla hostiú, quæ in ea erant, & in vertice ipsius collocat proprium vexillum in signú victoriæ, & quod vrbs capta est, & facta ipsius: sic cum Deus peccatores oppugnat, vt conuertantur, & ipsi voluntarie se Deo subijciunt, prosternit omnia diaboli vexilla, quæ in ipsis erant; & super eos ponit vexillum charitatis, quod est proprium signum ipsius Dei, & victoriæ, quam de diabolo reportarunt per Christum, cuius est hæc victoria, vt dicit Diuus Paulus; nam ipse vicit fortem armatum, & abstulit spolia in quibus confidebat, ordinando in peccatores aciem charitatis suæ, vt veliot recipere charitatem ipsius, & tedament eum, qui eos amore suo præuenit, & tot beneficijs affecit.

Simile.

1. Cor. 15. v. 57.
Lu. 11. v. 21.



De efficacia vtriusque aciei ad conseruandam charitatem. §. 5.

Postquam autem charitas introducta [illegible] nimam peccatoris, & eius vexillum [illegible] ipsam constitutum, etiam ordinat Deus sæpius vtramq; prædictam charitatis suæ aciem [illegible] tueatur, & seruet ab hostibus inuentibus [illegible] illam, & ab omnibus tentationibus, & [illegible] eminentibus. Ad quod etiam miram habet efficaciam, quod satis manifestat insigne [illegible] patriarchæ Ioseph, cui cum molesta esset vxor domini sui vrgens illum ad nefarium opus, nequaquam acquieuit, sed audacter dixit: *Ecce dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo sua, nec quicquam est quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi præter te, quia es vxor eius, quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum*: O strenuum militem, & grato animo præditum! Recenset beneficia domini sui, vt nullo modo ipsum lædat, & tentatricem vincat, ac reijciat. Nec solum recenset beneficia domini temporalis, sed multo magis ipsius Dei, vt denotant postrema verba eum ait, *Quomodo possum peccare in Deum meum*? quia omnia illa bona non solum temporali domino, sed multo magis Deo accepta referebat, cuius prouidentia speciali suo illi concessa. Instaurat ergo Ioseph in cellam vinariam Dei, qui ordinauerat in illum aciem charitatis suæ, mentique eius bonorum, quæ receperat memoriam fixam impresserat, & ita illum sibi habebat vinctum, ac captiuum, vt diceret quomodo possum peccare in dominum meum? ac si diceret: nullo modo possum. Non quia libertate careret, sed quia sommis beneficijs ligatus tam horrendum malum iudicabat tantum ostendere benefactorem, vt quasi impossibile sibi videretur illud perpetrare. Ioseph (inquit D. Gregorius) bona quæ assecutus fuerat repente memoriæ intulit, & malum quod se C pulsabat, eiecit: & quia perceptæ gratiæ meminit, vim culpæ imminentis fregit. Cum enim voluntas lubrica tentat in prosperis, hæc ipsa prospera aculeo tentationis sunt opponenda, vt eo erubescamus praua committere, quo nos à Deo meminim' gratuito dono percepisse, & illatam gratiam exteriorum munerum vertamus in arma virtutum, vt sint ante oculos quæ percipimus, & quæ nos alliciunt subigamus. Hæc D. Greg. Iuxta quæ dicendum, quod cum Deus instum introducit in cellam vinariam dilectionis, vt intra eam illum teneat, & custodiat, ne vel ab hostibus tentantibus inde expellatur, vel ipse exire velit, ordinat acies charitatis suæ commemoratas, quibus ita subditur diuino amori, vt quidquid illi aduersatur, statim respuat.

Gen. 39. v. 8.

Li. 3. Moral. c. 5.

Sed addendum est quod cum acies beneficiorum non statim expugnauerit hostea, ordinanda est etiam, sicut diximus, acies minarum & D suppliciorum imminentium, vt omnino vincantur, & dissipentur. Nam quanto quis maiora accepit à Deo beneficia, tanto si eum offendit, terribiliora patietur supplicia. Nec mirum quod tot acies ordinandas moneamus ad tuendam charitatem, de qua dicitur, *Et vexillum eius super me charitas*: quia competitum est in bello oés conatus, & tela inimicorum ad hoc potissimum tendere, vt ad-

A vt ad [illegible] eorum vexillum prosternant, quo prostrato [illegible] deordinatur, & milites despondent animum; [illegible] omnia tela ac tentationes diaboli ad h[illegible] sunt præcipue, vt vexillum charitatis [illegible] charitatem destruant, & Dei a[illegible] dissoluāt. Debemus ergo omnem ex[illegible] virtutum, cunctasque acies beneficiorum Dei & [illegible]natum, ac omnes nostras vires exerere, vt vexillum charitatis defendamus, etsi co[illegible] la insurgant omnia mundi aduersa, & inferni iacula, vniuersaq; diaboli tentamenta, ac vitia, cuncta superemus propter eum qui dilexit nos, [illegible] entes cum Apostolo: *Quis nos separabit à charitate Christi?* id est nemo eorum qui in terra est, vel [illegible] terno; quia Deus ordinauit in nos a[illegible] natis suæ, vt nostram defendat.

Rom. 8. 35.

Vnde [illegible] ent fertur Romanos consueuisse nequaquam totum stipendium militibus dare, sed partem dūtaxat, reliquum vero sequestrabāt apud proprium vniuscuiusq; cohortis vexillum, vt [illegible] ud maiori cum robore defenderēt, perspi- B ciētes in illo proprias cuiusq; repositas esse mercedes. Sic Deus noster licet aliquam mercedis partem tribuat iustis in hac vita, multaq; eis cōferat beneficia, tamen præcipuam rationem merendi vitam æternam & immēsa dona seculi futuri, alligauit charitati vsq; ad finem vitæ perseueranti; nam tātum ille qui in ea perseuerauerit vsque in finem, saluus erit, vt omnes summo robore & conatu charitatem tueātur, & à telis inimicorum defendant. Propter quod placet sententia D. Gregorij Nysseni dicētis precationem istam, *Ordinate in me charitatem*, hoc efflagitate, vt charitas confirmetur, & stabiliatur. Nam quæ ordinata sunt prima sunt, & stabilia. Quę primo (inquit) fuerat dilecta, per inobedientiá fuit inter inimicos reputata, nunc ad eandem reuersa est viram, & per charitatem Domino coniuncta eadem nunc dicit, confirmate mihi banc gratiá, eamque stabilem facite, & immobilem vos ô amici sponsi, studio & diligentia mibi cōseruan- C tes propensionem ad id quod est melius. Quib. verbis docet Nyssenus exorādos etiam esse ministros Ecclesiæ, vt iuuent nos ad charitatem perpetuo conseruandam. Quja ipsa custodita omnia sunt secura. Nā vt inquit D. Ambrosius, qui ita legit: *Constituite in me dilectionem*, bona statua vbi plenitudo est charitatis, id est fortes & securitas militares munitiones adfert secum plena charitas in anima constituta. Et quæ firmior mansio in huius vitæ militia, quam manere in charitate? siquidem qui manet in charitate, in Deo manet protegēte ipsum; & quis poterit non rapere de manu protectionis omnipotentis? *Pone me* (inquit Iob) *iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me*. Quja nullius pugnantis cōtra me manum timeo si manus tua omnipotens protegat me, & quis expugnabit castra charitatis cū fortis sit vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio? Vtinam constituat nos Deus qui charitas est, sub vexillo charitatis suæ, vt in æternum mi- D litemus sub illo ipso fauente, qui est benedictus in secula. Amen.

E[illegible] Vegetio de re militari 6.

Simile.

H[illegible] 4 in Cant. [illegible] Beda

[illegible] in [illegible] v. 1.

Iob 17.

Cant. 8. v. 6

❧(o)❧

EXHORTATIO XXXI.

De mysteriis Incarnationis, Passionis & Eucharistiæ, quæ vexillum continent diuinæ charitatis erga nos.

Pro Festo corporis Christi maxime.

Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit, &c.

ETsi cuncta Christi mysteria cellæ vinariæ nuncupari possint, tria tamen præ alijs hoc sibi nomen vendicare possunt, quorū caput est ipsum Incarnationis mysterium, seu humanitas Verbo diuino hypostatice vnita, quæ per antonomasiam domus est vini, & receptaculum infiniti amoris, quo flagrabat Christus Dominus tum erga patrem suum, tum erga homines. Vn- B de prodiere cuncta quæ pro nobis agere, & pati dignatus est: cum aūt cellæ vinariæ, aut vini domui coniunctum soleat esse torcular, vbi botri conculcantur, vt ex eis exprimatur vinum: hinc etiam ad hanc cellam pertinet mysterium passionis Christi à cuius membris, & venis, velut à botris expressus est sāguis, instar vini rubri quod vt iam diximus, sanguis vuæ in Scriptura nuncupatur. Ex sanguine autem isto factus est nobis potus quidam cælestis in sacramento Eucharistiæ tegumēto vini corporalis coopertus, quod propterea iure optimo cella vinaria nuncupabitur, continens vinum germinās virgines, quo nihil preciosius potest excogitari: ad hæc tria mysteria contemplanda, vt ex illis amore inebriaretur, eleuari specialiter cupiebat sponsa cū dixit: *Introducite me in domum vini*. Nam eius sitis non satiatur aqua sapientiæ, quæ tantum intellectum instruat, sed vino amoris, quod mentem inebriet, de quo Psalmista dixerat: *Et calix meus* C *inebrians quam præclarus est*. Sed quia calix mensuram sonat, & moderatum continet vinum, adhuc desiderat in ipsam domum vini introire, vbi copiosius exhibetur, vbi etiá ordinatur acies diuinæ charitatis ex ijs tribus beneficijs & reliquis, quæ illa comitantur, in quibus omnem sui amoris vim exeruisse videtur, vt hominum corda expugnaret, & sibi per amorem subiiceret, propter quod de singulis optime dicitur: *Et vexillum eius super me charitas*. Quoniam suprema signa sunt, & quasi vexilla diuinæ charitatis erga nos, quibus etiam de humanis cordibus triumphat, & suo amori plene subiicit.

Gen. 49. v. 11.

Deut. 33. v. 19.

Psal. 22. v. 5.

De Incarnatione & Passione. §. 1.

Hic §. fundamenta iacit ad sequentem.

ETENIM si Dominicam Incarnationem contempleris, inuenies in ea ita se diuinam charitatem exaltasse, vt nihil magnificentius pro nobis facere potuerit, iuxta illud: *Sic Deus dilexit* D *mundum, vt filium suum vnigenitum daret, & in hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitum misit Deus in mundum*. Nam si probatio dilectionis exhibitio est operis, quæ maior potuit esse probatio diuinæ charitatis, quam efficere summum opus, quod potuit, præbendo vnicum filium sibi ęqualem, vt esset homo similis nobis? Vnde in hoc opere ordinauit totam a-

1. De Incarnatione.

Io. 3. v. 16.

1. Io. 4. v. 9.

Ex D. Gre. Hom. 35. in Euang.

ciem charitatis ad cor nostrum oppugnandum, A In qua acie tanquã fortissimi oppugnatores cõcurrerũt omnes diuinæ perfectiones, & attributa quæ huius operis fuerũt principium, & causa. Nempe sapiẽtia quę talem modum communicationis inuenit, bonitas quæ eum voluit, omnipotentia quæ exequi potuit; misericordia, iustitia, & reliquæ, quarum vexillum fuit diuina charitas eas excitans ad opus istud: vt nos, quos *Lib. de catechiz. rudibus, c. 4. tom. 4.* (vt inquit D. Augustinus) amare pigebat, saltem redamare non pigeat. In eadem etiam acie conueniunt innumera beneficia, & imm̃ẽsa bona, quę Christus attulit nobis, vt sunt redemptio mundi, remissio peccatorum, largitio gratiæ & omnium virtutum, omnesque cælestes benedictiones, apertio regni cælorum, & cętera huiusmodi, ob quæ Christus est nobis pater, frater, redẽptor, saluator, medicus, magister, protector, & aduocatus noster. Cuncta autem hæc in vnã aciem redacta, & diuino lumine ostensa si cor oppugnent, quomodo non expugnabunt, pro- B sternent, & subiicient sibi, vt redamet eum, qui ita amat illud? His enim vinculis charitatis fortiter, sed suauiter trahitur in cellam vinariã, vbi diuino amore inebriatur, vt nihil nisi Christum amet. Vtinam Dominẽ sic ad me dirigas aciem charitatis tuæ, vt transfusa in me inebrier ab illa.

De Passione Domini. Sed quid dicemus de mysterio Dominicæ Passionis, quod manifestior est cella vinaria, vbi ipse Christ⁹ vino amoris hominũ inebrians, nu- *Gen. 9. v. 21.* dus, velut alter Noe, apparuit, & despectus horribilibusque tormentis cruciatus? Ex quibus omnibus fortissimam in nos charitatis aciem ordinauit, in qua concurrunt sudor sanguineus, comprehẽsio, ligatio, irrisiones, percussionesq;, quas passus est, vsque quo eleuatus est in crucẽ, vbi summe eleuauit vexillum charitatis suæ. *Ad Rom. 5. v. 8.* Quia non potuit altius ascendere, quam quod voluerit (vt dicit Apostolus) mori propter nos, cum adhuc inimici ipsius essemus. Et quis non victus cadet sub hoc vexillo? imo quis nõ ascen- C det ad Christũ in cruce exaltatum, vt crucifixo *Io. 12. v. 32* per amorem firmiter inhæreat? *Ego* (inquit) *si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.* Et quomodo Domine ad te omniũ corda trahes? Quia ordinabo, ait, aduersus ipsos talem aciem charitatis meæ, taliaq; beneficia illis conferam, & manifestabo in cruce, vt ad me, qui sum domus vini, libenter currant, meo amore inebriẽtur, & captiuos se mihi tradant. Nam ego ascendens in altum crucis captiuam ducam captiuitatẽ, & eos qui erant captiui amoris proprii, ca- *Ex Psa. 67 v. 19. Ad Eph. 4. v. 9.* ptiuos faciam amoris mei. Summam enim vim habet hęc acies charitatis ex passionibus Christi constructa, vt etiam peccatorum corda ad se alliciat, conuertat, & diuino amore inebriet. Si enim hoc habent cætera beneficia, vt iã diximus, quanto magis hoc, vbi moritur Deus, vt homo moriatur peccatis?

Etsi autem tota passio Christi vnica dicatur cella vinaria, singula tamẽ mysteria, singula do- D lia vini, vel singulę cellę dici possunt, vt vna cella sit hortus Gethsemani, alia domus Caiphæ, alia prætorium Pilati, & alia Caluariæ locus, vbi *Ex Gen. 49 v. 11.* fuit torcular crucis, in quo totus Christi sanguis est expressus, vt etiam ad nos lauandum sufficeret, sicut supra perpendimus.

De Eucharistia, vt est cella vinaria. § 2.

IAM ad diuinissimam Eucharistiã accedamus, quę in domo Ecclesiæ per antonomasiam cella est vinaria, vbi reconditum est totum Christi vinum, quod attulit per incarnationem, & meruit per passionem, & vtriusque aciem mirabili modo comprehendit. Quia simul est incarnationis extensiuum, & passionis memoratiuum, & omnium mirabilium Dei breuiarium ad [illegible] amorem incutiendum potẽtissimum. Est enim sacramentum & sacrificium; & quia non decebat Verbum diuinum omnium assumere humanitates, nec in eis carnaliter concipi; voluit, (vt *Opusc. 1.* inquit D. Thomas) per hoc sacramentum se omnibus hominibus communicare, & intra omnes recipi, & quia etiam non decebat Christum pati, nisi semel, & vnicum sufficiebat cruentum sacrificium, statuit in memoriam illius hoc incruentum sacrificium Eucharistiæ, quo alterius B fructus nobis applicaretur. Quare vtraq; acies beneficiorum Dei quæ in Incarnatione & Passione constructa est, in Eucharistia renouatur, ad eamque ordinandam etiam conueniunt omnia mirabilia, & prodigia quæ in transsubstantiatione patrantur, & cætera dona quorum catalogũ alijs in locis iam fecimus.

Propter quę merito Ecclesia de hoc sacramẽto dicit: *Et vexillum eius super me charitas*; illa s. quæ in hoc opere splendet, & super alia Christi ope- *Simile.* ra quotidie in Ecclesia supereminet. Sicut enim artifices qui insigne aliquod templum, aut palatium ædificant, peracto ædificio in ipso cacumine collocant aliquod vexillum quasi in signum victoriæ, & triumphi de molesto operis labore reportati; ad modũ quo duces capta vrbe quam oppugnabant in altiori arce vexillum ẽt constituunt: ita Christus cum summo labore fundasset Ecclesiam, & mundum oppugnasset, iã mo- C ribundus capta victoria & opere redemptionis fere cõsummato sacratissimam instituit Eucharistiam, quæ in Ecclesia & in mundo permaneret tanquam sublime vexillum & suæ victoriæ trophæum, vexillum inquam beneficiorũ Dei, vexillum mysteriorum fidei, vexillum denique charitatis diuinæ erga singulos homines, quæ nescio an in hac peregrinatione altius eleuari potuerit & debuerit. Vnde sicut in bello vexillũ exaltatur super omnium militum capita, vt ab omnibus conspici possit: sic quotidie Christus in Eucharistia, tam in hostia quam in calice eleuatur super capita sacerdotum, vt ab omnibus conspiciatur, & adoretur, & sub hoc Christi vexillo nos militare profiteamur. Propter hæc summopere quærenda est nobis introductio in hãc *Fauent dicta in Exhort. 18. Ex Psal. 4. v. 16.* Eucharistici vini domum, orando tum Deum, tum eius ministros, vt crebro nos in eam introducant: dicentes: *Introducite me in domum vini* sæpius, quia panis hic & vinum hoc cibus quoti- D dianus est; *Et ordinate in me charitatem.* Id est acies omnium quæ charitas Christi in hoc conclusit sacramento, vt famem & sitim illius in me excitetis. Sed tu ipse etiam debes te vrgere, vt in hãc domum vini introeas, primo per communionẽ spiritualem, deinde per sacramentalem. Illam efficies ordinando in te sex acies charitatis Christi in Eucharistia contentas, nimirum acies

omnium

[illegible] ctionum Christi, vt Deus est, quę A [illegible] aciem tormentorum passionis eius, [illegible] commemorantur, deinde aciem pro[illegible] quæ parantur vt sacramentum fiat; [illegible] mirabilium quas hic Christus exe[illegible]t; aciem meritorum & satisfactionum e[illegible] in eo continentur, & applicantur tibi; [illegible]que beneficiorum, fructuum, & do[illegible] per illud conceduntur. Quas sex a[illegible] contemplatus fueris, vel potius eum [illegible] contemplatione tua illas ordinauerit, [illegible] tibi patefecerit, mirum in modū [illegible] & in amorem Christi vehementem [illegible] nullo alio quam in ipso fames & [illegible] valeat: cum autem eius inebriatus [illegible] ipsumque transformari cupis, perfici[illegible] vnio spiritualis, & primus ingressus in [illegible]riam.

[illegible]lo aūt accedit sacramentalis commu[illegible] B [illegible] Christus adit intra animam cū [illegible]ima acie omnium quę comprehendit, [illegible] diuinitate, anima, corpore & sanguine, [illegible]bus, ac meritis ipsius, tunc ipse vehemen[illegible]tius te inebriabit, vt suo amori ex toto mācipatus maneas. Efficit enim in corde vinū illud insigne cum sex proprietatibus quas supra retulimus mirabiliter mentem nutriēs, & impinguās, Exhort. [illegible] læt[illegible]ns, & inflāmans, roborans & à se alienās; [illegible] in Deum transferat: verissimeq; anima de se [illegible] dicit: *Introduxit me in cellam vinariam, or[illegible] in me charitatem*, subaudi meam, quia mi[illegible]b[illegible] modo excitat, ordinat, & componit om[illegible] charitatis internos affectus, & actus, ac im[illegible]peria [illegible]rca uperta aliarū virtutum, ad eum mo[illegible]dum quo in sequentibus explicabimus.

Cuncta hæc complexus eleganter est D. Gregorius Nyssen. alludens ad id, quod supra diximus sponsam sedentē sub vmbra illius, quē desiderauerat, comedisse ex fructib. eius; vnde magna incteuit sitis amplius illos gustandi, nō iam comedēdo, sed lautius, & suauius ebibendo, & C ideo ait: *Introduxit me in cellam vinariam*; Vsque ade[illegible] (inquit) augetur sitis, vt è sapiētiæ cratere [illegible] satiat, neque ad sedandam sitim satis esse p[illegible] totum craterē in os infundat, sed rogat [illegible]catur ad ipsam cellam vinariam, & ipsis [illegible]ularibus os subijciat, & dulce vinum scatē[illegible]at, botrumque qui exprimitur in torcula[illegible]bus, & vitem illam, quæ hunc botrum alit, & veræ [illegible]ius vitis agricolam, qui adeo opimum, & [illegible]anem efficit botrum. Illud antē omnino vult v[illegible]ere mysterium, quemadmodum sponso cal[illegible]cāt torcular rubrę fiant vestes, propter hæc quę [illegible]nt huiusmodi, cupit ingredi domum, in qua [illegible] vini mysterium, & sacramentum. Hæc ille. [illegible]ig[illegible]ur metaphoris vehemēs sitis animæ ex[illegible]us, quæ in domum vini ingredi cupit. vt [illegible] repleatur cuncta quæ ad hoc mysterium spe[illegible]ctant. [illegible]á vitis est Christus homo, agricola Christus Deus; botrus corpus & sanguis eius venis inclusus: torcular vbi exprimitur, crux; vas vbi cōtinetur, Eucharistia. Hæc contemplans omnia D deglutire sitit, vt toti Christo vniatur, & quanto plus bibit, tanto amplius sitit. *Nam qui bibunt me, adhuc sitient*. Ipse enim Christus nouā & maiorem sui excitat sitim. Eccl. 24. vul.

Tunc autē intus ordinat charitatis aciem, nō tantum vt animam vehementius in sui amorem A alliciat sed etiam vt internos eius hostes profliget. Nam sicut dux exercitum mouet in suburbia ciuitatis, & inde expugnat fortissimam eius arcem: sic Christus Dominus per sacramentum intrat in corpus hominis, quod est quasi eius suburbium, vt inde arcē cordis vehementius expugnet, tela & fulmina cælestium illustrationum emittēs, quibus cor concutit dum cuncta supradicta bona intus manifestat, & insuper debellat omnes alias affectiones, & passiones appetitus sentiētis, quæ antea spiritui non subijciebantur, nam propter hoc de illo scriptum est: *Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me.* Psal. 22. v. 5. Sicut olim apparuit per somnium subcinericius Iudic 7. v. 13. quidam panis, qui descendens in castra Madian illa subuertit, repręsentabât enim aciem, & gladiū Gedeonis, à quo subuertenda erāt; sed quoniam omnia in figura contingebant illis, etiā si- B gnificabat hunc cælestem panem, qui ita nutrit, vt tamen castra inimicorum nostrorū euertat, instar potentissimi pharmaci, quod dum intus applicatur, intestinum bellum cōtra noxios humores gerit, donec eos expellit, & tunc perfectā confert sanitatem, vt ex cella vinaria, & mēsa quæ est in terris, in eam transferamur, quæ est in cœlis.

Eucharistiæ pium cultum & vsum signum esse electionis æternæ. §. 3.

HInc licet deducere feruidum, & frequentē ingressum in hāc cellam vinariam diuinissimæ Eucharistiæ indicium esse maximæ sanctimoniæ, & ardentissimæ charitatis, cuius expertes sunt, qui raro, vel nūquam aut tepide ingrediuntur, imo vlterius crediderim vnū ex potissimis signis, quo secernuntur iusti ad vitam ęternam, electi à peccatoribus, reprobis, & damnandis, esse crebrū & deuotum cultum ac vsum sacratissimæ Eucharistiæ, vt sacramentum & sa- C crificium est, quod qui respuunt, & fastidiunt, inter miseros sunt computandi. Nam scriptum est, *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Io. 6. v. 54. Qui autem *manducat hunc panem, viuet in æternum*, intra se enim habet certum vitę æternæ pignus, quod ipso inuito nō auferetur ab eo. Forte huic aptari potest quod D. Ioannes refert in Apocalypsi: *Datus est (inquit) mihi calamus similis virgæ. & dictum est mihi surge & metire templum Dei & altare & adorantes in eo, atrium autem quod est foris templum eiice foras, & ne metiaris illud, quoniam datum est gentibus, &c.* Apo. 11. v. 1 Fit quidem allusio ad Ierosolymitanum templum, cuius duæ erāt partes, altera quę incipiebat ab atrio, quod dicebatur interius versus sancta sanctorum, vbi erat altare holocaustorum, in quo victimæ offerebātur, & solis patebat sacerdotibus, ac ministris templi, & proprie templum vocabatur: altera erat atriū exterius, quod erat laicorum, ac large sumpto vocabulo templum etiam dicebatur. Calamus D autem datus Ioanni similis virgæ non erat quo Hispane vara de medir. scribimus, sed quo metimur ædificia & prædia. Eo autē solum metimur quæ nostra sunt, vel ad nos spectant, aut in hæreditatem & possessionē accipimus, cætera vero quæ ad nos minime attinent metiri non curamus. Cum ergo visio hæc spiritualiter sit intelligenda, quia quo tempore

Ioan-

Ioannes eam habuit, templum nō extabat, nec altare, iubetur illo calamo & mensura recta metiri ea quæ ad Deum spectāt, quæ illi sunt grata, & valde placent, secernendo ab ijs, quæ reprobat, & ei valde displicēt. Metitur ergo templum & atrium interius, id est Ecclesiam & congregationem iustorū, qui interius charitate, & aff.ctu Deum colunt, & eius obsequio mancipantur, qui vere sunt templum Dei, & Spiritus sanctus habitat in illis. Metitur pręterea altare holocaustorum, id est feruidos, deuotos, & flagrantes amoris affectus, quibus iusti accedunt ad altare Christi, vbi eius sacrificium celebratur, & sacramentum præstatur illis, mactantea seipsos, & offerentes in hostiam, & holocaustum per cor contritum, & humiliatum per opera iustitiæ, & actus flammigeros amoris, vt huic sacratissimo altari assient, & eius participes fiant. Metitur denique adurantes in eo, id est merita singulorum sacerdotum, & ministrorū, quibus maxime incumbit huic altari assistere, & eorum etiam qui sunt spirituales sacerdotes, & continuo Christū adorare, colere, & amare non cessant.

Calamus autem quo metiebatur similis erat virgę, tum ad denotandam rectitudinem diuini iudicij, Deus enim nec falli potest, nec à rectitudine deflecti: tum vero quia virga sæpius in scriptura iustitiam punitiuam indicat, semper autē in iustis quos hic Deus metitur aliquid inuenit, quod purgatione, & punitione egeat. Non est enim iustus qui non aliquando peccet, & erga altare ac Dei cultum & sacramentorum vsum non aliquos defectus bonis operibus misceat, qui tamen cito fetuore charitatis auferūtur; nec tamen debitam perfectionem huius mortalitatis statui congruentē propellunt. Vnde calamus iste mensorius, (vt colligitur ex Ezechiele, ad quem hic fit allusio) erat sex cubitorum, & palmi, id est staturæ hominis integræ & perfectæ, qualis creditur fuisse in Adamo, & primis hominibus, ac in secundo Adamo Christo, ad significādum per eam mensuram metiri homines coram Deo perfectos, quorū opera sunt perfecta, & ipsi valde grata, vtpote aspirantes ad id quod dictum est: *Estote perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est.* Huiusmodi autem perfectio ex altari Eucharistiæ maxime procedit: testatē D. Dionysio cum ait, Eucharistiam esse omnium sacramentorum finem; nec contingit, inquit, aliquid perfici perfectione hierarchcia, nisi per diuinissimam Eucharistiam. Tunc ergo perfectus quisq; erit cum illi concessum sit crebro, & deuote in hanc cælestem cellam vinariam ingredi, & perfectissimum charitatis ordinem ab ipso Christo recipere, per quem ad ipsum perfectionis apicem facile perueniet.

Ezech. 40. v.3.&5.

Mat.5.v.48.

De Eccles. hierarch. c.3. à principio.

D.Th.3.p. q.65.ar.3.

Væ autem illis qui ab hoc altari fugiunt, & de illo edere fastidiunt. Quid enim Ioanni dicitur? *Atrium quod est foris templum, eiice foras, & ne metiaris illud, quoniam datum est gentibus.* Et quid est atrium exterius quod est foris templum, nisi congregatio peccatorum, qui solis rebus externis, mundanis, & terrenis acquirendis inhiant, nec æternarum vllam curam habent? Pertinent quidem ad templum Dei, quod est Ecclesia quatenus fide pollent, sed dicuntur esse foris templum merito, & perfectione. Quia fidem mortuam habent, & sunt extra iustorū cætum, nec

A altare Eucharisticum colunt, & venerātur. Sunt enim Ægypti carnibus [illegible] quam cælesti manna vesci; & ideo dicitur [illegible] metiatur illud, quia Deus reprobat ill[illegible], cui dicturus est: *Nunquam noui vos, discedite a me qui operamini iniquitatem*: & pars vestra erit cum gentibus, & infidelibus, ac hypocritis, vt in æt[illegible] conculcemini, & puniamini cum eis.

Deniq; non sine mysterio calamus iste m[illegible] sorius ab Angelo datus est Ioanni; vt ipse [illegible] retur templū & altare, & non ipse ange[illegible] sus est illud, sicut mensus fuit ciuitatem [illegible] lem cælestem: ad significandum non [illegible] sed hominibus concessum esse à Christo D[illegible] no, vt sint sacramentorum ministri, & p[illegible] pes, quibus dictum est. *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Et iterum, *Hoc facite in*

Apo. 11.

B *meam commemorationem*: vnde ad illos vt diximus dirigitur hæc precario sponsæ: *Introducite me in domum vini, & ordinate in me charitatem*, id est introducite me in templum vbi est hoc altare v[illegible] particeps fiam illius, & inebrier à vino, quod in eo offertur, & ordinatissima ardeam charitate, quæ omnium meritorum est condigna mēsura, propter quam datur mensura bona, plena, coagitata & supereffluens in gloria in secula seculorum. Amen.

EXHORTATIO XXXII.

De aduentu Spiritus sancti in Apostolos introducentis eos in suam cellam vinariam, & de admiranda acie diuina charitatis ordinata in ipsos.

Introduxit me, &c.

C EXPRESSIOR typus cellæ vinariæ est aduentus Spiritus sancti in Apostolos, & disci[illegible]los, qui erant in cœnaculo in die Penteco[illegible] Nam quod tunc cōtigit visibiliter, inuisib[illegible] et & secreto euenit valde dilectis. Ecclesia igitu[illegible] nouella quam Christus Dominus tempore [illegible] prædicationis ex Hebræis collegerat, quæ pri[illegible] dixit: *Sub vmbra illius quem desideraueram sedi, & fructus illius dulcis gutturi meo.* Quia diu sub vmbra legis veteris sederat, & triennio sub Christi degerat protectione, dulcissimumque fructum prædicationis atque doctrinæ eius degustauerat, postquam tamen ipse ascendit in cœlos adueniente die Pentecostes dixit: *Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem*: quia tūc visibili signo accepit Spiritum sanctum, qui est ipsa charitas increata, & amor Patris ac Filij, per quem introducta est in cellam vinariam ipsius diuinitatis, quæ fons est, vnde vinum, & mustum sancti amoris prodit, quo inebriata est; &
D miris modis diuina charitas circa ipsam, & in ipsa est ordinata. Iucundum autem erit, & perutile modum quo id factum est, explanare.

Apostoli

[illegible] vehementer desiderasse impleri Spiritu sancto §. 1.

[illegible] R A [illegible] quidem Christus Apostolo[illegible] ciuitate, donec indueren[illegible]. Sedetur [illegible] sub vmbra Chri[illegible] tauerant, & ibi vt refert Diuus [illegible] *erant omnes perseuerantes vnanimiter orationibus, & Maria matre Iesu*: Et quæ [illegible] erat oratio, dum Spiritus sancti [illegible] æstolabantur? nisi quam sponsa [illegible] verbis dicens iuxta versionem [illegible] *me in domum vini, & ordinate in* [illegible] gebat autem preces ad Deum [illegible] sum Christum, necnon & ad [illegible] ctum ac si diceret, sub vmbra spō[illegible] in schola eius permansi, quam[illegible] vixit: iam visibilis hæc vmbra re[illegible] ir in cœlum ad dexteram patris, [illegible] neo inermis, timida & pusilla[illegible] cœlo virtus Dei altissimi, quæ [illegible] ter, de[illegible] dat Spiritus sanctus, qui [illegible] ret, adueniat eius diuinitas, chari[illegible] amor qui me inebriet: ordinet in me cha[illegible] em [illegible] omnemque eius aciem in me constru[illegible] vt [illegible] omnibus modis plenitudine amoris re[illegible] diligam, sitque *Vexillum eius super* [illegible]; vt nihil nisi infra ipsum amem, & [illegible] subijciam. O Pater amantissi[illegible] sponse dulcissime, introducite [illegible] cælestis vini; ordinate in mecha[illegible] stram, mittite ad me Spiritum san[illegible] est ipsa charitas & amor, vt me suo in[illegible] or. O Angeli & sanctorum animæ, [illegible] io supernam cellam vinariam introi[illegible] s intercessionibus *Introducite me in domum* [illegible] petentes instanter à spōso meo, vt de[illegible] eum compleat, & me in hanc domū C ducat.

[illegible] nouellæ Ecclesiæ precationem, quæ ex [illegible] desiderio huius diuini doni proce[illegible] deo iam bibebat vinum amoris, sed [illegible] ietatem, neque tota plenitudine quā [illegible] huiusmodique prece decem diebus [illegible] omnes, qui in illo erant cænacu[illegible] autem die post Christi ascensionem [illegible] spiritu repleti, & inebriati sunt, [illegible] in quo Nehemias de seipso refert fe[illegible] uium centum quinquaginta viris ex [illegible] bus Israel, qui ædificando muro ciui[illegible] ymitanæ incumbebant, & inter alia *[illegible] quod inter dies decem parabantur vina diuer[illegible]* decem dies ex eodem vino in vasis con[illegible] bat omnes, post dies vero decem a[illegible] m vinum illis apponebat: Nehemias [illegible] qui interpretatur consolatio, figura est [illegible] sancti, qui vocatur paraclitus & conso[illegible] & conuiuium spiritale fecit Apostolis, a[illegible] ex discipulorum primoribus quasi cen-
Act. 1. v. 15 tum viginti viris, vt refert D. Lucas; quibus committenda erat Ecclesiæ nouæ ædificatio, & propagatio, promulgatioque legis Euangelicæ. Nec numerus iste centum viginti caret
Refert Lo- mysterio, quod patres agnoscunt. Totidem e-
rinus in nim annos præfixit Deus Noe ante diluuium,
hunc locū. vt pœnitentiam agerent; totidem vixit Moyses
Gen. 6. v. 3. legis veteris promulgator, totidem etiam cubi-

A tos in altitudinem templi ascendebat; & totidē *Deut. vlt. v. 7.*
auri talēta regina Sabba Salomonis sunt obla- *2. Par. 3. v. 4.*
ta; vt sacramentū quod cuncta hęc exhibebant, *3 Reg. 10. v. 10.*
hoc nouæ legis prædicatores suo munere designarent, néque quod lex Euangelica succedens Mosaicæ legi, erat nouissima, & tādiu duratura quamdiu esset tēpus pœnitentiæ hominib. prę-finitum ante finem seculi, quod altissimam etiā continebat perfectionem, quam suis gradibus ascendendum erat, & insuper copiosas gratiæ, & charitatis diuitias hominibus allatura erat, quas Christo Domino libenter offerrent.

His ergo 120. viris qui selecti erant ex quingentis fratribus, quibus teste D. Paulo, Christus Dominus apparuit, vt tradit Oecumenius, fecit Spiritus sanctus conuiuium decem diebus potans eos vino feruidæ orationis, & feruentis desiderij, postulabat enim pro illis, aut in illis ge-
B mitibus inenarrabilibus donum; quod accipere cupiebant. Decimo autem die expleto, nouum vinum preciosissimum & copiosissimum illis largitus est, nempe ipsius Spiritus sancti plenitudinem: ita vt vere diceret Apostolica illa Ecclesia: *Introduxit me in cellam vinariam.* Effudit enim in illos Spiritus sanctus perfectissimā charitatem, vt ardenti Dei & Christi amore flagrarent vehementerq; proximos diligerent, & zelo salutis eorum inardescerent, varijsq; linguis igneis loquentes eos inflāmarent. Vnde factum est vt Iudæi, qui ad sonitum venti vehementis conuenerant, putarent illos musto plenos esse. Nec sine mysterio, cum tempus musti nondum esset (contigit enim eo anno dies Pentecostes in principio fere mensis Maij) irrisores isti non dixerunt Apostolos plenos esse vino, sed musto, quod est vinum nouum & feruens, dulcius ac fortius quam vinum vetus; ad significandum (etsi ipsi, vt notat Diuus Gregorius, nescirent quid dicerent) quod vinum istud spiritale non de terra erat, vbi inueniri non poterat, sed è cœlo allatum tanquam proprium legis nouæ, quæ est lex amoris; noua dulcedine, noua fortitudine, & noua sanctitate repleturum, ac inebriaturum homines, noua etiam ac mirabilia operaturum in mūdo, sicut per Apostolos operatus est. Vnde Diuus Petrus irrisoribus respondens, dixit, *Non sicut vos æstimatis hi ebrij sunt.* Quæ verba eleganter sic ponderat & explicat Diuus Bernardus; Attende quod non omnino ebrios, sed ebrios, sicut ab illis existimati sunt, denegauit: & quasi testificans ad plebem reuera se fuisse in cellam vinariam introductos, subdit, *Sed hoc est quod dictum est per Prophetam Ioel, & erit in nouissimis diebus, dicit Dominus, effundam spiritum meum super omnem carnem.* Plane ebrij, sed vino nouo, quod vtres quidem veteres nec merentur accipere, nec continere valerent. Hoc enim vinum vera illa vitis effuderat de excelso; vinum lætificans cor, non statum mentis euertens, vinum germinans virgines, non apostatare faciens etiam sapientes, nouum vinum, sed habitantibus super terram; nam in cœlis quidem olim copiosissime redundabat, non in vtribus, vel testeis vasis, sed in cella vinaria, in spiritualib. apothecis, sed terrigenæ & filij hominum vinum eiusmodi non habebant. Terra tamen carne Christi gloriabatur, cuius presentiam nihilominus cœlum sitiebat. Fit ergo fidelissimum commercium, vt exhibe-

1 Cor. 15. v. 6.
Act. 2. v. 13. & 15.
Li. 29. Mo. ca. 5.
Serm. 43 in Can. & ser. 3. in Pentecoste.
Ioel. 2. v. 18.

„ hiberetur illis caro Christi ... cœli, et-
„ ſerq; ſpiritus in terra, caro ... ...d inceps
„ omnia omnibus commu... ... Hæc
fere D. B...nardus.

Ingentia bona quæ per Spiritum ſanctum tribuuntur. §. 2.

PROCEDO T vlterius noue... Eccleſia enarrat ...rebonum ... odaccep...at, dicens, *Ordinauit in me charitatem.* Quid mi... ...ius: quid altius? quid optabilius, quam *Ordinauit in me charitatem?* Quam charitatem: immenſam, ac infinitam ſuam charitatem in meipſam quaſi inuincibilem aciem ordinauit, vt cor meum oppugnaret, & me ſuo amoris pleno ſubijceret, & in ipſum totam immergeret, vnde *Vexillum eius ſuper me charitas*; quia charitas eius erga me nunc magnificata eſt ſupra modum, nec ſubl... mius
Ioa.3.v.16. iam habet quo aſcendat, nam ſicut Saluator dixit, *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat vitam æternam*: ita nunc dicere poſſumus: ſic Deus dilexit mundum, vt Spiritum ſanctum nobis daret, vt omnes recipientes ipſum non pereant, ſed æternam conſequantur vitam. In vtroque aduentu charitas Dei eleuauit vexillum ſuper me; quia ſicut Pater nihil maius potuit nobis dare quam Filium; ita Pater & Filius nihil excellentius potuerunt nobis donare quã Spiritum ſanctum.

Voluit autem hoc vexillum ſigno aliquo viſibili nobis manifeſtare. Quid enim erant linguæ illæ quaſi ignis, qui ſuper capita Diſcipulorum ſedit, niſi vexillum Spiritus ſancti, & ſignum aduentus ipſius & charitatis, quam effuderat in corda ſingulorum, ac indicium redemptionis mundi iam conſummatæ, Eccleſiæque nouæ iam ædificatæ, ac conſtitutæ? Quadrat in hoc ſignum ſimile ſupra adductum de vexillo, quod ponitur in vertice templi perfectè erecti, vel vrbis de nouo captæ. In hoc enim die Pentecoſtes manifeſtata eſt mundo Eccleſiæ nouæ erectio, & Chriſti contra diabolum victoria; quæ per euangelij prædicationem ab Apoſtolis igneis linguis per vniuerſum mundum erat protendenda.

Tunc enim Apoſtolica Eccleſia nouo modo dixit, *Ordinauit in me charitatem*; quia Spiritus ſanctus in ea ordinauit omnem aciem virtutum, & donorum, ac gratiarum, quæ dicũtur gratis datæ, cuiuſmodi ſunt intelligentia Scripturarum, linguarum donum, Prophetia, gratia miraculorum, & aliæ huiuſmodi, at *Vexillum eius ſuper me charitas*; id eſt, ſuper has gratias charitas & amor meus erga illum magnificatus eſt, & eleuatus vſq; ad ſummum. Hunc enim amorem Apoſtoli omnibus rebus mundi præpoſuerunt, cunctaque aduerſa contempſere, vt hoc vexillum erectum ſeruarent, audacterque tormenta comminantibus reſpondebant, *Obedire oportet Deo magis*
Act.4.v.19. *quam hominibus, & non poſſumus quæ audiuimus, & vidimus non loqui.* Introducti enim in cellam vinariam, indui ſunt virtute ex alto, & inebriati vino fortiſſimo amoris, & zeli pro gloria Chri-
Inſinuant D. Nyſſen. hom. 4. in ſti, & hominum ſalute, & in hũc ſenſum explicant aliqui Patres verba iſta, *Ordinauit in me charitatem*; id eſt confirmauit, & ſolidam eſſe fecit

A ... me charitate ... ergaipſum: ... erat & primum ... ma, ne ... ac vocem ... hanc illæ negauit Chriſtũ ... Apoſtolis quibus ... ob metum delet... poſt aduentum Spiritus ſancti ... ... ius lætaores offerebant, & ibant gaude... ſpectu concilij, quoniam digni ... nomine Ieſu contumeliam ...

Media ad acquirendam plenitudinem Spiritus ſancti. §. 3.

Hinc eſt quod Apoſt... hoc ... te eb... ... cœperunt ... cel... vinariam ... rus ... ... *& ordinate in e charitatem* ... bant ... ... ſtolos. *Quid facietis viri fratres:* ... prædi... nem deſced... Spiritus ſan... ... ... ignis ... amore Chr... ... Apoſto... ... ... mentis ... ... de & charitate ... ſtum tuenda ... ... niſi eodem ... ... dulciſſimo ... ... muſto ebr... Quod opti... dit Diuus Auguſtinus; ... los Apoſtolos hoc vinum ... hoc etiam muſto, & hoc præclaro ... tidie inebriantur corda fidelium & ... uertentium: hoc inebro calebant Martyres, quã do abijcientes ſuas facultates & affectiones, patrimonia & matrimonia ſua, & vincentes contra ſe armatam paruulorum pignorum fletibus pietatem, vociferantes quidem parentes, pulueremque mittentes in capita ſua, & manes facies ſuas aunſſia ... bus lacerantes, ſed illi hæc ... nia tanquam ebrij non videbant, nec cogno... bant, quia infuſ... præc... rdijs Spiritus ſan... dolores & ſupplicia, tanquam ad con... & præmia feſtinabant. Similia ... multis adoleſcentibus & virg... ... mundi illecebris, ac diuitijs, domoque pa... relicta, diuino amore accẽſi ad rel... quam ad cellam vinariam, euolan..., vt ex... D. Auguſtino poſtea videbimus.

Si ergo in hanc cellam vinariam intr... deſideras, triplex tibi proponitur via, qu... poſtoli alios in eam introducebant, nim... per orationem a, per prædicationem b, & per... poſitionem c manuum, quæ adminiſtrati... ſacramenti ſignificabat. Vaca igitur ſuguel & feruenter orationi & verbo Dei audiendo, at- v. 44.
que ſacramentorum confeſſionis & communionis frequenti, ac deuotæ receptioni: his enim tribus exercitijs in domum vini cœleſtis peruenies, & ordinationem charitatis recipies, vt vexillum eius ſuper te charitas ſit, ipſe ſcilicet Spiritus ſanctus, qui inſtar ignis ſit ſuper caput tuum, & ſuper ſpiritum tuum, te accedens, te dirigens, & in te ſuum plenum dominium
exercens: ex cuius duodecim fructibus coronã *Ad Galat. v. 22.*
te acre debes, quam ſuper caput tuum conſtitu- *Apoc. 12. v. 1.*
as, vt inſtar mulieris quæ in ſcaptie ſuo habebat

coronam

... decim ste'larũ, habeas etiam capu... ... ...teriosissimo diademate coronatũ. S... ... omnium quæ diximus mirabilem ... Propheta, cum spiritu Dei afflatus ... ...dum populo suo idololatriæ tunc de... ...o, ... Deum Israel esse verũ Deum; Baal ... ... Prophetas esse seductores, præpa... ...caustum occidendo bouem, quem ... diuidens collocauit super ligna, & ... magnam copiam aquæ super illud iuss... ...di, orauit ad Dominum, dicens, *Exaudi me Domine, exaudi me, vt discat populus iste, quia tu es ...*, ... que orationem finierat, cum è cœlo ... *ignis Domini, & vorauit holocaustum, & ligna, ... & pulverem quoque & aquam quæ erat ... lambens; quod cum vidisset omnis populus, ... in faciem suam, dicens; Dominus ipse est ... ipse est Deus.* En tibi mirifice depi... ...mo quidem ingentem orationis vim ... impetrandum ignem Spiritus sancti, mouen... Deum, vt mittat illum de cœlo sancto ... ...us potentissimam virtutem ipsius Spiritus sancti, & gloriosissimam Christi victoriam per ... ignem obtinendam; quo comburenda penitus erant idola Gentium lignea, & lapidea, vniuersaque idololatria ex mundo extirpanda, & insuper consumenda erant hominum peccata, siue grauia, quæ per multitudinem aquarum, siue leuia, quæ per pulverem designantur, vt peccatores illo igne inflammati, in ... quodque transformati homines, soli Christo ...us darent, & procidentes in terram adorarent illum, confitentes ipsum solum esse Deum & Saluatorem mundi.

Sed id mirabilius, quod aquæ non solum semel, sed secundo & tertio copiose super holocaustum effusæ vim ignis impedire nequiuerũt, quia innumeræ & eximiæ tribulationum, & persecutionũ aquæ super Ecclesiam, Apostolos, & iustos effusæ ab imperatoribus, tyrannis, & Iudæis, hũc diuinum ignem impedire, aut minuere non potuerũt; sicut scriptum est, *Lampades eius lampades ignis, atque flammarum, aqua multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent ...n.* Quin potius, sicut inquit Scriptura, ignis ... aquam; lambere autem proprium est ..., ...æ ea quæ sibi dulcia sunt & sapida lingen... & degustantis. Et quid hoc indicat, nisi linguas igneas Spiritus sancti super capita fidelium residentes tantam habuisse efficaciam, vt ... amarissimas tribulationum aquas summa ...nditate pro Christo lamberent, delibarent, deglutirent, inundationemq; maris (vt alibi ...atur) sicut lac sugerent: & hac ratione per ... ignem etiam de tyrannis triũpharunt, ve... fidei & charitatis super ipsos eleuantes.

Si autem hunc potissimum ignem è cælo tibi ...trahere, præpara imprimis, sicut Elias, holo...tum, quod non aliud esse debet quam tu i..., mactando & abnegãdo teipsum, cũcta vitia, & inordinatos affectus, carnalesq; sensus: nam quamuis integre & perfecte consumi non possint, donec ignis ille cœlestis & vehemés è cœlo veniat; tamen tua interest hãc tui abnegationem, & mortificationé per communia Dei auxilia, quæ nulli negantur solicite curare: collocando holocaustum offerendum super ligna, id est super crucem Christi, quæ ex duobus lignis ...it compacta, cuius virtute facilior & suauior tibi e... tui ipsius abnegatio.

De inde, ... aquam super holocaustũ effundere, quod, vt Glossa notat, triplicem indicat profl... ...um lachrymarum, quo anima iugiter esset ... ...anda: népe ex dolore & contritione de peccat... cõmissis, ex compassione dolorum & tormé..., quæ Christus passus est propter nos, & ex ...mutatione nostra in hoc exilio, innumeris periculis ingruentibus ex Dei absentia, quam patimur. Cũ huiusmodi autem lachrymis iungenda sida & feruida oratio, petens Spiritus sancti aduentũ, vt hæc omnia integret & perficiat, in suamq; introducat cellam vinariam, & ordinet charitatem, eiusque super omnia vexillum eleuet, qui si dignabitur te innisere, & se ipso replere, tã mirabiles intra te operabitur effectus, vt procidens in faciẽ tuam, dicas, *Dominus ipse est Deus.* Vere Spiritus sanctus est Dominus Deus, vere est misericors & omnipotens, qui tam mirabilia subito operatur intra me. Væ autem illis, qui ob socordiam tanto bono frui negligunt. Væ, inquam, illis, qui cum baptizati sint, nõ baptismo Ioannis, sed ipsius Christi, dicunt sicut quondam Ephesii, *Neque si Spiritus sanctus est, audiuimus.* Audierunt quidem auditu fidei, quia fideles sunt, sed non audiunt auditu obedientiæ, quia incircuncisis cordibus & auribus, Spiritui sancto semper resistunt: & (vt inquit Apostolus) factis negant, prauis operibus contristant, & extinguunt, spiritui gratiæ contumeliam faciunt, cuius erit vltor acerrimus: eos autem qni ei pãreut, & super caput suum collocant, gloria & honore coronabit eum in sæcula sæculorum. Amen.

In hunc locum. *Act. 19. & 2.* *Act. 7. v. 51.* *1. ad Tim. 1. v. 16.* *Ad Ephes. 4. v. 30.* *1. ad Thes. 5. v. 19.* *Ad Heb. 10. v. 29.*

EXHORTATIO XXXIII.

De potissimo fructu contemplationis, qui est ordinatio charitatis; & de primatu ipsius super omnes res mundi, & super alias virtutes, & gratias, & de triplici eius gradu.

Ordinauit in me charitatem, &c.

EXPLICVIMVS hactenus aciem charitatis Dei erga nos ad introducendam, augendam & perficiẽdam in nobis charitatem erga ipsum, quæ fructus potissimus contemplationis est, de qua sponsæ verba nunc explicemus, cum ait, *Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem*; id est, concessit mihi donum contemplationis affectiuæ, cuius effectus & fructus est: quod per eam ordinauit in meipsa charitatem infusam, & aciem ordinatissimam constituit omnium quæ ad ipsam charitatem spectant, ita vt esset, *Vexillum eius super me charitas*, quæ sublimior omnibus emineret. Sed quoniam in hac acie & ordinatione plurima sunt non minus vtilia, quam iucunda, de omnibus oportet aliquid dicere, vt eminentia charitatis radicitus intelligatur.

Charitatem præponendam esse omnibus rebus mundi. §. 1.

A Notioribus autem inchoando, primus huius aciei ordo omnibus ad salutem & vitam æternam necessarius est, quod charitas per Spiritum sanctum infusa præponatur omnibus rebus mundi, siue sint diuitiæ, siue deliciæ, siue honores, & dignitates, salus, vita, & quidquid téporale in hoc seculo possidetur, aut desideratur. In huncque scopum dirigendum est omne desiderium nostrum, quod (vt notat D. Ambrosius) ea primitur per illa verba, *Ordinate in me charitatem.* Optat (inquit) Ecclesia vt charitas in se ordinetur, vt vnicuiq;, ac rebus omnibus eum affectum impertiat, quem debet. Præposterus est enim frequenter ac stultus hominum amor, vt ea diligant quæ sunt odienda, ea odiant quæ sunt amãda. Quis non præponit sæpenumero ea quæ sunt terrena cœlestibus, carnalia spiritualibus? Optat ergo vt amoris & charitatis ordinem in se constituant, ne per imprudentiam, sobrietatis, & moderationis metas excedat. Hunc ordinem & magnificam super omnia charitatis æstimationem adeptus erat Diuus Paulus in cellam vinariam introductus, cum dixit, *Quis nos separabit à charitate Christi? certus sum quia neque mors, neq; vita, neq; Angeli, neque principatus, neq; virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu.* Quibus verbis duo simul profitetur, nimirum se pluris facere charitatem quam omnia pretiosa, & prospera quę possunt excogitari, & insuper etiam cõtemnere omnia ignominiosa & aduersa, vt illam conseruet. Cuncta enim hæc quasi nihil reputãda sunt pro charitate tuẽda, à qua non tormenta nec dona, nõ minæ, nec promissa, nec vlla aduersa, vel prospera valẽt separare eum qui in cella vinaria manet, & charitatis valorem probe nouit; quod sponsus ipse in hoc Cantico confirmauit, cum dixit, *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, neq; flumina obruent illam; si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam;* [illegible] oniam nullæ tribulationes, quantumuis multæ & magnæ sint, illam extinguunt, & cũcta quæ homo potest desiderare, arbitratur tanquam stercora, vt Christum & charitatem eius lucrifaciat. Vniuersus enim mũdus, & quidquid mundi ambitu continetur, non est dignum pretium ad emendam, vel acquirendam dilectionem, quæ non empta est corruptibilibus auro & argento, sed pretioso sanguine Agni immaculati. Vnde nihil prodest homini si vniuersum mũdum lucretur, charitatis vero detrimentum patiatur.

Habentur in exposit. super Can. in variis eius locis collecta.

Ad Ro. 8 v. 35. & 38.

Can. 8. v. 7

Ad Philip. 3. v. 8.

Hæc autem tã sublimis æstimatio non habetur, nisi ab iis qui diuino lumine illustrantur in cella vinaria, vbi huiusmodi charitatis ordo, & præeminentia docetur. Diuites enim seculi, superbi, ac elati sapientes, diuitias, honores, & res terrenas præferunt charitati, & stultitiam putant cuncta hæc visibilia pro illa contemnere. Quod egregie insinuat versio Septuaginta, quæ sic habet, *Si dederit vir omnem vitam suam in charitate, contemptu contemnent eum:* id est, mundani valde illum contemnent, & despicient tãquam stultum, & fatuum; quia diuitias [illegible] git pro charitate tuenda, sicut [illegible] nebant Martyres, & carnales contem[illegible] qui cuncta relinquũt, vt Christum [illegible] tur, *Deridetur enim* (inquit Iob) *iusti [illegible] lampas contempta apud cogitationes diuitum.* [illegible] quidem est charitas, de qua in hoc loco [illegible] ante dixerat Salomon; lampades eius lamp[illegible] ignis, atq; flammarum, quia vehementer [illegible] & ardet instar ignis, & flammę, sed apud c[illegible] tiones Sanctorum, qui illam norũt, & ma[illegible] ciunt. Ceterum apud cogitationes diuitum & superborum est lampas extincta, & despecta, quia nihil æstimant, nisi quod oculis vident, res terrenas quibus fruuntur. Si autem [illegible] quærerent margaritas, cum hanc vnam c[illegible] tis pretiosam margaritam inuenirent, liben[illegible] darent omnia quæ habent, vt compararent il-lam: quoniam omne aurum in cõparatione [illegible] us arena est exigua, & tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. Sed de hoc plura inferius in citatum locum Cantici.

Can. 8. v. 7.

Mat. 13. 46.

Sap. 7.

Charitatem primatum habere super omnes alias virtutes & gratias. §. 2.

SED parum est charitatis encomium præferre illam rebus mundi corruptibilibus; primatũ enim tenet super omnes alias virtutes, gratias gratis datas, etiam super prophetiam & gratiam miraculorum, & quamuis aliam, & significant alia verba, *Ordinauit in me charitatem;* id est insigniuit, magnificauit, & exaltauit super omnia, fecitque vt esset, *Vexillum eius super me charitas,* tanquam quid præeminens omnibus in æstimatione mea, sicut est re ipsa. Hũc ordinem declarauit expresse Christus Dominus, cum præceptum dilectionis Dei vocauit, *Maximum & primum mandatum.* Maximum quidem, quia supremum omnium virtutum actum continet: primũ vero, quia charitas prima est in acie virtutum, tanquam dux, vexillum, forma, & vita ipsarum: primaq; debet esse omnibus in intenti-one, & desiderio, æmulando charismata meliora, quæ sunt gratia, & charitas. Bona charis[illegible] sunt prophetia, & reliquę gratiæ gratis datæ [illegible] na charismata, fides & spes; sed melius chari[illegible] est charitas, quæ maior illis est. Hæc vexil[illegible] euangelicæ perfectionis, non illæ. Nam per vexilla distinguuntur acies ducum & imperatorum. Fides quidem vexillum est Christi, quo [illegible] cernuntur acies fidelium, & infidelium; tamen fides, & reliquæ gratiæ communes sunt iustis, & peccatoribus, amicis & inimicis; sola autẽ charitas vexillum est, sub quo iusti militant, & separantur ab iniustis. Sola dilectio (inquit Diuus Augustinus) discernit inter filios Dei, & filios diaboli; signent se omnes signo crucis: respondeant omnes amen; cantent omnes alleluia; baptizentur omnes; intrent omnes Ecclesias, non discernũtur filii Dei à filiis diaboli, nisi charitate. Hæc constituit oues Christi, & separat eas ab hædis Satanæ. Hæc illas constituet ad dexteram Iudicis, relictis aliis ad sinistram; propter hanc datur possessio regni parati ab origine mũdi; sine hac truditur in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Et quamuis operibus misericordiæ dicatur tribui hoc regnum, quia

Mat. 22. 38.

1. Cor. 12. v. 31.

Tract. 5. in 1. epist. Ioan.

charitatis

charitatis sunt effectus, & signum; tamen si absque charitate essent, nihil ad regnū consequendum valerent, dicente Paulo, *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest*, scilicet ad regnum consequendum. Nam totum istud sine dilectione pro nihilo reputatur, nec pretium est vlla ratione condignum; & hoc modo Beda, aliique Patres interpretantur relata verba Cantici, *Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam*; id est, etsi homo distribuat omnem substantiam, omnesque facultates suas, largiens eas pauperibus, vice dilectionis, quam habere debuisset, quasi nihil despiciet totū hoc Christus iudex; quia sine dilectione nihil est apud eum pretiosum, nec pro dilectione aliquid potest homo commutare, vel illi rependere, quod ei sit gratum, & vitæ æterna dignum.

Charitas igitur est prima radix meriti vitæ æternæ, quia in ea cōsistit vita spiritualis, incrementum, & perfectio ipsius; & ideo vocatur vinculum perfectionis, sine qua nullus est perfectus, imo nec viuus apud Deum: nam (teste Dino Ioanne) *Qui non diligit manet in morte, & nos scimus, quia translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres*. Propter quod Diuus Petrus ante omnia dicit curandum esse habere charitatē, quæ operit multitudinem peccatorum, & destruit mortem, quam inferunt animæ. Nam sicut ante omnia alta qui ædificat solidū iacit fundamentum, & arbor profundas mittit radices; sic qui ædificare cupit turrim euāgelicæ perfectionis de fundamento, & radice cogitet charitatis; vt sit veluti D. Paulus docet) in charitate radicatus, & fundatus. Et quæ melior radix quam charitas, quæ (teste Diuo Augustino) radix est omnium bonorum, sicut cupiditas est radix omnium malorum? Si autem radix sancta, etiam & rami; rami autem charitatis sunt omnes virtutes, cunctaque opera bona, quæ sunt vitæ æternæ meritoria: nam, iuxta sententiam Diui Gregorij, Sicut multi arboris rami ex vna radice prodeunt, sic multæ virtutes ex vna charitate generantur; nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, si non manet in radice charitatis. Ablata radice, tota arbor languescit, rami siccantur, marcescunt flores, & pereunt fructus, eo quod à radice vitam & nutrimentum capiebant, sic deficiente radice charitatis, omnes virtutes manēt iam mortuę, nullus manet flos, vel fructus boni sed operis, quod viuat & dignum sit vitæ æternæ, quia sola charitas radix est illarum sustinendi.

Quod attendens D. Augustinus hoc mirabile dedit documentum; Præceptum breue tibi præcipitur; dilige, & fac quod vis; siue taceas, dilectione taceas; siue clames, dilectione clames; siue parcas, dilectione parcas, radix sit intus dilectionis, non potēst de ista radice nisi bonū prodire, O radix sanctissima, radix bonorum omnium dulcissima charitas! Felix qui te habet, & nutrit, felicior qui te quotidie augere satagit; felicissimus vero qui te perfecte possidet, quem Christus introduxit in cellam suam vinariam, & in eo te ipsam ordinauit, teq; super eum vexillū constituit. Merito enim dicet cum Sapiente, *Venerunt que mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius; infinitus enim thesaurus est hominibus, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei, propter disciplinæ dona commendati. Ignorabam quod horum omnium mater est*. Etenim charitas (vt inquit Diuus Augustinus) est omnium virtutum mater, quæ si desit, frustra habentur cetera: si autem adsit, habentur omnia. Hinc procedit mirabilis acies virtutum, de qua hic dicitur, *Ordinauit in me charitatem*. Nam sicut diabolus in peccatore constituit aciē vitiorum, cuius vexillum est amor sui, seu amor proprius, qui, vt dicit D. Thomas, est principium omnis peccati, & post se trahit omnia vitia, etsi inter se cōtraria, & deordinata, referens illa ad seipsum. Quidquid enim peccator agit, est vt sibi placeat & vt suum expleat appetitum; ita etiam Deus in anima sancta vnam ordinat aciem omnium virtutum contra vitia: cuius vexillum est charitas, & dilectio ipsius Dei amori proprio aduersa. Et sicut multitudo militum nondum est acies, nec exercitus, donec vexillum ducis seu imperatoris erigitur, quod omnes sequātur; sic virtutes quæ charitatem præcedunt, vel sine ea sunt, nō censentur acies Christi, nec peccatores, etsi fidem habeant, & aliquas virtutes morales, dicuntur militare sub perfecto Christi vexillo, sed sub vexillo diaboli, cui inseruiunt, *Nam qui facit peccatum, seruus est peccati, & à quo quis superatus est, eius & seruus est*. Et in eo diabolus suum constituit vexillum, sicut Dauid inquit de hostibus Dei, *Posuerunt signa sua signa, & non cognouerunt sicut in exitu super summum*: id est, posuerunt super summum hominis, quod est mens, vexilla sua, sicut poni solent in exitu ciuitatis super eminentem eius locum, in signum victoriæ. & nō cognouerunt mentem non esse suam, sed Dei, quo permittente illam vicerunt. Ceterum virtutes tunc sunt hostibus terribiles sicut castrorū acies ordinata, cum Deus eleuat super eandem mentem vexillum charitatis, quod omnes sequātur, dimicantes contra vitia, & prosternentes ea.

Ordinationem charitatis esse ordinationem omnium virtutum. §. 3.

HINC altiorem sensum huius sententiæ indagare possumus, iuxta mentem Diui Augustini dicentis, quod vera definitio virtutis est ordo amoris. Propter quod sponsa in sancto Cantico ait, *Ordinate in me charitatem*; imo vlterius audet hæc dicere; Si virtus ad beatam vitam nos ducit, nihil omnino virtutē esse affirmaverim, nisi summum amorem Dei. Quadripartita enim virtus ex ipsius amoris vario quodam affectu dicitur. Temperantia enim est amor integrum se præbens ei qui amatur. Fortitudo amor facile tolerās omnia propter id quod amatur. Iustitia amor soli amato seruiens, & propterea rēcte dominans. Prudentia amor ea quibus adiuuatur, ab eis quibus impeditur sagaciter seligens. Sed hunc amorem non cuiuslibet, sed Dei esse dixi; id est summi boni, summæ sapientiæ, summę concordiæ. Quare definire etiam sic licet; vt temperantiam dicamus esse amorem Deo sese integrum, incorruptumque seruantem: fortitudinem, amorem omnia propter Deum facile perferentē: iustitiam, amorem Deo tantum seruientem, & ob hoc bene imperan-

Tt 2 tem

„ tem ceteris: prudentiam, amorem bene discer- nentem ea quibus adiuuatur in Deum, ab iis „ quibus impediri potest. Hæc sanctus Doctor.

In quibus verbis duplicem assignat statum virtutum: alterum quem habent ex propria natura, alterum ex coniunctione ad charitatem. Ex se quidem omnis virtus dicitur, & est amor, quatenus est quædã propensio & affectio, seu complacentia in proprio ac particulari bono, quod respicit: nam volũtas per humilitatem amat sui despectionem, per temperantiam diligit moderationem circa delectabilia sensuum, &c. At amor iste summe eleuatur, & perficitur ex coniunctione ad charitatem, & ad amorem Dei super omnia, qui est amor summi boni, & vltimi finis, ad quẽ omnia particularia bona circa quæ aliæ virtutes versantur, debito ordine referũtur, per quem quasi deificantur, & ad cœlestia ac diuina pertingenda, prouehuntur. Propter quod
1. Cor. 14. v. 16. Apostolus monet nos, vt omnia nostra in charitate fiant, & ex charitate procedant, & ad finem charitatis rẽdant, vt in omnibus quę operamur, etiam Deum amare videamur: viuentes sicut di-
Cap. 4. de diu. nom. cit magnus Dionysius, vitam amatoriam, quæ amando operatur, & operando amat, & cuncta opera ad finem amoris dirigit. Propter hoc igitur sponsa in cellam vinariam euãgelicæ perfectionis introducta, solum ait, *Ordinauit in me charitatem*; quia per illam cunctæ virtutes manent, sicut castrorum acies ordinata.

Confirmat hoc D. Paulus dum charitati tribuit actus aliarum virtutũ, eo quod illis imperat, ex eiusque imperio in Deum diriguntur; &
1. Cor. 13. v. 7. ideo ait, *Charitas omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.* Et quid hoc est, nisi dicere charitas omnia ordinat? Vnde ipsa ordinata, cũcta etiam ordinata manent. Omnis enim euan-
Tract. de 4 virtutibus charitatis to. 9. gelica perfectio, vt dicit D. Augustinus, in prædictis quatuor cõsistit, vt firmiter credas cuncta quæ Deus reuelat; secure speres omnia quæ pollicetur; patiẽter feras vniuersa mala pœnæ, quæ permittit; & libenter exequaris bona quę iubet, longanimiter sustinẽdo onus legis eius. Omnia autem hæc præstat charitas, quæ in cella vinaria ordinata est; nam dum vehementer amat Deum qui reuelauit & promisit, vel ordinauit quę sunt toleranda vel agenda, valde iuuat virtutes, vt suos actus prompte exerceãt, iuxta ordinem ab ipsa præscriptum sequendo amoris vexillum.

Sed adhuc aliquid excellentius indicant hęc verba, *Ordinauit in me charitatem*: cuius debitus ordo exigit, vt charitas, omnisque virtus quæratur propter seipsam, & propter honestatem, & sanctimoniam, quam confert, non propter dulcedinem, & delectationẽ sensibilem, quam affert; sed hæc ordine sit posterior, & quasi pedissequa ipsius charitatis; nam licet dulcedo hæc fructus sit etiam contemplationis, & valde proficuus, quatenus vires præstat ad feruẽtius Deo inseruiendum. Vnde & illius meminit sponsa,
Cant. 1. v. 3. cum dixit supra, *Introduxit me in cellaria sua, exultabimus, & lætabimur in te.* Ceterum non est quærenda propter se (vt ibi notauimus) sed propter virtutes, & maxime propter charitatem, Deique amorem, qui longe præstantior fructus est, ad quẽ sequitur ipsa dulcedo, quia nihil est diuino amore dulcius; vnde spõsa hic non ait, introducit me in cellam vinariam, exultabimus, & lætabimur in illa, sed ordinauit in me charitatem quam quid altius asse[…]ura: nam si ut [… ebrius nõ bibit vinum propter saporem sed pro]pter vim quã habet nutriendi & confo[rtandi] vir spiritualis nõ desiderat introduci in cellam vinariam, propter dulcedinem quam ibi e[xpe]ritur, sed propter ipsum Dei amorem purum, & in summo ordine constitutum.

Vnde non potatur ibi amore Dei, qui di[ci]tur concupiscentiæ, quo amatur Deus propter nostrum proprium cõmodum, siue tempo[rale, si]ue spirituale, quia amor iste imperfectus est, [sed] amore Dei qui dicitur amicitiæ, quo amatur Deus propter seipsum, nullius proprij commodi intuitu. Est n. Deus summum bonum & [a]mandum, & amandum super omne commodũ nostrum: & amor ipse Dei (vt supra ex D. Bernard. *Serm. [...] Cant.* diximus) licet mercede non careat; non tamen est mercenarius, sed ipse sibi est merces & præmium. Vnde D. August. hoc explicans, sic ai[t]: Creator si veraciter ametur, hoc est si ipse non aliud pro illo quod non est ipse, male amari nõ potest. Nam & amor ipse ordinate amandus est, quo bene amatur quod amandũ est, vt sit in nobis virtus qua bene viuitur, & inde infert virtutem esse ordinem amoris, vt iam explicatum est.

De ordine exercendi ipsas virtutes iuxta tres gradus charitatis. §. 4.

SED adhuc in cella vinaria constituitur noua ordinatio charitatis, vnicuiq; accommodata; non enim tantum perfecti, sed etiam proficientes ac incipientes dicere possunt, *Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.* Omnes enim ex Dei gratia per exercitium meditationis vel contemplationis, in cellam charitatis introducuntur aliquando, in qua Deus ordinat aciem affectuum prout vniuscuiusq; statui congruit. Triplex enim status virtutis, id est exordium, progressus & perfectio; ex charitate desumitur (vt probat optime D. Thomas ex D. Augustini & D. Gregorij sententia;) Charit[as] enim in tyronibus nutritur, & virtus fouetur, ac seruatur resistẽdo vitiis & passionibus, quas [ta]men fortius mortificat, & consumit Dei amo[r], quia fortis est vt mors dilectio. In proficiẽtib[us] vero crescit & augetur per actus nobiliores, quos facilius elicit vitiorum sublatis impedimentis. In perfectis deniq; Dei vnioni vacat, & summi boni fruitioni. Et iuxta hos gradus d[i]stinguuntur tres vię charitatis (eam n. D. Paulus excellẽtiorem viam vocauit) nempe purgatiu[a], illuminatiua, & vnitiua; & vnaquaque est q[uæ]dam acies affectuum, & actuum: quas omne[s] Deus in ordinẽ redigit vt iustus ab vna in aliam progrediatur, ascendens de virtute in virtutem, donec perueniat ad arcem Sion, vbi Deus per *Ps. 83.* contemplationem & amorem intimius possidetur. Tunc aũt quadrat in illam noua laus sponsæ, de qua dicitur, *Quæ est ista quæ progreditur quasi* *Cant. 6. v. 9.* *aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata?* Hæc autem aciei ordinatio in eo consistit, vt à principio progrediatur per viam purgatiuam tãquam aurora resistens tenebris, & expellens illas. Deinde per viam illuminatiuam tanquam luna crescens vsque ad plenam pulchritudinẽ. Postea vero per

viam

[illegible] iam tanquam [illegible] feruens, & sua ple- A
[illegible] tranquille st [illegible] cs. Hoc autem est
[illegible] virtutum, sicut in cælo exer-
[illegible] ex quibus omnibus fit mirabilis
[illegible] quam sponsa obtinuit
[illegible] est in cellam vinariam.

[illegible] ad hanc obtinédum omnes,
[illegible] sint, aspirare de-
[illegible] finem sibi præstituere, in
[illegible] & continuo dirigant:
[illegible] Apostolus *Finis præcepti est*
[illegible] *conscientia bona, & fide non fi-*
[illegible] trium statuum exercitia có-
[illegible] corda à peccatis purificare,
[illegible] bonis operibus, & Deo vni-
[illegible] q; omnia complectitur chari-
[illegible] totius legis. Ipsa enim est alpha
[illegible] pium & finis vitæ spiritualis, &
[illegible] meritorumq; ac donorum quæ in
[illegible] ducit æternam. Cauendum igitur est
[illegible] lam vinariá intrat, ne omnio feruo- B
[illegible] hûc ordinem charitatis peruertat, &
[illegible] exturpādis feruide insistere deberet, ad
[illegible] amoris vnionem per saltum velit as-
[illegible] re; nec ab osculo pedis (vt supra diximus)
[illegible] e ad osculum oris transeat. Sed attendat
[illegible] m quem in ipso præscribit Deus; non e-
[illegible] ine causa dixit, *Ordinauit in me*; id est, ita in
[illegible] mihi côgruentem ordinem præscriberet.
[illegible] d id per seipsum satis assequi nequit, eó-
[illegible] ei ministros, & dicat illis sicut sponsa,
[illegible] *te in me charitatem*, vt illam viam sequat
[illegible] sit vtilior, & præsenti statui accom-
[illegible] nor. Sed quoniam vnaquæq; via & acies
[illegible] tibus proprium habet charitatis vexillū;
[illegible] um, aut supremam cordis munditiam, aut
[illegible] um proficiédi studium, aut summa cum
[illegible] ztio, hoc vexillum vnusquisque sequi
[illegible] & hanc perfectionem sibi propriá inten-
[illegible] dem, vt inquit Diuus Bernardus, ab
[illegible] bus exigitur perfectio, licet nô vniformis; C
[illegible] nibus ait Ecclesiasticus, quod in suis ope-
[illegible] præcellentes, æmulantes charismata
[illegible] ora, donec perueniant ad supremam
[illegible] nem gloriæ, quam nobis Deus præsta-
[illegible] ur. Amen.

EXHORTATIO XXXIV.

De ordine charitatis seruando inter Deum & proximos, & inter maiores, minores, & æquales: & de discretione iungenda cum Zelo & feruore, vt illum moderetur.

Ordinauit in me charitatem, &c.

POTISSIMUS charitatis ordo, qui in cella vinaria contemplantibus traditur, attendédus est penes duo eius præcepta de dilectione Dei & proximi, de quibus Christus Dominus ait, *In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & Prophetæ.* Quę verba non solum intelligenda sunt de lege naturali & scripta, antiquisque Prophetis, sed etiam de lege noua & euangelica, ac de Apostolis & Euangelistis, omnibusque sacris Scripto- Matt. 22. v. 40. D tibus: nam in ijs duobus præceptis fundantur vniuersa quæ omnes istæ leges præcipiunt, & consulunt, ac vtriusque Testamenti Scriptores ad nostram instructionem edocent, cum omnia ad finem dilectionis ordinentur, & iuxta exigétiam dilectionis sint executiui mandáta. Vnde de ijs potissime intelligitur quod dicit sponsa introducta in cellam vinariam, *Ordinauit in me charitatem*, scilicet quoad hæc duo præcepta: ná hoc ipsum est ordinare omnem aciem præceptorum, ac consiliorum, quæ in lege & Prophetis continentur.

De diligendo proximo, & seipso propter Deum. §. 1.

ET quidem primum præceptum charitatis vexillum fert super reliqua omnia, dicente Domino, *Hoc est primum & maximum mandatum*, Luc. 10. v. 27 vt iam explicatum est, sed insuper est mensura ac regula reliquorum, quæ per ordinem ad ipsum mensurantur, maxime dilectio proximi, quæ cetera comprehendit. Quod sic explicat Diuus Bernardus; Sicut eiusdem charitatis duo "Ser. 66. sunt præcepta; ita sunt gemina desideria, quibus "parnorū. implentur, aliud est desiderium quo Deus propter seipsum, aliud quo proximus diligitur in Deo, vel propter Deú; in illo nullus est modus, sed ex toto corde, tota anima, tota virtute diligitur Deus. In hoc autem præscribitur quidam modus, cum dicitur, *Diliges proximum tuum sicut teipsum*. Sed hic modus desumédus est per ordinem ad amorē Dei; & ideo Christus hoc secundum præceptum vocauit simile alteri, non dixit æquale, quia Deus plus est diligendus quá proximus, est tamen simile. Quia proximus ex charitate non diligitur propter se, sed propter Deú quia est aliquid Dei qui hominem amat (inquit Hom. 14. in Chrys.) simile est sicut qui Deum amat, quia imago Dei est homo, in quo Deus diligitur, sicut Matt. Rex in sua imagine honoratur.

Vnde sit hæc duo præcepta talé habere connexionem, vt vnú sine altero impleri nequeat. Nam sicut testatur D. Ioannes, *Qui dicit se diligere Deum, & fratrem suum odit, mendax est. Si enim non* 1. Ioan 4. v. 19. *diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt quomodo potest diligere? & hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum*, ac si dicat. Cum visa plus moueant ad amorem, quá non visa, qui non amat fratrem suum quem videt, & quē Deus præcipit diligere, quia ad imaginem & similitudinem eius est, quomodo Deú diliget? in mandato igitur diligendi Deum, etiam inclusum est vt diligamus proximum propter illum. Qui autem diligit proximú sicut seipsum, etiam si vere diligit vt charitas præscribit, necesse est, vt prius diligat Deum propter quem proximus est diligendus: alioqui non diceret D. Paulus; *Qui diligit proximum legem impleuit, & plenitudo legis est dilectio.* Imo Christus Dominus exhortans ad dilectionem proximi per illa verba, *Quæcumque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis.* Subdit id ipsum quod de vtroq; præcepto simul dixerat, *Hæc est enim lex, & Prophetæ*: significans qui implet vnum ex iis præceptis implere etiam alterum, & iterum Apostolis dixit: *Hæc mando vobis vt diligatis inuicem*, non ait hoc, sed hæc, significans in hoc vno mandato alia mandata contineri; & qui hoc implet, alia implete.

Aliter explicat D. Tho. 2. 2. q. 20. ar. 2. ad 1.

AdRom. 13 v. 8.

Matt. 7. v. 12.

Io. 15. v. 17.

Hinc etiam fit modum diligendi [illegible] sicut seipsum etiam reduc[illegible] ad D[illegible] & seipsum, vt dicit D. Thomas, d[illegible] charitate in quantum est aliquid [illegible] & parti-ceps boni diuini, nempe gratiæ, & sanctitatis, quod Diuus August[inus] vocat diligere te, quia iustus es, vel vt iustus sis: proximum autem diligit, vt consortem in eodem bono diuino, scilicet quia iustus est, velut sis iustus. Si ergo (inquit Augustinus) te ipsum non propter te ipsum debes diligere, sed propter illud vbi, dilectionis tuæ rectissimus finis est non succenseat alius homo, si etiam ipsum propter Deum diligas, hæc enim regula dilectionis diuinitus constituta est, diliges proximum sicut te ipsum.

22. q. 26. a. 4.

Lib. 8. de Trin. c. 6.

Lib. de doctr. christia-nae c. 22.

Hoc tamen præceptum amplius explicuit Christus Dominus, & sublimius eleuauit cum dixit: *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos.* Nouum vocat quantum ad modum, quia continet vinum nouum legis Euangelicæ in vtres nouos spiritu renouatus effundendum: nam alterum velut vinum vetus in vtres etiam veteres legis antiquæ professores mittebatur. Diligite ergo (inquit) inuicem sicut ego dilexi vos: vt sicut ego dilexi vos propter patrem meum, cuius amore & obedientia motus meum sanguinem fudi pro vobis, ita etiam vos diligatis inuicem propter Deum tanto spiritus feruore, vt parati sitis vnus pro altero sanguinē fundere: vt sicut ego dilexi inimicos, qui me odio habebant, etiam vos diligatis alios, etsi non diligamini ab eis (sed potius odio habeamini, nec tantum diligatis vos, vt homines ad imaginem Dei factos, sed vt Christianos eodem sanguine meo redemptos, eodem cibo spirituali nutritos, eiusdem corporis mystici membra constitutos, & eodem Spiritu sancto viuificatos, mihique vt capiti vnitos: *Ego enim sum vitis*, quæ hoc vinum nouum primo tuli, *& vos palmites*, qui hoc idem vinum nouum ex vnione cum me ipso recipietis, & producetis: *Nam qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum*; nempe vinum amoris instar mei, in quo omnis fructus & perfectio continetur. Potes ergo deinceps etiam diligere proximum sicut te ipsum; at te ipsum debes diligere nouo modo sicut Christus dilexit te propter patrem suum, vt esses sanctus illi vnitus & concors fratribus vnum cor, & vna anima cum illis, & hoc est vinum nouum, quo potatur noua Christi sponsa cum inquit: *Introduxit me in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem.* Præbens nouum vinum amoris nouo modo conditum.

Ioan. 13. v. 34. & c. 15. v. 12.

Matt. 9. v. 17.

Ita D. Cyrillus lib. 9 in Ioa. c. 23.

Ita D. Chrysost. hom. 71. in Ioan.

Io. 15. v. 5.

De ordine charitatis circa res diligendas. §. 2.

HINC deducenda est ordinatio charitatis circa res diligēdas. Nam primo locu debes diligere Deum super omnia. Secundo loco te ipsum nō carnaliter, sed spiritualiter pp Deum, deinde proximos sicut te ipsū, & sicut Christus dilexit illos, inter proximos vero multiplicē seruat ordinem charitas, vt fuse Theologi cum D. Tho. docent. Nobis sufficiat in genere breuis, & deuotus epilogus à D. Bernardo ita præscriptus; da mihi hominem qui ante omnia quidem toto corde diligat Deum, se vero & proximū in quātum diligunt ipsum, inimicum vero tāquam a[illegible] quand[illegible] [illegible] parentes [illegible] les [illegible] [illegible] Atqu[illegible] D[illegible] [illegible] superiores [illegible] non vten[illegible] & inter v[illegible] da & [illegible] dan[illegible] [illegible] & ad [illegible] tantum qu[illegible] curet: æterna desiderio amp[illegible] mihi hominem talem, & ego auda[illegible] pientem pronuncio, [illegible] que sapit prout sunt, & [illegible] ritate conuenit gloriari & dicere, *Ordinauit charitatem.* Hæc D. Ber. & egregie. [illegible] maduerti quod ratio diligendi se & pr[illegible] non est tan[tu]m quia diligit Deum, sed q[illegible] sunt vt eum diligāt. Addit vero charitas [illegible] semper seruare eundem ordinem in a[illegible] actu, seu opere externo. Quia in affectu p[illegible] superiora, in actu vero aliquando in[illegible] enim in bene affecta mente, non dubium quin dilectio Dei dilectioni hominis p[illegible] tur; & in hominibus ipsis perfectiores in[illegible] ribus, cœlum terræ, æternitas tēpori, anima ca[illegible] nitatamen in bene ordinata actione sæpe c[illegible] proximi curam plus vigemus, & plures o[illegible] p[illegible] mur, & infirmioribus fratribus diligentio[illegible] dulitate assistemus, & paci terræ magis q[illegible] li gloriæ huic humanitatis, & ipsa necessi[illegible] te tendimus: & temporalium inquietudine cu[illegible] rum vix aliquid sentire de æternis permi[illegible] ac lāguoribus nostri corporis postposita an[illegible] æ cura pene continue inseruimus: & ipsis deniqu[e] infirmioribus membris nostris abundantio[re]m honorem iuxta Apostoli sententiā circūdamus. Orantem deniq; hominem cum Deo [illegible] is dubitet? quoties tamen inde charitate [illegible] abducimus & auellimus propter [illegible] qui [illegible] a indigēt opera, vel loquela? quoties p[illegible] gotiorum tumultibus pia quies? q[illegible] conscientia ponitur cod[ex] vt ope[illegible] quoties pro administrandis ter[illegible] sedemus à celebrādis missarum solemni[illegible] ficit ergo actualis charitas ordinem su[illegible] Dei præceptum incipiens aliquando a no[illegible] mis. Quia non considerat rerum p[illegible] cia, [illegible] minum necessitates, & ideo aliquand[illegible] d[illegible] suauē contemplationem, & cant[illegible] m laud[illegible] vt proximis subueniat solicita actione [illegible] cōmendauit D. Ioannes cum dixit, *Non dil[igamus] verbo, nec lingua, sed opere & veritate.* Veritas a[illegible] in hoc consistit, quod ad bene operand[illegible] gis moueamur viuidæ rationis impulsu, q[illegible] dulcis charitatis affectu. Nam est aff[e]ctio [illegible] ratio regit, & est quā condit sapientia, id est [illegible] da & dulcis Dei sciētia. Illa etsi sicca, fortis est, & stabilior, & ideo per illā operandū est, e[illegible] b[illegible] sit secūda, q dulcior quidē est, sed citò trā[illegible]

Hæc autem clarius patebunt, si aciem ter[u]m diligendarum ex charitate constituamus ex superioribus, æqualibus, & inferioribus, seu ex maioribus, paribus & minoribus, circa quos optimum ordinem seruat charitas, præstitutum tamen à Deo in cella vinaria: quod eleganter explicat magnus Dionysius sic dicens. Omnibus est pulchrum ac bonum, desiderabile & amabile & per ipsum, ac ipsius gratia, & inferiora con-

In 22. q. 26.

Serm. 50. in Cant.

c. 4. de diuin. nom.

... præstantiora amant: & ... iungunt, & præstantiora ... te iunguntur, & o... & vo unt pulchri & ... lui t. Et paulo post ... subdit; est autem mē... ens diuinus amor a... vnens, sed in ea quę a... idque indicant supe... inferiorum se prouidentiæ ... vero quæ se mutuo conti... ro, quia ad prima diuiniore ... intendunt. Hæc Dionys. instru... a verissime potuit dicere: *Intro... natiam, ordinauit in me charita...* m diceremus illi, *Introduc ... me ordinate in me charitatem*; mire n... it. In qualibet enim acie & exerci... uis congregatione sunt maiores, ... æquales, imo idem homo respectu ... est maior, vel minor aut par. Vnde ... vinaria introductus, ordinatur charitas ... es, vnicuiq; tribuēs vinum amo... ga alios habere debet. Egim^A de hoc ... b metaphora trium cellarum, in quibus ... ur quidquid spectat ad munus inferioris, ... rioris, vel æqualis, sed nunc quę spectāt ... em amplius explicemus, vt introducan... c llam vinariam tria dolia vini continen... d potandum iustos, vt recte & ordinate ... t cunctos proximos.

... dum seruandum à maioribus, minoribus, & æqualibus §. 3.

P... imo ergo docet D. Dionysius tantam esse ... diuini amoris, qui in cella vinaria propi... ur, quod amantes à se extrahat, vt in rem a... matam transferat, sed ordine quodam & modo ... tionato. Nam primo transfert in Deum, ... bonum & pulchrum per essentiam, cu... sfert in proximos, circa quos etiam ... & ecstasim patitur, dum quasi sui ob... tur, quia Deus summe à se dilectus ... ordinem dilectionis præscribit.

... inferiores ordinata charitas exigit, ... ui iuris, nec tuo te regas arbitrio, & ... ad superiores & prælatos diuina ... conuersione te transferas, diligens il... ectione propter Deum, non tantum ... es, sed vt ipsius Dei vicarios, & vicem ..., quibus propter ipsum Deum te subij... b ... iste duci, ac regi sinas, eorum volū... aciu ... icium tuo proprio præponēs, obe... se per eam quam D. Petrus vocat obediē... aritatis; nam charitas hāc obedientiam ... & ordinat, vt subditos prælatis vniat, & eorum imperio humiliter constituat, eosq; ... orte contentos esse faciat, vt à suo loco q̄uis ... mo non recedant, ne congregationis ordinem perturbent. Tunc enim castrorum acies bene ordinata conseruatur, cum milites suo subijciuntur Imperatori, & assignatum sibi locum firmiter tenent, nec altiorem petunt.

Sed quia vlterius multos habes tibi socios & pares, erga illos etiam ordinem debes seruare charitatis, quæ æquales quodammodo etiam in se inuicem transfert, vt mutuo se diligant, & sui

A muti e conseruationi ... pendant per charitatem ipsius, vt ait Paulus *Ad Gal. 5. v. 13.* per charitatem seruientes, non quærentes quæ sua sunt, sed aliorum, alter alterius onera portantes, vt sic impleant legem Christi quæ est lex charitatis facientis gaudenter habitare vnius moris in domo, tantaque est diuini amoris vis, vt vnanimes faciat eos, qui diuersis erant præditi moribus, & inter se dissidebant, sicut agnus & lupus, pardus & hædus, leo & vitulus, ex quibus iuxta prophetiam Isaiæ vnus per charitatem fit Grex, vna acies concors & bene ordinata. Sed vnde prodigium tam stupendum, nisi ex cella vinaria? in quam introducta Ecclesia Catholica diuersas nationes in ritu viuendi pene contrarias, in se aggregat, & in vnam nationem dilectionis & obedientiæ transfert, vt omnes Christo seruiant humero vno. Diuinus enim amor hunc excessum, vel ecstasim facit, vt omnes qui quondam propria bona inordinate amabant, quasi extra se exeant; & a-

1. Cor. 13. v. 5.
Ad Gal. 6. v. 2.
Psal. 67. v. 7.
Isa. 11. v. 6.
Eccl. 3. v. 1.
Sophon. 3. v. 9.

B liorum vtilitati pro Christo attendant; expoliātes se veterem hominem cum actibus & moribus suis qui in diuersis sunt diuersi, imo & contrarij, & induentes nouum hominem Christum & eius mores, qui per charitatem in omnibus fiunt similes.

Ad Col. 3. v. 9.

Sed quia in Ecclesia & militum acie oportet esse aliquos superiores prælatos, ac duces allorum, ijs etiam charitas suum præscribit ordinē, vt inferiores ac subditos suos diligāt, & eorum prouidentiæ ac regimini se totos deuoueant, illorum curam gerant, & necessitatibus subueniant, ac si opus fuerit tanquam boni pastores pro ouibus animas ponant, & hic est excessus quem in illis facit amor dum non finit eos esse sui iuris, sed subditorum seruos constituit, vt illos Christo lucrentur. Duplici tamen vino in cella vinaria potantur, altero dulci ac suaui, quo velut matres ac nutrices foueant filios suos, tristes consolentur, erigant pusillanimes, ignoran-

C tes instruant, & omnibus omnia fiant: altero autem acri & mordaci, nempe vino zeli, cuius supra mentionem fecimus, quo vitia reprehendant, errores confutent, compellant rebelles, ac cum opus fuerit supplicijs ad meliorem frugem conuerti cogant; odio quidem habentes peccata, sed magno amore prosequentes ipsos peccatores, hic est enim ordo charitatis, quæ teste D. Bern. siue foueat infirmos, siue exerceat prouectos, siue arguat inquietos, siue diuersa exhibens ministeria, tanquam filios tamen diligit vniuersos, cum arguit est mitis. Pie solet sæuire, patienter nouit irasci, humiliter indignari.

Exhort. 18.
Ex D. Bern. epist. 2.

Hinc fit neminem munus superioris digne obire posse nisi prius vere dicere possit: *Introduxit in me cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.* Ita vt vtrumque istorum tam sit adeptus. Primum quidem vt feruidæ charitatis zelum habeat ad pascendum Christi gregem, eumq; à cunctis periculis & hostibus tuendum. Iuxta illud: *Petre di-*

D *ligis me plus his. Pasce agnos meos*, tūc autem plus diliget cum in cella vinaria vino feruidi amoris & zeli inebriatus fuerit.

Ioan. 21. v. 15.

Nec debet (inquit D. Bernardus) omnino præesse alijs, qui in eam necdum meruit introduci. Oportet prorsus hoc vino æstuet qui alijs præsidet, quemadmodum doctor gentium æstuabat quando dicebat: *Quis infirmatur,* « *& ego*

Serm. 23. in Cant.

2. Cor. 11. v. 29. *& ego non infirmor? quis scandalizatur & ego non vror?* Alioqui improbe satis præesse affectas, quibus prodesse nō curas, & quorum non zelas salutem, subiectionem nimis ambitiose vindicas tibi, sed nō sufficit in domum zeli introijsse, nisi charitas ordinetur, ordinatur autem per discretionem, quam Deus in eadem cella vinaria impartitur. Serm. 49. in Cant. Nam vt dicit idem sanctus, vbi vehemens æmulatio, ibi maxime discretio est necessaria, quæ est ordinatio charitatis. Semper enim zelus absque scientia minus efficax, minusq; vtilis inuenitur. Plerumque autem & perniciosus valde sentitur. Quo igitur zelus feruidior & vehementior spiritus, profusiorque charitas, eo vigilantiori opus scientia est, quæ zelum supprimat, spiritum temperet, ordinet charitatem.

Quomodo discretio ordinet charitatem & zelum, §. 4.

QVæ diximus de prælatis generaliter intelligenda sunt de cunctis qui in cellam vinariā introducuntur & feruido amoris, ac zeli musto inebriantur, in quibus ipse Deus qui eos introducit, etiam ordinat charitatem per virtutem discretionis & prudentię infusæ, ne ebrietas feruoris transeat in impetum furoris. Nam sicut virtus discretionis absque charitatis feruore iacet, ita feruor vehemens absque discretionis tēperamento p̄cipitat, ideoq; laudabilis cui neutrum deest, quatenus & feruor discretionem erigat, & discretio feruorem regat: quare vtrumque simul sibi præstitum sponsa hic fatetur. Ex D. Bernar. ser. 23. in Cant. Discretio moderatrix quædam est, & auriga virtutum, ordinatrix affectuum, & morum magistra; quæ dum ordinem ponit etiā decorem tribuit, & perpetuitatem, tolle hanc, & virtus vitium erit. Vinum spiritale fiet carnale. Si subditus es, & in cellam vinariam introisti, obedientię charitatis iūge discretionem, ne plus velis obedire hominibus, quam Deo cum ordinata charitas non obediat prælatis nisi in ijs quæ secūdum Deum sunt; in quo non debet esse obedientia cæca, sed oculata, licet in alijs possit esse sancte cœca. Si vero cum paribus conuersaris, discretione etiam indiges, ne vt vnionem conserues, in malo illis assentias. Charitas n. pacem cum Deo præfert cōcordiæ cum hominibus, quibus si in prohibitis consentias, Dei amicitiam rumpis, ordinem destruis charitatis, & ipsam dissipas.

Præterea ad ipsa opera charitatis exercenda necessarius est internꝰ affectus, qui si plus nimio est vehemens, mentem perturbat, aut temere præcipitat: si vero nimium supprimitur, mens languescit; necessaria ergo est discretio quæ medium constituat & affectus in ordinem redigat. Lib. 1. offic. c. 47. Nam vt docet D. Ambr. boni speculatoris est ita animo prætendere, vt appetitus neque præcurrat rationem, neque deserat, ne præcurrendo perturbet ac excludat, vel eam deserendo destituat, perturbatio tollit cōstantiam, destitutio prodit ignauiam, accusat pigritiam. Colla. 2. c. 2. Denique sicut charitas primatum tenet, & vexillum fert super nēs virtutes etiam theologales, ita discretio ex sententia D. Anton. sicut refert Cassianus, primas fert inter virtutes morales, & vtraque simul hominem perfect[illegible] superiores, æqua-les, & inferiores, vt [illegible] illos, vt superiorib. [illegible] præcipitatione [illegible] nimia mollitie. [illegible] superbia, & tunc vn[illegible]

Sed quoniam difficilis est hu[illegible] ctio feruoris ac zeli cum discre[illegible] nante, oportet recurrere ad se[illegible] Ecclesiæ, qui eam docere po[illegible] obtinendum præstare, dicendo [illegible] *troducite me in domum vini, & ordinate in me [illegible] tem.* Quoniam vt refert idem Cassian. [illegible] tior est via ad obtinendam discretione[illegible] ex vera humilitate ad seniores accede[illegible] illis vitę directionem accipere. Hanc eti[illegible] cationem, vt iam diximus, ad Angelos [illegible] possumus in quorum Hierarchijs & choris [illegible] varij gradus quos D. Dion. vocat supremos, [illegible] dios & infimos, & tamen omnes sunt ve[illegible] strorum acies optime ordinata. Qui [illegible] charitate flagrant, summaq; splendent scientia, & discretione, eorumq; munus est homines [illegible] uare, vt intrent in domum vini, amoris & z[illegible] & in ordinem illum redigant per discretione[illegible]

Sed ne despondeant animum, qui in cellam vinariam introducuntur si aliquando ex vehementi feruore, & zelo metas discretionis transgrediantur, meminerint hanc cellam in terra esse quæ militiæ est & tentationis locus, vnde non seruent, facileq; veniam obtinebunt, cum se ad illam reducunt, quia nō ex malitia sed ex nimio zelo deliquerunt. Forte hoc est quod prædixerat Ierem. cum ait: *Ædificabitur ciuitas Domino à turre Hananeel vsque ad portam anguli, & exibit vltra normam mensuram conspectu eius super collem Gareb.* Hananeel teste D. Gregor. interpretatur gratia Dei, aut teste D. Hiero. obedientia: ciuitas ergo Domini quę est Ecclesia Catholica (& [illegible] potest dici de cętu quouis religioso, vel anima pia) ædificata est à Christo Domino, inchoando à turre Euangelicæ perfectionis, quæ in gratia Dei fundatur, & in obedientia mandatorum ipsius. Extenditur autem vsque ad portam [illegible] guli, quia vtrumque populum amplectitur [illegible] bræum, & Gentilem, nam Christus tanquam [illegible] pis angularis fecit vtraque vnum. Cæterum vltra normam mensurę non solum quia mu[illegible] continet peccatores, qui normam iustitiæ, & legis regulam transgrediuntur, sed etiam quia [illegible] iusti, qui gratia, & obedientia stabiliuntur, [illegible] mio zelo ducti nonnunquam mensuram discretionis excedunt. Nam septies cadet [illegible] iustus & resurget, & vt perpendit D. Hieronym. [illegible] nitas Dei exordium videatur haber[illegible] tamen quamdiu in ista carne subsistimus, [illegible] veritatis, ac virtutis lineam non possumus in omnibus possidere; sed aliquando e[illegible] vltra normam mensuræ supra collem Gareb, qui interpretatur incolatus, aut scabies, vt doceat nos aduenas esse, & peregrinos, nonnullamque scabiem ex humana conuersatione contrahere. Sed tamen vt optime aduertit D. Gregor. apud misericordem iudicem nequaquam sine venia culpa relinquitur, cum per feruorem zeli ex eius amore peccatur. Li. [illegible] c. [illegible]

Sæpe namque magnis doctoribus, mirandisque contingit, vt quo alta charitate ferueant, eo modum conceptionis exaggerent, & lingua aliquid

... non debet dicat, quia mentem dile- ... inflammat, sed verbum ... tum eo tanto citius patitur, quan- ... radice prodeat, pensatur. Quod a- ... Rex Ezechias consolabatur Sacerdo- ... dicens: *Dominus bonus propitiabitur cunctis qui in toto corde requirunt Dominum Deum patrum suorum: & non imputabit eis, quod minus sanctificati sint.* Ipse enim cognouit figmentum nostrum, & quod facile ... bimur ex fragilitate carnis, vel inaduerte... ... eius.

Vide quando sponsa hic ait: *Ordinauit in me charitatem*, non intelligit quod ordinauit eam in ... vt nunquam ordinem & mensuram ... praescriptam transeat, sed quod ita ordinauit & stabiliuit, vt raro deficiat, & facile ordine ... aut si ab illo defecerit, mox se in pristinum reducat. Quis dubitauit Mosem in ... fuisse in cellam vinariam, & Deum ... in eo charitatem, cum ascendit in montem & intrauit in caliginem vbi Deus erat? & tamen nõ omnem ordinem semper assecutus est: sed ex zelo plus nimio laborat in gubernatione populi, & stulto labore consumebatur, donec retro socer eius, Deo approbante in ordinem & mensuram laborem redigit, filijs etiam Israel murmurantibus ob defectum aquae, deordinationem passus est, ob quam non introiuit in terram promissionis, etsi veniam obtinuerit. Ordinat igitur charitatem Deus, sed nostram cooperationem & industriam exigit, vt ordinem ab ipso praescriptum sequamur, & firmiter teneamus.

Exod. 18. v. 18.

Num. 20. v.

Simile. Denique aduerte miram coelestis sponsi prudentiam, ac prouidentiam. Si enim cordatus homo aliquem nimis vini auidum introduceret in suam cellam vinariam, vinis fortibus, & preciosis refertam, praecauens periculum ebrietatis noxiae, illius affectum, & auiditatem infrenaret: sic Deus praesciens nimiam dulcedinem vini spiritualis, eiusque vehementem fortitudinem, ne anima plus nimio illud appeteret, & potaret, cum eam introducit in cellam vinariã, ordinat in ea etiam charitatem, affectus moderatur, & regit, ne metas discretionis grauiter ... ediatur, quasi dicens illi, inuenisti vinum ... us mellifluum, ne multum bibas, ne forte noxie inebriatus illud euomere cogaris, comede, & bibe quod sufficit tibi, & id valde proderit, ... spiri u confortatus dulcedinem tandem con... ... naris aeternam. Amen.

EXHORTATIO XXXV.

De sacramentis & spiritualibus exercitiis, quae sunt velut vasa vini charitatis contenta in Ecclesia, quae repraesentatur per domum, vbi à Christo Domino aqua in vinum est conuersa, & de ordine seruando in illis.

Introduxit me in cellam, &c.

IAm tandem contemplemur opulentam cellam vinariam, seu domum vini, quam Christus Dominus aedificauit in terris, vt in eam electos suos introduceret, ac reficeret, de qua per eundem Salomonem dixit: *Sapientia aedificauit sibi domum:* nimirum Ecclesiam Catholicam. *Excidit columnas septem.* Scilicet septem sacramenta, quae vasa essent charitatis, & gratiae, ac fulcimẽtum omnium, qui in ipsa domo degerent. *Immolauit victimas suas:* duo videlicet sacrificia, alterum cruentum quod de se ipso Christus in cruce obtulit patri, alterum incruentum (si tamen alterum, nã quoad rem oblatam est idem) quo se quotidie immolat per Sacerdotum manus in altari sub speciebus panis & vini: *Miscuit vinum.* Nempe suum proprium sanguinem sub vini accidentibus tectum, vt esset sacrificium, & sacramentum ad fidelium nutritionem. *Proposuit mensam*, tum sacrae Scripturae in qua Verbum Dei vicem gerit cibi & potus, tum Eucharistiae, quae vtrumque nobis praestat, sed quid est quod cum appositus sit in hac mensa panis, siquidem paulo post dixit: *Venite comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis.* In hoc exordio non panis, sed vini tantum expressam mentionem facit, etiam prius quam ipsius mensae, forte, vt insignem vini virtutẽ insinuaret, à qua merito tota domus, cella vinaria & domus vini possit nũcupari, quia quidquid est in domo Ecclesiae, ad hoc ordinatur, vt hominibus vinum charitatis propinet. Quod tamen non solum apponitur vel exhibetur in mensa, sed etiam extra illam, quia nõ alligatur sacramentis actu receptis, nec scripturis, sed etiam ex Dei liberalitate, & munificentia quibuscumque se recte disponentibus praestatur, quamuis semper exigatur aliquo modo sacramenti votum. Quia tamen diuina sapientia neminem in hanc domum vult introducere inuitum, sed volentem & consentientem, ideo omnes vocat, & inuitat, vt venire velint. Quia parata est illos introducere, vt ad mẽsam sedeant, comedant panem, ex victimis edant, & vinum bibant.

Prou. 9. v. 1.

Aedificauerat autem sapientia domum antiquae Ecclesiae haec omnia continentem, sed tantum sub figura & vmbra eius, quam incarnata sapientia postea aedificauit, & quantum distat pictura à re vina, & vmbra ab ipso corpore, tã o illa differebat ab ista, cuius praecipua insignia mire repraesentãtur per domũ illa in Cana Galileae, vbi Christus Dominus deficiente vino in nuptijs, sex hydrias aquae plenas, & ad purificationem Iudaeorum destinatas in optimum vinum conuertit, vt sigillatim exponemus.

Sacramenta nostra mystica esse vasa vini gratiae & charitatis. §. 1.

ETenim sex illae hydriae lapideae symbolum quondam erant sacramentorum, & sacrificiorum ac ceremoniarum legis veteris in tabulis lapideis conscriptae, quae egena, & vacua elementa dicuntur, quoniam non continebant vinum gratiae, & charitatis, quae corda mundaret, & accenderet, sed aquam frigidam, ac insipidam, quae externam tantum munditiem, & purificationem conferebat. Prophetiae etiam eiusdem legis, vt inquit Diuus Augustinus, quamdiu in illis Christus latebat, & non intelligebatur, erant velut aqua, quia non inflammabant ad amorem, sed frigidum relinquebant. At cum

Tract. 9 in Ioan.

cum ipse venit aquam conuertit in vinum, quia legem veterem mutauit in nouam, quæ est lex amoris, & sacrificia, sacramentaq; instituit, quæ gratiam, & charitatem continerent, ac conferrent digne sumentibus illa. Aperuit etiam sensum, vt scripturæ ac prophetiæ quæ de ipso erãt intelligerentur, & corda legentium inflammarẽt. Vnde domus hæc mystica in qua vinum in nuptijs defecerat, per Christi præsentiam tanta est cœlestis vini abundantia repleta, vt merito cella vinaria, & domus vini nuncupetur, in qua deinceps vinum diuini amoris non deficiet, nec etiam in nuptijs carnalibus, vbi frequentior solet esse huiusmodi defectus, eo quod ipsum matrimonium institutum est in sacramẽtum, quod gratiam & charitatem cõiugibus exhibeat. Fuit autem rubrum illud vinum, in quod aqua est conuersa, vt deducitur ex illo hymno: *Aquæ rubescunt hydriæ.* Regio enim illa pretiosis vinis rubris abundabat, & idcirco etiam sanguis vuæ appellabatur: ad significandum spirituale vinum, quod nostra sacramenta continent ex Christi sanguine in torculari crucis expresso promanasse.

Ita notat Tolet. in Ioan. 2. annot. 17.

Non quidem negamus ex meritis Christi futuri fuisse in lege veteri vinũ diuini amoris, quo multi iusti & Prophetæ inebriati sunt: cæterum fatendum est vere dixisse architriclinum: *Omnis homo primum vinum bonum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est: tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc.* Hominum enim mos est, si à bono incipiunt, in deterius prolabi, Dei vero à bono in melius progredi, & hic est ordo de quo vniuersalis Ecclesia omnes leges complectens ait: *Ordinauit in me charitatem.* Quia fecit me ordinate ex minori bono ad sublimius ascẽdere: dedit quidem Deus populo Hebræo legem veterem, bonam quippe, quia; *Lex sancta, & mandatum sanctum*, at nobis dedit legem Euangelicam multo meliorem & perfectiorem. Illis quidem dedit vinum amoris, etsi non ex vi legis, *Quia neminem ad perfectum adduxit lex.* Nobis autem ex vi legis gratiæ & sacramentorum eius infundit illud, vt perfectos faciat recipientes. Illis dedit vinum cum mensura quasi potans eos extra cellam vinariam, nobis vero cum maxima plenitudine, quasi in ipsa cella vinaria introductos, tantaque est eius copia & virtus, vt non solum sufficiat ad potãdum, sed etiam ad lauandum & purificandum interna, & externa hominis. Iuxta illud: *Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum.* Vt supra explicatũ est.

Ad Ro. 7. v. 12.

Ad Heb. 7. v. 19.

Gen 49. v. 11.

Sicut autem in cellaria vinaria plura sunt dolia, & vasa vinum cõtinentia, ita in Ecclesia plura sunt sacramenta, quę sunt vasa gratiæ, & quasi magna diuini vini dolia: quæ per sex hydrias lapideas repręsentabantur. Et bene lapideæ, & nõ luteæ, vel ligneæ ad significandam firmitatẽ, & perpetuitatem sacramentorum vsque ad finem mundi, eo quod fundamentũ habeant in Christo, qui lapis est. Fundauit Ecclesiam supra petram, qui est Petrus, in æternum duraturam, & quamuis nostra sacramenta septem sint, nihil obest hydrias fuisse sex: quoniam vltimum sacramentum quod est matrimonium, non indiguit repræsentari per hydriam, cum repręsentaretur satis expresse per nuptias, quæ in illa domo celebrabantur, & quas Christus sua honorabat præsentia. Nec tamen hæc vasa vt [illegible] rabantur vni populo Hebræo, sed [illegible] ni hominum, qui receptacul[illegible] huius [illegible] esse possunt. Nec caret etiã mysterio, qu[illegible] gulæ hydriæ capiebant metretas binas, vel ternas, quoniam omnia sacramenta duplicem [illegible] ferunt effectum, quædam vero triplicem, cunctæ enim, vt docet D. Thom. tribuunt duplicem gratiam. Alteram communem, quæ est gratia sanctificãs, alteram specialem ad finem proprium ipsius sacramenti, vt baptismus confert auxilia specialia ad seruandam legem Euan[illegible] confirmatio ad profitẽdam fidem coram tyrannis, Eucharistia ad reficiendam mentem, &c. quædam vero vlterius imprimunt characterẽ quendam indelebilem ad specialem actum ordinatum, & conferuntur expresse in nomine sanctæ Trinitatis. Denique omnes impletæ fuerunt vino vsque ad summum, quia sacramenta gratiam conferunt plenam, iuxta finem ad quem ordinantur, & per ea recipiens ad summam sibi congruentem perfectionem potest peruenire.

q. 62. ar. 1.

3. p. q. 63. maxime ar. 6.

Sex exercitia spiritualia esse quasi vasa amoris & deuotionis. §. 2.

SEd vlterius per has sex hydrias congruenter repræsentãtur sex spiritualium exercitiorum genera, quæ sunt vel vt vasa diuini amoris & deuotionis, ac lætitiæ spiritualis, ex quibus hoc vinum copiose haurire possumus, cuiusmodi sunt lectio sacrorum librorum, auditio Verbi Dei, oratio, cantusque diuinarum laudum: meditatio, vel cõtemplatio diuinorum mysteriorum, creber sacramentorum confessionis & communionis vsus, ac inge sacrificium Missæ. Hæc sunt sex Ecclesiæ hydriæ, & vasa vino amoris diuini redundantia. Hæ sunt velut sex alæ Seraphinorum, i. diuino amore ardentium, quibus volare poteris ad implendum dilectionis præceptum cum ea plenitudine, quæ sex nominibus exprimitur in scriptura scilicet ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, ex omni virtute, ex omni fortitudine, & ex omnibus viribus; nam licet aliqua sint synonyma, explicant tamen amplius vim, & conatum dilectionis. Si ergo cupis potari vino compunctionis, & doloris pro peccatis, si inebriari amore Dei, & Christi Saluatoris tui, si repleri vino zeli pro gloria ipsius, & animarũ salute, in his vasis inuenies, & ex illis haurire conator, vt replearis vsque ad summum.

In Le[illegible] sequentium [illegible] horum [illegible] mentis.

Mat. 22. Marc. 12. v. 30. Luc. 10. v. 27.

Sed ad hæc quis idoneus? nemo quippe nisi à Deo præueniatur, & orationibus Sanctorum adiuuetur, quibus dicat: *Introducite me in domum vini & ordinate in me charitatem.* Inter Sanctos autem nulla ad hoc potentior quam Deipara, cuius precibus, cum dixit filio, *Vinum non habent*, vt testatur D. Ambrosius, a Cyrillus, b & Chrysostomus; c hæc miraculosa conuersio aquæ in vinum facta est. Nam licet responderit illi, *Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea:* tamen precibus matris ordinatum est, vt citius veniret hora, quam si illæ non essent. Vnde & ipsa se exauditam intellexit, cum ministris dixit: *Quodquid dixerit vobis facite.* Sicut ergo precibus Virginis domus illo pretioso vino impleta est, sic ecclesia & singuli fideles eius intercessionibus in domũ spiritualis vini introducuntur, vt hoc spirituali

De Deipara

a Ser. 16. in Ps. 118.

b Lib. 2. in Ioan. c. 19.

c Hom. 21. in Ioan.

Ioh. 2. v. 4.

poculo

po... in ... bentur. Illa ergo præ omnibus San-A ... diligen... a quæ deficiente vino, nô ... filium solicitat, vt vinum pro... videre ... est præ omnibus otanda, quæ adeo ... horam subueniendi valeat accelerare, & modum ac ordinem quo cito vinum ... petremus, nobis præbere. Ordinauit enim charitatem in ministris, qui mensæ inferuiebant, vt obedientiam Christo Domino præstare ... per inobedientiam obicem miraculo p... Et ideo dixit eis, *Quodcumque dixerit vobis ...*. Nonerat enim Dei instinctu filium eius ... em seruare voluisse in præbendo vinum, vt prius diceret: *Implete hydrias aqua*, quam iu vinum c... statuerat. Etsi autem non dixe ... ad summum, ipsi tamen vt ... exhiberent obedientiam, vsque ad ... pleuerunt, tantumque hauserunt ... infuderant aquæ: quod si minus ... diffent, minus etiam vini hausissent.

... autem ideo factum est, vt scias necessa... esse obedientiam ad impetrandam plenitudinem charitatis, & iuxta mensuram obedientiæ impartiri donum seruoris, & diuinæ consolationis: tantoque amplius crescesin Dei amore, quanto creueris in obedientia, iuxta illud: *Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea; sicut ego præcepta patris mei seruaui, & maneo in eius dilectione*. Etsi autem præcepta non omnia ptæ... bar modum quo sunt implenda, tamen imple... ea decet vsque ad summum, vt obedientia ...ndequaq; sit perfectissima. Vnde & D. Thom. docet præcepta dilectionis, & modum diligendi Deum ex toto corde, &c. & proximum sicut se ...um, etiam in alijs mandatis includi, & perfecte seruanda sint, vt ex toto corde & omnib. viribus Deo obedientia præstetur, quæ vsq; ad summum vocatur.

Cum igitur hæc sex spiritualia exercitia per... eris, sacramentaque receperis, ea ex obedien..., & iuxta obedientiam Christi, ac patris spiritualis peragere cura, adhibendo quam potueris ...ligentiam, & industriam vsque ad summum, ... enim fiet, vt etiam vsque ad summum vino ...lesti repletis.

Non præberi vinum diuini amoris & deuotionis, donec carnale deficiat.

§. 3.

S... vlterius intuere modum mirabilem, quo Christus Domin' ordinat charitatem in hoc ...raculo præsignatum. Sicut enim non tribuit ...onum ac miraculosum vinum, donec vi...um nuptiale deficeret, defectusque à ministris ...itus esset: sic ordo charitatis exigit, vt antea ...ciat in corde vinum carnalis amoris, quam ...natur vinū spiritualis dilectionis; quia prius ...recedere à malo, quam vniri summo bono, non quidem semper prius tempore, sed ratione & conatu ex parte hominis. qui peccatum suum D debet cognoscere, & detestari vt vinum gratiæ & charitatis valeat recipere. Similiter etiam non tribuetur tibi vinum deuotionis, & spiritualis dulcedinis, nisi deficiat in te vinum carnalis delectationis. Non n. introduci poteris, aut morari simul in domo vtriusq; vini, nec eo simul potari. Et hoc est quod ait sponsa, *Ordinauit in me charitatem*. Et quomodo ordinauit, nisi expellendo a me affectus ca..., vt præualerent affectus spiritus? Non pluit Hebræis manna de cœlo donec desecit farina educta ex Ægypto. Vtrumq; n. simul gustari nô dicebat. Delicata est diuina consolatio, inquit D. Bern. & non patitur alienam, nec cum carnali misceri potest. Vbi vasa vacua non inuenit, oleum stare necesse est: nec mittitur vinum nouum cœlestis dulcedinis " in vtres veteres veteris hominis voluptatib' in- " fectos, sed in vtres nouos ab omni veteris hoīs " prauo affectu defœcatos, vt ambo conseruen- " tur. Errat omnino si quis cœlestem illam dulce- " dinem huic cineri, diuinum illud balsamū huic " veneno, charismata illa spiritus misceri posse " huiusmodi illecebris arbitratur. *Eijce* (ait Scriptura) *ancillam & filium eius; non enim heres erit filius ancillæ cum filio liberæ*. Et hoc putat significare ꝙ Christus Dominus dixit Apostolis: *Nisi ego abiero, Paraclitus non veniet ad vos.* i. nisi carnis præsentia vestris subtrahatur aspectibus, quam carnaliter quodammodo amatis, spiritualis gratiæ plenitudinem occupata mens non admittit, non recipit animus, non capit affectus.

Et hoc ipsum indicat quod respondit matri suę, *Nondum venit hora mea*. Nam hora apta vt côcederetur vinum illud miraculosum, erat quando aliud vinum plene defecisset defectusq; notus esset. Quando autem B. Virgo intercessit, nondum ex toto defecerat, licet deficere inchoasset: ac si diceret, vt notant D. August. & Chrysostom. nondum venit opportunitas mea, nondum cognitus sum ab ijs qui adsunt, nec sciunt quod deficit vinum: sine eos primum hoc sentire. Qui n. necessitatem non præsensit, neque beneficij grandem suscipiet sensum. Si ergo adhuc retineas aliquid vini carnalis, & spirituale efflagitas, respondebit tibi; nondum venit hora mea, nec est tempus opportunum: exue prius carnales consolatiunculas, quæ spiritales impe- C diunt, & tunc clamare poteris cum Psalmista: *Anima mea sicut terra sine aqua tibi, velociter exaudi me Domine, defecit spiritus meus*. Quoniam cum cor est vt terra sine aqua, humana destitutum consolatione, tunc aptum est, vt potiatur diuina, ne spiritus penitus deficiat.

Sed in hoc ipso manifestatur etiam ordo charitatis ad expellendum vinum carnale: nô enim sine mysterio vinum non est creatum ex nihilo in hydrijs, sed ex aqua quam prius Christus iussit in illas infundi: ad significandum, vt notat D. Bernard. animam prius replendā esse timore Domini, qui per aquam significatur, quam recipiat Dei amorem, & diuinæ dulcedinis plenitudinem. Quoniam *Initium sapientiæ timor Domini, & timor Domini fons vitæ*: vnde sicut hydriæ capiebant metretas binas, vel ternas, ita mens implêda est triplici salutari timore: nempe timore gehennæ, derelictionis Dei, & amittendi vitam æternam, seu timore deficiendi cum abest gratia deuotionis, vel perdendi illam cum adest propter superbiam, vel nunquam recuperandi semel amissam. Hoc igitur timore implenda est anima sicut hydriæ vsque ad summum, vt de illa etiam dicatur, & repleuit eam sp ritus timoris Domini, & qui timet Deum nihil negligit. Nam qui ita plenus est, nihil contrarium vult admittere. Omnem culpæ excludit affectum, omnem super-

Ioan. 15. v. ...
...q. 44. ar. ... ad 3.
D. Tho. ... q. 113. ar. 8. ... ad 1.
Serm. 5. & 6. de ascensione.
Gen. 21. v. 10.
Ad Gal. 4. v. 30.
Ioan. 16. v. 7.
Serm. 4. de assumpt.
hom. 21 in Ioan. ver. Et fa... Chrysost.
Ps. 142. v. 6
Serm. 54 in Cant.
Ps. 110. v. 10.
Prou. 14. v. 27.
Isa. 11. v. 3.
Eccl. 7. v. 11.

superbiam, & arrogantiam, carnalemque voluptatem respicit; & tunc Christus Dominus has aquas rimosis in vinum conuertit charitatis, quæ foras mittit eum timorem, qui pœnam habet, & insuper saporem tribuit, ac lætitiæ spiritualis dulcedinem. Si ergo charitate vel deuotione cares, non expectes illam quasi ex nihilo te non cooperante creandam, sed potentias tuas reple aliquo saltem timore Domini, & fluctibus eius per veram Christo exhibitam obedientiam, & tunc desideratum dilectionis & deuotionis vinum recipies.

Ad maiores vinum spirituale primo deferri, §. 4.

Sed quoniam in cella vinaria, & in huiusmodi vinis gustandis, exercitijsque spiritualibus peragendis, illusiones ac errores contingere solent, miraculo peracto ait Dominus ministris, *Haurite nunc, & ferte architriclino*: non ait distribuite vinum conuiuis qui sedeor ad mensam, sed primum ferte architriclino, qui mensæ præest (Is secundum aliquos erat Sacerdos qui nuptijs celebrandis præerat;) vt significaret maiores Ecclesiæ à se constitutos esse, sicut de Ieremia scriptum est, probatores spirituum, vt vias hominum probent, examinent & iudicent. Non enim credendum est statim omni spiritui, sed probari oportet an ex Deo sint. Ad eos autem deferenda sunt, quæ circa res spirituales, & occultas contingunt, de quibus potest dubium esse, vel periculum, sicut idem Saluator leprosis iussit, vt se Sacerdotibus ostenderent, eo quod illis incumbebat iudicare de leprosi vere mundi essent. Et licet ipse non indigeret probatore aliquo ad sua miracula comprobanda, propter nostram tamen instructionem voluit vinum ad architriclinum deferri, vt eius iudicio constaret illud optimum fuisse, multoque præcellentius quam alia antea propinata, no disceremus ad Ecclesiæ prælatos cuncta nostra deferre, vt eorum iudicio, & approbatione diligamur, dicentes illis, *Ordinate in me charitatem*. Id est probate illam & separate veram à ficta, vt illam amplectar, hanc reijciam.

Ioh. 2. v. 8. — Ier. 6. v. 27. — 1. Ioan. 4. v. 1. — Luc. 17. v. 14. — Matth. 8. v. 4. — Deut. 17. v. 12.

Sed alia etiam est causa cur vinum ferri iussit primo ad architriclinum quam ad alios, vt insinuaret ordinem charitatis seruandum in Ecclesia, quod à maioribus vinum fraternæ charitatis incipiat, & per eos ad minores deriuetur. Decet enim maiores qui probatores sunt spirituũ, prius Dei spiritus in se recepisse, & gustasse, vexillumque charitatis ferre, quorum exemplo minores in eadem perseuerent: vnde eum David exclamasset: *O quam bonum & quam iucundum est habitare fratres in vnum*, ordinem huius amoris, & vnionis assignans ait similem esse sacro vnguento, quo primum vngebatur caput Aaron summi Sacerdotis, inde per genas descendebat in eius barbam, & hinc protendebatur vsque ad oram vestimenti eius. Sic odorifero fraternæ charitatis vnguento primo vngendi sunt principes & capita Ecclesiæ, deinde fortiores viri, & per hos reliqui infirmiores. Vnde tandem concludimus, quod sicut miraculosa hæc aquæ in vinum conuersio fuit primũ Christi signum, propter quod crediderunt in eum discipuli eius, vt Euangelista testatur: ita primũ spirituale Christi signum, per quod gentes crediderunt in ipsum, fuit mutatio cordium frigidis sicut aqua in calentia amore diuino [illegible] vini, vt merito dicat Ecclesia: *Vexillum eius super me charitas*. Nam sicut per vexillum cognoscitur cuius ducis & imperatoris sit exercitus, qui fert illud, sic charitas mirabiliter frigidis hominum cordibus impressa, primum est signum, & primum vexillum, quo mundus cognouit veram Christi Ecclesiam, & fidem, eiusque diuinam maiestatem & potentiam, iuxta illud quod [illegible] rans ad Patrem ait: *Ipsi in nobis vnum sint, vt credat mundus quod tu me misisti*, & rursus, *In hoc enim cognoscent quod mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad inuicem*. Videns n. mundus corda [illegible] m aqua gelidiora, iras rixas, & odia inter se [illegible] a p Christum & Apostolos in vinũ conuersa [illegible] tua charitate fragrantia, cœpit in C[hr]istum [cre]dere, & legem eius venerari, ac tabu[lis] sui c[or]dis imprimere. Vnde gloria Saluatoris maxime manifestata est: nam per hanc mirabilem aq[u]æ in vinum conuersionem *Manifestauit* (inquit E[u]angelista) *gloriam suam, & crediderunt in eum disci*pul*i eius*. Sicut & regius vates dixerat: *Mirabilia opera tua Domine, & anima mea cognoscit nimis*. Id est, nimis credit te esse omnipotenté, & mirabilem, dum mirabiles mutationes quæ in cella vinaria fiunt, intuetur. Quis (inquit Cassianus) non miretur opera Dei, ac toto proclamet affectu: *Quia ego cognoui quod magnus est Dominus?* Cum vel se, vel alium quempiam ex rapacissimo liberalem, & prodigo continentem, ex superbo humilem, ex delicato ac tenero squalidum hirtumque perspexerit, & egestate atque angustia præsentium rerum etiam voluntate perfruentem? De his inquit Amos Propheta: *Qui facit omnia, & conuertit [illegible] sa, & transmutat in matutinum vmbram mortis*. Et Psalmista: *Hæc mutatio dexteræ Excelsi*. Vtinam dextera manus omnipotentis tot perficiat mirabiles mutationes in nobis, vt per illas etiam infideles in Christum credant, vt crescat ipsius gloria in secula seculorum. Amen.

Interna mutationes miraculosæ. — Psal. 132. v. 1. — Ioan. 17. 21. — Ioan. 13. 35. — Ioan. 2. v. 11. — Psal. 138. v. 14. — Cassian. — Amos 5. v. 8. — Psal. 76. v. 11.

EXHORTATIO XXXVI.

De religione quæ etiam per cellam vinariam repræsentatur, de nimio spiritus feruore & ordine charitatis qui in ea viget.

Introduxit me in cellam, &c.

Qvæ hactenus diximus de Ecclesia vniuersali conuenientissime aptari possunt religiosæ familiæ, cuius filij gaudenter canunt. *Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem*. Merito autem religio hoc sibi nomẽ vindicare potest, quia omnes qui in ea degunt, vt religiosos decet, eo musto inebriati videntur, quo in die Pentecostes inebriati sunt Apostoli, quorum Apostolicam vitam imitantur, quod eleganter sic explicat D. Augustinus: hoc musto, salutarique poculo inebriantur quotidie corda fidelium, & animæ conuertentium, quando pro desiderio salutis tuæ parentes & patriam suam fugiunt, exeunt nullo compellente de terra, ac de cognatione sua, & mortui mundo alios spiri-

Act. 2. v. — Serm. 185. de temp.

„ [illegible] marum inquirunt parentes, & li- „ [illegible] veniunt. Et qui paulo ante elati& „ sublimes [illegible] humilia affectant, superba fasti- „ diunt [illegible] cupiunt esse quod ante despexerat, & „ omnino [illegible] incipiunt quod fuerant. Præsentium ho- „ stes, futurorum appetitores æternam illam „ [illegible] contempta temporalium falsitate su- „ spirant. Hoc itaque musto animæ inebriatæ & „ penitus commutatæ abstinentiam delitijs, vigi- „ lias dulcibus somnijs, paupertatē diuitijs ante- „ ponunt: arduum cōtra vitia laborem iucundis- „ simam computant voluptatem. Dulcescunt eis „ vilia, & quæ prius fuerant pretiosa vilescunt: di- „ ligunt [illegible] icos suos, & benefaciunt eis, qui se „ oderunt non [illegible] uincuntur indignantibus, non „ [illegible] in opprobrijs, non franguntur iniu- „ [illegible] sus nihil horum sentiunt, propter fer- „ uorem Spiritus sancti, & propter æternam re- tributionem. Hæc D. Augustinus prosequens cætera quæ supra retulimus de Apostolis & martyribus. Hi autem mirabiles effectus qui ea hac [illegible] ebrietate procedunt, clare indicant re- [illegible] cellam vinariam ac domum vini re- cte vocari.

§. 1.

IN eam autem Introducuntur religiosi, non vt egrediantur, vel ingrediantur pro libito, sed vt perpetuo permaneant in ea non quidem in- [illegible], sed maxime spōtanei, quia ea Christi amo- re se ligant & ligari consentiunt, vt in ea com- morentur. Quare religioni applicari libet quod supra retulimus de Ecclesia: *Ligans ad vineam pul- lum suum, & ad vitem asinam suam: lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum.* Sacra enim religio simul est vinea Christi, cuius præ- cipua vitis est ipse Christus, & cella est etiam vi- naria, vbi reconditum est vinum amoris & de- uotionis, ac dulcedinis spiritualis, quod Chri- stus nobis promeruit, & ex botris, ac fructibus religiosæ vitæ expressum nobis propinat. Ad hanc vineam ligantur pullus & asina, id est viri & fœminæ, iuuenes & senes, virgines & viduæ, imo aliquando etiam coniugati, non quidem omnes, sed quidam electi, qui Deo dicere au- [illegible] ent, *Vt iumentum factus sum apud te.* Quia decre- [illegible] ernnt non suo se iudicio regere, sed alieno du- [illegible] arbitrio, & ad onera Euangelicæ perfectio- [illegible] portanda se accingere. Ligamen autem quo religioni ac Christo astringuntur, triplex [illegible] votum est, paupertatis, castitatis, & obedientiæ [illegible] anquam triplex funiculus, qui difficile rumpi- [illegible]; sed ipsa charitas quæ vinculum est perfe- [illegible] nis, fortius, & vehementius cum voo quoq; [illegible], nisi enim vehemens amor Christo cor li- [illegible] quemo se his votis ligare voluisset, vt divi- [illegible] as contemneret, carnis respueret illecebras, & propria se abdicaret libertate; amor autem ita i- psum ligat, vt nec solui appetat nec velit, imo, glorietur se indissolubili vinculo ligatum esse, & ab eo nomen desumat, quo se iactet, religio- sus enim & religio vt notat D. Thom. à religan- do dicitur, quia ligat, & bis ligat omnipotenti Deo. Tum ligamine omnibus Christianis com- muni, tum alio ipsis proprio, & speciali per su- pradicta vota, quę in vno quoq; religioso ligant ad religionem, & ad Christum pullum & asinā: spiritum & carnem, intellectum & voluntatem, rationem, ac sensualitatem, vt cuncta hæc iuxta beneplacitum Christi ac regulas religionis, & regimen prælatorum procedant, vt nihil non li- gatum maneat. Nam si caro non ligetur, insi- liet contra spiritum; vel si intellectus illigatus manet, trahet post se voluntatem, omnia ergo liganda sunt Christo, vt religiosus sit sanctus corpore & spiritu; & vt integer sit eius spiritus, anima & corpus sine querela in aduentu Domi- ni nostri Iesu Christi.

Finis autem huius ligationis exprimitur per sequentia verba: *Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum.* Vt scil. per abundantiā diuini amoris lauet, purificet, mundet, pulchri faciat spiritum, & corpus, omnes actus internos ac externos; cunctique sint coram Deo mundi, iuxta illud Eccles. *Omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat.* Id est, o- pera sint semper munditia, & decore perspicua, oleumq; charitatis semper vngat mentem tuā, vt ex eo splendorem ac candorē accipiant, vnde sicut pullus, & asina ligati ad vineas, & vites frondibus & fructibus onustas, pascuntur illis, sic qui ligatus est ad Christum, & religionem, abundanter pascitur eius fructibus, nempe re- gulis, consilijs, Exhortationibus, bonis exēplis, communibus orationibus, & suffragijs, ac cha- ritatis officijs, quæ sibi inuicem religiosi præstāt: & multo magis pascitur ab ipso Christo donis quæ ei infundit, vt dicere possit. *Sub vmbra illius quem desideraueram sedi, & fructus illius dulcis gutturi meo.* Nam sub protectione peculiari Christi se- dens dulces fructus ab illo recipit, quibus refi- ciatur in mente, vt nec etiam desit refectio ne- cessaria corpori.

Sed potissimus pastus indicatur per hoc quod dicitur: *Introduxit me in cellam vinariam.* In religio- ne enim præcellenter inueniuntur sex illa vini spiritualis mystica vasa, quorum mentionem fe- cimus in Exhortatione præcedenti: nimirum le- ctio piorum librorum, auditio Verbi Dei seu Exhortationum spiritualium, oratio vocalis seu diuinarum laudum cantus; diuinorum myste- riorum meditatio & vsus sacramentorum ac sa- crificij Missæ. Ex his dolijs & vasis hauriunt reli- giosi vinum compunctionis, quo propria delēt peccata; quod ma vt eadem bibunt vt refu- gant, vnde maiorem spem perfecte grandi conci- piunt, ideoque de illis specialiter intell gitur, quod supra retulimus. *Potasti nos vino compunctionis, dedi- sti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie ar- cus, vt liberentur dilecti tui.* Scilicet religiosi, quos præ alijs diligis, & quibus multa signa interius, & exterius crebro præbes, vt fugiant à ventura ira, & salui fiant, inde etiam hauriunt copiosum vinum dilectionis Dei, & proximorum, & om- nimodam cum ipsis vnionem, quæ per ipsum vinum significatur, multo melius quam per bo- trum, quia sicut vinum fit ex multis vuis cōcul- catis, & detractis valuulis, & vinacijs, quæ divi- sionem efficiebant, sic religiosi renunciatis di- uitijs, voluptatibus, & honoribus mundanis, q̄ vnionem cum Christo, & cum proximis impe- dire solent, maxime illis vniuntur, & fiunt quasi vnum cor, & vna anima per intimum charitatis amorem. Et quia oēs eorundē exercitiorū par- ticipes sunt, oēs bibunt idem vinū, & sunt quasi vnum vinum ad modum quo D. Paulus ait, *Vn' panis multi sumus omnes qui de vno pane participamus.*

Gen. 49 v. 11.
Vide supra [illegible]
Ps. 72 v. 22.
2. 2. q. 81. a. 1.
1. Cor 7 v. 34.
1. ad Thess. 5 v. 23.
Eccl. 9. v. 8
Ps. 59 v. 5.
In Exh. 19.
Act. 4. v. 32.
1. Cor 10. v. 17.

Inde tandem hauriunt feruens vinum zeli & sanctæ æmulationis, dum vnusquisque religiosus communem regulæ obseruantiam in se, & in alijs zelat æmulans bonum in vino, vt vnius profectus in plurium commodum protendatur.

§. 2.

NEc in ijs deordinatio euenit, quia religioni maxime congruit quod subditur, *Ordinauit in me charitatem*. Siquidem illa per quandam antonomasiam ordo dicitur, quia maxime in ea ex Dei gratia fulget omnis charitatis ordo, hactenus commemoratus inter Deum & proximos: inter terrena & cœlestia, inter maiores, minores & æquales, vt seruata graduum distinctione, maxima sit animorum concordia, & cum in æqualitate officiorum magna fulgeat vnio voluntatum inter prælatos, & subditos, ac socios ipsos, vt merito religio in nouitijs sit quasi aurora consurgens; in prouectioribus subditis, pulchra vt Luna, quæ à sole lumen recipit, & ipsi à superioribus diriguntur: in prælatis vero electa vt Sol, qui præest diei, & subditos regit: in omnium vero collectione terribilis, vt castrorum acies ordinata, quia omnes simul instar exercitus bono communi religionis seruando incumbunt, & illud vniuscuiusq; proprio præponunt.

In Exhort. præcedenti. *Cant. 6. 9.*

Propter quæ religio apte sibi vendicat illud: *Et vexillum eius super me charitas*: Nihil n. in religiosa regula ita commendatur, quam charitas Dei, dilectio Christi, fraternus amor, & mutua concordia. In religiosa acie non fert vexillum nobilitas, non corporis pulchra dispositio, non ingenij acumen, non scientia quę inflat, sed charitas quæ ædificat. Perfecti religiosi ad aciem virtutũ sequendam quæ in regulis pręscribitur, non ducuntur timore, qui pœnam habet, sed charitate quæ foras mittit timorem, animas suas castificãtes in obedientia, nõ timoris, sed charitatis; charitas n. hanc aciem religiosam ordinatam reddit, in subditis quidem per obedientiam, in pręlatis per humilitatem, in socijs per mutuam erga se pietatem, in coniugatis fert vexillum charitas, sed limitata, nempe charitas coniugalis, & mutuus amor inter coniuges, qui ad filios, ad consanguineos, affines, ac domesticos iure coniugij etiam protenditur: at in religiosis vexillum fert charitas, vniuersalis, mutuus amor inter omnes eiusdem instituti fratres, qui omnium nationum alumnos comprehendit, nec non & ad seculares extenditur cum ratione regulæ ad benefaciẽdum proximis iuxta cuiusq; institutum ordinetur. Fœlix religio, cuius vexillum est charitas, cuius habitus & indumentum nõ tam fulget colorum, & figurarum varietate, quam charitatis & misericordiæ actibus, & operibus, cui congruit quod ait Apostolus: *Induite vos sicut electi Dei sancti, & dilecti Dei sancti, & dilecti viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, &c. Super omnia autem hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectionis, & vexillum ipsius.*

1. Pet. 1. 22. *Col. 3. v. 12.*

Sed vltra hoc religio ad hunc ordinem perpetuo conseruandum non paucos habet nec segnes charitatis ordinatores, quibus singuli alumni dicunt: *Ordinate in me charitatem*. Huiusmodi sunt prælati prælatorumque concinnatus ordo, nempe Generalis, Prouincialis, immediatusque cuiusque conuentus, [illegible] tum, magistri, confessarij, aliique [illegible] res, quorum officium est charitatem [illegible] dinare, & prælatiuorum ordinem [illegible] illum inuertas, & præteresgrediatur, [illegible] ordinem quidquid inordinatum [illegible] dicentea alterutrum illud Apostoli: *Æmulor [illegible] Dei æmulatione, despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo.* Idest vehementer [illegible] mo & zelo vestram salutem non zelo [illegible] sed sancto, nõ propter meum commodum, [illegible] propter vestrum, non ad gloriam meam, [illegible] dad gloriam Christi & familiæ ipsius. Hic [illegible] zelus, quem D. Paulus vocat æmulatio[illegible] quæ nihil mali, & vitij patitur in se amata [illegible] causam zeli reddens ait: ego enim ita me g[illegible] ac si sim paranymphus, qui vos voluer[illegible] ni[illegible] religionem tanquam virginem castam des[illegible] derim vni viro Christo, & ideo magno ze[illegible] tendo propellere quidquid mali huic spiritu[illegible] nocet desponsationi. Hinc fit in religionib. esse designatum locum, quem aliquæ capit[illegible] um vocant, vbi de ordinatione charitatis agitur, dum corriguntur defectus, delinquentes increpantur, stimulantur pigri, & pijs Exhortationibus ad feruorem spiritus omnes excitantur. Quæ omnia libenter amplectuntur religiosi, cum [illegible] si sponte dicant, *Ordinate in me charitatem*.

Quod si ordinare idem sit quod confirmare & stabilire, vt supra ex D. Nyssen. retulimus, hoc etiam singulariter inuenitur in religione, in qua multi sunt qui aliorum charitatem confirment, & stabiliant, à periculis eruant, monitis [illegible] tentationes, animæque languentibus salutaria remedia adhibeant, vt propter religionem videatur peculiariter dixisse Eccles. *Melius est duos esse simul quam vnum: habent enim emolumentum societatis suæ, si vnus ceciderit ab altero fulcietur, si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistent ei: nam funiculus triplex difficile rumpitur.* Est enim religio quasi funiculus contextus ex pluribus filis bene ordinatis & vnitis, qui proinde fortissimus est, & difficile ab hostibus rumpitur & dissipatur.

In Exh. *Eccl. 4. v.*

§. 3.

NEc mirũ quod ita charitas in religione religiosisque flagret, cum possit etiam dicere iuxta sensum primum supra allatum, spon sus *ordinauit in me charitatem*. Idest, ac[illegible] charitatis suæ erga me tot tantisque beneficijs me[illegible] vt me suo amori subijceret, & plane captiuum submitteret: mitto generalia beneficia, quæ [illegible] supra retulimus, non nos singularis & fortissima acies est, quam Christus ordinat, cum inquit: *Vos qui secuti estis me sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel, & omnis qui reliquerit patrem &c. centuplum accipiet seu centies tantum nunc in hoc tempore, & in futuro vitam æternam?* En duplicem aciem beneficiorum, quam Deus ordinat contra degentes in seculo, vt eos vincat, & trahat ad religiosam vitam, vel erga religiosos, vt eos ad perseuerantiam, & ad maiorem Christi amorem & imitationem illiciat: alteram ex retribuendis in seculo futuro.

Exhort. *Matt. 19. v. 29.* *Marc. 10. v. 29.*

Vtramq; alijs in locis fuse explicuimus, quam cum Deus suo lumine intus manifestat, mox illi ad religionem auolãt, si vero in ea grato animo confir-

In 3. to. de perfect. tract. 3. & 4. de relig.

[illegible]tur, & in Dei amore proficiunt. Pro- A p[illegible]da [illegible]iorem locum in cœlo obtinebunt. Nam sicut duplex est ordo charitatis, alter ex p[ræ]cepto quo Christum parentibus & cunctis te[m]poralibus in affectu præferimus, licet hęc re ipsa p[o]ssideam: alter vero quo etiam hæc cum e[ff]ectu propter Christi amorem relinquimus: ita duplex erit ordo Sanctorum in iudicio. Vnus eorum, qui iudicandi sunt, & vitam æternam pro meritis accepturi, alter gloriosior eorũ qui cum in[dice] [C]hristo in thronis sunt sessuri alios iudicantes, & h[uius]modi erunt religiosi, qui in cella vinaria cœle[st]is patrię, vbi ordinatissima erit beatorum acies, maximum thronum obtinebunt. Vtinam in eam introducamur, beatificoque amoris vino inebriemur in secula seculorum. Amen.

EXHORTATIO XXXVII.

Pro concione, [in fes]to Mariæ Magdalenæ. [Vide] c. 5.

De charitate increata Dei vulnerante animã, imprimendo impetum diuini amoris, vel vt a peccatis recedat, vel vt in bono ferventer proficiat, & quæ sint fulcimenta ipsius.

Fulcite me floribus, stipate me malis. Quia amore langueo.

LXX. Confirmate me in vnguentis, stipate me in malis. Quia vulnerata charitatis ego sum.

A Cella vinaria diuini amoris, languida & vulnerata exiens sponsa remedia contra languorem, & vulnus postulat, ne penitus deficiat, dicens: *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo*: celebris autem est in hoc loco versio LXX. quæ sic habet: *Confirmate me vnguentis, stipate me malis quia vulnerata charitatis ego sum*, & quoties in hoc Cãtico vulgata legit amore langueo. LXX. vertunt charitate sum vulnerata. Congruum autem remedium petit sumpta metaphora à floribus & pomis odoriferis, ac pretiosis vnguentis, quibus confortari solent deliquium patientes. Loco illius sententiæ: *Stipate me in malis*, alij vertunt: *consternite mihi thorum in malis*. Quia languidus thorum constratum desiderat, vt in eo conquiescat, sed quia prius est lãguorem, & vulnus, eiusque radices, & causas agnoscere, quam competentia remedia adhibere, explicare oportet prius quid sit amore languere, aut charitate vulneratam esse, quod iuxta communem patrum sentẽtiam singularem vehementiam dilectionis indicat, quando incentiua illius plura, & vehementiora solito præcesserunt, sicut præcesserant in sponsa, vt ex dictis satis constat, nec nouum est hac phrasi ardentẽ amorem indicare, cũ ethnici etiam Cupidinem quem Deum amoris fingebant cum arcu & sagittantem depingerent, quibus vulnerabat amantes, sed sicut præcedentem versiculum, *Ordinauit in me charitatem*. explicuimus tam de charitate Dei erga nos, quam de nostra erga ipsum, ita etiam versus iste de vtraque explanandus erit, vt anima vulnerata dicatur à charitate increata Dei, tanquam à vulnerante: à charitate vero sibi infusa tanquam à vulnere sibi inflicto.

Cant. 5. v. 8.

A *De mirabili modo quo Deus qui charitas est, animam vulnerat. §. 1.*

DEus igitur noster qui solus Deus verus amoris est, ipsa charitas, & amor increatus, Ecclesiam suam sanctamq; animam vulnerare dicitur infligendo illi dulce vulnus charitatis creatæ, & amoris erga ipsum: ipse est sagittarius, ipse & sagitta, ipse ordinat in nos duplicem aciẽ charitatis suæ scilicet suarum perfectionum, ac beneficiorum, vt nos vulneret & sauciet amore suo: sagittæ sunt eius pulchritudo, sapientia, bonitas, misericordia, ac charitas immensa. Quid est (inquit D. Basil.) pulchritudine diuina admirabilius? quæ notio Dei maiestate excogitari gratiosior potest, quod eiusmodi desideriũ quis secum comminisci queat, cuiusmodi est illud quod animæ vitijs omnibus perpurgatæ diuinitus ingeneratur, adeo vehemens, adeoque intolerandum quod vere, sincereque dicere illud possit: B *Ego amore langueo, vulnerata charitate ego sum.* Inexplicabiles prorsus, nec vlli pro dignitate enarrabiles, quæ è fulgurantissimo fonte illo diuinæ pulchritudinis intermicant, ac prosiliunt fulgetræ. Hoc mira eloquentia D. Basilius prosequitur summam vim diuinæ pulchritudinis perpẽdens ad suo nos vulnerandum amore, & ad efflagitandum à nobis quod redamemus illũ. Vnde concludit, quamobrem necessarium à nobis veluti æs alienum charitas erga Deum requiritur, qua carere malum est, omnium malorum grauissimum. Sagittæ item vulnerãtes sunt cuncta beneficia ab ipso nobis collata. Quæ cor penetrant & vehementi tanti benefactoris amore sauciant. Sed inter omnia illud maxime quo Deus sagittans sagitta etiam factus est, cum verbo caro factum est pro nobis, quod eleganter ponderat D. Greg. Nyss. sequens Origenem, his verbis, Deus, inquit pia anima, in me sponsam suam tanquam in scopum vnigenitum filium C suum iaculauit, de quo per Prophetam dictum est, *Posuit me quasi sagittam electam*, sagitta autem ista aculeo fidei me penetrans secum simul adduxit sagittarium. Iuxta illud: *Ego & pater vnum sumus, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.*

Reg. 2. ex fusis.

Prosequitur etiam hoc D. Basil. ibid.

Hom. 4. in Cant. ho. 2. ex duab.

Isa. 49. v. 2.

Ioh. 10. v. 30.

Ioh. 14. v. v. 23.

Ex hoc etiam tam eximio beneficio tanquam ex quadam diuina pharetra educuntur aliæ sagittæ, quæ ab ipso Christo iaculantur, de quibus in Psalmo dicitur: *Sagittæ tuæ acutæ, (populi sub te cadent) in corda inimicorum Regis.* i. sagittas ita acutas habes, vt cum eas iacis in corda eorum, qui tibi Regi potentissimo alioqui inimici extiterãt, illos sic vulneras charitate, vt multi ex populis subdantur tibi. Sagittæ autem istæ verba sunt dulcia & efficacia quæ protulit, ingentia dona quæ tribuit tanquam sui erga nos amoris indicia. His nos vulnerat, & deoincit, vt peccatis & carnis, ac seculi concupiscentijs mortui, ipsi soli viuamus. Propter quod dixit Salomon meliora D esse vulnera diligentis, quam oscula odientis: quia vulnera illa cum prodeant ab amore vulnerantis in commodum cedunt ipsius vulnerati, vt per ostium quod aperuit sagitta vulnerans, aditus pateat Deo. vt ingrediatur intra cor, & habitet in eo. O pręclarum vulnus, ô dulcis plaga, per quam vita ad interiora penetrat quasi quodam sibi ipsa diuisione aperiens ostium.

Ps. 44. v. 6.

Prou. 27. v. 6.

Ex Nyssen. vbi supra.

Vu 2 Hoc

Hoc tamen facilius intelligetur si ponamus A sagittas istas, vel gladium potentissimum quo Christus præcingitur, esse interna verba, quæ communiter vocamus inspirationes, & subitas illustrationes, sicut fulgura vel sagittas, quas Deus (*Ps. 44. v. 4.*) mittit in peccatorum corda, vt illos vulneret, & sanet, ac ad se conuertat, vel in ipsos iustos præcipue in contemplatione, vt eos charitate inflāmet, quæ quidem subito mentē illuminant, manifestando illis vel Dei pulchritudinem, ac perfectionem infinitam, vel immensa beneficia, quæ ab eo procedunt, & tunc quasi ignis scintillę vehementem excitant amoris flammam, propter quod sagittæ & iacula charitatis vocantur, vulnera autem quæ infligunt ardentissima sunt desideria, suspiria, gemitus, aliique affectus, & actus erga Deum, & propter Deum, quæ indicia sunt (*Simile.*) amoris erga ipsum valde accensi. Sicut n. sagittarius volens ferām, aut inimicum perimere in sagittæ cuspide venenum solet apponere; quod sagitta corpus penetrante per corpus diffunda- B tur velociter, & ad cor perueniens illud inficiat, & perimat: ita Deus potentissimus sagittarius volens inimicos non tam occidere quam viuificare, vt moriantur carnali amori, viuant vero amori spirituali, has sagittas inspirationum iacit, non veneno infectas, sed amore ita linitas, vt cū primum animam tangunt, amorem incutiant, & charitate vulnerent.

De vulnere charitatis in peccatore, qui feruenter conuertitur ad Deum. §. 2.

Hinc deducēda est altera horum verborum explicatio de charitate creata animæ infusa, à qua cum vehemens est, dicitur vulnerata & languida, sed iuxta diuersitatem animārium est diuersitas vulnerum & languorum. Languor n. (*1. 2. q. 28. ar. 5.*) amoris, vt docet D. Thomas, est tristitia de absentia rei amatæ ex vehementi illius desiderio proueniens. Quod clare indicāt verba eiusdem C sponsæ cum dicit. (*Cant. 5. v. 8.*) *Adiuro vos filiæ Ierusalem vt si inueneritis dilectum, nuncietis ei, quia amore langueo, vel quia charitate vulnerata ego sum.* Vnde iuxta varios absentiæ modos, etiam varia erunt vulnera & (*In Ps. 37.*) languores. Quod in genere sic explicat D. Aug.
» quidquid amamus & non habemus necesse est
» vt doleamus, nam ille amat & non dolet qui ha-
» bet quod amat. Qui autem amat, & nondum
» habet quod amat, necesse est vt in dolore gemat
» & ideo sponsa vulneratam se dicit charitate. A-
» mabat enim, & nondum tenebat, dolebat, quia
» nondum habebat, ergo si dolebat vulnerata e-
» rat, sed hoc vulnus ad veram salutem rapiebat,
» & qui hoc vulnere non fuerit vulneratus ad ve-
» ram sanitatem non potest peruenire. Hæc D.
» Augustinus.

Sed amplius id explicat D. Gregor. viam aperiens ad huiusmodi vulnera dignoscenda. Cor- (*Li. 6. Mor. c. 14.*) da nostra (inquit) male sana sunt cum nullo Dei amore sauciantur, cum peregrinationis suæ æ- D
» rumnam non sentiunt, cum erga infirmitatem
» proximi nec minimo affectu languescunt. Sed
» vulnerantur vt sanentur, quia amoris sui spicu-
» lis mentes Deus insensibiles percutit, moxque
» eas sensibiles per ardorem charitatis reddit. Vn-
» de & sponsa dicit: *Vulnerata charitate ego sum.* Ma-

le enim sana anima, atque in hu… …
cæca securitate prostrata, ne… …
nec videre requirebat: percussa aute… …
eius spiculis, vulneratur in intimis af… «
tatis, ardet desiderio contemplati… …
modo viuificatur ex vulnere, quæ prius mo… «
iacebat in salute, æstuat, anhelat, & iam vid… «
desiderat quem fugiebat.

Hinc primo deducitur qua ratione ani… quæ per peccatum lethale à Deo recesserat, & cum feruentis cordis contritione ad ipsum reuertitur, vere dicit: *Amore langueo, &… tate vulnerata ego sum.* Nam ex vehementia amoris quo flagrat, magno dolore sauciatur propter Dei offensam, & absentiam eius, quam sua induxit culpa. Pro qua dolet, gemit, lachrymas fundit, carnem flagellis vulnerat, ieiuniis macerat, ciliciis pungit castigatque, variis modis, vt de iniuriis Deo illatis vindictam sumat, & eum ad se reuocat. Hac amoris sagitta vulnerata erat Magdalena, mulier quondam in ciuitate peccatrix, cum ad Christum in domo Pharisæi accumbentem, (*Luc. 7.*) cucurrit, vt peccatorum veniam obtineret, internique amoris vulnera, per mira exterius manifestauit opera, sicut Ecclesia canit in hymno: *Amore currit saucia, pedes beatos vngere, lauare fletu, tergere comis, & ore lambere.* Antea quidem saucia erat carnalis amoris sagittis, habet enim & diabolus sua vulnera, quæ suis amatoribus infligit. Sed vulnera carnalis amoris vulnera sunt inui- (*Ex D. Ambros. in prior. apologia Dauid. refertur in collect. super Cant.*) diæ, & ambitionis, vulnera quæ perdunt hominem, non sanant, extinguunt, non viuificant, at Christus ad curanda hæc vulnera alia infligit vulnera charitatis, quibus peccata remittuntur, extinguitur culpa, sed viuificatur anima. Vnde quæ ad Christum venerat ægra, rediit sana, venit tracta ab ipso, & charitate sauciata, sed charitatis sagitta expulit peccatum ab anima. *Remissa n. sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Bona vulnera charitatis ait D. Ambr. quæ non sunt ti- (*In 1. apolog. Dauid c. 16.*) menda, sed optanda, cum in illis sit vera salus, & vita. Bona vulnera timoris pœna, sed multo meliora amoris, aut timoris non seruilis, sed filialis, qui amori sociatur, de quo ait Dauid: *Confige timore tuo carnes meas.* Sicut sunt (inquit Am- (*Serm. Ps. 1…*) bros.) claui timoris, quibus compungimur, ita
» sunt claui timoris, quibus configimur, qui cō-
« pungitur, excitatur; qui configitur, mortificatur,
« vt peccato deficiat, Deo viuat, his clauis confi-
« gitur qui meretur audire dicentem Iesum: *Pone*
(*Cant. 8. v. 6.*) *me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super*
« *brachium tuum; quia fortis est vt mors dilectio, dura sic-*
« *ut infernus æmulatio.* Non te offendat duritia cla-
« uorum, quia est duritia charitatis, nec validus
« clauorum rigor, quia valida est etiam charitas
« sicut mors: charitas enim culpam, & omnia pec-
« cata mortificat. His clauis charitatis cor figatur
« anima nostra, & caro nostra vt & ipsa dicat: *Cha-*
« *ritate vulnerata ego sum.* Habet clauum suum cha-
« ritas, habet gladium suum quo anima vulnera-
« tur. Fœlix qui hoc gladio meruerit vulnerari,
« his nos vulneribus offeramus, quibus quicum-
« que mortuus fuerit mortem æternam gustare
« non poterit. Hæc carptim ex Diuo Ambro-
sio.

Ad hanc autem vulnerationem efficiendam etiam coadiuuant ipsius Dei ministri, tum Angeli

A geli custodes, tum prælati, & alij magistri, qui cooperatores sunt in reductione animarum ad ipsum, ad quos referri diximus præcedētia verba: *Ordinate in me charitatem.* Vnde sicut ad istos pertinet intellectus, vel exterius aciem diuinę charitatis ordinare, nobis ostēdendo tum diuinam pulchritudinem, & infinitam excellētiam, tum immensa eius in nos collata beneficia, vt ad amorem alliciant; ita per hęc eadem animam vulnerant, & sauciant vulnere charitatis, quod ipsa sponsa testatur inferius, dum quęrens sponsum, & non inueniens, ait: *Inuenerunt me custodes, qui circumeunt ciuitatem, percusserunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt pallium meū mihi custodes murorum.* (Cant. 5. v. 7.) Postea vero petit à filiabus Ierusalem, *Vt nuncietis*, inquit, *dilecto, quia amore langueo*, vel *charitate vulnerata sum.* Angeli enim, aut Apostolici prædicatores, qui custodes sunt Ecclesiæ, legum, & sacramentorum eius, animam percutiunt cum cœlestia bona prædicant, vulnerant cum sagittas contritionis infigunt, vt per salutarem confessionem peccato moriatur, & viuat Christo, B tollunt etiam pallium vitiosæ verecundiæ, quo peccata tegebat ac cætera impedimenta auferunt, vt expedita ad Deum currat. Hanc (inquit D. Gregor.) solliciti doctores inueniunt, & per prædicationis verbum cœlestis amoris spiculis vulnerant, etsi quod ei de vetusta conuersatione tegmen inest; subtrahunt, vt quo exuta ab huiusmodi onere redditur, eo is qui quæritur ab illa, citius inueniatur. (Ex D. Bernard. serm. 15. in Psal. 40 qui habitat.)

Hoc autem fuit singularis feruoris indiciū in Magdalena, quam ipse Christus, qui omnium est custos in aliqua forte concione percussit, & vulnerauit, ablatoque omni impedimentorum pallio illam ad se traxit, fecitque vt inueniret quem diligebat anima eius, qui & sanauit eam, dicens ei: *Remittuntur tibi peccata tua, vade in pace.* Nec quotidie cessat plurium iniquorum corda huiusmodi sagittis sauciare, vt eos sanet. Nam C sagittæ Domini, sagittæ salutis sunt. Ipse etiam *Vulnerat, & medetur; percutit, & manus suæ sanabunt.* (4 Reg. 5. v. 7. Iob 5. v. 18.) Quod de hoc modo vulnerandi etiam intelligi potest; nam cum Deus vulnerat peccatoris corpus, intendit vulnerare intus cor ipsius vulnere timoris, & postea amoris, vt totum hominem sanum faciat.

Sed iam quid anima ita sauciata petat explicemus: ait enim *Fulcite me floribus, stipate me malis*, seu *confirmate me in vnguentis, stipate me in malis.* Ad quos dirigit sponsa verba ista, ad sodales quippe sponsi, vel ad adolescentulas socias, anima vero ad eos, quos diximus custodes ciuitatis scilicet ad Angelos, vel ad prælatos, & prædicatores, seu patres spirituales: aut forte ad proprias potentias, seu facultates suas quasi exhortans eas, vt inquirant remedia suo languori cōgrua. Hæc autem ad tria reducuntur, quæ per flores poma mali, & vnguenta repræsentantur. Bernardus, (Serm. 51. in Cant.) Anselmus, Beda & alij patres per flores fidem, D per poma alia opera bona intelligunt, nam sicut post flores nascuntur fructus, sic post fidem, ne sit mortua sequi debent opera, sed dicuntur poma mali vt sint ex amore procedentia, & ad Christi Domini imitationem desumpta. Per vnguenta vero sacramenta ab ipso instituta intelligimus, quę tuam valde animam fulciunt, confortant, ac confirmant, vt mox dicemus.

De vulneribus charitatis iustorum, vt in virtutibus magno feruore proficiant. §. 3.

POst gratiam iustificationis acceptam, varios etiam amoris languores & charitatis vulnera patiuntur iusti spiritu feruentes, qui proficere in dies satagunt, nec tamen assequuntur quātum cupiunt, & de huius sui progressu quasi absentia tristantur, & dicunt quia amore langueo, & quia ardens charitas valde vrget animam, vt proficere satagat, ictus huius vehementis desiderij saucia inqt: *Charitate vulnerata ego sum.* Crescit autem huius languoris, & vulneris vehemētia cum Christi mysteria meditantur, maxime passionis ipsius ex triplici capite. Primo, quia intuentes insignes eius virtutes, ab illis magnis amoris spiculis vulnerantur, vt eas ardenter exoptent imitari, sicut in contemplatione diuinitatis, vt notat Origenes, quidam vulnerantur à Dei sapientia. Alij ab eius omnipotentia, vel pulchritudine, aut misericordia, vel quouis alio attributo, in cuius admirationem, & amorem rapiuntur, ita etiam in meditatione humanitatis Christi, ac virtutum eius quidam vulnerantur ab illius paupertate, vel humilitate. alij ab eius mansuetudine, vel patientia, alij ab eius obedientia, vel misericordia, quarum amore, ac desiderio vehementer flagrant, dolentq; quod non illas sectentur, vt exoptant, vnde vulnerati languescunt, quamdiu voti compotes non fiunt. (1. — Hom. 3. ex quatuor in Cant.)

Alio modo pia anima Christi charitate vulneratur per compassionem, & dolorem de tormentis & ignominijs eius. Ita n. sentit Christi vulnera, vt cum vulnerato vulnerata videatur, & percussa cum percusso, sicut de beatissima Virgine dictum est: *Tuam ipsius animam pertransiuit gladius.* (2. — Luc. 2. v. 35.) Quis gladius nisi doloris, & compassionis, qui animam eius vulnerauit? Vnde iuxta crucem stans dicere recte potuit: *Vulnerata charitate ego sum.* Qua charitate nisi Christi vulnerati, qui charitas ipsius erat? & quia cum ambo vna anima essent per amorem; quando claui vulnerabant corpus filij, charitas vulnerabat animam matris, vtinam & nos eodem gladio, & clauis amoris vulneremur, vt possimus cum Apostolo dicere, *Christo confixus sum cruci.* (D. Bern. l. de diligendo Deo fere à principio. Ad Gal. 2. v. 18.)

Sed vlterius etiam procedunt charitatis vulnera per imitationem, dum anima amore Christi crucifixi æstuans, desiderat etiam ei assimilari, & similia vulnera in proprio corpore experiri, vnde volūtarias afflictiones libenter sumit, quæ charitatis dicūtur vulnera, & parata est ad martyrum vulnera recipienda pro Christi amore; quæ D. Paulus vocat stigmata Iesu corpori eius impressa: stigmata enim sunt notæ, aut cicatrices quæ ex verberibus, aut vulneribus proueniebant, quæ Iesu dicuntur, quia propter ipsius amorem, & ad ipsius imitationem sunt inflicta. (Ad Gal. 2. v. 17. De Christi vulneribus.) Nam & ipsa Christi sacratissima humanitas, tū in circumcisione, tum maxime in passione, sed potissime in horto Gethsemani sanguinem sudans dicere iure potuit: *Vulnerata charitate ego sum.* Vulnera n. quæ recipit in corpore & sanguis qui profluebat ab illo, indicabat vulnus feruentissimæ charitatis, quo saucia erat eius anima: *Vulneratus enim est propter iniquitates nostras, & attri-* (Isa. 53. v. 5.)

tus est propter scelera nostra, & liuore eius sanati sumus. A Nec mireris quod etiam anima eius charitate vulnerata dicatur, cùm ipse bis id fateatur in hoc Cantico, dicens, *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum.* Mutuo enim se ardenter amantes, etiam mutuo se spiculis amoris vulnerant: & sicut feruens anima vulneratur à Christo, ita ipse Christus dicitur vulneratus ab illa. Vulneremus ergo nos amore Christi in corde, & vulneribus eius etiam in corpore sicut Martyres & insignes Confessores, qui non possent tam dira vulnera in corporibus suis tolerare, aut sibi inferre, nisi haberent charitate vulneratas; quam vulnus amoris non vires aufert, sed auget, cum *fortis sit vt mors dilectio.*

Cant 4. v. 9.

Cant. 8 v. 6.

Serm. 5 in Ps. 118. v. 1

Complectitur cuncta hæc D. Ambros. hunc locum ita explicans; Mansiones crucis Christi, » & sepulturæ eius sunt, in quibus vulnerata est » Ecclesia, [illegible] vulnere charitatis. Nos quoque » vulnus fatemur, cum prædicamus Christum » crucifixum. Hoc vulnere Ecclesia vulneratur, B » cum Saluatoris sui prædicat mortem, sed hoc » vulnus est charitatis. Nudemus membra nostra » bono vulneri, nudemus sagittæ electæ, quæ Christus est. Bonum est hac vulnerari sagitta: nec o» rones dicere possunt, quia vulnerati sunt dile» ctione. Dicebant Apostoli cum pro Christo la» pidarentur; dicebat Paulus cum ter virgis cæde» retur; dicunt hoc Martyres, qui vulnerantur pro » Christo: & quia vulnerati pro eius meruerunt » amore, plus diligunt. Felices qui ita vulnerantur, siquidem simillimi ipsi Christo efficiuntur: Felicissimusque D. Franciscus, cui hoc triplici vulnere suscepto, prodigioso quodammodo ipsa quinque Christi vulnera impressa sunt, vt vere dicere posset, *Stigmata Iesu in corpore meo porto*; vt seoriter in se quod & in Christo Iesu, eiusq; dolorum particeps fieret, & intus ac foris corde ac corpore Christo crucifixo similior esset, meritoque dicere posset, *Charitate vulneratus ego sum*: charitas enim Christi seraphici huius viri ardentem respiciens charitatem; suis eum vulneribus insigniuit.

De fulcimentis charitatis languentis. §. 4.

Ad Gal. 6. v. 17.

Sed iam audiamus quid languens anima dicat, *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.* Flores & poma petit, non quæcunque sed arboris mali, qui dilectum suum Christum crucifixum amore flagrantem, repræsentat, cuius paulo ante mentionem fecerat, cum dixit, *Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios.* Iam gustauerat fructus eius, siquidem dixerat, *Sub vmbra illius quem desideraueram sedi, & fructus illius dulcis gutturi meo.* Nunc autem florum & pomorum eius ardore fulciri desiderat, quia amore eius languet. Per flores & poma recte intelligimus verba & exempla, dicta, & facta ipsius Christi, quorum iugis meditatio, & feruens imitatio magnum solatium ac fulcimentum præstat iis, qui ipsum ardenter amant, quamdiu D in hoc exilio eius absentiam patiuntur: & quia frequentes sunt angustiæ ac tribulationes, necnon & occasiones remittendi spiritus feruorem, magnam horum florum, & pomorum copiam præ manibus habere desiderant, ne vllo modo deficiant, vel tepescant. Diximus etiam supra, malum & poma eius symbolum esse amoris: ardenter igitur am[illegible]s, mal[illegible] ful[illegible] d[illegible] sid[illegible] operibus amantis tanquam fu[illegible] sustentatur operibus inquam, v[illegible] q[illegible] faciat, vt testetur suum amorem erga [illegible] vel quæ ipse Christus effi[illegible]at, tanquam [illegible] sui amoris erga illam. Hinc ergo habes d[illegible] potissima fulcimenta charitatis, ne deficiat & pereat; quæ per flores & mala significantur: n[illegible] pe orationem, & operationem, seu med[illegible] nem Christi, & eius imitationem: quæ si au[illegible] tas, statim incipiet charitas tepescere, & [illegible] spiritus diminui. Vtraque autem nece[illegible] est, quoniam vna alteram fulcit, & altera su[illegible] languescit; ideoq; neutra se sola integrum fulcimentum animæ præstat. Nam (vt inquit Diuus Gregor.) valde apud Deum vtraq; hæc sibi necessario congruunt, vt & oratione operatio, & operatione fulciatur oratio. Vnde & Ierem. ait, *Leuemus corda nostra cum manibus ad Deum in cælo.* Corda autem cum manibus leuat, qui orationem B suam operibus roborat: nam quisquis orat, sed operari dissimulat, cor leuat, & manus non leuat: quisquis vero operatur, & non orat, manus leuat, & cor non leuat. Vtrumque ergo simul est leuandum, alioqui oratio sine operatione corruet, & operatio sine oratione peribit. Recte ergo sponsa ait: *Fulcite me floribus, & stipate me malis:* non inquit flore, vel malo, sed floribus & malis; quoniam oratio plurea inuoluit cogitationes, meditationes, & affectus erga Deum & mysteria ipsius: operatio vero plurimos etiam includit actus, & opera diuini cultus, & obedientiæ, misericordiæ, & iustitiæ erga proximos, quæ omnia charitatem suffulciunt.

Li. 18. Mor. c. 5.

Thren. 3

Habet autem emphasim particula, *quia*, cum dicit, *quia amore langueo*, denotat enim causam eius quod desiderat: nam vehementia amoris, languor & vulnus ipsius efficit hoc vehemens desiderium, florum, & pomorum, maxime eorum quæ ab arbore malo decerpuntur. Primo C quidem, quia in hoc exilio nullum est maius solatium dum Christum non videmus, quam flores & poma mysteriorum ipsius meditatione & imitatione nobis applicare: hoc enim valde ei est gratum, & nobis valde proficuum; deinde quia ipsa charitas vehementer desiderat sui conseruationem, augmentum & perfectionem, ac perpetuitatem. Hæc autem quatuor bona per hos flores & poma consequitur; quæ illam corroborant, fulciunt, nutriunt, augent & perficiunt, & perennem tribuunt durationem. Cum ergo anima charitate est vulnerata, ipsum vulnus eam excitat, vt hos flores & poma concupiscat, cogitationesque & affectus, ac operationes sanctas appetat, iuxta illud Iob ex versione 70. *Omnis homo videt in ipso, quicunque vulnerati sunt mortales.* Nam mortalea qui charitate vulnerati sunt, maxime appetunt contemplationem Dei, & effectum eius in ipso, vt supra explicatum est.

Iob 36. v. 25. In Iob. Exhort. 10. 9. 1.

Nos autem qui hoc languore & vulnere saucij non sumus, vt vulnerati, & salubriter languere amore mereamur, hos flores & poma ex hac diuina malo decerpamus: nam oratio & operatio, quæ vehementer charitatem fulciunt, eam quæ remissa est, etiam accendunt, infligentes salutare vulnus, quod nos amplius ad earum exercitium stimulet, vt in dies ipsa charitas crescat. Quare non immerito nobismetipsis

m tipli quentes, & quasi nostras facultates A exho tantes dicere possumus; Eia animæ meæ vires: *Fulcite me floribus, & stipate me malis, quia amore langueo*: excitate actus, eructate affectus, pr... te opera, quæ me fulciant, & confir..., quia amore Dei languere desidero. Fauet ver... Septuaginta, *Confirmate me in vnguentis*, si ad tres diuinas personas referatur, efflagitando, vt nos gratiis, & donis cœlestibus confirment, quæ cor vngunt, & charitatem stabiliunt, ne vnquam deficiat; sed permaneat semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

EXHORTATIO XXXVIII.

Pro Festo corporis Christi. *De languore amoris ob desiderium Eucharistiæ, & fulcimento ipsius per frequentem communionem.*

ALIA vulnera, aliosque languores efficit, vsque hodie in viris iustis ardens Christi amor, prout in sacrosancto Eucharistiæ sacramento continetur: nam quamuis præsens nobiscum sit in templo, & sacrario, & conspiciatur etiam in sacrificio Missæ, absens tamen reputatur, quandiu sacramentum ipsum non recipitur; & ideo anima Christi amans, ait, *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo; confortate me in vnguentis, stipate me in malis, quia charitate vulnerata ego sum.*

§. 1.

PER vnguenta & poma mali sacramenta intellige, quæ spiritualia sunt vnguenta valdeque odorifera ad hoc instituta, vt nos vel à peccatorum vulneribus sanent, vel in bono confirment, inter quæ primas tenet Eucharistia vnguentorum suauissimum, & mali fructus C dulcissimus ad fulciendam ac nutriendam animam amore Christi fauciam. Continet enim intra illud externum tegumentum ipsummet Christum, cuius nomen est oleum effusum, vnguentum exinanitum, flos campi, & malus inter ligna syluarum, qui etiam (vt supra diximus) ex mirabilibus bonis, quæ continet, & donis quæ confert, fortissimam ordinat charitatis suæ aciem aduersus piam animam, vt eam dulci spiculo amoris sui vulneret, vehemens illi imprimens desiderium recipiendi ipsum in sacramento, & fruendi bonis in eo contentis. Huiusmodi autem ardens fames, & sitis huius cœlestis cibi, ac potus, vulnus est charitatis, dulce quidem, sed forte, penetratiuum, & incurabile, nisi ipsius dilecti, qui charitas est, præsentia & sacra communione curetur: & quæ semel eius est experta dulcedinem, virtutem, ac efficaciam, si diutius ei communio differatur, incipit languere, ac deficere, instanterque dicit, D *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.* Ad vos loquor, ô sacerdotes Dei altissimi, langueo præ amore dilecti mei in hoc sacramento absconditi, liquor animo, deficio, venite sub petras, accurrite fidi comites sponsi, flores & poma languenti admouete; sed qui flores? quæ poma? ipse dilectus in hoc sacramenti va-sculo clausus, est mihi flos, est mihi pomū, est mihi vnguentum; ipso me fulcite, ipso me stipate, ipso me confortate; quia ipsius fragrantia spiritum resumam, eius esu corde refectar, exhilarabor, & confortabor, & in ipso tanquam in thoro floribus & malis constrato, suauissime requiescam.

Amplius hoc declarat versio quorundam, iuxta vim vocis Hebrææ, scilicet, *Fulcite me in lagenis, aut vasis vitreis*, scilicet continentibus optimum vinum lætificans cor, & odore suo etiam illud confortans. Nonne lagena, & vas vini sacramentū istud, quod sub speciebus panis & vini institutum est? imo ipsæ species panis sunt lagena vini; nam cum corpore Christi continent ipsum sanguinem intra venas, tanquam vinum in suo vase inclusum. Hoc ergo fulciri desiderat; quia panis iste, & vinum hoc mentem corroborat, languentem erigit, & stabilit: cui aptari potest quod Isaac de filio suo testatus est, *Frumento* B *& vino stabiliui eum*: vnde olim Martyribus præbebatur antequam deferrētur coram tyrannis, ne in tormentis deficerent: & modo etiam ægris in periculo mortis constitutis præstatur, vt firmi in Christi amore perseuerent. Gen. 27. v. 37.

Contra negantes frequentiam Eucharistiæ, iis qui Christi amore languent. §. 2.

HINC fit crudeles esse sacerdotes, & infidos sponsi comites, qui animam ita vulneratam, amore languentem, & hac fame, ac siti spiritualiter vexatam, deficere permittunt, negantes ei quod tam ardenter desiderat; quadrat in eos lamentatio Ieremiæ, dicentis, *Matribus suis dixerunt, Vbi est triticum, & vinum? Cum deficerent quasi vulnerati in plateis ciuitatis, cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum.* Et iterum, *Filia populi mei crudelis, quasi struthio in deserto; adhæsit lingua lactentis ad palatum eius in siti: paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.* Si esset intolerabilis sæuitia vulnere lethali sauciatis medicinam pœnitentiæ negare, cum eam dignè & opportunè petunt, nonne erit etiam inhumanitas, vulnere diuini amoris sauciis medicinam Eucharistiæ procrastinare? nonne vulnus & languor iste ab ipso Christo, eiusque inspiratione procedit, vt digne hoc amoris pharmacū accipiatur, eniusque copiosus fructus nonnisi à charitate vulnerantis percipitur? Quare ergo minister Christi eiicit quem ipse Christus tam ardēter ad se trahit? Si sacerdotes huius sacramenti ministri matres sunt, cur dura struthionum viscera induerunt? matres sunt, sed vice Christi. Cur igitur ipsius triticum & vinum abscondunt, quod ipse paruulis instituit distribuendum? Cur excludunt à cella vinaria sacramenti, quem Deus introduxit in cellam vinariam sui amoris? Clamat paruulus, confirmate me in vnguentis, stipate me in malis, quia charitate sum vulneratus. Cur sacerdos, non Aaroniticus, sed Euangelicus, aures suas obturat, & transiens vulneratum relinquit desolatum? Pius Samaritanus appropiat vulnerato, vt alliget vulnera eius, oleo & vino vngat ac confortet. Appropiet etiam ipse iis, qui amore Christi sunt vulnerati, vt illis medeatur hoc viuifico vnguento, & hoc salutari malo eos vngens, ac confortans. Thren. 2. v. 12. Thr. 4. v. 3. Luc. 10.

Non negamus manus sacerdotis esse probare, & examinare languorem illum, an vere sit ex amore Christi, vel ex amo[re] ... sed palliato, qui quaerit dulcedinem Ch... quam Christum, vel qui ex naturali c... dilectione nimis affectuola procedere ... Nam sicut ... non est negandum, ita ... differendum, cunando vt affectum purificent, digniq; sint, quibus crebro hoc fulcimentum praestetur. Satius tamen est aliquando dare eleemosynam ficto pauperi, qui putatur verus, quam negare vero pauperi, dum putatur fictus, sed ex fructibus eorum dignosceret illos: etenim qui vero Christi amore languet, dum communicare desiderat, etiam in alio sensu iam relato eadem verba dicit, *Fulcite me floribus, &c.* Vehementer enim desiderat, & curat se ad communionem praeparare per meditationes, actus, & opera Christo digna, & illi valde conformia, optat conformari vnguentis, id est affectibus deuotionis & amoris: & conscientiae thorum consternere satagit odoriferis malis; id est, praeclaris operibus ex Christi amore progredientibus, vt in eo thoro ipsa conquiescat, & Christus Dominus gaudenter permaneat, eandemq; precationem ad ipsos sacerdotes, ac patres spirituales dirigere potest. Ac si dicat, Ego quidem amore Christi langueo, & illum vehementer recipere desidero: vos autem fulcite me floribus & malis, confirmateque vnguentis, instruite, & docete quae me oportent cogitare, & facere, vt digne quod exopto obtinere valeam.

Ego autem hoc vnum fulcimentum omnibus consulerem, vt thorum cordis iis consternant malis, quibus Christus constrauit sibi thorum crucis. Siquidem sacramentum istud memoriale est Dominicae passionis. Thorus autem crucis constratus fuit miris pomis obedientiae, mansuetudinis, & patientiae; stipatus etiam est lachrymis, gemitibus, & compassionis affectibus, ac precibus pro peccatoribus fusis. Fauet quod dicit Origenes in Graeco haberi, *Confirmate me in myrrhis*: quod Latine vertunt in vnguentis. Myrrhae autem flores, & vnguenta ad amaritudinem passionis referuntur; de quibus supra dixerat sponsa, *Fasciculus myrrhae, dilectus meus mihi.*

Hom. 3. in Cant.

Cap. 1. v. 12.

Denique alio etiam praesidio vtendum est intercessionis sanctorum, cuius meminit sponsa inferius, dicens, *Adiuro vos, filiae Ierusalem, si inueneritis dilectum, vt nuntietis ei quia amore langueo.* Per filias autem Ierusalem intelligit angelicas hierarchias, & beatorum animas, atque etiam aliorum iustorum, qui in terris degunt, a quibus petit, vt dilecto suo nuncient, vehemens quo fragrat desiderium recipiendi ipsum, si forte dignetur eam inuisere, suaque dulci satiare praesentia. Sed de hac intercessione & prece, fuse suo loco agendum est.

Lib. 8. Exhort. 10.

Sed quid dicemus nos miseri, quos non fames huius sacramenti, sed potius fastidium vexat? non amoris languor, sed torporis, non charitatis vulnus, sed tepiditatis ita premit, vt Christi praesentiam non desideremus, nec de absentia doleamus? quis vulnerabit nos hoc vulnere charitatis? & quis languere faciet hoc languore amoris? ad ipsum profecto Christum qui medicus est, & medicina, spectat ita animas sauciare, sauciat autem eas quae diligenter se praeparant, vt digne eum recipiant. Effectus enim ... Eucharistiae, eum digne ... vulnerare, vt ... appetat ea ... sicut scriptum est, *Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient.* ... eo ante ... nos non esurimus, nec ... ipsius ... mus, quia raro & tepide ... hospitis maiestatem satis ... eramus, sedula enim ipsius consideratio famam, ... amorisque languorem excitaret, vt eius ... mur praesentia, qui est vita, salus, spes, ... & gloria nostra. Fulciamus ergo nos supradictis floribus, & stipemus nos ... quia amore languemus, saltem vt amore ... goesmus, digne recipientes intra nos sponsum, qui cibus & potus noster factus est, vt nos perpetuo sibi amore vniret in saecula saeculorum. Amen.

Eccl. 24. 28.

EXHORTATIO XXXIX.

De effectibus ardentis charitatis in suprema contemplatione splendentibus quae sunt animam vulnerare, ligare, languidam & deficientem facere: & de pluribus amoris, ac zeli languoribus, & fulcimentis eorum.

Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo: Confirmate me, &c.

AD statum supremae contemplationis ascendamus, in qua Deus in animam charitatis suae aciem ordinat, & miris fauoribus prosequitur; vnde ad redamandum tanto spiritus feruore compellitur, vt ipso amore saucia quasi deficiat, & dicat, *Amore langueo, vulnerata charitate ego sum.* Sagittarius in ipsa contemplatione fuit Deus; acutam sagittam in eo iecit, & haerentem reliquit, ipse sagittam secutus est, & ambo intra dilectam & diligentem manent. Sagitta haec ignita est, *Nam sagittas suas ardentibus effecit:* febrim inducit, aestum & languorem, quia in ipsis praecordiis exardescit valde feruor charitatis, sed frigescit concupiscentiarum ignis. Tam potenti autem impetu eo penetrat, affectum inflammat, animamque ipsam eo vsque medullitus transfigit, vt vim quandam, ac violentiam, sed suauissimam inferat amanti: nec quiuis Dei amor talis dicitur, sed ille qui ordinarios gradus transcendit, dilectionem parentum vincit, amorem prolis superat, affectum carnis supergreditur, vel extinguit, insuper & animam suam in odium vertit; O violentia dilectionis, o supereminentia charitatis Christi! haec charitas animum vulnerat, ligat, languidum facit, & defectum inducit. Hos quatuor effectus numerat Richardus de S. Victore, in tractatu quodam de quatuor gradibus violentiae charitatis, fuse singulos explicans, quem D. Bonauentura in compendium redegit: nos breuius, sed distincte attingemus.

Ps. 7. v. 14.

Richardus tract. de ... amor. 4. d. 3. art. 2.

De

De quatuor gradibus seu effectibus perfectæ charitatis §. 1.

CHARITAS igitur perfecta, quæ violenta
dicitur, à qua potissime regnum cœlorum
Mat.11. v. 12. Luc.16.v.17. vim patitur, & qui ab illa denominãtur, violen-
ti rapiũt illud, quatuor habet effectus, quorum
nomina crebro inueniuntur in sacra Scriptura,
maxime in hoc Cantico, & respondent quatuor
conditionibus, quæ exprimuntur in præcepto
diligendi Deum ex toto corde, ex tota anima, ex
tota mente, & ex omnibus viribus nostris. Pri-
1. mus est de quo hic dicitur, *Charitate vulnerata ego
sum.* Tunc autem charitas animam vulnerat,
quando gueurdiuini amoris aculeus cor medul-
litus penetrat, vt desiderio ardeat, affectu æstu-
et, nihil aliud præter Deũ concupiscens: & quia
desiderii sui ardorem cohibere, vel dissimulare nõ
potest, aliquãdo externa signa profert, quæ sunt
profundi gemitus, lõga suspiria, vultus pallens,
atque rubescens: in hoc autem gradu diligit
Deum ex toto corde, quia omnes cordis affe-
ctiones ad vnum Deum reducit, & hoc vnico
summo bono voluntas satiari optat.

2. Hinc charitas ligans dicitur, quando non
tantum cũctas affectiones reducit ad vnam, sed
etiam cogitationes ligat ad Deum summe dile-
ctum, vt illius obliuisci, vel aliud cogitare non
valeat, eo modo quo diro affectus vulnere, &
languore nihil nisi de illo, aut de remedio cogi-
tare potest; & sitibundus totus in sitis vexantia,
& aquæ refrigerantis cogitatione versatur. Et
sicut qui catena est ligatus, ab eo loco in quo
est, elongari nequit; sic vtique qui ita Deum
vehementer amat, à Dei memoria, & ab inti-
ma Deo placendi solicitudine auelli non po-
test, sed quocumque se vertat in eo quod agit,
vel dicit, Deum mente reuoluit, perenni que
memoria retinet, hoc dormiens somniat, &
hoc vigilans semper tractat; quoniam vinculis
Osea 11. v. 17. charitatis, quæ vinculum est perfectionis, à Deo
trahitur, & ipsi ita ligatur, vt ab eo separari nec
Ad Col. 3. v. 14. velit, nec libeat, nec vix valeat, non quia libe-
rum arbitrium amittat, sed quia à Dei vehemen-
ti amore possessus aliud meditari, aut amare
negligit, & ideo dicitur in hoc gradu dilige-
re Deum ex tota anima, quæ facultatem appre-
hensiuam & appetitiuam comprehendit, & v-
triusque actus ad Deum ligat, & in ipsum trans-
fundit.

3. Et tunc viget charitas, quæ languidum facit,
de qua hic dicitur, *Quia amore langueo.* Nam sic-
ut naturalis languor corpus inuadit & vexat, ci-
borum fastidium generat, debilitat vires, & ad
negotia peragenda ineptum reddit; sic languor
spiritualis diuini amoris inuadit animam, quid-
quid est carnis, vel mundi fastidit, & nihil illi sa-
tisfacere potest præter Deum, in quo requiescit,
reficitur & satiatur, vt nihil illi dulcescat, nec
sapiat nisi hoc vno condiatur; vnde & circa sei-
psum amãs languet, quoniã quanto magis pro-
ficit in amore Dei, tanto magis deficit in amore
sui, ea quæ sunt carnis respuit, secularia negotia
fugit, omneq; studium atque exercitium com-
primit, quod diuino amori non militat. Vnde
etiam fit, quod aliquando caro ipsa languescat,
ac deliquium patiatur, eo quod spiritus amore

A absorptus carnis curam negligit, nec animales 2. Reg. 13.
actiones competenter agere sinit; maxime quã- *refertur Amon infirmatum ob amorem Thamar.*
do amori spirituali coniungitur amor & affe-
ctua sensibilis, qui est in appetitu sentiente, & fit
cum commotione sanguinis, ac spirituum vita-
lium, quos absumit, & vires extenuat; ideoque
quantum licuerit, reprimendus est.

Cæterum diuinus amor circa ea quæ sunt
Dei non languidam facit animam, sed viui-
dam, & validam, vt cum Apostolo dicat, *Cum* 2. Cor. 12. v. 10.
infirmor, tunc potens sum: nam infirmatur ad pro-
pria, & potens est ad diuina, iuxta illud, *Defe-* Ps 72. v. 26
*cit caro mea, & cor meum; Deus cordis mei, & pars
mea Deus in æternum:* vbi Diuus Hieronymus ver-
tit, *Robur cordis mei, & pars mea Deus in æternum;*
quia deficiente carne & corde circa mundana
Deus factus est robur cordis, vt corrobora-
tum maneret ad spiritualia. Vnde fit etiam i-
B psam carnem delectabilius, ac promptius quæ
sunt Dei peragere: nam perfectus Dei amor
non sentit amaritudinem, sed dulcedinem;
cum dulcedo comes amoris sit, sicut odii ama-
ritudo. Et qui amat (teste Diuo Augustino) *De bono*
non laborat, aut ipsum laborem amat. Omnis *viduitatis*
labor, non amantibus est grauis, solus amor no- *cap. 21. to. 4.*
men difficultatis erubescit, stimulos ad laborem
addit; & ideo dixit Apostolus, *Charitas Christi
vrget nos;* quia in officio languere non sinit, licet
ad cætera quæ Christi non sunt, langueat; qua-
re in hoc gradu diligitur Deus ex tota mente;
quia sopita carne, & reductis ad vnum occupa-
tionibus, mens ad ea quæ Dei sunt præualet, &
fortis manet.

Tunc autem defectum post languorem cha-
ritas inducit, quando animam amori proprio
mortuam, solique Deo viuentem reddit, iuxta
illud, *Mortui estis, sed vita vestra abscondita est cum* Ad Col. 3. v. 3.
Christo in Deo; &, *Viuo non ego, sed viuit in me Chri-*
stus; quia anima non iam viuit in proprio cor- Ad Gal. 2. v. 20.
pore, sed in Deo, quem plus quam se ardentissi-
C me amat: perfectus enim amor est quædam ci-
uilis mors, per quam amantis anima emigrat in
amati corpus: per Christi autem amorem emi-
grat in ipsum Christum. Propter quod dicitur,
Fortis vt mors dilectio; quia omnes alios amores Can 8. v. 6
extinguit, vt vnica viuat dilectio Dei, per quam
dulcescat, quidquid agere vel pati pro ipso de-
cet: vnde gloriatur in tribulationibus, placet si-
bi in infirmitatibus, gaudet in contumeliis, &
omnia posse arbitratur, in eo qui eam con-
fortat, quia maximam ex hoc amore concipit
fiduciam, iuxta illud, *Defecit in salutare tuum a-* Ps. 118. v. 81.
nima mea, & in verbum tuum supersperaui: ex eo e-
nim quod amor ita excreuit, vt defectum indu-
ceret, nimium in ipso confidisse dicit, & in hoc
gradu diligitur Deus ex omnibus viribus; quia
charitas tunc omnes sensus & vires animæ ad
seruiendum amori compellit, perfectamque
circa reliqua ipsarum mortificationem indu-
cit, vt non sibi, sed Deo viuant, dicens cum
Psalmista, *Anima mea illi viuet, & semen meum ser-* Ps. 21 v. 31.
D *uiet ipsi;* & cum Paulo, *Mihi viuere Christus est* Ad Phil. 1.
mors lucrum.

Vnde sicut ferrum quod de se est frigidum, Simile.
nigrum, & durum ad alienasq; figuras, vel ima-
gines recipiendas ineptum, si in ignis incendio
moram facit, paulatim incalescit, nigredinem
deponit, & sensim incandescens similitudinem

Ignis

ignis induit, donec tandem totum liquefiat, & à seipso pene deficiat, in aliamque transeat qualitatem: sic anima diuini amoris rogo, intimæque dilectionis incendio absorpta; primo incalescit instar eorum qui dixerunt, *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in via?* Deinde iucandescit magna diuinæ maiestatis cognitione clarificata, qua in ipsius gloriam & imaginem, vt dixit D. Paulus, transformatur, tunc liquefit cor, & languescit, quia nihil duritiei, nihil proprii vigoris in ea manet, sed tanquam mollis & liquefacta duris cedit, & alieno arbitrio se regendam subiicit, diuinæ se voluntati committit, nihilque nisi ex eius præscripto libet agere; & hoc est quod dicitur in hoc Cantico, *Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est.* Sicut ergo artifices liquefactis metallis, propositisque coram formulis, quamlibet imaginem, aut vas iuxta destinatam formam producunt; sic anima tali amore affecta ad omnem diuinæ voluntatis nutum se accommodat, & iuxta Dei beneplaciti modum omnem suam voluntatem informat, Christique humilitati, obedientiæ, ac cæteris eius virtutibus se conformare satagit, vt hoc in seipsa sentiat, quod & in Christo Iesu, cum quo vnus spiritus facta est. En tibi exemplar perfectissimæ charitatis, quæ nonnisi raro paucis conceditur, quos Deus sibi segregat, & soli contemplationi dedicat. Pluribus eam concedit ad horam, sed rara hora, & breuis mora. Nobis sat est dum contemplationi vacamus, ad præcellentiorem quem potuerimus amoris gradum anhelare.

Luc. 24. v. 32.

2. Cor. 3. v. 18.

Cant. 5. v. 6

Vide locū Iob optimum iuxta Septuag. in lib. 2. Exhort. 10.

De triplici languore amoris in iis, qui contemplationi & lucro animarum vacant. §. 2.

SEd hinc deducere licet alia charitatis vulnera, aliosque languores, quos contemplatiui crebrius & vsitatius patiuntur, maxime propter Dei absentiam iuxta supradicta, tribus autem

1. modis hic languor contingit. Primo quidem postquam anima diuinam experta dulcedinem & præsentiam, dulcemque contemplationis gratiam adepta est, Deus subito se abscondit, dulcedinem tollit, contemplationis quietem denegat, vel ad probationem, velut aliis operibus vitæ actiuæ vacet, virtutesque solidas acquirat, vel maxime vt animarum lucris, & proximorum saluti inuigilet. Tunc enim languere & tristari incipit, ac pene deficere; quod præsentiens, ait, *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo*: ita hunc locum interpretatur Diuus Bernardus, qui relatis deliciis, quibus sponsa recreata est, sic ait; Post hæc omnia sponso more suo secedente, illa languere amore se perhibet, id est, præ amore. Quo enim gratiorem fuerat experta præsentiam, eo postmodum absentiam molestiorem sensit, subtractio enim rei quam amas, augmentatio desiderii est, & quod ardentius desideras, caret ægrius.

Serm. 51. in Cant.

Sed tunc anima Deo dilecta eius præsentiens volubilitatem, & suum agnoscens languorem, iterumdum sponsus redit, fulciri se floribus & malis petit, quasi ad alia opera se exhortans vitæ actiuæ, tum erga propriam perfectionem augendam, tum erga proximos Deo lucrandos, quibus fulciatur & confirmetur. Potentiora enim

A sunt ad id præstandum, quia flores sunt, & poma arboris mali, id est desideria, verba & opera ab amore procedentia, & ad generandum in proximis amorem tendunt, quæ quidem deficiente contemplatione, illos consolantur, & languorem, ac tædium ob desiderati doni absentiam valde subleuant. Patienter (inquit idem Sanctus) ab infœcundæ Rachelis amplexibus auellor, vt de Lia mihi exuberent fructus profectuum vestrorum: minime prorsus pigebit intermissæ quietis pro cura sermonis, cum video in vobis germinare semen meum, atque augeri incrementa frugum iustitiæ vestræ. [...] te me his floribus, stipate me his malis, quia amore langueo.

Serm. 51. in Cant.

Explicat autem hoc amplius versio Septuaginta, *Confirmate me vnguentis, stipate me in malis.* [...] sensus legit. *Consternite mihi thorum meum in malis.* A[...],

B *Sternite mihi mala.* Nam sicut homo languidus corpore confortatur vnguentis odoriferis, & requiescit in thoro molli, & bene constrato; sic anima Dei amore languida, cui negatur requies vitæ contemplatiuæ, confortatur virtutibus, & requiescit in operibus vitæ actiuæ, & exercitiis, quibus lucratur alios; nam sicut contemplatiuæ actus ex amore Dei in seipso prodeunt, ita isti ex amore Dei in proximis, & vtraque requiem præstant, vt fusius explicuimus supra cum D. Gregorio, qui propter hoc vtramque vitam sepulchro & nos lectulo florido comparauimus.

Exhort. 16.

Sed vehementior languor amoris etiam in contemplatiuis esse solet, qui ex vehementi zelo gloriæ Dei, & salutis animarum procedit. Hic enim amoris languor, & zeli vulnus est instar ardentis febris, quæ calore suo viscera absumit, iuxta illud, *Zelus domus tuæ comedit me, & tabescere me fecit zelus meus.* Quando enim abest res quam ardenter desiderant, id est animarum lucrum, propter ipsarum rebellionem, dicuntur languere, quia maxime dolent, & tristantur; sicut de se

Psal. 68. Ioan. 2. Psal. 118.

C dicebat Paulus, *Tristitia est mihi magna, & continuus dolor*; scilicet propter Iudæorum rebellionem; tam vehemens autem est dolor iste de iniuriis, Deo & Christo illatis, tam ab infidelibus quam à fidelibus peccatoribus, deque animarum perditione, vt nemo nisi expertus scire valeat. Tunc autem instanter dicunt, *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.* Per flores autem & mala intelligunt animas virtutibus florentes, & bonorum operum fructibus onustas, quarum copiosum lucrum, & profectum vehementer desiderant, vt languorem suum curent, & tristitiam de Dei gloria conculcata pellant. Vnde maxime confirmantur, & hilarescunt, sicut idem Apostolus, qui vrebatur, cum alii scandalizabantur, & à fide, vel à gratia deficiebant, ait se viuere, & omni gaudio gaudere cum in fide & gratia stant, ac proficiunt. *Nos*, inquit, *viuimus, si vos statis in Domino, quam enim gratiarum actionem possumus Deo retribuere pro vobis in omni gaudio quo gaudemus propter vos ante Deum nostrum.* Ad-

Ad Rom. 9. v. 2.

1. Cor. 11. v. 29

1. ad Thess. 3. v. 8.

D stipulatur Diuus Ioannes, dicens, *Maiorem horum non habeo gratiam, quam vt audiam filios meos in veritate ambulare.* Apostoli ergo & apostolici viri zelo feruentes floribus, & malis stipari incedunt, cum filios in Christo valde perfectos habent, quos suum gaudium & coronam vocant. Vnde obsecratio ista, *Fulcite me floribus, stipate me malis.*

Epist. 3. v. 4

Ad Phil. 4.

diri-

dicuntur [illegible] ad adolescentulas, quæ sub eius [illegible] erant, quasi ipsas deprecans, vt consentiant [illegible] eius admonitionibus, & fiant quasi flores & poma quibus ipsa fulciatur, & stipetur. Ac si diceret: Floret [illegible] sanctis desiderijs, abundate bonis operibus, vt vel in hoc me exhilaretis, & confortetis, quia huius rei amore langueo. Ad modum quo D. Paulus eodem amore languens, dicebat ad Philippenses, *Si qua consolatio in Christo Iesu, si quod solatium charitatis*, &c. *implete gaudium meum, vt idem sapiatis, eandem charitatem habentes*: sic sponsa ait, quia amore langueo propterea obsecro vos, vt me consolemini, & vestris me fulciatis profectibus.

Ad Phil. 2.

Potest etiam hęc deprecatio referri ad primitiuam Christi Ecclesiam, quæ totius mundi desiderabat conuersionem. Videns autem multos Hebræorum rebelles, Gentes vero idolis seruientes, contristabatur de eorum perditione, vnde vehementi hoc zelo, languens præ amore quo inebriata fuit in cella vinaria, orabat ad tres diuinas personas, vel ad Angelos, qui hominum curant salutem, vel ad Apostolos, quos secum habebat, dicens, *Fulcite me floribus*, &c. id est, satisfacite huic meo ardenti desiderio, trahendo ad me innumeros homines, quibus ego fulcita sim & stipata, per flores qui præcedunt poma, & per poma quæ sequuntur post flores, intelligit Hebræos & Gentiles, quorum conuersionem desiderabat, sed illorum prius, horum posterius, illos comparat floribus, qui cito transeunt, hos fructibus, qui diu permanent; quia pars Ecclesiæ ex Hebræis collecta parū temporis durauit, quæ vero ex Gentibus vsque ad finem seculi est duratura. B

Idem autem vulnus & lāguor amoris & zeli permanet modo in Ecclesia ardētissime desiderans omnium hominum conuersionem; & ideo eandem quotidie fudit precem, intelligens per fulcimentum ex floribus conuersionem peccatorum vel infidelium ad fidem, vel fidelium ad gratiam; aut forte instructionem puerorum, vt à primæua ætate sanctis moribus imbuantur. Per stipationem vero ex malis intelligit profectum bonorum, qui sua salutari doctrina, exemplisque vita aliis prodesse possint. Simili zelo languet vnaquæque religio; ideoque fulciri se floribus optat, cum nouitios aptos boni odoris & ædificationis ad se trahi desiderat: malis vero stipari, cum eosdem valde proficere, ac perfectos esse concupiscit; & quia tam Ecclesia, quam religio perfectos suos filios esse vellet, non tantum petit fulciri floribus, sed stipari malis, vt incipientes in statum transeant perfectorum. Vtitur autem verbo stipari, quod est circundari, & quasi opprimi à coaceruatis pomis; quia perfectorum maiorem copiam desiderat, & iis magis delectatur; ideoq; ait, *Constermite mihi ma-* [illegible] significet in his conquiescere, quasi in lecto floribus & malis odoriferis constrato. Origenes per flores intelligit Catechumenos, per mala alios perfectos, licet dicat loco florum haberi in Græco, fulcite me in myrrhis, quæ arbor est odorifera, sed non fructifera, sicut Catechumeni. Vnde Ecclesia magis stipatur pfectis, qui arbores sunt & odoriferę, & fructuosę. Felix qui in cellam vinariam introductus, à Dei charitate vulneratus, hoc zelo languens, huiusmodi ful- C D

Greg. in Cant. [illegible]

Hom. 3. in Cant.

A cimenta desiderat, petit, quærit, & inuenit, vt multarum animarum stipante caterua in conspectu Dei appareat.

§. 3.

3. Sed præcedere debet tertius languor, quem efficit vehemens desiderium vitæ æternæ, cœlestisque patriæ, & videndi clare ipsum dilectum; cuius absentia & visionis dilatio magnum illi incutit dolorem, dicens cum Propheta: *Heu mihi! quia incolatus meus prolongatus est*. Et, *Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus?* Ad quod desiderium referri potest quod in capite quinto dicitur, *Adiuro vos, filiæ Hierusalem, vt si inueneritis dilectum meum, nuncietis ei, quia amore langueo*, scilicet videndi ipsum, de quo suo loco. Interim autem dum est in hoc exilio, fulciri se floribus, & stipari malis spectat; nam bonis operibus, & animarum lucris confortatur, ne deficiat, & illis se ad desideratam sui sponsi intuitionem se venturam confidit. Huiusmodi autem languor proprius est perfectorum, qui diu contemplationi vacarūt, vel animabus lucrandis iocubuerunt, quibus iam incolatus videtur nimis prolongari. Cum autem finem appropinquare præsagiunt vehementius orant, & obsecrant fulciri floribus, & stipari malis; illis scilicet operibus, exercitijs, & sacramentis, quæ vim habent illos in eo conflictu confortandi, & in portum æternæ salutis deducendi, *Beati enim sunt mortui qui in Domino moriuntur, amodo iam dicit spiritus vt requiescant à laboribus suis: opera illorum sequuntur illos*. Quidenim aliud est stipare me malis, nisi facite, vt multis bonis operibus stipatus moriar, quæ me sequantur in conspectu Dei? Et quid est, consternite mihi thorum in malis? nisi præparate mihi opera, in quibus requiescam à laboribus meis? Hanc igitur orationem ad Deum, & Angelos funde, vel hac teipsum exhortare, vt si regnum cœlorum desideras, & eius amore langues, ad intrandū illud te perfecte ornes, præpares, ac fulcias. Crediderim Deiparam maxime post Christi ascensum in cœlos hac ardenti charitate, & hoc vehemēti amore semper fuisse vulneratam, & languentem omnibus modis commemoratis, sublato eo quod imperfectum est: præcipue tamen cum tempus mortis eius à Deo prædefinitum aduenit, audiuit velut Moyses, vocem dicentem sibi, *Ascende in montem, & morere*: non quidem in montem corporeum, sed in montē sublimissimæ cōtemplationis, in qua ex vehementissimo desiderio videndi filium, ita est charitate vulnerata, vt vulnus istud, lāguorque amoris fuerit eius occasio mortis, in cœlumque iucundæ translationis.

Psal. 119 v. 5. *Psal. 41. v. 1.*

Apo. 14. v. 13.

Deut. 32. v. 49.

Ita Suarez. to. 2. in 3. p. disput. 21. sect. 3.

De alio languore amoris & fulcimento eius. §. 4.

DEINDE ne quicquam prætermittamus ex iis, quæ verba ista ad nostrum inducunt profectum, non desunt doctores qui languorē amoris, quē hactenus iuxta communé patrum interpretationem in bonum accepimus, ipsi in malum

Insinuat Gerson. Tract. de monte contemplationis, c. 10.

A malum vsurpent, vt scilicet cum dicitur *Amore langueo*, significetur gradus quidam amoris medius inter amorem mundanum & amorem Dei perfectum, quando anima recessit iam à carnali amore, sed nondum peruenit ad integrā & consummatam salutem amoris pleni, & ideo amore languet, sicut qui nōdum integre ab infirmitate conualuit. Nec autem illi [amor] vlterius protrahatur, vel tædio impatientiæ desiderii deficiat, quia nondum obtinet perfectionem amoris quam exoptat, subdit. *Fulcite me floribus stipate me malis, & confirmate me vnguentis.* Id est illis actibus, operibus, & sacramentis ac exercitiis, quæ languorem istum, tædium, & ignauiam propellant, ac amorem charitatis in me nutriāt, roborent, & ad perfectū feruorem deducant. Sed vt amplius intelligatur medius hic status, aduertendum est duplici modo posse contingere, sicut & in aqua tepida: cuius tepiditas contingit,

Idem insinuat D. Bernard Ser. 51. in Cant.

B vel quia à summo calore descendit, & paulatim tepescit tendens ad frigiditatem; vel è contra cū aqua tepida sensim calescit, sed nondum peruenit ad perfectum calorem. Ita etiam duplex est status amoris medius: prior qui descēdit à summo feruore, & paulatim tepescit, ac languet, & iste est valde noxius, magnæq; ruinæ proximus, de quo dicitur in Apocalypsi: *Habeo aduersum te quod charitatem tuam primam reliquisti.* Et iterum, *quia tepidus es incipiam te euomere ex ore meo.* Vnde adeo est segnis, vt non petat fulciri floribus, nec stipari malis, quia languor est spontaneus, spōteque ad casum properat, & interitum, ipse tamen Deus exhortatur illum, vt hoc fulcimentum quærat; cum ait: *Memento vnde excideris, & age pœnitentiam & prima opera fac. Sin autem venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo.* Ac si diceret: cecidisti à primo charitatis feruore, reuertere ad illum, fulcito teipsum, ac dignitatem tuam primis operibus, quæ feruenter agere sole-

Apo. 2. v. 4. & c. 3. v. 16.

Apo 2. v. 5.

C bas. Alioqui ablato hoc fulcimento, corruet cādelabrum tuum, & peribit anima tua, & dignitas in qua es constituta. *Æmulare ergo, & age pœnitentiam.* Concipe zelum, & ardentem æmulationem, quæ expellat tepiditatem, & te sanum constituat ac fortem.

Apo 3. v. 19.

Posterior autem status medius laudabilis est, nam recedens à carnali & mūdano amore incipit ascendere & crescere in dilectione Dei, sed nondum peruenit ad vehementem & plenum feruorem, quem exoptat, & quem habere debuisset, & ideo vehemēter fulciri, & stipari desiderat, ne cadat, sed vlterius semper ascendat, donec ad plenitudinem perueniat amoris, & salubertimos patiatur languores, quos hactenus retulimus, ex quibus tunc perfecte cōualesceret, cum ad Dei conspectum peruenerit, eoq; fruetur in secula seculorum. Amen.

D De languore corporis qui solet prouenire ex vehementia diuini amoris dicetur infra Exhortat. 40. ad finem.

❧§(o)§❧

A

EXHORTATIO XL.

De modo mirabili quo humanitas & diuinitas Christi tanquam læua & dextera fulciunt, & amplexantur Ecclesiam & piam animā in contemplatione.

Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

PETIERAT sponsa fulciri floribus, stipari malis, quia amore languebat: nunc autem quasi seipsam corrigens, vel quid sublimius præsentiens ait: *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Ac si diceret; vt quid mihi flores & mala? pro floribus fulcientibus est læua eius,

B & pro malis stipantibus est dextera ipsius. Nec ait læua eius est, & aut erit, aut sit, sed tantum læua eius sub capite, vt omnes differentias temporis, cunctosque affectus comprehendat, ex affectu amoris ait: læua eius semper est sub capite meo, me sustentans. Ex affectu spei inquit, confido quod læua eius erit sub capite meo, vt me fulciat, ex affectu desiderii & per modum precis: vtinam læua eius sit sub capite meo, vel per modum imperii, quale solet esse inter amātes: læua eius sit sub capite meo, vt illi innitar. Quod vero additur; *Et dextera illius amplexabitur me*; proportiato modo potest intelligi. Nam licet verbum *Amplexabitur*, futurum sonet, tamen apud Hebræos pro præsenti, & optatiuo poni etiam solet. Iam vero quæ mysteria hinc insinuentur propalemus.

C *Christum vt hominem esse fundamentum Ecclesiæ, vt Deum vero protectorem.*

§. 1.

ET in primis hoc intendit sponsa præcipuum eius fulcimentum, & sui languoris medicamen esse ipsum spōsum Christum, cuius omnipotens & amabilis virtus, quæ per manus illius significatur, illam sustentat, circundat, protegit, amplexatur, & quasi circūplicatur illi. Sed quia nō sine mysterio mentio fit manus læuæ, & dexteræ, vtramq; eius naturam denotari testantur Origenes, D. Bernardus, & alii doctores. Per læuam quidem humanitatem & omnia, quæ in carne suscepta pro nobis egit, & passus est: per dexteram vero diuinitatē, & cuncta quæ ad eius gloriam & maiestatem spectant. Dicitur autem humanitatem Christi esse sub capite Ecclesiæ, vel animæ. Quia eam sustentat, fulcit, & erectā tenet, ne cadat, eo modo quo caput languidum reclinatum super alterius manum sustētatur ab

Hom. 3. in Cant. Serm. 4. in festo omnium Sanctorum, & tract. de diligendo Deo.

D illo. Nec incongrue hoc tribuimus Christo homini, de quo Paulus ait: *Fundamentum aliud nemo potest ponere prater id, quod positum est, quod est Christus Iesus*; & Isaias: *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, preciosum in fundamēta fundatum.* Id est summa firmitate preditū quia super Christum fundata est vniuersa Ecclesia, cuius visibile fuit D. Petrus, & modo Pontifex Romanus, deinde Apostoli eorumque successores Episcopi, ac Prælati, cæteri vero fideles integrant hoc corpus mysticum.

1. Cor. 3. v. 11. Is. 28. v. 16.

Læua

A Laeua ergo Christi est sub capite Ecclesiæ, quia eius humanitas verbo vnita sustentat eos qui capita sunt Ecclesiæ Catholicæ, scilicet Pontifices & Prælatos, fulciendo illos ne in suo officio deficiant. Cæterum dextera Christi, quæ est eius diuinitas, amplexatur vniuersum corpus, caput & membra protegens, ac conseruans illud, vt contineat vnitum suo capiti, & in se stabilitum.

Hoc ipsum sub alia egregia similitudine ostendit D. Ioanni in illo signo magno, quod apparuit in cœlo. *Mulier (inquit) amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim.* Sol autem & luna quæ sunt duo luminaria magna, vnum maius quod præest diei, & alterum minus quod præest nocti, symbolū sunt diuinitatis, & humanitatis Christi: diuinitas enim quæ vnus est Deus primus fons luminis, B sapientiæ, & sanctitatis conuenientissime repræsentatur per solem, quia tanquam luminare maius, ac supremum illuminat angelos, ac cœlestem Ierusalem cunctosque beatos illam habitantes. Humanitas vero Christi, quæ à diuinitate lucem sapientiam, & sanctitatem recipit apte vt dicit D. Augustinus, significatur per lunam, quæ velut luminare minus illuminat peccatores, propter quos factus est Deus homo, & etiam totam Ecclesiam militantem, quæ respectu ciuitatis gloriæ nox dicitur, quia ex fide obscura viuit, tamen sicut diuinitas etiam illuminat Ecclesiam infundens illi dona Spiritus sancti, sic & humanitas Christi illustrat ciuitatem Ierusalem, cuius beatitudo valde integratur, & completur intuendo illam. Quod expresse testatur D. Ioannes dicens: *Ciuitas non eget sole, & luna vt luceant in ea, nam claritas Dei illuminauit eam, & lucerna eius est agnus.* Id est non indiget sole, & C luna corporeis, cum diuinitas Dei sit instar solis, & Christi humanitas instar lunæ, quæ quia in nocte lucet, lucerna vocatur. De vtraque enim Ecclesia intelligi potest, quod ipse Christus dixit. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum & quem misisti Iesum Christum.* Sole ergo diuinitatis amicit totam Ecclesiam; quia eam per fidem & charitatem, reliquasque virtutes illuminat, ornat, & protegit. At luna humanitatis est sub pedibus eius, non quasi conculcata, sed tanquam sustentaculum & fundamentū ipsius, eo modo quo basis est. Sub columna est petra fundamentalis sub domo super illam fundata, quia Christus sustentat vniuersum corpus Ecclesiæ & singula eius membra, ac caput duodecim stellis, id est duodecim Apostolis coronatum. Idem ergo sed ordine diuerso confitetur Ecclesia hic dicens: *Laeua eius sub capite meo & dextera illius amplexabitur me*, quia Christi Domini humanitas velut ceruical, aut fulcrum est sub capite Ecclesiæ illam sustinens: diuinitas vero eam amplexatur, vt vtraq; manu fulta non deficiat, quod eleganter explicat Origenes per id quod de diuina sapientia dicitur. *Longitudo dierum in dextera eius & in sinistra eius diuitiæ, & gloria.* Per dexteram inquit intelligi diuinitatem, & quæ incarnationem præcesserunt, in qua est longitudo dierū; id est sempiternitas, quæ Deo est propria. Iuxta illud: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum*, per sinistram vero Christi humanitatem, & quæ post

Apoc. 12. v. 1. — *Gen. 1. v.* — *Ibid.* — *Apoc. 21. v. 23.* — *Ioan. 17. v. 3.* — *Hom. 3. ex quatuor.* — *Prou. 3. v. 16.* — *Ioan. 1. v. 1.*

A incarnationem eius facta sunt, in qua sunt diuitiæ & gloria, cuncta scilicet quæ ad nostram salutem, & glorificationem pertinent. Hanc (inquit) laeuam Ecclesia cuius Christus est caput, optat habere sub capite suo, & fide incarnationis eius caput suum muniri. Dextera vero eius amplecti, id est illa agnoscere & de illis instrui, quæ ante huius quoque per incarnationem gesta tempus dispensationis, in arcanis habētur, dextera namq; ibi putanda sunt esse omnia, vbi nihil de peccatorum miserijs, nihil de fragilitatis lapsu continetur hic vero laeua vbi vulnera nostra curauit, & peccata nostra portauit. Quæ omnia quamuis caput, & fidem sustentent Ecclesiæ, merito tamen sinistra verbi Dei appellabuntur, in quibus aliqua etiam præter illam naturam, quæ tota dextera est, & tota lux ac splen- B dor & gloria pertulisse memoratur. Hæc Origenes.

Qui etiam ad quamlibet animam extendit hoc ipsum, vt caput suum, id est partem superiorem mentis super Christum, eiusque passionem reclinatum habere exoptet, eiusque fide, meditatione & amore fulciatur, vt eius diuinitas eam amplexetur, & pregat ac sibi intime vniat; non expedit tibi (inquit) habere ceruicalia ad quæ lamentatio sequatur: de qua Ezechiel, *Væ his qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas.* Peribunt enim, & à complexu Dei in æternum separabuntur, omnes qui non reclinant caput suum super Christum, eiusq; vitam, & doctrinam, sed super doctrinas falsas & carni placentes, quas hæretici vel carnales prurientes C auribus suggerunt. Noli talia ceruicalia inquirere; noli capiti tuo requiem aliunde quærere quam à læua sponsi, sed dic *Laeua eius sub capite meo*, quam cum habueris, omnia quæ sunt in læua tibi tribuentur, scil. diuitiæ & gloria, quibus apud ipsum diues sis & gloriosus, & dextera Deitatis amplexabitur te in longitudinem dierum sempiternam.

Hom. 2. ex duabus. — *Ezech. 13. v. 18.*

De modo quo Christi humanitas & diuinitas fulciunt animam in operibus vitæ actiuæ & contemplatiuæ. §. 2.

SED vt amplius explicemus quæ ad singulos pertinent, aduertendum est ex duplici causa prouenire indigentiam reclinandi caput super aliud, vel quia vertiginem aut debilitatem patitur, vel quia somno opprimitur, & dormire, ac D requiescere optat. Vtrumque egregie præstat læua sponsi manus, primum pertinet ad opera vitæ actiuæ, secundum ad exercitia contemplatiuæ. In illis solet mens circa multiplicia, & innumera instar molendini vagari, & sæpe in noxia ruere, vel saltem circa vtilia lassari & deficere, at si humanitatē Christi habeat pro reclinatorio, eiusque exempla, ac charitatem, qua animam suam posuit pro amicis suis doloresq; & ignominias illius mente reuoluat, in illa requiem & stabilitatem inueniet, vt non corruat in malum, vel deficiat in bono: dextera enim diuinitatis amplexabitur illam & defendet ab ijs, qui eam impellunt, vt cadat. Iuxta illud Psalmistæ: *Impulsus euersus sum vt caderem & Dominus suscepit me. Fortitudo mea & laus mea Dominus & factus est mihi in salutem. Dextera Domini fecit virtutem, dextera*

Psalm 117. v. 13 & 14.

 Domi-

Domini exaltauit me. Maxime autem in huiusmodi operibus oportet caput; id est intentionem super Christum stabilire; nam ab intentione pendet firmitas operis, intentio vero tunc est

Tract. de diligendo Deo. firma cum in solo Christo fundatur. Metitur (inquit D. Bernar.) læua sponsi sub capite sponsæ, super quam reclinata sustentet caput suum, id » est mentis suæ intentionem, ne incuruetur, & » inclinetur in carnalia & secularia desideria. Ce- » terum ad dormiendum somnum contemplationis oportet quod læua humanitatis Christi sub capite collocetur, dexteraque diuinitatis amplexetur nos: illa sustentet fidem, fulciat intellectum; hæc præstet amplexum, & per amorem sibi vniat voluntatem. Illa exordium præbeat, hæc consummationem, à læua mens trásit

Ser. 4. in fest. omnium Sanctorum. ad dexteram cum à Christo homine ascen- dat ad contemplandum Deum. Beata anima (ait D. B Bern.) transcendit Christus incarnationem & » humanitatem, quæ nimirum læua eius iure vo- » catur, vtad vnitatem eius, & maiestatem, quam » non incongrue dexteram nominat, sublimius » contempletur. Dormiuit dilectus discipulus in cœna, recumbens in sinu vel super pectus Iesu,

Ioan. 13. v. 23. & c. 21. v. 20. cui tunc dicere fas fuit: *Læua eius sub capite meo & dextera illius amplexabitur me.* Contemplabatur enim Christi charitatem supremam, qua mortem pro nobis oppetebat, & inde eleuatus est, vt contéplaretur illius immensam diuinitatem, quam postea manifestauit intonans illud Euan-

Tract. 36. in Ioan. gelij exordium: *In principio erat verbum, &c.* Nã teste Augustino, de illo pectore secreto bibebat quod in manifesto eructauit; & tu ergo si dulcem contemplationis somnum dormire desideras, caput tuum, id est intellectum, fide illu- C stratum super Christi hominis gesta, & tormenta reclina, intentionem tuam ad illum quærendum & imitandum dirige, cætera quæ carnis sunt, & mundi respuens, tunc dextera diuinitatis eius amplexabitur te, ad seipsam trahens, eleuans, & intimo amore constringens. Nec sine mysterio ait amplexabitur, quasi moneus nostri muneris esse super humanitatem caput reclinare, vnde sequetur quod diuinitas nos amplexetur, altiori, & ardentiori nos constringens contemplatione.

Genes. 28. v. 11. Fuit huius mirificum symbolum Iacob cum à domo patris pauper recessit, volensq; in quodam loco requiescere, supposuit lapidem capiti suo, & dormiens vidit scalã cœlum pertingentem, angelosque ascendentes, & descendentes per illam, & Dominum ei innixum, & quid est D lapis sub capite Iacob: *Nisi læua eius sub capite meo.* Nam lapis ille Christum hominem repręsentabat. Indeque eleuatus est ad contemplandum regnum Dei, quod scala significabat, & Deum ei innixum, qui dixit illi: *Ero custos tuus quocumque perrexeris*; Et quid hoc est nisi, *Dextera illius amplexabitur me*, id est diuinitas eius se mihi manifestabit, custodiet, & complectetur. Iacob (in-

Lib. 5. Mor. c. 12. quit D. Gregorius) dormiens angelos vidit ac Deum super scalam innixum, qui prius caput in » lapide posuit, quia nimirum ille ab exterioribus » operibus cessans interna penetrat, qui intenta » mente, quæ principale est hominis, imitat onẽ » sui redemptoris obseruat. Caput quippe in la- » pide ponere, est mente Christo inhærere. Qui » enim à præsentis vitæ actione remoti sunt, & A ad superna nullo amore rapiuntur, dormire « possunt, sed videre Angelos nequaquam pos- « sunt. Quia caput in lapide tenere contemnunt, « & in terra ponunt. Hæc Diuus Gregorius iuxta « quem, ille à dextera Dei rapitur ad contemplanda cœlestia, qui mentem suam super lapidem Christi, & super hunc viuum lapidem collocat, vt in eo per intentionem, meditationem ac imitationem requiescat, cuncta quæ sunt mundi contemnens, vt illi soli innitatur, & inhæreat.

Sicut enim Iacob dormire cupiens, ideo lapidem pro ceruicale capiti supposuit, quia pauper & egenus è domo patris sui exiit; solo baculo innixus, non habens vbi caput suum reclinaret; sic pia anima quæ pulullos, & ceruicalia terrena ex corde contempsit, non habens in mundo vbi caput suum commode reclinet, cófugit ad læuam Christi Dei & hominis, qui pro nobis ita egenus factus est, vt non haberet vbi caput suum reclinaret; & super hanc Christi Luc. 9 pauperis manum requiescit, totamque suam spem collocat, confidens quod ipsius meritis diuinitas amplexabitur illam. Contemplare igitur illum qui egentior fuit quam Iacob, qui in baculo crucis transiuit Iordanem, nec habuit lapidem in quo reclinaret caput, sed spineam coronam, quæ illud perforaret, & per spinarum foramina ingredere ad contemplandum illud ipsius caput, de quo Paulus ait; caput Christi Deus, qui per hypostaticam vnionem ita amplexatus est humanitatem, vt ex vtraq; natura vnus fieret Christus, spem maximam tibi præbens, quod si cuncta propter ipsum contemple- tis, vt illi soli inhæreas, dicere ipso poteris: *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur.*

De duplici amplexu spirituali. §. 3.

SED duplex est iste amplexus: quidam ordinarius, qui in mutua vnione & adhæsione amoris inter Deum & animam consistit, & explicatur illis verbis: *Qui manet in charitate in* Ioan. 4 *Deo manet, & Deus in eo.* Alius est extraordinarius, & omnino supernaturalis ad modum quo duo inuicem se nimium amantes, ita se amplexantur, vt quasi intra viscera sua se intromittere velint, & vnum fieri. Sic Deus amplexatur animam, eum ineffabili quodam modo illam sibi vnit, & constringit cum tanta plenitudine luminis ad penetranda cœlestia, cum tantaque abundantia amoris, dulcedinis, pacis, ac tranquillitatis internæ, vt nemo nisi expertus scire valeat. Fit ne tam ingenti vi, etsi suaui, vt necesse sit animam à manu diuinæ omnipotentiæ fulciri, ne vires deficiant, & ideo prius dixit sponsa, *Læua eius sub capite meo.* Scilicet me sustentans, & postea subdit: *Et dextera illius amplexabitur me.* Abstrahitur enim anima à seipsa, & quasi rapitur, vt tota sit intra Deum, in quo cæterorum oblita requiescit, ipsum duntaxat intuens, diligens, ac ipso fruens. Et tunc fit somnus ille diuinus, de quo statim sponsus subiungit: *Adiuro vos filiæ Ierusalem ne suscitetis neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.* Sed de hoc postea: tota vero huiusmodi operatio attribuitur Deo sustinenti, & amplexanti, nõ quod anima tunc sit ociosa, nihil intelligens, aut meote

percipi-

A percipiens, sed quia tantum est (sicut de D. Ierotheo dicitur) patiens diuina, miras à Deo illustrationes, aut reuelationes, aut affectiones recipiens; omnis enim vnio, amplexus, vel raptus, extasis, aut suspensio, in qua mens intus nihil diuinum percipit, inanis est, nec à Deo procedit, sed vel à prauo spiritu, vel ex animi sit deliquio, & debili corporis complexione procedit: nunquam enim Deus motus corporis & actiones sensuum externo rum suspendit, nisi vt melius & tranquillius mentem illuminet, & ad se rapiat.

Eucharistia.

¶ Huiusmodi autem amplexus sæpius contingunt contemplatiuis post sacramentalem communionem. Nam eos etiam comprehendunt verba illa: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet & ego in illo.* In me inquam manet reclinans caput suum & mentē B suam super me, mihi adhærens ne deficiat: & ego in illo, amplexans eum, & mihi intime vniens, vt vnus spiritus fiat mecum, quæ sunt diuinitatis meæ illi manifestās, & delicijs meis eum mire reficiens. Cum enim intra animam vere sint læua & dextera Christi, id est eius humanitas & diuinitas, vtraque erga dilectam suo fungitur munere, & experimento quodam diuino sese illi insinuat.

Ioa. 6. v. 56

Sed duo valde miranda in hac subita asseueratione sponsæ relucent. Cum enim tam anxie fulcimenta ex floribus, & fructibus petierit, mox tanta certitudine ac securitate affirmat: *Læua eius sub capite meo:* subaudi, iam est; certissimeque scio quod: *Dextera eius amplexabitur me.* Inde D. Bernardus arbitratur eam gratias agere pro isto beneficio, ac si iam esset receptū. Quomodo C Christus Dominus gratias egit Patri ante suscitationem Lazari, quia certo sciebat eam futuram. Sed illud adhuc mirabilius, quod cum absens esset sponsus quādo illa fulcimenta postulabat, tam celeriter aduenit, vt læua capiti eius supposita eam dormire quietè super illam concesserit. Quasi largiens ei somnum illum, quem expectabat, cum dixit: *Indica mihi vbi cubes in meridie.* Vt ibi super læuam tuam spiritualiter cubem & ego. Sed vtrumq; ex vehementia teneroris amoris inter Deum & animam prouenire non dubium est. Hæc enim cum sic charitate feruet, quod amore langueat, ex suo erga Deum amore intelligit, quantus sit amor Dei erga illam, qui diligentes se ardentissime diligit. Et inde magnam concipit spem, quod Deus sine mora accurret, vt ei subueniat, & illam fulciat, sustentet, & amplectetur. Non enim amat D & deserit, nec se diligentes derelinquit, vnde fefellit spes, sed quod sperabat cito obtinuit, obtinebitque quisquis Deum ardenter amauerit, cum expedit ei, quod obtinere desiderat.

Serm. 5. in Cant.
Ioan. 11. v. 41.

Sed quæres forte, vnde prouenit ad huiusmodi amplexus, actusque anagogicos, & super cœlestes recipiendos necessariam esse manum Dei fulcientem, ne homo deficiat? nam ex prophetis colligimus multoties vires defecisse, cum angelicæ cœlestesque apparitiones illi fiebant, sicut Daniel de seipso testatur sæpius. *Ego* (inquit) *relictus solus vidi visionem grandem hanc, & non remansit in me fortitudo, sed & species mea immutata est in me, & emarcui, nec habui quicquam virium.* Et paulo post. *Et ecce manus tetigit me, & erexit me, super genua mea.* Et D. Ioannes in Apocalypsi dum primam visionem habuit, *Cecidi* (inquit) *ad pedes eius tanquam mortuus, & posuit dexteram suam super me dicens; noli timere, &c.* Plura exempla adducit D. Gregor. docens quod cum ad virtutem Dei mens astringitur, à fortitudine propria caro lassatur. Sic sponsa cum langueret ex vehementia amoris, & diuinæ communicationis, nec flores aut mala valerent ad eam fulciendam, læua manua Dei exanimatam fulciuit, & corroborauit, vt iterum dextera amplexaretur, & nouas ei cœlestes affectiones communicaret. Sed huius rei licet plures sint causę, ipseque inusitatus angeli aspectus maxime in specie, habituq; terribili hūc tremorem, & examinationem efficiat; præcipue si horribilia sunt quæ nunciat, tamen imbecillitas hominis, & sublimitas contemplationis ad hæc efficienda sufficiunt. Nam cum quia omnem vim mentis in contemplationem diuinarum rerum intendit, pariter remittuntur, & debilitantur inferiores hominis vires corporali vitæ deseruientes. Calor item vitalis ad supremas mentis functiones contrahitur, & sanguis ad cor ipsum cogitur. Vnde fit quod corpus frigescat, pallescat vultus, caro langueat, deficiat, & interdum grauem morbum contrahat. Quando autem contemplatio per magnam internam vim, & subitum raptum euenit, huiusmodi defectus vehementius in corpore gignit, ideoque suauis Dei prouidentia paulatim solet animam ad hos supernaturales contemplationis, & ad amoris excessus eleuare; sensim eam confortando, vt superabundantissimi luminis diuini sine læsione capax fiat, & hoc est quod dicitur. *Læua eius sub capite meo.* Fulciens illud, *& dextera illius amplexabitur me*, vniens me sibi: cui concinit quod infra dicitur in hoc Cātico postquam eadem verba repetita sunt. *Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delitiis affluens, innixa super dilectū suum.* Innixus autem iste non solum est, vt mens ascendat ad supera, sed ne corpus deorsum viribus deficiat, & penitus examinetur. Nam licet magna vi ascendat, quia tamen dilecto innititur, dilectus eam ita manu ducit, quod ascendens sursum, per mortem violentam corpus non deserat.

Dan. 7. v. 28 & c. 8. v. 27 & c. 10. v. 8
Ibid. c. 23. v. 9
Iob 4. v. 14
Apoc. 1. v. 17.
Lib. 4. Moral. c. 30. & hō. 8. in Ezech.
Cāt. 8. v. 5.

Hæc de amplexu isto attigisse sufficiat; magis enim in huiusmodi excessibus quærenda est experientia, quam scientia: non quod liceat eos appetere, nam præsumptionem redoleret, sed quia oportet non eos demereri; satagendo per opera amoris Deum ad se trahere, qui libenter diligentibus ipsorum coniungitur, & vnitur, eorumque iusta desideria explet. *Nam in viis* (inquit) *iustitiæ ambulo, & in medio semitarum iudicij, vt ditem diligentes me, & thesauros eorum repleam,*

Prou. 8. v. 20.

in seculo, prout expedit, sed vberius
in futuro in secula seculo-
rum, Amen.

EXHORTATIO XLI.

Pro Dom. 14 post Pent. & pro festo Abbatum.

De prouidentia Dei qua fulcitur anima circa temporalia, spiritualia & æterna, ac in aduersis & prosperis huius vitæ.

Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

SED iam in ijs verbis suauem Dei prouidentiam circa iustos contemplemur, quæ per læuam & dexteram significatur, & in nostrum ordinatur commodum. Nam vt inquit Diuus Ambrosius, vtrumque sponsi brachium ad vtilia extenduntur. Habent tamen aliquid proprium singulæ manus. In dextera longitudo vitæ est, in sinistra autem diuitiæ & gloria: læua præsentium remuneratrix, dextera futurorum. Læua sub capite sponsæ est, dextera supra, quæ totam complectitur sponsam. Illa fulcrum est quietis præsentis, hæc futuræ & æternæ, itaque iuxta Diuum Ambrosium, vtramque manum aperit diuina prouidentia, vt nos repleat benedictione. Sinistra quidem confert bona, quæ ad hoc seculum spectant, dextera vero quæ ad futurum, vt impleatur quod Apostolus ait, *Pietas ad omnia vtilis, promissionem habens vitæ, quæ nunc est & futuræ*, quodque Dominus relinquentibus omnia pollicetur, centies tantum in tempore hoc, & in seculo futuro vitam æternam.

Serm. 14. in Ps. 118. v. 8. Prou. 3. v. 16. 1. ad Tim. 4. v. 8. Marc. 10. v. 30. Luc. 18. v. 30. Matth. 19. v. 29.

De prouidentia circa bona corporalia & spiritualia. §. 1.

SED dupliciter hoc licet intelligere primo, vt læua sit prouidentia Dei circa temporalia bona ad vitæ sustentationem congruentia; dextera vero prouidentia circa spiritualia, quæ conducunt ad vitam æternam: vtraque enim bona Deus nobis prouidet, hoc tamen ordine, quod temporalia sint infra nos, spiritualia vero & æterna supra, temporalibus illa præponentes iuxta ordinem à Christo Domino præscriptum cum ait. *Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.* Quæ adijciuntur sunt salus, victus, vestitus, diuitiæ, gloria, fama & honor & cætera huiusmodi, quæ sunt in sinistra diuinæ sapientiæ. Et ideo dicitur, *Læua eius sub capite meo.* Præbens mihi necessaria ad sustentationem vitæ, ne deficiam. At primo quærendum est regnum Dei æternum, & iustitia ac sanctitas, per quam acquiritur quod pertinet ad dexteram. & quia in ijs tribuendis maioris sunt amoris indicia, ait: *Et dextera eius amplexabitur me.* Quod sic explicat Diuus Augustinus. Sinistra sub capite, dextera super caput, non enim me deficiet in temporalibus necessarijs, sed tamen hæc sinistra non præponitur capiti, sed sub capite erit, vt dextera eius complectatur me pollicens vitam æternam, impleaturque quod scriptum est: *Promissionem habens vitæ præsentis, & futuræ.* Quid in præsenti? sinistra sub capite meo, quid in futuro? dextera eius complectetur me, tempori necessaria quæritis: *Quærite primum regnum Dei*, id est dexteram, & hæc omnia apponentur vobis, sinistra continebo firmitatem vestram, & dextera coronabo perfectionem vestram.

Mat. 6. v. 33. Enarr. in Psal. 143. v. 11. dextera eorum dextera iniquitatis. 1. ad Tim. 4. v. 8.

Amplius id declarat circa id Psalmi. *Protectio tua super manum dexteram tuam.* Sursum (inquit) erat dextera, deorsum sinistra. Et sic complectebatur sponsus sponsam, supponens sinistram ad consolationem, dexteram ad protectionem. *Sinistra eius* (ait) *sub capite meo.* Deus illam dat: ideo sinistra eius, quia Deus dat omnia ista temporalia. Nouit ille dispensare sinistram, qui vocat ad dexteram. Supra sinistram sit caput tuum, id est fides tua, vbi habitat Christus, noli temporalia præponere fidei tuæ, sed illa sub de ipsa, & erit sinistra sub capite tuo, & recte dextera eius complectetur te. Hæc August.

Vnde licet inferre quod iusti, & peccatores temporalia ac æterna appetant, ordine tamen retrogrado, nam peccatores læuam constituunt super caput, & dexteram infra illud quia temporalia præferunt æternis: & ideo de illis dicitur; *Dextera eorum dextera iniquitatis.* Quia hoc inquit Augustinus in dextera posuerunt, quod in sinistra habere debuerunt, quid in dextera ponere debuerunt? Deum & æternitatem. Ibi dextera, ibi sit desiderium nostrum. Sinistra vtamur ad tempus. Dexteram desideremus in æternum, & hoc modo intelligendû putat quod ait Dominus: *Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.* Id est cum facis opus bonum, fac propter vitam æternam, sine eo quod sinistra rerum temporalium intentio misceatur illi.

Ps. 143. v. 11. ibidem. In Ps. 120. Mat. 6.

Hinc est reprobos in die iudicij collocandos esse ad sinistram iudicis, quia temporalia prætulerunt æternis, & ideo vtraque perdiderunt: electos autem ad dexteram, qui contemptis temporalib. paratum sibi regnum ab origine mundi quæsierunt, & ideo dextera sponsi amplexabitur illos. Cuius figura, vt habeo at D. Ambr. præcessit in eo quod Iacob benedicturus duob. filijs Ioseph, scil. Manasse natu maiori, qui erat ad dexteram suam, & Ephraim minori, qui erat ad sinistram, commutauit manus, & dexteram posuit super caput Ephraim, sinistram vero super Manassem, quia ille etsi ætate minor futurus erat maior isto, & quamuis Ioseph, indigne hoc ferens resisteret patri, ipse tamen à cœpto non destitit. Manasses autem quod interpretatur populus obliuionis symbolum est eorum, qui in hoc mundo exaltantur, & videntur dexteram tenere, sed apud Deum habent sinistram, quia propter temporalia obliuiscuntur creatoris sui, at Ephraim, quod frugifer interpretatur, indicat iustos, qui fructum iustitiæ ingerunt, qui etsi sinistram in seculo tenere videantur, ad dexteram Christi collocabuntur, commutabit enim manus ad benedicendum electis. Huiusmodi autem brachiorum transpositio, & cancellatio manuum mysterium crucis figurabat: in quo docuit nos temporalia quæ mundus æstimat, contemnere, & æterna, quæ ille respuit, omnibus præponere, & quamuis mundus & caro contrarium suadeant, non est illis assentiendum, sed sicut Iacob in cœpto perseuerandum, vt semper spiritualia tanquam maiora temporalibus, præponamus in cuius etiam figu-

Mat. 25. v. 33. Serm. 48. v. 14. in Ps. 118. Gen. 48. v. 14.

... iram Isaac benedicturus duobus filiis suis ... b & Esau, eisdem verbis, ordine tamen in... uerso, visus est. Nam Iacobus dixit. *Det tibi Deus de rore cæli & de pinguedine terræ.* Esau vero. *In pinguidine terræ, & in rore cæli desuper erit benedictio tua.* Quia electi, quorum symbolum erat Iacob, terrenis cœli, id est, cœlestia bona præponunt terrenis, contra vero reprobi, quos Esau repræsentabat.

Gen. 27. & 28.

Eleganter declarat hoc D. Hieronymus interpretans illud Ecclesiastis, *Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius.* Id est ille æterna & cœlestia sapit & amat, & sectatur; hic temporalia ... Iustus (inquit) nihil sinistri in se habet, sed totum in eo dextrum est. Vnde ... cante Domino mundum, agni erunt à dextris, ... vero à sinistris, & in prouerbiis scriptum ... *Vias quæ à dextris sunt nouit Dominus, peruersæ vero sunt, quæ à sinistris sunt.* Qui ergo sapiens est, semper de futuro seculo cogitat, quod ducit ad ... vitam, qui autem insipiens est, de præsenti tantum solicitus est, quod positum est in sinistris. Hæc fusius prosequitur D. Hieronymus, iuxta quem iustus est velut Aod ambidexter, vtraque manu pro dextera vtens, & omne sinistrum respuens.

Eccl. 10. v. 2. Matth. 25. v. 33. Prou. 4. v. 27. Iudic. 3. v. 15.

Felix sponsa, cuius cor erat in dextera eius, circa cœlestia fixum, terrena despiciens, & ideo audacter ait: *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Nam vt hic notat D. Gregorius, ea quæ videt magnanimiter mente sublimi conculcat, ad æterna vero summo desiderio quasi brachio dextero sponsi astricta, suspirat; in quæ cum aliquantulum intrat, delectabiliter quiescit, cuius quietis dilectione mundanos tumultus omnino fastidit; insinuat itaq; D. Greg. læuam & dexteram mutuo se iuuare; nam contemptus temporalium eleuat ad contemplāda æterna, horum vero contemplatio maiorem illorum contemptum, & fastidium generat.

In hunc locum.

B

C

De prouidentia circa spiritualia & æterna. §. 2.

SED esto hæc quæ diximus verissima sint, & sanctorum Patrum interpretationi valde cōsona, quidam tamen consideratores eximiam sponsæ perfectionem in cellam vinariam introductæ, nullam hic habere mentionem putant de bonis temporalibus. In quibus perfectorum mens nunquam requiescit, & si nequam fine illis vitam transigere. Quare per læuam sponsi intelligunt prouidentiam eius circa spiritualia quæ in hoc seculo confert, per dextram vero vitam, æternam ac visionē beatificam, vt sub his duab. manibus comprehendantur duo illa bona, de ... Dauid inquit, *Gratiam & gloriam dabit Dominus.* Quod sic amplificat D. Bernardus læua ... idem leuat, dextera suscipit, læua medetur, & ... ificat, dextera amplectitur, & beatificat. In ... læua eius merita, in dextera vero præmia continentur. In dextera inquam delitiæ, in sinistra sunt medicinæ, vtraque nobis allata sunt per » Christum Deum & hominem, ideo Apostolus » ait. *Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete,* " *Dominus enim prope est.* Gaudete, quia iam pcepi-„ stis dona sinistræ, gaudete quia expectatis præ-„ mia dexteræ. Vnde & Psalmista ait, *Notas mihi*

D

Psal. ... Bern. ... Idem Cap. ... Beda & alii.

A *fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsq; in finem.* Vias vitæ vocat media gratiæ, quibus peruenitur ad conspectum Dei; qui est dextera, in qua sunt delectationes sine fine, merito ergo sponsa ait, *Læua eius sub capite meo.* Quia hæc læua præbet mihi virtutes dona, & gratias, quibus me fulcit, & tenet ne in peccatis labar, ne in periculis corruam, & tentationibus succumbam; auxiliumq; præstat, vt cuncta virtutis opera perficiam. Vnde magnam spem concipio, *Quod dextera illius amplexabitur me.* Nam ex beneficiis per læuam præstitis certa spes aliquando nascitur futuræ gloriæ, sicut dicebat Paulus. *Bonum certamen certaui, fidem seruaui, &c. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex.* O ter quaterq; beatus, quem Christi læua, & dextera amplexatur, nam de vtraque dicitur. *Manus eius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis.* Summa enim celeritate ingentia dona gratiæ & charitatis sua preciosissima bona, quibus plenus est, impartitur electis, quos sua læua tenet; & amplexatur dextera.

Ita D. Ber. Serm. 51. in Cant.

Cant. 5. v. 14.

De prouidentia Dei in aduersis & prosperis per supplicia & fauores. §. 3.

EX his deducere possumus aliam huius loci interpretationem, per læuam intelligendo manum Dei permittentis aduersa, vel comminantis supplicia: per dexteram vero manum ipsius largientis prospera, vel promittentis fauores, & præmia. His duabus manibus nos tegit, fulcit & amplexatur. Quia ad nostrum profectum valde necessarium est, per aduersa & prospera transigere, & timore simul, ac spe in via Domini progredi, ordinate tamen, & ideo sponsa ait: *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Quia timore suo me fulcit, in aduersis ne deficiam, sed spe ac more suo me amplexatur, vt firmius stem. Læua dicitur esse sub capite, & non supra caput. Quia sancta anima à Deo adiuta, est super omnia aduersa huius mundi, & super omnem spiritum timoris, pœnarum, & suppliciorum, à quibus nunquam opprimitur, & in illis fulcitur, ne superbiat, aut negligentia, vel iniuria cadat. In prosperis etiam huius mundi tenetur firma per Dei amplexum, vt sc. per amorem non inhæreat rebus prosperis, sed ipsi Deo earum largitori, cuius gratia in vtrisque stat, nam si propriæ relinqueretur imbecillitati, misere caderet, & deficeret. Iuxta illud Psalmi: *Cadent à latere tuo mille.* Sc. deficientes in aduersitatibus: *Et decem mill à à dextris tuis,* corruentes in prosperitatibus: *Ad te autem non appropinquabit:* nimirum malum quod te euertat: quia læua Domini sub capite tuo erit, & dextera ipsius amplexabitur te.

Ita D. Ber. Serm. 51. in Cant.

Psal. 91. v. 7.

Cura igitur vt aduersa semper sint infra caput tuum, vt te eleuent ad superna, non supra caput mentem opprimant, ita vt tu conculces illa, & non conculceris ab illis; quia conculcari non potest nisi inferior, inferior tamen non est, qui quamuis corpore multa in terra sustineat, corde tamen fixus in cœlo est. Studeetiam vt spiritus timoris, pœnæ, & gehennæ, etiam infra caput sit, quia non decet Christi sponsam illo timore duci, cum perfecta charitas foras mittat illum,

Ex D. Aug. lib. 1. de Ser. Domini in monte c. 6. 1. Io. 4. v. 18

illum, aut supra illum caput eleuet: ita enim timet gehennam, vt ex amore timeat, ne à Dei dilectione separetur, siquidem ex eodem amore Deus pœnā minatur, & timorem incutit. Quod denotat phrasis ipsa: *Leua eius sub capite meo.* Nā cum ad sinistram manum cor propendeat, cum por. igitur leua ad sustinendum caput, simul dimum cor porrigitur, nam quidquid Deus per læuam operatur, siue permittendo aduersa siue comminando supplicia, ex amore procedit, & vt nos in sui amorem trahat. Sed quia timor semper terret, vt spes erigat, ad amorem eius te

Psal. 62. v. 8. conuertere addendo considerer: *Et dextera eius amplexabitur me.* Iuxta illud Psalmi: *In velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua;* id est sub protectione tua sperabo, & lætabor valde, & quia anima mea adhæsit tibi per amorem, & post te per imitationem, ideo dextera tua me suscepit, suisque bonis me repleuit.

De lege veteri & noua Ino 4 Zac. Hac forte de causa D. Hieron. per læuam & dexteram intelligit legem antiquam, & nouam. Per læuam quidem antiquam, quæ erat lex timoris, & cuius tam graue, quod vix portari potuerit: per dexteram vero nouam, quæ est lex

Act. 15. v. 10 gratiæ, & amoris, scripta non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis, per infusionem Spi-

Deut. 33. v. 2. ritus sancti, de qua dicitur. *In dextera eius* (scilicet Dei) ignea lex. Continent ergo verba ista vaticinium de lege Euangelica, quod didicit sponsa in cella vinaria, dicens: *Laua eius sub capite meo, & dextra illius amplexabitur me.* Ac si primitiua Christi Ecclesia diceret: lex antiqua, lex seruituris, & timoris, quam antea mihi dederat, collocata est iam sub capite meo, quam iam non intueor, cui iam non subijcior, sed potius eleuata sum supra illā ad alium spiritum sublimiorem? & si non nullum mihi præbet fulcimentum, & sustentaculum, quatenus quæ

Ioa 15. v. 39 scripta sunt in lege, Prophetis, & Psalmis te-

Luc. 24. v. 44. stimonium perhibent de Christo, & in eius fide me fulciunt, & confirmant. Cæterum lex Euangelica sponsi mei, quæ est lex amoris, propria filiorum, ac sponsarum regis, hæc amplexabitur me totam, circundabit, alliciet & constringet me, & visceribus meis imprimetur, vt iuxta illam vitam componam, & per illam sponso meo adhæream. Hæc autem dexteram super totum meum corpus collocauit ample-

Eph 2. v. 14 xans illud, quia ex vtroque populo Hebræo, & Gentili, vnam Ecclesiam fecit. Sublato pariete legis circumcisionis, quæ illos diuidebat, D quo ad ceremonialia, licet maneret quoad legalia. Vnde sicut in amplexu totum corpus circuncingitur vtroque brachio amplexantis, ita vt vtraque manus facto circulo se contingat: sic

Matth 5. v 17. Christus Dominus per læuam legis veteris quo ad moralia, quæ remanserunt, quia non venit soluere legem, sed adimplere, & per dexteram legis nouæ amplexatur Ecclesiam ex omnibus mundi nationibus collectam, vt omnes in Christo amplexante sint vnum. Nos autem, quos tanquam membra huius Ecclesiæ Christus Dominus iā amplexatus est, ita viuere oportet, vt ab hoc amplexu nunquam separemur, fidem & amorem Christi firmiter retinentes, siue per prospera, siue per aduersa progrediamur, cum ātes ad sublimiores amplexus, quos iam retulimus

A fœliciter peruenire. Alioqui manus Dei ... natiles, quæ tanta celeritate & dilectione extenduntur ad benefaciendum nobis, protendetur sine dubio ad puniendum nos, supplicia & pœnas quas comminabantur acriter inferentes: iuxta illud stupendum Isaiæ vaticinium: *Abiecerunt legem Domini exercituum, & eloquium* Isa. ... v. 13 *sancti Israel blasphemauerunt; ideo iratus est furor Domini in populum suum, & extendit manum suam super eum, & percussit eum, & conturbati sunt montes, & facta sunt morticinia eorum, quasi stercus in medio platearum, & in his omnibus non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.* Scilicet ad ae... endum, nec caret mysterio, quod quando Deus supplicia & flagella infligit, fere semper non referuntur inflicta ambabus manibus sinistra & dextera, sed in singulari manu eius, ad signi-

B ficandum, quod Deus largior est in præmijs quam in supplicijs, & quia dextera ad fauores applicatur, sola vero sinistra infert supplicia, & aduersa; sed hæc adeo est terribilis contra delinquentes, vt Dauid dixerit: *Domine ne in furore* Exod. 6. 4. 5. v. 2. *tuo arguas me, neque in ira tua corripias me, quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam.* Et Iob qui duram Dei manum senserat: sic orabat: *Duo tantum ne facias mihi, manum* Iob. 13. v. 21 *tuam longe fac à me, & formido tua non me terreat.* Vt ergo hanc terribilem Dei manum fugiamus, amplexemur nos Christum, & legem eius Euangelicam, amplexemur mysticum corpus Ecclesiæ, charitatem, vnionem, & pacem cum omnibus seruantes, veneremur vtramque Dei manum, & illi plene subijciamur, sic enim fiet, vt semper læua eius sit sub capite nostro, vt nos

C fulciat, & dextera ipsius iam amplexabitur in hac vita, sed dulcius in æterna. Amen.

EXHORTATIO XLII.

De conseruanda charitate & vnione fraterna, ac pace in Ecclesia, & quauis congregatione, & cum singulis proximis, ... de acri adiuratione Dei contra perturbantes illam.

Adiuro vos filiæ Ierusalem, per capreas, ceruosque camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam quo- D adusque ipsa velit.

SI ad superius dicta attendamus, etiam dicit sponsa: *Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Duplicem fatetur in Christo & per Christum obtinuisse requiem, & tranquillam quietem, alteram communem omnibus iustis, adhærendo Deo per fidem & dilectionem, ac obseruantiam mandatorum, vt in ipso & sub eius prouidentia, ac protectione pacem, & securam conscientiam possideat, relictis peccatis, ac mundi tumultibus, & scandalis, quæ eam possent perturbare: alteram specialem per donum contemplationis elongando se ad tempus à multiplici opere vitæ actiuæ, vt Deo vacet, & in ipso dulciter dormiat. Vtraque obti-

netur

netur non ex viribus naturæ, sed gratiæ, quas læua & dextera ponit ac omnipotentis eius virtus nobis largitur, ad quem etiam spectat donum, quod semel concessit indemne seruare, vt illo fine perturbatione fruamur, & hoc significant sequentia verba: *Adiuro vos filiæ Ierusalem per capreas, ceruosque camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam quoadusque velit.* Quibus verbis ostendit quanti faciat vtramque sponsæ requiem, & quam sit ei curæ eius custodia ne ab alijs intempestiue intercipiatur. De vtraque igitur agendum est inchoando a prima, quæ præcipue conuenit Ecclesiæ Christi.

De zelo conseruandi quietem, pacem, & charitatem Ecclesiæ. §. 1.

HAS VT quidem Ecclesia Christi duplicem statum. Vnum quasi infantilem à die qua Saluator cæpit discipulos congregare, vsque ad diem Pentecostes, quando obfirmata est lex Euangelica, & promulgata. Et ex tunc inchoauit alter status quasi iuuenilis, in quo creuit & dilatauit se per totum orbem, sicut & modo est. De vtroque autem fit hæc adiuratio, in qua introducitur sponsus quasi volens à sponsa dormiente, & quiescente recedere, petens cum adiuratione, à circumstantibus, ne illius somnum moleste intercipiant. Adiuratio autem semper fit per rem nobis charam, & valde gratam, vt si venatori, aut agricolæ per modum obsecrationis diceres, ita tibi prospere contingat ceruorum venatio, aut agri fertilitas, ne facias hoc; vel per modum execrationis; male tibi hæc contingant, si hoc feceris. Ab hac ergo metaphora de rusticanis filiabus Ierusalem, quæ venationi, vel agriculturæ vacabant, sumpta est hæc adiuratio, qua Christus Dominus transiturus de hoc mundo ad patrem, & recessurus à tenella discipulorum Ecclesia, adiurat ciues Ierosolymitanos, quos non filios, sed filias vocat, quia nihil virile erat in eis, sed fœmineum, carnale, & mundanum, vt non perturbent pacem, & tranquillitatem illius congregationis unculæ sibi charæ. Adiurat autem per capreas, ceruosque camporum, qui illis erant charissimi, id est, per Prophetas & Patriarchas. Prophetæ quidem per capreas significantur, quæ acutissimo præstant visu, & ideo Græce dicuntur dorcades, quia acute videant: sic prophetæ præstantissima pollent vi ad intuenda diuina, & ideo in scriptura vocantur videntes. Per ceruos autem significantur Patriarchæ, à partu, quia sicut cerui, vt dicit Dauid per Dei vocem præparantur ad generationem, & partum, sic Patriarchæ præparati sunt ad propagandum populum Dei, ex quo Christus secundum carnem nasceretur. Campi autem in quibus huiusmodi capreæ & cerui degunt, sunt Sacræ Scripturæ, Prophetarum & Patriarcharum dicta, & facta continentes, quorum venationi auide Israelitæ vacabant. Ab his ergo petitur cum ista adiuratione ne pacem primitiuæ Christi Ecclesiæ perturbent.

Fuit autem hæc Christi adiuratio à Deo efficax pro toto illo quinquaginta dierum spatio à morte ipsius, vsque ad Pentecostem, vt nihil

A molestiæ Iudæi intulerint discipulis, sed pacifice in suis domibus, & in cænaculo degere permiserint orantes & suum negotium agentes donec induerentur virtute ex alto. *Act. 1. v. 14.* Huius autem mandati typus præcessit in eo quod ipse Christus præcepit Iudæis, qui ad eum capiendum venerant; *Si me quæritis, sinite hos abire, vt impleretur (inquit Euangelista) sermo quem dixit: quia quos dedisti mihi non perdidi ex eis quemquam.*

Cæterum post aduentum Spiritus sancti est Apostoli introducti in cellam vinariam, vt iam vidimus, magno cum feruore legem Euangelicam prædicarent, cæpit etiam in eo exordio Ecclesia pace, ac tranquillitate frui. Siquidem de ea dicitur: *Omnes qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia, quotidie quoque perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione, & simplicitate cordis collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem.* *Ioan. 18. v. 8.* Et iterum: *multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna.* Adiurantur ergo Iudæi per Prophetas & Patriarchas ne hanc Ecclesiæ quietem disturbent molientes aliquid contra fidem & charitatem, vnionemq; ac sanctos mores, quos profitetur.

B

Sed quia futuri erant peruersi filij in eadem Ecclesia, falsique fratres, & ficti Christi sodales hæretici, & schismatici, adiurantur hi omnes (quos filias Ierusalem vocat, quia sub eodem baptismo nihil nisi carnale, & molle sapiunt) ne eandem Ecclesiæ fidem, pacem, ac vnitatem hæresibus, & erroribus, schismatibus, & dogmatibus peruersis dilacerent. Fit vero adiuratio per Prophetas & Apostolos, quos isti etiam

C venerantur, & nostri sunt Patriarchæ, ac progenitores, quorum dicta & gesta in campis vtriusque testamenti referuntur. Per huiusmodi autem adiurationem manifestat Christus Dominus desiderium ac voluntatem suam; quia nihil ipsi optabilius est, quam quod fides integra, charitas mutua, vitaque immaculata, & pacifica in cunctis fidelibus perseueret. Nihil autem est illi exectabilius quam hæresis, schisma, scandalum, discordia, & quidquid vnitatem & pacem Ecclesiæ scindit, ac diuellit. Vtrumq; testatur diuina sapientia, cum ait: *In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata corā Deo, & hominibus. Concordia fratrum, amor proximorum, vir & mulier bene sibi consentientes.* Et rursus: *Sex sunt quæ odit Dominus, & septimū detestatur anima eius.* Nempe, eum *qui seminat inter fratres discordias*, oportet quidem, vt *Eccles. 25. v. 1.* *Prouer. 6. v. 16.* *1. Cor. 11. v. 19*

D dicit Apostolus, hæreses esse, & schismata, vt qui probati sunt, manifesti fiant: necesse est item, vt Saluator prædixit, quod veniant scandala, scissuræ, & diuisiones. *At væ homini illi per quem scandalū venit, melius esset ei si suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.* *Matth. 18. v. 9.* Præsciens igitur sponsus ex praua hominum propensione sæpissime futura huiusmodi scandala, schismata & dogmata hæretica, adiurat omnes terrestris Ierusalem incolas, vt ab his caueant, quia horribilius, & diuturnius supplicium illis inferetur, quam si suspensa ad collum asinaria mola proijcerentur in profundum maris, proijcientur enim obstinati in profundum inferni, vbi tormentum est horrendum & æternum.

Eaodem comminationem insinuat hic sponsus, si versionem LXX. attendas. Quæ sic habet:

bet. *Adiuraui vos filiæ Ierusalem in virtutibus, & in viribus agri si suscitaueritis, & resuscitaueritis charitatem quoadusque velit.* Quæ verba in eundem sensum vulgatæ, sed per modum adiurationis execratoriæ possunt reduci. Quia iuxta phrasim Hebræam multoties particula *si* ponitur pro *et*: vt si ambulaui in magnis, id est, non ambulaui. Si dedero somnum oculis meis, id est, non dabo somnum. Vocantur autem virtutes & vires, seu fortitudines agri cuncti fructus, quos vberrimus ager fert, qui chari erant rusticanis Ierosolymitis, quos adiurat sicut capreæ, & cerui venatoribus: per illas autem significantur virtutes & dona spiritualia agri, cui benedixit Deus, qui est Christus Dominus, vel virtutes, ac potestates agri cœlestis, quæ sunt Angelorum Hierarchiæ, & chori. Nam cum Angeli sint omnium custodes, quibus maxime deuincti sumus, optime per illos tanquam per rem valde charam adiuratio fit. Qua de causa cum moneret ne scandalizaremus paruulos, rationem subiecit: *Quia angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in cælis est.*

Matth. 18. v. 10.

Ipsam autē sponsam dilectam vocat charitatem seu dilectionem, eo loquēdi genere quo amantes seipso compellāt, amor meus, dilectio mea. Quo etiam allicit ad non inferendum molestiam illi, quam ita ipse diligit, vt suum amorem appellet, ac si dixerit, qui hanc tangit, tangit pupillā oculi mei, & amorem cordis mei, prætetea adiurat ne charitatem perturbēt, ad significandum charitatem totam esse radicem pacis, ac tranquillitatis, qua fruetur Ecclesia, idemq; esse zelare bonum Ecclesiæ ac zelare eius charitatem. Sensus igitur est, adiuraui vos, & iterum adiuro ne suscitetis dilectam meam, & perturbetis charitatem illius: at si suscitaueritis, & perturbaueritis eam, imprecor vobis, vt auferantur à vobis virtutes ac vires agri, capreæ, ceruiq; camp[illegible]um.

Huiusmodi autem imprecationes in scriptura p[illegible]ctæ sunt comminatoriæ eius quod futurum est, seu supplicium quod luent præcepti transgressores. Iudæis enim minatus est hoc ipsum Christus Dominus, cum dixit: *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius.*

Matth. 21. v. 43.

Ex eo namque quod persecuti sunt Christum, & Ecclesiam eius, ablatæ sunt ab illis Scripturæ sacræ, vera sacramenta, & sacrificia, ac cætera salutis remedia, translataq; sunt ad gentes. Vnde non fruuntur iam capreis, ceruisq; camporum, id est, Patriarchis & Prophetis, quos tanti faciebant, nec virtutibus & fructibus agri, id est, Christo quem expectabant.

Eademque de causa ab hæreticis qui Ecclesiam & fidem modo disturbant, multa ex dictis auferuntur, vt sua culpa non potiantur puris scripturis, sed adulteratis per ipsos, nec puris sacramentis, sed ijs qui sibi fingunt sacramentorum idola. A schismaticis etiam, vnitatis ac pacis Ecclesiæ perturbationibus auferentur gratiæ dona, & salutis æternæ charismata, & fructus vitæ æternę, angelorum salubris protectio, & cætera, quibus in indignos constituunt, eo quod sponsam Christi scindere, & dilacerare contendunt. Vnde sicut capreæ & cerui dilaniantur à feris ne prosint venatoribus, & sicut frumentum ac fructus agri cōsumuntur à grandine, vel gelu, aut vermibus, ne vsui sint agricolis, ita isti omnes dilacerabuntur à dæmonibus, & omne adiutorium, omnisq; vitæ æternæ f[illegible]ctus tandem peribit illis, quia ipsi peribunt in æternum.

Merito autem hanc comminationem infert sponsus, vt consoletur Ecclesiam, quæ conquesta erat, vt vidimus, quia filij matris suæ pugnauerunt contra eam, & cum eandem pugnam sponso recedente timeret, ipse sermonem conuertens ad filias Ierusalem, quæ sunt ijdem filiæ matris suæ eam oppugnantes, ait illis adiuro vos, ô filiæ Ierusalem, ne amplius oppugnetis sponsam meam dilectam, nec pacem [illegible] perturbetis, *Quoadusque ipsa velit*, id est, nunquam, quia ipsa nunquam volet hac pace priuari. Scriptura enim hac phrasi significat aliquid quod nunquam erit, vel finietur vt in illo: *Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis donec auferatur luna*, id est, perpetuo, quia luna nunquam auferetur.

Vide supra lib. 3. hom. 10.

De zelo conseruandi & augendi charitatem fraternam à singulis habendo.

§. 2.

HÆc quæ diximus de vniuersa Ecclesia, de singulis etiam ecribus religiosis, & de qualibet Christiana cōgregatione intelligenda putamus, imo & de qualiber anima tam in seipsa, quam respectu congregationis in qua degit, vel proximorum, quibuscum versatur. Nihil enim nobis execrabilius esse debet, quam internam charitatem, & pacem amittere, vel cum alijs disrumpere, & inter eos discordias seminare, timentes terribilem Dei comminationem cōtra eos qui alijs scandalum præbent. Vel suæ congregationis vnitatem quouis præsumpto titulo scindunt. *Vtinam* (ait D. Paulus) *abscindantur, qui vos conturbant.*

Ad Gal. 5. v. 12.

Dicetur enim eis, quod Iosue dixit Achan: *Quia turbasti nos, exturbet te Deus in die hac*, & lapidatus est ab omni populo, & instar Chore, Dathan, & Abiron, qui turbauerant Israeliticam Ecclesiam, deuorabuntur à terra, & operientur grauissimorum peccatorum multitudine, descendentq; in profundum abyssi [illegible]ur qui alligatus est prægrandi lapide.

Iosue 7.

Nec sine causa hos conturbantes vocat, *Filias Ierusalem.* Quæ interpretatur visio pacis: vt vel nomen matris excitet filias ad amandam p[illegible] ipsius, erubescantq; dissipare eam, & cum [illegible]sa sit etiam filia Ierusalem, quid indignius [illegible] sororem exturbare, & ciuitatem pacis in di[illegible]diam vertere? nunquid (ait Dominus pe[illegible] Malachiam!) *Nam pater vnus omnium nostrorum. nunquid non vnus Deus creauit nos? quare ergo despicit vnusquisq; nostrum fratrem suum violans pactum patrum vestrorum!* Si ergo omnes eundem habemus patrem, eandē matrem Ecclesiam, aut religiosam congregationem, quomodo audemus violare pactum charitatis fraternæ contra voluntatem patris nostri, & cum graui detrimento nostræ matris! *Disperdet*, inquit, *Dominus virum, qui fecerit hoc, magistrum, & discipulum, & offerentem munus Domino exercituum.* Quia nullius acceptabit personam, & ita destruet maiorem, ac minorem, sacerdotem ac laicum. *Nam qui conturbat vos* (ait D. Paulus) *portabit iudicium, quicunq; est ille*, etsi sapiens sit, princeps, vel imperator: simus ergo veri filij Ierusalem zelantes pacem matris nostræ

Malach. 2. v. 10.

Ad Gal. 5. v. 10.

Eccle-

Ecclesiæ, ac proximorum nostrorum, nihilque A sit vobis optabilius, quam charitatem & tranquillitatem seruare, tum in nobisipsis, tum etiā in alijs, nihil omnino permittentes, quod illam extorbet, extinguat, aut minuat: imo omnibus viribus curantes, vt in dies augeatur, & firmior fiat.

Hoc enim expressius commendatur in ijs verbis, iuxta versionem L x x. *Adiuro vos, &c. Si suscitaueritis, vel resuscitaueritis charitatem quoadusque velit.* Quæ verba a Origenes, b Diuus Ambrosius, c Augustinus, d Nyssenus, & alij Patres interpretantur in sensu affirmatiuo, longe quidem diuerso à sensu nostræ vulgatę, sed in se verò, ait igitur: Adiuro vos ô animæ fideles, & piæ quod suscitetis & resuscitetis ipsam virtutem charitatis, ne voquam extinguatur, vel obdormiat, aut tepescat, sed potius currens, vt eon- B struat, & crescat quaotum ipsa vult crescere, tam in vobis qoam in alijs, quod si al qua ido mortua fuerit, totis viribus incumbite resuscitare illam, & ad vitam reuocare, ne tam ingens bonum in vllo homine pereat. Si vero te puerit, satagite, vt ferueat, & io opera iogentia se prodat, æmulantes semper charismata meliora, quæ sunt charismata charitatis. Ij autem patres existimaot, hæc verba tribuenda esse non tam sponso, qoam Ecclesiæ sponsæ Christi exhortanti animas infirmas, & imbecilles ad seruandam charitatem, & vnionem fraternam, & in dies perficiendam, quamuis etiam io hac expositione ipsi Christo possint attribui. Adiurat autem eas per virtutes, & vires agri idest, per ipsa opera sancta, & pia, quæ illis sunt chara, vel per ipsas virtutes supernaturales infusas C viribus animæ, quæ est ager fructuosus, vt charitatem exciteot, à qua omnes virtutes, & operæ vitam, decorem, ac perfectionem desumunt. Aut adiurat per virtutes & potestates angelicas, quæ agrum huius mundi perambulant, & custodiunt, vt suscitent charitatem imitando mutuam dilectionem, vnionem, & pacem, quæ inter ipsos angelos & beatos inuenitur. Expedit enim filias terrestris Ierusalem ad eam pacem anhelare, quæ est in Ierusalem cœlesti, ad quam properant, dicentes illius ciuibus illud Psalmi; *Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem, & abundantia diligentibus te*, O ciues Ierusalem cœlestis petite Deo cuncta quæ necessaria sunt ad pacem, vnionem, & fœlicitatem nostræ Ierusalem terrestris, præbendo cœlestium donorum abundantiam ijs, qui diligunt illam, vt eius curent D conseruationem.

a Homil. 3. in quatuor Serm. 5 in Psal. 118. c In lib. speculi tom. 3 d Hom. 4 in Cantic. Theodoret enarrat trium patrum verba refert, vt infra.

Sic Origenes.

Sic Theodoretus & Nyssenus.

Hinc deducenda sunt duo valde salutaria monita. Primum quidem oportere valde, quod in omnibus filijs Ecclesiæ, vel religionis vigeat iste zelus resuscitandi charitatem, vt in peccatoribus reuiuiscat, in tepidis ferueat, & in ferrentibus amplius ardeat, & perficiatur. Hoc autem maxime incumbit prælatis, sed potissime ab vnoquoque excitanda est propria charitas, vt in dies ferueat, & crescat, alterum est quod hæc excitatio fieri debet vsque ipsa charitas velit, Id est, iuxta inclinationem charitatis, quæ est sine limite, & sine fine crescere.

Cupit enim crescere quaotum potest, vsque ad finem vitæ.

De medijs ad excitandam charitatem.

§. 3.

SED in hac ipsa adiuratione nonnulla insinuantur media ad id obtinendum, pro quo fit adiuratio. In eo enim quod dicitur: *Adiuro vos per capreas, ceruosq; camporum.* Hoc indicatur, vt notat Diuus Anselmus, quod rem adiuratam facient, si virtutes illas habeant quæ per capreatum, ceruorumq; natoras, ac proprietates repræsentantur, quibus sancti maxime florueront. Etenim capreæ alta petunt, & non ab imis sicut oues, sed à summis capite erecto cibum sumunt, ceruι etiam velocissime currunt: ad montesque ascendunt, vbi libentius habitant. Iuxta illud Psalmistæ: *Montes excelsi ceruis, & qui perficit pedes meos tanquam ceruorum, super excelsa statuens me.* Sic sancti viri ad supremum perfectionis anhelant, charismata meliora æmulantur, & velociter per Christum currunt, à quo cibum & pastum spiritualem expectant, & ea quæ in infimis sunt contemnunt: hæc autem omnia perfecta præstat charitas, quæ omnium virtutum fert vexillum, ad Deum ipsum intentionis caput erigit, & pedes affectuum velociter mouet, vt Christum assequantur. Nihil ergo quod charitatem lædat agendum est; hoc enim esset infima petere, imis inhærere, & à cunctis virtutibus deficere. 1.

Psalm. 103. Psalm 17. v. 34.

Sed quia hominum est aliquando delinquere, & charitatem nonnunquam lædere, eadem animalia remedium huius damni edocent. Nam capreæ sagitta vulneratæ per dictamnum vulnera curant, cerui deglutiunt serpentes, sed postea ad fontes aquæ currunt, qua hausta venenum enomunt, & renouantur: ita Ecclesiæ filij, si quando à diabolo vulnerantur, vel eius venena, seu peccata deglutiunt, per dictamnum pœnitentiæ, & orationis seipsos curant; ad Christum currunt fontem aquæ viuæ, cuius gratia quodcunq; peccati venenum enomunt, & fonte lachrymarum maculas diluunt, vt in interiori homine renouentur. Hæc autem maxime præstat charitas, quæ operit multitudinem peccatorum, & ideo tam instanter fit adiuratio, vt resuscitetur & eleuetur, ne obdormiat, moriatur, aut deprimatur, nam ea depressa, omnes virtutes deprimuntur, ea vero eleuata & suscitata omnes eleuantur & suscitantur. Continuum autem studium plorandi peccata, & purgandi se ab illis hanc operatur suscitationem. 2.

Præterea aptissime fit adiuratio per ceruos, qui symbolū sunt fraternæ charitatis, eo quod (vt optime perpendit Diuus Augustinus) cum de vno in alium locum migrantes per fretum natant, vicissim vnus alterius caput cornibus graue super clunes portat, & dum primus lassatur expectat vltimum, vt super illum caput reclinet, & hic vltimus libenter portat pondus illius, qui fuerat primus, vt hoc mutuo adiutorio sine periculo fretum transferant, quasi docentes nos quod ait Apostolus: *Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi*: quæ est lex charitatis, per quam omnes in Christo vniti ad inuicem onera fratrum portamus, nihil illis molestiæ inferentes, non disturbantes pacem, sed potius supportantes inuicem in cha- 3.

Lib. 83. qq. q. 17 & in Psalm. 41. Ex Plinio lib. 27. c. 9. Ad Gal. 6. v. 2.

in charitate eorum oneta, vel tollentes, vel ferentes, ad mutuamque exhortantes vnionem, & concordiam, vt hoc communi & reciproco adiutorio fretum huius mundi tranquille transnatantes ad portum salutis æternæ feliciter perueniamus.

4. Tandem phrasis ipsa & modus loquendi per adiurationem valde nos vrget, vt aduertamus quanti Deus faciat suscitationem charitatis, vt nos similiter magnifaciamus illam, & totis viribus procuremus. Perpendit hoc optime Diuus Augustinus in libello, quem ex canonicis libris congessit, & speculum nuncupauit. [In speculo tom. 3.] "Ex Cantico autem Canticorum (inquit) quid in hoc opus transferre possumus, cum totus amores sanctos Christi & Ecclesiæ figurata locutione commendet, & prophetica pronunciet altitudine, nisi quod quamuis sit ad intelligendum difficillimus, possumus tamen facile aduertere, quantum sit diuina illa, & diuinitus inspirata charitas appetenda, quando quidem non ibi semel dicitur, sed alio & alio loco, iterum ac tertio repetitur, [Cant. 2. v. 7. & c. 3. v. 5. & c. 8. v. 4.] *Adiuro vos filiæ Ierusalem in virtutibus, & viribus agri, si leuaueritis charitatem quoadusque velit*, vult autem leuari quoadusque Christus ipse docuit verbo, & suo est hortatus exemplo dicens: *Maiorem hac dilectionem nemo habet quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* [Ioan. 15. v. 13. 1. Ioan 3. v. 16.] En D. Augustinus nulla verba preciosiora in toto Cantico inuenit, quam ista, quæ in suo speculo collocaret, & ex trina eorum repetitione, & adiuratione deducit quanti Deus faciat leuare charitatem, & eam vsq; ad summũ extollere. Huncq; totius dramatis scopum esse testatur. Confirmat, & amplificat hoc Diuus Ambrosius, dum [Serm. 5. in Psalm. 118. v. 4.] ait, charitatem hic vocari ipsum Christum, qui charitas est, & per charitatem habitat in cordibus nostris, quod autem ait: *Si suscitaueritis, & charitatem quoadusque velit*, ideo dicitur, quia "Christus (inquit) suscitatur in ijs, qui primum accedunt, id est, qui per baptismum sanctificantur, resuscitatur vero in ijs qui postquam accesserunt, dormierunt. Dormit ergo Christus in negligentibus, suscitatur vero in sanctis. Hæc Ambrosius; quanti ergo facienda est charitas, quę est ipse Christus, & secum trahit Christum; & qui illam extinguit, Christum in se extinguit, & qui illam suscitat, Christum suscitat. Suscitemus ergo illam in nobis, ac in omnibus quibuscum versamur, eleuemus eius vexillum, vt Christus per illam regnet in nobis, & in cunctis in secula seculorum. Amen.

EXHORTATIO XLIII.

[Pro festo S. Magdalenæ, & pro festo Assumpt. circa Euangel.]

De dulci somno contemplationis, & amoris, de externis & internis quæ illam impedire conantur, & de Zelo propellendo illa.

Adiuro vos filiæ Ierusalem, per capreas, &c.

DIXIMUS sponsam dum reclinaret caput super sponsi læuam, amplexante illam dextera ipsius, requieuisse & obdormisse dulcem, ac mysticum somnum contemplationis, intu-

A endo sine dubio altissima sui dilecti magnalia, ac profunda mysteria, amando, & amplexando eum, qui ita tenere eam amabat, & amplexabatur, sed sublimius ascendit sponsi dilectio. Desiderabat enim hunc somnum profundum fore, longum, ac diuturnum, nec per violentiam intercipi, quoadusque ipsa sua sponte surgeret, & euigilaret. Euenit enim in oratione mentali & contemplatione, quod in corporali somno. Qui quidẽ multis de causis necessarius est corpori, vt scil. sensus & membra à defatigatione in operibus suis quiescant, & tam ... quam vires vegetantes robur ad operandum acquirant per maiorem spirituum animalium, aut vitalium generationem, vnde in somno melius fit concoctio cibi, digestio, ac distributio illius per membra ad illa nutrienda, augenda,
B & roboranda; & vt sensus expeditius videant, sentiant, & sua opera in vigilia perficiant. Iste autem tunc vtilis est, cum sufficienter capitur iuxta dormientis necessitatem, cui cum satisfactum fuerit, vltro expergiscitur, si vero violenta aliqua perturbatione, vel strepitu excitetur, nocumentum recipit, & molestiam, ineptusque & imbecillis ad sua opera peragenda manet.

De contemplationis somno. §. 1.

AD hunc igitur modum animæ necessarius est somnus quidã spiritualis per orationis studium, ac meditationis, vel contemplationis; in qua ab exercitijs vitæ actiuæ & à negotijs, curisque temporalibus requiescat, vt vires resu-
C mat spirituales, ad eaudem melius, & fortius exercenda. Per meditationem enim Christi, verba, ac gesta cæteraque mysteria, quæ cibi animæ sunt, intus quasi decoquuntur, & digeruntur, ac singulis potentijs applicantur: per orationem vero impetrantur Dei auxilia, & inspirationes, quæ sunt velut spiritus vitales animæ, magnumque præstant robur ad cuncta studiosa opera peragenda, vnde hoc ablato somno mox languescit anima, arescit cor, obtenebratur mens, vires internæ deficiunt, effrenantur appetitus, lasciuiunt sensus, & ad omne bonum opus membra torpescunt, & velut homo in somnis phrenesim, & mentis deliquium spiritus patitur: at per spiritualem somnum cuncta hæc mala reparantur. Et vltra hoc sopor iste spiritualis est propter se valde amabilis, quia
D in ipso sine vllo strepitu anima per cognitionem, & amorem Deo intime vnitur, in illoque tanquam in suo centro, & fine vltimo requiescit, & ab illo nouas vires recipit, vt quidquid iusserit prope exequatur. Hoc autem tamdiu durat in oratione, & contemplatione, quamdiu ratio & charitas dictat, ac Deo placet; hoc enim duntaxat ipsa vult, cum suam in omnibus diuinæ conformet voluntatem.

Sponsus igitur huius somni zelator ac custos amantissimus adiurat filias Ierusalem, *Ne suscitent, neque euigilare faciant dilectam quoadusque ipsa velit.* O mira & stupenda diuinæ charitatis dignatio, quæ non solum in sęua sua dilectam quiescere facit, sed insuper custoditã cunctis infestantibus illam, nec nisi ad ipsius voluntatem patitur suscitari. Quadrat in eam quod

Deut. 33. v. 12. q... d... ... est: *Beniamin aman ... Domini h... ... confidenter in eo, quasi in thalamo tota die m... ... ter humeros illius requiescet.* Quo... ... h... ...bit confidenter in Deo, mo... sab... ... in eo quasi in thalamo, vt inter hu... tos ... securus requiescat, qui ipsummet p... ..., ac suæ requiei habet protectorem.
Genes. 35. v. 18. B... ... B... niamin, id est filius dexteræ, ... dolons nuncupatus est, nam re... ... ... æ meutiebant dolorē, qui prius ... angu...bar, iam in Deo gaudens per contemplationem requiescit à diuina protectus dextera, vt dormiat somnum illum mysticum,
Psalm. 67. v. 28. de quo ...citur in Psalmo: *Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu.* Mentis excessum vocat, quoniam licet sensus externi videantur dormire, ...ns tamen excedit seipsum, & ad superna e...uatur. Vnde de hoc somno contemplatio- B nis dicitur: *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Nun dormiunt potentiæ internæ quasi nihil agentes sed tanquam tranquillæ, & sine impedimento in suis actibus vigilantes. Vigilat intellectus intuendo diuina, quæ superant humanū captum, & audiendo aliquando arcana verba, quæ non licet homini loqui, vigilat voluntas eliciendo ardentes amoris affectus erga dilectum, quem intuetur, vigilat imaginatiua vis formando, aut potius recipiendo imagines, quæ cœlestes res illi repræsentant. Vigilat appetitus se circa diuinas affectiones exercendo; denique vigilat cor, anima, mens, & vires, siquidem tunc ardentius diligunt Deus ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & ex omnibus viribus suis, quæ autem reuelationes, quæ visiones, quæ voces, quæ imagines, qui affectus in hoc dulci so- C mno intercedant, reliqua verba, quæ in hoc capite refert sponsa, manifestant, de quibus sequens erit liber. Nunc autem quid sibi velit adiuratio ista, ne ab hoc somno excitetur explanemus. Dupliciter autem fieri potest. Primo per modum imperij Dei efficacis, quod penitus omne tollit contemplationis impedimētum inter vnom, vel externum, quomodo Christus Dominus custodiebat somnum contemplationis in beata Virgine, quamdiu ipsa volebat, donec ab vltima huius vitæ contemplatione in æternam transtulit eam. In alijs vero iustis custodit ad breue tempus, prout ipsi placet. Alio modo fit adiuratio per modum præcepti, vel monitum cum sufficienti auxilio ad præstandum id quod iubet, vel monet, & hoc modo est nunc D interpretanda.

Contra eos qui contemplationi vacantes perturbant. §. 2.

Præscribat sponsus non defatigtas filias Ierusalem, quæ animam quieti cor templationi vacantem perturbare conarentur, quas adiurat, ac præcepit ne id faciant, huiusmodi autem in tres ordines redigere possumus. Etenim Diuus Gregorius per filias Ierusalem carnales quoque, qui sunt in Ecclesia intelligit; qui piam animam sopitis terrenis cupiditatibus in sinu sponsi sancto otio quiescentem importune excitant, negotijs mundi eam implicare desiderantes, quia vitam inutilem existimant, dum ab eorum curis, eam se abstinen-

A tem considerant. Vnde satis congrue, non filij, sed filiæ nominantur, quia dum effœminatos mores nutriunt, quales interius habentur, exterius nomine fœmineo designantur. His autem dilectam suscitare sub adiurationis pondere prohibetur, ne videlicet mentem, quæ ad vocandum Deum se accingit, & solis spiritualibus studijs inhærere concupiscit, importunis sollicitationibus inquieterent, & tenebris curarum terrenarum oculum cordis eius obnubilent.

Hæc fere Diuus Gregorius, vtinam ij qui filiæ dicuntur Ierusalem filij efficerentur, & effœminatis moribus sepositis viriles assumerent, vt digni essent qui ad cœlestium contemplationem assumerentur, & potius ad illam alios prouocarent, quam impedirent.

B Sed ab his carnalibus non longe distant aliæ filiæ Ierusalem, animæ quidem iustæ, sed nimium operibus vitæ actiuæ additæ, quæ inutile putant contemplationis otium, & illi vacantes exturbare nituntur sub melioris boni prætextu. Quarum figuram præ se ferebat Martha, dum otiosam existimabat Mariam sororem suam, quæ sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius, & eius contemplationi vacabat, eam intempestiue ad actionem reuocare conata est dicens Christo: *Domine non est tibi cura, quod soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi, vt me adiuuet.* Bonus Luc. 10. v. 40.
quidem zelus ministrandi Christo corporaliter, sed sine scientia; dum omnes vult eodem modo illi ministrare, non audet coram magistro sororem ab eius pedibus auocare, sed C quantum in se fuit, exturbauit eam, siquidem ipsa audiente contra eam magistrum interpellauit, vt à se abijceret, & ad opus ministerij mitteret, at Christus Dominus Marthæ zelum comprimens, & ignorantem instruens sic ait: *Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima, porro vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Et quid hoc est nisi cunctas animas Marthæ imitatrices adiurare, ne suscitent contemplantem animam, donec ipsa velit? nam quia ipsæ turbatæ sunt erga plurima, exturbare nituntur qui occupantur circa vnum.

Sed quid est quod Saluator ait, quod melior pars contemplationis non auferetur à Maria, & tamen hic dicit, ne suscitetur, quoadusque ipsa velit? Auferetur ergo ab illa quando ipsa D recedere voluerit. Sed aduertere oportet duplicem esse animarum statum, quæ contemplationi vacant, quædam enim ex Dei speciali vocatione vitam elegerunt solitariam, solius vitæ contemplatiuæ exercitijs dicatam; de quibus dicitur: *Sedebit solitarius & tacebit, quia leuauit se super se:* & si optimam elegerunt partem, quæ non auferetur ab eis, quia vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permanere debet, & contemplatio, quæ in hac vita incipit, in futura non aufertetur, sed potius reddetur clarior in æternum duratura. Vnde si de statu contemplandi sermo fit, vox illa: *Quousque velit*, perpetuam, iuxta supradicta indicat durationem; quia nunquam volet in hac vita, nec post mortem velle poterit ab hoc statu discedere, & alium assumere. Vnde Magdalena, de Thren. 3. v. 28. 1. Cor. 7. v. 20.

qua verba ista dicta sunt, post Christi ascensionem triginta annis solitaria in spelunca delituit contemplationi vacans, septiesq; quotidie rapiebatur in cælum ad diuinas laudes auscultandas, donec tandem post mortem illuc introducta, perpetuo in clara Dei contemplatione perseuerat, quæ non auferetur ab ea in æternum.

Cæterum status iste, cum melior sit pars respectu vitæ actiuæ, & facta collatione partis ad partem, optima nuncupetur; tamen ideo Christus Dominus partem vocauit, quia multo melius iudicauit, vt reuera est. In hoc seculo ipsum totum ex vtraq; parte compositum, quod vitam mixtam nuncupamus, quam Christus Dominus sibi elegit, & quam profitentur, qui contemplationi simul & actioni ad lucrandos proximos ex Dei vocatione insistunt, qui cum perfecti sunt, somnū contemplationis quiete dormire possunt, & debent prius quam ad operandum surgant; nec suscitandi sunt, vt euigilent ad opera vitæ actiuæ circa proximos, *Quosdam qui spirant*, quia ipsi à Deo instructi, tunc volunt cum id expedire sibi, vel proximis, & Deo placere iudicauerint. Charitas enim Christi vrget illos, nec dormire plus nimio sinit, sed tempestiue excitat, vt proximis succurrant, nec ipsi aliud volunt, quam quod charitati congruit, & quod velit Deus, illos velle; Non enim (ait D. Gregorius) omnis cura proximi sanctæ animæ interdicitur, sed quando suscitari debeat, eius voluntati relinquitur, quia omni perfectæ animæ discernendum est, & quando cælesti contemplationi studeat, & quando vtilitatibus proximorum inseruiat. Nouit sponsus (inquit Bernardus) quanta flagret dilectione etiam erga proximos sponsa, & sua propria charitate sollicitari matrem de profectibus filiarum: neq; se vllo pacto illis subtracturam, seu denegaturā, quantum & quoties opus fuerit; proptereaque eius discretioni secure credendam censuit hanc dispensationem.

3\. Hinc idem Sanctus per filias Ierusalem adolescentulas intelligit, seu animas teneras subditorum, qui multoties prælatos ac magistros spirituales horis consuetis in cōtemplatione quiescentes, illus iusto molestare solent, vt eorum necessitatibus spiritualib. vel corporalibus subueniant, cum tamen eorum discretioni id committere tenerentur, siquidem ipse Deus id committere non dubitauit. Aduertant igitur prælati, ac spirituales magistri, vt discrete se gerant, ne dum plus nimio dulcedini cōtemplationis vacent, à subditorum & pusillorum cura desistant, alioqui iuste auferetur ab illis donum quo ingrate abutuntur cum damno proximorum (vt superius notauimus;) quare non minus expedit illis à cōtemplatione surgere, & circa proximos vigilare quando necessitas vrget, vel charitas impellit, quā subditis, relinquere eos horis consuetis contemplationi vacare, vt postea vtilius illis præsint, doceant, & succurrant.

Hoc ipsum indicat adiurationis forma, quæ fit *Per capreas, ceruosq; camporū*, quæ animalia sunt munda secundum legem, & grata erant Ierosolymitis, vnde in prouerbijs vbi Vulgata habet, *Cerua charissima & gratissimus hinnulus*, iuxta Hebræicam lectionem dicitur, *Cerua amorum, & caprea gratiarum*. Significant ergo virtutes quæ mundiriam spiritualem animæ conferunt & maximum amorem ac gratiam conciliant apud Deum, & apud homines, & ad Dei contemplationem maxime disponunt, per quas fit adiuratio, ne animam ab exercitio harum virtutū dum contemplatur, auertant: alij per capreas, ceruosque camporum intelligunt vtriusq; Testamenti Sanctos, qui in campis & locis solitarijs contemplationi vacabant, & capreæ acutorum penetrabant diuina, atque instar ceruorum ad cacumina montium cælestium ascendebant, per quos adiurantur filiæ Ierusalem, ne eorum sectatores à sua quieta contemplatione intempestiue auellant. D. Bernardus beatas intelligit animas, spiritusque Angelicos, quibus sociatur anima contemplationi vacans; Per quos (inquit) fit adiuratio, ne adolescentulæ inquietæ audeant leui ex causa euocare dilectam à tam venerando collegio, cui absq; dubio toties admiscetur, quoties contemplando excedit. Pulchre itaq; illorum authoritate terrentur, à quorum societate constat auelli ipsam illarum importunitate.

Contra ea quæ intus impediunt contemplationem & amorem. §. 3.

SEd alia sunt quæ intus contemplationem & fructum eius impedire conantur, quæq; adiurantur à sponso, ne impediant illam, nempe facultates, seu vires animæ interræ, maxime imaginatio & appetitus, nec non & sensus; & præterea curæ ipsæ, ac negotia sua, ad propriam vel aliorum vtilitatem spectantia, quæ omnia filiæ Ierusalem dici possunt, quia ad cælestem patriam ordinantur; & tamen hora contemplationis multis modis titulo pietatis eam impedire conantur, impellendo animam, vt à contemplatione discedat. Multoties n. spiritu quodam, & impetu, non tam rationis, quām passionis negocia sibi occurrunt, curæ ... pię pungunt, necessitates propinq. premunt, & imaginatio ipsa clamat, dum aliorum clamores repræsentat, quasi dicens ... melius esse ... à contemplatione cessare, & alijs attendere. Has tamen omnes filias Ierusalem sponsus ita adiuratione monet, & præcipit, ... etiam animam tunc perturbent. Quod autem præcipit, ipse præstat, imo ipse solus præstare potest, ... & venti obediunt ad nutum. Per eius enim custodiam & protectionem hæc adiuratio ... adumbratam somnus cōtemplantis quietus est, & tranquillus, his impedimentis ... sublatis. Vere (inquit D. Bernardus) magna & stupenda dignatio, quod quiescere facit animam contemplantem in sinu suo, insuper & custodit, ab infestantibus curis, protegitque ab inquietudinibus actionum, & molestijs negotiorum; nec patitur omnino suscitari, nisi ad ipsius vtiq; voluntatem. Non me capiu præ lætitia, quod illa maiestas tam familiari, dulcique consortio nostræ se inclinare infirmitati minime dignatur; sic sic esse in cælo non ambigo, vt lego in terra. Quid putas illic accipiet, quæ hic tanta familiaritate donatur, vt Dei brachijs amplecti se sentiat, Dei sinu foueri, Dei cura, & studio custodiri, ne dormiens forte à quopiam donec vltro euigilet, excitetur? Hæc carptim ex Diuo Bernar-

Bernardo qui addit per hanc Dei custodiam ad tantam in hoc somno præcellentiam euehi animam, vt angelicam imitetur putam, & quietam contemplationem, cum præsentium memoriam excedens, rerum inferiorum, corporeatumque non modo cupiditatibus, sed & similitudinibus exuat, sitque Dei pura cum illis conuersatio, eum quibus est puritatis similitudo. Tunc sponsa adipiscitur, quod antea petierat, cum dixit: *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorū.* Nam annuens sponsus eius desiderio introduxit eam in cellā vinariam, & ordinauit in ea charitatē, adiurauitq; omnes creaturas, ne illam molestent, & vagare faciant, vel ordinem charitatis perturbent, auertendo eam ab internis ad externa, quoadusq; ipsa velit.

Sed quia diuina protectio nostram industriam non reijcit, imo exigit, oportet etiam nos consimili adiuratione nostras potentias ac curas vigilantes reprimere, ne orationis tempore nos perturbent. Ac si diceret: Adiuro vos, vires, ac curæ meæ quantumuis piæ, per virtutes ipsas quas desideratis, ne suscitetis & perturbetis nunc dilectam animam meam, donec ipsa velit. Ad hunc modum feruens quidam Eremita, cum se ad orandum conferebat, conuocans omnes animæ suæ vires, dicebat illis: Venite exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro, præoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei: venite procidamus ante Deum, ploremus coram Domino, qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster, nos autem populus eius, & oues pascuæ. Alius autem dum intrabat in cubiculum ad orandum, quasi loquens corpori, sensibus, & curis, ac negotijs omnibus, & valedicens illis, aiebat sicut Abraham ad pueros suos: Expectate hic cum asino, ego & puer illuc vsque properantes, postquam adorauerimus, reuertemur ad vos. Hoc enim est quasi adiurare illa, ne orationis tempore suo nobis tumultu molesta sint; nam eo finito reuertemur ad ea, vt singulorum curam opportuno tempore geramus. Plura media supra attulimus circa illa verba: *Ne vagari incipiam.*

In vitis Patrum

Gen. 22.

Lib. 1. Exod. 5.

Sed aliud subtilius impedimentum esse solet in contemplatione, quod maxime nocere solet viris literatis, qui ita habenas laxant intellectui circa meditationes, ac discursus mysteriorum Dei, vt charitatem, charitatisque, ac deuotionis affectus quasi extinguant, maneatq; voluntas ieiuna, & arida, & veluti otiosa, & somno torporis, ac tepiditatis oppressa. Has ergo varias cogitationes, seu meditationes, vel potius speculationes, quas filias Ierusalem vocare licet, quia circa cœlestia versantur, adiurat sponsus vel sponsa ipsa, iuxta versionem Septuaginta, tum ait: *Adiuraui vos, filiæ Ierusalem, per virtutes & vires agri, si suscitaueritis, & resuscitaueritis charitatem quoadusque velit.* Quasi anima per prosopopæiam suas adiurans potentias & cogitationes, dicat: Nolite, ô discursus, & cogitationes multiplices extinguere, & obruere charitatem, & effectus eius; sed potius adiuro vos per virtutes supernas, quas concupiscitis, & contemplamini, vt suscitetis & resuscitetis illos, vt voluntas circa mysteria per discursus proposita, charitate flagret, & charitas ipsa amplius suscitetur, leuetur & crescat, quantum ipsa velit; vt quid enim multitudo discursuum in intellectu, si nō ardet ignis amoris in voluntate; scriptum est enim: *In meditatione mea exardescet ignis.* Cur ergo extinguitis illam, aut saltem suscitare negligitis? Tantum enim instandum est meditationibus, & discursibus, quantum necesse fuerit, vt charitatis affectus voluntas concipiat, eructet, & illis impinguetur. Sed ne incidatis in Scyllam, cupientes vitare Charybdim; ita debetis deuotionis affectus suscitare, vt nō vi, aut violentia aliqua cum capitis, vel pectoris læsione illos extorquere velitis, nec proprijs viribus nitentes, sed diuinis suauiter, & sponianeè illos suscitare curate: hoc enim sonat etiam vox illa: *Quoadusque velit*, id est, iuxta eius propensionem, & sponsi voluntatem, quæ est suscitari nō violenter, sed Spiritus sancti inspiratione, & adiutorio. Alioqui si vestris conatibus, & vi aliqua resuscitare conemini, in vanum laborabitis, & spiritus fiet aridior, vt testatur Cassianus de ijs, qui vi aliqua deuotionis lachrymas profundere satagunt, quæ cum coactæ sint capiti nocent, cito exsiccantur, & parum spiritui prosunt. Pluuiam enim voluntariam (vt dixit Dauid) segregauit Deus hæreditati suæ, per quam pluuiam, si infirmata est, roborat, & perficit illam.

Psal. 38. v. 4.

Collat. 9. c. 29.

Psalm. 67. v. 10.

Denique perpendendus est mirus ordo sponsæ, in suis circa charitatem profectibus tesetendis; nam primo dixit: *Introduxit me in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem*; totamque eius aciem ita construxit; vt tamen esset: *Vexillum eius super me charitas*; cui ita se submisit, ac penitus deuinxit; vt diceret: *Amore langueo; & charitate vulnerata ego sum.* Ab hoc autem vulnere non liberari cupit, sed potius illa augeri; & ideo adiurat, & precatur omnes filias Ierusalem, tam terrestris quam cœlestis; hoc est omnes animas sanctas, & angelicas hierarchias per ea quę ipsis chara sunt, vt suis orationibus, consilijs, monitis, & auxilijs suscitent, & resuscitent in ea charitatem, eamque in dies crescere faciant, quantum ipsa cupit crescere, & quantum sponsus vult illam augeri in vita mortali, donec perueniat ad vitam sempiternam, vbi charitas, quæ fuit principium merendi, erit beatitudinis consummatio, & ipsius summi ac æterni boni, qui Deus est, summa fruitio in sæcula sæculorum.

Amen.

EXPOSITIONIS MORALIS IN CANTICVM CANTICORVM

LIBER QVINTVS.

DE FELICI EXORDIO, ET PROGRESSV legis Euangelicæ, à primo Christi aduentu, vsque ad vltimum in fine mundi.



REsidvvm capitis secundi nouam & iucundam continet reuelationem sponsæ factam, de felicissimo Dei in carne aduentu, & de omnibus quæ acciderunt in legis Euangelicæ verno tempore, transacta legis veteris imbrosa hyeme; de illiusque prospero progressu vsque ad vltimum Christi aduentum in consummatione seculi, vbi nouis metaphoris, & similitudinibus, magna sacramentorum vbertate fœcundis, præcipua Euangelij mysteria nobis traduntur: de quibus aget hic liber quintus in tres partes distributus. Prima erit de quintuplici aduentu Dei, & præsentia eius inter nos, ac de miris vocibus & signis quæ vnumquemque præcedunt, vel comitantur; quæ omnia insinuantur in illis verbis: *Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens, &c. En ipse stat post parietem nostrum, &c.* Secunda vero de multiplici Dei locutione, & vocatione ad diuersos virtutum gradus & status; & de opportunitate legis Euangelicæ ad proficiendum in illis; quæ denotantur cum bis sponsus ait: *Surge, propera, amica mea, &c. iam enim hyems transijt, imber abijt, &c.* Et iterum: *Surge amica mea, speciosa mea, columba mea in foraminibus petræ. &c.* Tertia tandem de astutis persecutoribus Christi Domini, & Ecclesiæ, ac cuiusque piæ animæ; de eiusque felici progressu vsque ad finem seculi. Quod sequentia verba vsque ad finem capitis indicant, cum dicitur: *Capite nobis vulpes paruulas, &c. dilectus meus mihi, &c. reuertere, similis esto dilecte mi, capreæ hinnuloque ceruorum super montes Bether.*

A

PARS PRIMA LIBRI QVINTI.

De quintuplici Dei aduentu, & præsentia eius inter nos; & de miris vocibus ac signis quæ vnumquemque præcedunt, & comitantur.

TEXTVS SACER.

B Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens Cap.
in montibus, transiliens colles. Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum. En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.

EXHORTATIO I.

C *De multiplici voce Dei, quæ præcessit primum Christi aduentum: de Ioanne Baptista qui fuit vox ipsius: & de septem signis diuinæ vocis ac prædicationis Euangelicæ.*

NArravimvs mysticum sponsæ somnum, contemplationis raptum, & amoris excessum; cuius custodem se præbuit sponsus adiurans filias Ierusalem, ne eam suscitare & euigilare facerent, quoadusque vellet: iam quid in eo somno gestum fuerit, vel quid post ipsum contigerit, ipsa sponsa distincte narrat in sequentibus; non n. est inusitatum magnas à Deo reuelationes fieri, dum dormientibus, tum vero vigilantibus, sed in ecstasi seu raptu, aut mentis excessu, sicut de A-

Genes. 15. v. 12. de Abraham refert Scriptura, quod irruit sopor A super eum, in quo audiuit vocem Dei sibi loquentis, & vidit clibanum fumantem, & lampadem ignis per diuersas animaliũ partes transeuntem. Iacob etiam in somnis vidit scalam, Genes. 28. v. 11 & Deum audiuit secum colloquentem. Et super D. Petrum orationi vacantem cecidit mentis excessus, in quo vidit lineum vas descendens de cœlo animalibus plenum, & ter audiuit vocem dicentem sibi: *Occide, & manduca*; cui voci Act. 10. v. 10. etiam in eodem excessu ipse respondere sibi visus, dicens: *Absit, Domine, quia nunquam manducaui quod commune est & immundum.* Ad hunc igitur modum sponsa in illo suo mystico somno, & rapta, visa est sibi audire vocem & sonitum dilecti appropinquantis, qui veniebat saliens pes montes & colles, multaq; sibi dicentem quæ in residuo huius capitis continentur.

Alia connexio optima ponitur in Exhort. 7. §. 3. Alij vero doctores alia via hęc verba connectunt præcedentibus, quasi sponsus qui dormientem sponsam reliquerat, repræsentetur iterũ reuertens ad ipsam, & à longe eam vocitans, vel cum aliquibus viatoribus colloquens; cuius vocem sponsa agnoscens, ait: *Vox dilecti mei.* Statimque sentiens eius præproperum aduentum, inquit: *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.* Et quia audiuit ipsum adiutantem filias Ierusalem per capreas, ceruosq; camporum, hac similitudine exhilarata, eadem vtitur ad explicandum eius aduentum per saltus, dicens: *Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloq; ceruorum*; id est, ita venit ad me alacer & festinus sicut currit, & salit per montes, & transit colles caprea, hinnulusq; ceruinus. Hæc de litera, iam spiritum vivificantem perscrutemur.

Etenim multiplex sponsi vox, multiplexque eius aduentus in ijs verbis designatur. Primus quidẽ visibilis, omniumq; præcipuus fuit, cum filius Dei carnem assumens, venit in mundũ, & in terris visus est, ac cum hominib. conuersatus est. Secundos itẽ ex parte visibilis, cũ Spiritus S. Baruch. 3. v. 38 vehementi voce, sen sono præmisso, in linguis igneis venit super Apostolos, & plures fideles primitiuæ Ecclesiæ. Tertius vero est inuisibilis, Act. 2. v. 1. cum præcedente voce diuinæ inspirationis: idẽ Spiritus, imo tota Trinitas inuisibiliter venit ad visitandas & sanctificandas animas. Quartus à omnibus conspicuus, cum Christus Dominus per vocem consecrationis descendit è cœlo in sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, & per illud in animam suscipientis. Quintus denique, cum horrendis præcedentibus signis veniet ad D indicandum vniuersum genus hominum. De quibus suo ordine agendum est.

De vocibus Prophetarum antiquorum. §. 1.

PRIMUM Christi Domini aduentum describit Salomon, prius per vocẽ quæ excitat audita, dicens: *Ecce vox dilecti mei.* Deinde per rem gestam, quam præsentem offert visui, cum ait: Matth. 13. v. 16. *Ecce iste venit, &c.* Nam vtrumq; ad perfectã Dei notitiam spectat; vnde & Apostolis dixit Christus Dominus: Luc. 10. v. 24. *Beati vestri oculi, quia vident, & aures, quia audiunt; multi enim prophetæ & reges* (siue iusti) *cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt.* Prius à mentione facit oculorũ, & visus, quam aurium & auditus, quia Apostoli viderunt Christum Dominum, & postea ex ore eius audierunt voces, & verba quæ loquebatur ad ipsos. At Salomon è cõuerso prius meminit vocis. Deinde signat eum qui venit; quia quotquot Christum præcesserunt Ad Rom. 10. v. 29. per fidem tantum ex auditu peruenerũt in eius cognitionem, audientes voces ipsius prænunciabant aduentũ. Sicut & nos qui secuti sumus post illũ, & beati dicimur, etsi non viderimus, quia *Beati qui non viderunt, & crediderunt.* etiã Ioan. 20. percipimus vocẽ sponsi, quæ fidem per auditũ v. 29. generat; & postea ipsum per contemplationem intuemur: propter quod sponsę dictum est: *Audi* Psal. 44. *filia, & vide*; prius audi, & post videbis. Et Iob v. 11. dixit de seipso: *Auditu auris audiui te, nunc autem* Iob 42. v. 5. *oculus meus videt te.* Et nos ergo prius nunc audiamus vocẽ quam nobis proponit sponsa, dicens:
B *Vox dilecti mei*, vt illa excitati contemplemur, & quasi præsentia intueamur ingentia mysteria quæ vox suggerit, & quæ post illam sequuntur.

Multas quidem voces audiuit sponsa dilecti sui aduentũ futurum indicantes, & aliquas circumstantias illius, sed obscure & in confuso. Omnes tamẽ erant voces sponsi qui loquebantur Ex Origen. homil. 3. in Cant. & ad Patriarchas & Prophetas, & per illos ad reliquos ex populo; iuxta illud D. Pauli: *Multifariã* Nyss. hom. 5 *multisq; modis locutus est Deus olim patribus in prophetis.* Ad Heb. 1. v. 1. Et Zacharias dixit: *Sicut locutus est per os sanctorum, qui à sæculo sunt prophetarum eius*; quorum Luc. 1. v. 70. voces audiebat antiqua Ecclesia: & teste Diuo Act. 13. v. 27. Paulo, legebat per omne sabbatũ, & scrutabatur assidue. Cæterũ audiebat tunc vocem sponsi quasi à longe, sicut etiam aspiciebat eum, quasi à longe paulatim venientem, iuxta illud: *Aspi*-
C *ciebam à longe, ecce video Dei potentiam venientem,* In 1. Resp. Aduentus. *& nebulam totam terram tegentem*; qui autem audit aliquẽ à longe, sicut non clare aspicit illum, sic distincte cognoscit per vocẽ quæ obscure & cõfuse eum repræsentat. Agnoscebat tamen omnes illas voces esse Dei admonentis illam, vt ad eius se aduentum præpararet, sicut prædictũ est in psalmo: *Vox Domini præparantis ceruos, & re-* Psal. 28. *uelabit condensa*; id est, vox hæc Domini præpa- v. 8. rabat antiquos patres ad partum Messiæ, qui ex ipsis oriundus erat; sicut ceruæ ad suum partum à Domino præparantur. Vnde mox ipse Messias, assimilatur hinnulo ceruorum, ab istis ceruis progenito; quibus etiam paulatim reuelabas condensa & obscura, quæ circa aduentum Messiæ in decreto Dei occulta latebant.

De voce & prædicatione Baptistæ præcursoris Domini. §. 2.

APpropinquante autem iam Domino, misit Etiam pro Festo Natiu. S. Ioannis Baptistæ. præcursorem suum Ioannem Baptistã, quo nullus maior inter prophetas vnquam surrexesat, per quem aduentum suum hominibus nunciaret, imo præsentem illum esse manifestaret; vox autẽ præcursoris erat: *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum*; id est, iam appropin- Matth. 3. v. 2. quauit vobis rex & Messias Christus, qui regnũ cœlorum aperiet, & secum afferet, vt in illud vos introducat; quod mirabili & stupenda vita, insignique confirmabat doctrina, audiuit vocem istam Ierosolymitana Ecclesia, dicebatq; intra se: *Vox dilecti mei ecce iste venit.* Ac si diceret: Vox Luc. 3. v. 15. ista vox videtur Messiæ mihi promissi, ecce iste videtur esse qui iam venit visitare me, eumq; de

hoc dubitasset, ancepsque esset: sic enim ait D. Lucas: *Existimante populo, & cogitantibus omnibus de Ioanne ne forte esset Christus.* Voluit de hoc ipsum Ioannem interrogare, & ab eo erudiri, sicut testatur Ioannes Euangelista, dicens: *Miserunt Iudaei ab Ierosolymis sacerdotes & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum. Tu quis es?* i. e. tu ne es Christus? es tu dilectus & desideratus cunctis gentibus? es ne tu qui venturus es, an alium expectamus? At ille confessus est, & non negauit, & confessus est; quia non sum ego CHRISTVS, id est, non sum ego ille dilectus, ille desideratus, ille quem venturum expectabatis, quis ergo es? inquiunt; Ego, ait, *vox clamantis in deserto, dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias Propheta.* O digna tanto vate pro vero Christo vera responsio, ac firma testificatio, cui concinit vaticinium istud Salomonis: *Vox dilecti mei, ecce iste venit.* Hunc enim habet sensum, vt multi Patres interpretantur, iste praecursor, quem audio non est quidem dilectus, sed est vox dilecti clamans, & ostendens illũ mihi, ac dicẽs: Ecce iste vester dilectus iam venit. Etenim quamuis omnes Apostoli & Prophetae, ac Praedicatores possint dici vox Dei & Christi, quatenus nobis per ipsos loquitur: *Non enim, inquit, vos estis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis; & an experimentũ quaeritis eius qui in me loquitur Christus?* Tamen Ioannes speciali quadam praecellentia vox est Dei & Christi, & sub hoc nomine, (quod nulli prophetarum, vel praedicatorum in scriptura est attributum) ab Isaia est praenunciatus eius aduentus, & munus, quasi homo missus à Deo, ad hoc duntaxat, vt vox Christi in mundo esset. Nam (vt inquit D. Augustinus) sicut per externam vocem exprimitur, & manifestatur quod latet in conceptu, & verbo interno; sic quod latebat in Christo, qui Verbum erat Dei Patris humana carne velatum, manifestabatur per Ioannem tanquam per vocem ipsius.

Luc. 3. v. 15. Ioan. 1. v. 19. Isai. 40. v. 3. Luc. 3. v. 4. Catena aurea Patrum. Matth. 10. v. 20. 2. Cor. 13. v. 3. Serm. 20. de Sanctis.

Alij quidẽ prophetae manifestarunt Christũ verbis, & quibusdã factis insignibus; nam cum magna essent virtute praediti, verbis facta concordabant. Sed nullus sicut Ioannes, qui maior fuit omnibus illis. Totus enim Ioannes ex quo in vtero matris est sanctificatus, fuit vox Christi, in vtero enim inclusus vox fuit salutibus, & iubilis Christi clamans, & testans aduentum & praesentiam: ac si matri Elizabethae diceret: *Ecce iste venit*; id est, iste qui in vtero virginis Mariae latet, iste est dilectus qui iam venit: deinde natiuitas eius, egressus in desertum teneris sub annis, stupendus victus, & vestitus, cõuersatio, ac feruens praedicatio, & quidquid in eo conspiciebatur, vox erat inducens ad fidem, ad poenitentiam, ad obseruationem legis, ad praeparandam viam Christo Domino, quem Iudaei expectabant, & in medio ipsorum incognitus assistebat. Merito ergo Isaias de Ioanne, & Ioannes de seipso testimonium perhibens, non ait, ego sum clamans voce in deserto, sed sum ipsa vox clamans, aut vox eius qui per me clamat: *Parate viam Domino.* Hoc clamo verbo, hoc etiam clamo vita & exemplo; hanc vocem audite, hanc vocem intuemini, & iuxta illam vitam componite, & vos praeparate, quia ecce Dominus iam venit.

Vide alleg. tom. D. Hieronymi supra. Exhort. 26.

In hoc n. vox Ioannis etiam aliorũ prophetarum vocibus praecellebat; quod reliqui sponsum venturũ praenunciabant, dicentes: ecce veniet, qui venturus est. *Etsi moram fecerit,* inquit Abacuc, *expecta eum quia veniens veniet & non tardabit.* Malachias vero ipsius Ioannis & Christi simul aduentum praenuncians aduentum, ait: *Ecce, ego mitto Angelum meum, qui praeparabit viam ante faciem meam, & statim veniet ad templum suum dominator quẽ vos quaeritis, & Angelus testamenti quem vos vultis,* nec paruum est encomium, Ioannis, quod eum Angeli nomine vocari, quo ipse Christus: ille Angelus fit, & futuri Testamenti, & legis angelicae; hic vero tantum Angelus. Et non futurus, nõ dicens, ecce veniet, sed Euangelista ait. Ecce iam venit Angelus testamenti, iam adest dominator quem vos quaeritis; ecce iste est Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi, hic est, de quo dixi. *Post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat.* Parate ergo viam Domino, vt illum venientem recipiatis. Vtinam & nos hanc vocem dilecti, quae Ioannes est, audiamus & imitemur; vt etiam & nos sicut ipse vox dilecti simus, cunctaq; nostra verba, opera gesta, & mores, vita nostra vniuersa, vox sit Christi illum indicans, & in nobismetipsis manifestans. Quod nõ difficile erit diligentibus Christum. Non enim sine mysterio dicitur Ioannes vox dilecti, quia ipse dilectus fuit à Christo, & Christus dilectus ab ipso; vnde & se sponsi amicum vocat gaudio gaudens propter vocem sponsi. Qui autem vehementer diligit Christum, per amorem ita transformatur in ipsum vt vox fiat Christi, illum in se patefaciens.

Abacuc 2. Malach. 3. Ioan. 1. v. 29. Ioan. 3.

De septem signis & effectibus diuinae vocis quae maxime in Ioanne splenduerunt. §. 3.

SEd adhuc praeclariora dicenda supersunt de voce dilecti, quae Ioannes est, quem voci tonitrui comparauit Psaltes, dicens: *Vox Domini super aquas, vox maiestatis intonuit.* Nec incongrue quidem, nam alter Ioannes, & Iacobus frater eius vocati sunt à Christo Domino, *Boanerges,* id est, *filij tonitrui,* quia in omnem terram exiuit sonus eorum. At Ioannes Baptista vox fuit tonitrui in omnem Iudaeam, Ierosolymam, & regionem circa Iordanem, vt omnes per illum crederent in Christum. Sicut n. ante pluuiam praecedit vox tonitrus, & coruscans fulgor per nubis ruptionẽ; sic antequam veniret Christus, quem prophetae instar pluuiae desiderabant, dicentes: *Et nubes pluant iustum.* Venit Ioannes tanquã fulgor, quia erat lucerna ardens & lucens; & tanquam tonitruus, & vox terrifica, vt peccatores terreret, & prouocaret ad poenitentiam, dicens: *Genimina viperarum quis ostendit vobis fugere à ventura ira? facite fructus dignos poenitentiae;* & mitiora similia illis euangelizabat.

Psalm. 28.

Sed non erit iniucundum, neq; inutile declarare septẽ mirabiles proprietates, quas sub metaphora tonitrui in eodẽ psalmo attribuit voci Domini, quasq; D. Basilius praecursori Christi Ioanni accommodat, reliquisq. Euangelij praedicatoribus conuenire possunt; signaque sunt certissima cuiuscunq; vocis Dei, siue quae interius dirigitur ad corda quae est diuina inspiratio, siue quae exterius praedicatur populo: vtraque enim congrue dilecti nuncupatur.

Primo igitur vox Domini exhortatur ad aquam viuam, vel pluuiam diuinae gratiae recipiendam 1.

dam per baptismum, quo anima regeneratur in Christo; & per illum tanquam per ianuam intratur in regnum cœlorum, quia *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei.* (Ioan. 3. v. 5) Et hoc est primum quod inquit Psaltes: *Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit, Dominus super aquas multas.* Vox Domini super (inquit D. Basilius) Ioannes est baptizans in Iordane, & in Ænon iuxta Salim, quia multæ aquæ erant illic. (Ioan. 3. v. 23) Vox autem eius ad populum erat; ego baptizo vos in aqua in pœnitentiam, qui post me venturus est fortior me est. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni. (Matth. 3. v. 11) Cum autem baptizaret Christum Dominũ, tunc Deus maiestatis intonuit, & emisit altissimam & lucidissimam vocem, quæ per antonomasiam potest dici: *Vox dilecti mei*; nam à Deo Patre diligente, ad Christum dilectum ab ipso, & ab Ecclesia, vt eam audiret, directa est, sic enim Matthæus: *Et ecce vox de cælo dicens, hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* (Matth. 3. v. 17) Tunc etiam hic filius dilectus suum instituit baptismum ex aqua & Spiritu sancto, non pro vno populo Israelitico, sed pro omnibus mundi nationibus, vt esset Dominus super aquas, id est, super populos multos multiplicibus aquis cœlestis gratiæ replens illos, adoptansque in filios, vt diuinæ dilectionis essent participes. (Apoc. 17. v. 15; Marc. 16. v. 15) Propter quod discipulis præcepit, vt irent per vniuersum mundum docentes omnes gentes, & baptizantes eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti. (Matth. 28. v. 19) Quare vox dilecti est, quæcunque vox ad hoc exhortans, qualis fuit illa Petri; *Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti.* (Act. 2. v. 38)

2\. Sed vlterius vox Domini super aquas est diuina inspiratio ad pœnitentiam exhortans, & profluuium lachrymarum producens, de quibus Dauid inquit: *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam.* (Psal. 118.) Tunc autem aquæ istæ multæ sunt & copiosę, cum Deus maiestatis intonat, vel terrendo minis, vel affligendo supplicijs, vel emittendo coruscationes, illustrationesque cœlestes, quæ grauitatem iniuriæ diuinæ maiestati per peccatum illatæ, manifestent, post quas sequuntur fontes lachrymarum; sicut videre licet in Magdalena, cuius tam copiosæ fuerunt lachrymę vt pedes Domini rigarent. Vox autem Domini erat super has aquas, cum Ioannes prædicabat baptismum pœnitentiæ, dicens: *Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum*; necnon & stupendis terrebat minis, quia, *Iam securis*, inquit, *ad radicem arboris posita est.* Cum autem Deus maiestatis per illum sic intonuit, ex oculis peccatorum, qui audiebant, copiosæ lachrymarum profluebant aquæ, quibus peccata diluerent, & remissionis gratiam obtinerent.

Sed vlterius vox dilecti est vox *Domini in virtute*, quæ iam baptizatos & pœnitentes ad virtutem & fortitudinem animi exhortatur, vt pulso omni languore & debilitate mentis, fortiter, & viriliter exequantur quidquid est iustitiæ & sanctitatis. Ad quod ipsa vox Domini magna vi & fortitudine mouet, incitat, & auxiliatur; ipsosque prædicatores qui hanc vocem deferunt, potenti virtute iuuat, vt idem suadeant; nam *Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa*, (Psal. 67. v. 12. 34.) sicut dedit Ioanni, qui tanquam vox Domini dicebat Iudæis; facite fructus dignos pœnitentiæ; & nihil amplius quam constitutum est vobis faciatis, & qui habet duas tunicas, det non habenti; (Luc. 3. v. 8) tantaque virtute id suadebat, vt omnes confluerent ad eum confitentes peccata sua; Herodisque contemnens furorem ingenti vi illum corripuit, dicens: *Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* (Matth. 3. v. 5; Marc. 6. v. 18) Vox ergo dilecti est quæ huiusmodi studiosa opera, siue intus, siue foris proponit, & ea præmouet; nam post iniunctum baptizandi præceptum subinnxit Christus: *Docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis.* (Matth. 28. v. 19)

§. 4.

3\. SEd insuper vox dilecti est: *Vox Domini in magnificentia*, quia excitat & præmonet ad magnifica ac heroica facinora peragenda, vt non tantum præcepta, sed etiam consilia euangelica corde magnanimo exequamur. Mouet item ad magnifice sentiendum de Deo, & loquendum de Christo, & mysterijs eius; siue cum docentus, siue populo cum prædicantus. Cuiusmodi fuit vox Ioannis, qui præclarissima peregit opera quæ vice miraculorum eius sanctitatem & doctrinam confirmarent. Magnificentissime etiam locutus est de Christo, cuius sublimia mysteria nobis reserauit, vt fuse prosequitur de illo alter Ioannes; (Ioan. 1. v. 15 vsq. ad 34. & c. 3. v. 27.) plenus enim erat Spiritu sancto, qui hæc intus suggerit, & foras promere inspirat: sicuti de Apostolis dicitur, postquam repleti sunt Spiritu sancto, quod *Loquebantur varijs linguis magnalia* Dei. (Act. 2. v. 11) Vox denique Domini est in magnificentia, quia non solum diuina inspiratio cor reddit liberale, sed etiam magnificum in distribuendis diuitijs, & elargiendis eleemosynis contemnens opes terrenas, vt lucretur cœlestes. (Eccles. 45. v. 32.)

4\. Sed vox Domini ita est in magnificentia, quod nunquam est in superbia, quin potius vox dilecti suadet, vt illam detestemur, & conteramus; ideoque subdit Dauid; *Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani, & dilectus quemadmodum filius vnicornium.* Et hinc potissimus fuit Ioannis scopus, cuius vox in deserto erat, *Omnis mons & collis humiliabitur*: nam (vt inquit Diuus Basilius) qui omnem collem, & quemuis montem humiliabat, is certe & cedros confringebat, & omnia ad aduentum Domini complanans exæquabat, dum sublime exaltatum, & nesciens humiliari, cor populi ad pœnitentiam deducebat. Idem etiam scopus fuit vocis ipsius Christi cum prædicabat, ac Apostolorum qui eius voces deducebant, vt confringerent cedros mundi, & superbas diaboli mentes comminuerent, sicut comminuitur, & consumitur vitulus in Libano, qui mons erat quondam idololatriæ dicatus, vbi idolorũ cultores imagunculas vitulorum fingebant, & admouebant igni. (Ita D. Basil. hom. 1. & 2. in hunc Psal.) Et sicut vitulus quem olim effinxit populus Hebræus in deserto comminutus est, & contritus à Moyse; sic conteret Christus primatum malitiæ ac superbiæ principatũ. (Exod. 32. v. 20.) Quia ipse qui per antonomasiam vocatur, dilectus, est velut filius vnicornium. Nam quemadmodum vnicornis animal est imperiosum, homini

mini non subditum, nullis viribus domabile, & A vno cornu securum, sicut in libro Iob legimus: ita Christus Dominus dominantium insuperabilem habet virtutem, vnigenitus est enim Dei patris, & vnicam eandemque cum ipso habet Deitatem, & potentiam, per quam omnem superbam potestatem sibi aduersantem penitus comminuet. In hoc ergo potissime cognosces vocem huius dilecti, si hanc secum affert vim superbiam constringendi, & comminuendi omnem elationem vt animus plene subijciatur ipsi de quo fusius statim agemus.

De vnicornu videlicet. Exhort. 2. § 2. Iob. 39. v. 9.

5. Confracta superbia, consumenda etiam est carnalis cōcupiscentia, seu igneus amor carnis, qui vehementer vexat spiritum, & à diuina eum auertit dilectione, ideoq; vox dilecti est etiam *Vox Domini intercidentis flammam ignis.* Nam sicut B omnipotens Dei virtus in fornace Babylonica intercidit flammam ignis relinquens illi vim illuminandi, sed extinguens & auferens vim vrendi, & consumendi ne tres pueros læderet; ita in ipsis iustis intercidit & diuidit ignem concupiscentiæ ne illos comburat per consensum, etsi per sensum torqueat. Ad extinguendum hunc ignem exhortabatur vox Ioannis ad memoriam, reuocans ignem inextinguibilem, qui carnales quosq; velut paleas, aut velut arbores infructiferas, & abscissas in æternum combureret: annuncians etiam adesse Christum qui eos baptizaret in Spiritu S. & igni scilicet, diuini amoris, qui diffusus in corda discipulorū, flammam carnalis ignis intercidit & consumit. Certissimum ergo signum vocis dilecti, est quæcumq; siue intus, siue foris suadet, & vim præbet comminuendi superbiam & intercidendi igneam C concupiscentiam, vt spiritus humilis & castus Christo subijciatur.

Daniel. 3. v. 49. *Luc. 3. v. 17 & Matt. 3. v. 10 & 11.*

6. Tunc sequitur sextum signum vocis dilecti, est etiam: *Vox Domini concutientis desertum, & commouebit Dominus desertum Cades.* Non quoduis desertum concutit, sed desertum Cades, quod interpretatur sanctitas, vel sanctificatio, aut sanctum. Quia vox Domini vim habet extrahendi, & segregandi homines à seculi tumultu, & perducendi eos ad desertum sanctum, vbi sanctitati operam nauent, & Dei contemplationi vacent: sicut segregauit ipsum Ioannem, qui ex Dei gratia fuit etiam vox clamantis in deserto, & concutientis ac commouentis desertum per accursum hominum quos ad se trahebat vt pœnitentiam agerent, præparans viam Christo Domino, cuius vox & prędicatio commouit deser- D tum Cades; & fecit illud sanctum iuxta id quod vaticinatus erat Isaias: *Lætabitur deserta, & inuia, & exultabit solitudo & florebit quasi lilium, &c. Et multi filij desertæ, magis quam eius quæ habet virum.* Per vocem, & exemplum Ioannis Baptistæ, & per Christi vocem ac virtutem desertum germinauit plurimos sanctos Anachoretas, & Monachos pœnitentię, ac contemplationi dicatos, vt merito tam desertum Cades, id est, sanctum diceretur.

Isa. 35. v. 1. & c. 54. v. 1

Et tandem vox dilecti est: *Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit condensa,* hoc enim habet insigne vt non solum viros faciat contemplatiuos, quietis & solitudinis amatores, sed etiam præparet, & perficiat præclaros viros instar ceruorum, quæ sublimia sunt quærentes, & in ex- A celsis montibus Euangelicæ perfectionis commorantes, qui serpentes ex latibulis otij rel... ratione trahant, & absumant, bellum contra diabolum, & peccatores gerant, vt destruant eorum peccata, plurimosq; filios Christo, & Ecclesiæ pariant. Præcellenter munus hoc obijt magnus Ioannes ad hoc missus à Deo, sicut testificatus est Angelus, vt conuerteret corda patrum in filios, & incredulos imprudentiam iustorum, & pararet Domino plebem perfectam ad dandam scientiam salutis plebi eius in remissionem peccatorū eorum; & deniq; vt Christo præpararet ceruos, i. e. discipulos. Qui illum sequerentur; qui postea voce ipsius Christi multo excellentius præpararentur ad opus Euangelicæ prædicationis, & mundi conuersionem vt fusius Exhort. 6. dicetur. Ad hoc autem perficiendum: B *Vox Domini reuelabit cōdensa,* quia eius virtute huiusmodi cerui, ac Apostolici viri obscura S. Scripturæ mysteria interpretantur, vmbras, figuras, & ænigmata veteris testamēti reserant, aperiunt conscientiarum arcana, & animas siluescentes gladio diuini verbi excidunt, vt silua mundi eiusq; latebrę nudę maneant & manifestę, ne vlterius aliæ vitiorum feræ in eis lateant. Propter quod, *Et in templo eius omnes dicent gloriam,* Id est, omnes qui per eos conuersi sunt ad Dominum, in vnico eius templo, quod est Ecclesia, canent ei gloriam, honorem, & gratiarū actionem pro vniuersis eis per Christum collatis beneficijs. Ecce septem insignia prædicationis euangelicę, à Ioā. Baptista cœptæ, à Christo Domino multo excellentius perfectæ, ab Apostolis autem, & eius successorib. per vniuersum mundū protensæ; C quæ ab sponsa hic, *Vox dilecti mei,* nuncupantur, per quas proprietates vox Christi secernitur à voce Antichristi, vel pseudochristi, q̄ hæretici & falsi magistri, fictiq; sponsi sodales, vocē veri Christi esse putant. Sed tandem vera vox dilecti confringet illos, etsi cedri Libani videantur, & eorū condensa reuelabit vt eorū falsitas, & turpitudo detegatur: quicunq; vero hanc Domini vocem audierint, eius virtutem experientur, & bona quæ secum affert accipiēt, vt hic & in ęternum & in templo vtriusq; Ierusalem terrestris, & cœlestis gloriam, & benedictionem in æternum canant Amen. Quomodo autem per has septem voces Domini, quas refert Dauid, repræsententur septem voces dilecti, quibus conficiuntur septem sacramenta nouæ legis, in Exhortatione octaua commodius dicetur.

Luc. 1. v. 17 & 77.

EXHORTATIO II.

De aduentu Christi Domini ad humiliandum superbos vel mutando in humiles, vel comminuendo rebelles, & de reprobatione Iudæorū propter eorum superbiā contumacē. Pro Dom. 4. Aduentus.

Vox dilecti mei. Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.

MIRE sibi concinunt duæ propheticæ voces; altera: *Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur.* Altera Salomonis: *Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in montibus transiliens colles* Vterque eadem vtitur similitudine ad significandum præcipuum effectum, & si-

Isa. 40 v. 3 Luc. 3. v. 4.

[illegible] aduentus Domini. Sumuntur autem A [illegible] quam in varijs scripturæ locis nomina [illegible] mons, & collis, aliquando in bonum, [illegible] in malum. In bonum quidem, [illegible] humiles, qui ex profunda sui co[illegible] sibi ipsis vilescunt. Mons autem & col[lis] homines, vel Angelos sanctitate, sapientia, & contemplatione sublimes, in malum vero val[l]is indicat pusillanimes, & nimium diffidentes, mons & collis superbos & elatos. Et hanc acceptionem modo prosequemur.

Christum Dominum venisse vt superbos faceret verè humiles. §. 1.

VENIT ergo Christus in mundum ad humilia[n]dum superbos duplici modo humiliationis [illegible] & Christo Domino gloriosior, ab illoq; præcipue intentus, fuit non destruendo [illegible], sed eorum peccata: non conterendo, & in nihilum redigendo homines superbos, sed co[n]uertendo illos, & in nihilum redigendo eorum [illegible] & superbiam; vt ex superbis fierent humiles, ex elatis submissi, & ipsi Christo sub[diti]. Sed quoniam multi proterue restiterũt illi, inde subsecutus est posterior modus humiliandi hos superbos, rebelles, & contumaces, deserendo eos, & tandem conterendo, æternam de illis sumens vindictam, id exigente diuina iustitia quia noluerunt frui diuina misericordia. Propter vtrumq; enim prędixit Simeon.

Luc. 2. v. 34. *Ecce hic positus est in ruinam & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur.* Et ipse

Matth. 21. v. 44. de se dixit; *qui ceciderit super lapidem istum conteretur, super quem vero ceciderit conteret eum.* Etenim v-

In collecta Dom. palmarum. nigenitus Dei ad præbendum humilitatis exemplum vt canit Ecclesia, carnē sumere, & crucem subire dignatus est, vt sc. homines superbi, & elati eius intuentes humiliationem, excitarētur ad sectandam humilitatem, omnem deponentes superbiā, & elationē; magnā concipientes spem id obtinendi non tā sua industria, quā ipsius Saluatoris meritis & potētia. Quod multi credentes ipsum, id præclarè obtinuisse docet Isaias, de aduentu Christi loquens cum ait: *Omnis vallis implebitur & omnis mons & collis humiliabitur.* Id est per Christi præsentiam quicumq; fuerit pusillo animo, & diffidenti ac propè desperato, exaltabitur, & eleuabitur vt confidat in Domino, & vires recipiat ad virtutem sectandā; qui autem fuerit superbus & arrogans humiliabitur vt fiat paruulus in oculis suis & de se hu-

Isaiæ. militer sentiat. Sicut autem humiliantur mon-

D tes & colles non euertendo eos ex toto, sed tollendo partes sublimes vt coæquentur cum via plana; sic Christus non destruxit omnino superbus, ac magnates reipublicę tam Ecclesiasticæ, quam secularis, sed solum mundanam, & profanam eorum sublimitatem, & elationem, vt per veram humilitatem alijs pauperibus, & humilibus coæquarentur. Vnde Ioannes Baptista eisdem verbis exhortabatur populum vt pararent viam Domino per veram cordis humilitatem omnem respicientes vanum tumorem, quia Dominus ipse ad hoc venit vt im-

Serm. 26. de sanct. hom. 10. in Matth. pleat valles, id est, (sicut interpretantur Augustinus, Chrysostomus, & Gregorius magnus) vt exaltet humiles implens illos sua gratia, & sanctitate; & vt humiliet, & deprimat

montes & colles superbos, auferendo ab illis Hom. 20. in Euang. mētis elationem, vel cōminuendo eorum cōtumaciā. Sic enim [illegible] viæ planæ, quod Baruch Propheta clarius expresserat dicens: *Cō-* Baruch 5. v. 7.
stituit Dominus humiliare omnem montem excelsum, & rupes perennes, & conualles replere in æqualitatē terræ, vt ambulet Israel diligenter in honorem Dei. Id est, celeriter, & sine impedimento, ablata superbia quæ cor eleuat, & pusillanimitate quæ deprimit, retinendo tamen humilitatem cum magna in Deo spe coniunctam. Et ita manebit terra cordis in æqualitatem redacta, & aspera reducentur in vias planas, paratumque manebit cor ad venientem Dominum recipiendum.

Adhuc plenius sub eadem metaphora tradidit hoc ipsum Abacuc Propheta dicens; *Aspexit* Abacuc 3. v. 6.
& dissoluit gentes & contriti sunt montes seculi, &

B *incuruati sunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius.* Itinera Christi vocantur eius incarnatio, & cætera quæ ab eo gesta sunt quādiu inter homines degit. Dicuntur vero æternitatis, id est, ipsius Ita Diuus
Christi qui est æternus & æternitas ipsa, cum sit Hieron.
verus Deus. Vel quia nō casu facta, sed ab æter- Mich 5. v. 2.
no sunt ab præordinata, vt fierent eo modo, & ordine quo facta sunt, eoq; fine, vt nos perducerent in æternitatē, cum illa meditantes, eiusq; exempla intuentes, contemnimus temporalia, vt lucretur sempiterna. Hæc enim itinera maximam habuerunt vim ad conterendā hominum superbiam, & introducendam verā cordis humilitatem: & ideo ait Propheta quod Deus aspiciens gentes oculis misericordiæ suæ, dissoluit eas auferens vincula, & funes peccatorum, quib. erant constrictæ. Contererus & humiliana

C montes, & colles, id est, superbos maiori vel minori dignitate pollentes vt abnegata superbia, & arrogantia, ante pedes eius incuruarentur, & prosternerentur, eum humiliter adorantea. Sed à quo humiliati sunt? ab itineribus æternitatis eia, nam dum æternus Deus humiliatur vt tot, tam[q;] humilia itinera propter hominem peragat, superbos quasi compellit, vt ad eius imitationem pariter se humilient.

Cuncta hæc comprehendit prophetia isthęc Salomonis: *ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles*, quæ Abacuc vocauit itinera æternitatis. Salomon nuncupat saltus super montes, & colles. Verbum autem *transiliens*, bifariam explicatur à patribus: vt vel idem sit quod saltibus transire per colles, sicut & per montes; cui consonat versio 70. quæ sic habet: *ecce iste venit saliens super montes transiliens super colles*, vel vt transilire

D denotet aduentum esse saliendo super solos montes, saltibus transeundo per illos ex vno in alium, at colles inter medios ipso saltu transiliendo ita vt non tangat illos. Venit ergo sponsus Christus sua itinera peragens per saltus incarnationis, natiuitatis, & passionis, quę omnia fuerunt itinera & saltus humilitatis, & submissionis, nam sicut qui salit aliquantulum se à terra eleuat, & statim deprimitur, sic Christus Dominus ita suą opera peragebat, vt si quid in eis præcelsum elucceret, mox in humiliationem conuerteret. Iuxta illud Psalmi; *Pauper* Ps. 87. v. 16
sum ego, & in laboribus à iuuentute mea, exaltatus autem humiliatus sum, & conturbatus. Saliebat autem super montes & colles superborum hominum quasi conculcans eorum superbiam & arrogā-

tiam, quoniam sicut ille qui [illegible] per terram, A tangit eam velociter, sed [illegible] suis lubus comprimens partem, quam tangit, ita Christus velociter & fortiter suæ humilitatis salub. tangebat superborum [illegible] vt ea emolliret, & per veram pœnitentiam, humil[illegible]que obedientiam sibi subijceret. Iuxta illud Psalm.: *Qui respicit terram, & facit eam tremere, qui tangit montes & fumigant. Et montes sicut cera fluxerunt à facie Domini.* Quia multi (inquit D. Gregor.) qui prius alta rigiditate tremuerunt, Deo in carne apparente magno sunt per pœnitentiæ timore liquefacti. Et quis ita superbus erit, vt à facie Dei humiliantis se, non humilietur? & quis mons sic durus vt tactu Christi propter nos exinaniti nō fumiget per pœnitentiam, & non liquefiat per charitatis ardorem? erubescat superbire vilis vermiculus pro quo Deus summe humiliatus B est vt sua humilitate omnem contereret elationem. Audite igitur vocem dilecti, vocem clamantis in deserto: *Parate viam Domini:* qui venit saliens super montes, transiliens super colles, parate corda vestra, vt saliat super illa cuius tactu omnis vallis implebitur, non alio quam ipso Christo, & eius gratia, de cuius plenitudine omnes accipient, & omnis mons & collis humiliabitur, vt ipsius humilitati per imitationem coæquetur.

Psal. 103. v. 32. Psal. 96. v. 5. Lib. 33. Moral. c. 1. Ioan. 1. v. 16.

Sed perpendenda est valde secretissima diuinæ prouidentiæ dispositio circa tempus sui aduentus ad confundendam hominum superbiam cum scil. montes, & colles summum elationis acceperant incrementum; & in vniuersum orbem, cui iam superba Roma dominabatur, maxime autem in omnem Iudæam grassabatur C potentissima superbiæ acies, nimirum, inanis scientiarū appetitus, iactantia diuitiarū, dignitatum, ac honorum ambitio, ferina dominandi cupido, versipellis hypocrisis ad captandā vanam sanctitatis opinionem, & demum ipsius diuinitatis peruersa æmulatio; eo quod filij Euæ, cui serpens dixerat: *Eritis sicut dij scientes bonum & malum*, in hos montes ascendere satagebant salientes ex vno in alium; ex monte scientiæ in montem potestatis, & ex vna sublimi dignitate in alteram sublimiorem, donec ad ipsum diuinitatis montem quidam ascendere concupierint dicentes in corde suo: *In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti.* Quia superbia eorum qui oderunt Deum ascendit semper: ad conterendos igitur, & humiliandos hos omnes superbiæ montes D venit Christus Dominus varia itinera, & saltus peragens humilitatis, conculcans omnes res, in quibus eleuabatur superbia, nempe diuitias, seculi dignitates & honores, vt confunderet inflatos sapientes, diuites elatos, principes dominandi cupidos, & Imperatores Deitatis vsurpatores; subijciens sibi multos, qui eius sectarentur humilitatem. Vnde quasi rem stupendam annuncians, ait sponsa: *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles*, complanans superbos, vt exæquentur humilibus.

Gen. 3. v. 5. Isai. 14. v. 13. Psal. 73. v. 23.

Christum Dominum conterere superbos, contumaces, & à se proijcere. §. 2.

SED quoniam plures superbi, rebelles & contumaces noluerunt Christi aduentu, & eius humilitatis exemplis salubri[illegible] natur alio rigidiori & tremen[illegible] modo [illegible] humiliandos fore, conculcandos, & conter[illegible] quietiam eisdem verbis significatur: *Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur.* Quia scriptum est: *Omnis qui se humiliat exaltabitur, & qui se exaltat humiliabitur.* Et: *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Et: *Ego Dominus* (ait per Ezechielem) *Humiliaui lignum sublime, & exaltaui lignum humile. Et siccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum.* Quantumcunq; enim videaris sublimis, viridis & frondosus, tamen propter superbiam proijciet te Deus. Siccabit, & arefaciet te, & vsque in infernum te prosternet. *Quia ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.* Citissime transit per superbos montes, & colles, quasi derelinquēs illos, vt veniat ad valles humiles, ad modum quo vehemens pluuia cadens super altos montes, & colles, cito fluit ad conualles, tangit quidem aliquo modo illos quatenus eis communicat aliquando fidem, & nonnullam Dei notitiam, cæterum statim transilit illos ac deserit, quia non commoratur in illis per charitatem: sed sunt velut montes quib. maledixit Dauid dicens: *Montes Gelboe nec ros, nec pluuia veniant super vos, nec sint agri primitiarum.* Et quis ros, aut quæ pluuia non cadit super hos montes superbiæ. Nisi illa quam petebat Isaias dicens: *Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum?* Quia propter eorum elationem, nec ros diuinitatis Christi irrorabit eos sua gratia, nec pluuia sacræ humanitatis eius virtutibus fœcundabit eos, sed æterna ariditate damnabit. *Omnes montes* (inquit) *qui sunt in circuitu eius visitet Dominus, à* C *Gelboe autem transeat.* Id est, eos qui per sublimem sanctitatem montes dici merentur, visitet Dominus, & in eis hilariter saliat, ac esse gaudeat: à montibus autem Gelboe (id est decursus) qui circa temporalia decurrunt) transeat, & transiliat, non visitet eos, nec maneat in illis.

Iac. 4. Ezech. 17. v. 24. Alij exponunt. 2. Reg. 1. v. 21. Isai. 45. v. 8. Eccles. in respons. 1. Dom. post Pentecost. à dominica hanc versionem.

Et hoc modo interpretatur D. Bern. verbum, *Transiliens colles.* Id est saltu pertransiens, & derelinquens intactos cunctos superbos, siue Dæmones siue homines qui à virtutum sublimitate tanquam à monte sancto defluxerunt, nec tamen vsque ad humilia vallium, vel vsq; ad valles humilium detumescunt, & ideo colles nuncupantur. Ad hoc (inquit) salit, vt transiliat, quia
" non vult ad omnes pertingere. Neque enim in
" omnibus beneplacitum est Deo, obseruemus
" sponsi discretos, & circumspectos saltus. Que-
» D admodum videlicet tam apud Angelos, quam
" apud homines, & in humiles saliat, & in superbos transiliat, siquidem: *Excelsus Dominus humilia respicit, & alta à longe cognoscit.* Hæc inquā atten-
" damus, vt curemus sponsi nos salutiferis saltib.
" præparare, ne velut à montibus Gelboe forte
" transeat si indignos nos sua visitatione conspe-
" xerit. Quid ergo superbis terra, & cinis? Ecce de
" Angelis transilijt Dominus execrans eorum superbiam. Ergo repudiatio Angelorum fiat emendatio hominum. Hæc D. Bernard.

Serm. in Cant. Psal. 137. v. 6.

De reprobatione & desertione Iudæorum, qui increduli fuerunt. §. 3.

SED non minus horrendum est arcanum, quod in eisdem verbis latet de reprobatione Iudæo-

[illegible] & [illegible] gentium, de qua vox [illegible] *omnis vallis implebitur, & omnis mons* [illegible] *humiliabitur.* Valles, inquit D. Gregorius) [illegible] *Esai.* [illegible] nos autem & colles humilia- [illegible] quam [illegible] in fine mediatoris [illegible] & [illegible] plenitudinem gratiæ [illegible] Iudæa per [illegible] perfidiæ, hoc vu- [illegible] *Luc.* [illegible] Vtitur autem Isaias hac [illegible] sicut via cum constat [illegible] bus, & vallibus, vt fiat [illegible] humiliare montes & colles, tol- [illegible] partes sublimes, vt quod ex il- [illegible] vallibus adjiciatur: sic in Christi aduentu Iudæorum montes, & colles valde ela- ti, propter eorum contumacem superbiam, de- pressi sunt: non quidem omnes, sed pars non [illegible] quæ sublimitatem super- [illegible] appetebat. Gentilium autem valles quæ in B profunda iacebant miseria, exaltatæ sunt, vt in- [illegible] loco Iudæorum, & sic in Christo fieret [illegible] via plana hoc est vnica Ecclesia ex vtroq; populo cum magna æqualitate congregata, in qua libenter deambulet, & commoraretur. Iuxta id quod Dominus Iudæis prænunciaue- rat dicens: *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Quod explicuit D. Pau- lus cum dixit: *Cæcitas ex parte contigit in Israel do- nec plenitudo gentium intraret, diminutio autem eorum diuitiæ sunt gentium.*

Iuxta hæc ergo etiam Salomonis prophetia potest intelligi cum ait; *Ecce iste venit saliens in montibus transiliens colles.* Saliit quidem Christus Dominus in Iudæa quia aliquo tempore mora- tus cum illis, aliquos ad se conuertens, sed cito transiliit & reliquit eos quasi maledicens C eis, vt montibus Gelboe, quia noluerunt esse agri primitiarum, id est, (vt interpretatur D. Greg.) primitiuos fructus fidei ferre. Transijt [illegible] ad valles gentium, quibus fidem suam prædicare voluit, & gratiam abunde commu- nicare.

Sed non possum non obstupescere cæcita- te Iudæorum quos propria malitia & inuidia [illegible], vt hanc sponsi sententiam partiren- tur, *Vox dilecti mei ecce iste venit.* Nam priorem par- tem admittentes, agnoscendo insignia Christi [illegible] esse veri Messiæ, quem Prophetæ [illegible] posteriorem tamen negaue- [illegible], dicentes non venisse, cum tamen coram [illegible] propter quod ille dereliquit eos & transijt ad gentes. Præcessit typus in Isa- ac cum præ senectute caligauerant oculi eius, D nec videre poterat; qui cum præsentem haberet Iacob filium suum, licet agnouerit vocem lo- quentis, cum tamen nō plene nouit, sed putauit esse Esau, eo quod manus gerebat, hædinis pelli- culis contectas. *Vox (inquit) vox Iacob est, manus autem manus sunt Esau. Et non cognouit eum, quia pi- losæ manus similitudinem maioris expresserant.* Agno- uit tamen prophetico spiritu quidquid futu- rum illi erat qui coram ipso aderat: sic populus Iudaicus, & cœtus ille Scribarum, & Pharisæo- rum per Isaac moribundum, & caligantem de- signatus, quia iam propè interitum lex eorum erat, & tumore superbiæ populus caligabat, cum Christum in lege promissum præsentem iam haberet, agnouit quidem vocem sponsi, id est ea quæ Deus per os prophetarum futura præ- dixerat circa suum aduentum. Vnde (vt bene notat D. Gregor. qui hanc insinuat allegoriam) *Lib. 35. Mor. c. 9.* cum Herodes sciscitaretur ab illis, vbi Christus nasceretur, statim responderunt, in Bethleem Iudæ, quia ita prædixerat Michæas Propheta. Et præterea quidam eorum stupenda Iesu opera videntes, dicebant: *Christus cum venerit, nunquid* *Mat. 2. v. 4.* *plura signa faciet, quam hic facit?* sed tandem non *Ioā. 7. v. 31.* eum vt verum Christum agnouerunt, & rece- perunt, quia manus hædinis pelliculis contectas habebat, id est, vt interpretatur D. Aug. quia induit similitudinem carnis peccati, vt de pec- *Lib. contra* cato damnaret peccatum. Putauerunt quidem *mendaciū* eum esse peccatorem, quia cum publicanis & *c. 10.* peccatorib. vescebatur, soluere legis præcepta, *Rom. 8. v. 3.* quia in sabbato curabat; esse blasphemum quia filiū Dei se vocabat. Propter quod cæci & igno- rantes, etsi crassa quadam ignorantia, crucifixe- runt eum; *Si enim eum cognouissent, nunquam Domi- num gloriæ crucifixissent,* ignorarunt miseri quod *1. Cor. 2. v. 8.* pilosæ manus similitudinem Esau expresserant, assumens imaginem peccatoris factos pro no- bis maledictum, vt nos redimeret à maledicto legis, quare merito eos deseruit, & transiliuit, benedictionem transferens ad valles gentium. Væ miseris, qui vnde Christum præsentem ma- *Gal. 3. v. 13.* gis cognoscere ac diligere debuerunt, inde ma- gis odio habuerunt eum gratis. Sed & multo magis, væ illis qui modo vocē Christi audiunt, & agnoscunt per fidem, sed obdurantes corda sua nolunt præceptis eius obedire, atque intra se per gratiam recipere: & dicētes se nosse Chri- stum, factis tamen negant, rursum crucifigentes in semetipsis filium Dei, propter quod fient sic- ut montes Gelboe, quos pertransiet Dominus, & velut colles quos pertransiliet sponsus in æ- terna eos relinquens ariditate, nisi cito resipi- scant.

Alieno ergo periculo edocti præparemus nos ad Domini aduentum omnem amplectentes virtutem iuxta formam à voce Domini perscri- ptam cum ait: *Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur, erunt praua in directa, & aspera* *Luc. 3. v. 5.* *in vias planas, & videbit omnis caro salutare eiusdem Dei.* Etenim quæcunq; virtus versatur inter duo vitiosa extrema, vnum per defectum instar val- lis, alterum per excessum instar montis & collis. Sicut liberalitas est inter auaritiam, & prodiga- litatem, spes inter desperationem, & audaciam, virtus enim hæc extrema reducit ad medium, & ad æqualitatem, per quam viæ, quæ antea erant prauæ & asperæ, fiunt directæ, & planæ. Ita quod (vt inquit Nyss.) nec ob defectum virtutis ordo sit curuatus, nec ob illius per excessum. Qui *Apud D. Th. in ca- tena.* ergo ita virtutes possederit: vt omnes viæ ac a- ctiones eius complanatæ sint, & ad medium ra- tionis redactæ, videbit salutare Dei, & eius ad- uentus fructibus potietur; poteritque tum me- ditari, tum sectari præclarissimos saltus sponsi, quos super montes eius maiestatis dignos in hac peregrinatione peregit, de qui- bus in sequentibus agemus.

* *
*

EXHORTATIO III.

Pro facto incarnat. seu annũciat B. Mariæ. Et circa Euang. Liber generationis Iesu Christi.

De aduentu diuini Verbi in mundum cum carnem assumpsit, de saltibus mysticis ipsius, eiusque ascensu in domum Zachariæ, ut Ioannem sanctificaret.

Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Similis est dilectus meus capreæ hinnuloque ceruorum.

AGGREDIMVR explicare mysterium Dominicæ incarnationis à seculis absconditum, sed sponsæ sub ænigmate reuelatum, quod nobis proponit dicens: *Vox dilecti mei. Ecce iste venit, &c.* Incipit narrare quod audierat cum ait, *Vox dilecti mei.* Sed vis stuporis, & gratulationis ex tanto beneficio proueniens, integritatem orationis intercidit. Quid est, *Vox dilecti mei?* pendet oratio. Imo non pendet, sed deficit, quia deficiunt verba ad tot tantaque mysteria propalanda. En vox dilecti mei vagientis in præsepio, docentis in templo, lachrymantis in cruce, & spiritum emittentis in patibulo. Vox dilecti mei noua & salubria prædicantis, imperantis Dæmonibus, languores sanantis, remittentis peccata, & mortuos ab inferis in ictu oculi reuocantis. O vox dilecti mei. Quantæ est dulcedinis, quantæ sapientiæ, quantæ virtutis,
Ps. 28. v. 3. & terroris. Potentissima enim est ad concutiendum deserta, ad confringendos cedros, ad intercidendum flammam ignis, imo ad illustrandas mentes, ad inflammandas animas, ad emolliendacorda, ad conuertendos peccatores, ad perficiendos iustos, & ex terrestribus in cœlestes transmutandos.

Et quid est vox dilecti mei, nisi ipse dilectus meus verus Deus & homo? Nam vt Deus verbum est æterni patris ante secula genitum, per quod pater cuncta expressit, quæ in sua fœcundissima memoria continebat. Vt homo vero, totus mihi vox est infinitam Dei sapientiam, charitatem, misericordiam, & omnipotentiam mihi manifestans. Vnde in Apocalypsi de eo
Apoc. 1. v. 15. dicitur: *Et vox illius tanquam vox aquarum multarum*, Id est, qualis esse solet sonitus inundantis pluuiæ, vel fluuiorum magno impetu fluentium. Aqua autem in scriptura aliquando signi-
Eccl. 15. v. 3 ficat sapientiam, illud iuxta: *Aqua sapientiæ salutaris potauit illum.* Aliquando vero gratiam, & virtutes illam comitantes, vt cum dicitur de credente in Christum; *Flumina de ventre eius*
Ioan 7. v. 38. *fluent aquæ viuæ.* Vox ergo Christi fuit tanquam
Ad Col. 2. v. 3. vox aquarum multarum, quia in eo erant reconditi omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei, & omnes gratiæ ac virtutes summa cum excellentia, quas sua voce non solum manifestabat, sed & communicabat; quia plenus erat
Ioã. 1. v. 14. gratiæ & veritatis. De cuius plenitudine omnes accipimus tam sapientiam, quam gratiam, & sanctitatem. Et sicut aquæ multæ pluuiæ de cœlo cadentes sono multiplici concorditer sonant, sic vox Christi multiplicia sacræ Scripturæ eloquia proferebat, & interpretabatur quæ sui aduentus concorditer testabantur veritatem, multiplicesq; virtutũ exercebat actus valde inter se concordes, quib. plurimos ad se trahebat, propter quod cum aquæ multæ etiam in scriptura significent populos multos, vox Christi dicitur aquarum multarum, quia multos po- Apoc. 17. v. 15
pulos post se ducebat. Quibus sapientiam, & gratiam communicabat. Nam de ipso scriptum est; *Ecce totus mundus post eum abiit*, en qualis est Ioã. 12. v. 19
vox dilecti.

De saltibus mysticis qui præcesserunt dominicam Incarnationem. §. 1.

SED statim amplius explicat huius vocis qualitatem cum subdit; *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Similis est dilectus meus capreæ hinnuloq; ceruorum.* Etenim certum est in scriptura ingentes sonos appellari voces. Vt cum ait; vox aquarum multarum, vox tonitrui, vox cataractarum, vox tubæ &c. Sic etiam in hoc loco vox vsurpari potest pro illo sonitu aduenientis sponsi, saliendo super montes, & transiliendo colles ad modum capreæ, hinnulique ceruini. Qualem sc. sonitum edere solent istiusmodi animalia cum plura simul cateruatim vehementi impetu per montes saliunt, & currunt. Saltus autem isti mystici comprehendunt cuncta, quæ cœlestis sponsus in suo aduentu peregit, quæ nimis sublimia, & eleuata erant, & ideo super montes, & colles pacta dicuntur. Vt. n. notant D. Ambr. & D. Greg. de cœlo saliit in virginis Serm. 6. in Psal. 118. Homil. 2. Euang.
vterum, de vtero in præsepe, de præsepio in Iordanem, de Iordane in crucẽ, de cruce in tumulum, de tumulo rediit in cœlum. Inde & quædã mysteria ipsius in montib. corporaliter facta sunt, vt per celsitudinem montib. celsitudo indicaretur operis. In vno enim monte orabat: in alio docebat, in vno est trãsfiguratus, in altero crucifixus, & ex alio tendit ad cœlos quasi de vno in alium transiens, vt per omnes transiliret.

Sonus ergo & fragor iste mirabilis ex aduentu Christi per hos saltus proueniens, vox dilecti dicitur, & vox aquarum multarum, quia in ipsis cum Dei ingenti virtute manifestatur Dei infinita sapientia, charitas & sublimitas potens allicere & ad se cunctos mortales trahere; vnde bene comparatur capreæ hinnuloq; ceruorum, quæ vt supra diximus, sapientiã ex perspicuitate visus indicant, & gratiam amoremque conciliant, iuxta illud, *Ceruus charissima & gratissimus hinnulus*, seu vt habet Hebræa lectio: *Cerua amorum & caprea gratiæ.* Summa enim gratia & charitate Christus Dominus hos saltus perficiebat. Et ideo semper hic vocatur dilectus, nam ad dilectionem per hunc aduentum excitabat.

Cum igitur hæc omnia sponsa contemplaretur admirans, ac stupens ait; *Ecce iste venit, &c.* Dictio, *ecce* in scriptura aliquid magnum, & nouum, ac inusitatum indicat. Quid autem maius quam Messiæ aduentus tot ante seculis promissus, ac expectatus? quid magis nouum ac inusitatum quam regem immensæ maiestatis venire saliendo, & transiliendo instar capreārum & hinnulorũ? Hæc enim iuuenilem innuunt celeritatem, cum tamen magni principes, & grandæui lento & graui gressu venire & deambulare consueuerint. Quid ergo præ se ferunt

cres isti saltus: primum illum, antiquissimumque Dei aduentum in paradisum considerес, quo venit ad increpandum Adam præuaricatorem, & ad hunc aduentum in carne, quo serpentis caput côtereretur promittendum, tunc non currens, & saliens, sed lente, & cunctanter deambulans venit. Hic enim ait scriptura: *Et cum audissent vocem Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam & vxor eius a facie Domini.* (Gen. 3. v. 8.) Et quæ fuit illa vox Dei quam audierunt? profectò non vox articulata, (hanc enim postea emisit) sed ingens quidam, terrificusque sonitus, ac fragor quo Deus aduentum suum præsignificare voluit. Venit autem leniter deambulans post meridiem, & ad vesperam tum ad significandum quod quasi inuitus venit ad puniendos homines peccatores, cupiens spatium pœnitentiæ illis tribuere, vt lumine gratiæ, quod amiserunt, recuperarent, antequam nox & tenebræ illos comprehenderēt, tum vero vt indicaret, sicut aduertit D. Irenæus (Lib. 5. aduer. hær.), aduentum Christi, quem tunc promittere decreuerat, ad conterendum serpentis caput, futurum esse ad mundi vesperam; & pedetentim paulatimque per varias mundi ætates pertransеundo, esse perficiendum.

Vnde ex tunc cœpit venire filius Dei, *Saliens in montibus, transiliens colles*, (D. Bern. serm. 2. de aduentu Domini) saliebat quidem in montibus populi Hebræi, id est in Patriarchis, Regibus & Prophetis, quibus promissio specialis Messiæ facta est, ex quorum genere nasciturus erat saliebat inquam, ex vno monte in aliū, ex Abraham in Isaac, ex Isaac in Iacob, ex Iacob in Dauidem, Salomonem & reliquos progenitores, quos D. Matthæus commemorat in genealogia Saluatoris: (Matt. 1. v. 2.) transiliebat autem colles, id est magnates, & principes populi Gētilis idololatriæ deditи, ex quib. noluit descendere, nec eis sui aduentus speciales reuelationes facere. Vnde non sine mysterio D. Matthæus ordinem progenitorum Christi referens, cum peruenit ad Ioram, transiliuit tres reges ab illo descendentes, nempe filium, nepotem, & pronepotem, in vindictam idololatriæ sui parentis, qui genere ethnico impiæ Iezabeli se miscuerat: propter quod vt notat Diuus Hieronymus, indigni fuerunt, qui in ordine progenitorum Messiæ ponerentur. Sed quoniam Deus gentes non respuit, si idololatria relicta ad fidem conuerterentur, voluit in eo ordine Raab & Ruth alienigenas, sed fideles collocari: permisit etiam aliquos ex his montibus super quos saliebat grauissimis peccatis defœdari, vt sciremus quod peccatores non respueret, qui pro peccatoribus nascebatur, dum tamen ad ipsum conuerterentur, alioquin parum illis aduentus Christi prodesset. Vnde vt parum profuit Ioram, Achaz aliisque iniquis regibus, progenitores fuisse Messiæ: quia tamen ipsi perierunt, non sibi, sed nobis genuerunt Saluatorem, sic etiam parum prodest iniquis prælatis, prædicatoribus, & magistris quod alios peccatores conuertant, in eisque spiritualiter Christum gignant, ac forment; siquidem sua malitia non participes fiunt salutis, quam aliis per Christum tribuunt.

De mysticis saltibus in Dominica Incarnatione peractis. §. 2.

CVM igitur sponsus cœlestis veniret saliens in montib. progenitorum, peruentum est ad *Ioseph virum Mariæ de qua natus est Iesus qui vocatur Christus.* (Matth. 1. v. 16.) Tunc autem contigit quod ait sponsa: *Vox dilecti mei ecce iste venit saliens &c.* Præcedit vox dilecti ad celebrandas nuptias cum natura humana, non vox terrifica, sed suauis, non vox cunctanter ambulantis, sed velociter & hilariter aduenientis: nam exultauit vt gigas ad currendum viam, à summo cœlo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius. (Ps. 18. v. 7.) Venit præuius nuncius, Gabriel Angelus ad Virginem dicens: *Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.* (Luc. 1 v. 30) sed Virgo prudentissima nondum agnoscit vocem sponsi, ideo timet, tacet & cogitat qualis sit ista salutatio. Remouet Angelus timorem patefacit nomen eius dicens: *Ecce concipies in vtero & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum, hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur.* Tunc Virgo examine præmisso, & a Deo instructa, agnoscit nuncium, & statim ait intra se: *Vox dilecti mei,* vox ista vox est eius quem summè diligo, volentis iam appropinquare, & ex me carnem assumere; *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum,* & in eodem temporis momento, *Verbum caro factum est. Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.* (Io. 1. v. 14.)

Antea saliebat in montib. Angelicis, vt dicit D. Bern. dum illis tanti mysterij reuelationem, & notitiam cōtulit, per quos hominibus apparebat, & sui adoentus reuelabat arcana, donec Angelum Gabrielem ad Virginem misit vt instantem iam aduentum nunciaret: at tunc temporis celerrime venit saliens in montib. cœlorum ex vno in aliud quasi transiens ad terram, transiliens colles, id est non tantè Angelorum choros, qui colles nuncupantur in scriptura, vt cum dicitur. *Ante omnes colles ego parturiebar.* (Serm. 54. in Cant.) Hos ergo Angelicos choros reliquit, vt ad terrigenos montes perueniret, & saltu quodam perueniт ad Virginem filiam Abrahæ; nam vt ait Apostolus, *Non Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ,* (Prouerb. 8. v. 25.) filius enim Dei factus est non Angelus, sed filius hominis vt homines saluos faceret reliquit pastor prudentissimus nonaginta oues Angelicas in deserto, id est, in loco cœlorum toto. & venit quærere ouem naturæ humanæ, quæ perierat, vt suis humeris ad cœleste ouile reportaret. (Ad Heb. 2. v. 6.) Noluit iam apparere in Angelis, vt per illos homines doceret & hominibus ministraret, sed ipse factus est Doctor, & minister; (Luc 15. v 4) hac insigni humilitate omnes superaos montes & colles Angelicos, quod semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, & paulo minus ab Angelis minoratus etiam ipsis hominibus se subiecit. (Phil 2. v 7) (Heb. 2. v 9.)

Hoc explicat amplius subiuncta similitudo cū dicitur: *Similis est dilectus meus capreæ hinnuloque ceruorum.* In eo enim quod assimilatur capreæ eius humilitas commendatur; quoniam, vt loquitur D. Greg. humanitatem assumpsit ex synagoga peccatrice, & in similitudinem carnis peccati, vt in sacrificiō pro peccato offeretur, sicut offerri (In hunc locum.) capra consueuerat. At simul cōparatur hinnulo ceruorū, quia ab antiquis Patriarchis & Re- (Rom 8 v. 3) (Leui. 4. v 28.)

gibus

In hunc locum.

gibus est progenitus ipse tamen, vt notat Diuus Anselm. instar hinnuli, nulla carnis mole fuit oppressus, nec elata voluit habere cornua, regiam temporalem potestatem deponens, nec terrendi, vel puniendi vim exercens. Non enim

Abacuc 10. v. 4.

venit, vt mundū iudicaret & puniret, sed vt saluaret, & redimeret, ad quod perficiendum iam maior natu in passione sua cornua assumpsit, sed in manibus dum eas crucis cornibus affixit.

Sed vlterius capreæ & hinnulo salientibus comparatur propter hilaritatem, & celeritatem sui aduentus: non solum huius de quo nunc loquimur, sed etiam aliorum, de quibus postea

2 Reg. 2. v. 18. Ps. 17. v. 38.

loquemur. Hæc enim duo animantia velocissima sunt in suo cursu, & saltu, hinnulusque alacritatem præ se fert. At hilaritas & celeritas in magnis beneficijs præstandis maxime commendat benefactoris amorem & munificentiā,

Lib. 2. de benef. c. 5. & 6.

nam vt dixit Seneca, omnis benignitas properat, & proprium est libenter facientis cito facere, qui tarde dedit, & diem extrahens profuit, non ex animo fecit. Tarde velle nolentis est, multum celeritas fecit, multum abstulit mora. Verissimum existimo quod ille comicus dixit, Quid? tu non intelligis tantum de gratia demere, quantum moræ adijcias? inde illæ voces, fac si quid facis. Item prouerbium est, bis dat, qui cito dat. Deus igitur summ⁹ benefactor est, qui summa lætitia & velocitate beneficia confert, & ideo sponsa sæpius eum comparat capreis, & hinnulis nimiū exultans de similitudine quam referunt diuinæ largitatis celeris & hilaris ad sua nobis imperriendum dona.

Sed forte dices; quomodo cito venit vt caprea & hinnulus saliens, qui tot millia annorū vsque ad mundi vesperam distulit aduentum suum? At cum in beneficijs præstandis duplex sit celeritas; vna voluntatis, altera ipsius effect⁹, prior celerrima fuit in Deo, qui cum primum A-

Genes. 3. v. 15. Ipsa conteret caput tuum

dam peccauit, summū hoc beneficium illi conferre voluit, ac venit vt promitteret serpentis contritionem. At in effectu ipso, citissimè dat, qui opportuno tempore dat. Et quamuis tardare videatur, vere nō tardat si quando vtilius futurū est, id tribuit. Nam si cito, si sat bene & opportune. Et hoc valde commendabat ꝓpheta

Abacuc 2. v. 1. Ad Heb. 10. v. 38.

illa Abacuc in tabulis buxeis imo magis in tabulis cordis conscribenda; cum de Messia ait: *Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit.* Id est, si iuxta tuum desideriū videatur tibi remorari aduentus eius, expecta eum, quia veniens, id est, ille qui venturus est & se venturum promisit, sine dubio veniet, seu veniens veniet, id est celeriter veniet, & non tardabit quia conuenientissimo tempore, & mundi necessitati magis commodo adueniet. Tardare enim dicitur, non qui cito non venit, sed qui non venit tēpore statuto, & opportuno. Non ergo tar-

Ad Gal. 4. v. 4. Hom. 9. ad pop.

dauit Christus. Quia non distulit venire vltra tempus congruum, & à Dei sapientia præfinitū: & ideo venisse dicitur in plenitudine temporis, idest, cum præfinitum tempus impletum est, nam sicut infantibus, vt inquit D. Chrysostom.

D. Tho. 3. p. q. 1. art. 5. maxime ad 1. Vide Suarez. ib. disp. 6. sect. 2.

non datur solidus cibus, sed differtur vsq; quo crescant, & si tunc datur, cito & opportuno tempore datur, & ægrotantibus vt ait Nyss. non illico pharmacum præbetur, quod magis noceret, quam prodesset, sic non expediebat Verbū Dei carnem assumere mox vt Adam peccauit, quod multis rationib. Angelicus Doctor confirmat; sed eo tempore assumpsit, quod nobis magis expedire iudicabat.

Sed sponsa hic de ea celeritate, stupendaque festinatione loquitur, quę in ipso sponsi aduentu, & eius saltib. effectu ipso est manifestata, vt opus redemptionis nostræ velociter perficeret, iuxta nomen illi impositum; *Accelera spolia detrahere, festina prædari, &c.* *Isai. 8. v. 3.* Vnico enim instanti de cœlo descendit, & in virgineo vtero de Spiritu S. conceptus est, mundi redemptionem meruit, & contra Diabolum victoriam obtinuit; tribus annis vniuersam Palæstinam peragrauit, prædicans Euangelium, & pertransiens benefaciendo, & sanando vniuersos oppressos à Diabolo, paucisque horis immensum passionis pelagus pertransiuit, exspoliauit infernum, & opus redemptionis consummauit. Merito ergo dicit sponsa de toto vitæ Christi curriculo. *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.*

De ascensu Christi in montana Iudææ ad celeriter sanctificandum Ioannem. §. 3.

Pro festo visitationis Mariæ ad Elisabeth.

HORVM quæ diximus præclarum typum intueri licet in secundo Christo mystico saltu, cum primum in virginis vtero homo fact⁹ est. Festinus enim subijt in montana Iudææ; sic enim ait Euangelista: *Exurgens autem Maria abijt in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda.* *Luc. 1. v. 39.* Montana dicuntur loca montibus & collibus plena, in quorum vno erat ciuitas ista, quæ forte fuit Hebron. Cum igitur Christus conceptus est, *Vide Toletum ibid.* mox cœpit internam, ac suauem suæ inspirationis vocem emittere, per quam desiderium suum ascendendi in hæc montana matri significauit, vt suos spirituales montes inuiseret, & in eis saliret, audiuit B. Virgo intimam inspirationem, & agnoscens cuius esset ait: *Vox dilecti mei, En loquitur mihi, surge propera amica mea, & veni.* *Cant. 2. v. 10.* Veni inquā in montana; vt illuc me portes, & ego in te ascendam ad domum Zachariæ, obtemperat mater voci dilecti sui, & videres vtrumque ꝓperantem; sed hic illam impellebat vt magis ipse festinus esset quam illa; de quo dicere posses: *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.* Venit quidem intra matris vterum, saliens super montes & colles illius regionis; sed perueniens in domum Zachariæ, cœpit spiritualiter salire in montibus sibi dilectis. Ex vno in alium mirabiles suis saltibus perficiens effectus.

Hic locus referri potest ad Mariam festinantem in hora.

Nam per virginis salutationem salijt in Ioannem vt illum sanctificaret, & iubilis salientem redderet, ex Ioanne salijt in Elizabeth, vt Spiritu S. eam repleret, & virginem Dei matrem esse agnosceret. Rursus resilijt in beatissimam virginem, nouo iubilo replens eam vt exultaret in Deo salutari suo, qui magna in illa operatus fuerat. Tandem salijt in Zachariam os mutum eius aperiens, vt etiam Spiritu S. repletus, mirā de vtroque infante prædicaret. O fœlices quatuor montes, in quibus Christi ros, & pluuia cœlestis descendit vt essent agri primitiarū eius; potentiam ac virtutem aduentus ipsius mirifice manifestantes. Cæterum saliens in ijs montibus transiliuit colles, quia proceres Iudæorum reliquit, quibus tanti mysterij notitiam tunc præbere noluit.

Allusio ad locum 2 Reg. 1. v. 21.

Sed

Sed quomodo salijt? *Similis est dilectus meus capreæ hinnuloque ceruorum.* Quia summa alacritate, & f[illegible] e ad hos montes cucurrit, & hos stupendos effectus perfecit. Etenim Christus Dominus acutissimo instar capreæ pollens visu, licet [illegible] esset post parietem virginei vteri, prospexit pe[illegible] illius, vt postea diceret, & conijciens oc[illegible] in Ioannem peccato originali infectum, tanquam hinnulus ceruinus spiritu oris [illegible] serpentem peccati ex illa cauerna extraxit, & p[illegible] remit: infantem Spiritu sancto repleuit & vnum ex præcelsis montibus constituit: eadem celeritate Spiritu sancto matrem illius Elizabeth, oculosque ac visum capreæ matri ac filio præbuit, vt vterque ipsum Christum, & virginem ip[illegible] matrem cum in ventre gestantem ag[illegible] cerent, vocibus, iubilis, ac saltibus confite[illegible]. Videres duas has fœminas tanquam duas capreas acutissimi visus, & duos infantulos tanquam duos ceruorum hinnulos mira alacritate [illegible] os, gratias Deo Patri agentes, quia sic dilexit mundum vt filium suum vnigenitum ei dederit, & per illum tam ingentia bona singulis rustis impetriret. Sed tam Elizabeth quam infantulus eius summa repleti alacritate non solum eum qui venit agnoscunt, sed locum vbi pedem fixi[illegible] entur, quasi dicerent quod mox subiungitur, *Ecce iste stat post parietem nostrum*, &c. de quo [illegible] nem p[illegible] tea.

In Exhort. 9

Hæ similitudines capreæ & hinnuli suffunt in sequenti exhort. ex latamus.

Sed si dilectus est similis capreæ hinnuloque ceruorum ob celeritatem conferendi hæc beneficia, quid est quod tam celeriter visitauit, & illuminauit Ioannem ac matrẽ ipsius, Zachariam vero n[illegible]nc transiliuit? salutauit Maria Elisabeth, & in ipso temporis momento, ipsa & filius sunt S[illegible] tu sancto repleti: salutauit & Zachariam, fal[illegible] n signis (si verum est surdum mansisse ob incredulitatem, sicut & mutum) & tamen non [illegible] tunc Spiritu sancto repletus, nec prophetauit, sed per tres mẽses donec filius eius natus est, eo[illegible]dem modo mutus permansit, nec huius diuini mysterij reuelationem accepit; nam si accepisset aurea, esset, (vt quidam sapiẽs dixit,) venter eius quasi mustum absq; spiraculo quod laguncŭlas nouas disrumpit, maximam enim vim pateretur si acceptam reuelationem, eo modo quo Elisabeth, manifestare nequiret. Sed gestum confirmat quod diximus Deum celeriter beneficia cõferre, quando opportuno tempore confert, etsi tardare videatur. Non enim expediebat mutare sententiam Angeli Gabrielis qui incredulum puniens dixit: *Ecce eris tacens, & non loqueris vsq; in diem quo hæc fiant.* Vt & nos alieno periculo edocti fugiamus incredulitatis barathrum, ne obicem ponamus gratiæ aduenientis Saluatoris. Nato autẽ Ioanne Baptista adfuit opportunum tempus, & celeriter Spiritu sancto repletus est, ac apertũ est os eius vt fusius, & profundius quam Elizabeth prophetaret. Multoties enim Deus tardat, vt [illegible] maiora dona concedat; ad quæ recipienda tarditas ista per patientiam, ac firmam in Deo fiduciam corda disponit.

Ad huncmodum possemus hæc eadem confirmare per alios mysticos saltus super sublimes Sanctorum montes, quos Christus Dominus perfecit, dum sui notitiam impertiuit sancto Ioseph, pastoribus, Magis, Simeoni Seni & Annæ prophetissæ. Sed hæc mittimus, vt ad alia magis

A propria transeamus; gratias agentes tantorum bonorum largitori, qui dignus est, quem montes & colles, tam cœli quam terræ perpetuo laudent, & glorificent, implentes quod vates cecinerunt dicentes: *Montes & colles cantabunt coram vobis laudem. Et montes exultabunt a conspectu Domini, quoniam venit iudicare terram.* Non quidem iudicio condemnationis, vt peccatores damnet, sed vt peccata destruat, & peccatores saluet, in vitamque perducat sempiternam. Amen. Isai. 55. v. 12. Psal. 97. v. 9.

EXHORTATIO IV.

De tribus vocibus & saltibus Christi super montes qui sunt eius stupenda miracula, insignia sanctitatis exempla, & doctrina Euangelica, & de modo quo ista perfecit. Pro doctoribus & pro Dom. 2. aduentus.

B Vox dilecti mei, &c.

IAM ad tempus prædicationis Christi Domini accedamus, quando clarius, & abundantius vox dilecti sonuit in terra, similisque fuit capreæ & hinnulo ceruorum salientibus per montes, & transilientibus montes & colles, quia hilariter & celeriter discurrebat per vniuersam Iudæam, & Galilæam saliens ex vna ciuitate in aliam, ex vno monte in alium, vbique prædicans, & mirabilia opera faciens: pertransijt enim benefaciendo & sanando omnes oppressos à diabolo; quasi munus cerui gerens cum serpentem diabolum è cauernis educebat. & quoniam sæpius, teste D. Matthæo, iuxta vaticinium Isaiæ commorabatur in terra Zabulon, & Nephtali, prophetauit de eo Patriarcha Iacob dicens: *Nephtali ceruus emissus & dans eloquia pulchritudinis.* Quod de Christo intelligẽdum puto. Iacob enim cum filijs benedixit, multa prædixit de Messia venturo, præ- Act. 10. v. 38. Mat. 4. v. 14. Isai. 9. v. 1. Gen. 49. v. 21.

C bens illis signa per quæ eum possent agnoscere, nam benedicens Iudæ ait: *Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius donec veniat qui mittendus est.* Id est Messias qui mittendus est, tunc veniet cum sceptrum regni transferetur à Iudæis in regem alienigenam, qui fuit Herodes. Rursus loquens de Dan ait: *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita mordens vngulam equi, vt cadat ascensor eius retro.* Persecutiones diaboli, Iudæorum & Antichristi de tribu Dan oriundi describens. Sed subdit: *Salutare tuum expectabo Domine.* Id est veniet Messias Saluator, qui conteret caput colubri, & cerastes, & ab insidijs & morsibus eorum saluabit nos. Veniens autem ad Nephtalim, sic ait: in te ô Nephtalim Messias qui mittendus est versabitur tanquam ceruus emissus de cœlo à Patre luminum, vt ascendat in sublimes montes (*Nam montes excelsi ceruis*) non saltibus corporis, sed spiritus, operibus sublimibus, & excelsis prodigijs, vt det eloquia pulchritudinis, id est eloquia pul- Vers. 10. Vers. 12. Psal. 103. v. 18.

D cherrima, prædicans pulcherrimam legem & doctrinam Euangelij, qua trahat ad se homines non minis sed pulcherrimis promissis, non terroribus, sed eximijs beneficijs, hæc sunt signa ô filij per quæ Messiam cognosceris.

Quæ comprehensus est elegantissime Christus Dominus cũ Ioannes in vinculis coniectus ab Herode Rege alienigena misit ad eum duos ex Mat. 11. v. 3.

Z z discipu-

discipulis suis, vt ei dicerent: *Es tu qui venturus est,* A *an aliũ expectamus?* id est, es tu qui mittendus est nunc quando iam defecit sceptrum Iuda in Herode isto alienigena? es tu Saluator quẽ expectamus vt cõterat caput serpentis, & dissoluat opera diaboli? es tu qui venturus es tanquam ceruus emissus ascendens in sublimes montes operum mirabilium, & dans nobis eloquia pulchritudinis? respondit autem Iesus: *Renunciate Ioanni quæ audistis, & vidistis. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt pauperes euangelizantur.* Cum ait renunciate quæ audistis, ad eloquia pulchritudinis refert, & ad doctrinã Euangelij: nam pauperes euangelizantur, id est, pauperibus prædicatur Euangelium, & nouum nuntium, nouaq; perfectionis pulcherrima doctrina, dum audiunt; beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum cœlorum, & reliqua eloquia quæ magnã conferunt pulchritudinem & continent suauitatem. Cum vero dicit, renunciate quę vidistis; ad sublimia cerui emissi opera, B & prodigia refert: quæ numerat dicẽs: *Cæci vident* &c. Quæ quidem non solum præstabat corporibus, sed etiam intus animabus dissoluens opera diaboli, & ab interius languoribus sanans illas.

De triplici Christi voce mystica & pulcherrima.

 §. 1.

CVNCTA hæc quę prophetauerat Iacob sub eadem fere metaphora vaticinatur & confirmat Salomon dicens, *Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in montibus transiliens colles, similis est dilectus meus capreæ hinnuloque ceruorum.* Vox dilecti mei, quem expectabam. Vox est pulcherrima; eloquium eius eloquium est pulchritudinis, & dilectionis: sonitus eius aduenientis est quasi cerui emissi salientis inter montes in præcellis operibus. Ad huius autem pleniorem intelligentiam aduertendum est non solum verba quæ Christus verbum æterni patris locutus est nobis, sed etiã C cuncta eius miracula, facta & gesta voces esse ipsius magnum aliquid nobis significantes; nec voces quomodocumque, sed modo præcellentissimo, quo increatum Dei verbum loqui decebat. Cum enim nomen vocis tribuitur Ioanni ab Isaia dicẽte, *Vox clamantis in deserto*; vsurpatur vox, vt notat D. Epiphanius pro sono quasi inarticulato qualem præcones in multa turba edere solent, cum silentium indicunt, quando princeps locuturus est Ioannes enim præco quidam erat attentationem populi captans, vt doctrinam magni Regis Christi audiret, & perciperet, cuius collatione prædicatio Ioannis imperfecta, & veluti inarticulata erat vita, similiter, & gesta ipsius, etsi in se grandia, tamen si ad ea quæ Christi sunt comparẽtur, imperfectæ voces erant. Quidquid vero in Christo Domino fuit, aut ab illo prolatum, & gestum est, vox fuit verbi diuini summe articulata, & perfecta, de qua per quandam excellentiam dici potest; *Vox dilecti mei*, subaudi, D quam stupenda? quam sancta; quam sapiens? quã pulchra? quam cõcors fuit? dulcem enim harmoniam trium vocum suauem musicam in Christo contemplari potes, cum verbis concordant facta, vita doctrinæ & vtramque confirmant stupenda miracula, *Cœpit enim Iesus facere & docere*; nam dicturus erat; *qui fecerit & docuerit hic, magnus vocabitur in regno cœlorum.* Facere autem ingentia virtutis, & sanctitatis opera includit, eadem ipsa quæ docturus erat; & insuper inaudita prodigia, quibus cætera cõfirmabat. Cuncta vero voces sunt, quæ eius aduentum iam factum testificabantur: vnde subditur: *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.* Et qui sunt hi montes, & colles, super quos venit saliens; nisi sublimia ista, quæ diximus? montes sunt præclariora miracula, exempla, & verba quæ operabatur, & docebat. colles vero minora, quæ quasi obiter & transiliens ad alia perficiebat. Nisi mauis dicere montes esse ipsa sublimia mysteria, in quibus saliebat alacriter dum ea operabatur, colles vero, esse arduas difficultates, impedimentaque obuiantia. quæ facili saltu transiliebat. Vincens & superans ea vt opus suum consummaret: de quibus sigillatim agendum est.

Isa.40.v.3. Luc.3 v.4. Hæresi 69.

Act.1 v.1. Matt 5. v 19.

De operibus miraculosis Christi cum summa humilitate coniunctis. §. 2.

SED quia Christus Dominus prius cœpit facere, quam docere, à factis incipiamus. Facta vero ipsius quædam erant tantum sanctitatis exempla, quædam suæ omnipotentiæ prodigiosa miracula, sed ita inter se commixta, vt multoties in exemplis relucerent prodigia, & in prodigiis splenderent exempla, vt firmius testarentur eius diuinitatem, & sanctitatem, ac doctrinæ præeminẽtiam. Nobis vero exempla tantum imitanda proponuntur, miracula vero non nisi laudanda, & vt fidei certissima testimonia vt cum ea audis, secure dicas; *Vox dilecti mei*, sunt hæc. *Ecce iste venit saliens in montibus*, Id est in his prodigiosis operibus, quæ ipsum iam venisse certo testantur. Quod sic eleganter depingit D. Greg. ad mysterium incarnationis peragendum. Dominus noster quasi saliens in montibus venit, quia quædam opera inter homines ostendit quæ valde C sublimia & super homines esse prospiciens humanum genus admirari potuit, sed attingere nequiuit. Quod enim de virgine natus est, quod ad vagientem adorandum ire pastores admonuit Angelus, Magos stella perduxit, quod pendens in cruce qua hora voluit, spiritum emisit, quod mortuus tertia die se ipsum suscitauit, & similia hæc faciens, quasi in montibus ambulauit, quo eum nulla creatura aliqua [illegible] in ijs nimirum [illegible] o, cubus colles transiliuit, quia sanctos omnes quantumcumque excelsi [illegible] [illegible] tis, transcendit. Hæc D. Greg. [illegible] Christum toto triennio suæ prædicationis in montibus operum mirabilium saliisse ex vno in aliud, illuminando cæcos iam sanando leprosos, vel suscitando mortuos modo quodam singulari super omnia miracula à prophetis edita, & ideo dicitur transiliisse ea. Non enim suscitabat defunctos sicut Helias, & Elisæus procumbens super illos, sed sola voce & imperio, dicens: *Puella* D *vel adolescens surge. Lazare veni foras* Propter quod Christus Dominus de ipsis operibus dixit: *Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit peccatum non haberent.* Erant ergo hæc opera propriæ ipsius Christi voces, per quas posset agnosci à Iudæis. Nam vt bene probat D. Thomas, sufficienter probabant Christum verum esse Messiam, ac filium Dei, vnde propter illa multitudo crediderunt dicentes:

Debilibus enim acti [illegible] sustabat. Exhorta & lib 5. Exhort. 7.

Luc.8.v.54. Cap 7.v.15. Io.11.v.43. Io.15.v.24.

3.p.q 43 art. 4 vide Suarez ibid. to.2. disput. 31 sect. 2. & 4. vide infra Exhort.10.

Io. 7. v. 31. centes: *Christus cum venerit, nunquid plura signa faciet, quam quæ hic facit?* hoc igitur est quod Christus Mat. 11. v. 3. respondit discipulis Ioannis interrogantibus, *Et tu qui venturus es, an alium expectamus? renunciate* (inquit) *Ioanni quæ audistis & vidistis: cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt.* Ac si diceret opera hæc miraculosa voces sunt testantes me esse eum qui venturus erat, nec alium expectandum. Iam hæc vox ad aures Io. 3. v. 29. Ioannis peruenerat, qui de seipso dixerat: *Amicus sponsi qui stat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi.* Gaudebat enim de ijs operibus Christi, & ea tanquam voces ipsius accipiebat; mittebat discipulos ad ipsum, vt ex ore eius hanc eandem vocem audirent, ac tanquam sponsum & Messiam reciperent. Sed consulto subiungit Saluator; *Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.* Quoniam voluit humilia excelsis, & excelsa coniungere humilibus, tum vt duplicem se habere naturam ostenderet. In humilibus humanam, in excelsis vero diuinam: tum vero vt discipulorum probaret fidem, beatosque prædicaret eos qui ex humilibus, & abiectu humanitatis non scandalizarentur, nec retraherentur quo minus excelsa & gloriosa crederent ipsius diuinitatis. Tum denique vt suam commendaret humilitatem in magnis, eiusq; nobis præberet exemplum quod omnibus mirabilibus est mirabilius. De hoc enim miratur sponsa cum ait: *Ecce iste venit saliens in montibus. Et similis est dilectus meus capreæ hinnuloque ceruorum.* Quid enim est caprea & hinnulus super montes & colles saliens, nisi Christus homo humilis & abiectus in conspectu hominum, saliens in operibus excelsis, & prodigiosis, conseruando in illis humilitatem, & animi submissionem? & tu ergo cum audis miracula Christi, dicito, *Vox dilecti mei est*, per illa agnoscens Christi deitatem, & in eis etiam illa quidem venerare, stupens Christi sublimitatem, sed noli imitari nisi eius humilitatem. Ne tibi comprehendat Psalmistæ male- Psal. 130. v. 2. dictio. *Si ambulaui in magnis & in mirabilibus super me: si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam, sicut ablactatus est super matre sua, ita retributio in anima mea.* Id est, fiam sicut paruulus, cui aufertur lac & nutrimentum, vnde necesse est quod pereat. Noli ergo superbos montes, & colles ambulare, ne ab illis decidens ob superbiam nutrimentum perdas diuinum, & æternum incurras supplicium. Ostendam ergo tibi alios montes super quos Christus ambulauit, ad quos etiam tu possis ascendere.

De Christi Domini heroicis sanctitatis exemplis. §. 3.

ET ENIM non minus admiranda, & magis nobis ad imitandum proficua sunt Christi Domini heroica sanctitatis exempla: vniuersa enim eius vita dici potest *Vox dilecti mei.* Natiuitas enim eius in diuersorio, & reclinatio in præsepio vox dilecti est, eximiam nobis commendans spiritus paupertatem. Circuncisio eius octauo die vox est abnegationem, & obseruantiam legis vsque ad sanguinis profusionem proclamans. Passio ipsius & ascensus in crucem vox est dilecti immensam eius erga nos charitatem & obedientiæ, patientiæ, omnisq; virtutis significans perfectionem. Quia ite merito de illo dicitur: *Ecce iste venit saliens in montibus.* Id est in præcellentissimis sanctitatis operibus, saliens de monte in montem, A transiens de virtute in virtutem, & ex vno sanctimoniæ exemplo ad aliud præcellentius ascendens, vt de ipso per eminentiam dicatur, sicut notat D. Bern. *Iustitia tua sicut montes Dei.* Id est sicut Serm. 4. de ascens. Ps. 17. v. 7. montes valde excelsi & sublimes, Dei sublimitate condigni, vtpote à Deo homine procedentes. Nec ait sicut mons, sed sicut montes, quia iustitia non vnam virtutem, sed omnes, omnigenaque sanctitatis opera comprehendit; & omnia ac singula sunt sicut montes Dei. Humilitas enim Christi vt mons Dei est, qua nulla maior excogitari potuit, patientia eius vt mons Dei, qua nulla fortior potuit inueniri. Oratio ipsius sicut mons Dei, qua nulla vnquam fuit sublimior, & ideo pernoctasse dicitur in oratione Dei. Et in his omni- Luc. 6. v. 12. bus fuit, *Transiliens colles.* Id est superans omnes sanctos antiquos & cuncta eorum exempla, quæ comparatione ipsius sicut colles sunt multo montibus minores. Vt etiam de eis sicut de miraculis dici posset; *Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius* Io. 15. v. 24. B *fecit, peccatum non haberent.* Nullus enim Sanctorum præcedentium tam insignia sanctitatis opera fecit: quæ voces erant certissime testificantes ipsum verum esse Christum filium Dei, qui iam venit super omnes montes saliens: vnde de ipso dixerunt Prophetæ sicut multi patres testantur: Isaiæ 2. v. 2. Mich. 4. v. 2. D. Hier. ibi. Aug. 18. de ciuit. c. 30. & alii quos refert Ribera in Mich. 4. *Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles.* Christus enim Dominus, qui propter humilitatem carnis vocatur caprea & hinnulus super montes; propter eius infinitam sublimitatem, & firmitatem dicitur mons super omnes montes constitutus, & eleuatus super omnes colles. Quia longe præstantior est Moyse, Patriarchis & Prophetis: cuius vita & opera ad supremam montium altitudinem peruenerunt. Nulla hic fit mentio vallium, quia in eo nihil fuit terrenum, nihil demissum & abiectum coram Deo. Licet multa apparuerint vilia & abiecta coram hominibus.

C Ad hoc tamen Christus Dominus venit saliens super hos montes, vt nos ad similiter saliendum inuitaret, vel potius montes efficeret in quibus ipse saliret, inspirans nobis huiusmodi sublimia sanctitatis opera, & per nos, ac nos cum ipso illa peragentes alacriter, nihil vile, aut demissum vnquam cogitantes. Vtinam (inquit D. Ambr.) " Serm. 6. in Psal. 11. ego miser dicam, & dicat anima mea. Ecce iste " aduenit non super terrena, non super valles, sed " aduenit saliens super montes, Deus enim mon- " tium est non vallium. Vbi ergo salit? super mon- " tes salit, si sis mons, salit super te. Salit super Isa- " iam, & Ieremiam salit super Petrum, Iacobum, & " Ps. 124. v. 2. Ioannem; *Nam montes in circuitu eius.* Si non potes " mons esse, nec præualeas esto vel collis, vt super te " Christus ascendat, etsi transiliat, ita transiliat, vt " te transitus eius vmbra custodiat. Ita Ambrosius, " si ergo mons esse cupis in quo Christus saliat, meditare hos ipsius saltus in his montibus virtutum; audi has dilecti voces. Vt illis obedire, & conformari festines, memento esse voces dilecti tui, D nam si illum diligis diliges voces eius, si humilitas Christi vox est dilecti, qui diligit Christum, diligit humilitatem, ad eamque pertingere conabitur vt dilecto similis fiat. Sed audi quid dicat; *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me*, id est beatus qui non recedit à me fugiens meam paupertatem, humilitatem, & crucem, sed venit post me sequens mea vestigia.

Cant.4.v.6. Sed quoniam in hoc Cantico peculiaris fit mentio aduentus sponsi, *In montem myrrhæ & in collem thuris*. Non incongrue de illis possumus intelligere quod hic ait sponsa maxime iuxta versionem LXX. *Ecce iste venit saliens super montes, & transiliens super colles*. Quia speciali quadam ratione Christus toto suæ peregrinationis tempore salijt in mõtibus myrrhæ, id est acerbissimæ mortificationis, & abnegationis propriæ, & in collibus thuris hoc est sublimis orationis Dei: vt doceret nos in hoc duplici monte, & colle semper esse nobis saliendum, si ad verticem sanctitatis ascendere desideramus. Vniuersa enim Euangelica perfectio non obtinetur nisi in colle thuris. Per orationem iugiter ad cœlum vsque saliendo, & in monte myrrhæ. Per fortem abnegationem cuncta eius impedimenta constanter auferendo, vt iam iam dicemus.

De sublimitate legis & doctrinæ Euangelicæ à Christo tradita. §.4.

DIXIMVS quæ cœpit Iesus facere, dicamus quæ cœpit docere. Illa voces erant metaphoricæ, ista voces articulatæ, & distinctæ; quas spiritu percipiens sponsa ait; *Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in montibus*, &c. Nam ascendens in vnum montium cum discipulis suis aperuit
Matt.5.v.1. os suum, & docebat eos dicens: *Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati mites*, &c. En octo sententiæ tanquam octo voces dilecti, & sicut octo montes præcelsi, in quibus ex vno in alium saliebat cœlestis sponsus & magister, *Transiliens colles*, id est longe superans omnes antiquos magistros & doctores: tanta enim maiestate, & virtute illius vox & doctrina fulgebat, vt omnes stuperent. *Erat* (inquit D.Matth.)
Mat.7.v.29. *Docens eos tanquam potestatem habens, & non sicut Scribæ, & Pharisæi*: vnde & eius inimici dixerunt: *Nun-*
Ioan.7.v.46. *quam sic locutus est homo sicut hic homo*. Id est, adeo mirabilia loquitur, tantaque virtute, & energia animos audientium allicit, qualia, & quanta virtute nemo hominum locutus est. Propter
Ioan.15.v.22. quod ipse Dominus contra incredulorum protervitatem dixit: *Si non venissem & locutus fuissem eis, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo*. Verba enim & sententiæ, ac rationes ipsius certissime demonstrabant Messiam ipsum esse qui iã aduenerat. Propter quod tanquam signum eius apposuit Christus Dominus: *Pauperes euangelizantur*: Quare nisi malitia excæcasset eos, omnes dicerent. *Vox dilecti mei ecce iste venit.*

Merito autem omnes Christi sententiæ Euangelicæ legis propriæ, dicuntur voces dilecti, quia ex dilectione procedebant, & ad dilectionem incitabant, montes item nuncupantur, quia altissimam perfectionem docent, sublimissimaq; præmia pollicentur, cum audis: *Beati pauperes*
Mat.11.v.5. *spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum*. Recognosce loquentem & dicito, vox dilecti mei Christi est saliens in monte paupertatis spiritus, qui mons est adeo eleuatus, vt cuncta temporalia pedibus conculcet, cuius summitas ad cœlum vsque pertingit. Nam regnum cœlorum est merces illius. Idemque de alijs dicẽdum est sen-
Ps.67.v.16. tentijs, vnaquæq; enim vox est dilecti. Et mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus, mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Salit enim & habitat in paupertate, in mansuetudine & in reliquis virtutibus quas prædicauit. Sed simul erat, *Transiliens colles*. Scilicet præceptorum quæ antiquis sunt tradita; nam omnino ceremonialia transilijt, & reliquit. Quia abrogare ea decreuerat, super moralia vero præcepta in hoc sermone sigillatim transilivit, ea amplius explicando, vel perficiendo. *Audistis* (inquit) *quia dictum est* Mat.5 v.21.
antiquis; non occides: ego autem dico vobis quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio, &c. *Audistis quia dictum est: diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros*. Quid ergo est: *Ego autem dico vobis*? profecto, *Vox dilecti mei*, qui venit saliens in montibus perfectionis Euangelicæ, auferens imperfectiones, quæ erant in antiqua, vel ab antiquis introductę, ad tantam nos euehens sublimitatem vt dicat:
Estote perfecti sicut pater vester cælestis perfectus est. Et Matt.5 v.48.
iustitia tua sicut montes Dei. Id est supra modum Psal.35.v.7.
sublimis sicut Deus.

Sed adhuc quid subtilius in his montibus & collibus contemplari licet, duas enim partes cõtinet doctrina & perfectio Euangelica, quam Christus Dominus docuit verbo, & ostendit exemplo. Prior docet profectum in virtutibus saliendo ex vna in aliam per auxilia gratiæ, quæ est Io.4.v.14.
fons aquæ viuæ salientis in vitam æternam, id est facientis nos salire per virtutum, & meritorum incrementa, vsque ad vitam æternam consequẽdam; posterior vero edocet ablationem eorum quæ impediunt hunc profectum, ne expedite & perfecte virtutes exerceamus, & sequamur Christum. Illa significatur per hoc quod est salire in montibus, id est proficere in magnis virtutibus, in fide, spe & charitate, in religione, oratione, & operibus misericordiæ. Hæc autem sine qua altera haberi nequit, repræsentatur, per hoc quod est transire colles, videlicet relinquẽdo seu contemnendo diuitias, & voluptates, parentes & fratres, ac quidquid obstat propriæ saluti & perfectioni. Ecce ergo Christus; *Venit saliens in montibus transiliens colles*. Quia verbo & opere docuit ad sublimia virtutum tendere, & cuncta obuiantia impedimenta pertransilire, & abnegare. Et licet hoc sit prius in executione, ponitur tamen secundo loco, quia illud est prius in intentione, & præcipue intentum. Primum enim est virtutes appetere, & in eis proficere; sed ad hoc exigitur impedimenta, si adsint auferre. Vtrumque semper coniunxit Christus & ad hoc venisse constat,
ex eo quod ait Paulus: *Apparuit gratia Saluatoris* Mat.16 v.24.
nostri Dei omnibus hominibus erudiens nos, vt abnegantes Luc 14 v.24.
tes impietatem, & secularia desideria sobrie, iuste, & pie Ad titulum 2.v.12.
viuamus in hoc seculo.

Conuenienter autem profectus iste significatur per metaphoram saliendi in montibus, vt sciamus in montibus virtutum quamdiu viuimus, nunquam esse sedendum, vel standum, Imo nec lente & segniter ambulandum, sed currendum, & saliẽdum per omnes virtutum gradus magna celeritate & lætitia, vestigia sequentes ipsius Christi. Post cuius ortum, & aduentum inquit Malachias Propheta de discipulis eius: *Egrediemini,* Malach.4. v.2.
& salietis sicut vituli de armento, vel vt vertunt LXX. *Sicut vituli de vinculis relaxati*; quia ablatis impedimentis perfectionis salietis alacriter per virtutum montes, vt ad ipsorum culmen peruenire valeatis.

valeatis. Quid igitur est quod sponsa quasi digito monstrans Christum ita venientem ait; *Ecce iste venit saliens in montibus, & transiliens colles*: nisi exhortari nos, & inuitare vt salientem sequamur, eius virtutes maiores & minores amplectentes, & subsilientes quæ illis obstant? venite ergo ascendamus ad montem Domini, qui est in vertice montium, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius, vt sublimitatis ipsius possimus esse participes. Ergo (inquit Diuus Ambrosius) si Christus super montes salit, sequere, etsi super colles sequere, reperiuntur enim in his montibus & collibus venatores Dei, qui inuestigant eos qui capiuntur ad vitã. Sic enim dixit per Ieremiam Deus: *Mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte & de omni colle.* Nos igitur qui montes esse non possumus, simus in montibus vel collibus vt cum miserit venatores suos Dominus, vt venentur eos, qui super omnem montem sunt, & super omnem collem, id est in legis & Prophetarum præceptis, & noui ac veteris testamenti cognitione omnem habentes conuersationem, inueniant nos paratos, vt nos seu bonas spicas colligant; quia si quis extra mõtem aut collem fuerit repertus, colligi non poterit. Hæc D. Ambros. salubre nobis in his verbis consilium præbens, vt iugiter per fidem, lectionem, & meditationem versemur in montibus noui testamenti scilicet in Euang. & Apostolorum actis, ac Epistolis: & etiam in collibus veteris testamenti, scilicet libris legis, ac Prophetarum, quasi salientes super veritates, & mysteria quæ continent, cuncta perscrutantes; quia in huiusmodi montibus & collibus capiemur ad vitam & perfectionem. Capiemur autem à Christo Domino, qui per sacros scriptores, vel doctores venabitur nos & illuminabit mentes nostras. Nam quos Petrus vel Paulus illuminat, Christus illuminat; ideo enim dicitur: *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.* Per Apostolos quos ab æterno ad hoc munus prælegisti, vel per ipsas sacras Scripturas, quas ad hoc lumen præstandum consc ribi iussisti.

Isai 2. v. 4.

Serm. 6. in Psal. 118. sequitur in his verbis lectionem LXX.

Ier. 16. v. 16.

Hæc in substantia docent D. Amb. idẽ Origenes ho. in Cant.

Ps. 75. v. 5.

De sapientia Christi Domini in his saltibus & scopo ipsius. § 5.

SED subijcit sponsa; *Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum*, vt declaret amplius modum quo saliebat sponsus in montibus, & transiliebat colles. Nempe veluti solent salire capreæ, & transilire ceruorum hinnuli. Comparatur autem capreæ, vt supra diximus propter acumen visus simul cum celeritate. Curiores enim cum celeri currunt festinatione, & saltibus properare festinant, vix quicquam vident, nec super aliqua re figere possunt obtutum; nec cuiquam rei, dum currunt, prouidere valent; vnde fit quod qui festinus est pedibus offendat, & sæpius corruat. At Christus Dominus ita saliebat in montibus, & pertransiliebat colles, vt in omnibus suis operibus, & verbis, velut dorcas acutissimo visu omnia intueretur, & prudentissime disponeret, vt simul cum celeritate summam haberet sapientiam, vigilemque prouidentiam in omnibus seruaret, cuncta numero, ordine, & mensura disponens, siue quæ ad doctrinam, siue quæ ad miracula, vel virtutis exempla pertinebãt. Vnde nec

Nota capreæ.

Prou 19. v. 2.

Idem D. Ambr. Serm. in Cant.

A Apostolos docuit plura, & altiora quam quæ tunc possent capere, & portare, nec primum miraculum fecit, donee venit opportuna hora eius: nec ascendebat in templum quãdo cognati exigebant, sed quando tempus sibi congruum iudicabat. Intuebatur denique summa sapientia omnium corda, cogitationes, & affectus, vt astutias prudenter caueret, & internis languoribus mederetur.

Io. 16. v. 12.
Io. 2. v. 4.
Io. 7. v. 6.

Sed hoc habet singulare caprea, vt refert Origenes, quod non solum acutissimo polleat visu, sed aliis etiã visum præbeat. Quia fertur inquit, inesse huic animali intra viscera humorem quẽdam, qui caliginem depellat oculorum, & obtusiores quosque visus exacuat; merito ergo ipsi comparatur Christus, quia non solum ipse acertime cuncta prospicit, sed aliorum oculos potest curare, pellendo noxiam mentis caliginem, & cæcitatem, infundendo fidem, & cœleste lumen, sapientiamque ac prudentiam suis electis tribu-

Hom. 3. ex 4. in Cant.

Nota.

B ens, vt salientes per virtutum montes, & transilientes impedimentorum colles, non corruant, & pereant. Quid enim periculosius quam cæcutientem velociter currere, & per aspera loca salire? sicut ergo Christus facit electos salire in montibus virtutum, ita tribuit visum vt prudenter saliant, ne feruor sine discretione præcipitet. Vnde cum assimilatio fieret ad duplex animal in saliendo celerrimum, prius mentionem fecit capreæ quam hinnuli, quia celeritas visus præcedere debet celeritatem saltus. Iuxta illud Salomonis: *Palpebræ tuæ præcedant gressus tuos.*

Sed vlterius scopum horum saltuum Christi declarat similitudo hinnuli ceruorum, quia ceruus, vt supra retulimus ex D. Basilio, serpentum inimicus, ac debellator est quos spiritu narium è cauernis extrahit, & superata veneni pernicie eorum pabulo delectatur: sic Christus Dominus ab infantia sua dæmonum ac peccatorum acerrimus fuit impugnator: & quia tẽpore prædica-

Prou 4. v. 25.

Hom in Ps. 28 idem Origenes hom. 2. ex duabus ex Plin. lib. 8. c. 32.

C bat, spiritu oris sui dæmonia non solum ex corporibus, sed etiam ex animabus pellebat, quas peccata faciebat euomere, vt animarum pabulo, quod maxime esuriebat, vesceretur. In hoc autẽ præstando velociter, ac hilariter saliebat, quia nihil habuit charius, nihil delectabilius, quam dissoluere opera diaboli, & peccatores ad se trahere, ac intra viscera sua per charitatis vnionem eos traijcere. Cunctos ergo saltus suos, id est miracula, exempla, & verba ad hunc scopum direxit, vt homines à diabolica tyrannide ereptos salientes per gratiam in vitam æternam redderet.

Sed illud mirabilius quod refert Plinius hinnuli ceruini in ventre matris occisi coagulum, antidotum esse contra venenum: sic Christi in medio synagogæ necati coagulum, id est corpus & sanguis ipsius in sanctissimo Eucharistiæ sacramento quasi coagulatum, omnem mortiferum morsum pellit; verba item ipsius omni lacte dulciora, coagulata in duo dilectionis præcepta, de

Lib 8. c. 32.
Eucharistia.

D quibus dixit per Isaiam. *Dabo vobis panem arctum, & aquam breuem.* vt D. Hieron. exponit, antidota sunt contra omnia serpentium venena, ad curanda cuncta peccata, & superandas inimici tentationes, virtute mortis ipsius, qui moriens mortem destruxit, ac diabolum superauit.

Isai. 30. v. 20.
ibidem.

Ad hunc igitur dilectũ accurre festinus, siquidem festinus venit vt te saluet, venit saliens sicut

caprea, vt tibi visum impartiatur internum: venit A
sicut hinnulus ceruorum, vt à te serpentes aufe-
rat peccatorum: ita ergo te præpara, vt hos ab il-
lo effectus recipere valeas. cum autem audieris
De prompta & celeri obedientia. voces eius, præcepta scilicet, & consilia perfe-
ctionis tibi exhibita, veni etiam ad obediendum,
& exequendum celeriter sine mora, alacriter si-
ne tædio, saliens vt caprea, & hinnulus, quia nihil
est Christo gratius quam celeris, hilaris, & prom-
pta ex charitate obedientia. Propter hoc enim
Eccl. 31. v. 27. dictum est: *In omnibus operibus tuis esto velox &*
Prou. 22. v. 29. *omnis infirmitas non occurret tibi.* Et iterum, *vidi-
sti hominem velocem in opere suo, coram regibus stabit,
nec erit ante ignobiles.* Mutuo autem se comitantur
velocitas, & hilaritas, nam tristitia gignit torpo-
rem, lætitia vero celeritatem, vtraque autem ex
deuotione oritur, ac ea prompta voluntate Deo
omnino dicata, quæ hominem facit inuenire
gratiam coram rege cœlorum, ac principibus e-
ius, omnemque pellit ab anima infirmitatem, &
ignominiam; dum tamen velox sis, vt caprea, a- B
Prou. 4. v. 25. cuto pollens visu; nam velox sine discretione fit
Ezech. 1. v. 14 & 18. temere præceps, & quanto velocius currit, tanto
periculosius errat, & grauius offendit. Præcedat
ergo visus capreæ, vt sine offendiculo curras, &
salias; nam & animalia illa, quæ ibant & reuerte-
bantur velocissime in similitudinem fulguris co-
ruscantis, plena erant oculis in circuitu, vt pleni-
tudo lucis omnes in itinere auferret causas erro-
ris. Oportet quidem celerem obedientiam ali-
quando esse sancte cæcam, ne dijudicet iussa ma-
iorum, nec rationes exquirat, cur ita sint res præce-
pta. Ad hoc enim male esset oculata, sicuti cum
Gen. 3. v. 3. serpens dixit Euæ, *Cur præcepit vobis Deus ne come-
deretis ex omni ligno paradisi?* Et quia male aperuit
oculos, quos bene clausos habebat, credens ser-
penti, & videns pulchritudinem ligni, comedit
ea fructu illius: at oculatam in alijs esse oportet,
& oculis capreæ cuncta intueri priusquam velo-
citer executioni mandentur, ne serpens ab ijs
quæ Deus iubet auertat, ne homines in suam nos C
pertrahant voluntatem, eam diuinæ præferen-
do, quia obedire oportet Deo magis quam ho-
minibus, ne etiam in iis quæ Deus præcipit ex
indiscreto feruore labamur, quia neque ad dex-
teram inclinandum est, sicut neque ad sinistram:
quæ omnia complexus videtur Salomon, cum
ait, *Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant*
Deut. 5. v. 32. Prou. 4. v. 25. *gressus tuos, dirige semitam pedibus tuis, & omnes viæ tuæ
stabilientur, ne declines ad dexteram, nec ad sinistram;*
id est, ne recedas à lege nec per excessum, nec per
defectum, nec in prosperis, nec in aduersis; nec
amore amicorum, vel bonorum temporalium,
nec timore inimicorum, aut miseriarum; sed in-
cede via media, via regia, & recta, vbi dicitur, di-
rige semitam pedibus tuis, Hebræa vox habet
Vide Iansenium. *Pondera semitam pedis tui*, id est in statera sapien-
tiæ, & in bilanci prudentiæ pondera, expende, &
examina quid tibi agendum, quo eundum, &
quomodo operandum sit, vt à rectitudine legis
ne deflectas; ita ergo debes esse velox pedibus, vt D
pedum simul semitas ponderes, sicque se-
cure curres, vt sponsum in cœlis
assequaris. Amen.

* * *

EXHORTATIO V.

*De egressu Domini à cœlis in terram per incar-
nationem, & de regressu à terris in cœlos per
Ascensionem, vt mitteret ad nos Spiritum
sanctum.*

Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens,
&c.

VTRAQVE Christi sponsa Ecclesia militans
& triumphans sui sponsi ad se aduentum ce-
lebrat, canitque his verbis, *Vox dilecti mei, ecce iste
venit saliens in montibus, transiliens colles.* Sed non eo-
dem modo militans quidem canit egressum eius
è cœlo in terram, vbi ipsa militat, quo ipse venit
per carnis assumptionem, vt pro ea contra hostes
bellum gereret, ac deuastaret. Triumphans au-
tem celebrat regressum Illius à terra in cœlum,
vbi ipsa triumphat, quo ille venit per ascensionem
super omnes cœlos, ascendens in altum, & capti-
uam ducens captiuitatem, celeberrimumque de
inimicis ducens triumphum. Quoties autem Ps. 67. v. 19.
princeps de nouo in regnum suum aduenit, regi-
amque ingreditur ciuitatem, solent ciues aduen-
tum & ingressum eius celebrare miris vocibus,
instrumentisque musicis, ac laudum cantibus in
signum lætitiæ; sicut ingrediente rege Christo in
Ierusalem, *Canebant pueri, Osanna filio David, bene-* Matt. 21. v. 9.
dictus qui venit in nomine Domini; benedictum quod ve- Marc. 11. v. 10.
nit regnum patris nostri David. Huiusmodi autem
voces, licet à pueris procederent, voces erant
Dei per ipsos loquentis, linguasque eorum mo-
uentis. sicut ipse Saluator testatus est dicens, *Nun-* Matt. 21. v. 16. Ps. 8. v. 1.
*quam legistis, quia ex ore infantium & lactentium per-
fecisti laudem.* Sic igitur cum rex & sponsus è cœlo
in terras venit, aduentus eius vocibus & laudi-
bus celebrandus erat; sed quia veniebat carne in-
dutus & absconditus, nec à terrigenis agnitus,
C descenderunt è cœlo Angeli, qui pro illis supple-
rent, *Facta est*, inquit D. Lucas, *cum Angelo multitu-* Luc. 2. v. 13.
*do militiæ cœlestis laudantium Deum, & dicentium glo-
ria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ vo-
luntatis.* Recte vocatur militia cœlestis, quia rex ad
militandum veniebat, sed quia certa erat victoria;
Imo iam incepta in ipso ingressu, ideo canunt
Deo gloriam, & hominibus pacem; gloria enim
& pax fructus sunt victoriæ in bello partæ, at per-
fecta iam omnino victoria cum rex & sponsus è
terris in cœlum triumphans regreditur, iidem An-
geli cœli indigenæ aduentum illum miris laudi-
bus, & canticis celebrarunt, iuxta illud: *Currus Dei* Psal. 67. v. 18.
decem millibus multiplex millia lætantium, Dominus in Psal. 46. v. 5.
eis in Sina in sancto: ascendisti in altum. Et iterum. *As-
cendit Deus in iubilo, & Dominus in voce tubæ:* id est,
cum magna iubilatione Angelorum, & sancta-
rum animarum, quæ illum comitantur, & cum
fortissima voce confessionis & laudis, quæ om-
nem dulcisonum tubæ clangorem superabat. Hu-
D iusmodi autem voces, etsi ab Angelis procede-
rent; voces tamen erant ipsius Dei per illos lo-
quentis, qui etiam summe in suo isto ascensu, & re-
gressu lætabatur. Vnde Ecclesia triumphans cœpit
in cœlis clamare, *Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens* Ad Ephes. 4. v. 10.
in montibus, transiliens colles. Iubilus iste, vox tubæ,
gaudij, & lætitiæ, vox est, & signum dilecti mei
venientis è terra, & ascendens in cœlum, ecce
reuer-

Ita D. Tho. 3. p. q. 57. art. 4. & ibi Caiet. & alij Suarez to. 2. disp. 51. sect. 2. *Ad Heb. 1. v. 13.*

reuertitur saliēs sicut egressus est: venit & ascendit saliens in montibus omnium cœlorum ex vno in altud, vsque ad cœlūm empyreum, imo supra vltimam superficiem ipsius, trāsiliens colles omnes; id est, nouem Angelorum choros, altiorem omnibus obtinens thronum ad dexteram Patris, quo nullus Angelorum potuit peruenire. Ad quem enim Angelorū dixit, *Sede à dextris meis?* In vtroque autem itinere tam veniens à cœlis in terras, quam regrediens à terris in cælos, *Similis est dilectus meus capreo, hinnuloq; ceruorum*; quia summa celeritate & alacritate vtrumque perfecit. Vt propterea Dauid de vtroque sub metaphora solis, qui velocissime & cum magno lætitiæ signo suum iter peragit, ita canat, *Exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo cælo egressio eius: & occursus eius vsque ad summum eius.* Exultauit quidem vt gigas, cum egressus est à summo cœlo, & iter perfecit in terra vsque ad occasum mortis. Sed amplius exultauit vt gigas, cum regressus est ad summum cœlum vnde venerat. Primum iter perfecit B 33. annis, sed regressum breuissimo temporis spatio: nam licet videntibus Apostolis paulatim ascenderit, donec nubes suscepit eum ab oculis eorum; tamen reliquum itineris in ictu oculi transiliuit vsque ad dexteram Dei Patris.

Act. 1. v. 9.

Explicantur hæc per regressum solis ad Orientem tempore Ezechiæ. §. 1.

4. Reg. 20. v. 9. *... v. 8.* *Isai. 38. v. 16.*

SED audi vtriusque itineris præclarum & periucundum typum in eodem sole, quando ægrotanti regi Ezechiæ vsq; ad mortem promissa esset salus, in cuius signū dixit illi Dominus per Isaiam, *Ecce ego reuerti faciam vmbram linearum, per quas descenderat in horologio Achaz in sole retrorsum decem lineis; & reuersus est sol decem lineis per gradus quos descenderat.* Hoc autem portentum sic declarant D. Dionys. August. Hieronymus, alijq; Patres, & interpretes, vt sol qui ab Oriente cursum decem horarum peregerat versus Occidentem, C versis habenis decem alijs horis reuerteretur ad Orientem, vt iterum suum iter inchoaret, & ita dies fuit triginta, & plus horarum. Sed quia tunc iste dies maior esset, quā ille quo tempore Iosue stetit sol, contra id quod ibidem dicitur, *Non fuit antea nec postea tam longa dies.* Ideo Cardinalis Caietanus, & alij existimant regressum ad Orientem breuissimo tempore factum esse, vt cursus motu, eiusque ordinario progrederetur; aut forte (vt dicit Abulensis) vmbras horologij non horas, sed semi horas denotabant, aut aliam minorem mensuram. Vnde licet sol tenerit retro pertransiens decem lineas, vel gradus, vnū post alium, breuior fuit dies quam tempore Iosue.

Epist. ad Polycarpum ... de mirabilibus sacræ Scrip. ... *Iosue 10. v. 14.* *Hq. ... durauit ... sicut duo dies, al... 32. horas ... Cap. 4. ... ibi. Vide ... super Isai. ...*

Sed ad iterum reuertamur; nam prodigium istud non solum fuit signum salutis infirmo regi concedendæ, sed etiam redemptionis, ac salutis vniuerso generi humano tribuendæ per aduentū Christi; cuius itinera ac mysteria commemorata, progressus solis ab Oriente, per decem gradus in occasum, & regressus eiusdem ad ortum, repræsentabāt. Manifestabatur autem motus & progressus iste per vmbram horologij, quia peractus est in Christi humanitate, quæ, vt supra diximus, per vmbram denotatur, & splendidissima luce diuinitatis cum humana carne coniunctæ proueniente. Decem autem gradus, quos sol

Ibid. Sub vmbram illius quem desideraueram.

A ab Oriente progrediens pertransiuit, saltus fuit, & itinera æternitatis quos peregit sponsus, cui nomen oriens, cum per viscera misericordiæ suæ visitauit nos oriēs ex alto. Vsitatum valde est in Scriptura numero denario numerum perfectū & consummatum indefinite significari. Quamuis etiam vniuersam Christi periodum ad decem saltus in magnis mysteriorum montibus reducere possimus. Descendit enim primo mā cœlis in vterum Virginis, vbi fuit nouē mensibus; ab vtero Virginis in diuersorium Betlehem, vbi mansit 40 diebus: inde ascendit in templum Ierosolymitanum vbi est præsentatus: Exinde fugit in Ægyptum; vnde post quinque annos, vel septem, redijt Nazareth. Ex Nazareth autem cum esset 30. annorum, abijt in Iordanem; ex Iordane tribus annis saliit prædicans per vniuersam Galilæā & Iudæam: tunc dedit octauum saltum vsque ad crucem: à cruce vero corpus in sepulcrum, anima descendit in limbum; vnde tandem per resurre- B ctionem rediit viuus in mundum, non vt in eo permaneret, sed vt reuerteretur ad summum cælum vnde venerat. Nam, *Exiui*, inquit, *à Patre, & veni in mundum.* Iterum. *Relinquo mundum, & vado ad Patrem.* Vadit autem sicut venerat; venerat quidem saliens per omnes cœlos, pertransiens per nouem gradus Angelorum, vsque ad hominem, qui decimum constituit gradum, & est vltima ex decem drachmis, quam amiserat mulier diuinam sapientiam repræsentans. Reuersus est autem saliens per eosdem cœlos, & choros angelicos vsq; ad supremum locum, quo nullus potuit esse sublimior. Vnde sicut tūc mirabili quodam modo bis in eodē die ortus est sol, ita Christus sol Iustitiæ bis ortus est. Primo cum natus est ex Virgine, secundo cum per resurrectionem ortus est nouus homo in mundum, vt ad cœlos ascenderet, & in gloria Patris permaneret.

Zach. 3. v. 9. *Luc. 1. v. 78.* *Gen. 31. v. 7.* *Iob 19. v. 5.* *Apoc. 2. v. 10.* *Ioan. 16. v. 28.* *Luc. 15. v. 8.*

Sed hoc fuit etiam valde mirabile, quod in primo suo ortu & egressu ab oriente venit solus; C quoniam adhuc Ezechias iacebat languidus, & nondum mundus sanitati erat restitutus, sed ob peccatum Adæ infirmus erat, & carceri obnoxius; at peracto cursu decem graduum sanatus est mundus, & redemptus, spoliatus est infernus, & erutus sanctorum cœtus, qui illic tenebatur captiuus, & ascendens in altum captiuam secum duxit hanc captiuitatem, vt in thronis sui regni collocaret. Dixerat Ezechias ad Isaiam, *Quod est signum quod Dominus me sanabit, & quod ascensurus sum die tertia in templum Domini?* Vtrumque enim promiserat illi Deus, nempe salutem, & post salutem ascensum in templum. Vtriusque autem signum tribuitur in regressu solis per decem gradus ad pristinum locum ortus sui: vtrumque etiam adeptus est genus humanum per Christum; cuius passione & morte salutem est consecutum; & cuius ascensione simul cum illo ascendit in templum gloriæ Domini: nam innumeri iusti, qui præcesserant, ascenderunt cum illo, & om- D nes ius acquisiuimus ascendendi. Propter quod Diuus Paulus ait nos simul ascendisse cum illo, *Cum essemus*, inquit, *mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo (cuius gratia saluati estis) & conresuscitauit, & consedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu.* Quod ita confirmat Diuus Leo Papa; Christi ascensio nostra profectio est, & quo processit gloria capitis, eo spes vocatur & corporis. Hodie

Psal. 67. v. 19. *Ad Eph. 4. v. 8.* *4. Reg. 20. v. 8.* *Ad Eph. 2. v. 5.* *Serm. 1. de Ascens.*

Vide Diuum Tho. 3. p. q. 57. a. 1. ad 3. enim non solum paradisi possessores formati sumus, sed etiam cœlorum in Christo superna penetrauimus.

Prædixerat hoc Michæas propheta, dicens, *Ascendet pandens iter ante eos, diuident, & transibunt* Michea 2. v. 13. *portam, & ingredientur per eam, & transibit rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum.* Id est ascendet in cœlos rex Christus Dominus, non quidem vt solus ipse ascenderet, & regnaret, sed pandens iter, & viam aperiens electis suis, vt secum ascendant, qui virtute ipsius Christi diuident murum oppositum, qui ascensum in cœlos prohibebat: electi enim qui erant in limbo irruperunt per portam inferi, quæ clausa erat semel intrantibus, vt inde exire non valerent. Modo autem iusti diuidunt, & auferunt cuncta peccata, & obstacula prohibentia ascensum in regnum cœlorum ob merita Christi qui transiuit per omnes cœlos, & caput, ac primatum tenet inter omnes. Notanda est autem phrasis prophetæ: nam simul ait quod Christus pandit iter, & quod iusti diuident, & rumpent obstacula itineris perficiendi: nam vtrumque necessarium est, & quod Christus Dominus tanquam princeps causa iter pandat, viam aperiat, difficultates, & obstacula cuncta remoueat; & quod nos etiam cooperemur cum illo ad ea auferenda; & hoc modo conciliantur quæ videbantur diuersa: nam Michæas ait, quod Christus ascendit pandens iter ante iustos: at Dauid iustos ex-
Psal. 67. v. 5. & 34. hortatur, & quasi præcipit, *Iter facite ei qui ascendit super occasum*; id est, præparate, & aperite viam ei qui ascendit de morte triumphans, *Et ascendit super cælum cæli ad Orientem.* hoc est, ad supremum cœlorum versus Orientem, rediens vnde discesserat. Tunc autem iter facimus, seu viam præparamus Christo, cum à cordibus nostris peccata obuiantia expellimus, vt simul cum illo ascendere possimus.

Christum ascendisse cum Sanctis, vt daret dona hominibus. §. 2.

Vide in Exhort. 36. HINC nouus deducitur sensus huius admirationis, *Ecce iste venit saliens super montes, & transiliens super colles.* Miratur enim Ecclesia cœlestis dum intuetur sponsum suum venientem, & ascendentem in cœlos, tanta Sanctorum stipatum caterua; venit enim saliens super montes & colles Patriarcharum & Prophetarum, Sanctorum regum, & aliorum iustorum, qui detenti fuerant in limbo, quos mira lætitia, & hilaritate repleuit, vt salientes & alacres velociter etiam ascenderent post
Malach. 4. v. 2. illum: congruit enim illis illud Malachiæ, *Egrediemini, & salietis quasi vituli vinculis relaxati.* Vn-
Iuxta 1. xx. vt in Exhort. præcedenti. Ps. 67. v. 19. Ad Ephes. 4. v. 18. de enim dicitur in psalmo, *Captiuam duxit captiuitatem*, non intelligitur quod captiuitate seruitutis & coactionis eam duxit captiuam, quin potius hanc captiuitatem dissipauit, & in aliam commutauit suauiorem, quæ est captiuitas amoris ac libertatis, in qua captiui saliunt, & tripudiant, quia gloriantur se captiuos esse Christi, & ab illo vehuntur hilares, sequentes illum, salientes per omnes cœlos vsque ad empyreum, vbi diuidetur illis sedes, & locus inter Angelorum choros; & hoc forte est quod præmiserat Psalmista, *Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium.* Nam licet Christus non indigeret vectoribus,

A tamen qui illum comitabantur, describuntur ad modum currus vehentium ex decem millibus multiplicatis compositi. Et qui sunt decem millia bis multiplicata, nisi duo exercitus innumerabiles summa lætitia Christum comitantes; alter Angelorum, alter animarum sanctarum? illi vehunt tanquam ministri, hæ tanquam captiui redempti: super vtrosque salit Christus tanquam super montes, & super colles, hæ colles, illi montes. Salit autem, quia salire secum eos facit. nam scriptum est, *Montes exultauerunt vt arietes & colles sicut agni ouium*; id est, salierunt præ lætitia, sicut salire & saltare solent arietes & agni. Sed cur, Psal. 113. v. 4. ô montes, exultastis sicut arietes, & colles sicut agni ouium? profectò quia, *A facie Domini mota est terra, à facie Dei Iacob.* Cunctus hic motus, saltus, & exultatio est ex præsentia Dei, & Christi eius; ob cuius honorem & gloriam, ex eius etiam virtute exultant, saliunt & tripudiant: ipse mouet corda, excitat montes, id est proceres Ec-
B clesiæ, & instar agnorum ouium: colles, id est, reliqui fideles. Vtinam & nos tales esse possimus, Ita explicat D. Augustinus qui in conspectu Domini saliamus, dum hic viuimus, vt tandem salientes in vitam æternam perueniamus.

Ad hoc tacite nos exhortatur regius Psaltes, postquam dixit, *Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem*, dum subdit, *Accepisti dona in hominibus*: id est, Psal. 67. v. 19. ab hominibus qui quidem videntes per fidem tuum mirabilem ascensum, & triumphum, dederunt tibi pretiosa dona, nempe corda sua, mentes & animas, ac omnes facultates suas, promptoque animo professi sunt tuos esse captiuos & seruos, se suaque omnia tuo obsequio mancipantes: quæ dona tu libenter accepisti ab eis, propter ipsorum bonum. Sed quid mirum quod homines demus nosmetipsos tibi, qui prius teipsum dedisti nobis? Et quid quod offeramus tibi hæc pretiosa dona, siquidem magis tua sunt quam nostra? nam quæ de manu tua ac-
C cepimus, reddimus tibi. Vnde Diuus Paulus 1. Par. 29. v. 14. hunc locum psalmi allegans, quasi illum interpretans, sic ait, *Dedit dona hominibus*, ea dona, scilicet, Ad Ephes. 4. v. 8. quæ acceperat ab illis. Dedit enim eis fidem, spem, charitatem, & reliquas gratias, ac virtutes. promptamque illam voluntatem dandi illi seipsos, & omnia sua; quia nihil posset Christus ab hominibus accipere, nisi ipse prius eis dedisset id quod daturi erant, & ipse accepturus. Vnde etiam mire conciliantur hæc duo loca Psalmistæ, & Apostoli, quia quidquid Deus dat hominibus, ipse Christus vt homo accepit in illis: nam licet homines accipiant, quæ Deus illis donat, tamen non donat propter illos, sed propter Christum, & eius merita: vnde præcipue donantur Christo, & Christus accipit, non in se, sed in hominibus qui sunt membra eius. Ascendens ergo in altum, accepit Christus multa dona ab hominibus; sed prius ipse accepit hæc dona à Patre pro hominibus, & in hominibus, quia eius
D intuitu data sunt illis; & quia ipse vnus est Deus cum Patre, ipse etiam propter merita sua hæc dona largitur nobis; vnde magnam debes concipere spem petendi, & impetrandi cœlestia dona à Christo, qui sedet ad dexteram Patris; estque aduocatus & patronus suus, cui datur, quidquid tibi datur; & ne negetur illi, non negabitur tibi, si tibi expediat; vt ipse dixit, *Si quid petieritis* Ioan. 16. v. 23.

Patrem

Patrem in nomine meo, dabit vobis. Petamus ergo, & A accipiemus, vt gaudium nostrum plenum sit in ipso.

Christum Dominum ascendisse vt mitteret ad nos Spiritum sanctum. §. 3.

Hoc etiam in festo Pentecostes.

SED illud donum potissime petendum est propter quod mittendum & conferendum nobis Christus ascendit in cælum, nimirum Spiritum sanctum, à quo cætera dona procedunt, & de quo præcipue loquitur vates, cum ait, *Ascendens in altum, dedit dona hominibus.* Io.16.v.7. Ascensio enim Saluatoris certum nobis signum fuit aduentus Spiritus sancti mox futuri, iuxta illud, *Si non abiero, Paraclitus non veniet ad vos; si autem abiero, mittam eum ad vos.* Cuius præclarum symbolum præcessit, cum Dominus misericordia motus ob siccitatem, 3. Reg. 18. v. quæ terram Israel vexabat (non enim pluerat per tres annos & sex menses) voluit illis pluuiam præbere. Venit igitur Helias ad populum; B & posito boue super altare ad offerendum sacrificium, cecidit de cælo ignis, qui deuorauit holocaustum. Quo prodigio populus reiecta idololatria verum Deum agnouit, & confessus est; occisisque falsis prophetis Baal, dixit Helias ad regem Achab, Vers. 41. *Ascende, comede, & bibe, quia sonus multæ pluuiæ est;* id est, securus esto, quia prope est sonitus pluuiæ de cælo cadentis, adhuc cælum serenum erat, nec nubes apparebat, aut ventus flabat; & tamen Propheta inquit, sonus multæ pluuiæ est; quia licet non audiretur sonitus vllus auribus corporis, illum tamen percipiebat auribus mentis. Sciebat enim ex Dei reuelatione, per conuersionem populi esse placatum, moxque daturum pluuiam. Sed hoc in figura contingebat eis, vt significaretur destruendam fore idololatriam gentium per mortem Christi Domini, & per holocaustum corporis sui, illo boue significatum, quod obtulit in cruce, & incensum est igne illo cælestis amoris, quem ipse venit mittere in terram, & voluit vehementer accendi. Tunc C autem per aduentum Spiritus sancti communicandam esse vniuerso mundo pluuiam cælestis gratiæ, sapientiæ, ac doctrinæ, quæ perniciosam ariditatem & sterilitatem ab ea pelleret.

Sed adhuc propinquius aduenientis pluuiæ signum deerat: nam cum Helias ascenderet in verticem Carmeli, vt oraret ad impetrandam pluuiam; iussitque eius puer septem vicibus reuerteretur, ad respiciendum & contemplandum an aliquid ascenderet è mari, in septima vice, *Ecce nubecula parua, quasi vestigium hominis ascendebat è mari.* Et tunc intellexit iam iam instare pluuiam vehementem: vnde mox, *Cæli contenebrati sunt, & nubes, & ventus, & facta est pluuia grandis.* Oratio Heliæ iuges, & feruentes indicat preces, quas antiqua Ecclesia ad Deum fundebat, vt hanc cælestem pluuiam impetraret, quæ non venit nisi postquam puer septem vicibus reuersus est ad respiciendum mare, quia non erat concedenda D mundo, (vt notat Nicolaus de Lyra) nisi peractis septem Christi mysteriis, nimirum, conceptionis, natiuitatis, baptismi, prædicationis, passionis, resurrectionis, & ascensionis. Hoc autem vltimum, quod est aliorum consummatio, expressius repræsentabatur per nubeculam paruam, quasi vestigium hominis ascendentem de mari. Sacratissima enim Christi humanitas quasi nubes paruula est propter humilitatem carnis assumptæ: vnde & de ea etiam dicitur, quod ascendens Dominus super nubem leuem ingressus est in Ægyptum; & paruitas eius vestigio hominis assimilatur, vt quid humanum per eam repræsentari nosceremus. Isa.19.v.1. Postquam ergo è turbulento huius mundi mari, nubecula hæc ascendit in cælum, & Verbum diuinum eam ad dexteram sui Patris collocauit, tunc misit in mundum pluuiam copiosissimam gratiæ, quam Spiritus sanctus attulit nobis.

Sed hæc à nobis iugi oratione impetranda est; Helias enim (vt notat Abulensis) septem vicibus In lib. 3. c. 18. q. 14. & 37. orauit vt impetraret pluuiam. Cum enim primò orasset, misit puerum vt respiceret contra mare an pluuiæ indicium appareret: cumque nihil vidisset puer, iterum instantius orauit; & secundo Nota. misit puerum, vt idem respiceret. Hocque fecit septies, Deo ita disponente (inquit hic Doctor) quia volebat eum in oratione diutius perseuerare. Nam licet statim eum exaudiuit cum orauit in publico coram populo, petens ignem de cælo descendere, vt sacrificium consumeret, quia ita expediebat, ne per moram exauditionis populus scandalizaretur; tamen cum orauit secreto in monte, distulit exauditionem, ne extolleretur Helias nimis confidens, & præsumens de se; quod Deus velociter exaudiebat eum; vel forte ad insinuandum discrimen inter Sanctos veteris & noui Testamenti, quod hi velocius exaudiuntur; vel (vt inquit Lyranus) ad designandam v- Hom. 17. niuersitatem vitiorum, quibus populus Israeliticus irretitus erat; propter quæ prohibitæ fuerant pluuiæ; nam septenarius numerus (vt inquit in Euang. D. Greg.) vniuersa vitia significat; cum dicitur in Euangelio Mariam septem habuisse dæmonia. Septies ergo orare debuit, vt importuna, & multiplici prece obstantia peccatorum impedimenta tolleret. Septies etiam nos oportet Dei laudes in die dicere, & crebrius ac feruentius orare, vt delictorum quæ exauditionem impediunt, indulgentiam, & cælestia dona impetrare valeamus; nam & de Apostolis in cænaculo post ascensionem legitur, quod *Erant vnanimiter perseuerantes in oratione,* Spiritus sancti aduentum postulantes.

Sed quid est quod post quamlibet precem Helias mittit puerum, dicens, *Attende, & prospice contra mare,* an scilicet signum pluuiæ appareat; nam è mari solent vapores ascendere, quæ pluuiam indicant, forsitan monemur post precem, qua Dei gratiam efflagitamus, meditationis & contemplationis cooperationem adhibendam esse, vt ratio, ac discursus noster inuestiget, scrutetur se contempletur cuncta illa mysteria; vnde excitari solent lachrymæ compunctionis, gemitus, & affectus alij, qui ad Dei dona impetranda cor nostrum disponunt. Tunc autem est signum appropinquantis gratiæ, & cælestis pluuiæ, quando in contemplatione videtur nubecula parua quasi vestigium hominis ascendens de mari, id est, mysterium aliquod Christi humanitatis ex iis, quæ pro nobis operatus est in hoc mundo, vel cum ex illo ascendit in cælum; quia hæc pignora sunt nostræ salutis, & spem maximam nobis conciliant gratiæ Spiritus sancti, quam petimus, obtinendæ.

Sicut

Sicut igitur Helias ad orandum ascendit in verticem montis Carmeli, vnde melius circumstans mare videri posset, &c. *Ibi pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua*, vt profundam erga Deum testaretur reuerentiam, & animi submissionem; sic adorandum vt oportet, ascendendum est non corpore, sed spiritu in cœlum ipsum, vbi Deus est, & vbi Christus sedet ad dexteram Patris; ita tamen vt magna reuerentia & humilitate coram Deo simus: nam oratio humiliantis se nubes penetrat, & quanto mens per humilitatem se profundius submittit, tanto per orationem & contemplationem sublimius ascendit: nec desistendum est ab oratione, etsi prima vice non obtineamus quod cupimus, imo nec si etiam secunda aut sexta, sed vsque ad septimam cum magna perseuerantia indefectibiliter orandum est, donec postulatum impetremus: sicut Saluator dixit, *Oportet semper orare, & nunquam deficere: nam si quis perseuerauerit pulsans, etsi non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios.*

Inter genua, est circa genua.

Luc 18 v. 1. & c. 11. v. 8.

Memento quod D. Iacobus Apostolus exemplo huius prophetæ nos incitat ad orandum, *Helias* (inquit) *homo erat similis nobis passibilis, & oratione orauit*; id est, iuxta Hebræam phrasim, instanter, fidenter & egregie valde orauit, petens primo quod non plueret, deinde quod plueret, & vtrumque à Domino impetrauit. Petamus ergo cum fiducia à Domino hunc Spiritum bonum, quem promisit se daturum omnibus petentibus illum ad gloriam suam, in sæcula sæculorum. Amen.

Iac. 5. v. 17.

EXHORTATIO VI.

De aduentu Spiritus sancti super Discipulos in die Pentecostes: de miris vocibus, saltibus, & effectibus ipsius circa Apostolos.

Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens; &c.

NON solum aduentus filij Dei in carne, sed etiam aduentus Spiritus sancti in Discipulos in linguis igneis, his verbis describitur. Et vtrumque insinuare videtur duplex similitudo subiuncta sponsi aduenientis tanquam caprea hinnulusque ceruorum. Cum enim tantum filius & Spiritus sanctus missi dicantur in mundum, vt Diuus Thomas testatur, quia ab illo procedunt, optime Filius à Patre missus, capreæ assimilatur propter carnem, quam assumpsit: cui etiam acumen visus capreæ conuenit; quoniam sapientia est Patris, Spiritus sanctus vero comparatur hinnulo ceruorum; quoniam à Patre Filioque procedit, & ab vtroque mittitur: estque amor, gratia & amabilitas ipsa instar hinnuli. Et quia vterque est idem Deus, & inuisibiliter se in suo aduentu comitantur, de vtriusque aduentu simul inquit sponsa, *Similis est dilectus meus capreæ hinnuloque ceruorum*: iam enim venit saliens vt caprea; iam vt hinnulus, & post vnum aduentum sequitur alius.

1. p. q. 43.

Sed quomodo Spiritus sanctus visibili aduentu in die Pentecostes venerit, ex his verbis deducamus.

Modus quo venit Spiritus sanctus in Discipulos. §. 1.

VOx dilecti mei (inquit sponsa:) & quæ est vox dilecti, nisi quæ facta est in die Pentecostes præcurrens & prænuncians aduentum ipsius? Nam (teste D. Luca) *Factus est repente de cœlo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis.* Iste autem sonus iuxta Scripturæ phrasim, licet sit inarticulatus, vocatur vox ab eodem Luca, cum ait, *Facta autem hac voce conuenit multitudo.* Est autem vox dilecti, quia Spiritus sanctus vnus est Deus cum ipso Christo Ecclesiæ dilecto, à quo procedit, & recipit per æternam processionem quidquid in se habet, & operatur in nobis, iuxta illud, *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet.* Ideo autem hic sonus, vel vox dicitur, de cœlo facta, vt significaretur quod Spiritus sanctus adueniebat virtute & meritis Christi, qui paulo ante in cœlum ascenderat. Et etiam vt intelligeremus per vocem illam, & aduentum diuini Spiritus excitari nos ad contemplanda cœlestia dona, vt præparemur ad recipiendum illa. Cum enim aliquem repentinum, & vehementem sonum audimus, illico faciem vertimus, & oculos leuamus ad locum vnde sonum & vocem prouenire conijcimus. Venit ergo è cœlo, vt ad cœlos oculos leuemus, & Dei flagitemus opem, sicut dicebat Psaltes, *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi.*

Act. 2. v. 2.

Vers. 6.

Io. 16. v. 14.

Ps. 120. v.

Modus autem vocis & soni explicatur, cum dicitur, *Tanquam aduenientis spiritus vehementis. & repleuit totam domum vbi erant sedentes.* Post vocem autem ponitur aduentus ipse Spiritus sancti signo visibili, dicens, *Apparuerunt autem illis dispertitæ linguæ quasi ignis, seditque supra singulos eorum.* Et hoc ipsum est quod sub præfata similitudine inquit Ecclesia, *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles; similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum.* Idem enim est sonus spiritus vehementis, adferentis secum linguas igneas, ac strepitus & fragor capreæ, hinnulique cum magno impetu salientium. Sed dictio, *ecce*, rem ingentem significat, & nouam, nouumque aduentum Spiritus sancti, qui licet datus fuerit antiquis iustis; tamen inuisibiliter & moderata mensura, non tamen hoc nouo & mirabili modo, nec cum maxima plenitudine ad omnes gratiæ effectus peragendos; sicut testatur D. Ioannes dicens, *Nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus.* Decretum enim erat, vt aduertunt D. Hieronymus, & Augustinus, prius Christum esse glorificandum per mortem resurrectionem, & ascensionem in cœlum, & postea dandum esse Spiritum sanctum hoc modo visibili, & miraculoso; nempe sub forma sensibili spiritus vehementis, & linguæ ignis, quæ inter nos effectus, feruores, ac plenitudines significarent.

Io. 7. v. 39.

Ep. ad Hedibiam q. 9. tract. 32. in Ioan.

Vnde olim ad Heliam prophetam non dicitur venisse Dominum in spiritu vehementi, & forti, nec in commotione vel igne, sed in sibilo auræ tenuis (vt mox fusius explicabimus) vt significaretur antiquis conferri Spiritum sanctum tenui & moderata mensura; sicut & Apostolis datus est in cœnaculo ipso die resurrectionis per flatum & auram tenuem inspirationis, quia ad vnum dumtaxat effectum remittendi peccata, conferebatur: at in die Pentecostes venit in spiritu ve-

3. Reg. 19. v. 11.

Io. 20. v. 22.

A tu vehementi, & in linguis ignei, quia communicabatur cum summa plenitudine, & feruore spiritus, & ad disseminandum per vniuersum orbem ignem illũ charitatis, de quo dixerat Christus Dominus, *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur?* (Luc. 12. v. 49.) Accendendus autem erat per igneas Apostolorum linguas cum Christi euangelium prædicarent.

Cum igitur primitiua Ecclesia discipulorum Christi Ierosolymis in cœnaculo cõgregata, decem diebus expectaret aduentum Spiritus sancti sibi promissum, audiretq; subitam illam vocem, & sonum venti vehementis, videretque linguas instar ignis super capita singulorum, statim cognouit Spiritum sanctum aduenisse, & cum illo sponsum eius Christum, qui ab eo nunquam separatur, cum ingentique admiratione in illa prorupit verba, *Vox dilecti mei, ecce iste venit*; id est, cuncta hæc signa, vox sunt dilecti mei, testificans iam venit, ecce sine dubio iã venit, & nobiscum est. B Sed quomodo venit? *Saliens in montibus, & transiliens colles*, vel *super colles*. (Psal. 88. v. 1.) Montes & colles, sunt maiores & minores qui erãt in domo illa. Apostoli sunt montes, in quibus fundanda erat Ecclesia: nam fundamẽta eius in montibus sanctis. Beatissima autem Virgo, quæ ibi etiam aderat, iuxta placitum D. Gregorij, est mons domus Domini in vertice omnium montium. Reliqui vero discipuli dicuntur colles Apostolis minores, licet in se magni. Super hos omnes venit saliens, quia flamma ignis formam gerit salientis, apparuerũt enim super capita singulorum linguæ tanquam ignis in colore, splendore, motione, & celeritate: erant enim celeres, volubiles, acutæ, & sursum tendentes, velut flamma quæ quasi saliens sursum ascendit, vt indicarent exterius, quod Spiritus sanctus operabatur interius.

Etenim cum Deus de nouo venire dicatur, quando aliquem mirabilem effectum operatur, ex qualitate effectus sumenda est denominatio C aduentus. Venit Spiritus sanctus sub signo aeris vehementis, & linguæ quasi ignis, quia in Apostolis, & discipulis operatus est effectus quos aer, & ignis repræsentabant: venit saliens & transiliens sicut caprea, hinnulusque ceruorum, quia summa celeritate & alacritate hos effectus perfecit, & corda omnium repleuit, illuminauit, inflammauit, & sursum ad cœlestia salire fecit. Vnde licet linguæ ignis dicantur sedisse super singulos eorum, quia ipse Spiritus sanctus dabatur, vt sederet, & permaneret cum illis, iuxta illud, *Alium Paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum*: (Ioan. 14. v. 16.) tamen sicut ignis iste ita sedebat super singulos non recedens ab eis, quod tamen erat in continuo motu celeri sursum tendens; sic Spiritus sanctus nunquam recedens ab Apostolis, vehementer commouebat eos, vt sursum tenderent, & salirent, cum ipse sit fons aquæ viuæ salientis in vitam æternam. (Io. 4. v. 14.)

(Act. 2. v. 3.) Saliebat quidem ex vno monte vel colle in alium in dispertitis linguis ignis super singulos, D id est, dispertiens, & diuidens dona sua inter illos: nam licet omnes impleuerit, (siquidem omnes dicuntur repleti Spiritu sancto) tamen non omnes æqualiter, sed plus aut minus iuxta cuiusque dispositionem. Vnde crediderim non apparuisse linguas eiusdem quantitatis in omnibus, sed fuisse maiores aut minores iuxta maiorem A aut minorem effectum, quem Spiritus sanctus intus operabatur. Et ideo super caput Deiparæ apparuit maxima, super capita vero Apostolorum maior quam super capita discipulorum. Bene autem dicuntur dispertitæ, aut diuisæ, vt notat D. Cyrillus, quoniam in solo Christo Domino inuehitur omnimoda, & integerrima Spiritus sancti plenitudo, (Catechesi 17.) non per partes gratiarum, sed cum omnibus gratiis sine mẽsura: in alijs autem inueniuntur dispertita dona ab ipso Spiritu sancto, qui diuidit vnicuiq; prout vult: (1. Cor. 12. v. 11.) gratias quidem & virtutes sanctificantes iuxta singulorum præparationem, quæ ex ipsius gratuito auxilio, & fauore procedit: alias verò gratias gratis datas in aliorum vtilitatem diuidit pro suo beneplacito, sed omnes impertiuit Apostolis ad prædicandum Euangelium; & ideo dispertitas linguas quidam interpretantur dissectas, & sectili figura efformatas, qualis solet esse flamma ignis vehementis propter continuam suam agitationem; vt B significaretur dare illis donum plurium linguarum, pluriumque gratiarum, vt omnibus nationibus possent prodesse. (Vide Lorinum in Act. 2.)

Huius aduentus miri effectus §. 2.

SED iam singulos effectus, & saltus Spiritus sancti super hos montes & colles, ostendamus, iuxta phrasim enim sacræ scripturæ, Deus dicitur facere id quod nos mouet ad faciẽdum, sicut Spiritus sanctus dicitur postulare pro nobis, quia facit nos postulare, & ad postulandum nos excitat, & iuuat; sic etiam dicitur salire in montibus Apostolorum & Sanctorum, quia eos salire facit, ac ingentia & superna opera maxima alacritate, & celeritate perficere. Erant quidem Apostoli, & discipuli adhuc imperfecti, nonnullisque ambitionis, inuidiæ, & cõtentionis, ac indiscreti zeli affectibus concussi, terrenisq; rebus aliquatenus affecti, vnde & Petro dictum fuit, C *Non sapis quæ sunt Dei, sed quæ sunt hominum.* (Mat. 16. v. 23.) At vbi venit Spiritus sanctus, *Saliens in montibus*, fecit eos salire in montibus sublimium virtutum, vt culmen euangelicæ perfectionis obtinerẽt, magnaque alacritate ex vno monte in alium, & ex vna virtute in aliam progrederentur; Spiritus enim ille vehemens cunctas imperfectiones præcedẽtes eradicauit, & ignis ille diuinus penitus eas consumpsit. Flatus ille (inquit D. Augustinus) à carnali palea corda mundabat: ignis ille fœnum veteris concupiscentiæ consumebat; vterque autem tam Spiritus, quam ignis corda sursum leuabat, & super seipsos salire faciebat, vt ad superna properarent. (Serm. 188. de tempore.) Vnde D. Cyrillus Ierosolymitanus notat, Spiritum illum vehementem indicasse aduentum, & præsentiam illius, qui id concedit hominibus, vt vi rapiant regnum cœlorum. (Catechesi 17.) (Mat. 11. v. 12.) Ignem autẽ significare baptismum illum quem Ioannes prædixit conferendum in Spiritu sancto, & igne, (Mat. 3. v. 11.) id est, in vi penetrante ignis qui sicut D ferrum totum feruens & lucidum efficit; ita Spiritus sanctus animæ interiora ingrediens comburit, deletque spinas, & nigredinem peccatorum; illam illuminat, & gratiam præstat, quam romphæa ignea intercluserat. Loco autem illius gladij flammei & versatilis, qui prohibebat aditum in paradisum, (Gen. 3. v. 24.) datæ sunt Apostolis linguæ quasi ignis, qui essent gladius spiritus, flãmeus, &

celeri-

Ad Ephes. 6. v. 17.

celeriter volubilis ad prædicandum aditum in regnum cœlorum, & consumenda peccata quæ illum intercludebant. Sed quia Apostoli antea erāt timidi ac pusillanimes, in cœnaculo conclusi propter metum Iudæorum, donec induerentur virtute ex alto; vbi venit Spiritus sanctus fecit eos salire gaudenter, & in publicum prodire, vt Christum & mysteria ipsius prædicarent. Hoc significat ventus vehemens, qui totam replet domum, nihil eius ingressui obstans; hoc ignis super capita existens, & quasi voluans: nam ignis (inquit D. Dionysius) semper est mobilis, nec occlusum esse permittens. Exierunt igitur Apostoli à Spiritu sancto agitati, per vniuersum mundum salientes in montibus & collibus omnium principum ac procerum, omnium regnorum ac prouinciarum, prædicantes Christum, & structa æternitatis eius, id est, cuncta quæ pro illis egit, & passus est, vt supra commemorauimus, quorum prædicatione contriti sunt, ac incuruati, vt Christo manus darent, illi genua flecterēt, & fidem ac legem eius amplecterentur. Et quamuis innumera essent impedimenta eorum prædicationi obuiantia, vel propter difficultatem doctrinæ, quę Christum crucifixum, & carnis abnegationem tradebat, vel propter prauam hominū propensionem, quę ad sublimia & voluptuosa inhiabat; vel propter persecutorum tyrannidem, quæ eos à prædicatione deterrebāt: hæc tamē omnia viriliter superabāt virtute Spiritus sancti, qui venit ad ipsos, *Non solum saliens in montibus, sed etiam transiliens colles*, id est, non solum faciens eos salire in montibus sublimium, & fortium virtutum, sed etiam faciens eos transilire, cunctos colles obuios ingentium impedimentorum, irruentes per illos, vt minime cunctum sibi munus obirent.

Cap. 15. de cœlesti hierarchia.

Abacuch 2. v. 16.

Vidisses Apostolos vt ceruos timidos fugisse in nocte passionis Dominicæ latebras quærentes, ne cum suo Magistro à venatoribus necarentur; sed venit Spiritus sanctus cum voce & sono in modum tonitrui tanquam spiritus vehementis, & excitauit, ac impulit eos vt exirent è cauernis, & salientes inter homines, multos Christo parerent filios. Nam socius & vox illa fuit quæ dicitur in Psalmo superius allegato, *Vox Domini præparantis ceruos*. Vel vt habet versio D. Hieronymi iuxta Hebræos: *Vox Domini obstetricantis ceruas*, quas fertur difficiles esse partu, & tonitruo tremefactas facile parere, vel Deum peculiari prouidentia eis ad partū auxiliari. Propter quod dixerat ad Iob. *Nunquid parturientes ceruas obseruasti?* si ergo Apostoli hac voce venti vehementis tremefacti vt excitarentur ad tam eximium Dei donum recipiendum, paulo post timore depulso in publicum prodiere, & vno partu pepererunt Christo nunc tria millia, nunc quinque millia hominū, nunc plura. Et sicut cerui, vt iam dictum est, halitu serpentes trahunt & perimunt, sic ipsi dæmonibus bellum indicebant, peccata ex hominum cordibus extrahentes, vt illa perimerent, peccatores vero viuos in Christo redderent.

In Exhort. 1. Psal. 28. v. 9. Vide Titelmannum in annotat.

Iob 29. v. 1.

Act. 2. v. 41. & c. 4. v. 4. & c. 21. v. 20.

Quod si audisses Apostolorum linguas ante diuini spiritus aduentum? videres eos humilia, & terrena loquentes, non quasi sursum salientes, sed quasi per terram repentes, vel de omissis panibus, vel de primis sedibus, vel de principatu inter illos, vel de temporali regno Israel. Erant enim paruuli, & ita sapiebant vt paruuli, & loquebantur, vt paruuli: at veniēte Spiritu sancto, facti viri euacuauerunt quæ erant paruulorum, & audisses eos. *Loquentes variis linguis magnalia Dei, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis.* Loquebantur enim Spiritu sancto illustrati de magnificis, & præclaris gestis, ac mysteriis Christi Domini, de eius resurrectione, & diuinitate, ac potestate iudicandi; Vnde signa illorum quasi flamma ignis sursum saliens, de supernis loquebantur summa cum prudentia, ac sagacitate, vt homines ad fidem traherent, & Christi inflammarent amore. Vnde secure iam exercebant quod Christus Dominus illis commendauerat, cum ad prædicandum misit *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.* Est enim serpens naturæ igneæ, & feruidæ, partitamq; ac dissectam habet linguam, cùm igitur Spiritus sanctus venit super eos in linguis dispartitis quasi ignis, fecit eos feruentes, ac prudentes ad loquentes magnalia Dei, non superbe sicut serpens ille qui dicebat, *Eritis sicut dii*, sed humiliter, & mansuete sicut Christus, & Spiritus sanctus, qui vt mitis columba descendit super eum. Has duas autem formas columbę mansuetæ, & ignis ardentis assumpsit ad se manifestandum, vt doceret nos coniungere simplicitatem cum splendore scientiæ, mansuetudinem cum ardore zeli: patientiam cum potentia virtutis ad conuincendos populos, tum verbis splendidis, tum operibus heroicis.

Matt. 16 v. 7. & c. 22. v. 21. Lucæ 22. v. 23. Act. 1 v. 6. 1. Cor. 13. v. 11. Act. 2. v. 4. & 11.

Mat. 10. v. 16.

Ex ... hom. 1 ... Euang.

Hæc eadem significat etiam subiuncta sponsæ similitudo, cū ait: *Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum.* Nam in caprea quæ magno pollet visu, prudentia denotatur serpentis, & splendor lucis, ac scientiæ. In hinnulo ceruorum, qui nondum protulit cornua, & amabilis apparet, pulchritudo, ac mansuetudo columbæ: quibus similis fuit dilectus non solum in seipso, sed cum saliebat in Apostolis, qui magna pollentes scientia & prudentia, maxima etiam mansuetudine & gratia procedebant, ita vt ab omnibus diligerentur, erant (inquit D. Lucas) *Collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem.* Nam prudentia, mansuetudo, simplicitas, & candor morum gratiam, & amorem apud omnes conciliabat.

Act. 2. v. 47.

Quomodo Spiritus sanctus per Apostolorum voces annunciabat aduentum Christi.

§. 3.

SED nouam hinc deducamus expositionem, huius vocis dilecti, quæ in ore Apostolorum resonabat, vox enim illorum non tam eorum erat quam vox Christi, & Spiritus sancti, ac proinde vox dilecti testificantis: ecce iam venit. Vtrumque indicant linguæ ignis in quibus apparuit Spiritus sanctus, nam lingua indicium est interni verbi, & conceptus mentis, quem præsupponit. Habet (inquit Diuus Gregorius) cognationem maximam lingua cum verbo. Verbum autem patris est filius, qui coæternus, & eiusdem substantiæ cum illo est: vnde sicut verbum internum monet linguam ad formandum & exprimendum sonum vocis, quo ipsum verbum manifestatur exterius: ita filius Dei misit Spiritum sanctum, vt tanquam lingua ignea illum manifestaret, & testimonium perhiberet de illo, illuminans

Hom. 30. in Euang. Priusquam venit in mundum sed in carne testitum. Post quam autem se occultauit intra cælum.

Io. 15. v. 26 minans corda Apostolorum, & per ipsorum ora, & voces Christum prædicans, & mundo manifestans. iuxta illud: *Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre, &c. ille testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.* Ac si diceret, vos quidem quamuis ab initio mecum fuistis, tacebatis, nec de me loquebamini, quia nondum lingua vobis data fuit, cum autem me iam ascendente in cœlum, venerit Spiritus sanctus, ipse erit vobis quasi lingua ignea, per quam testimonium perhibebitis de aduentu meo. Vnde prædicante Petro, cœtus Iudæorum qui ei crediderunt, clamare potuit, operteque clamauit: *Vox dilecti mei, ecce iste venit.* Vox hæc, & prædicatio ista, vox est Messiæ, vox est Spiritus sancti, verum testimonium perhibentis, quod iam Christus venit, obediamus ergo, & credamus ei, cesset incredulitas, abest taciturnitas, admittamus vocem eius manifestantem nobis magnalia Dei.

Nonnullus typus huius præcessit cum Ioannes Baptista conceptus est, nam quamdiu fuit in ventre matris suæ, ligata mansit lingua patris sui Zachariæ sacerdotis: & quamuis mater Elizabeth Christum agnouerit, & confessa sit, tamen sacerdos adhuc ignorans, & mutus mansit: cum primum autem Ioannes ex ventre matris exiuit in mundum, soluta est lingua Zachariæ, & repletus Spiritu sancto, magnalia Dei, & Christi aduentum cœpit loqui, ac declarare. Sic igitur quamdiu Christus Dominus indutus carne mortali, fuit inter Iudæos quasi in ventre synagogæ, licet quidam ex plebe crediderint in eum, & confessi sint illum esse Messiam, tamen proceres eorum, sacerdotes, & Pharisæi, ac scribæ increduli, ac muti fuerunt, ligatam habentes linguam, ad illum confitendum, licet haberent solutam ad negandum, & blasphemandum: vnde & dicebant: *Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum? aut ex Pharisæis? sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti sunt.* Quod si aliqui ex principibus crediderunt, isti etiam multi erant, vt testatur Diuus Ioannes, nec confitebantur Christum ne extra synagogam fierent. Dilexerunt enim magis gloriam hominum, quam gloriam Dei, at postquam Christus Dominus exiuit è mundo tanquam ex ventre synagogæ, & per resurrectionem natus quasi nouus homo ascendit in cœlum, soluta est lingua populi Hebræi, nam Apostolis, qui ex Hebræis erant, datæ sunt linguæ ignis, quibus prædicarent palam Christi magnalia, & mysteria, nec solum ex plebe crediderunt multi in Christum, sed etiam vt testatur Diuus Lucas, *Multa turba sacerdotum obediebat fidei.* Ex illis inquit Chrysostomus, principibus sacerdotum, qui ad cædem turbam exasperarant, qui talia clamarant, & dixerant, alios saluos fecit, seipsum saluum facere nequit, ex ijs multi obediebant fidei, & linguis suis confitebantur Christum.

Luc. 1. v. 20 & 64.

Io. 7. v. 48.

Io. 12. v. 42.

Act. 6. v. 7. Ibidem.

Quid igitur nos facere oportet, qui vtroque Christi, & Spiritus sancti aduentu fruimur, iam quæ de Apostolis, ac de primitiua Ecclesia diximus, vsque in hodiernum diem in Ecclesia, & eius prædicatoribus, ac magistris operatur etiam Spiritus sanctus; vt modo etiam liceat dicere; *Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.* Vult enim visitans omnes Ecclesias maiores, & minores, quæ per montes & colles significantur, in illis salire, & efficiens (licet inuisibiliter) quæcumque in primæua Ecclesia perseuerat, vox enim prædicantium, qui non se, sed Christum, eiusque Euangelium vere, & sincere prædicant, vox est dilecti Christi, sonus Spiritus sancti tanquam venti vehementis, & linguis igneis loquentis per illos, quæ validissima est ad corda hominum excitanda, & inflammanda, vt Christi aduentum credant, vt nerentur, & confiteantur; vox hæc à Christo ascendente in cœlos per Spiritum sanctum ab eo missum procedit: sic enim ait Psalmista: *Psallite Deo, qui ascendit super cœlum cœli ad orientem:* Et mox subdit: *Ecce dabit voci suæ, vocem virtutis, id est,* faciet, quod vox prædicationis Euangelicæ, quæ vox eius est, sit magnæ virtutis, & potentiæ, vt quamuis renitente mundo, etiam eius principes, & magnates sibi subiiciat. Et sicut adhuc inter homines degens misit discipulos suos binos, & binos ante faciem suam, in omnem ciuitatem, & locum quo erat ipse venturus; modo etiam mittit prædicatores, & præcursores in regiones, & vrbes, & quocumque venire decreuit: post quorum voces, ecce ipse venit saliens, vt per fidem, & dilectionem habitet in cordibus eorum, qui vocem Dei audiunt.

Psal. 67. v. 34.

Luc. 10. v. 1.

Cura igitur repleri Spiritu sancto, vt tu etiam sis vox dilecti, qui per te lingua ignea loquatur, vt alij prosis, loquere autem non inanis, non ludicra, non terrena, & vana, sed magnalia Dei, & quæcumque sunt Christo digna: non ex impetu passionis, sed ex motione Dei, prout Spiritus sanctus dat eloqui seruis suis obseruans quod docet Paulus: *Ex sinceritate ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur.* Id est, de Christo, & de ijs quæ ad ipsum spectant. Nam qui de terra est, de terra loquitur, qui autem de cœlo est, loquitur cælestia.

2. Cor. 2. v. 17. Io. 3. v. 31.

Declaratur aduentus iste per prophetiam Ioelis. §. 4.

SED in vltimo loco perpendamus magnalia Dei, quæ Apostoli primo loco locuti sunt, vt hoc mysterium populo declaratent. *Hoc est* (inquit D. Petrus) *quod dictum est per Prophetam Ioel; & erit in nouissimis diebus, dicit Dominus, effundam de spiritu meo super omnem carnem, &c.* Et paulo post: *& quidem super seruos meos, & super ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo, & prophetabunt. Et dabo prodigia in cœlum sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem antequam veniat dies Domini magnus, & manifestus. Et omnis quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.* Quibus verbis tria præcipua mysteria, quæ Apostolicæ prædicationis argumentum erant, continentur. Cum enim prophetæ consueuerint aliquoties non seruare ordinem, quo res gestæ sunt, dum eas narrant, & ab vno in aliud tempus subito pertransire, triplicem hic locus admittit expositionem. Primo enim secundum D. Hieronymum sermo hic est de passione Domini, & resurrectione, quæ aduentum Spiritus sancti meruit, & præcessit. In passionem prodigia facta sunt in cœlo, cum sol obscuratus est, nec pendentem Dominum videre est ausus: luna vero obscurato sole nigra, & sanguino-

Act. 2. v. 17. Ioel 2. v. 28.

In Ioelem. guinolenta apparere debuit, vt Carthusianus A notat, in terra vero facta sunt signa cum tam vehementi, & insolito motu contremuit, quod monumenta aperta, & saxa disrupta sunt. Sanguis est, qui de Christi vulneribus exijt: ignis, qui descendit in Apostolos: vapor fumi, cæcitas Iudæorum, qui increduli erant, & irridebant Christum, & Apostolos dicebant plenos musto. Vnde luna versa in sanguinem, & sol in tenebras est eorum synagoga excæcata, & blasphemiarum, ac negationis in Christum horrore co-

Mat. 27 v. 25. operta, quæ dixit: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros*, hæc omnia fient prius quam veniat dies Domini magnus, & manifestus, qui est dies resurrectionis Christi manifestatæ mundo in die Pentecostes, ex quo die, quicumque cuiuscumque nationis sit, ex toto corde inuocans nomen Domini, saluus erit. Crediderim tamen etiam Ioelem loqui de miraculis à Christo Domino tempore suæ prædicationis patratis. Nam mox subdit Diuus Petrus: *Viri Israelitæ audite verba hæc. Iesum Nazarenum virum approbatum à Deo in vobis virtutibus, & prodigijs, & signis, quæ fecit Deus per illum in medio vestri.* B Coniunxit autem hæc mysteria Ioel vt Christi virtutem, & omnipotentiam, Passionem & mortem magnifaceremus: vnde tam immensa bona nobis promanarunt: quæ si quis impetrare cupit, propter passionem Domini debet postulare.

Possunt tamen secundo hæc verba referri ad ea quæ Spiritus sanctus adueniens in Apostolos, & discipulos, per ipsos operatus est, vt legem Euangelicam promulgarent, & confirmarent. Nam

Act. 5. v. 12. & c. 6. v. 8. de illis legitur: *Faciebant prodigia, & signa multa in plebe.* Sanguis autem cuius hic mentio fit, est quem ipsi, & martyres fuderunt pro Christo: ignis vero erat ipse Spiritus sanctus, quem in linguis igneis fidelibus communicabant. Vapor fumi, affectus est compunctionis, lachrymarum, gemitus, & orationis, quem excitabat ignis Spiritus sancti in cordibus eorum, qui ad fidem conuertebantur. Est enim fumus exhalatio excitata ex re igne combusta: sol conuersus in tenebras, & luna in sanguinem indicant hæreses futuras contra fidem, quibus multi qui splendebant vt sol, obtenebrati sunt: & Ecclesiæ quædam particulares misere sunt infectæ. Quod addit Ioel, vt etiam postquam Spiritus sanctus datus est hominibus, cum timore & tremore salutem nostram operemur, scientes quod qui fuerit sol, potest amittere suam lucem, & ardorem, & qui fuerit pulcher vt luna, perdere potest pulchritudinem suam, & fœdo sanguine vitiari. Vt tamen hanc minarum asperitatem liniret, addit, *Omnis quicunque nomen Domini*. Scilicet Iesu Christi Domini nostri vera fide, & dilectione *inuocauerit, saluus erit*, Omnis inquit, quicumque ille sit siue magnus, siue paruus, vt nullus diffidat, nec ex lapsu magnatum pusillanimis fiat.

Plures referunt Ribera, Ioel 2. & Lorinus act. 2. Denique verba ista sunt communiorem patrum intelligentiam, ad tempus iudicij vniuersalis referenda sunt: cum sicut ipse saluator do-

Luc. 21. v. 25. cuit: *Erunt signa in sole, luna, & stellis, & in terris pres-*

Mat. 24 v. 29. *sura gentium. Sol obscurabitur, luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo.* Ignea fulgura, & vapores fumi rerum combustarum, & sanguis quem fundet Antichristus ex ijs qui illi restiterint. Hæc omnia contingent antequam veniat dies iudicij, qui vocatur dies Domini magnus, & manife- Iis habetur Io. Iux. stus, in quo Christus manifestabit vniuerso orbi gloriam suam. Qui etiam erit horribilis, & stupendus ob multa quæ hominibus maximum incutient timorem, ad effugiendam autem huius horrendi iudicij iram, subiecit, quicumque inuocauerit nomen Domini tutus & saluus manebit.

Sed quorsum Ioel cum aduentu Spiritus sancti ad legem Euangelicam disseminandam, aduentum Domini ad iudicium coniunxit? nimirum, vt intelligeremus post legem Euangelicam nullam aliam expectandam esse, in qua quis saluus esse possit. Et ideo in principio prophetiæ dixit: *Et erit in nouissimis diebus, effundam de spiritu meo.* Nouissimos vocat dies Euangelij, quia post illos nulla erit amplius lex, in qua Spiritus sanctus communicetur, sed de hoc aduentu Domini ad iudicium mox plura dicemus, quoniam in eisdem verbis sponsæ, *Ecce iste venit saliens, &c.* etiam significatur vt nos etiam Spiritu sancto accepto iudicij recordatione, cuius munimine vitam Spiritu sancto dignam agentes, æternam, quam spectamus, consequamur. Amen.

EXHORTATIO VII.

De voce interna Dei, quæ est inspiratio, & aduentu eius inuisibili per multifarias voces ad conuertendum peccatores, & ad visitandos iustos in contemplatione, ac exaudiendas nostras orationes.

Vox dilecti mei, ecce venit saliens in montibus, &c.

C IAM ad singulas animas hæc verba referamus, quæ inuisibiliter, & spiritualiter vocem sponsi audiunt, & eum venientem suscipiunt, ideoque verissime dicunt, *Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens, &c.* Quis est hic dilectus nisi ille qui ait, *Si quis* Io. 14. v. *diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Et eum vtroque venit simul Spiritus sanctus, quia sunt vnus Deus. Nec tamen semel venit, sed sæpius venire dicitur, quoties de nouo aliquod donum gratiæ operatur. Ad animam peccatricem venit, quando eius gratiam infundit, & iustificat; ad iustum venit, quando eius gratiam auget, vel nouum lumen, vel deuotionem, aut lætitiam spiritualem, vel donum contemplationis, vel quid huiusmodi confert. Vnde & Christus Dominus discipulis dixit: *Non vos relin-* Io. 14. v. 18 & 28. *quam orphanos. veniam ad vos*, Et iterum, *vado & venio ad vos.* Id est certo modo recedo à vobis corporali præsentia, veniam tamen ad vos iterum cum venerit Spiritus sanctus, & simul cum illo, imo D sæpius veniam, & visitabo vos inuisibiliter. Prio- Lib 4. in rem sensum tradit Diuus Cyrillus, posteriorem Io. c. 45. Diuus Chrysostomus. Hunc autem aduentum Hom. 47. præcedit etiam vox inuisibilis, & secreta, quæ di- in Ioan. uina inspiratio nuncupatur, & solis auribus cordis ab anima percipitur; de qua Christus dixit: *Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vn-* Ioan. 3 v 8. *de veniat, aut quo vadat.* Hæc autem vox, & inspiratio, li-

tio, licet reuera procedat à Deo quatenus spiritus est, quod tribus diuinis personis conuenit; attribuitur tamen Spiritui sancto, sicut attribuitur nomen spiritus, qui à patre & filio per voluntatem spiratur. Spiritus ergo spirat vbi vult, quia ex solo suo beneplacito hãc emittit vocem, vbi, & quando, quomodo, & quibus vult, non nostris meritis, sed meritis Christi, cuius nomine venit, vt id inuisibiliter faciat in anima, quod Christus Dominus fecit in mundo, vocem autem hanc audis, quia non potest non sentiri cum cor tangit, licet liberum sit ei consentire. Sed nescis vnde veniat, aut qua vadat, quia sciri non potest quá ex causa, vel occasione progredietur, cum repente veniat, & qua hora non putatur; nec scitur, quem finem sit habitura.

Audiens autem hanc vocem pia anima ait: *Vox dilecti mei*. sed vnde quæso potuit agnoscere vocem esse dilecti, cum multoties angelus Satanæ transfigurasse in angelum lucis, vocem propriam mutet, vt dilecti vox appareat, sed cum vox hæc efficax sit, & aliquid operetur semper in anima, ex effectibus eius dignoscenda est, quorum septem in prima exhortatione retulimus, & signa sunt diuinæ vocis internæ, siue Spiritus sancti inspirationis. Quibus hoc vnum addamus; quod cætera comprehendit. Nam vox dilecti ad hoc tendit, vt veram in anima efficiat dilectionem Dei. & cogitationes quæ illam excitant, vel quidquid ad illam disponit, aut illam comitatur, auget, vel perfectá reddit. Ac proinde odium etiam efficit cuiuscumque peccati, vel defectus, qui quomodocumque dilectioni sit aduersus; imprimens desiderium huiusmodi impedimentum auferendi, & abnegandi. Quotiescumque ergo huiusmodi vocem audieris in corde tuo, & hanc sanctam suggestionem intra te senseris, mox, vt monet D. Bernardus, da honorem Deo, & age reuerentiam Spiritui sancto, ac Christo dilecto, cuius vox sonat in auribus tuis, & stude obedire illi, & quod suggerit, opere complere; teque ad aduentum ipsius, qui post vocem sequetur, præparare.

2. Cant. 2. v. 14.

Serm. 1. de Pentecost.

De aduentu Dei per horrisonas voces ad conuertendos peccatores. §. 1.

Pro conuersione S. Pauli, & de filio prodigo.

DIVERSIMODE sonat vox Dei quando venit ad conuertendum peccatores, vel ad consolandos, & iuuandos iustus, semper tamen est vox dilecti, quia ex dilectione ipsius procedit, vt in illis dilectionem introducat, vel introductam perficiat. Vnde Ecclesia personas agens peccatorum, qui in ipsa sunt, & ad pœnitentiam excitantur: recte dicit: *Vox dilecti mei, ecce venit saliens in montibus, transiliens colles*. Id est, iste qui diligit peccatores, venit propter illos, nam si non diligeret, non veniret: venit autem cum magno fragore & strepitu, qualem faciunt capreæ, & hinnuli salientes per montes & colles, nam sicut in die Pentecostes factus est de cœlo repente sonus spiritus vehementis, qui terrefecit Ierosolymitas, qua voce excitati conuenerunt ad Apostolos, quorum prædicatione tandem pœnitentiam egerunt & ad Christum conuersi sunt: ita etiam repente venit de cœlo vox terrifica diuinæ inspirationis tangens corda peccatorum, concutiens, & tremefaciens illos, dum eis intus manifestat horrendam peccati fœditatem, terribilemque gehennæ pœnam, & alia horribilia mala, quæ illis imminent, nisi resipiscant, qua voce tremefacti ad Ecclesiæ sacerdotes, & ministros confugiunt, vt eorum instructione in Dei redeant amicitiam, & Spiritum sanctum recipiant.

Act. 2. v. 1. & 4. & 37.

Cæterum duplex vox dilecti solet præcedere aduentum istum. Prior timorem incutit, & solam attritionem, vt diximus, per hanc incipit venire, & appropinquare, sed non plene intrat, sed quasi foras stat post parietem animæ: quoniam timor, qui pœnam habet, non est in charitate, quæ potius foras mittit illum. Sed alia est vox fortior, suauior tamen quæ suggerit contritionem ex amore procedentem, postquam statim venit, & intrat, gratiamque ac charitatem ... infundit, cuius mirabilem typum gessit aduentus Domini ad Heliam: volens enim venire cum aliqua suæ maiestatis; & omnipotentiæ ostensione, tria ante se præmisit horrifica, quæ magnũ terrorem incuterẽt, nempe ventum fortissimum, commotionem, seu terræmotum, & globum igneum. Post quem adhibuit quartum signum suaue, nimirum sibilum auræ tenuis, in quo se venire insinuauit. *Ecce* (inquit) *Dominus transit, & spiritus grandis, & fortis subuertens montes, & conterens petras ante Dominum, non in spiritu Dominus; & post spiritum commotio, non in commotione Dominus, & post ignem sibilus auræ tenuis*, quid est, ecce Dominus transit, nisi quod ait sponsa: *Ecce iste venit saliens*. Quas ergo voces præmittit, quos sonitus, & fragores super montes & colles? illa tria signa quæ præcesserunt aduentum ad Heliam, significant horrisonas voces, & inspirationes incutientes timorem, & pauorem diuinæ iræ, propter tria stupenda supplicia, ac mala pœnæ, quæ peccatoribus potest inferre, & per inspirationes internas illa manifestat, & aliquando externus etiam indicia, aut initia præbet. Ira enim omnipotentis Dei aliquando instar venti fortissimi euertit montes, & conterit petras, id est, eminem potestatem temporalem, & humanam fortitudinem subuertens, regna, diuitiás, aut dignitates auferens: aliquando vero efficit terræmotum, seu commotionem dum commouet humores corporis, & passionum violentam rebellionem permittit, vnde ægritudines, afflictiones & amaræ spiritus conturbationes proueniunt: & tandem minatur ignem terribilem conflagrationis, qui ante ipsum præcedet inflammans in circuitu inimicos eius, aut ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius; & duo tribulationis igni nonnullos etiam solet vexare. Cum autẽ diuinæ inspirationis vox cuncta hæc menti suggerit, est quasi vox dilecti salientis super montes, & colles conterens montes seculi, & incuruans colles mundi, liquefaciens dura, & superba flectens colla, vt subijciantur illi. Nam vt inquit D. Gregorius, pauor qui ex aduentu eius ruit, & altitudinem cordis nostri deijcit, & duritiam liquefacit, sed non est in his signis Dominus (ait scriptura) quoniam nondum perfecte intrat animam, & sanctificat eam, quandiu solus viget spiritus timoris: qui tamen ad salutem præparabat, & ideo dicebat Dauid: *Commouisti terram, & conturbasti eam, sana contritiones eius, quia commota est*. Tunc autem fit plena sanitas, quando sonat sibilus auræ tenuis, vox inspirans dolorem de peccatis, &

1. Ioan. 4. v. 18.

3. Reg. 19. v. 11.

Psal. 96. v. 3.

Lib. 5. Moral. c. 26.

Psal. 59. v. 4.

Christi dilectione, tunc enim infunditur animæ gratia, pax, & tranquillitas cordis; remittuntur enim ei peccata multa, quoniã dilexit multum, tunc verificatur quod inquit sponsa. *Ecce iste venit saliens in montibus.* Venit enim summa celeritate, & hilaritate, vt magnos peccatores humiliet, & sibi subijciat: nonne saliens venit ad filium prodigum pater eius, de quo dicitur; *Et accurrens cecidit super collum ipsius?* festinus veniebat, & tripudians, desiderans que vt alter filius senior similiter gauderet, quia frater eius mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est, saliens etiam & festinus venit ad Saulum: quem primo tremefecit, ac proiecit in terram terrifica voce ei dicens, *Saule cur me persequeris?* sed postea suauiori voce, quæ vox propior est dilecti, ait: *Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris, durum est tibi contra stimulum calcitrare*, quam audiens Saulus, respondit: *Domine quid vis me facere?* ac si diceret vox hæc, vox est dilecti mei Christi, qui è cœlo venit, vt me superbum montem incurnet, ac sibi subdat, En tibi Domine me subijcio, dicito, quid me vis facere? ô vos Dei potentissima, quæ aspera cuncta complanas, vt viam rectam ipsi dilecto præpares. Audi ô peccator vocem dilecti tui, cum eor tuum tangit, quia si assentiaris illi, mox veniet saliens, festinus, & velox vt te salutet, & intra te per gratiam commoretur.

Luc.15.v.20 & 24.

Act.9.v.5.

Hoc prosequitur exhortatio ad dicta. ipse stat post parietem.

Vocem Dei venientis ad visitandos iustos primo terrere postea mulcere illos.

§. 2.

HINC ascendere licet ad alterum Dei aduentum, vt iustos visitet, quem præcedit vox suauis: de qua sponsa inquit: *Vox dilecti mei*, illam agnoscens vt dilecti propriam, quæ tamen, non solum quando venit ad conuertẽdum peccatores, sed etiam cum venit ad visitandum illos, & maxime ad reuelandum illis aliqua mysteria, solet à principio aliquem timorem incutere, vt ad diuinæ maiestatis reuerentiam excitet, & vt homo propriam ad percipienda diuina agnoscat imbecillitatem, & hoc humili timore, ad illa intuenda melius præparetur; tamen paulo post animum pacatum reddit, vt attẽtius, quæ dicuntur percipiat, dulcique ac suaui voce ea proponit, quod & in isto colloquio cernere licet. Vox enim dilecti venientis per saltus supra montes, & colles instar capreæ, & hinnuli, strepitum, & fragorem indicat aliquo timore animum teneræ sponsæ percellentem. At mox blande, ac suauiter loquitur illi, cum ait: *En dilectus meus loquitur mihi, surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea*, quod frequentissimum est in visionibus, quas Scriptura sacra commemorat. Vt clare patuit in ea quam paulo ante retulimus de Helia, quem Dominus primo terruit per fortem ventum, commotionem, & globum igneum, sed postmodum mulsit per sibilum auræ tenuis, in quo ipse venit. Idem contigerat Eliphat, dum diuinam recepit reuelationem. *Nam pauor* (inquit) *tenuit me, & tremor, & omnia mea perterrita sunt*: sed mox subiungit, *& vocem quasi auræ lenis audiui*. Daniel etiam apparente ei angelo stetit tremens, donec angelus dixit: noli metuere. Idemque accidit Zachariæ præcursoris patri.

3 Reg.19. v. 11.

Iob 4 v 14.

Dan.10 v.11. Luc.1.v.12. & 13.

A Imo & beatissima Virgo in aduentu archangeli turbata dicitur, & ideo ille dixit: Ne timeas Maria, quod D Thomas elegãter confirmat ex celebri regula à Diuo Antonio tradita ad bonorum, malorumque spirituum discretionem. Si enim (inquit) post timorem successerit gaudium, à Domino venisse scimus auxilium, quia securitas animæ præsentis maiestatis indicium est, si autem incussa formido permanserit, hostis est qui videtur, & licet aliquando, vt Cardinalis Caietanus notat, regula possit deficere, transfigurante se Sathana, in angelum lucis, tamen hoc rarum est: & regula valde obseruanda, quam etiam Pater noster sanctus Ignatius in suis exercitijs spiritualibus tradidit dicens: ijs qui in virtute proficiunt diuersimode se insinuare vtrumque spiritum, malus quidem duriter, implacide, & violenter cum strepitu quodam sicut imber decidens in petram, bonus autem leniter, placide, ac suauiter, sicut aquæ stilla in spongiam illabens.

3.p.q. 30 ar. 3 ad 3.

In eius vita.

In commentaria huius articuli.

In regulis præ habendo vrada reg.7.

B Hoc tamen non obstat, quin spiritus diuinus aliquando in principio terreat, vt terror securitatem maiorem pariat, spem erigat & communicationem placide prosequatur. Quod explicat Diuus Gregorius ex gesto Samsonis parentum. Nam Pater videns Angelum timuit dicens, *Morte moriemur, quia vidimus Deum nostrum*. Vxor vero spe erecta, ait; *si Dominus vellet nos occidere, de manibus nostris holocaustum, & libamina non suscepisset*. Quid (inquit) est hoc, quod ad visionem angeli, vir timidus, & mulier audax, nisi quod nobis, quoties cælestia demonstrantur, spiritus quidem pauore se concutit, sed pes præsumit, Inde non turbatur spes ad maiora audienda se erigit, vnde turbatur spiritus, quia ea quæ superna sunt, prior videt.

Lib.5 Mor. cap 17. Iud.13.v.22. 23.

Hoc ipsum idem Diuus Gregorius egregie ad contemplationem extendens sic explicat, supra allatas similitudines moraliżãs: sanctus (inquit) spiritus cum se notitiæ humanæ infirmitatis insinuat, & sonitu vehementis spiritus, & voce auræ lenis exprimitur; quia videlicet veniens, & vehemens est, & lenis, lenis quidem, quia notitiam suam quatenus cognosci vtcumque valeat, nostris sensibus temperat: vehemẽs, quia quamtumlibet temperet, aduentu tamen suo infirmitatis nostræ cæcitatem illuminando perturbat. Illustratione enim sua nos leniter tangit, sed inopiam nostram immaniter concutit. Hæc Diuus Gregorius.

Lib.5. Mor. c. 26.

C Act 2.v.2. Iob 4.v.16. 3 Reg.19.v. 12.

De aduentu Domini ad inspirandos & adiuuandos contemplantes.

§ 3.

HINC deducere licet præclaram formam contemplationis, quæ dicitur in ijs verbis: *Vox dilecti mei, ecce venit saliens in montibus*, id est, in exercitijs vitæ contemplatiuæ, aut in viris contemplatiuis, contemplatio enim comparatur monti alto, sublimi, & à tumultu segregato,

Prof. sta transfiguratonis.

D qualis fuit mons in quem ascendit Christus Dominus cum tribus discipulis, & orans transfiguratus est ante eos. Sed quia ascensus est valde difficilis, tum propter imbecillitatem animæ mole corporis oppressæ, tum propter infinitam Dei excellentiam, quæ omnem creaturæ superat virtutem, necesse est præcedere vocem dilecti, scilicet internam inspirationem, qua anima voce-tur,

Mat 17.v.1. Luc 9.v.29.

tur, & adiuuetur, vt ascendat: sicut Moysi di- A
Exod.34.v.5. ctum est: *Ascende in montem*: & Ioanni vox de cœlo
Apoc.4.v.1. dixit: *Ascende huc*. Simul autẽ cum hac voce Deus ipse descendit, & venit, tum vt auxilietur animæ, quia ipsa suis viribus non posset ascendere, tum vero, vt manifestet seipsum illi, sed quia id quod in hac vita de seipso manifestat, tenue est, & parvum, si incomprehensibili eius maiestati comparetur: ideo vox hæc dilecti vocatur sibilus auræ tenuis, vel vox auræ lenis. Vox Dei (in-
Vbi supra. „ quit Diuus Gregorius) quasi auræ lenis auditur,
Exod.34.v.5.&c.14.v.12. „ quia in hac adhuc vita positis contemplatoribus suis nequaquam se diuinitas sicut est, insinuat, sed lippientibus mentis nostræ oculis claritatem suam tenuiter demonstrat. Quod bene in ipsa legis acceptione signatur, in qua dicitur, quod Moyses ascendit, & Dominus in montem descendit. Mons quippe est nostra contemplatio, in quam nos ascendimus, vt ad ea quæ vltra infirmitatem nostram sunt, videnda sublevemur. Sed in hanc Dominus descendit, quia nobis etsi multum proficientibus parum de se aliquid nostris sensibus aperit.

Hom. in Cant. Sed hoc verba sponsæ subtilius indicant, vt eleganter deducit Diuus Gregorius Nyssenus: Nam cum ait vocem dilecti esse quasi venientis per saltus super montes: denotat contemplationem, & visionem suam esse quasi eius qui audit vocem inarticulatam alicuius, non videns faciem eius, nec distinctè cognoscens, sed sub alienis figuris & similitudinibus, nec esse constantem, & permanentem, sed facile transeuntem. Sed audiamus pulchra Nysseni verba. Nam cum sponsa dixisset se introductam in cellam vinariam, & læuam sponsi esse sub capite ipsius, & à dextera amplexatam, & alia huiusmodi, Existimabam
» (inquit) eam quæ à Deo erat sublata in altum,
» apprehendisse summum beatitudinis, sed vi-
» deretur, quæ prius sunt peracta, sunt adhuc pro-
» œmia ascensus. Omnes enim illas contempla-
» tiones non nominat euidentem veritatis com- C
» prehensionem, sed vocem eius, qui desideratur.
» *Vox, ait, dilecti mei*: non forma, non facies, non fi-
» gura expressam ostendens naturam eius, quod
» quæritur, sed vox magis afferens coniecturam,
» quam firmam cognitionem, quis sit is qui loqui-
» tur. Vnde non in vna hæret verbi cogitatione,
» nec vnam aspicit formam, sed ad multa fertur
» visione, alias alium videre existimans, & non
» semper in eadem permanens figura eius quod est
» comprehensum. *Ecce*, inquit, *iste venit saliens*. Non
» stans, neque permanens, vt per diuturnam mansionem possit agnosci ab eo, qui fixis intuetur
» oculis, sed se ab oculis surripiens prius quam ad
» perfectam veniat cognitionem. Et nũc quidem
» existimatur caprea, nunc autem assimilatur hin-
» nulo ceruorum. Ita quod semper comprehenditur, est alias sub alia figura. Hæc Gregorij Nysseni, tanti viri digna ponderatio, qua satis ostendit quam instabilis, ac modica, ac sub varietate figurarum sit in hac vita nostra Dei contempla- D tio.

Sed adhuc ea eisdem verbis id amplius indagemus, notanter enim non dixit, ecce venit ambulans, vel volans, sed saliens, quia sicut is qui saltu instar capreæ, & hinnuli, licet saltu quodam sese eleuet, illico tamen proprio pondere
in terram decidit, nec tamen diutius hæ-

A ret, sed iterum se eleuat, & alium saltum perficit: sic qui in hac vita Dei contemplationi vacat, licet ad superna contemplanda ea Dei gratia ele- *Tren 3.v.28.*
uetur, imo se supra seipsum eleuet, tamen non multum post, propter corporis infirmitate grauatus ad terrena deijcitur, vel vt propriam agnoscat imbecillitatem, vel vt carnis curam necessariam agat, vel vt negotijs temporalibus, licitis, & debitis, vel proximorum vtilitatibus inseruiat: sed nec ibi diu hæret. Sed mox salire iterum satagit, semper tamen parum est quod à terra se eleuat, non sicut qui volat, sed sicut qui saliendo
currit. Quod Diuus Gregorius Papa similitudi- *Lib.5. Mor. c.8.*
ne huius aliorum animalium declarat. In lege in- *Leuit.11.v.9.*
quit, tamen erant mundi pisces, qui pennulas habebant. Isti enim saltus quosdam super aquas dare solent, vt significaretur electos ita nimis deseruire, vt quibusdam mentis saltibus ad superna conscendant. Et circa illud Iob: *Nunquid susci-* *Iob 30.v 20.*
tabis eum quasi locustam? ait contemplatiuos assi- *Lib. 31. Mor. c.12.*
B milari locustis, quæ saltibus ex vna parte in aliam mouentur, quia vitam suam quasi locustæ saltantes, [illegible], & descendentes peragunt, dum [illegible] per, & summa videre appetunt, & [illegible] ipsos naturæ corruptibilis pond[illegible]ntur.

Sed [illegible] elegantius assimilantur hi capreæ, hinnuloque ceruorum super montes, & colles salientibus, & transilientibus. Nam licet id dicatur de sponso, tamen vt iam aduertimus, per hæc significatur quæ ipse sponsus adueniens efficit in intima contemplante, quam inuisit: caprea autem quæ dorcas à perspicacitate visus dicitur,
optimum symbolum est Rachelis, quæ est visus *Ita D. Greg. lib.6.*
principium: nam contemplatiuus ad Dei visio- *Mor.c. 18.*
nem anhelat, & per saltus suos ad illam venire festinat, sicut & [illegible] qui nimia celeritate ad *Ps.41.v.1.*
fontes aquarum currunt, repræsentant, vt dicit psalmus, eos qui valde [illegible], & desiderabant peruenire ad Dei præsentiam.

C Sed quis digne explicare valebit saltus istos, quos anima, vel Deus in illa efficit per auxilia gratiæ, quæ eam salire faciunt? salire enim est varijs cogitationibus, seu meditationibus, affectibusque ignitis ad Deum ascendere, & ad ipsius mysteria contemplanda, & amanda cursu quodam hilari, & suaui cõcitari. Salit anima ex monte in montem, vel super ipsos montes cum ex vna pia meditatione ascendit in altam, & ex vno ardenti affectu in alterum transit ardentiorem: Vt cum ex contemplatione Dominicæ Incarnationis, salit ad Dei bonitatem, vel sapientiam contemplandam. Nec tamen pro libito, aut inordinato motu agitur, sed summo ordine, quo à se, sed ab spõso directa ex vno mysterio in aliud, vel ex vno Dei attributo in aliud, vel ex vna veritate circa idem mysterium in alteram nouam luce deducitur.

Nec solum hoc cõtingit in oratione mentali, sed etiã in vocali cum diuinæ laudes decantãtur, D aut recitantur priuatim. Sicut enim Dauid ante arcam testamenti totis viribus coram Domino saltabat, & saliebat non solum saltibus corporis, sed mentis & spiritus, sic multi dum has orationes vocales fundunt, salire solent coram Domino, & ex singulis vocibus saltus quosdam vsque ad Deum ipsum & cælestia faciunt, feruentibus affectibus, & illustrationibus in ipsum directis.

Sed hoc valde iucundum, quod sponsus non solum venit saliens in montibus, sed etiam *Transiliens colles*, id est, faciens eos vincere cuncta impedimenta orationis: & contemplationis, vt attente, ac feruenter, ac quiete illis vacent. Adiurauerat sponsus, vt vidimus, filias Ierusalem, ne sponsam à somno contemplationis excitarent, quoadusque ipsa vellet. Audiuit hanc adiurationem sponsa (inquit Diuus Gregorius) & gaudens propter illam ait: *Vox dilecti mei*. Ac si diceret, hanc vocem sponsi mei esse recognosco: hanc ab eius ore semper audire desidero; quia in hoc video quantum me diligit, cum ab amplexibus eius desiderabilibus impediri prohibeat, vox sponsi (inquit Diuus Bernardus) inspiratio eius est, ac insti timoris incussio ne subditi patris spiritualis grata audeant ocia temere perturbare, competta autem hac voce sponsa gaudens dicit *Vox dilecti mei*. Gaudet autem eo quod gratam credit sponso esse suæ contemplationis quietem, &c.

In hunc locum. Hæc est alia expositio connexionis huius sententiæ. Serm. 35 in Cant.

De Aduentu Dei celeri ad audiendas orationes nostras. §. 4.

De hoc supra lib. 7. exhort. 1.

MAgnificanda est valde oratio, & contemplatio, quã Deus ita vt diximus magnificat. Sed in hoc etiam quãti faciat ostendit, quod celerrime veniat vt orationes iustorum audiat, & adsit illis, vt quod petunt, efficiat; iuxta illud: *tunc inuocabitis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet, adsum*. Id est, ecce iam veni, & præsto sum. Vt tibi præstem quod à me petis, quod ex his verbis deducit Diuus Ambrosius prosequens interpretationem præcedẽtium verborum, quam ad calcem libri præcedentis retulimus, dum (inquit) sponsa loquitur cum filiabus Ierusalem, & rogat vt excitent, & resuscitent sponsum, (quem charitatem appellat) subito tanquam de longinquo missæ vocis sonum sentiens, dicit. *Vox dilecti mei, ecce iste*. Venit, adhuc ego eum quæro, & ille iam venit. Adhuc ego suffragia capto, vt veniat, & ille iam proximus est. ego dixi, veni; ille salit, & transilit. Ego rogo eum venire cum gratia, iste gratiarum operatur augmenta; & dum venit, incrementa gratiæ secum vehit, & veniendo acquirit, quia studet etiam ipse suæ placere dilectæ. Et paulo infra; anima si desideret, si oret assidue, & sine vlla disceptatione, & tota intendat in verbum, subito sibi videtur vocem eius audire, quem non vidit, & intimo sensu odorem diuinitatis eius agnoscit; quod patiuntur plerumque qui bene credunt; replentur subito nares animæ spirituali gratia, & sentit sibi eius flatum aspirare, quem quærit, & dicit. Ecce iste est quem requiro, ipse quem desidero, nonne cum aliquid de scripturis cogitemus, & explanationem eius inuenire non possumus, dum dubitamus, dum quærimus, subito nobis quasi super montes altissima dogmata videntur ascendere, deinde quasi super colles apparens nobis, illuminat mentem vt infundat sensibus quod inuenire posse difficile videbatur. Hæc carptim ex Diuo Ambrosio, qui satis insinuat cum Dominus dicit: *Ecce adsum*, per internum quemdam gustum, testimonium perhibere intus suæ præsentiæ. Et interdum exauditionis signa etiam præstare, propter quæ sponsa signo demonstratiuo vtens dicit: *Ecce iste venit*. Dixerat ante: *Fulcite me floribus, &c. Et dextera illius amplexabitur me*. Nunc venientem ad fulciendum, & amplexandum sentiens, ait: *Ecce iste iam venit*. Sed de his singulis alibi egimus.

Isa. 58 v. 9.

Serm. 6 in Psal. 118 v. 1.

Nota.

In duocesimual. Tract. 1. c. 14. § 1. & c. 16. § 1.

Est autem ita mirabilis hæc Dei celeritas in exaudiendo iustos, quod dixerit per eundem Isaiam; *Et erit antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus ego audiam*. Id est antequam voce, & clamore exprimant preces suas, ego præsto sum vt audiam cogitationes, affectus, & desideria ipsorum. *Nam desiderium pauperum exaudiuit Dominus*. Imo etiam exaudiuit eorum necessitates, & si ipsi nullo modo clament, quia ipsa necessitas clamat, & celeriter adest Deus vt succurrat illis, sicut bis succurrit Eliæ nihil ipso petente: & Apostolis, quando misit illos sine sacculo, & sine pera. *Scit enim* (inquit Saluator) *Pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis eum*. Sed quid est quod Isaias orationis artem, & ordinem inuertisse videtur; dum prius ponit quod maius est, *Nempe antequam clament, exaudiam*. Deinde quod minus apparet, *Adhuc loquentibus audiam?* Sed consulto fecit; tum ne segnes efficeremur inclamando, & petendo aliquid à Deo, ea spe freti quod audiet & si non clamemus, tum maxime, quia valde commendat Dei amorem, & benignitatem, quod easdem, aut eiusdem hominis preces millies repetitas sine molestia audit, imo magna cum voluptate; & prius homo lassatur petendo, quam Deus exaudiendo.

Isa. 65. v. 24. Psal. 9. vel 10. v. 7. 3 Reg. 17. v. 5. & 19. Lucæ 22. v. 5. Matt. 6. v. 8.

Nunne Abraham petijt à Deo, vt si in Sodomis, & finitimis ciuitatibus essent quinquaginta iusti parceret illis, & statim exauditus est? petijt secundo, si essent quadraginta quinque, & mox annuit Dominus, cumque paulatim numerum iustorum minuisset vsque ad decem, semper exaudiuit eum. Sexies magna cum fiducia orauit, & toties impetrauit; ipseque ab orando cessauit, prius quam Deus ab exaudiendo, nam cum sexta vice orauit, illam fore vltimam dixit his verbis: *Obsecro Domine ne irascaris, si loquar adhuc semel*. Quia iudicauit ex Dei instinctu non decere amplius petere, vt diuinæ iustitiæ daretur locus, postquam satis manifestata est eius misericordia in sex exauditionibus præfatis. Vnde statim subdit scriptura *abijt Dominus postquam cessauit loqui ad Abraham*. Quod Chaldaica versio sic dicit: eleuata est gloria Domini cum cessasset loqui cum Abraham. Valde enim gloria Domini eleuata est, & exaltata in huiusmodi colloquio; quo finito recessit. Vere ergo mirabilis est, & stupenda nostri Dei benignitas, cum non solum sexies, sed millies paratus est celeriter audire, eos qui parati sunt fideliter, & ardenter orare.

Gen. 18. v. 24. Vide Lipomanum in catena.

Sed illud omnem superat admirationem, quod inquit iterum psalmista: *Præparationem cordis eorum audiuit auris sua*. Ipsa enim præparatio, & promptitudo animi ad orandum, vel obsequendum Deo est vox perueniens ad ipsius aures, quam celerrime exaudire solet. Quod eleganter explicat Diuus Chrysostomus, exemplo Apostolorum Petri, & Ioannis cum ascendebant in templum ad horam orationis nonam, & claudum qui rogauit eos vt eleemosynam acciperet, miraculose sanarunt. Ascendunt (inquit) Apostoli Dominum deprecaturi, sed preces claudi non

Psal. 9. vel 10. v. 17. Hom. in id Sapientiæ. Iustorum animæ in manu Dei sunt. tom. 2.

Act.3.v.2. non poterant aspernari. Præueniuntur precibus A
» preces: rogantem claudum rogaturi ante audi-
» unt, quam precarentur: Nec permittit claudus
» orare illos, quos petit, nisi prius acciperet quod
» optauit; vt ante ab eis quod noluit impetraret,
» quam ipsi à Domino quod volebant, expete-
» rent. O gloriosum meritum Apostolorum, qui
» ante in templo operantur, quam ipsi Dominum
» deprecentur: ante virtus ostenditur, quam oratio
» ad Dominum præmittatur. Effectus preces præ-
» ueniunt, virtutes desideria antecedunt. Nec ex-
» pectatur vt vota ad Dominum præmittatur, quia
» Dominus ipse ante efficit, quam oretur. Ita ob
» auteum. Sed vnde hoc; nisi quia præparatio-
» nem cordis Apostolorum, quæ ascendebant in
Eccl.29.v.15. templum, vt orarent, audiuit auris Domini? O-
biter autem accipe quo optima hæc præparatio ad orandum, est audire prius preces pauperum ad nos fusas: Nam scriptum est. *Conclude eleemosynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo.* B

Luc.11.v.5. Sed quid est quod Christus Dominus in parabola illius, qui media nocte petiuit ab amico tres panes, sit non statim exauditum? imo amicus respondit; *Noli mihi molestus esse, &c.* fecitque illum expectare, donec propter improbitatem pulsantis, surrexit, & dedit illi quotquot panes habebat necessarios? at ipsa parabola nobis fauet. Nam pueris in cubili dormientibus, ipse amicus, nempe Dominus, non dormit, sed vigi-
Hom.39.in hunc locum. lat. Et vt perpendit Diuus Petrus Chrysologus; ipse solus statim audiuit primum sonum pulsantis ad ostium, & respondit pulsanti, & quamuis videatur negasse id fecit, vt ad pulsandum perseueranter moueret, sicque disponeretur melius; vt opportuniori tẽpore surgeret, & postulatum vberius concederet. Multoties enim Dominus cum iustus orat, statim adest, vt audiat, & annuat; sed executionem differt, vt opportunius præbeat: nam cito dat qui opportuno tempore dat sicu-
Dan.10.v.12. ti cum Daniel tribus hebdomadibus orasset, Angelus dixit ei, Primo quidem die exauditam fuisse orationem eius, sed post viginti & vnum dies venisse ad annunciandum ei quod desiderabat; profecto quia id erat tempus aptius ad id
Mat.15.v.26. Io.2.v.4. præfinitum ab ipso Deo. Cum igitur oraueris, si dicatur tibi; *Noli mihi molestus esse:* Vel sicut Chananeæ, *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus;* Vel sicut Deiparæ, *Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea?* non diffidas, sed di ito intrare, hæc *vox dilecti mei est.* Nam & si videatur aspera, non ex odio, sed ex amore procedit, non ex animo negandi, sed ex desiderio melius, & opportunius exaudiendi. *Ecce iste venit saliens.* Cito veniet, iam prope est vt me audiat, & mihi opituletur. Venit vt caprea, hinnulusque ceruorum, id est prudenter, & hilariter; ideoque valde celeriter, & cum mihi magis prosit, aduentus eius manifestetur tribuens quod postulabam, subditus ergo esto Domino & ora eum; reuela illi viam tuam; spera in eo, & ipse faciet, quod D tibi magis expedit, vt ei placeas, & saluus fias in secula seculorum. Amen.

EXHORTATIO VIII.

De septem vocibus, quibus perficiuntur septem Sacramenta, & de Aduentu Dei per illa ad sanctificandas animas: ac de mirabili voce consecrationis, per quam Christus Dominus venit ad Eucharistiam & per eam in animam.

Profesto corporis Christi.

Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens, &c.

QVamuis Aduentus Dei in animas modo inuisibiliter fiat, non desunt tamen signa visibilia à Christo Domino instituta, vt instrumenta sint illius, quæ communiter Sacramenta vocamus, est autem Sacramentum inuisibilis gratiæ, visibile signum ad nostram sanctificationem institutum. Quod semper constat rebus, & verbis à Christo Domino designatis vt Concilium B Florentinum, & communis docet schola Theologorum. Cum autem Deus inuisibiliter veniat in animam, quotiescumque gratiam, vel eius augmentum, aut effectum operatur, etiam certum est Sacramenta ista, ac verba, seu voces quibus conficiuntur, & effectus eorum significantur, signa etiam esse aduentus inuisibilis effectus illos intus operantis. Quare quotiescumque audis verba Sacramenti debite applicati, dicere verissime potes; vox dilecti mei, *Ecce iste venit saliens, &c.*

Magister sententiarũ catechism. Pij 5 Cum D. Th. 3 p. q. 60. art. 5 & 6.

Hæc vox, vox est Christi Domini: in qua suam erga nos ostendit dilectionem, & eam in nobis efficit, præbens gratiam, & charitatem. Ecce post eam idem ipse venit alacer, & celer, vt id efficiat, quod vox significat, & animam visitans sua gratia iustificet, aut variis modis perficiat, & quia septem sunt Ecclesiæ Sacramenta, septem etiam *Psal.28.v.13.* sunt voces quibus perficiuntur, quas non sine diuino numine eo ipso ordine quem inter se habent Sacramenta, commemorat regius psaltes C in psalmo 28 quem in exhortatione prima fusius explicuimus, sed nunc præsenti intento applicare breuiter conabimur.

De septem vocibus, quibus fiunt septem Sacramenta Ecclesiæ. §.1.

PRimo ergo ait Dauid; *Vox Domini super aquas.* Hæc est vox illa quam Christus Dominus proferre iussit in Baptismo dum corpus abluitur aqua; *Nempe ego te baptizo in nomine Patris & Filii, & Spiritus sancti.* In eodem autem momento quo prolata est. *Ecce iste venit.* Quis iste? ipse Pater, ipse Filius, & ipse Spiritus sanctus, in cuius nomine fit baptismus; venit vt intus lauet animam & per gratiam pulchram reddat; ornans eam omnibus virtutibus supernaturalibus, quæ illam comitantur, vnde mox subdit secundo Dauid: *Dominus super aquas multas* Scilicet distribuens multas gratias ac dona populis qui ijs aquis baptizantur. Sed quia de baptismo plura superius diximus, *Ad secundam vocem transeamus.*

De hoc in Exhortat. 1. §.3.

Lib. 1. Exhort. 10.

Vox Domini in virtute est. Vox qua fit Sacramentum confirmationis, nempe *Consigno te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis in nomine Patris & Filii, & Spiritus sancti:* Recte autem vocatur vox Domini in virtute, id est maximæ virtutis, quia magnam per illam confert animæ virtutem, for-

D. Th. 3 p. q. 72. art. 4. & Concilium Florentinũ.

 titudi-

titudinem, & robur ad profitendam publice fidem, & religionem Christianam coram omni populo, & coram tyrannis etiam, omni timore & rubore postposito. Confertur enim in eo virtus illa, de qua Apostolis iam baptizatis dictum est: *Sedete in ciuitate donec induamini virtute ex alto.* Id est plenitudine Spiritus sancti, quæ plenitudo data est Apostolis in die Pentecostes; & ipsi per manuum impositionem (quæ erat hoc Sacramentum ex dispensatione ita collatum) eam contulerunt aliquando, signo visibili adueniente Spiritu sancto: modo vero confertur per hoc Sacramentum inuisibiliter adueniente eodem Spiritu, vt animam septiformi impleat gratia, eamque roboret, ac confirmet. Vnde cum primum vox dilecti profertur; *Ecce iste venit saliens in montibus.* Venit quippe ad eos, quos montes fortes, & sublimes in sanctitate constituit, nam vt dixit Melchiades Papa; Spiritus sanctus qui super aquam baptismi salutifero descēdit lapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum præstat ad gratiam. In baptismo regeneramur ad vitam, post confirmamur ad pugnam. Vnde Diuus Dionysius illud vocat diuinæ regenerationis sacrosanctam perfectionem.

Luca 24. v. 49.
Ita D. Tho. 3. p. q. 72. art. 2. ad 1. & art. 4. ad 1.
Vid. Suar. ibid. sp. 33. sect. 4.
D. Tho. 3. p. q. 72. art. 1. ubi citat Melchiadem in epist. ad Ep. Hispaniarum.
C. 4. de Eccl. Hierar. parte 3. capitis.

Vox Domini in magnificentia, Est magnifica vox, qua fit munificentissimum conuiuium diuinissimæ Eucharistiæ, quæ inter nostra Sacramenta proprie tertium obtinet locum, vt omnes Theologi cum Concilio Florentino, & Tridentino docent. Nam pœnitentiam solum ex accidenti eam præcedit, quando post baptismum commissum est nouum peccatum. Vnde olim baptizatis statim dabatur Eucharistia; de cuius magnificentia, quia plura sumus dicturi, cætera Sacramenta breuiter percurramus, vt reuertamur ad illam.

Magist. in 4. d. 8.
D. Tho. 3. p. q. 65. art. 2.
Trid. sess. 7. can. 1.

Vox Domini confringentis cedros, Est vox quo Sacramentum pœnitentiæ perficitur cum sacerdos dicit; *Ego te absoluo à peccatis tuis.* Cuius tanta est potentia vt per illam Dominus confringat elata corda omnium delinquentium, & illa subijciat sibi, quantumuis sint in sæculo sublimia. Confringit enim cedros libani, seu vitulos, aut imagunculas vitulorum, quæ in libano idolis offerebantur, vt supra diximus. Id est comminuit omnia vitia, & peccata, quæ idola animæ sunt, cum in illis finem suum cōstituat, vnde cum primum hæc vox sonat: *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.* Conculcando, & incuruando quidquid superbum, & elatum est in corde iuxta explicationem in exhortatione secunda positam. Et sic potest intelligi quod subdit Dauid; *Et dilectus quemadmodum filius vnicornium.* Subaudi, venit, Nam ad peccatores pœnitentes simul venit tanquam dilectus, & vnicornis. Cuius natura est magna irritatione indigere vt irascatur: at vbi irascitur ferocissimus est: cornu autem eius vim habet venena propellendi: sic Christus Dominus, qui tarde irascitur, imo irasci nollet, venit quidem ad peccatores contritos, tanquam vnicornis dilectus, & amabilis ferocitate deposita, vt venena peccatorum à cordibus propellat, ideoque venire dicitur vt hinnulus ceruorum, qui (vt sæpius diximus) serpentes è cauernis extrahunt, & perimunt, quod maxime in hoc fit Sacramento. *Vox Domini intercidentis flammam ignis*, Est vox qua conficitur Sacramentum extremæ vnctionis, qua tolluntur reliquiæ peccatorum, & concupiscentiarum, sed dicitur intercidere seu partiri, vel diuidere igneam flammam; nam vox huius Sacramenti hoc habet singulare, quod per partes suos significet effectus, nempe extinctionem flammæ, & concupiscentiæ, quæ viget in oculis, vel in gustu, vel in renibus, vel in reliquis sensibus: licet sint quinque, vel septem voces, quibus dicitur; indulgeat tibi Deus quidquid peccasti per visum, deinde per auditum, &c. Nō tamen voces vocantur nisi vna vox, quia omnes per modum vnius eundem in fine peragunt effectum, intercidendo totam flammam ignis, remittendo peccata, & conferendo gratiam.

Exhort. 6. § 3.
Ex Pierio lib. 2. c. de Rhinocerote.
Vide Suar. to. 4. in 3. p. disp. 41. sect. 3.

Deinde, *Vox Domini concutientis desertum Cades.* Id est, sanctum; est vox qua conficitur Sacramentum ordinis, & consecrantur ministri Ecclesiæ ac sacerdotes, segreganturque à cœtu populi in sortem Domini, vt sancti sint, & in sanctitate seruiant ipsi, & quia isti sunt velut montes, & colles sublimes Ecclesiæ, venit super eos saliens sponsus, conferens gratiam, vt sublimem, & suo ministerio dignam vitam agant.

Denique *Vox Domini præparantis ceruos.* Seu vt habet lectio Hebræa D. Hieronymi, *Vox Domini obstetricantis ceruas.* Id est adiuuantis ad partum. Est vox qua conficitur vltimum Sacramentum matrimonij, quo gratia confertur coniugibus ad digne filios procreandos; & qui dignatus est visibiliter adesse nuptijs in Cana Galileæ, aquam mutans in vinum, non dedignatur per hanc vocem, vel signum quo perficitur matrimonium inuisibiliter venire ad nuptias, & gratiam suam conferre coniugatis, vt status ille ex se frigidus, & labilis, propter concupiscentiæ fomitem ad peccatum pertrahentem, fiat vino charitatis Christi calidus, & firmus, eique gratus. Hæc de septem Sacramentis prælibasse sufficiat, iam ad Eucharistiam reuertamur.

Sap. in earhort. 6 positum est hoc.

De rara, ac efficaci voce consecrationis per quam Christus venit ad Eucharistiam. § 2.

NOVA, & inaudita vox, & omnium vocum magnificentissima, quam Christus Dominus protulit in qua nocte tradebatur accepto pane, & vini calice dicens: *Hoc est corpus meum, & hic est Sanguis meus.* Quam etiam quotidie ex ore sacerdotum audit Ecclesia, & mox dicit: *Vox dilecti mei.* Non est vox sacerdotum suo prolata nomine, sed vox ipsius Christi, qui per illos suum corpus & sanguinem indicans, illam profert. Vere vox dilecti mei, quia tota est vox dilectionis, & immensæ charitatis. Nam licet multas ediderit voces ad hanc charitatem ostendendam, hæc tamen superat vniuersas. Siquidem per eam semetipsum mihi tradit. *Ecce iste venit.* Quis est iste qui venit? & quo venit? & quomodo venit? qui venit est ipse dilectus meus, verus Deus, & homo, corpus suum, & suum preciosum sanguinem diuinitati vnitum secum ferens. Qui hac voce excitatur, & trahitur vt veniat in terram, & sub accidentibus panis, & vini se abscondat. O stupenda virtus diuinæ vocis, per quam omnipotens Dei sermo à regalibus sedibus venit, vox consecrationis, vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia, vox Domini

Matt. 26. v. 26.
1. Cor. 11. v. 25.

Psal. 28. v. 4. mini confringentis cedros, & intercidentis flammam ignis: nam est vox diuinæ omnipotentiæ, & infinitæ virtutis ad magnifica, & stupenda efficienda miracula, per quem Rex pacificus Christus magnificatus est vehementer; nam licet humiliatus videatur in hoc, quod velo panis, & vini tegitur, sed in hoc ipso summam suam ostendit magnificentiam, & eximiam potestatem, vna enim voce confringit cedros substantiæ panis, & vini, quæ robur humanum sunt, eradicans ea à terra, ac omnino destruens; intercidens etiam flammam ignis, vt quasi ignis discretus consummat substantias, & non tangat accidentia, separans ea quę inseparabili vnione natura constrinxerat, vt loco substantiæ, intra accidentia corpus Christi constituat.

Sed quomodo venit? *Saliens in montibus, & transiliens colles.* Venit summa alacritate & celeritate pertransiens omnes cœlorum vrbes, transiliensque & intactos relinquens, subito peruenit ad orbem terræ. Vnico enim instanti conuersio ista mirabilis efficitur, & cum primum prolata sunt verba consecrationis, venit Christus, adest corpus eius, & sanguis, & qui est in cœlo, subito, & instantaneè incipit esse in sacramento. *D. Tho. 3. p. q. 75. art. 7.*

Venit autem *Saliens in montibus, & transiliens colles*: Id est super omnes Ecclesias maiores, & minores totius orbis, simul innumeros saltus de cœlo in terram perficiens. Nam quot sacrificia Missæ quotidie offeruntur in toto orbe terrarum, quæ innumerabilia pene sunt, tot etiam quotidie saltus, & aduentus efficit, in potestate enim sacerdotum posuit dilectus vocem suam, & efficaciam ipsius; vt quoties vellent, possent verba consecrationis proferre super panem & vinum; & quoties proferunt, toties post vocem, illico adest vt verba vera reddat; & quod significant, perficiat. Et si millies & decies centena millies eadem hora, vel eodem momento à diuersis sacerdotibus in varijs mundi regionibus proferatur hæc vox, *Hoc est corpus meum.* Simul celerrime venit saliens idem Christus, vt ibidem adsit, & panem in corpus suum vertat.

Sed hoc est stupendum valde, quod tunc etiam stupenda prodigia simul facit. propter quæ sponsa etiam ait; *Ecce iste venit saliens in montibus* Id est in operibus prodigiosis ex vno saliés in aliud: nam sicut diximus in suo primo aduétu, per carnem venisse super montes & colles miraculorũ, quibus se ipsum manifestabat; ita modo venit in miraculosis operibus vt hoc perficiat sacramentum, & tot saltus super montes dat, quot miracula patrat. Salit dum panem vertit in suum corpus, seruans accidentia quibus vehatur, & in varia loca tendat. Salit dum inuisibiliter est sub qualibet eorum parte, vt fracto sacramento ipse non frangatur, sed integer perseueret. Nunne saltus efficit in manibus sacerdotum dum iam eleuatur super caput, iam reclinatur in altari, nunc fertur huc, & illuc in formam crucis, nunc diuiditur & miscetur, & mox per os traijcitur in ventriculum, vt tandem consumptis speciebus sacramentalibus desinat ibi esse, & quasi saltu rediisset in cœlum. Quis audiuit vnquam tale? *Venite & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram.* Videte autem non oculis corporis sed mentis, sed fidei, quæ Dei abscondita scrutatur, & hos saltus intuetur. *Psal. 45. v. 9.*

Venite autem & videte simul alios mirabiles saltus, quos Christus Dominus facit super terram. *Ecce venit iste saliens in montibus.* Id est in operibus altissimæ sanctitatis, & in exemplis heroicæ virtutis, quæ operatur in hoc sanctissimo sacramento, sicut saliebat, & operabatur in mundo, salit enim & modo in montibus humilitatis & obedientiæ, in montibus patientiæ, charitatis & misericordiæ, dum has & alias huiuscemodi virtutes mirabili exercet perfectione Quas tibi contemplãdas proponit, vt eas imiteris, stupens miracula quibus coniunguntur vt cuncta in tuum commodum cedant. Sed de his alibi fusius dictum est.

De aduentu Christi per sacramentum in animam. §. 2.

Mirabilis aduentus Christi e cœlo in sacramentum, sed iucundior, & vtilior quo per sacramentum venit in animam: ad hanc enim ille ordinatur, Nam ideo ponitur sub forma cibi, vt à manducantibus acceptus vitam illis conferat sempiternam, iuxta illud: *Hic est panis de cœlo descendens.* Ad quid? *vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur, & quicumque manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Salit ergo à cœlo in sacramentum, vt per sacramentum saliat in animam: quæ cum digne Christum recipit, mox ait: *Vox dilecti mei: ecce iste venit saliens in montibus.* Etenim cum panis iste viuus erit, eumque contineat qui continet omnia, & scientiam habet vocis, nouit ad cor loqui, & intrans domum, hospitem voce propria salutat, ex qua illum possit agnoscere. Nam quemadmodum præcepit Apostolis: *intrantes domum, salutate eam dicentes: Pax huic domui. & si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam: Si autem non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos.* Idemque præcepit 72. discipulis dicens: *Si ibi fuerit filius pacis, requiescet pax vestra super illum.* Sic etiam ipse Christus qui semper fecit, quod docuit, cum per sacramentum intrat in animam, salutat eam voce hac interna, Pax huic domui, quod si domus est digna, & homo est filius pacis, digneque se præparauit ad tantum hospitem recipiendum agnoscit vocem eius & dicit: vox hæc vox dilecti mei est. Sed vnde agnoscit? quia vox Christi efficax est, & suo aduentu illam pacem præstat, quæ omnem sensum superat, & quam nemo nouit nisi qui accipit. Sedat enim, vt inquit D. Cyrillus, sæuientem nostrorum membrorum legem perturbationes animi extinguit ægrotos curat, & collisos redintegrat, ideoque pacem plenam constituit. *Io. 6. v. 50.* *Mat. 10 v. 13.* *Luc. 10. v. 5.* *Lib. 4 in Ioan. c. 17.*

Sed preterea vox sponsi vocatur strepitus ille, quem facit dum venit saliens, dicitur autem venire saliens, quia animam in quam intrat, salire facit. Salit autem anima pijs cogitationibus, inflammatis affectibus, & vehementibus iubilis, propter fulgentes, ardentesque illustrationes quas à Christo recipit. Vnde ex superabundanti spiritus feruore instar Dauidis aliquando coram vna hac arca diuini testamenti salire & saltare contingit, quod item de primo aduentu legitur, hic quotidie videmus impletum: *Deus ipse veniet, & saluabit nos, tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperietur lingua mutorum.* Nam qui antę communionem *Isa. 35. v. 5.*

nionem erat quasi elaudus, segnisq; ad implenda præcepta, post illam salit vt hinnulus ceruorum, hilariter currens per viam mandatorum Dei, quia Christus dilatauit cor eius; & impleuit eum lætitia cum præsentia ipsius: & qui antea erat quasi mutus, repletur Spiritu sancto vt loquatur, vt ait Apostolus in hymnis, & psalmis, & canticis spiritualibus, cantans & psallens in corde suo Domino, & gratias agens pro omnibus in nomine Domini Iesu Christi Deo & Patri: dum autem hæc anima in se intus præsentit, non potest non dicere: *Vox dilecti mei est, iste venit saliens.* Nam saltus isti, iubila hæc, & affectiones, quas experior non à me sont, sed à dilecto; voces eius sunt, quibus suum mihi indicat aduentum. Ad Ephes. 5. v. 19.

Quod si hæc experiri cupis, esto mons: Nam *venit saliens in montibus.* Montesque vult esse sanctitate sublimes eos, in quibus crebro venire, & ita salire decreuit. Montes debent esse sacerdotes, ad quos quotidie venit dilectus saliens, de quo scriptum est, vt supra notauimus. *Et firmamentum in terra in summis montium*; quia in vertice sacerdotum sanctitate sublimium collocatur digne viuificus iste panis, qui nostrum est firmamentum. Montes etiam debent esse laici, qui frequentius venerandum hoc sacramentum recipiunt. Nam licet panis dicatur quotidianus, quia quotidie potest sumi, tamen etiam dicitur panis supersubstantialis, & ideo supereminentem eagit dispositionem vt digne possit esse nobis quotidianus, tanto ergo magis, aut minus frequenter est accipiendus, quanto accipiens magis, aut minor accesserit ad montis sublimitatem. Quod si dicatis, quia etiam scriptum est: *Valles abundabunt frumento.* Quamuis ergo non simus montes, non dedignabitur Dominus venire ad valles? sed vtinam vallis esses per profundam tui ipsius humilem demissionem, nam tunc dignus esses qui hoc diuino abundares frumento, sed tunc simul esses & præcelsus mons. Nam quanto magis te deprimis per humilitatem, tanto magis eleuaris ad sublimiorem sanctitatem. Qui autem valles sunt, qui sima cupiunt, cælestia contemnunt, terrenas quærunt delitias, & diuinas fastidiunt, indigni sunt qui hoc potiantur frumento, nec ad illos venit dilectus saliens, qui nonnisi in *Montibus gestit salire, & cum electis suis familiariter conuersari.* Si igitur in te Christus non salit postquam recepisti illum, nec vllos aduentus eius percipis fructus, time ne forte non sis mons, sed vnus ex vallibus, aut ex collibus, de quibus dicitur, *transiliens colles.* Id est saltu pertransiens intactos illos relinquens. Colles medij sunt inter montes & inter valles, nec tam profundi sicut istæ, nec tam eleuati sicut illi, & tamen Christus transilit illos, vt quasi mallet transire ad valles: quia ipse diait: *Vtinam calidus aut frigidus esses, sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo.* Hos tepidos vocamus colles, nimirum hypocritas, & fictos Christianos, qui coram hominibus apparent sanctitate sublimea instar collium, & tamen coram Deo profundiores sunt cunctis vallibus, & peiores manifestis peccatoribus, & tamen vt opinionem sanctitatis captent, communionem frequentius sumere cupiunt, sed Christus non salit in illis, sed omnino fastidit, ac reijcit, & quasi ex ore suo

Lib. 4. Exhortat. 18. §. ..

Psal. 71. v. 16.

Math 6. v 11.

Psal 64 v. 14.

Apoc. 3. v 15.

A euomit; quia Spiritus sanctus disciplinæ effugit fictum: & in maleuolam animam non introuit sapientia, & hospes iste diuinus non confert pacem indignæ domui, nec illi qui non est filius pacis, sed fictionis, & seditionis. Sap. 1. v. 4.

Probet ergo seipsum homo, cum Christum in hoc sacramento est recepturus, quia si indigne accedit, latere non poterit ei qui venit saliens, *Similis capreæ hinnuloque ceruorum.* Acumen enim visus quod habebat in terra ad cognoscenda secreta cordium, habet etiam in sacramento. Nonne oculos habet capreæ, qui inter multos conuiuas, mox vt ingreditur, vidit vnum qui non habebat vestem nuptialem? quem ligatis manibus ac pedibus proijci iussit in tenebras exteriores, vbi est fletus & stridor dentiom. Lynceos Christus habet oculos inter millies mille dignos, qui accedunt ad sacramentum, te cognoscet indignum, & damnauit iuste, quia reus es corporis & sanguinis Domini, ligabit pe-B des qui ausi sunt venire immundi. Ligabit manus, quæ pro veste nuptiali habenda laborare noluerunt. Mittet in tenebras exteriores, quia non eapulisti interiores, patiens fletum, & stridorem dentium, quia hic non planxisti peccatum. Quod si præm ifso examine putans te esse contritum accedis ad sacramentum, & tamen te ignorante in eauernis cordis aliqui manserunt occulti serpentes peccatorum, ecce qui venit est sicut hinnulus ceruorum, qui halitu suo serpentes extrahet, & occidet, reque vinum per gratiam constituet. Accede ergo cum fide Christum, quia hinnulus est ceruorum; accede cum timore, quia oculos habet capreæ, cum eodemque tremore coram ipso in templo assiste; quia *en ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos,* vt mox explicabimus, &c. Vtinam ita nos sua voce præueniat, & cor molliat, vt cum venerit digne eum recipere valeamus ad gloriam ipsius in secula seculorum. C Amen. 1. Cor. 11. v. 29. Mat. 22. v. 11. In Exhort. 10. §. 4.

EXHORTATIO IX.

De vltimo Dei aduentu ad iudicium, vel in fine vitæ cuiusque, vel in fine mundi, & de horrisona voce quæ vtrumque præcedit, & comitatur. Pro Dom. 1. aduent.

Vox dilecti mei, ecce iste venit saliẽs, &c.

Explicuimus hactenus plures Dei, & Christi aduentus, qui sub his verbis sponsæ comprehenduntur, explanemus iam vltimum, quem tam horrisonæ voces, & terrifica signa præcedent, vt sæpius in scriptura huius aduentus mentio fiat cum particula *Ecce*, quæ rem nouam & stupendam indicat, vt superius diximus. Sed quid est quod ait: *Ecce iste venit.* cum non venturus sit vsque ad finem seculi? at mille anni in conspectu Domini tanquam dies hesterna quæ præterijt & tam celeriter, & subito veniet, vt iam venire videatur. Quod clarius expressit ipse Saluator dicens: *Ecce venio cito, & merces mea mecum est reddere vnicuique secundum opera sua.* Non ait, ecce veniam, sed ecce venio, quia tam D cito Lib. 4. Exhort. 9. Psal. 89. v. 4. Apoc. 22. v. 12.

... veniet ... quisque putare possit iam ismve-n... & nobis appropinquare. Explicans autem quis iste qui venit, & ad quid veniat, subiungit: *Ego sum A. & Ω. primus & nouissimus, principium & finis.* Quae verba licet synonyma videantur, magnam tamen habent emphasim, vt eamdem re... amplius patefaciant. Plures enim consi-n... ... us nostro instituto satis accommodos. P... autem est: ego sum vnicus Deus, & so-l... ...icus, & solus Dominus, Rex, & Pater omnipotens, & ante me non fuit alius, & ideo su... Alpha, & prima, & principium. Post me autem non erit alius, nec esse poterit, & ideo sum Omega, nouissimus, & finis omnium. Ego (inqu... per Isaiam) *Primus & nouissimus & absque me non est Deus.* Ego item sum vnicus redemptor mundi, & saluator hominum, & praeter me non est ...: nec est aliud nomen sub coelo praeter nom... ..., in quo nobis redemptio, salus & vita obtinere valeat. Ego tursus (Christus) sum D... us simul, & Homo, propter homines, imo n... nissimus virorum, vir dolorum, & sciens infirmitatem. Hanc interpretationem multi Patres amplectuntur. Vnde fertur eum vigebat heresis Ariana, quae Christi Deitatem negabat incidi... ... lere in catholicorum Sepulchris, has duas l... teras A. & Ω. sed denotandum eum quibus iactebat, in diuinitatis Christi confessione obiisse. Sed ad Christum Deum, & hominem simul aptius haec verba referuntur, qui primus est & nouissimus, principium & finis; quia ipse est primum principium nostrae salutis, & omnium mediorum per quae vitam aeternam consecuti sumus; ipsi etiam est huius salutis consummator, per quem consequimur vltimum nostrum finem, & vitam aeternam animae, ac eandem vita... immortalem corporis in generali resurre-ct... ne conferendam. Propter quod Diuus Paulus vocauit Christum Dominum, autorem, & consummatorem fidei. Nam Christi perfecta sunt opera, & qui initium est & fundamentum Ecclesiae, & omnium quae ad ipsam spectant, ipse etiam est finis, consummatio, & perfectio illius, iuxta illud Zachariae: *Manus Zorobabel fundauerunt domum istam, & manus eius perficient eam.*

Mem. Apoc. ... Isido-... ...mol... Isai. 44. v. 6. ... Greg. ... Athan. ... super ... Omnia ... tradita ... Patre ... Ambr. ... moral. ... lib. ... c. 41. Ad Heb. 12. v. 2. ... 4. 9.

Cur duo aduentus Christi ad redimendum, & ad iudicandum mundum hic coniunguntur.

§ 1.

Hinc fit his verbis duos potissimos Christi aduentus etiam designari, alterum in carne passibi lad redimendum mundum; alterum vero in corpore glorioso ad iudicandum illum, & retribuendum iustis vltimum suae redemptionis fructum. Et vtrumque sponsa coniunxit his verbis, *Ecce iste venit*; vt vtriusque simul esset nobis iugis memoria. Et quis est iste qui venit? Iste qui est A. & Ω. primus & nouissimus, principium & finis. Iste, qui cum esset Deus aeternus in fine temporum factus est pro nobis homo, natus ex virgine in diuersorio, reclinatus in praesepio. Iste qui reiectus est à Iudaeis, iudicatus à Caipha, spretus ab Herode, condemnatus à Pilato. Iste qui flagellatus est in praetorio, spinis coronatus, actus in crucem, iacuit in Sepulchro. Iste tandem, qui resurrexit à mortuis, ascendit ad coelos, & sedet ad dexteram Patris: iste venit iterum non iam humilis, & abiectus, sed sublimis & gloriosus, vt sit iudex viuorum, & mortuorum, & reddet vnicuique iuxta opera sua.

Mira est coniunctio huius aduentus Christi cum reliquis; sicut ipse Dominus coniunxit illum cum passione sua in domo Caiphae; Angeli cum ascensione in coelos, Ioel & Diuus Petrus cum aduentu Spiritus sancti: Sponsa vero omnes simul comprehendit cum ait, *Ecce iste venit*: vt huius memoriae semper reliqua mysteria comitentur, quae ad nostram salutem valde est necessaria.

Vnde & de Christo Domino ratione huius aduentus intelligere possumus quod dixit: *Ego sum primus & nouissimus, principium & finis.* Etenim iuxta philosophorum placitum, finis est primus in intentione, licet sit vltimus in executione, seu adeptione. Primum enim quod intendimus est Dei visio, vita aeterna, & hoc est vltimum quod post multos labores adipiscimur peracto finali iudicio, ad quod significandum Ecclesia à Spiritu sancto instructa, in prima anni ecclesiastici Dominica, quae est prima Aduentus, & in vltima totius anni, quae est 24. post Pentecosten, Euangelium canit de hoc aduentu Christi iuxta iudicium, vtpote quod primum sit in intentione, & vltimum in executione; semperque tanquam finis sit prae oculis habendum, vt in illo vltimum nostrum finem, & vitam aeternam, quam intendimus, consequamur. Qua de causa in insigni reuelatione quae Apocalypsis dicitur facta Ioanni statim à principio, & postea in fine huius aduentus fit mentio, nam in capite primo dicitur: *Ecce venit in nubibus. Et videbit eum omnis oculus.* In capite vero postremo; *Ecce venio cito, & merces mea mecum est, &c.*

Apoc 1. v. 7. Apoc 22. v. 12.

Denique Ecclesia primum Christi in carne aduentum celebratura, statim in ipso initio, & prima Dominica, hunc secundum aduentum ad iudicium nobis proponit, vt inspiciamus que in vtroque gesta, & gerenda sunt memoria reuoluamus. Per vtrumque enim simul completur nostra redemptio, & manifestantur nobis cuncta, quae ad nostram iustificationem, pugnam, & coronam necessaria sunt. Nam sicut in primo splenduit eius erga nos immensa misericordia, quae nostram exigit spem, & dilectionem inflammat, ita in secundo splendebit eius eximia iustitia, quae sanctum nobis incutit timorem, & omnem propellit ignauiam, vires etiam ad laborem addit spe retributionis, & mercedis, quam iustus iudex affert, sicut etiam peccata & passiones coercet, timore supplicij quod infliget. *Si autem dormiatis inter medios cleros*, Id est per contemplationem versemini, & requiescatis inter hos duos aduentus, ostentur vobis: *Pennae columbae deargentatae, & posteriora dorsi eius in pallore auri.* Id est affectus puri, & candidi ob innocentiam, pallidi ob timorem sed pallore auri; quia timor erit in charitate, ne à Christo separemini. His pennis celeriter volabitis, & fugietis omne malum, & consequemini omne bonum, manentes in solitudine vectuti à periculis requiescatis. Et hac de causa Christus Dominus saepius huius sui secundi aduentus memoriam renouabat, Apostoli item crebro in exhortationibus suis

Psal 67. v 14. D. Bern ser. 4. de aduentu.

suis illum inculcabant, prophetæ etiam sæpius vtrumq; aduentum eisdem similitudinibus, licet diuersimode intellectis, obumbrarunt, quare nihil mirum quod Salomon vtrumque etiam descripserit his verbis, vox dilecti mei; *Ecce iste venit saliens in montibus, & transiliens colles.* vt vtriusque aduentus memoria nobis iugiter perseueret, cum sub eisdem verbis nobis intimatur.

De aduentu ad iudicium in hora mortis cuiusque.

§ 2.

Pro virginibus circa Euangelium.

ET quidem duplex est vltimus Christi aduentus: alter inuisibilis & particularis quo ad vnumquemque iudicandum venit in hora mortis ipsius: alter visibilis & vniuersalis quo cum maiestate magna veniet ad iudicandum vniuersum mundum in eius postremo die, sed de hora vtriusque nemo scit, vt semper quisque vigil sit, atque paratus, quia subito, & qua hora non putatis filius hominis veniet, & sonabit vox quæ vtrumque aduentum præcedere debet, de qua ipse saluator dixit: *Media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit, exite obuiam ei.* (Matt. 25. v. 6.) En tibi vox de qua Sponsa inquit: *Vox dilecti mei: ecce iste venit saliens in montibus.* Id est venit ad iudicandum eum strepitu magno, vehementi fragore, voce, sonituque horribili, quem Christus Dominus vocauit clamorem, clamor autem iste, & strepitus qui præcedit iudicium particulare, est tremor, pauor, febris & frigus, atque quidquid horribile est in languore, quo corpus vexatur, incipit dissolui, velociter properat ad interitum, aliquando quidē saltus efficit lentos, aliquando tamen præproperos, & aliquando quasi vno saltu subito, adest, cum repentina morte homo rapitur ad iudicium: cum autem lethalis morbus grauat, & medicus, aut amicus inquit, sicut Isaias Ezechiæ, *dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues*; (Isa 38. v. 1.) tunc proprius sonat clamor, & vox venientis, quam audiunt tam virgines prudentes, quam fatuæ; id est tam iusti quam peccatores, sed prudentes virgines quæ acceperant oleum in vasis suis cum lampadibus, & præparatæ erant ad nuptias per splendentes virtutes, & pia opera, quibus suas ornauerant potentias, gauisæ sunt valde, & agnoscentes sponsi vocem: dicunt *vox dilecti mei*; quid me vocat, vt illi obuiam exeam; quia *ecce venit saliens*, vt me ad se ipsum recipiat, sicut promiserat, cum dixit: *Si abiero, & præparauero vobis locum, iterum venio, & accipiam vos ad meipsum. Vt vbi sum ego, & vos sitis.* (Io. 14. v. 3. Io. 5. v. 29.) O ter quaterque beati, qui ita præparati sunt, vt tanquam veri Christi amici, in illa hora gaudio gaudeant propter vocem sponsi, quæ sonat in vocibus eorum, de qua loquitur regius vates: *Vox exultationis & salutis, in tabernaculis iustorum.* (Ps. 117. v. 15.) Et quæ iucundior vox, quam ecce venit dilectus, ecce venit sponsus, vt vobiscum celebret nuptias, & deducat in paradisum, vbi est ipse, quia non decet sponsam tamdiu ab sponso absentem esse, sed semper in eadem cælesti aula in eodem paradisi cubiculo simul permanere. Nonne peruenuda vox sonat in tabernaculis iustorum, cum audiunt, sicut ait Diuus Ioannes, vocem de cœlo dicentem sibi: *Beati mortui qui in Domino moriuntur, amodo iam dicit spiritus vt requiescant à laboribus suis; opera enim illorum sequuntur illos.* (Apoc. 14. v. 13.) Opera in-quam, iusta & sancta quæ fecerunt obseruantes legem, & audientes vocem Christi pastoris sui; (Io. 10. v. 27.) quia oues meæ, inquit, vocem meam audiunt, & sequuntur me. Et vitam æternam do eis, & nemo rapiet eas de manu mea.

Infælices vero virgines fatuæ, quæ imparatæ erant, nec acceptis lampadibus sumpserunt oleum suum, non gaudēt de voce, & clamore quem tunc audiunt, nec dicunt, *Vox dilecti mei*, sed vox iudicis mei. qui mei ad iudicandum me, & retribuendum secundum mala opera mea. Non sonat vox exultationis, & salutis in tabernaculis peccatorum, quia vicini sunt morti, sed vox planctus, & vlulatus, quia non vocantur vt requiescant à laboribus suis, sed vt denuo laboribus grauentur æternis, quia opera eorum mala sequuntur illos; & quia non audierunt vocem proprij pastoris, sed alienorum, ideo ab illo separabuntur, & alieni rapient eos ad seipsus vt æternis flammis torquenatur cum illis. Imitare igitur virgines prudētes, vt vox quam in hora mortis audieris, sit tibi vox dilecti sponsi, & non iudicis irati. Nam cum vox dixerit: Ecce venit, *exite obuiam ei.* Velis nolis exire debes illi obuiam, non enim potes fugere, non te abscondere, non in corpore remorari, sed statim cogeris exire. Si autem fueris paratus, tu ipsi libenter exibis obuiam sponso, tu confestim aperies ei portam, tu potius desiderabis aduentum eius, vt possis frui præsentia ipsius; quid autem in hoc aduentu inuisibili cōtingat ex his quæ in alio visibili accidunt, melius dignoscetur.

De signis aduentus Christi ad iudicium in fine mundi. § 3.

HOrribilia sunt quæ legimus de secundo aduentu, & vocibus eius, in quo teste Diuo Paulo, *ipse Dominus in iussu, in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo.* (1 ad Thess. 4. v. 15.) Veniet quidem in iussu, quia non venit ad obediendum sicut in primo aduentu. In quo humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, sed potius ad imperandum, veniet enim, vt refert Diuus Lucas, *Cum potestate magna & maiestate*; (Luca 2[illegible]) & imperio suo tanquam omnipotens Dominus cuncta faciet: vocesque eius omnes erunt velut iubentis, & imperantis, scilicet surgite, discedite, venite, &c. Præcedet autem vox Archangeli, quæ etiam tuba Dei dicitur, quia fit virtute Dei, sed ministerio Archangelorum; & vocatur tuba propter vehementem eius sonorem per vniuersum orbem diffusum. Sonabit autem tuba duplici de causa altera ad significandum terribilem regis venturi iustitiam, & acre bellum quod gesturus est contra peccatores, in quo (vt inquit Sapiens) accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. (Sap. 5. v. 18. & 21.) Sed quia etiam in extremo iudicio Christus Dominus duplicem quasi gerit personam, & iudicis respectu omnium hominum, & sponsi respectu electorum, propter quos dicitur: *Media nocte clamor factus est, exite obuiam ei.* (Matt. 25. v. 6.) Ad hunc aduentum sub vtroque respectu præcedunt clamores, sonores, & voces, nempe signa; quæ reprobis erunt horribilia ingentem illis incutiendo timorem; non sic electis.

Huiusmo-

[Luc. 21. v. 25.] Huiusmodi autem sunt, quæ enarrantur à Diuo Luca, cum ait: *Erunt signa in sole, luna, & stellis, & in terris pressura gentium, &c.* Quæ clarius [Matt. 24. v. 29.] expressit Diuus Matthæus dicens: *Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur.* Sed fusi-[Apoc. 6. v. 12.]us adhuc illa delineauit Diuus Ioannes in apertione sexti sigilli inquiens: *Sol factus est niger tanquam saccus cilicinus, & luna tota facta est sicut sanguis, & stellæ de cælo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos cum à vento magno mouetur, & cælum recessit sicut liber inuolutus, &c.* Quid his signis horribilius? sed horribiliora sunt quæ mystice repræsentant.

Etenim sol & luna suum lumen occludent, & quasi vestientur saccis, ille cilicino nigro, hæc sanguineo, quasi detestantes & execrantes hominum peccata, quorum horrore sol nigro tristitiæ luctu tegitur, & luna sanguineo rubore [B] [Isa. 24. v. 23.] perfundetur, sicut prædixerat Isaias: *Erubescet luna,* & confundetur sol, cum regnauerit Dominus exercituum in monte Sion, & in Ierusalem, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus, id est cum Christus in conspectu seniorum in eum locum, quos secum ad iudicandum assidere faciet, gloriosum se ostenderit, tunc (inquit Diuus Hieronymus) erubescet luna, & confundetur sol cernens homines, qui suo fruebantur lumine, nihil dignum Dei bonitate fecisse, qui solem suum oriri facit super bonos & malos: confusio & verecundia quasi operiet faciem eorum, quod talibus hominibus sua luce, & influentiis seruierint. Sed id horribilius, quod Christus ipse indicatur sol propter diuinitatem, luna propter humanitatem, vt alibi perpendimus, Christus ergo qui hilarem & iucundum vultum ostendit iustis, imo & peccatoribus pœnitentibus, rebellibus ostendit vultum lugubrem, terribilem indignatione, ira [C] & furore plenum ad vindictam sumendam de illis: exprobrans eis quod proprium sanguinem in passione sua pro eis fuderit, qui sanguis antea clamabat indulgentiam, modo iram, & vindictam contra illos; vt impleatur quod impij Iu-[Matt. 27. v. 25.]dæi dixerunt: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.*

Vlterius autem, stellæ cadent de cælo in terram, quoniam innumera fulmina, cometæ, & igneæ exhalationes decident in terram, vt quasi videatur cœlum manere stellis destitutum: & illas ex se emittere, sicut flante vento vehementi ficus emittit grossos suos immaturos, duros & amaros: ad significandum mundum non perire ex eo quod ita esset maturus, vt amplius durare non valeret, sed quia Deus iustus iudex eum destruere iudicauit propter hominum opera immatura, & acerba. Deinde quia [De ficu, vide supra in exhort. ad Cathe. ficus proijcit grossos.] instinctu diaboli Antichristus magnum persecutionis ventum excitabit; ficus id est, Ecclesia, aut crux Christi, proiiciet à se omnes grossos, quia omnes reprobi transibunt ad Antichristum; sed quod aures horrent audire, ex illis qui in cœlo erant velut stellæ propter scientiæ & sanctitatis splendorem, multi cadent in terram: quidam quia mactabuntur, & interficientur à tyranno, sed hoc laudabile in illis; alij vero, quia in errorem & peccatum à vento persecutionis agitati prolabentur: cauda enim [A] Draconis traxit secum tertiam partem stella-[Greg. lib. 31. Mor. c. 14.]rum, & misit eas in terram. Et propter hoc di-[Dan. 8. v. 10.]xit Christus dominus, quod virtutes cœlorum commouebuntur, & quasi locum, & statum suum mutabunt.

Sed hæc commotio aliud signum etiam in-[Isa. 34. v. 4.]dicat, quod subiungit Ioannes dicens: *Et cælum recessit sicut liber inuolutus.* Seu vt dixerat Isaias, [Ps. 18. v. 1.] *Complicabuntur cæli sicut liber.* Etenim cœli, qui suo splendore, & pulchritudine stellarum mundum lætificabant, & enarrabant gloriam Dei excitantes ad amandum & laudandum Creatorem, tunc non apparebunt, sed densa caligine obscurabuntur: & erunt sicut liber pulcherrime scri-[Ier. 2. v. 12.]ptus, cum subito complicatur, & obuoluitur, indicans per hoc horrendam hominum ignorantiam, & malitiam. Propter quam cæli obstupescunt, portæ eius desolantur, & lumen suum in- [B] credulis, & infidelitatis erroribus obtenebratis iuste denegant. Sed vlterius, Ecclesia Christi, quæ merito eius cœlum appellatur, & pulchra est splendore fidei, & sapientiæ, ac veritate Sacramentorum & sacrificiorum, ac ceremoniarum sacrarum mire splendet: tunc recedet sicut inuolutus liber: quia abscondet se, & latebit, nec in publico & manifeste ministrabuntur sacramenta, nec offerentur sacrificia, vel Dei laudes [Dan. 8. v. 11.] decantabuntur, sed erit sicut mulier, quæ visa est in cælo, amicta sole, & luna sub pedibus eius, & duodecim stellis coronata, quæ tamen ornatum suum secum deferens fugit à facie draconis [Apoc. 12. v. 6.] persequentis illam, vt se in solitudine tueretur semota, & abscondita persecutoribus suis, & forte propter hoc addit etiam Diuus Ioannes: [Apoc. 6. v. 14.] *Et omnis mons, & insula de locis suis motæ sunt*: quoniam illi, qui vitæ sanctitate eminebant sicut montes, & erant refugium periclitantium in tempestatibus, sicut insulæ maris, ob vehemen- [C] tissimas procellas, & persecutiones ab Antichristo in man huius sæculi excitatas, fugerunt, & absconderunt se.

Ecce stupendum clangorem tubæ, horrisonam vocem Iudicis, & signa aduentus eius in iudicium; quæ tam vehementem incutient timorem peccatoribus, magnis & paruis; quod mortem optabunt antequam in eas calamitates deueniant, quas sibi impendere vident. Vnde subdit Diuus Ioannes: *Et Reges terræ, & Prin-*[Idem Luc. 23. v. 30.]*cipes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus, & liber absconderunt se in speluncis, & in petris montium: Et dicunt montibus, & petris, Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni.* Ille enim, qui iustis & quasi agnus mansuetus & placidus, iniquis erit terrificus, cuius iram portare nequibunt: & præ timore ab illo se abscondere, & ab ipsis montibus obrui, & suffocari concupiscent: quod breuius & pro- [D] fundius explicuit Christus Dominus dicens: *A-*[Luc. 21. v. 26.]*rescentibus hominibus præ timore, & expectatione eorum quæ superuenient vniuerso orbi.* præsentia quidem mala torquebunt valde, sed adeo ingens erit metus futurorum, vt tabescere faciat humana corda.

At quid tunc iustorum Ecclesia sponsa Christi, qui eius aduentum etiam expectat, vt nuptias cum eo celebret? audiet quidem has omnes voces, percipiet quidem hos clamores, qui non minas & terrores incutient, sed potius illud in-

sinuant: *Ecce sponsus venit*: cui ipsa concinens, ait; *Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.* Cuncta hæc vox sunt sponsi eum magno fragore venientis ad iudicandum: Vox sunt dilecti mei, quem expecto, & ideo de illa gaudeo; nam ipse dixit: *His autem fieri incipientibus respicite, & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra*: ac si diceret: Concidant præ tristitia vultus peccatorum, arescant præ timore corda impiorum, quoniam appropinquat eorum æterna damnatio: & hæc omnia initia sunt dolorum, quos perpetuo passuri sunt; at vos leuate capita vestra præ lætitia; gaudete & exultate animo propter spem, quia iam prope est in ianuis plena redemptio vestra, quia non solum anima, sed etiam corpus ab omnimoda liberabitur miseria, & corruptione.

De voce conuocante mortuos ad iudicium & separante electos à reprobis. §. 4.

Altera causa sonantis tubæ est ad conuocandos omnes mortuos vt veniant ad iudicium; cuius virtute omnes resurgent, vt dicit
1. Cor. 15. v. 52. idem Apostolus, *in momento, in ictu oculi, in nouissima tuba, canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti*: quoniam vero hæc conuocatio, non vnius, sed plurium Angelorum ministerio fiet, dixit Christus Dominus; *Mittet Angelos cum tu-*
Ioan. 5. v. 25. & 28. *ba, & voce magna, & congregabunt electos eius.* Vnus tamen Archangelus tanquam aliorum princeps intonabit quandam stupendam, & altissimam vocem, quæ iuxta Sanctorum placitum est; Surgite mortui, & venite ad iudicium: de qua Saluator noster dixerat bis: *Mortui, & omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filii Dei: & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii.* Iusti igitur audientes hanc filii Dei vocem, dicent: *Vox dilecti mei*, cui libentissime obedient, quia erga illos vox est dilectionis, vox est sponsi congregantis sponsam Ecclesiam, ad celebrandas cum ea nuptias, congregabit autem per hanc vocem
Ad Ephes. 5. v. 27. 1. Cor. 15. v. 42. sponsam gloriosam non habentem maculam, aut rugam, tribuens electis corpus pulchrum, splendidum, agile, spirituale, immortale, & impassibile. At reprobi, licet inuiti obediant eidem voci, quia resistere nequibunt, erga eos tamen non erit vox dilecti sponsi, sed iudicis indignati, citantis eos ad iudicium; iustamque ex tunc punitionem inchoantis, dum tribuit illis corpus quidem immortale, sed passibile, fœdum, horribile, & ipsa morte execrabilius.

Peracta igitur resurrectione virtute diuinæ
Matt. 24. v. 30. Luc. 21. v. 27. Apoc. 1. v. 7. vocis, omnes tam mali, quam boni videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli, cum potestate magna, & maiestate, videbitque eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Hunc aduentum describit sponsa, cum audita voce inquit: *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles*, id est, Venit saliens in nubibus cœli, comitantibus Angelis cum potestate magna ad exercenda eximia, ac stupenda suæ iustitiæ opera; in quibus tamquam in montibus salire dicitur. In primo aduentu venerat, vt vidimus, saliens in præcelsis montibus prodigiorum, & operum charitatis & misericordiæ erga omnes, etiam erga peccatores, vt eos redimeret, viamque virtutis ac perfectionis ostenderet, ac medis salutis conferret; at in secundo aduentu venit saliens in sublimibus montibus & operibus æquitatis, reddens vnicuique iuxta opera sua, & Matt. 25. v. 32. Ioan. 10. v. 27. tanquam discretus pastor oues suas ab hœdis segregauit; & iustos, qui tanquam oues audierunt vocem eius, collocabit ad dexteram, vt vltimum ac supremum illis tribuat præmium; malos autem, qui tanquam hœdi illam contempserunt, ponet ad sinistram, vt extremum & horrendum illis inferat supplicium: illos secum trahens ad regnum cælorum, hos à se proiiciens in ignem æternum. Hæc autem separatio fiet voce, id est, imperio ipsius Christi, qui potens est separare pretiosum à vili, electos à reprobis: illis erit vox dilecti constituentis sponsam à dextris suis: his vero erit vox iudicis reiicientis ad sinistram præuaricatoris. Et hoc est quod ait sponsa distinguens montes à collibus: *Venit saliens in montibus*, quia sanctis, & electis suis hilarem præbebit aspectum, exhilarans eos, & præ gaudio iubilare, & salire eos faciens in conspectu ipsius: vt cum iubilo salientes per nubes, & omnes cælos, ex vno in aliud ad paratum sibi thronum in cælo empyreo perueniant: at venit *transiliens colles*. quia relinquet, & deseret reprobos tanquam ad se non pertinentes, quia ipsi sponte Ioan. 3. v. 18. sua illum dereliquerunt: maxime autem pertransibit eos, de quibus dictum est: qui non credit in filium Dei iam iudicatus est. Prædixerat cuncta hæc expresse Malachias Propheta de Malach. 4. v. 1. hoc iudicio loquens. *Ecce*, inquit, *dies veniet succensa quasi caminus: & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem, stipula: & inflammabit eos dies veniens dicit Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem, & germen. Et orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius: & egrediemini, & salietis sicut vituli de armento, & calcabitis impios cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum.* En quam diuersa erit sors iustorum & impiorum: illis orietur sol iustitiæ placidus & lætus: istis erit quasi obscurus, & horridus: illis radiis suis præbebit integram sanitatem, hos suis flammis comburet tanquam stipulam, & vsque ad radicem. Illi saliunt sicut vituli bene saginati, & à vinculis soluti, isti conculcabuntur tanquam cinis sub plantis illorum. Sed vnde hoc? nisi quia Deus saliet in iustis sicut in montibus præelectis, transiliet autem malos tanquam colles à se in æternum separandos.

De examine faciendo in iudicio, & modo exequendi sententiam. §. 5.

Sed quoniam saltus isti cum magna fiunt discretione, iudicio, & iustitia, explicat hoc sponsa subiuncta similitudine dicens: *Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum.* Eademque vtitur in postremis verbis huius capitis & octaui, cum ait: *Reuertere, aut fuge, similis esto, dilecte mi,* Cant. 2. v. 17. & 8. v. 14. *capreæ hinnuloque ceruorum super montes Bether, vel aromatum*, quæ loca etiam de hoc aduentu explicari possunt, vt suo loco videbimus. Et est apposita similitudo, non solum propter celeritatem In Exhor. vlt. §. 1. horum animalium in saliendo, sed quoniam nullibi clarius quam ibi, ostendet se Christus perspicacissimum visum instar capreæ habere, ac vim acuendi illum, quæ duo per capreoam denotari

In Exhort. 4. §. 4. notari dictum est. Venit ergo Christus ad iudicium saliens tanquam caprea, quia licet celeriter perficiatur, nullo errore, ignorantia, vel tenebris obscurabitur, sed acutissimo visu comprehendet, & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: 1.Cor. 4. v. 5. nihil iudicem latebit, nihil erit opertum, quod non reueletur, neque occultum quod non sciatur: Matth. 10. v. 26. vt iudicij æquitas cunctis hominibus, & Angelis fit conspicua: vt nullus non videat iustissime quosdam collocatos ad dexteram, alios vero ad sinistram, nec vllum per errorem, aut deceptionem, obliuionem, aut prauum aliquem affectum iudicis in sinistra situm fuisse. Si enim Patriarcha Iacob, Gen 48. v. 10. cuius oculi corporei præ nimia senectute iam caligauerant, per mentis oculos certissime intuebatur, cui ex duobus nepotibus applicanda esset manus dextra, vel sinistra; quanto magis Christus Dominus, cuius oculi nunquam caligant, sed acutiores sunt quam capreæ, locum dexteræ & leuæ, iuste & sapienter inter iudicandos diuidet? Intuetur enim clare omniũ opera, & locum, quem propter illa merentur obtinere: quis ergo non timebit hos Christi acutissimos oculos, cum ad iudicãdum illum venerit? tu (inquit Diuus Bernardus) qui Serm. 55. in Cant. aduentum desideras Saluatoris, time scrutinium iudicis, time oculos capreæ; time illum qui per Prophetam dicit: *Et erit in die illa, ego scrutabor Ierusalem in lucernis*, Sophon. 1. v. 12. acuto visu est, nihil inscrutatum relinquet, oculus eius scrutabitur renes & corda, ipsique cogitatio hominis confitebitur illi: quid tutum in Babylone, si Ierusalem manet scrutinium? Et quid est Ierusalem, nisi congregatio Ecclesiæ, in qua simul cum iustis sunt plurimi peccatores, & plures qui securi sunt, quia facta iustorum se habere putant, cum tamen coram Deo impii sint? Eccl. 8. v. 14. Et ideo per alium Prophetam inquit, Ps. 74. v. 3. *Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo*: Vt detegantur illæ de quibus dicit Isaias: Is. 64. v. 6. *Quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ.* Timeant ergo non solum ciues Babylonici infideles, qui non indigent scrutinio, quia iam iudicati sunt, Ioa. 3. v. 18. & de eorum constat damnatione: sed trepident etiam ciues Ierosolymitæ, quorum nõ solum delicta manifesta, sed etiam iustitiæ, in examen & scrutinium sunt adducendæ; ne forte oculus iudicis aliquid deprehendat iniustum, quod pii iustum putauerunt, propter quod dicat illis: discedite à me oẽs operarij iniquitatis? Lu. 13. v. 27. Scrutemur ergo, vt Ieremias monet, Thre. 3. v. 40. vias nostras, ne cum Dominus ad iudicandum venerit, aliquid inueniat inscrutatum: præueniamus nunc iudicium Dei, quia, teste Apostolo, si nosmet ipsos diiudicauerimus, non iterum iudicabimur, vt condemnemur, 1. Cor. 11. v. 31. sed neque per hoc omnimodo securi simus, cum idem Apostolus dicat: 1. Cor. 4. v. 4. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum; qui enim iudicat me, Dominus est, qui oculos habet capreæ, & plura videt quæ occulta sunt nobis.

Sed non minus horrendum est in hoc iudicio secundum quod caprea repræsentat: acuit enim Deus miro quodam modo cunctorum hominum visum; vt tam boni quam mali videant singulorum opera, siue iusta, siue iniqua. Vtrumque tamen cedet in summum gaudium electorum, & in reproborum incredibilem con- A fusionem, de quibus scriptum est, *Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet, desiderium peccatorum peribit*; Ps. 111. v. 10. quid tunc peccator videbit? Videbit cuncta peccata quæ fecit, & bona quæ omisit. Videbit opportunitatem quam habuit agendi pœnitentiam, & cõsequendi vitam æternam, quam sua perdidit negligentia. Videbit Christũ, qui semper fuit illi propitius, modo contra illum iuste & implacabiliter indignatum. Videbit fælicitatem iustorum, ex quibus plures putauerunt, sicut ipse, egerunt tamen pœnitentiam, quam ipse respuit. Hęc & alia huiusmodi videbit, propter quæ irascetur, & dentibus suis fremet, stridet, ac præ tristitia tabescet. Ex insuper tunc desiderium peccatorum peribit. Desiderauerat honorem, famam, diuitias, & voluptates, & super omnes in sublime tolli, sed cuncta hæc desideria peribunt; maxi- B me autem inclytum nomen quod concupierant; nam propalatis eorum peccatis, ab omnibus despicientur, & rugientes præ confusione dicent montibus: Cadite super nos, & collibus operite nos, Ose 10. v. 8 Luc. 23. v. 30. ne eam ignominiosam patiamur confusionem: Abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni, quia grauis & importabilis est nobis ad videndum, Apoc. 6. v. 16. at frustra hæc dicent: quia ecce agnus venit saliens super mõtes & colles, qui omnes eius obediunt imperio. Venit autem *vt hinnulus ceruorum* bellum vltimum gesturus cum serpentibus, quos ex inferni cauernis educit, vt coram vniuerso mundo eos perimat, & æternis flammis addicat.

At quid tunc iusti, cum isthæc omnia videãt? Nam confundentur ex peccatis quæ egerunt, quia mons charitatis, & pœnitentiæ operiet illa. Nam licet omnibus hominibus fiant manifesta, non confundentur, quia hoc pretioso velo tecta conspiciuntur, imo non videntur esse, sed fuisse, quia charitas deleuit illa. Lætabuntur autem de reliquis quæ reprobos terrent, quorũ C visio magnam illis afferet iucũditatem propter maiorem Christi gloriam: sicut scriptum est: *Lætabitur iustus cum viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris*, Ps. 57. v. 11 lętabitur quidem videns vindictam, quia congaudet rectitudini diuinæ iustitiæ, & quia videt se misericorditer à simili vindicta erutum, & ab oppressione Dęmonum, ac peccatorum onere liberatum. Manus autem suas lauat in sanguine peccatoris, dum gratias agit Deo, mirasque laudes canit eo quod mundũ seruauit, ne tam fœdo sanguine pollueretur.

Et tu ergo hęc omnia contemplans, laua manus tuas in sanguine peccatoris, studens alieno periculo edoctus, fugere delictorum sordes, conscientiam ab illis mundare, & te ipsum immaculatum in hoc sæculo custodire, vt cum ad tribunal Christi perueneris, simul cum iustis læteris & audias vltimam ac iucundissimam dilecti vocem, quam proprio ore ad illos diriget dicens: *Venite benedicti Patris mei, & possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.* Ps. 25. v. 34 O quam D iucunde clamabit sponsa Christi Ecclesia iam triumphans: *Vox dilecti mei.* Hæc est vox dilecti mei, in quam si vltimum ac supremum suæ dilectionis præbet iudicium, dum paratum mihi regnum concedit, quod in primo aduentu suæ pretioso sanguine comparauit, aperuit, & amicis impartiri decreuit: Nunc autem iterum de cæ-

lo descendit, vt hanc vocem proferat, & me secum in regnum adducat. Hanc vocem audiet reproborum cœtus, sed inuidia tabescent, quia non ad ipsos dirigitur vox dilecti, sed alia terribilis iudicis sententiam fulminantis, quæ dicit: *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* Cuius tanta erit vis, vt in ictu oculi, cunctos in infer-
Ps. 67. v. 19. num detrudat. De illa enim scriptum est: *Vox tonitrui tui in rota.* Nam sicut olim horribilis quidam tonitrui sonitus in rotis curruũ Ægyptiorum circumuolutus eas demersit in profundum maris: sic vox ista instar tremendi tonitrui circuibit, præcipitabit, ac demerget reprobos in profundum inferni. Hæc igitur meditantes, ita nunc viuere curemus, vt aduentum istum non tam formidemus, quam diligamus, in quo red-
2. ad Tim. 4. v. 8. dat nobis Dominus, sicut ait Paulus, coronam iustitiæ, quam reddet ijs qui diligunt aduentum eius, vt eius præsentia fruantur in secula sæculorum. Amen.

EXHORTATIO X.

De modo quo diuinum Verbum stetit post parietem carnis assumpta, obscure se manifestans, eminens super retia mundi, & modo stat post parietem cælorum, & Eucharistia vt auxilietur nobis.

En ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, prospiciẽs per cancellos.

Pro Festo incarnationis. MONSTRAVERAT sponsa dilectum suum venientem ad modum salientis super mõtes & colles, nunc quasi digito ostendit ipsum in loco vbi pedem fixit, dicens: *En ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, & prospiciens per cancellos*, id est, iam adest præsens, non vt ambulans, vel sedens, sed stans post parietem domus nostræ, respiciens quod intus est per fenestras ipsius, non per fenestras omnino apertas, sed quibus appositi erant cancelli, & retia, ex minoris lignis modicis interuallis in transuersum connexis, quæ Hispanice vocantur *zelosias*, per quos cancellos, qui prospiciunt, alios vident clare, non tamen se prospiciendos exhibent, nisi obscure, vixque aliquid coloris eorum per cancellorum rimulas apparet. Et vtrumque indicant hæc verba, vt multi patres testantur, nẽpe quod sponsus prospiciebat per cancellos, quasi volens se occultare, vel quod aliquo modo apparebat, & se prospiciendum exhibebat per cancellos. Vnde Diuus Hieronymus legit:
Lib. 5. in Ezech. c. 12. serm. 6. in Psal. 18. *apparens per retia.* Diuus Ambrosius & alij, *eminens super retia.* Verbum autem Hebræum, *mesis*, vel mez'z, significans, progerminare, id indicat, ac si diceret, apparet instar floris erumpentis & folliculis, in quibus erat occlusus. Hæc de litera, iã ad Dei præsentiam, quæ terminus est singulo- D rum aduentuum quos retulimus, eam applicemus. possunt autem explicari verba ista aut de Christo, qua Deus & homo, aut de Spiritu sancto, vt adest ad opera gratię efficienda, aut de Deo, vt est vbique in omnibus creaturis.

A

Quomodo Christus steterit, & se perspicuum prebuerit per carnem assumptam. § 1.

ET in primis communior Patrum sententia est intelligit de primo aduentu verbi diui- D. Hier. in Osee. c. 13. in Ezech.
ni, in quo stetit post parietem nostrum, id est, D. Aug. l. 2. de vis. infirmorum c. 2.
post carnem quam assumpsit ex nobis, nam appropinquauit parieti, cum adhæsit carni. Sicut autem paries occultat eum qui post parietem est, ne videatur ab alijs; sic caro occulebat diui- D. Bernar. serm. 56.
nitatem sibi vnitam, ne ab aliis videretur, ideoque licet Christus vt homo omnibus esset ma- D. Anselm. Beda, & alij.
nifestus propter opera humanæ naturæ, quæ in illo apparebant sicut in nobis, latebat tamen vt Deus immortalis, & inuisibilis, quem nullus mortalium videre potest. Vnde ab Isaia vocatur Deus absconditus, dicitur autem caro Isa. 45.
B Christi, paries noster, non tantum quia est eiusdem speciei nobiscum; sed propter similitudinem carnis peccati, quam induit; peccatum autem, quod proprie nostrum dicitur, crassissimus paries est, qui maxime occultauit Christi diuinitatem, cum voluit circumcidi & baptizari tanquam peccator: & in cruce factus est pro nobis maledictum, & cum iniquis reputatus est: vnde vsque hodie manet hic paries ante oculos Iudæorum, quibus Christus crucifixus est scanda- 1. Cor. 1. v. 23.
lum, sicut & Gentibus est stultitia.

Post hunc autem parietem dicitur Christus stare, non recumbere, vel sedere, ad denotandum perpetuam stabilitatem, quam ea natura sua, & ea vi vnionis hypostaticæ retinuit in iustitia & sanctitate. Bene dicitur stans (ait Diuus Serm. 56. in
Bernardus) quia solus reuera in carne stetit, Cant.
qui carnis peccatum non sensit, solus, inquam, quia licet ea priuilegio etiam Deipara in carne semper steterit, solus tamen ex proprio iure ille stetit, de quo dictum est: *Quod nascetur ex te* Luc. 1. v. 35.
sanctum, vocabitur filius Dei. Et præterea stare
C dicitur, quia in carne non venit ministrari, sed ministrare, & in procinctu esse ad continuo laborandum pro nobis, idque tanta animi virtute, vt nunquam occubuerit. Nam licet caro in passione laboribus confracta ceciderit, spiritus tamen immobilis semper post parietem stetit, à quo nunquam nec diuinitas, nec virtus recessit. *Spiritus*, inquit, *promptus est, caro autem in-* Matt. 26. v. 41.
firma, & qui cecidit ex infirmitate carnis, vicit, 2. Cor. 13. v. 4.
& triumphauit ea virtute spiritus, vt mundum cadentem erigeret, & Deum placaret. Nam sicut Deus disperderet Hebræos, *si non Moyses electus stetisset in confractione in conspectu eius, vt a-* Ps. 105. v. 23.
uerteret iram eius, ne disperderet eos: sic Deus pa- ita D. Bernardus.
ter vniuersum mundum disperdidisset, nisi Christus Dominus tanquam mediator stetisset in confractione, id est, in pariete carnis suæ variis modis pro nobis cancellatæ atque confractæ.

Sed nunquid paries iste omnino occultabat Verbum diuinum vt nulla ratione videri De hoc alio qua dicetur infra Exhortatione ad inferiora mentibus
D posset? absit. Nam statim subditur quod stat: *Respiciens per fenestras, & prospiciens per cancel-* petra, & caverna maceriæ.
los. Habet enim paries fenestras & cancellos, per quos sponsus videre potest & videri, sed alio, & alio modo, nam vt Deus, imo etiam vt homo per suum intellectum diuino lumine circumfusum, clare nos intuetur, quia omnia nuda sunt,

da funt, & aperta oculis eius. Nec est aliquis A paries vel corporea moles adeo crassa & densa quæ illi possit obstare quo minus cuncta etiam secretissima cordis penetret & comprehendat. At nos videmus illum obscure tanquam existentem post cancellos, & retia minutissima quod vocat Paulus, Videre per speculum in ænigmate.

1. Cor. 13. v. 12. Serm. 56.

Sed vltra hoc, Christus vt homo prospiciebat per fenestras & cancellos carnis suæ, quatenus, vt inquit D. Bernardus, per sensus corporis, & humanas affectiones, hominum miserias experimento cognoscebat, sicut dicitur didicisse obedientiam ex iis quæ passus est: per quinque enim sensus vidit, audiuit, olfecit, gustauit, & tetigit cuncta quæ horribilia sunt naturæ humanæ: eique suas natiuas affectiones circa illa habere permisit, volens per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret, & ex compassione eorum quæ nos patimur, quasi promptius nobis succurreret. Hæc autem omnia B licet manifestarent veritatem carnis, occultabant tamen maiestatẽ diuinitatis; sed nihilominus prospiciẽdam se exhibebat per fenestras & cancellos variis modis.

Ad Heb. 5. v. 8. Ad Heb. 2. v. 17.

Primo quidem, vt notat Diuus Gregorius, per opera miraculosa, quæ, vt supra diximus, manifestabant eum qui post parietem carnis latebat, esse Messiam, & Deum verum. quia, inquit, diuina fecit, & humana pertulit, quasi per fenestras, vel cancellos ad homines prospexit: vt Deus & appareret ex miraculis, & lateret ex passionibus: & homo cerneretur ex passionibus, sed tamen esse vltra hominem, ex miraculis agnosceretur. Nisi enim Iudæi aliquo modo eum agnoscerent, non dicerent; *Hic est heres.* Si autem plene semper eum agnouissent, non dicerent; *Venite occidamus eum*, quia si Dominum gloriæ agnoscerent, eum crucifigere non auderent: quia ergo per cancellos prospiciebat illos, partim eum agnouerunt, & partim igno- C rarunt, vt probat D. Thomas, & quasi animo hærentes, iam credebant esse Messiam, & verum Deum, iam ex ignorantia affectata putabant esse purum hominem, ac malefactorem; sed nisi malitia sua excæcasset eos per miracula maiora tanquam per fenestras, & per alia minora, tanquam per cancellos eum possent agnoscere, & tanquam verum Christum recipere. Deinde Christus per fenestras cancellatas prospiciebat, quia omnes virtutes in vna prudentia, & charitate connexas, & concatenatas, sicut sunt lignula in cancellis, complexus est, & per eas mundo manifestauit, vt etiam superius diximus, ita vt per illas etiam posset agnosci, à quibuscumque vellent eum imitari; iis enim maxime se prospiciendum exhibet, quia in eis sibi maxime complacet.

Hic & ho. 33. in Exor. Exhort. 4. §. 1. Matt. 21. v. 38. 1 Cor. 2. v. p. 3. q. 47. art. 5. Exhort. 4. §. 8.

Præterea Christus se prospiciendum præbuit per scripturam veteris testamenti; quam dicunt Origenes, ac D. Ambrosius vocari hic domum D vel parietem; cuius fenestræ sunt Prophetæ, quia clarius Christum venturum ostendebant, cancelli vero legis ceremonialia, quæ obscurius indicabant. Domus, ait Origenes, in qua antiqua habitabat Ecclesia, scripturæ sunt Legis, & Prophetarum: adueniens ergo Christus stetit paululum post parietem istum, cum non manifestaretur populo. Vbi vero tempus adfuit, cœpit per fenestras Legis & Prophetarum, per ea scilicet quæ de eo scripta erant, apparere, & ostendere, se Ecclesiæ intra domum, id est, intra literam legis sedenti, prouocans eam venire, & exire ad se foras: Nisi enim exeat à litera ad spiritum; non potest Christo coniungi, & sociari, ideo Iudæos incredulus exhortabatur Christus Dominus, vt per has fenestras eum intuerentur, dicens: *Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, & illæ sunt quæ testimonium perhibent de me, & non vultis venire ad me vt vitam habeatis*, sed nos gratias agamus Saluatori nostro, qui per has fenestras, & cancellos miraculorum, virtutum, & scripturarum prospexit nos, & nobis concessit vt prospiceremus illum. Vtinam sic prospiciamus, vt per illum vitam consequamur æternam, quæ in eius cognitione & amore consistit.

Hom. 3. in Can. serm. 6. in Psalm. 118. v. 3. & l. de Isaac & anima c. 4. Ioa. 5. v. 39. Io. 17. v. 3.

Quomodo Christus steterit eminens super omnia retia mundi. §. 2.

SEd adhuc subtiliora mysteria inueniemus iuxta Lectionem quam sequuntur multi Patres, loco illius verbi, *prospiciens per cancellos*, vertentes, *eminens super retia.* Erat enim vniuersus mundus, inquit Diuus Ambrosius, plenus retibus, refertus laqueis. Vnde Dauid dicebat: *In via hac qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi.* Et Ecclesiasticus monet in medio laqueorum, nos ambulare, quot vitia, tot sunt retia, quot peccata, tot laquei. Retia sunt tentationes, pericula, occasiones labendi, & hæreditariæ propensiones, quæ in malum feruntur, laquei sunt inimicorum insidiæ, fraudes, & doli. Omnia, inquit Diuus Leo, plena periculis, plena laqueis, incitant cupiditates, insidiantur illecebræ, blandiuntur lucra, damna deterrent, insidiæ sunt in diuitiarum amplitudine, insidiæ in paupertatis angustiis, laqueus est in seueritate, laqueus in timore? quis picem tangit, & non inquinatur ab ea? quis non firmatur in carne? quis non sordescit in puluere. Et ab his retibus & laqueis nemo se ipsum eruere potest; nec vllus erat inter homines qui alios posset liberare, cum omnes nascerentur peccatorum laqueis irretiti. Et quamdiu viuunt, si suis viribus nitantur, amplius irretiuntur, donec misere pereant: iuxta illud Isaiæ: *Filii tui proiecti sunt, dormierunt in capite omnium viarum sicut oryx illaqueatus.* qui quidem quantumuis sit natura ferox, & audax, postquam retia induit, non potest se extricare, & à quolibet vel puerulo, vel muliercula facile telis confoditur: sic filii Adæ, quantumuis natura feroces, quos mundi retia, nempe concupiscentia carnis & oculorum, ac superbia vitæ, illaqueatos tenent, cuilibet tentationi succumbunt, & ad ea quæ studiosa sunt, dormiunt, proiectique pereunt, nisi à potentiori aliquo adiuuentur.

Fer. Dom. 22. post Pent. circa Euãg. vt caperet eum in sermone. Serm. 6. in Psal. 118. v. 3. Eccl. 9. v. 20. Serm. 5. de quadragesima & ser. 11. Is. 51. v. 20.

Sed quis erit iste? En ipse Christus stat post parietem nostrum, *eminens super retia*: quia omnibus retibus, ac laqueis est superior, à quibus non solum irretiri nequiuit, sed ita ea dissipauit, vt eius gratia succurrente alios non irretiant, si ei cooperari velint. Venit, inquit D. Ambrosius,

brufius, ad laqueos Iesus, vt Adam solueret. Venit liberare quod perierat, omnes tenebus tenebamur. Nullus alium eruere poterat, cum seipsum non possit eruere: talis ergo necessarius fuit, quem vincula generationis humanæ delictis obnoxia non tenerent, non cepisset auaritia, non ligasset dolus: is solus erat Iesus, qui eum huius carnis se circumdedisset vinculis, captus non erat, sed dirumpens ea, ad se magis vocauit Ecclesiam prospiciens per laqueos, eminens super retia, vt & ipsa disceret vinculis non teneri. Venit ergo Iesus ad laqueos, sed voluntarius, venit ad retia, sed securus. Et quia erat summe sapiens, per fenestras clare prospiciebat mundi retia, & laqueos inimicorum, quos cum eum capere volebant in sermone, mox confundebat. Et quia erat infinite bonus, venit ad retia nostra conterenda: nam solus ille potuit conterere, qui ab illis non potuit teneri, quod agnoscens Dauid ait; *Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, & anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus.*

Matt. 22. v. 15.
Ex Origene ho. 3. & 4. in Cant.
Ps. 115. v. 7.
Ps. 123. v. 6.

Sed quia tibi etiam incumbit ex Christi gratia retia ista dissoluere, ab eius exemplo dissoluendi modum disce, tibique hæc verba vsurpa: *En ipse stat post parietem nostrum, prospiciens per fenestras, & eminens super retia:* Paries tuus, corpus tuum, post quod spiritus tuus stare debet vt fortis, non iacere vt languidus, non sit corpus lectus decumbentis, aut grabbatum ægroti, qui portetur ab illo, sed ipse potius portet illud. Stet spiritus intus, & corpus subijciatur foris: ille imperet, hic obediat, ille prospiciat per fenestras, & cancellos suarum potentiarum, quidquid est sibi agendum, ne a rectitudinis suæ statu cadat, iuxta id, *Oculi tui recta videant, &c. & omnes viæ tuæ stabilientur.* Emineat semper super retia vitiorum, ac tentationum, ne ab illis irretiatur, quod facile præstabit, si viriliter stans, & vigilans, ipsos laqueos prospiciat, vt eos fugiat, vel disrumpat: *quia frustra iacitur rete ante oculos pennatorum.* Prius ergo dicitur prospiciens per fenestras, deinde eminens super retia, quia ille superat retia peccatorum, qui oculos habet apertos ad prospiciendum illa, & pennas ad se eleuandum super ea: prospice per fidei cancellos, quomodo Christus eminebat super retia inimicorum, vt sequaris vestigia eius, alligatus est a Iudæis, clauis cruci affixus, & in mortem actus, super hæc autem eminebat. Nam facile dissoluere poterat, qui inter mortuos liber erat, & potestatem habebat ponendi animam, & iterum sumendi eam: maluit tamen per patientiam super illa eminere: & cum malediceretur, non maledicere, & cum pateretur, non comminari, vt discas per eamdem tolerantiam huiusmodi retia superare, vt licet corpus ærumnis confectum corruat, spiritus tamen semper inuictus stet; iuxta illud Apostoli: *Licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem.* Caue tamen ne temere te in pericula, & retia conijcias, nam etsi forte bis aut ter emineas super illa, aliquando tandem non te poteris extricare. Eminebat enim Samson super retia, cum suggestu Dalilæ li-

Modus dissoluendi retia nostra.
Ioan. 5. v. 8
Mar. 2. v. 4
Pro. 4. v. 25
Pro. 1. v. 17
1. Pet. 2. v. 21.
Ps. 87. v. 6.
Ioa. 10. v. 18.
2. Cor. 4. v. 16.
Iud. 16. v. 12.

gari se permittens, rumpebat vincula ... latelarum. Sed tandem ligatur a Philistæis amissa fortitudine, non se potuit eruere, ... eius oculos eruerunt, quia per illa ... prospexit retia quæ Dalila illi præparabat. Ne ... go credas carnis suggestionibus, & post concupiscentias illius non eas, quia irretietus ab illis, & facient te in gaudium inimicis tuis.

Eccli. 18

Quod si Monachus, & Religiosus es, Christique Euangelicus imitator, ita firmus post parietem tuum, id est, claustrum, & intutum, quod ex Dei vocatione elegisti, non relinquas illud, vt affirmas aliud: nam & Christus Dominus stat post parietem vniuscuiusque proprium, qui vocatur noster, non post alienum, vt illic stantes iuuet. Stat autem non segnis, nec dormitans, sed vigilans & erectus, prospiciens per fenestras, & cancellos constitutionum & regularum maiorum, & minorum quas professus es, vt per illas intuearis quod te agere oporteat vt Christum imiteris, & emineas super omnia retia, quæ Diabolus, Caro, & Mundus faciunt vt te capiant, & interimant.

De religiosis.

De modo quo Christus stat post parietem cælorum, vt auxilietur nobis. §. 3.

Sed vt scias quam paratus sit Christus Dominus tibi opem ferre, intuere oculis fidei ipsum postquam ascendit super omnes cælos: & dicito cum sponsa Ecclesia; *En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.* Recte cælum paries noster vocatur, quia nos a Christo corporaliter diuidit, post quem stat nobis absconditus, licet beatis sit manifestus; domusque nostra est, in qua habitare speramus. Sed quomodo dicis; En ipse stat, cum Euangelista dicat, quod assumptus in cælum sedet a dextris Dei patris. Sed qui beatis sedere dicitur, quia cum illis pacifice regnum suum possidet, & tanquam rex, & supremus iudex, ac magister sedet illi in throno, & in tribunali, ac cathedra sua competit: cæterum nobis viatoribus stare prohibetur, quia adhuc in bello sumus, vt regnum illud quod vim patitur, violenter rapiamus. Sed quia nostris viribus rapere nequimus, stat Christus post cælorum parietem, quasi in procinctu vt auxilietur nobis, & ab hostibus tueatur, conterat eorum retia, laqueos, insidias & tentationes auxilia præbens opportuna. Nonne beatus Stephanus testificatus est quod sponsa ait: *En ipse stat post parietem nostrum, cum intentens in cælum vidit gloriam Dei, & Iesum stantem a dextris Dei.* Non dixit sedentem, sed stantem, ad significandum (vt obseruat Diuus Ambrosius) quod sedet quasi iudex viuorum, & mortuorum; stat autem quasi aduocatus eorum, & quasi sacerdos, qui patri boni martyris hostiam offerebat: & quasi præsul bono luctatori brauium tanti certaminis redditurus. Vel, vt notat Diuus Bernardus, quia paratus erat, vt eum adiuuaret, qua de causa cum eius imploramus auxilium, dicimus: Exurge Domine, adiuua nos.

Pro Sponso ... Stephano.
Marc. 16. 19.
Act. 7. v. 55
Lib. 3. de fide c. vlt.
Serm. 5. super verba Isaia.
Ps. 43 v. 23

Dixit ergo beatus Stephanus: *En ipse stat.* Sed

numquid addidit, *post parietem, respiciens per fenestras, & prospiciens per cancellos?* clamanit enim coram concilio Iudæorum: *Ecce video cælos apertos, & filium hominis stantem à dextris Dei.* Non ergo vidit per cancellos, neque per fenestras cancellatas, sed omnino apertas, siquidem cœli paries apertus est illi: ac si in cœlo aperiretur magna fenestra, per quam ipse Christus prospiciendum præbuit, vt filius hominis est, imo quia etiā dixit se vidisse gloriam Dei, insinuat Diuus Augustinus ipsum vidisse diuinitatem. Nec mirum, inquit, quod videret Deum, qui iam migrabat ad Deum, quod plures etiam patres testantur: at ego alijs plurimis assentiens, crediderim tunc vidisse Deum, & gloriam eius tantum per cancellos, id est, per quasdam imaginarias figuras, & repræsentationes, quę Dei maiestatem & gloriam indicabant.

Sat autem erat Christum, vt hominem, apertis fenestris prospiciens intuitum esse, vt clarum Iudæis de ipso testimonium præberet, & vt vires resumeret ad certamen, & ad perferendum martyrium.

Sed quia hoc singulare fuit Protomartyris priuilegium, nobis sufficiat cum sponsa firma fide credere quod Stephanus vidit; & quasi oculis fidei id cernere mus, ac digito ostenderemus, dicamus: *En ipse.* Christus stat post cælorum parietem, illucque sæpius leuemus oculos, vbi patronum & adiutorem nostrum stare scimos. Stat autem respiciens nos clare, quasi per fenestras cælorum, nostras intuens miserias, & ærumnas, illisque compatiens, promptus ad subueniendum cum tempus fuerit opportunum. Stat etiam prospiciens quid agimus, quomodo cum hoste luctamur, eiusque tentationibus resistimus, carnem domans, mundi vana contemnimus; vt credentes illum nos intuentem eius potentia roboremur.

Stat etiam ad audiendas orationes, ad excitanda corda, ad spem erigendam, & inflammandam charitatem, aliaque plura dona, & gratias elargiendas, per quas etiam se nobis prospiciendum præbet, & fidem nostram acuit, vt credamus quod post parietem illum adest, si tentationibus concuteris, & tribulationibus vexaris, intende in cælum, vt Diuus Stephanus conculcans terrena, & cælestia concupiscens: & videbis saltem per cancellos Iesum stantem vt auxilietur tibi: respice in cælum vt Susanna, habens fiduciam in Domino, & experieris eius iudicium, per quod suam et agnosces præsentiā: si ipsemet Christus dum in via erat, & orabat ad patrem, oculos suos leuabat in cælum, cur tu etiam oculos non leuabis ad idem cælum, vbi idem Christus stat, vt inde tibi mittat auxilium? quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei patris, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. *Leuate oculos vestros in excelsum,* dixit Isaias, sed quid inde? *Quare* dicis Iacob, & loqueris Israel, abscondita est via mea à Domino, & à Deo meo iudicium meum transiuit? ac si diceret; quare diffidis, & dicis non esse Deo coram tui, ac si tua nun agnosceret, nec iudicaret? Leua oculos tuos in cælum: En ipse stat post parietem istum, cuncta prospiciens per fenestras, & cancellos; non est illi abscondita via tua, sed clare intuetur illam; non transiuit ab illo iudicium, sed semper stat ad proferendum iudicium, paratus ad auxiliandum: leua igitur oculos tuos in cælum, nam inde à Domino veniet auxilium tibi.

De modo quo Christus Dominus stat post parietem Eucharistiæ. §. 4.

Sed quoniam distantissimus est à nobis paries iste cælorum, aliū sibi parietem propinquiorem elegit in terra, post quem staret, nempe sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum. Nam sicut verbum diuinum stetit occultum post parietem carnis assumptæ, sic totus Christus & homo peracta consecratione panis & vini, stat post accidentia illorum inclusus: ita vt certissima fide dicat Ecclesia: *En ipse stat post parietem nostrum.* Quis ipse? ipse Dei filius, ipse dilectus sponsus, Ipse rex, magister, medicus, pastor, & Saluator meus, ipse stat post parietem, id est, post illud crassum accidentium operculum, quod illud tegit nobis; alioquin immensum eius splendorem ferre nequiremus, bene autem vocatur paries noster, quia nos illum ei offerimus, & præparamus, & in commodum nostrum ordinatur, sicut panis noster substantialis dicitur, quia propter nos fabricatus, & nostrum nutrimentum, & firmamentum est ad vitam, sed dicitur ibi stare tanquam præcinctus, & paratus ad ministrandum nobis hunc vitæ cibum, & muniendum nos per illum contra hostium dirissima tela: iuxta illud Psalmistæ; *Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me.* Vnde post hoius Sacramenti institutionem, Apostolis de prælatione contendentibus, dixit: *Ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Et ego dispono vobis regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo & sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel.*

Vbi de regno Ecclesiæ etiam loquitur, in quo illis dedit potestatem edendi, & bibendi ex hoc Sacramento super mensam sacri altaris, & insuper sedendi ad iudicandum conscientias hominum per Sacramentum pęnitentiæ, vt digne ad mensam istam accedant.

Nam Ipse stat post parietem istum, *Respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.* Videt is nos clare, licet non se videndum præbeat nisi obscure: nam quantumuis crassus sit paries; impedire nō potest quin Christi anima, eiusque diuinitas linceis oculis nos, cunctaque interna nostra intueatur; Et quis cum veste nuptiali, vel sine illa, qui candido, aut sordido indumento accedat, perspicue videt: & sicut vocatur panis viuus, ita dici potest panis oculatus; continet enim eum qui viuit, & ipsa est vita, oculosque habet sicut flamma ignis, vt iustorum corda illuminet & accendat ad amorem; iniquorum vero acriter puniat. Hinc est quod se prospiciēdum præbet obscure per cancellos specierum sacramentalium: per quas tales radios luminis, virtutis, deuotionis, ac lætitię spiritualis solet emittere in eos qui eoram ipso reuerenter assistunt, & orant; vt ex affectibus colligant post parietem illum stare Christum verum solem iustitiæ, & ignem ardentem, qui illos operetur: si enim respicientes ollim serpentem æneum super lignum positum, virtutem eius statim, in suscepta salute, experiebantur

Bbb 4 rieban-

Margin notes: Serm. de Steph. & ferm. 3. Ibi in præfat. Lucam. Act. 7. 55. — Greg. lib. ... Regum. Dan. 13. v. 35. Ioh. 11. 41. Eccl. 17. — Isa. 40. v. 26. & 27. — Profecto corporis Christi. — Ps. 22. v. 5. — Luc. 22. 27. — Apoc. 1. 14. — Num. 21. v. 18.

riebantur, eo quod post illum æneum parietem latebat in figura Christus crucifixus, quid mirũ quod stantes coram hoc diuino Sacramento, vbi post parietem accidẽtium latet ipsemet Christus, suam mortem repræsentans experiantur aliquam eius virtutem, per quam ipsum ibi adesse cognoscant? Legimus quosdam insignes viros tanta fide pollentes, vt ingredientes Ecclesiam agnoscant statim an in ea sit verum Sacramentum, & inter hostiam consecratam, & non consecratam discernant, propter internum sensum, ac mirabilem affectum, quem visus hostiæ
Luc. 1. v. 39. consecratæ in ipsis excitat. Nonne Christus Dominus intra vterum virginis existens se prospiciendum præbuit Elisabethæ, ac Ioanni infantulo præcursori; tale lumen, affectum, & exultationis iubilum illis præbens; vt verbis, vel signis, aut saltibus dicerent: *En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos?* Parietem nostrum vocant non solum carnem Christi, post quam stabat diuinitas, sed etiam vterus virginis, post quẽ stabat item humanitas. Et bene noster, quia propter nos etiam fabricatus est, vt propter nos intra illum habitaret Christus: post hunc parietem latens, vt à nullo dignosceretur, præ electis se per cancellos manifestauit tanta fidei & luminis plenitudine, vt quasi oculis intuentes, & digito demonstrantes dicerent; En ipse agnus Dei stat post parietem istum: idem igitur contingit modo in Eucharistia, cum diuinos quosdam effectus per illam operatur.

Sed potissime contingit post Sacramenti cõmunionem, tunc enim corpus communicantis incipit esse quasi paries post quem vere ta stat ipse Christus, sicut de vtero virginis diximus: inuenies autem spirituales heroes, qui cum primum Sacramentum recipiunt, se quid viuum
Ad Gal. 2. v. 20. recepisse sentiant: vt dicant: *En ipse stat post parietem nostrum.* Ipse viuit, ipse regit, ac gubernat omnia: Viuo, non ego, sed viuit in me Christus, ipse respicit per fenestras; quia ex tunc ita dirigit sensus externos, vt nihil nisi quod Christum sapiat, per illos fiat: ipse prospicit per oculos, audit per aures, odoratur per olfactum, per linguam loquitur, & sentit per gustum & tactum, quia non nisi ea eius directione actus suos iustus exercet: prospicit autem per cancellos, quia internos sensus & appetitus ad præclaras cogitationes &
Apoc. 2. v. 17. affectiones excitat: sitque illis manna absconditum, quod nemo scit, nisi qui accepit; qui autem accipit; scit, quia se illi per cancellos, manifestat: & bene per cancellos, nam minuta sunt quæ præbet, & guttulas diuinæ dulcedinis, si cum torrente voluptatis comparentur, quo potandi sunt in gloria.

Denique sicut Christus degens in carne mortali se prospiciendum exhibuit per ingentia miracula, quę ab illo procedebant, sic etiam in hoc Sacramento aliquando se stare manifestat per prodigia quæ operantur, vel in ijs qui valde digni sunt, vt eos consolctur, & in fide amplius confirmet: vel in ijs, qui nimis indigne audent illum recipere, vt eos puniat, & alij in fide roborentur. Sæpe apparet quibusdam tanquam per fenestras, per quasdam figuras imaginarias ostendens se in hostia tanquam infans, vel Rex, aut Pastor, vel descendente diuino spiritu in forma columbæ, vel ignei globi. Alijs vero apparet tanquam per cancellos, per alias subtiliores visiones ostendens illis modum, quo est in Sacramento, vel aliquas insignes ipsius virtutes. Nos autem hoc desiderare debemus, vt appareat nobis per cancellos fidei, illam ita augẽs, & perficiens, vt inuisibilem tanquam videntes veneremur, adoremus, & recipiamus tanto mentis affectu, vt ei vniti maneamus in sæcula sæculorum, Amen. *De ista Exhort. et sim. ...*

EXHORTATIO XI.

De modo quo Deus stat ad fores peccatoris inuitans eum vt ipsum admittat; & intra istum, se illi manifestans, & quam vtile sit Deum vbique & in omnibus præsentem cernere.

En ipse stat post parietem nostrum, &c.

Mirabilem esse diximus Dei inuisibilem aduentum saliendo in montibus, & transiliendo colles ad conuersionem peccatoris, cum vehementium inspirationum strepitu eum concutit. Sistit autem gradum ad ostium ipsius cor pulsans, & tangens vt aperiat, non enim in animã intrat per gratiam, nisi ipsa per consensum aperiat, iuxta illud: *Ego sto ad ostium & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum*: quamdiu autem cor inspirationibus concutitur, Deus foris stat ad ostium, aperitionem expectans: ita vt anima peccatoria, quæ eius præsentiæ aduentum, quia inspirationis impetum non potest non sentire: vere dicere possit: *En ipse stat post parietem nostrum*: quoniam stat post parietem domus internæ, per fenestras & cancellos eius, respiciens quid agat. Et quem inspirationes effectum sortiantur: & per ipsos cancellos, & retia se prospiciendum præbet, vt animam alliciat ad aperiendam ianuam. Solet autem post parietem istum diu stare, & expectare, crebrius pulsans vt indicant illa verba: *Vox dilecti mei pulsantis: aperi mihi: soror mea, &c. Quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.* *Apoc. 3. v. 20.* *Cant. 5. v. 2.*

Non noctis, ait; sed noctium, quia pluribus noctibus stat pulsans ad ostium, & in noctibus pulsat, quia nocturnum tempus est, & tenebrosum animæ, quamdiu sponsus est extra illam: & quia ipse intrare desiderat, & dolet quod non aperiatur illi, caput suum & capillos plenos rore; & gelidis guttis esse dicit, nam quasi laborat & fatigatur, quamdiu ei non aperitur.

Sed quomodo hæc contingant explicare oportet.



Quomodo

Quomodo stet Deus post parietem peccatoris pulsans & vocans. §. 1.

S[...] igitur Deus post peccatoris parietem, il[...] licet quem Diuus Paulus vocat, *corpus peccati.* Nam sicut congeries membrorum con[...] corpus naturale, ita malorum operum [...]cries constituit corpus peccati, quod instar de[...] parietis magnam inter nos & Deum effi[...]cit diuisionem; sicut Isaias testatur dicens: *Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis.* Hunc parietem cœpit ædificare in nobis primus præuaricator qui originalem in nos traduxit culpam, fom[...] effrænam carnis concupiscentiam, q[...] inordinatis affectionibus copiosam p[...] materiam propriæ voluntati; vt nouum p[...] peccatorum actualium adijciat, licet [...] plurima sint, non vocantur hic parietes, sed paries, quia omnia in hoc conueniunt, quod à Deo separant, & idem impedimentum eius per gratiam ingressui præstent, propter quod dixit D. Iacobus: *Qui offendit in vno, factus est omnium reus.* Vnum enim lethale peccatum ita est paries à Deo diuidens, sicut plura, licet plura fortius diuidant, & magis elongent ab ipso.

Et licet paries iste in dæmonibus & reliquis damnatis adeo sit crassus & densus, vt omnino separet à Deo, nec vllas habeat fenestras, cancellos vel foramina, per quæ cælestis sponsus illo benigne respiciat, vel radios suæ lucis, ac salutiferæ inspirationis in eos m[...], propter quod aptissime assimilantur corpori Leuiathan, de quo dixit Dominus ad Iob: *Corpus illius quasi scuta fusilia, compactum squamis se prementibus: Vna vni coniungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas.*

Cæterum quia conuersio peccatoris oritur ex eo quod Deus respiciat illum, vt supra diximus: ideo in hac vita semper sponsus stat post hunc parietem, nec desunt fenestræ, vel cancelli, per quos, & peccatores respiciat, & se aliquo modo ab illis inspiciendum præbeat; nec à Deo [cor]pus peccati est squamis, & scutis fusilibus compressum, quin aliqua maneant foramina, per quæ spiraculum, seu inspiratio diuina intra[re] possit, vt indicet sponsum esse post parietem, & expectantem, quia nolo mortem peccatoris, [di]cit Dominus, sed vt conuertatur à via sua, & viuat.

Fenestræ autem per quas intrauit mors in domus nostras, sunt corporis sensus, per quos respicit Christus, vt mortem propellat, & vitam restituat, quia nisi ipse peccatores respiceret, nullus peccata relinqueret. Et sicut tentator circumiens & quærens quem deuoret, re[spic]it attente pulchra, & delectabilia in quæ [sen]sus hominis feruntur, vt ibi laqueos & retia coniiciat, & in lethalem culpam animam pertrahat: ita Deus pie peccatores respiciens, ex ijs quæ videor, audiunt, vel sensibus percipiunt, ansam arripit, vt cor sua inspiratione penetret, tantoque timore, ac contritione concutiat, vt dicat: En ipse Christus stat post parietem nostrum: Nam ex hoc interno strepitu agnosco illum, nonne Christus Dominus stabat post parietem Petri, quem ipse trina negatione ædificauerat, cum canente illo respexit illum per fenestram auditus, vt ad pœnitentiam excitaret? Nam conuersus Dominus, inquit Euangelista, respexit Petrum, cum autem respexit, fecit vt recordaretur per cantum galli, verbi quod illi prædictum fuerat, & tunc egressus foras fleuit amare.

Aliquando autem prospicit illos per cancellos, id est, per ipsas cuiusque affectiones, & propensiones ad bona sensibilia, in quæ auide feruntur, & per quę parietem peccati ædificaurunt; & inde occasiones sumit tangendi cor eorum, vel ea auferendo, vt resipiscant, vel conferendo bona, vt ad largiorem conuertantur. *Ps. 31 v. 19* *Ps. 48. v. 19* Nonne post parietem filij prodigi stabat cum prospexit illum per cancellos, & retia miseriarum, in quas se coniecerat, cuncta dissipans, quæ habebat? Mox enim in se reuersus, ad patrem reuerrere voluit, ne fame periret, post parietem Sauli stabat, cum indiscretum, & furibundum eius zelum de obseruantia legis intuens, ei mederi voluit, & in verum zelum commutare. *Luc. 15. 17.* *Act. 9. v. 1.* Vnde subito ei appareos in via, se illi prospiciendum præbuit, vt intra cor suum facilius eum admittere vellet.

Denique ad fores animæ cuiusque stat, omnes aditus, & rimas perquirit, qua se, suamque lucem in illam insinuet, vt eum admittat, qui vel hoc solo summe esset diligendus, & illico admittendus, quod ita nostram sitiat salutem.

Sed væ illis, qui ita sunt obdurati, vt paries eorum quasi nullas videatur habere fenestras, vel cancellos per quos radius diuinæ lucis, aut viuificus aer diuinæ inspirationis intrare possit ad illos, ac si ad corpus Leuiathan essent iam redacti. *Iob. 4 v. 6.* De his enim, ait Ieremias: *Si potest Æthiops mutare pellem suam, & Pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.* *Ier. 13. 23.* Pellis Æthiopis & pardi, paries est peccati obdurationis, qui difficillime mutatur, quia omnes fenestras, & cancellos occludit, ne Dei vocationi vllus pateat aditus. Cor durum, inquit Diuus Bernardus, est quod nec compunctione scinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur, ingratum ad beneficia est, ad consilia infidum, ad iudicium sæuum, inuerecundum ad turpia, temerarium ad diuina, præteritorum obliuiscens, præsentium negligens, futura non prouidens. *Lib. 1. de consideral. in princip.* Cuius typus præcessit in Pharaone. Nemo autem duri cordis salutem vnquam adeptus est, nisi quem forte miserans Deus abstulit ab eo, iuxta Prophetam, cor lapideum, & dedit cor carneum. *Ezec. 36. 26* Hæc Diuus Bernardus, vt caecremur parietem ex peccatis obdurationis ædificatum, qui tam durum diuinæ gratiæ ponit obicem, vt rarissime illam admittat, quamuis nunquam sit de diuina misericordia diffidum, cui non desunt timulæ, per quas in cor induratum, quale fuit cor Nabuchodonosoris regis, possit intrare, & ex lapideo carneum facere.

Sed tutum non est, tanto nos periculo committere, secutiusque consilium sequi Psalmistæ dicentis: *Hodie si vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda vestra.* *Ps. 94. v. 8.*

Ne forte vos DEVS in vestra obduratione manere permittat; sed statim aperire ianuam,

Circa id, Surge propera amica. nnam, vt intra animam intret, & cum ea amica etiam ineat, imo spiritualesque nuptias contrahat. Sed plura de hoc circa sequentia verba dicemus.

Quomodo stat Spiritus sanctus post parietem iusti & illis manifestat.

§. 2.

Profesto Pentec. POstquam autem Deus per gratiam iustificantem intrat in animam, alio modo incipit stare post parietem nostrum, qui est corpus hominis iam iustificati, intra quem tanquam intra domum habitat Spiritus sanctus: *An nescitis* (ait 1. Cor. 6. v. 19. & c. 3. v. 16. Diuus Paulus) *quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo? Et nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis?* Sicut ergo in die Pentecostes venit Spiritus sanctus tanquam saliens super montes ad modum quo supra explicatum est: Et postquam omnes sunt repleti Spiritu sancto: vere illa Apostolica & primitiua Ecclesia dixit: *En ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras prospiciens per cancellos*, quia reuera erat intra illos post corporis parietem.

Sed instar rosæ ex folliculi rimulis erumpentis se manifestabat per linguas igneas, & per locutionem varijs linguis, ac per miram sapientiam, & fortitudinem, aliaque dona quæ illis largitus est: ad hunc etiam modum cum Spiritus sanctus intrat inuisibiliter in animam iusti, siue per gratiam iustificationis, siue per noua dona quæ confert, cum eam de nouo visitat, vere dicere potest: *En ipse stat post parietem nostrum.* Nam licet nemo scire possit se habere Spiritum sanctum in ipso manentem, tamen ex multis effectibus quos experitur id cõijcere potest: nam per illos, tanquam per cancellos se prospiciendum exhibet, Siquidem & Apostolus ait Spiritum sanctum testimonium reddere spiritui Rom. 8. v. 16. & 26. nostro, quod sumus filij Dei: & postulare pro nobis gemitibus inenarrabilibus: quos tamen sentimus, sed clarius Christus Dominus promittens Spiritum sanctum Apostolis ait; *Vos autem* Ioan. 14. v. 9. & 23 *cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit:* id est, quia vobiscum interius conuersabitur docendo, consolando, vestri curam gerendo, suaque pretiosa dona vobis infundendo, per quę omnia cognoscetis eum esse intra vos, & dicetis; *En ipse stat post parietem*, seque nobis per hæc signa manifestat.

Sed notanda sunt illa verba: quia apud vos manebit & in vobis erit: sunt enim quidam in Ex D. Greg. hom. 30. in Euang. Eccl. 17. 11. quibus Spiritus sanctus ad breue tempus est, sed non manet, quia stultus vt luna mutatur, & cito reuertitur vt canis ad vomitum, ideoque non cognoscunt illum hac notitia experimentali, qualis solet esse inter amicos, quia ignominiose eum à proprio pellunt hospitio, nec diu ibi permanere consentiunt. At viri sancti, qui in sapiẽtia manẽt sicut sol, & lucem diuinæ gratiæ semper retinent, perpetuumq; Spiritui sancto præstant hospitium non iniucundum, cognoscunt non tantum per fidem, sed per quandam ipsius internam experientiam, quia apud ipsos iugiter manet, non solum prope, quomodo vnus homo manet apud alium, sed etiam quia in ipsis est, & intra eorum animas, & ita intus eum videns, & intus se illis manifestat. ¶ Hinc deduci potest triplex signum, seu coniectura præsentiæ Spiritus sancti: prima ea eo quod anima diu stat & perseuerat in bono; & post quam destruxit parietem peccati solicita est illum non reædificare. Nam ea est humanæ mentis mutabilitas, vt nisi Spiritus sanctus intus esset, & maneret, cito caderet, & diu stare non posset. Nam si An[illegible]li Iob. 4. 18. non fuerunt stabiles, quanto magis qui terr[illegible]na habent fundamenta. Ea eo igitur spon[illegible]a audet dicere: *En ipse stat:* quia se ipsam diu stare videt: nam si sponsus intus non staret, & firmiter permaneret, ipsa etiam non stet [illegible]: & ideo orandus est Deus, vt semper nobiscum maneat, dicẽtes cum Dauide: *Ne derelinques vsque à seruo tuo, & ne* Ps. [illegible] *me derelinquas vsquequaq.* Hinc oritur secundum signum, &c.

Altera coniectura, quando anima [illegible] curat comprimere cunctos motus [illegible] voluntatis, quam concupiscentiæ carnis, q[illegible] peccatum impellunt, & eam pertrahunt [illegible] tem efficientes ruinam. De quibus Psalmista [illegible] xit. *Quo vsque irruitis in hominem (interficitis v[illegible] vos) tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ,* id est, O vos violenti tentatores, quowsque magno tentationum impetu irruitis in meam voluntatem, & carnem, quæ est velut paries in ruinam inclinatus, & velut maceria conquassata permitnans casum? confido tamen me non casurum, quia iam sæpius impulsus, euersus sum vt caderem, sed Dominus suscepit me: ipse est fortitudo mea, & laus mea; & factus est mihi in salutem Ps. 117. tenens me, ne [illegible]e corruam, & ideo prouidebam Dominum [illegible] conspectu meo semper quo- Ps. [illegible] niam à dextris est mihi ne commouear: *En ipse stat post parietem nostrum*, id est, post hoc corpus fragile & terrenum in malum propensum, vt teneat, stabiliat, ac à ruina præseruet: quia nisi ipse post parietem stetisset, paries inclinatus iam cecidisset. Et quia non cecidit iam crebro impulsus, agnosco eum esse intus tenentem illum. Si ergo spiritus potestatem habentis super te ascenderit, impellens te vt cadas, locum tuum ne dimiseris, sed stabilis esto, quia en post parietem tuum stat alius alio potentior, qui locum tuum, imo & suum custodiat, & te immobilem seruet.

Denique præsentiam diuini spiritus satis indicat, vt vehemens cupiditas iugiter cum illo conuersandi oratione, meditatione, contemplatione, & crebris cum ipso colloquijs sublato omni obstaculo, quod hanc iucundam communicationem impedire posset. Quia enim hęc digne agere valeret, nisi ipse staret post parietem huius mortalis corporis, respiciens per fenestras & cancellos omnium potentiarum animæ, illas faciens prospicere, & suos actus exercere, seque illis prospiciendum exhiberet? Vnaquæque enim potentia per varia vagatur obiecta, nisi Christus intus stet, aut cubet, illam reprimens, & ad se reducens: ex hac autem attenta communicatione interna, tam copiosæ oriũtur illustrationes mentis, tam ardentesque affectus voluntatis, vt indicent intus stare sponsum, qui venit, vt animam inuiseret, & cum ea colloquia misceret.

Sed vt Diuus Bernard. aduertit, intuitus Domini respicientis nos, non semper eiusdem est Serm. 57. in Cant. efficacæ,

... ca ... confirmatur meritis singulorum, A ... s ... , & alijs quidem timorem incutit, ... vero consolationem affert. Nam respicit ... eam, & facit eam tremere, respexit Mariam, & ... fu... gratiam. Ex eo autem potissime di... t, quod per respectum hunc vnicuique ... et ... od eius necessitas exigit, vt amplius in ... bus proficiat. Ex virtute ergo quia intus ... utatis, & ex amore quo subito inflammaris ad prosequendum bonum, quod antea horrebas, vel tepide amabas, Deum præsentem agno... P... ta congerit Diuus Bernardus signa, & in... quæ ex ijs deduci possunt. Sed hoc vltimũ cum ... perpendendũ iudico oportere valde d... as ... apertas fenestras, vel cancellos hab... quos nos dignetur sponsus crebro be... e ... cere; nempe confessionem peccato... quæ quotidie labimur, & confessionem ... gratiarum actionis pro acceptis bene... h ... est angustior sicuti cancelli, hæc latior ... nestra, per vtramq; respicie sponsus: quia B cor e... nt... itum & humiliatum non despicit: & ad q... , inquit, respiciam nisi ad pauperculum & ... ont... tum, & trementem sermones meos? Re... t etiam ad sacrificium laudis, quod honorificat ipsum, & ad animum gratum, vt nouam illi conferat gratiam, eo quod actioni gratiarum sit assiduus: at sponsi prospectus est noster profectus; si ergo cupis continuo proficere, non claudas fenestras, vel cancellos, per quos Deus te dignetur respicere.

Serm. 35. in Cant.

Isa. 66. v. 2.

Quam vtile sit Deum intra te & extra, ac vbique præsentem cernere. § 3.

SEd ad magnos in virtute progressus faciendos nullum efficacius mediũ inuenies, quam quod in ijs verbis præscribitur, nempe firma ac viuaci fide Deum præsentem cernere, tam intra temetipsum, post hũc corporis parietem, quam extra te in vniuerso mundo post parietem om- C nium creaturarum existentem, illo triplici modo, quem Theologi vocant per essentiam præsentiam, & potentiam, quem etiam hæ verba indicant. *En ipse stat post parietem nostrum.* Ipse, inquit, non eius vmbra, figura, vel imago, sed ipsa diuinitas, & essentia Dei: ipse Pater, ipse Filius, ipse Spiritus sanctus, licet stet post parietem aliquem, quia est modo nobis inuisibili: Nullus tamen est paries, post quem non stet, quia cælum & terram ego impleo dicit Dominus: & si ascendero in cælum, tu illic es; si descendero in infernum ades: sed non solum adest per essentiam, sed etiam per præsentiam, seu cognitionem clare omnia intuens: & hoc est quod inquit. *Respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos:* nam licet respectu nostri fenestræ sint cancellatæ, ne eum intueamur nisi obscure, tamen respectu ipsius sunt apertæ; & clarissime oculi eius in omni loco contemplantur bonos & ma- D los: vt dixit Salomon; agnoscit omnem operam hominis, considerat vias nostras, & gressus nostros dinumerat: stare autem dicitur post parietem; ad significandum quod etiam est præsens per potentiam, parietem, & quamcunque creaturam tenendo, ac conseruando, & cum omnibus operando, quia in ipso viuimus, mouemur, & sumus.

D. Thom. 1. p. q. 8.

Ier. 23. 24. Psal. 138. v. 8.

Prou. 15. 3. Eccl. 15. 20. Iob. 31. v. 4.

Isa. 52. 26. Act. 15.

Quotiescunque igitur ad orandum, vel contemplandum, vel ad aliquid aliud agendum accesseris, dicito intra te: *En ipse stat post parietem nostrum. &c.* Hic adest ipse Deus, intra me est, & extra me, & circumiens me: stat autem me prospiciens, & cuncta interiora mea; intuens quid cogitem: quid amem, quid loquar, & quid agam, stat etiam paratus vt me dirigat, adiuuet, & mecum operetur; vt pro me pugnet contra hostes, vt mihi subueniat in periculis, & soletur in angoribus. Si enim hoc certa fide credideris, ac impense cogitaueris, auxilium diuinæ præsentiæ experieris. Huiusmodi enim cogitatio attentionem ad Deum captat, reuerentiam, timorem, ac fiduciam, & amorem; ipsumque Deum prouocat, vt signa suæ præsentiæ per opportuna tribuat auxilia: iuxta illud Salomonis: *In omnib. vijs tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos.* Viæ nostræ sunt studia nostra, per tres vias quas vocant, purgatiuam, illuminatiuam, & vnitiuam, in cũ- B ctis operibus siue vitæ actiuæ, siue contemplatiuæ: in quibus si Deum præsentem intuearis, ipse diriget gressus tuos, & prosperos ac rectos faciet tuos affectus, verba, & opera cuncta, vt directe ad ipsum Deum tendant, & finem suum vltimum assequantur, propter quod beatum prædicat Eccl. virum, *qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia sua meditabitur, & in sensu cogitabit circumspectionem Dei.* Vere enim beatus est, qui siue sapientiæ vacet per opera vitæ contemplatiuæ, siue iustitiæ per opera vitæ actiuæ, semper cogitat Deum circumspicientem omnia per fenestras, & prospicientem per cancellos, vt nihil meditetur, vel agat quod oculis Dei circumspicientis displiceat.

Prou. 3. 6.

Eccl. 14. 22.

Sed cum sponsa, inquit, *En*, cui loquitur? Et quem exhortatur vt attendat sponsum esse præsentem? Nunquid socias adolescentulas vt reuerenter, modeste, & deuote res cunctas peragant, eo quod sponsus eas intuetur? an potius se C ipsam, suasque potentias internas, ac externos sensus? ac si illis diceret; attendite oculi quid cernatis, & aures quid auscultetis, & lingua quid loquaris, & mens quid cogites, & appetitus, quid appetas; quia ipse sponsus Deus stat post parietem nostrum prospiciendo quid agatis; vt suo tempore reddat vnicuique iuxta opera sua, quod si hoc in singulis operib⁹ diceres, vix peccares. Nam, vt inquit D. Thomas, si Dominum præsentem, & omnia videntem, & iudicantem semper cogitaremus, aut vix, aut nunquam peccaremus, quod fusius prosequitur, & nos alibi prosecuti sumus. Denique quod sponsa ait modo: *En ipse stat post parietem nostrum*, est id ipsum quod Christus Dominus ascensurus in cælum dixit discipulis suis: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem sæculi*: ac si diceret illis, & si discedo à vobis in forma visibili, tamen en maneo vobiscum inuisibiliter, & sto quasi post parietem occultus, vt curam vestri a- D gam: ideoque vos ita viuere curate, sicut decet eos, qui suum Dominum ac redemptorem suum magistrum, patrem, protectorem, & iudicem præsentem habent.

Opusc. 58. c. 2.

In duce spirituali tract. 1. c. 8.

Matth. 28. v. 20.

tionem erat quasi claudus, segnisq; ad implenda præcepta, post illam salit vt hinnulus ceruorum, hilariter currens per viam mandatorum Dei, quia Christus dilatauit cor eius; & impleuit eum lætitia cum præsentia ipsius: & qui antea erat quasi mutus, repletur Spiritu sancto vt loquatur, vt ait Apostolus in hymnis, & psalmis, & canticis spiritualibus, cantans & psallens in corde suo Domino, & gratias agens pro omnibus in nomine Domini Iesu Christi Deo & Patri: dum autem hæc anima in se intus præsentit, non potest non dicere: *Vox dilecti mei est, iste venit saliens.* Nam saltus isti, iubila hæc, & affectiones, quas experior non à me sunt, sed à dilecto; voces eius sunt, quibus suum mihi indicat aduentum.

Ad Ephes. 5. v. 19.

Quod si hæc experiri cupis, esto mons: Nam *venit saliens in montibus.* Montesque vult esse sanctitate sublimes eos, in quibus crebro venire, & ita salire decreuit. Montes debent esse sacerdotes, ad quos quotidie venit dilectus saliens, de quo scriptum est, vt supra notauimus. *Et firmamentum in terra in summis montium*; quia in vertice sacerdotum sanctitate sublimium collocatur digne viuificus iste panis, qui nostrum est firmamentum. Montes etiam debent esse laici, qui frequentius venerandum hoc sacramentum recipiunt. Nam licet panis dicatur quotidianus, quia quotidie potest sumi, tamen etiam dicitur panis supersubstantialis, & ideo supereminentem exigit dispositionem vt digne possit esse nobis quotidianus, tanto ergo magis, aut minus frequenter est accipiendus, quanto accipiens magis, aut minus accesserit ad montis sublimitatem. Quod si dixeris, quia etiam scriptum est: *Valles abundabunt frumento.* Quamuis ergo non simus montes, non dedignabitur Dominus venire ad valles? sed vtinam vallis esses per profundam tui ipsius humilem demissionem, nam tunc dignus esses qui hoc diuino abundares frumento, sed tunc simul esses & præcelsus mons. Nam quanto magis te deprimis per humilitatem, tanto magis eleuaris ad sublimiorem sanctitatem. Qui autem valles sunt, quia ima cupiunt, cælestia contemnunt, terrenas quærunt delitias, & diuinas fastidiunt, indigni sunt qui hoc potiantur frumento, nec ad illos venit dilectus saliens, qui nonnisi in *Montibus gestit salire, & cum electis suis familiariter conuersari.* Si igitur in te Christus non salit postquam recepisti illum, nec vllos aduentus eius percipis fructus, time ne forte non sis mons, sed vnus ex vallibus, aut ex collibus, de quibus dicitur, *transiliens colles.* Id est saltu pertransiens intactos illos relinquens. Colles medij sunt inter montes & inter valles, nec tam profundi sicut istæ, nec tam eleuati sicut illi, & tamen Christus transilit illos, vt quasi mallet transire ad valles: quia ipse dixit: *Vtinam calidus aut frigidus esses, sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo.* Hos tepidos vocamus colles, nimirum hypocritas, & fictos Christianos, qui coram hominibus apparent sanctitate sublimes instar collium, & tamen coram Deo profundiores sunt cunctis vallibus, & peiores manifestis peccatoribus, & tamen vt opinionem sanctitatis captent, communionem frequentius sumere cupiunt, sed Christus non salit in illis, sed omnino fastidit, ac reijcit, & quasi ex ore suo

Lib. 4. Exhortat. 18. §. ·
Psal. 71. v. 16.
Mach. 6. v. 11.
Ps. 64. v. 14.
Apoc. 3. v. 15.

A euomit; quia Spiritus sanctus disciplinæ effugit fictum: & in maleuolam animam non introibit sapientia, & hospes iste diuinus non confert pacem indignæ domui, nec illi qui non est filius pacis, sed fictionis, & seditionis.

Sap. 1. v. 4.

Probet ergo seipsum homo, cum Christum in hoc sacramento est recepturus, quia si indigne accedit, latere non poterit ei qui venit saliens, *Similis capreæ hinnuloque ceruorum.* Acumen enim visus quod habebat in terra ad cognoscenda secreta cordium, habet etiam in sacramento. Nonne oculos habet capreæ, qui inter multos conuiuas, mox vt ingreditur, vidit vnum qui non habebat vestem nuptialem? quem ligatis manibus ac pedibus proijci iussit in tenebras exteriores, vbi est fletus & stridor dentium. Lynceos Christus habet oculos inter millies mille dignos, qui accedunt ad sacramentum, te cognoscet indignum, & damnabit iuste, quia reus es corporis & sanguinis Domini. ligabit pedes qui ausi sunt venire immundi. Ligabit B manus, quæ pro veste nuptiali habenda laborare noluerunt. Mittet in tenebras exteriores, quia non expulisti interiores, patiens fletum, & stridorem dentium, quia hic non planxisti peccatum. Quod si proprio examine putans te esse contritum accedis ad sacramentum, & tamen te ignorante in cauernis cordis aliqui manserunt occulti serpentes peccatorum, ecce qui venit est sicut hinnulus ceruorum, qui halitu suo serpentes extrahet, & occidet, teque viuum per gratiam constituet. Accede ergo cum spe ad Christum, quia hinnulus est ceruorum; accede cum timore, quia oculos habet capreæ, cum eodemque tremore coram ipso in templo assiste; quia *en ipse stat post parietem nostram respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos*, vt mox explicabimus, &c. Vtinam ita nos sua voce præueniat, & cor molliat, vt cum venerit digne eum recipere valeamus ad gloriam ipsius in secula seculorum. C Amen.

1. Cor. 11. v. 29.
Mat. 22. v. 11.
In Exhort. 10. §. 4.

EXHORTATIO IX.

De vltimo Dei aduentu ad iudicium, vel in fine vitæ cuiusque, vel in fine mundi, & de horrisona voce quæ vtrumque præcedit, & comitatur.

Pro Dom. aduent.

Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens, &c.

EXplicuimus hactenus plures Dei, & Christi aduentus, qui sub his verbis sponsæ comprehenduntur, explanemus iam vltimum, quem tam horrisonæ voces, & terrifica signa præcedent, vt sæpius in scriptura huius aduentus mentio fiat cum particula *Ecce*, quæ rem nouam & stupendam indicat, vt superius diximus. Sed D quid est quod ait: *Ecce iste venit.* cum non venturus sit vsque ad finem seculi? at mille anni in conspectu Domini tanquam dies hesterna quæ præterijt & tam celeriter, & subito veniet, vt iam venire videatur. Quod clarius expressit ipse Saluator dicens: *Ecce venio cito, & merces mea mecum est reddere vnicuique secundum opera sua.* Non ait, ecce veniam, sed ecce venio, quia tam cito

Lib. 4. Exhort. 9.
Ps. 89. v. 4.
Apoc. 22. v. 12.

c... veniet, vt quisque putaret posse iam iam venire, ... bis appropinquare. Explicans autem q... ille qui venit, & ad quid veniat, subiungit: *Ego sum A. & Ω. primus & nouissimus, principium & finis.* Quæ verba licet synonyma videantur, magnam tamen habent emphasim, vt eamdem ... amplius patefaciant. Plures enim continent sensus nostro instituto satis accommodos. Primus autem est: ego sum vnicus Deus, & solus; vnicus, & solus Dominus, Rex, & Pater omnipotens, & ante me non fuit alius, & ideo sum Alpha, & primus, & principium. Post me autem non erit alius, nec esse poterit, & ideo ... Omega, nouissimus, & finis omnium. Ego (inquit per Isaiam) *Primus & nouissimus & absque me non est Deus.* Ego item sum vnicus redemptor mundi, & saluator hominum, & præter me non est alius: nec est aliud nomen sub cœlo præter nomen IESV, in quo nobis redemptio, salus & vita ... venire valeat. Ego rursus (Christus) sum Deus simul, & Homo, propter homines, imo nouissimus virorum, vir dolorum, & sciens infirmitatem. Hanc interpretationem multi Patres amplectuntur. Vnde fertur cum vigebat hæresis Ariana, quæ Christi Deitatem negabat incidi solere in catholicorum Sepulchris, has duas literas A. & Ω. ad denotandam enim quibi iacebat, in diuinitatis Christi confessione obijsse. Sed ad Christum Deum, & hominem simul aptius hæc verba referuntur, qui primus est & nouissimus, principium & finis; quia ipse est primum principium nostræ salutis, & omnium mediorum per quæ vitam æternam consecuti sumus; ipsi etiam est huius salutis consummator, per quem consequimur vltimum nostrum finem, & vitam æternam animæ, ac eandem vitam immortalem corporis in generali resurrectione conferendam. Propter quod Diuus Paulus vocauit Christum Dominum, autorem, & consummatorem fidei. Nam Christi perfecta sunt opera, & qui initium est & fundamentum Ecclesiæ, & omnium quæ ad ipsam spectant, ipse etiam est finis, consummatio, & perfectio illius, iuxta illud Zachariæ: *Manus Zorobabel fundauerunt domum istam, & manus eius perficient eam.*

Idem Apoc. 1. & 1. ... Isai. 44. v. 6. ... Ad Heb. 12. v. 2.

Cur duo aduentus Christi ad redimendum, & ad iudicandum mundum hic coniunguntur.

§ 1.

HINC fit his verbis duos potissimos Christi aduentus etiam designari, alterum in carne passibili ad redimendum mundum; alterum vero in corpore glorioso ad iudicandum illum, & retribuendum iustis vltimum suæ redemptionis fructum. Et vtrumque sponsa coniunxit his verbis, *Ecce iste venit*; vt vtriusque simul esset nobis iugis memoria. Et quis est iste qui venit? Iste qui est A. & Ω. primus & nouissimus, principium & finis. Iste, qui cum esset Deus æternus in fine temporum factus est pro nobis homo, natus ex virgine in diuersorio, reclinatus in præsepio. Iste qui reiectus est à Iudæis, iudicatus à Caipha, spretus ab Herode, condemnatus à Pilato. Iste qui flagellatus est in prætorio, spinis coronatus, actus in crucem, iacuit in Sepulchro. Iste tandem, qui resurrexit à mortuis, ascendit ad cœlos, & sedet ad dexteram Patris: iste venit iterum non iam humilis, & abiectus, sed sublimis & gloriosus, vt sit iudex viuorum, & mortuorum, & reddet vnicuique iuxta opera sua.

Mira est coniunctio huius aduentus Christi cum reliquis; sicut ipse Dominus coniunxit illum cum passione sua in domo Caiphæ; Angeli cum ascensione in cœlos, Ioel & Diuus Petrus cum aduentu Spiritus sancti: Sponsa vero omnes simul comprehendit cum ait, *Ecce iste venit*: vt huius memoriæ semper reliqua mysteria comitetur, quæ ad nostram salutem valde est necessaria.

Vnde & de Christo Domino ratione huius aduentus intelligere possumus quod dixit: *Ego sum primus & nouissimus, principium & finis.* Etenim iuxta philosophorum placitum, finis est primus in intentione, licet sit vltimus in executione, seu adeptione. Primum enim quod intendimus est Dei visio, vita æterna, & hoc est vltimum quod post multos labores adipiscimur peracto finali iudicio, ad quod significandum Ecclesia à Spiritu sancto instructa, in prima anni ecclesiastici Dominica, quæ est prima Aduentus, & in vltima totius anni, quæ est 24. post Pentecosten, Euangelium canit de hoc aduentu Christi in iudicium, vt pote quod primum sit in intentione, & vltimum in executione; semperque tanquam finis sit præ oculis habendum, vt in illo vltimum nostrum finem, & vitam æternam, quam intendimus, consequamur. Qua de causa in insigni reuelatione quæ Apocalypsis dicitur facta Ioanni statim à principio, & postea in fine huius aduentus fit mentio, nam in capite primo dicitur: *Ecce venit in nubibus. Et videbit eum omnis oculus.* In capite vero postremo; *Ecce venio cito, & merces mea mecum est, &c.* Apoc. 1. v. 7. Apoc. 22. v. 12.

Denique Ecclesia primum Christi in carne aduentum celebratura, statim in ipso initio, & prima Dominica, hunc secundum aduentum ad iudicium nobis proponit, vt iugiter quæ in vtroque gesta, & gerenda sunt memoria reuoluamus. Per vtrumque enim simul completur nostra redemptio, & manifestantur nobis cuncta, quæ ad nostram iustificationem, pugnam, & coronam necessaria sunt. Nam sicut in primo splenduit eius erga nos immensa misericordia, quæ nostram exigit spem, & dilectionem inflammat, ita in secundo splendebit eius eximia iustitia, quæ sanctum nobis incutit timorem, & omnem propellit ignauiam, vires etiam ad laborem addit spe retributionis, & mercedis, quã iustus index affert, sicut etiam peccata & passiones coercet, timore supplicij quod infliget. *Si autem dormiatis inter medios cleros,* Id est per contemplationem versemini, & requiescatis inter hos duos aduentus, ostentur vobis: *Pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri.* Id est affectus puri, & candidi ob innocentiam, pallidi ob timorem sed pallore auri, quia timor est in charitate, ne à Christo se paremini. His pennis celeriter volabitis, & fugietis omne malum, & consequemini omne bonum, manentes in solitudine veruti à periculis requiescatis. Et hac de causa Christus Dominus sæpius huius sui secundi aduentus memoriam renouabat, Apostoli item crebro in exhortationibus Psal. 67. v. 14. D. Bern. ser. 4. de aduentu.

suis

suis illum inculcabant, prophetæ etiam sæpius vtrumq; aduentum eisdem similitudinibus, licet diuersimode intellectis, obumbrarunt, quare nihil mirum quod Salomon vtrumque etiam descripserit his verbis, vox dilecti mei; *Ecce iste venit saliens in montibus, & transiliens colles.* vt vtriusque aduentus memoria nobis iugiter perseueret, cum sub eisdem verbis nobis intimatur.

De aduentu ad iudicium in hora mortis cuiusque.

§. 2.

Pro virginibus circa Euangelium. ET quidem duplex est vltimos Christi aduentus: alter inuisibilis & particularis quo ad vnumquemque iudicandum venit in hora mortis ipsius: alter visibilis & vniuersalis quo cum maiestate magna veniet ad iudicandum vniuersum mundum in eius postremo die, sed de hora vtriusque nemo scit, vt semper quisque vigil sit, atque paratus, quia subito, & qua hora non putatis filius hominis veniet, & sonabit vox quæ vtrumque aduentum præcedere debet, de qua ipse saluator dixit: *Media autem nocte clamor* *Matt. 25. v. 6.* *factus est: ecce sponsus venit, exite obuiam ei.* En tibi vox de qua Sponsa inquit: *Vox dilecti mei: ecce iste venit saliens in montibus.* Id est venit ad iudicandum cum strepitu magno, vehementi fragore, voce, sonituque horribili, quem Christus Dominus vocauit clamorem, clamor autem iste, & strepitus qui præcedit iudicium particulare, est tremor, pauor, febris & frigus, ac quidquid horribile est in languore, quo corpus vexatur, incipit dissolui, velociter properat ad interitum, aliquando quidē falsus efficit lentos, aliquando tamen præproperos, & aliquando quasi vno saltu subito, adest, cum repentina morte homo rapitur ad iudicium: cum autem lethalis morbus grauat, & medicus, aut amicus inquit, sicut Isaias Ezechiæ, *Isa 38. v. 1.* *dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues*; tunc proprius sonat clamor, & vox venientis, quam audiunt tam virgines prudentes, quam fatuæ, id est tam iusti quam peccatores, sed prudentes virgines quæ acceperant oleum in vasis suis cum lampadibus, & præparatæ erant ad nuptias per splendentes virtutes, & pia opera, quibus suas ornauerant potentias, gauisæ sunt valde, & agnoscentes sponsi vocem: dicunt *vox dilecti mei*, quid me vocat, vt illi obuiam eam; quia *ecce venit saliens*, vt me ad seipsum recipiat, sicut promiserat, cum dixit: *Si* *Io. 14. v. 3.* *abiero, & præparauero vobis locum, iterum venio, &* *Io. 5. v. 29.* *accipiam vos ad meipsum. Vt vbi sum ego, & vos sitis.* O ter quaterque beati, qui ita præparati sunt, vt tanquam veri Christi amici, in illa hora gaudio gaudeant propter vocem sponsi, quæ sonat in *Ps. 117. v. 15.* vocibus eorum, de qua inquit regius vates: *Vox exultationis & salutis, in tabernaculis iustorum.* Et quæ iucundior vox, quam ecce venit dilectus, ecce venit sponsus, vt vobiscum celebret nuptias, & deducat in paradisum, vbi est ipse, quia non decet sponsam tamdiu ab sponso absentem esse, sed semper in eadem cælesti aula in eodem paradisi cubiculo simul permanere. Nonne periucunda vox sonat in tabernaculis iustorum, cum audiunt, sicut ait Diuus Ioannes, vocem de cœlo dicentem sibi: *Apoc. 14. v. 13.* *Beati mortui qui in Domino moriuntur, amodo enim iam dicit spiritus vt requiescant à laboribus suis; opera enim illorum sequuntur illos.* Opera inquam, iusta & sancta quæ fecerunt obseruantes legem, & audientes vocem Christi pastoris sui; *Io. 10. v. 27.* quia oues meæ, inquit, vocem meam audiunt, & sequuntur me. Et vitam æternam do eis, & nemo rapiet eas de manu mea.

Infælices vero virgines fatuæ, quæ imparatæ erant, nec acceptis lampadibus sumpserunt oleum suum, non gaudent de voce, & clamore quem tunc audiunt, nec dicunt, *Vox dilecti mei*, sed vox iudicis mei. qui mei ad iudicandum me, & retribuendum secundum mala opera mea. Non sonat vox exultationis, & salutis in tabernaculis peccatorum, quia vicini sunt morti, sed vox planctus, & vlulatus, quia non vocantur vt requiescant à laboribus suis, sed vt denuo laboribus grauentur æternis, quia opera eorum mala sequuntur illos; & quia non audierunt vocem proprij pastoris, sed alienorum, ideo ab illo separabuntur, & alieni rapient eos ad seipsos vt æternis flammis torquantur cum illis. Imitare igitur virgines prudentes, vt vox quam in hora mortis audies, sit tibi vox dilecti sponsi, & non iudicis irati. Nam cum vox dixerit: Ecce venit, *exite obuiam ei.* Velis nolis exire debes illi obuiam, non enim potes fugere, non te abscondere, non in corpore remorari, sed statim cogeris exire. Si autem fueris paratus, tu ipsi libenter exibis obuiam sponso, tu confestim aperies ei portam, tu potius desiderabis aduentum eius, vt possis frui præsentia ipsius; quid autem in hoc aduentu inuisibili contingat ex his quæ in alio visibili accidunt, melius dignoscetur.

De signis aduentus Christi ad iudicium in fine mundi. §. 3.

HOrribilia sunt quæ legimus de secundo aduentu, & vocibus eius, in quo teste Diuo Paulo, *ipse Dominus in iussu, in voce Archangeli, & in* *1 ad Thess. 4. v. 15.* *tuba Dei descendit de cœlo.* Venit quidem in iussu, quia non venit ad obediendum sicut in primo aduentu. In quo humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, sed potius ad imperandum, veniet enim, vt refert Diuus Lucas, *Cum* *Luca 21.* *potestate magna & maiestate*; & imperio suo tanquam omnipotens Dominus cuncta faciet: vocesque eius omnes erunt velut iubentis, & imperantis, scilicet surgite, discedite, venite, &c. Præcedet autem vox Archangeli, quæ etiam tuba Dei dicitur, quia fit virtute Dei, sed ministerio Archangelorum; & vocatur tuba propter vehementem eius sonorem per vniuersum orbem diffusum. Sonabit autem tuba duplici de causa altera ad significandum terribilem regis venturi iustitiam, & aere bellum quod gesturus est contra peccatores, in quo (vt inquit Sapiens) accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam *Sap. 5. v. 18. & 21.* ad vltionem inimicorum, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Sed quia etiam in extremo iudicio Christus Dominus duplicem quasi gerit personam, & iudicis respectu omnium hominum, & sponsi respectu electorum, propter quos dicitur: *Media nocte clamor fa-* *Matt. 25. v. 6.* *ctus est, exite obuiam ei.* Ad hunc aduentum sub vtroque respectu præcedunt clamores, sonores, & voces, nempe signa; quæ reprobis erunt horribilia ingentem illis incutiendo timorem; non sic electis.

Huiusmo-

Luc. 21. v. 25

Huiusmodi autem sunt, quæ enarrantur à Diuo Luca, cum ait: *Erunt signa in sole, luna, & stellis, & in terris pressura gentium, &c.* Quæ clarius expressit Diuus Matthæus dicens: *Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur.* Sed fusius adhuc illa delineauit Diuus Ioannes in apertione sexti sigilli inquiens: *Sol factus est niger tanquam saccus cilicinus, & luna tota facta est sicut sanguis, & stellæ de cælo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos cum à vento magno mouetur, & cælum recessit sicut liber inuolutus, &c.* Quid bis signis horribilius? sed horribiliora sunt quæ mysticè repræsentant.

Matt. 24. v. 29.

Apoc. 6. v. 12.

Etenim sol & luna suum lumen occludent, & quasi vestientur saccis, ille cilicino nigro, hæc sanguineo, quasi detestantes & execrantes hominum peccata, quorum horrore sol nigro tristitiæ luctu tegitur, & luna sanguineo rubore perfundetur, sicut prædixerat Isaias: *Erubescet luna, & confundetur sol, cum regnauerit Dominus exercituum in monte Sion, & in Ierusalem, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus,* id est cum Christus in conspectu seniorum in eum locum, quos secum ad iudicandum assidere faciet, gloriosum se ostenderit, tunc (inquit Diuus Hieronymus) erubescet luna, & confundetur sol cernens homines, qui suo fruebantur lumine, nihil dignum Dei bonitate fecisse, qui solem suum oriri facit super bonos & malos: confusio & verecundia quasi operiet faciem eorum, quod talibus hominibus sua luce, & influentiis seruierint. Sed id horribilius, quod Christus ipse iudicatur sol propter diuinitatem, luna propter humanitatem, vt alibi perpendimus, Christus ergo qui hilarem & iucundum vultum ostendit iustis, imo & peccatoribus pœnitentibus, rebellibus ostendit vultum lugubrem, terribilem indignatione, ira & furore plenum ad vindictam sumendam de illis: exprobrans eis quod proprium sanguinem in passione sua pro eis fuderit, qui sanguis antea clamabat indulgentiam, modo iram, & vindictam contra illos; vt impleatur quod impij Iudæi dixerunt: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.*

B

Isa. 24. v. 24.

Matt. 27. v. 25.

Vlterius autem, stellæ cadent de cælo in terram, quoniam innumera fulmina, cometæ, & igneæ exhalationes decident in terram, vt quasi videatur cœlum manere stellis destitutum: & illas ex se emittere, sicut flante vento vehementi ficus emittit grossos suos immaturos, duros & amaros: ad significandum mundum non perire ex eo quod ita esset maturus, vt amplius durare non valeret, sed quia Deus iustus iudex eum destruere iudicauit propter hominum opera immatura, & acerba. Deinde quia instinctu diaboli Antichristus magnum persecutionis ventum excitabit; ficus id est, Ecclesia, aut crux Christi, proiiciet à se omnes grossos, quia omnes reprobi transibunt ad Antichristum; sed quod aures horrent audire, ex illis qui in cœlo erant velut stellæ propter scientiæ & sanctitatis splendorem, multi cadent in terram: quidam quia mactabuntur, & interficientur à tyranno, sed hoc laudabile in illis; alij vero, quia in errorem & peccatum à vento persecutionis agitati prolabentur: cauda enim

C

De ficu, vide infra ... ad Gal. ... ficus ... grossos.

D

Apoc. 12. v. 4.

A

Draconis trahit secum tertiam partem stellarum, & misit eas in terram. Et propter hoc dixit Christus dominus, quod virtutes cœlorum commouebuntur, & quasi locum, & statum suum mutabunt.

Greg. lib. 31. Mor. c. 14.

Dan. 8. v. 10

Sed hæc commotio aliud signum etiam indicat, quod subiungit Ioannes dicens: *Et cælum recessit sicut liber inuolutus.* Seu vt dixerat Isaias, *Complicabuntur cæli sicut liber.* Etenim cœli, qui suo splendore, & pulchritudine stellarum mundum lætificabant, & enarrabãt gloriam Dei excitantes ad amandũ & laudandum Creatorem, tunc non apparebunt, sed densa caligine obscurabuntur: & erunt sicut liber pulcherrime scriptus, cum subito cõplicatur, & obuoluitur, indicans per hoc horrendam hominum ignorãtiam, & malitiam. Propter quam cæli obstupescent, portæ eius desolantur, & lumen suum incredulis, & infidelitatis erroribus obtenebratis iuste denegãt. Sed vlterius, Ecclesia Christi, quę meritò eius cœlum appellatur, & pulchra est splendore fidei, & sapientiæ, ac veritate Sacramentorum & sacrificiorum, ac ceremoniarum sacrarum mire splendet: tunc recedet sicut inuolutus liber: quia abscondet se, & latebit, nec in publico & manifeste ministrabuntur sacramenta, nec offerentur sacrificia, vel Dei laudes decantabuntur, sed erit sicut mulier, quæ visa est in cælo, amicta sole, & luna sub pedibus eius, & duodecim stellis coronata, quæ tamen ornatum suum secum deferens fugit à facie draconis persequentis illam, vt se in solitudine tueretur remota, & abscondita persecutoribus suis, & forte propter hoc addit etiam Diuus Ioannes: *Et omnis mons, & insula de locis suis motæ sunt*: quoniam illi, qui vitæ sanctitate eminebant sicut montes, & erant refugium periclitantium in tempestatibus, sicut insulæ maris, ob vehementissimas procellas, & persecutiones ab Antichristo in mari huius sæculi excitatas, fugerunt, & absconderunt se.

Isa. 34. v. 4.

Ps. 18. v. 2.

Ier. 2. v. 12.

B

Dan. 8. v. 11.

Apoc. 12. v. 6.

Apoc. 6. v. 14.

C

Ecce stupendum clangorem tubæ, horrisonam vocem Iudicis, & signa aduentus eius in iudicium; quæ tam vehementem incutient timorem peccatoribus, magnis & paruis; quod mortem optabunt antequam in eas calamitates deueniant, quas sibi impendere vident. Vnde subdit Diuus Ioannes: *Et Reges terræ, & Principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus, & liber absconderunt se in speluncis, & in petris montium: Et dicunt montibus, & petris, Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni.* Ille enim, qui iustis & quasi agnus mansuetus & placidus, iniquis erit terrificus, cuius iram portare nequibunt: & præ timore ab illo se abscondere, & ab ipsis montibus obrui, & suffocari concupiscent: quod breuius & profundius explicuit Christus Dominus dicens: *Arescentibus hominibus præ timore, & expectatione eorum quæ superuenient vniuerso orbi.* præsentia quidem mala torquebunt valde, sed adeo ingens erit metus futurorum, vt tabescere faciat humana corda.

Idem Luc. 23. v. 30.

D

Luc. 21. v. 26.

At quid tunc iustorum Ecclesia sponsa Christi, qui eius aduentum etiam expectat, vt nuptias cum eo celebret? audiet quidem has omnes voces, percipiet quidem hos clamores, qui non minas & terrores incutient, sed potius illud insinuant?

sinuant: *Ecce sponsus venit*: cui ipsa concinens, ait; *Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.* Cuncta hæc vox sunt sponsi cum magno fragore venientis ad iudicandum: Vox sunt dilecti mei, quem expecto, & ideo de illa gaudeo; nam ipse dixit: *His autem fieri incipientibus respicite, & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra*: ac si diceret: Concidant præ tristitia vultus peccatorum, arescant præ timore corda impiorum, quoniam appropinquat eorum æterna damnatio: & hæc omnia initia sunt dolorum, quos perpetuo passuri sunt; at vos leuate capita vestra præ lætitia; gaudete & exultate animo propter spem, quia iam prope est in ianuis plena redemptio vestra, quia non solum anima, sed etiam corpus ab omnimoda liberabitur miseria, & corruptione.

De voce conuocante mortuos ad iudicium & separante electos à reprobis. §. 4. B

ALtera causa sonantis tubæ est ad conuocandos omnes mortuos vt veniant ad iudicium; cuius virtute omnes resurgent, vt dicit

1. Cor. 15. v. 52. idem Apostolus, *in momento, in ictu oculi, in nouissima tuba, canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti*: quoniam vero hæc conuocatio, non vnius, sed plurium Angelorum ministerio fiet, dixit Christus Dominus; *Mittet Angelos cum tu-*

Ioan. 5. v. 25. & 28. *ba, & voce magna, & congregabunt electos eius*. Vnus tamen Archangelus tanquam aliorum princeps intonabit quandam stupendam, & altissimam vocem, quæ iuxta Sanctorum placitum est; Surgite mortui, & venite ad iudicium: de qua Saluator noster dixerat bis: *Mortui, & omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filii Dei: & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii*. Iusti igitur audientes hanc filii Dei vocem, dicent: *Vox dilecti mei*, cui libentissime obedient, quia erga illos vox est dilectionis, vox est sponsi congregantis sponsam Ecclesiam, ad celebrandas cum ea nuptias, congregabit autem per hanc vocem C

Ad Ephes. 5. v. 27. sponsam gloriosam non habentem maculam, aut rugam, tribuens electis corpus pulchrum,

1. Cor. 15. v. 41. splendidum, agile, spirituale, immortale, & impassibile. At reprobi, licet inuiti obediant eidem voci, quia resistere nequibunt, erga eos tamen non erit vox dilecti sponsi, sed iudicis indignati, citantis eos ad iudicium; iustamque ex tunc punitionem inchoantis, dum tribuit illis corpus quidem immortale, sed passibile, fœdum, horribile, & ipsa morte exectabilius.

Peracta igitur resurrectione virtute diuinæ

Matt. 24. v. 30. vocis, omnes tam mali, quam boni videbunt fi-

Luc. 21. v. 27. lium hominis venientem in nubibus cœli, cum potestate magna, & maiestate, videbitque eum

Apoc. 1. v. 7. omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Hunc aduentum describit sponsa, cum audita voce inquit: *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles*, id est, Venit saliens in nubibus cœli, comitantibus Angelis cum potestate magna ad exercenda eximia, ac stupenda suæ iustitiæ opera; in quibus tamquam in montibus salire dicitur. In primo aduentu venerat, vt vidimus, saliens in præcelsis montibus prodigiorum, & operum charitatis & misericordiæ erga omnes, etiam erga peccatores, vt eos redimeret, viam- D

A que virtutis ac perfectionis ostenderet, ac media salutis conferret; at in secundo aduentu venit saliens in sublimibus montibus & operibus æquitatis, reddens vnicuique iuxta opera sua, & Matt. 25. v. 32.

tanquam discretus pastor oues suas ab hœdis segregauit; & iustos, qui tanquam oues audierunt vocem eius, collocabit ad dexteram, vt vltimum ac supremum illis tribuat præmium; malos autem, qui tanquam hœdi illam contempserunt, ponet ad sinistram, vt extremum & horrendum illis inferat supplicium: illos secum trahens ad regnum cælorum, hos à se proiiciens in ignem æternum. Hæc autem separatio fiet voce, id est imperio ipsius Christi, qui potens est separare pretiosum à vili, electos à reprobis: illis erit vox dilecti constituentis sponsam à dextris suis: his vero erit vox iudicis reiicientis ad sinistram præuaricatoris. Et hoc est quod ait sponsa B distinguens montes à collibus: *Venit saliens in montibus*, quia sanctis, & electis suis hilarem præbebit aspectum, exhilarans eos, & præ gaudio iubilare, & salire eos faciens in conspectu ipsius: vt cum iubilo salientes per nubes, & omnes cælos, ex vno in aliud ad paratum sibi thronum in cælo empyreo perueniant: at venit *transiliens colles*. quia relinquet, & deseret reprobos tanquam ad se non pertinentes, quia ipsi sponte sua illum dereliquerunt: maxime autem pertransibit eos, de quibus dictum est: qui non credit in filium Dei iam iudicatus est. Prædixerat cuncta hæc expresse Malachias Propheta de Malach. 4. hoc iudicio loquens. *Ecce, inquit, dies veniet succensa quasi caminus: & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem, stipula: & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem, & germen. Et orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius: & egrediemini, & salietis sicut vituli de armento, &* C *calcabitis impios cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum*. En quam diuersa erit sors iustorum & impiorum: illis orietur sol iustitiæ placidus & lætus: istis erit quasi obscurus, & horridus: illis radiis suis præbebit integram sanitatem, hos suis flammis comburet tanquam stipulam, & vsque ad radicem. Illi salient sicuti vituli bene saginati, & à vinculis soluti, isti conculcabuntur tanquam cinis sub plantis illorum. Sed vnde hoc? nisi quia Deus saliet in iustis sicut in montibus præelectis, transiliet autem malos tanquam colles à se in æternum separandos.

De examine faciendo in iudicio, & modo exequendi sententiam. §. 5.

SEd quoniam saltus isti cum magna fiunt discretione, iudicio, & iustitia, explicat hoc sponsa subiuncta similitudine dicens: *Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum*. Eademque D vtitur in postremis verbis huius capitis & octaui, cum ait: *Reuertere, aut fuge, similis esto, dilecte mi, capreæ hinnuloque ceruorum super montes Bether, vel aromatum*, quæ loca etiam de hoc aduentu explicari possunt, vt suo loco videbimus. Et est apposita similitudo, non solum propter celeritatem horum animalium in saliendo, sed quoniam nullibi clarius quam ibi, ostendet se Christus perspicacissimum visum instar capreæ habere, ac vim acuendi illum, quæ duo per capream denotari

In Exhort. 4. §. 4. notari dictum est. Venit ergo Christus ad iudi- A
cium saliens tanquam caprea, quia licet celeri-
ter perficiatur, nullo errore, ignorantia, vel te-
1. Cor. 4. v. 5. nebris obscurabitur, sed acutissimo visu com-
prehendet, & illuminabit abscondita tenebra-
rum, & manifestabit consilia cordium: nihil iu-
dicem latebit, nihil erit opertum, quod non re-
Matth. 10. v. 26. ueletur, neque occultum quod non sciatur: vt
iudicij æquitas cunctis hominibus, & Angelis
fit conspicua: vt nullus non videat iustissime
quosdam collocatos ad dexteram, alios vero ad
sinistram, nec vllum per errorem, aut deceptio-
nem, obliuionem, aut prauum aliquem affe-
Gen. 48. v. 10. ctum iudicis in sinistra situm fuisse. Si enim Pa-
triarcha Iacob, cuius oculi corporei præ nimia
senectute iam caligauerant, per mentis oculos
certissime intuebatur, cui ex duobus nepoti-
bus applicanda esset manus dextra, vel sinistra;
quanto magis Christus Dominus, cuius oculi B
nunquam caligant, sed acutiores sunt quam ca-
preæ, locum dexteræ & leuæ, iuste & sapienter
inter iudicandos diuidet? Intuetur enim clare
omniũ opera, & locum, quem propter illa me-
rentur obtinere: quia ergo non timebit hos
Christi acutissimos oculos, cum ad iudicãdum
Serm. 55 in Cant. illum venerit? tu (inquit Diuus Bernardus) qui
aduentum desideras Saluatoris, time scrutini-
um iudicis, time oculos capreæ; time illum qui
Sophon. 1. v. 12. per Prophetam dicit: *Et erit in die illa, ego scrutabor*
Ierusalem in lucernis, acuto visu est, nihil inscruta-
„ tum relinquet, oculus eius scrutabitur renes &
„ corda, ipsique cogitatio hominis confitebitur
„ illi: quid tutum in Babylone, si Ierusalem ma-
„ net scrutinium? Et quid est Ierusalem, nisi con-
gregatio Ecclesiæ, in qua simul cum iustis sunt
plurimi peccatores, & plures qui securi sunt,
Eccl. 8. v. 14. quia facta iustorum se habere putant, cum ta-
men coram Deo impij sint? Et ideo per alium
Ps. 74. v. 3. Prophetam inquit, *Cum accepero tempus, ego iusti-*
Is. 64. v. 6. *tias iudicabo*: Vt detegantur illæ de quibus dicit I-
saias: *Quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ.* C
Timeant ergo non solum ciues Babylonici infi-
deles, qui non indigent scrutinio, quia iam iudi-
Ioan. 3. v. 18. cati sunt, & de eorum constat damnatione; sed
trepident etiam ciues Ierosolymitæ, quorum nõ
solum delicta manifesta, sed etiam iustitiæ, in
examen & scrutinium sunt adducendæ; ne for-
te oculus iudicis aliquid deprehendat iniustum,
quod pij iustum putauerunt, propter quod dicat il-
lis: discedite à me oẽs operarij iniquitatis? Scru-
Lu. 13. v. 27. temur ergo, vt Ieremias monet, vias nostras, ne
Thre. 3. v. 40. cum Dominus ad iudicandum venerit, aliquid
inueniat inscrutatum: præueniamus nunc iudi-
cium Dei, quia, teste Apostolo, si nosmet ipsos
dijudicauerimus, non iterum iudicabimur, vt
1. Cor. 11. v. 31. condemnemur, sed neque per hoc omnimodo
securi simus, cum idem Apostolus dicat: Nihil
1. Cor. 4. v. 4. mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus
sum; qui enim iudicat me, Dominus est, qui o-
culos habet capreæ, & plura videt quæ occulta
sunt nobis.

Sed non minus horrendum est in hoc iudi- D
cio secundum quod caprea repræsentat: acuit
enim Deus miro quodam modo cunctorum
hominum visum; vt tam boni quam mali vida-
ant singulorum opera, siue iusta, siue iniqua. V-
trumque tamen cedet in summum gaudium e-
lectorum, & in reproborum incredibilem con-

A fusionem, de quibus scriptum est, *Peccator vide-* Ps. 111. v. 10
bit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet, desi-
derium peccatorum peribit; quid tunc peccator vi-
debit? Videbit cuncta peccata quæ fecit, & bo-
na quæ omisit. Videbit opportunitatem quam
habuit agendi pœnitentiam, & cõsequendi vi-
tam æternam, quam sua perdidit negligentia:
Videbit Christũ, qui semper fuit illi propitius,
modo contra illum iuste & implacabiliter indi-
gnatum. Videbit fælicitatem iustorum, ex qui-
bus plures putauerunt, sicut ipse, egerunt ta-
men pœnitentiam, quam ipse respuit. Hęc & a-
lia huiusmodi videbit, propter quæ irascetur, &
dentibus suis fremet, stridet, ac præ tristitia ta-
bescet. Et insuper tunc desiderium peccatorum
peribit. Desiderauerat honorem, famam, diui-
tias, & voluptates, & super omnes in sublime
tolli, sed cuncta hæc desideria peribunt; maxi-
B me autem inclytum nomen quod concupie-
rant; nam propalatis eorum peccatis, ab omni-
bus despicientur, & rugientes præ confusionẽ
dicent montibus: Cadite super nos, & collibus Ose. 10. v. 8
operite nos, ne eam ignominiosam patiamur Luc. 23. v. 30.
confusionem: Abscondite nos à facie sedentis
super thronum, & ab ira agni, quia grauis & im- Apoc. 6. v. 16.
portabilis est nobis ad videndum, at frustra hæc
dicent: quia ecce agnus venit saliens super mõ-
tes & colles, qui omnes eius obediunt imperio.
Venit autem *vt hinnulus ceruorum* bellum vlti-
mum gesturus cum serpentibus, quos ex inferni
cauernis educit, vt coram vniuerso mundo eos
perimat, & æternis flammis addicat.

At quid tunc iusti, cum isthæc omnia videãt?
Nam confundentur ex peccatis quæ egerunt,
quia mons charitatis, & pœnitentiæ operiet il-
la. Nam licet omnibus hominibus fiant mani-
festa, non confundentur, quia hoc pretioso ve-
lo tecta conspiciuntur, imo non videntur esse,
sed fuisse, quia charitas deleuit illa. Lætabuntur
autem de reliquis quæ reprobos terrent, quorũ
C visio magnam illis afferet iucũditatem propter
maiorem Christi gloriam: sicut scriptum est: *Læ-* Ps. 57. v. 11
tabitur iustus cum viderit vindictam: manus suas laua-
bit in sanguine peccatoris, lętabitur quidem videns
vindictam, quia congaudet rectitudini diuinæ
iustitiæ, & quia videt se misericorditer à simili
vindicta erutum, & ab oppressione Dęmonum,
ac peccatorum onere liberatum. Manus autem
suas lauat in sanguine peccatoris, dum gratias a-
git Deo, mirasque laudes canit eo quod mundũ
seruauit, ne tam fœdo sanguine pollueretur.

Et tu ergo hęc omnia contemplans, laua ma-
nus tuas in sanguine peccatoris, studens alieno
periculo edoctus, fugere delictorum sordes,
conscientiam ab illis mundare, & te ipsum im-
maculatum in hoc sæculo custodire, vt cum ad
tribunal Christi perueneris, simul cum iustis læ-
teris & audias vltimam ac iucundissimam dile-
cti vocem, quam proprio ore ad illos diriget di-
cens: *Venite benedicti Patris mei, & possidete pa-* Ps. 25. v. 32
ratum vobis regnum à constitutione mundi. O quam
D iucunde clamabit sponsa Christi Ecclesia iam
triumphans: *Vox dilecti mei.* Hæc est vox dilecti
mei, in quam si vltimum ac supremum suæ di-
lectionis præbet indicium, dum paratum mihi
regnum concedit, quod in primo aduentu suæ
pretioso sanguine comparauit, aperuit, & amicia
impartiri decreuit: Nunc autem iterum de cæ-

lo descendit, vt hanc vocem proferat, & me se- A cum in regnum adducat. Hanc vocem audiet reproborum cœtus, sed inuidia tabescent, quia non ad ipsos dirigitur vox dilecti, sed alia terribilis iudicis sententiam fulminantis, quæ dicit: *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* Cuius tanta erit vis, vt in ictu oculi, cunctos in inferPs.67.v.19 num detrudat. De illa enim scriptum est: *Vox tonitrui tui in rota.* Nam sicut olim horribilis quidam tonitrui sonitus in rotis currui Ægyptiorum circumuolutus eas demersit in profundum maris: sic vox ista instar tremendi tonitrui circuibit, præcipitabit, ac demerget reprobos in profundum inferni. Hæc igitur meditantes, ita nunc viuere curemus, vt aduentum istum non tam formidemus, quam diligamus, in quo red- 2.ad Tim. 4.v.8. dat nobis Dominus, sicut ait Paulus, coronam iustitiæ, quam reddet iis qui diligunt aduentum eius, vt eius præsentia fruantur in sæcula sæculorum. Amen.

EXHORTATIO X.

De modo quo diuinum Verbum stetit post parietem carnis assumptæ, obscure se manifestans, eminens super retia mundi, & modo stat post parietem cœlorum, & Eucharistiæ vt auxilietur nobis.

En ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, prospiciẽs per cancellos.

Pro Testo incarnatio nis. MONSTRAVERAT sponsa dilectum suum venientem ad modum salientis super môtes & colles, nune quasi digito ostendit ipsum in loco vbi pedem fixit, dicens: *En ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, & prospiciens per cancellos*, id est, iam adest præsens, non vt ambulans, vel sedens, sed stans post parietem domus nostræ, respiciens quod intus est per fenestras ipsius, non per fenestras omnino apertas, sed quibus appositi erant cancelli, & retia, ex minutis lignis modicis interuallis in transuersum connexis, quæ Hispanice vocantur *gelosias*, per quos cancellos, qui prospiciunt, alios vident clare, non tamen se prospiciendos exhibent, nisi obscure, vixque aliquid coloris eorum per cancellorum rimulas apparet. Et vtrumque indicant hæc verba, vt multi patres testantur, nẽpe quod sponsus prospiciebat per cancellos, quasi volens se occultare, vel quod aliquo modo apparebat, & se prospiciendum exhibebat per cancellos. Vnde Diuus Hieronymus legit: Lib. 3. in Ezech. c. 12. serm. 6. in Psal. 18. *apparens per retia.* Diuus Ambrosius & alii: *eminens super retia.* Verbum autem Hebræum, *mesis*, vel mez'z, significans, progerminare, id indicat, ac si diceret, apparet instar floris erumpentis & folliculis, in quibus erat inclusus. Hæc de litera, iã ad Dei præsentiam, quæ terminus est singulo- D rum aduentuum quos retulimus, eam applicemus, possunt autem explicari verba ista aut de Christo, qua Deus & homo, aut de Spiritu sancto, vt adest ad opera gratiæ efficienda, aut de Deo, vt est vbique in omnibus creaturis.

Quomodo Christus stetit, & se prospiciendum præbuerit per carnem assumptam. §. 1.

ET in primis communior Patrum sententia ea intelligit de primo aduentu verbi diui ni, in quo stetit post parietem nostrum, id est, post carnem quam assumpsit ex nobis, nam ap propinquauit parieti, cum adhæsit carni. Sicut autem paries occultat eum qui post parietem est, ne videatur ab aliis; sic caro occulebat diuinitatem sibi vnitam, ne ab aliis videretur, ideoque licet Christus vt homo omnibus esset manifestus propter opera humanæ naturæ, quæ in illo apparebant sicut in nobis, latebat tamen vt Deus immortalis, & inuisibilis, quem nullus mortalium videre potest. Vnde ab Isaia vocatur *Deus absconditus*, dicitur autem caro B Christi, paries noster, non tantum quia est eiusdem speciei nobiscum; sed propter similitudinem carnis peccati, quam induit; peccatum autem, quod proprie nostrum dicitur, crassissimus paries est, qui maxime occultauit Christi diuinitatem, cum voluit circumcidi & baptizari tanquam peccator: & in cruce factus est pro nobis maledictum, & cum iniquis sepultus est: vnde vsque hodie manet hic paries ante oculos Iudæorum, quibus Christus crucifixus est scandalum, sicut & Gentibus est stultitia.

Post hunc autem parietem dicitur Christus stare, non recumbere, vel sedere, ad denotandum perpetuam stabilitatem, quam ex natura sua, & ex vi vnionis hypostaticæ iẽ iustitia & sanctitate. Bene dicitur stans (ait Diuus Bernardus) quia solus reuera in carne stetit, qui carnis peccatum non sensit, solus, inquam, quia licet ex priuilegio etiam Deipara in carne semper steterit, solus tamen ex proprio iure ille stetit, de quo dictum est: *Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.* Et præterea stare C dicitur, quia in carne non venit ministrari, sed ministrare, & in procinctu esse ad continuo laborandum pro nobis, idque tanta animi virtute, vt numquam occubuerit. Nam licet caro in passione laboribus confracta ceciderit, spiritus tamen immobilis semper post parietem stetit, à quo numquam nec diuinitas, nec virtus recessit. *Spiritus*, inquit, *promptus est, caro autem infirma*, & qui cecidit ex infirmitate carnis, vicit, & triumphauit ex virtute spiritus, vt mundum cadentem erigeret, & Deum placaret. Nam sicut Deus disperderet Hebræos, *si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius, vt auerteret iram eius, ne disperderet eos*: sic Deus pater vniuersum mundum disperdidisset, nisi Christus Dominus tanquam medicator stetisset in confractione, id est, in pariete carnis suæ variis modis pro nobis exercitatæ atque confractæ.

Sed numquid paries iste omnino occultabat Verbum diuinum vt nulla ratione videri posset? absit. Nam statim subditur quod stat *Respiciens per fenestras, & prospiciens per cancellos.* Habet enim paries fenestras & cancellos, per quos sponsus videre potest & videri, sed alio, & alio modo, nam vt Deus, imo etiam vt homo per suum intellectum diuino lumine circumfusum, clare nos intuetur, quia omnia nudalunt,

Isa.45.v.15

1.Cor.1.v.23.

Serm. 16. in Cant.

Luc.1.v.35.

Matt.26 v.41 2.Cor.13 v.4.

Ps.105. v.23 ita D. Bernardus.

De hoc ... Exh. ... retia, & ... pietra, & ca... aerna ... caerna.

D. Ambros. ... D. Bernar. serm. ... D. Ansel. Beda, & alii.

da sunt, & aperia oculia eius. Nec est aliquis paries vel corporea moles adeo crassa & densa quæ illi possit obstare quo minus cuncta etiam secretissima cordis penetret & comprehendat. At nos videmus illum obseure tanquam existentem post cancellos, & retia minutissima quod vocat Paulus, Videre per speculum in ænigmate.

1. Cor. 13. v. 12. Serm. 56.

Sed vltra hoc, Christus vt homo prospiciebat per fenestras & cancellos carnis suæ, quatenus, vt inquit D. Bernardus, per sensus corporis, & humanas affectiones, hominum miserias experimento cognoscebat, sicut dicitur didicisse obedientiam ex iis quæ passus est: per quinque enim sensus vidit, audiuit, olfecit, gustauit & tetigit cuncta quæ horribilia sunt naturæ humanæ: eique suas natiuas affectiones circa illa habere permisit, volens per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret, & ex compassione eorum quæ nos patimur, quasi promptius nobis succurreret. Hæc autem omnia licet manifestarent veritatem carnis, occultabant tamen maiestaté diuinitatis; sed nihilominus prospiciédam se exhibebat per fenestras & cancellos variis modis.

Ad Heb. 5. v. 8. Ad Heb. 2. v. 17.

Hu & ho. 33. in Exar. Exhort. 4. §. 1.

Primo quidem, vt notat Diuus Gregorius, per opera miraculosa, quæ, vt supra diximus, manifestabant eum qui post parietem carnis latebat, esse Messiam, & Deum verum. quia, inquit, diuina fecit, & humana pertulit, quasi per fenestras, vel cancellos ad homines prospexit: vt Deus & appareret ex miraculis, & lateret ex passionibus: & homo cerneretur ex passionibus, sed tamen esse vltra hominem, ex miraculis agnosceretur. Nisi enim Iudæi aliquo modo eum agnoscerent, non dicerent; *Hic est heres*. Si autem plene semper eum agnouissent, non dicerent; *Venite occidamus eum*, quia si Dominum gloriæ agnoscerent, eum crucifigere non auderent: quia ergo per cancellos prospiciebat illos, partim eum agnouerunt, & partim ignorarunt, vt probat D. Thomas, & quasi animo hærentes, iam credebant esse Messiam, & verum Deum, iam ex ignorantia affectata putabant esse purum hominem, ac malefactorem; sed nisi malitia sua excæcasset eos per miracula maiora tanquam per fenestras, & per alia minora, tanquam per cancellos eum possent agnoscere, & tanquam verum Christum recipere. Deinde Christus per fenestras cancellatas prospiciebat, quia omnes virtutes in vna prudentia, & charitate connexas, & concatenatas, sicut sunt lignula in cancellis, complexus est, & per eas mundo manifestauit, vt etiam superius diximus, ita vt per illas etiam posset agnosci, à quibuscumque vellent eum imitari; iis enim maxime se prospiciendum exhibet, quia in eis sibi maxime complacet.

Matt. 21. v. 38. 1 Cor. 2. v. 8. p. 1. q. 47. art. 5. Exhort. 4. §. 2.

Præterea Christus se prospiciendum præbuit per scripturam veteris testamenti; quam dicunt Origenes, ac D. Ambrosius vocari hic domum vel parietem; cuius fenestræ sunt Prophetæ, quia clarius Christum venturum ostendebant, cancelli vero legis ceremonialia, quæ obscurius indicabant, Domus, ait Origenes, in qua antiqua habitabat Ecclesia, scripturæ sunt Legis, & Prophetarum: adueniens ergo Christus stetit paululum post parietem istum, cum non manifestaretur populo. Vbi vero tempus adfuit, cœpit per fenestras Legis & Prophetarum, per ea scilicet quæ de eo scripta erant, apparere, & ostendere, se Ecclesiæ intra domum, id est, intra literam legis sedenti, prouocans eam venire, & exire ad se foras: Nisi enim exeat à litera ad spiritum; non potest Christo coniungi, & sociari, ideo Iudæos incredulos exhortabatur Christus Dominus, vt per has fenestras eum intuerentur, dicens: *Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, & illa sunt quæ testimonium perhibent de me, & non vultis venire ad me vt vitam habeatis*, sed nos gratias agamus Saluatori nostro, qui per has fenestras, & cancellos miraculorum, virtutum, & scripturarum prospexit nos, & nobis concessit vt prospiceremus illum. Vtinam sic prospiciamus, vt per illum vitam consequamur æternam, quæ in eius cognitione & amore consistit.

Hom. 3. in Cant. serm. 6. in Psalm. 118. v. 3. & l. de Isaac & anima c. 4. Ioa. 5. v. 39. Io. 17. v. 3.

Quomodo Christus steterit eminens super omnia retia mundi. §. 2.

SEd adhuc subtiliora mysteria inueniemus iuxta Lectionem quam sequuntur multi Patres, loco illius verbi, *prospiciens per cancellos*, vertentes, *eminens super retia*. Erat enim vniuersus mundus, inquit Diuus Ambrosius, plenus retibus, refertus laqueis. Vnde Dauid dicebat: *In via hac qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi*. Et Ecclesiasticus monet in medio laqueorum, nos ambulare, quot vitia, tot sunt retia, quot peccata, tot laquei. Retia sunt tentationes, pericula, occasiones labendi, & hæreditariæ propensiones, quæ in malum ferunt, laquei sunt inimicorum insidiæ, fraudes, & doli. Omnia, inquit Diuus Leo, plena periculis, plena laqueis, incitant cupiditates, insidiantur illecebræ, blandiuntur lucra, damna deterrent, insidiæ sunt in diuitiarum amplitudine, insidiæ in paupertatis angustiis, laqueus est in seueritate, laqueus in timore? quis picem tangit, & non inquinatur ab ea? quis non firmatur in carne? quis non sordescit in puluere. Et ab his retibus & laqueis nemo se ipsum eruere potest; nec vllus erat inter homines qui alios posset liberare, cum omnes nascerentur peccatorum laqueis irretiti. Et quamdiu viuunt, si suis viribus nitantur, amplius irretiuntur, donec misere pereant: iuxta illud Isaiæ: *Filii tui proiecti sunt, dormierunt in capite omnium viarum sicut oryx illaqueatus*. qui quidem quantumuis sit natura ferox, & audax, postquam retia induit, non potest se extricare, & à quolibet vel puerulo, vel muliercula facile telis confoditur: sic filii Adæ, quamtumuis natura feroces, quos mundi retia, nempe concupiscentia carnis & oculorum, ac superbia vitæ, illaqueatos tenent, cuilibet tentationi succumbunt, & ad ea quæ studiosa sunt, dormiunt, proiectique pereunt, nisi à potentiori aliquo adiuuentur.

Pro Dom. 22. post Pét. circa Euãg. vt caperet eum in sermone. Serm. 6. in Ps. 118. v. 3. Eccl. 9. v. 20. Serm. 5. de quadrag. sima & ier. 11. Is. 51. v. 20.

Sed quis erit iste? En ipse Christus stat post parietem nostrum, *eminens super retia*: quia omnibus retibus, ac laqueis est superior, à quibus non solum irretiri nequiuit, sed ita ea dissipauit, vt eius gratia succurrente alios non irretiant, si ei cooperari velint. Venit, inquit D. Ambrosius,

brosius, ad laqueos Iesus, vt Adam solueret. Venit liberare quod perierat, omnes retibus tenebamur. Nullus alium eruere poterat, cum seipsum non possit eruere: talis ergo necessarius fuit, quem vincula generationis humanæ delictis obnoxia non tenerent, non cepisset auaritia, non ligasset dolus: ita solus erat Iesus, qui cum huius carnis se circumdedisset vinculis, captus non erat, sed dirumpens ea, ad se magis vocauit Ecclesiam prospiciens per laqueos, eminens super retia, vt & ipsa disceret vinculis non teneri. Venit ergo Iesus ad laqueos, sed voluntarius, venit ad retia, sed securus. *Matt. 22. v. 15.* Et quia erat summe sapiens, per fenestras clare prospiciebat mundi retia, & laqueos inimicorum, quos cum eum capere volebant in sermone, mox confundebat. Et quia erat infinite bonus, venit ad retia nostra conteranda: *Ex Origene ho. 3. & 4. in Cant.* nam solus ille potuit conterere, qui ab illis non potuit teneri, quod agnoscens Dauid ait; *Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, & anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus.* *Ps. 115. v. 7. Ps. 123. v. 6.*

Modus dissoluendi retia nostra. Sed quia tibi etiam incumbit ex Christi gratia retia ista dissoluere, ab eius exemplo dissoluendi modum disce, tibique hæc verba vsurpa: *En ipse stat post parietem nostrum, prospiciens per fenestras, & eminens super retia:* Paries tuus, corpus tuum, post quod spiritus tuus stare debet vt fortis, non iacere vt languidus, non sit *Ioan. 5. v. 2* corpus lectus decumbentis, aut grabbatum ægroti, *Mar. 2. v. 4* qui portetur ab illo, sed ipse potius portet illud. Stet spiritus intus, & corpus subijciatur foris: ille imperet, hic obediat, ille prospiciat per fenestras, & cancellos suarum potentiarum, quidquid est sibi agendum, ne a rectitudinis suæ statu cadat, iuxta id, *Pro. 4. v. 25* *Oculi tui recta videant, &c. & omnes viæ tuæ stabilientur.* Emineat semper super retia vitiorum, ac tentationum, ne ab illis irretiatur, quod facile præstabit, si viriliter stans, & vigilans, ipsos laqueos prospiciat, vt eos fugiat, vel disrumpat: *Pro. 1. v. 17* *quia frustra iacitur rete ante oculos pennatorum.* Prius ergo dicitur prospiciens per fenestras, deinde eminens super retia, quia ille superat retia peccatorum, qui oculos habet apertos ad prospiciendum illa, *1. Pet. 2. v. 22.* & pennas ad se eleuandum super ea: prospice per fidei cancellos, quomodo Christus eminebat super retia inimicorum, vt sequaris vestigia eius, alligatus est à Iudæis, clauis cruci affixus, & in mortem actus, super hæc autem eminebat. Nam facile dissoluere *Ps. 87. v. 6.* poterat, qui inter mortuos liber erat, & pote- *Ioa. 1. v. 18.* statem habebat ponendi animam, & iterum sumendi eam: maluit tamen per patientiam super illa eminere: & cum malediceretur, non maledicere, & cum pateretur, non comminari, vt discas per eamdem tolerantiam huiusmodi retia superare, vt licet corpus ærumnis confectum corruat, spiritus tamen semper inuictus stet; iuxta illud Apostoli: *2. Cor. 4. v. 6.* *Licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem.* Caue tamen ne temere te in pericula, & retia conijcias, nam etsi forte bis aut ter emineas super illa, aliquando tandem non te poteris extricare. Eminebat enim *Iud. 16. v. 12.* Samson super retia, cum suggestu Dalilæ ligari se permittens, rumpebat vincula [illegible] relatarum. Sed tandem ligatus à Philistæis amissa fortitudine, non se potuit eruere [illegible] eius oculos eruerunt, quia per illos [illegible] prospexit retia quæ Dalila illi præparabat. Ne ergo credas carnis suggestionibus, & post concupiscentias illius non eas, *Eccl. 18* quia irretieris ab illis, & facient te in gaudium inimicis tuis.

De religiosis. Quod si Monachus, & Religiosus es, Christique Euangelicus imitator, sta firmus post parietem tuum, id est, claustrum, & in[stitu]tum, quod ex Dei vocatione elegisti, no relinquas illud, vt assumas aliud: nam & Christus Dominus stat post parietem vniuscuiusque proprium, qui vocatur noster, non post alienum, vt illic stantes iuuet. Sta autem non segnis, nec dormitans, sed vigilans & erectus, prospiciens per fenestras, & cancellos constitutionum & regularum maiorum, & minorum quas professus es, vt per illas intuearis quod te agere oporteat vt Christum imiteris, & emineas super omnia retia, quæ Diabolus, Caro, & Mundus faciunt vt te capiant, & interimant.

De modo quo Christus stat post parietem celorum, vt auxilietur nobis. §. 3.

SED vt scias quam paratus sit Christus Dominus tibi opem ferre, intuere oculis fidei ipsum postquam ascendit super omnes cælos: *Pro Christi sessione Domini, Christi sessio post Stephanum.* & dicito cum sponsa Ecclesia; *En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.* Recte cælum paries noster vocatur, quia nos à Christo corporaliter diuidit, post quem stat nobis absconditus, licet beatis sit manifestus; domusque nostra est, in qua habitare speramus. Sed quomodo dicis; En ipse stat, *Marc. 16. v. 19.* cum Euangelista dicat, quod assumptus in cælum sedet à dextris Dei patris? Sed qui beatis sedere dicitur, quia cum illis pacifice regnum suum possidet, & tanquam rex & supremus iudex, ac magister sedere illi in throno, & in tribunali, ac cathedra sua competit: cæterum nobis viatoribus stare prohibetur, quia adhuc in bello sumus, vt regnum illud quod vim patitur, violenter rapiamus. Sed quia nostris viribus rapere nequimus, stat Christus post cælorum parietem, quasi in procinctu vt auxilietur nobis, & ab hostibus tueatur, contra eorum retia, laqueos, insidias & tentationes auxilia præbens opportuna. Nonne beatus Stephanus testificatus est quod sponsa ait: *Act. 7. v. 55* *En ipse stat post parietem nostrum, cum intuens in cælum vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei?* Non dixit sedentem, sed stantem, ad significandum (vt obseruat Diuus Ambrosius) quod *Lib. 1. de fide c. vlt.* sedet quasi iudex viuorum, & mortuorum; stat autem quasi aduocatus eorum, & quasi sacerdos, qui patri boni martyris hostiam offerebat: & quasi præsul bono luctatori brauium tanti certaminis redditurus. Vel, vt notat Diuus Bernardus, quia paratus erat, vt eum adiuuaret, *Serm. 5. super verba Isaiæ.* qua de causa cum eius imploramus auxilium, dicimus: Exurge Domine, adiuua nos. *Ps. 43. v. 23*

Dixit ergo beatus Stephanus: *En ipse stat.* Sed

numquid

A numquid addidit, *post parietem, respiciens per fenestras, & prospiciens per cancellos?* clamauit enim coram concilio Iudæorum: *Ecce video cælos apertos, & filium hominis stantem à dextris Dei.* Non ergo vidit per cancellos, neque per fenestras cancellatas, sed omnino apertas, siquidem cœli paries apertus c... illi: ac si in cœ o aperiretur magna fenestra, per quam se Christus prospiciendum præbuit, vt filius hominis est, imo quia etiã dixit se vidisse gloriam Dei, insinuat Diuus Augustinus ipsum vidisse diuinitatem. Nec mirum, inquit, quod videret Deum, qui iam migrabat ad Deum, quod plures etiam patres testantur: at ego alijs plurimis assentiens, crediderim tunc vidisse Deum, & gloriam eius tantum per cancellos, idest; per quasdam imaginarias figuras, & repræsentationes, quę Dei maiestatem & gloriam indicabant.

Ser. 94. de diuersis. & serm. 96. Plures patres refert Lorenus. Act. 7. 55.

Sat autem erat Christum, vt hominem, apertis fenestris prospiciens intuitum esse, vt clarum Iudæis de ipso testimonium præberet, & vt vi- B res resumeret ad certamen, & ad perferendum martyrium.

Sed quia hoc singulare fuit Protomartyris priuilegium, nobis sufficiat cum sponsa firma fide credere quod Stephanus vidit; & quasi oculis fidei id cerneremus, ac digito ostenderemus, dicamus: *En ipse.* Christus stat post cælorum parietem, illucque sæpius leuemus oculos, vbi patronum & adiutorem nostrum stare scimus. Stat autem respiciens nos clare, quasi per fenestras cælorum, nostras intuens miserias, & ærumnas, illisque compatiens, promptus ad subueniendum cum tempus fuerit opportunum. Stat etiam prospiciens quid agimus, quomodo cum hoste luctamur, eiusque tentationibus resistimus, carnem domans, mundi vana contemnimus; vt credentes illum nos intueri eius potentia roboremur.

Stat etiam ad audiendas orationes, ad excitanda corda, ad spem erigendam, & inflammã- C dam charitatem, aliaque plura dona, & gratias elargiendas, per quas etiam se nobis prospiciendum præbet, & fidem nostram acuit, vt credamus quod post parietem illum adest, si tentationibus concuteris, & tribulationibus vexaris, intende in cælum, vt Diuus Stephanus conculcans terrena, & cælestia concupiscens: & videbis saltem per cancellos Iesum stantem vt auxilietur tibi: respice in cælum vt Susanna, habens fiduciam in Domino, & experieris eius iudicium, per quod suam et agnosces præsentiã: si ipsemet Christus dum in via erat, & orabat ad patrem, oculos suos leuabat in cælum, cur tu etiam oculos non leuabis ad idem cælum, vbi idem Christus stat, vt inde tibi mittat auxilium? quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei patris, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. *Leuate oculos vestros in excelsum,* dixit Isaias, sed quid inde? *Quare* dicis Iacob, & loqueris Israel, abscondita est via mea à Domi- D no, & à Deo meo iudicium meum transiuit? ac si diceret; quare diffidis, & dicis non esse Deo curam tui, ac si tua non agnosceret, nec iudicaret? Leua oculos tuos in cælum: En ipse stat post parietem istum, cuncta prospiciens per fenestras, & cancellos; non est illi abscondita via tua, sed clare intuetur illam; non transiuit ab illo iudicium, sed semper stat ad proferendum iudiciũ, paratus ad auxiliandum: leua igitur oculos tuos in cælum, nam inde à Domino veniet auxilium tibi.

Greg. li. ... c. 1 Regum. Dan. 13. v. 35. ... 41. Eccl. Isa. 40. v. 26. & 27.

De modo quo Christus Dominus stat post parietem Eucharistiæ. §. 4.

SEd quoniam distantissimus est à nobis paries iste cælorum, aliũ sibi parietem propinquiorem elegit in terra, post quem staret, nempe sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum. Nam sicut verbum diuinum stetit occultum post parietem carnis assumptæ, sic totus Christus & homo peracta consecratione panis & vini, stat post accidentia illorum inclusus: ita vt certissima fide dicat Ecclesia: *En ipse stat post parietem nostrum.* Quis ipse? ipse Dei filius, ipse dilectus sponsus, ipse rex, magister, medicus, pastor, & Saluator meus, ipse stat post parietem, id est, post illud crassum accidentium operculum, quod illud tegit nobis; alioquin immensum eius splendorem ferre nequiremus, bene autem vocatur paries noster, quia nos illum ei offerimus, & præparamus, & in commodum nostrum ordinatur, sicut panis noster substantialis dicitur, quia propter nos fabricatus, & nostrum nutrimentum, & firmamentum est ad vitam. sed dicitur ibi stare tanquam præcinctus, & paratus ad administrandum nobis hunc vitæ cibum, & muniendum nos per illum contra hostium dirissima tela: iuxta illud Psalmistæ; *Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me.* Vnde post huius Sacramenti institutionem, Apostolis de prælatione contendentibus, dixit: *Ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Et ego dispono vobis regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo & sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel.*

Profectio corporis Christi.

Ps. 22. v. 5. *Luc. 22. 27.*

Vbi de regno Ecclesiæ etiam loquitur, in quo C illis dedit potestatem edendi, & bibendi ex hoc Sacramento super mensam sacri altaris, & insuper sedendi ad iudicandum conscientias hominum per Sacramentum pęnitentiæ, vt digne ad mensam istam accedant.

Nam Ipse stat post parietem istum, *Respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.* Videt is nos clare, licet non se videndum præbeat nisi obscure: nam quantumuis crassus sit paries; impedire nõ potest quin Christi anima, eiusque diuinitas linceis oculis nos, cunctaque interna nostra intueatur; Et quis cum veste nuptiali, vel sine illa, qui candido, aut sordido indumento accedat, perspicue videt: & sicut vocatur panis viuus, ita dici potest panis oculatus; continet enim eum qui viuit, & ipsa est vita, oculosque habet sicut flamma ignis, vt iustorum corda illuminet & accendat ad amorem; iniquorum vero acriter puniat. Hinc est quod se prospiciẽdum præbet ob- *Apoc. 1. 14.* scure per cancellos specierum sacramentalium: D per quas tales radios luminis, virtutis, deuotionis, ac lætitię spiritualis solet emittere in eos qui coram ipso reuerenter assistunt, & orant; vt ex affectibus colligant post parietem illum stare Christum verum solem iustitiæ, & ignem ardẽtem, qui illos operetur: si enim respicientes olim serpentem æneum super lignum positum, virtutem eius statim, in suscepta salute, expe- *Num. 21. v. 25.*

riebantur, eo quod post illum æneum parietem A latebat in figura Christus crucifixus, quid mihi quod stant res coram hoc diuino Sacramento, vbi post parietem accidentium latet ipsemet Christus, suam mortem repræsentans experiantur aliquam eius virtutem, per quam ipsum ibi adesse cognoscant? Legimus quosdam insignes viros tanta fide pollentes, vt ingredientes Ecclesiam agnoscant statim an in ea sit verum Sacramentum, & inter hostiam consecratam, & non consecratam discernant, propter internum sensum, ac mirabilem affectum, quem visus hostiæ

Luc.1.v.39. consecratæ in ipsis excitat. Nonne Christus Dominus intra vterum virginis existens se prospiciendum præbuit Elisabethæ, ac Ioanni infantulo præcursori, tale lumen, affectum, & exultationis iubilum illis præbens; vt verba, vel signa, aut saltibus dicerent: *En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos?* Parietem nostrum vocant non solum carnem Christi, post quam stabat diuinitas, sed etiam vterus virginis, post quē stabat item humanitas. B Et bene noster, quia propter nos etiam fabricatus est, vt propter nos intra illum habitaret Christus: post hunc parietem latens, vt à nullo dignosceretur, præ electis se per cancellos manifestauit tanta fidei & luminis plenitudine, vt quasi oculis intuentes, & digito demonstrantes dicerent; En ipse agnus Dei stat post parietem istum: idem igitur contingit modo in Eucharistia, cum diuinos quosdam effectus per illam operatur.

Sed potissime contingit post Sacramenti cōmunionem, tunc enim corpus communicantis incipit esse quasi paries post quem reuera stat ipse Christus, sicut de vtero virginis diximus: inuenies autem spirituales heroes, qui cum primum Sacramentum recipiunt, se quid viuum

Ad Gal. 2. v. 20. recepisse sentiant: vt dicant: *En ipse stat post parietem nostrum.* Ipse viuit, ipse regit, ac gubernat omnia: C Viuo, non ego, sed viuit in me Christus, ipse respicit per fenestras; quia ex tunc ita dirigit sensus externos, vt nihil nisi quod Christum sapiat, per illos fiat: ipse prospicit per oculos, audit per aures, odoratur per olfactum, per linguam loquitur, & sentit per gustum & tactum, quia non nisi ex eius directione actus suos iustus exercet: prospicit autem per cancellos, quia internos sensus & appetitus ad præclaras cogitationes &

Apoc. 2. v. 17. affectiones excitat: sitque illis manna absconditum, quod nemo scit, nisi qui accepit; qui autem accipit; scit, quia se illi per cancellos, manifestat: & bene per cancellos, nam minuta sunt quæ præbet, & guttulas diuinæ dulcedinis, si cum torrente voluptatis comparentur, quo potandi sunt in gloria.

Denique sicut Christus degens in carne mortali se prospiciendum exhibuit per ingentia miracula, quę ab illo procedebant; sic etiam in hoc Sacramento aliquando se stare manifestat per prodigia quæ operantur, vel in ijs qui valde D digni sunt, vt eos consoletur, & in fide amplius confirmet: vel in ijs, qui nimis indigne audent illum recipere, vt eos puniat, & alij in fide roborentur. Sæpe apparet quibusdam tanquam per fenestras, per quasdam figuras imaginarias ostendens se in hostia tanquam infans, vel Rex, aut Pastor, vel descendente diuino spiritu in forma columbæ, vel ignei globi. Aliis vero apparet tanquam per cancellos, per alias subtiliores visiones ostendens illis modum, quo est in Sacramento, vel aliquas insignes ipsius virtutes. Nos autem hoc desiderare debemus, vt appareat nobis per cancellos fidei, illam ita augēt, ac perficiens, vt inuisibilem tanquam videntes veneremur, adoremus, & recipiamus tanto meoris affectu, vt ei voiti maneamus in secula sæculorum, Amen. Exhort. ut frequenter...

EXHORTATIO XI.

De modo quo Deus stat ad fores peccatoris inuitans eum vt ipsum admittat; & intra istum, se illi manifestans, & quam vtile sit Deum vbique & in omnibus præsentem cernere.

En ipse stat post parietem nostrum, &c.

Mirabilem esse diximus Dei inuisibilem aduentum saliendo in montibus, & transiliendo colles ad conuersionem peccatoris, cum vehementium inspirationum strepitu eum concutit. Sistit autem gradum ad ostium ipsius cor pulsans, & tangens vt aperiat, non enim in animā intrat per gratiam, nisi ipsa per consensum aperiat, iuxta illud *Ego sto ad ostium & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum*: quamdiu autem cor inspirationibus concutitur, Deus foris stat ad ostium, apertionem expectans vt anima peccatrix, quæ eius præsentiam aduentum, quia inspirationis impetum non potest non sentire: vere dicere possit: *En ipse stat post parietem nostrum*: quoniam stat post parietem domus internæ, per fenestras & cancellos eius, respiciens quid agat. Et quem inspirationes effectum sortiantur: & per ipsos cancellos, & retia se prospiciendum præbet, vt animam alliciat ad aperiendam ianuam. Solet autem post parietem istum diu stare, & expectare, crebrius pulsans vt indicant illa verba: *Vox dilecti mei pulsantis: aperi mihi: soror mea, &c. Quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.* Apoc. 3. v. 20. Cant. 5. v. 2.

Non noctis, ait; sed noctium, quia pluribus noctibus stat pulsans ad ostium, & in noctibus pulsat, quia nocturnum tempus est, & tenebrosum animæ, quamdiu sponsus est extra illam: & quia ipse intrare desiderat, & dolet quod non aperiatur illi, caput suum & capillos plenos rore; & gelidis guttis esse dicit, nam quasi laborat & fatigatur, quamdiu ei non aperitur.

Sed quomodo hæc contingant explicare oportet.



Quomodo

Quomodo stet Deus post parietem peccatoris pulsans & vocans. §. 1.

STat igitur Deus post peccatoris parietem, illum scilicet quem Diuus Paulus vocat, *corpus* [illegible] *ati.* Nam sicut congeries membrorum con[illegible] corpus naturale, ita malorum operum [illegible] cries constituit corpus peccati, quod instar [illegible] parietis magnam inter nos & Deum effi[illegible] diuisionem; sicut Isaias testatur dicens: *Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis.* Hunc parietem cœpit ædificare in nobis primus prauus rica[illegible] originalem in nos traduxit culpam, fo[illegible] effrænam carnis concupiscentiam, quæ [illegible] inordinatis affectionibus copiosam [illegible] ateriam propriæ voluntati; vt nouum [illegible] peccatorum actualium adijciat, licet autem plurima sint, non vocantur hic parietes, sed paries, quia omnia in hoc conueniunt, quod à Deo separant, & idem impedimentum eius per gratiam ingressui præstent, propter quod (Iac. 2. v. 10.) dixit D. Iacobus: *Qui offendit in vno, factus est omnium reus.* Vnum enim lethale peccatum ita est paries a Deo diuidens, sicut plura, licet plura fortius diuidant, & magis elongent ab ipso.

Et licet paries iste in dæmonibus & reliquis damnatis adeo sit crassus & densus, vt omnino separet à Deo, nec vllas habeat fenestras, cancellos vel foramina, per quæ cælestis sponsus illos benigne respiciat, vel radios suæ lucis, ac salutiferæ inspirationis in eos m[illegible], propter quod aptissime assimilantur corpori Leuiathan, de (v. 6) quo dixit Dominus ad Iob: *Corpus illius quasi scuta fusilia, compactum squamis se prementibus: Vna vni coniungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas.*

Cæterum quia conuersio peccatoris oritur ex eo quod Deus respiciat illum, vt supra diximus: ideo in hac vita semper sponsus stat post hunc parietem, nec desunt fenestræ, vel cancelli per quos, & peccatores respiciat, & se aliquo modo ab illis inspiciendum præbeat; nec à Deo corpus peccati est squamis, & scutis fusilibus compressum, quin aliqua maneant foramina, per quæ spiraculum, seu inspiratio diuina intrare possit, vt indicet sponsum esse post parietem, & expectantem, quia nolo mortem peccatoris, dicit Dominus, sed vt conuertatur à via sua, & viuat.

Fenestræ autem per quas intrauit mors in domos nostras, sunt corporis sensus, per quos respicit Christus, vt mortem propellat, & vitam restituat, quia nisi ipse peccatores respiceret, nullus peccata relinqueret. Et sicut tentator circumiens & quærens quem deuoret, re[illegible] icit attente pulchra, & delectabilia in quæ [illegible] nsus hominis feruntur, vt ibi laqueos & retia conjiciat, & in lethalem culpam animam pertrahat: ita Deus pie peccatores respiciens, ex [illegible] quæ vident, audiunt, vel sensibus percipiunt, ansam arripit, vt cor sua inspiratione penetret, tantoque timore, ac contritione concutiat, vt dicat: En ipse Christus stat post parietem nostrum: Nam ex hoc interno strepitu agnosco illum, nonne Christus Dominus stabat post parietem Petri, quem ipse trina negatione ædificauerat, cum canente illo respexit illum per fenestram auditus, vt ad pœnitentiam excitaret? Nam conuersus Dominus, inquit Euangelista, respexit Petrum, cum autem respexit, fecit vt recordaretur per cantum galli, verbi quod illi prædictum fuerat, & tunc egressus foras fleuit amare.

Aliquando autem prospicit illos per cancellos, id est, per ipsas cuiusque affectiones, & propensiones ad bona sensibilia, in quæ auide feruntur, & per quæ parietem peccati ædificarunt; & inde occasiones sumit tangendi cor eorum, (Ps. 82 v. 19) vel ea auferendo, vt resipiscant, vel conferendo bona, vt ad largitorem conuertantur. (Ps. 48. v. 19) Nonne post parietem filij prodigi stabat cum prospexit illum per cancellos, & retia miseriarum, in quas se coniecerat, cuncta dissipans, quæ habebat? Mox enim in se reuersus, ad patrem reuertere voluit, ne fame periret, (Luc. 15. 17. Act. 9. v. 5.) post parietem Sauli stabat, cum indiscretum, & furibundum eius zelum de obseruantia legis intuens, ei mederi voluit, & in verum zelum commutare. Vnde subito ei apparens in via, se illi prospiciendum præbuit, vt intra cor suum facilius eum admittere vellet.

Denique ad fores animæ cuiusque stat, omnes aditus, & rimas perquirit, qua se, suamque lucem in illam insinuet, vt eum admittat, qui vel hoc solo summe esset diligendus, & illico admittendus, quod ita nostram sitiat salutem.

Sed væ illis, qui ita sunt obdurati, vt paries eorum quasi nullas videatur habere fenestras, vel cancellos per quos radius diuinæ lucis, aut viuificus aer diuinæ inspirationis intrare possit ad illos, ac si ad corpus Leuiathan essent iam redacti. (Iob. 4 v. 6.) De his enim, ait Ieremias: (Ier. 13. 23.) *Si potest Æthiops mutare pellem suam, & Pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.* Pellis Æthiopis & pardi, paries est peccati obdurationis, qui difficillime mutatur, quia omnes fenestras, & cancellos occludit, ne Dei vocationi vllus pateat aditus. Cor durum, inquit Diuus Bernardus, (Lib 1. de considerat. in princip.) est quod nec compunctione scinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur, ingratum ad beneficia est, ad consilia infidum, ad iudicium sæuum, inuerecundum ad turpia, temerarium ad diuina, præteritorum obliuiscens, præsentium negligens, futura non prouidens. Cuius typus præcessit in Pharaone. Nemo autem duri cordis salutem vnquam adeptus est, nisi quem forte miserans Deus abstulit ab eo, iuxta Prophetam, cor lapideum, & dedit cor carneum. Hæc Diuus Bernardus, (Ezec. 36. 26) vt execremur parietem ex peccatis obdurationis ædificatum, qui tam durum diuinæ gratiæ ponit obicem, vt rarissime illam admittat, quamuis nunquam sit de diuina misericordia diffidum, cui non desunt rimulæ, per quas in cor induratum, quale fuit cor Nabuchodonosoris regis, possit intrare, & ex lapideo carneum facere.

Sed tutum non est, tanto nos periculo committere, securiusque consilium sequi Psalmistæ dicentis: *Hodie si vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda vestra.* (Ps. 94. v. 8.)

Ne forte vos DEVS in vestra obduratione manere permittat; sed statim aperite ianuam,

[illegible] confirmatur meritis singulorum, A q[illegible] [illegible], & alijs quidem timorem incutit, a[illegible] vero consolationem affert. Nam respicit terram & facit eam tremere, respexit Mariam, & i[n]fudit gratiam. Ex eo autem potissime di[illegible]r, quod per respectum hunc vnicuique [illegible] c qu[illegible] deius necessitas exigit, vt ampli⁹ in [illegible] bus proficiat. Ex virtute ergo quia intus [illegible] utatis, & ex amore quo subito inflammaris ad prosequendum bonum, quod antea horrebas, vel tepide amabas, Deum præsentem agno[illegible]. Plura congerit Diuus Bernardus signa, & in[illegible] quæ ex ijs deduci possunt. Sed hoc vltimũ [illegible] ipso perpendendũ iudico oportere valde [illegible] semper apertas fenestras, vel cancellos ba[illegible] quos nos dignetur sponsus crebro be[illegible] [illegible]icere; nempe confessionem peccato[illegible] [illegible] uæ quotidie labimur, & confessionem [illegible] gratiarum actionis pro acceptis bene[illegible] [illegible] illa est angustior sicuti cancelli, hæc latior [illegible]nestra, per vtramq; respicit sponsus: quia B [illegible] contritum & humiliatum non despicit: & [illegible] qu[illegible]e[illegible], inquit, respiciam nisi ad pauperculum & contritum, & trementem sermones meos? Respicit etiam ad sacrificium laudis, quod ho[illegible]nosificat ipsum, & ad animum gratum, vt nonnam illi conferat gratiam, eo quod actioni gratiarum sit assiduus: at sponsi prospectus est noster profectus; si ergo cupis continuo proficere, non claudas fenestras, vel cancellos, per quos Deus te dignetur respicere.

Serm. 3[illegible] Cant. *[illegible] 22.*

Quam vtile sit Deum intra nos & extra, ac vbique præsentem cernere. § 3.

SEd ad magnos in virtute progressus faciendos nullum efficacius mediũ inuenies, quam quod in ijs verbis præscribitur, nempe firma ac viuaci fide Deum præsentem cernere, tam intra temetipsum, post hũc corporis parietem, quam extra te in vniuerso mundo post parietem om- C nium creaturarum existentem, illo triplici modo, quem Theologi vocant per essentiam præsentiam, & potentiam, quem etiam hæc verba indicant. *En ipse stat post parietem nostrum.* Ipse, inquit, non eius vmbra, figura, vel imago, sed ipsa diuinitas, & essentia Dei: ipse Pater, ipse Filius, ipse Spiritus sanctus, licet stet post parietem aliquem, quia est modo nobis inuisibili: Nullus tamen est paries, post quem non stet, quia cælum & terram ego impleo dicit Dominus: & si ascendero in cælum, tu illic es; si descendero in infernum ades: sed non solum adest per essentiam, sed etiam per præsentiam, seu cognitionem clare omnia intuens: & hoc est quod inquit, *Respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos*: nam licet respectu nostri fenestræ sint cancellatæ, ne eum intueamur nisi obscure, tamen respectu ipsius sunt apertæ; & clarissime oculi eius in omni loco contemplantur bonos & malos: vt dixit Salomon; agnoscit omnem operam hominis, considerat vias nostras, & gressus nostros dinumerat: stare autem dicitur post parietem; ad significandum quod etiam est præsens per potentiam, parietem, & quamcunque creaturam tenendo, ac conseruando, & cum omnibus operando, quia in ipso viuimus, mouemur, & sumus.

D. Thom. [illegible] *[illegible] 24. v. 8.* *Prou. 15. 3.* *Eccl. 15. 20.* *Iob. 31. v. 4.* *[illegible] 12. 26.* *[illegible] 15.*

A Quotiescunque igitur ad orandum, vel contemplandum, vel ad aliquid aliud agendum accesseris, dicito intra te: *En ipse stat post parietem nostrum, &c.* Hic adest ipse Deus, intra me est, & extra me, & circumiens me: stat autem me prospiciens, & cuncta interiora mea; intuens quid cogitem: quid amem, quid loquar, & quid agam, stat etiam paratus vt me dirigat, adiuuet, & mecum operetur; vt pro me pugnet contra hostes, vt mihi subueniat in periculis, & soletur in angoribus. Si enim hoc certa fide credideris, ac impense cogitaueris, auxilium diuinæ præsentię experieris. Huiusmodi enim cogitatio attentionem ad Deum captat, reuerentiam, timorem, ac fiduciam, & amorem; ipsumque Deum prouocat, vt signa suæ præsentiæ per opportuna tribuat auxilia: iuxta illud Salomonis: *In omnib. vijs tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos.* Viæ nostræ sunt studia nostra, per tres vias quas vocant, purgatiuam, illuminatiuam, & vnitiuam, in cũ- *Prou. 3. 6.*
B ctis operibus siue vitæ actiuæ, siue contemplatiuæ: in quibus si Deum præsentem intueatis, ipse diriget gressus tuos, & prosperos ac rectos faciet tuos affectus, verba, & opera cuncta, vt directe ad ipsum Deum tendant, & finem suum vltimum assequantur, propter quod beatum prædicat Eccl. virum, *qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia sua meditabitur, & in sensu cogitabit circumspectionem Dei*: Vere enim beatus est, qui siue sapientiæ vacet per opera vitæ contemplatiuæ, siue iustitiæ per opera vitæ actiuæ, semper cogitat Deum circumspicientem omnia per fenestras, & prospicientem per cancellos, vt nihil meditetur, vel agat quod oculis Dei circumspicientis displiceat. *Eccl. 14. 22.*

Sed cum sponsa, inquit, *En*, cui loquitur? Et quem exhortatur vt attendat sponsum esse pręsentem? Nunquid socias adolescentulas vt reuerenter, modeste, & deuote res cunctas peragant, eo quod sponsus eas intuetur? an potius se
C ipsam, suasque potentias internas, ac externos sensus? ac si illis diceret; attendite oculi quid cernatis, & aures quid auscultetis, & lingua quid loquaris, & mens quid cogites, & appetitus, quid appetas; quia ipse sponsus Deus stat post parietem nostrum prospiciendo quid agatis; vt suo tempore reddat vnicuique iuxta opera sua, quod si hoc in singulis operib⁹ diceres, vix peccares. Nam, vt inquit D. Thomas, si Dominum præsentem, & omnia videntem, & iudicantem semper cogitaremus, aut vix, aut nunquam peccaremus, quod fusius prosequitur, & nos alibi prosecuti sumus. Denique quod sponsa ait modo: *En ipse stat post parietem nostrum*, est id ipsum quod Christus Dominus ascensurus in cælum dixit discipulis suis: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem sæculi*: ac si diceret illis, & si discedo à vobis in forma visibili, tamen en maneo vobiscum inuisibiliter, & sto quasi post parietem occultus, vt curam vestri a- *Opusc. 58. c. 2.* *In duce spirituali tract. 1. c. 8.* *Matth. 28. v. 20.*
D gam: ideoque vos ita viuere curate, sicut decet eos, qui suum Dominum ac redemptorem suum magistrum, patrem, protectorem, & iudicem præsentem habent.

Contra eos qui Dei præsentiæ obliuiscuntur.

§. 4.

SEd quorsum hæc tam seria Christi admonitio. *Ecce ego vobiscum sum?* Ex eadem profecto causa, qua sponsa ab ipso instructa dixit: *En ipse stat post parietem nostrum*: Sciebat enim ea eo omnes homines obliuisci Creatorem & Redemptorem suum: quia est post parietem creaturarum, quæ illum occultant, & non sedulo curant illum fide intueri: carnales enim homines eos tantum putant præsentes, quos oculis vidēt, vel auribus aut aliquo sensu percipiunt. Vnde fit in plurima, & enormia labi delicta; dum Deū quasi absentem esse suspicantur, quemadmodum illi Israelitæ, qui abscondentes se intra cubiculum denso pariete circumdatum, execranda cō-
Ezec. 8. 12. mittebant facinora, quæ Deus Ezechieli fodienti illum parietem, manifestauit dicens: *Certe vides Fili hominis, quæ seniores domus Israel faciunt in tenebris vnusquisque in abscondito cubiculi sui, dicunt enim: non videt Dominus nos*: Dereliquit Dominus terram. Putabant miseri Deum dereliquisse terram, auolasse in cœlum, & parietem illum occultare eos ne viderentur ab ipso; illi qui dixe-
Iob. 22. 14. runt, *Nubes latibulum eius, nec nostra considerat*. Et
Prou. 7. 14. velut etiam adultera quæ dicebat; *Non est vir in domo sua, abiit via longissima*. Contra quam castissima sponsa ait, Falleris, O meretrix, Falleris, quia vir est in domo sua: & quamuis Christus vt homo via longissima abierit in cœlum, vt Deus tamen adhuc manet in terra; quia cœlum, & terram ego impleo dicit Dominus: semper vir est in domo sua: *En ipse stat post parietem nostrum*. Fode parietem creaturarum, & oculis fidei penetra Deum post illum latentem, & te videntem: quamuis sis in tenebris, & in abditis domus tuę; post parietem illum adest Deus, & post parietem corporis tui, intra te, velis nolis, contines illum, aut potius ille continet te. Respice fenestras, & cancellos huius parietis, nempe sensus, & vires quibus operaris, & per ipsos perspicies Deum esse præsentem, & te vndequaque circūspicere, vt nullo modo possis eum latere. Nunquid si tu vides, Deus non videbit? si tu audis Deus non audiet? si tu habes scientiam Deus ca-
Ps. 93. v. 9. rebit illa? audi quid de impijs referat Dauid: *Et dixerunt non videbit Dominus, nec intelliget Deus*. At quid respondet ipse? *Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem non audiet? aut qui finxit oculum non considerat? qui corripit gentes, non arguet? qui docet hominem scientiam?* Subaudi, nunquid carebit illa? Minime: nam corda, voces, & opera intuetur: *Et Dominus scit cogitationes hominum, quia vanæ sunt*. Tui ergo ipsi oculi, tuæ aures, & tua scientia fenestræ sunt, & cancelli per quos intueri potes Deum præsentem; & te videntem, qui hæc in te plantauit, finxit, &
Ps. 138. v. 6. Lu. 15. Mor. c. 5. operatus est. Nam, *Mirabilis* (inquit) *facta est scientia tua ex me*. Sed vt notat D. Gregor. sunt pleriq; ita hebetes vt formidare nesciant nisi quod corporaliter vident. Vnde fit, vt Deum non metuant, quem videre non possunt, & paulo post, sic tamen Deus latet in sua specie, vt tamen cognoscatur in sua operatione: sic cognoscitur in suo opere, vt tamen comprehendi non valeat agnoscendi æstimatione. Sic adest vt videri nequeat, sic videri non valet, vt tamen eius præsentiam ipsa sua indicia ostentent.

In omnibus igitur operibus tuis est sicut serui illi fideles de quibus idem Psalmista dicebat: *Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, & sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri*. Ps. 122. 2. Nec sine mysterio, non dicitur sicut oculi seruorum, vel ancillæ in facie, sed in manibus dominorum suorum multis de causis. Primo, quoniam vt paulo ante diximus Deus ita eminet super omnia retia, & cancellos creaturarum, vt facies eius clare videri nequeat, videntur autem manus, id est operationes, per quas illum adesse cognoscimus, deinde, ad denotandam humilitatem & reuerentiam, qua ante Deum esse debemus, serui enim, & ancillæ stantes coram dominis, maxime si principes sint, non figunt oculos in vultum eorum, sed infra illum reuerentiæ causa, præterea, quoniam ad hoc intuemur Deum præsentem, vt manibus eius accipiamus dona, beneficia, & auxilia, sine quibus nec esse, nec viuere, nec operari valemus; & vt etiam Dei opera imitemur, cum nos operamur, Denique cum temporales Domini non sint vbique præsentes fideles serui non respiciunt in oculos dominorum, sed in manus quia non seruiunt ad oculum, & tantum ob præsentiam; sed in omni loco, quia ab eorum manibus accipiunt sustentationem, & mercedem: at cum Dominus Deus noster sit vbique præsens, & si post parietem, respiciēdo ad manus, respicimus ad ipsum, qui manibus suis cuncta operatur vbique, & innumera confert beneficia ijs qui illum in omni loco reuerentur, & propter ipsius gloriam, quæ ei placent operamur, quibus tandem suam clare ostendet faciem in secula seculorum. Amen.

EXHORTATIO XII.

De triplici modo contemplandi Deum præsentem per cancellos creaturarum, scripturarū, & imaginum spiritualium rerum.

En ipse stat post parietem nostrum, &c.

ETsi in omnibus operibus nostris oportet Deum præsentem, ac testem intueri, vt iuxta eius beneplacitum fiant, maxime tamen in operibus vitæ contemplatiuæ, quæ ad ipsam æternam veritatem intuendam destinatur; de qua psaltes inquit: *Et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper*. Ps. 18. v. 15. Aduerbium autem *semper* referri potest vel ad omne tempus diei, quasi meditatio cordis cuncta diei opera facta in diuino conspectu comitaretur: sicut alibi dixit: *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper*, Ps. 15. v. 8. *& benedicam Dominum in omni tempore; semper laus eius in ore meo*. Ps. 33. v. 2. Vel referri debet ad tempus meditationi consignatum, quæ quamdiu durat, in Dei præsentia fieri debet, meditando toto corde, cognitione scilicet & affectu diuina mysteria in conspectu ipsius Dei.

Vnde quandocumque intras in cubiculum tuum adorandum Patrem cælestem in abscondito, quasi exhortans te ipsum magna fide, & cordi-

co[illegible] dicere ante omnia debes: *En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.* Dictio autem *en*, est quasi de[illegible] ac si digito ostenderet Deum præ[illegible] si post parietem domus absconditũ. [illegible] modo hæc diuina præsentia in ora[illegible] modus quo Deus noster adest animæ, dum orat, his verbis describitur.

§. 1.

Di[illegible]mus supra in exhortatione septima Deũ venire ad inuisendos in cõtemplatione iu[illegible] voce, & sono quasi salientis super mõ[illegible]es: nunc finis aduentus huius & per[illegible]nsummatio depingitur, cum inquit, *En* [illegible] *stat.* [illegible] enit n. saliens non vt statim pertranseat, sed [illegible] aliquandiu stet cum anima, quam vi[illegible] non semper, nec diu. Nam licet iuxta co[illegible]munem modum existendi in omnibus rebus perpetuo, & immutabiliter stet cum illis, tamen cum iustos in cõtemplatione visitat, & nouo modo incipit esse cum eis, quo antea non e[illegible] non semper stat, sed ad tempus breue, quam diu [illegible] placet, subitoq; recedit: iuxta illud: *Visitas eum diluculo, & subito probas illum.* Sed iterum regreditur saliens vt antea; stat, & recedit, vt hic etiam verum sit quod dixit Apostolis: *Modicum, & videbitis me, & iterum modicum, & non videbitis me.* Rursus, Deus dupliciter iustos visitat, aliquando per voces, quæ cito transeunt, cum aliquid loquitur ad cor, & subitam immittit inspirationem, vel illustrationem quæ instar tonitrui, vel fulgoris cito transit, eo modo quo quis amicum noctu occultus inuisens, aliquod verbum ei diceret, & mox recederet: alio modo visitat p cõspectum, dum se prospiciendum præbet per lumen desuper infusum, quod diutius durare solet, post quod familiaris sequitur allocutio, de priori visitatione dictum est: *Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens, &c.* De posteriori vero, *En ipse stat, &c.* En dilectus meus loquitur mihi. Vnde obseruat D. Greg. quod Dominus transiens vocauit cæcos, & illi etiam audierunt transeuntem, sed stans illuminauit eos, vt viderent. Nam præcedere solet Dei allocutio, & noster auditus quasi in transitu, & postea subsequitur illuminatio per visum cum maiori permanentia, quæ dicitur fieri Deo stante, quia per illam magis percipitur diuina stabilitas. Propter quod Eliphaz narrans visionem quandam dixit: *Cum spiritus me præsente transiret, stetit quidam cuius non agnoscebam vultum, ipse* (inquit Greg.) est qui transit, ipse est qui stat, transit, quia teneri cognitus non valet: stat autem, quia in quantum cognoscitur incommutabilis apparet, trãsire etiam dicitur, quia visio eius in hac vita cito finitur. Vnde de Moyse scriptum est quod tantum transeuntem Dominum, & transeuntem gloriam eius viderit; nec faciem, sed tergum, aut faciem manutectam, & non nihil in transitu eleuatam, vt illum ex parte videret, quia tantum se præbuit illi perspiciendum per fenestras, & cancellos, seu per fenestras non apertas sed cancellatas. Non enim vidit diuinam essentiam clare, sed aliquod lumen quod Dei gloriam, & maiestatem indicaret, sed iam quomodo hæc in contemplatione contingant explicemus.

[Margin: [illegible] 18. — Ioan. 16. 16. — Lib. 5 Mor. c. 21. Matt. 20. v. 1. Luc. [illegible] 7. alter hoc applicat D. Greg. — [illegible] v. 16. — Exod. 34. v. 22. & c. 35. v. 6.]

§. 2.

OPortet autem præmittere nostram contẽplationem, quia Deum conspicimus, vt in eius amorem accendamur, oriri potissime ex eo quod Deus prius prospiciat nos, & si per cancellos, quia suo prospectu nos illuminat vt se, & opera ipsius perspicue contemplemur, sicut testatur Ecclesiast. dicens: *Posuit oculum suum super corda illorum ostendere illis magnalia operum suorum, vt nomen sanctifi[illegible] collaudent, & gloriari in mirabilibus illius vt magnalia enarrent operum eius.* Id est, Respexit sicut pius magister in electos suos, vt ostenderet illi magnalia operum, vel quæ Deus fecit in mundo, vel quæ ipsi Dei auxilio operantur, vt eis perspectis cõllaudẽt nomen sanctum suum quod sanctificat nos, & glorientur non in seipsis, sed in mirabilibus, quæ pro nostra salute operatus est, illaque alijs enarrare gestiant. Hi sunt contemplationis fructus, qui ab oculis Dei nos prospicientis proueniunt, tamdiuque erunt stabiles, quamdiu Deus fixos super nos habuerit oculos misericordiæ suæ iuxta illud: *Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris, firmabo super te oculos meos.* Eccl. 17. 6. — Ps. 31. v. 8.

Diuino igitur lumine perfusus intueri debes mundum hunc visibilem tanquam vnum parietem à creatore fabricatum tot habentem fenestras vel cancellos quot sunt creaturæ, p quas se nobis prospiciẽdum exhibet, inuisibilia enim Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, insigniores quidem creaturæ, in quibus magis Dei maiestas splendescit, sunt velut fenestræ, vt cæli qui dicuntur enarrare gloriam Dei; & sol in quo Deus posuit tabernaculum suum, vt ibi à quærentibus inueniretur. Reliquæ vero minores creaturæ sunt velut cancelli, quia minus per illas manifestatur, sed simili proportione quælibet creatura maxime ex sublimioribus dici potest paries tot habens fenestras, & cancellos, quot habet proprietates maioris, aut minoris perfectionis, per quas deuenimus in cognitionem earum, quæ infinita eminentia supereminent in creatore. Et in hoc sensu elegãter explicat Origenes hunc locum iuxta versionem LXX. *Eminens super retia*, Quia tam magnus est, & excelsus vt supereminẽat omne ædificium, nec se totum animæ manifestet, sed per similitudines rerum sensibilium, quod hoc simili explicare possumus; si quis foris existens post parietem domus habentem multas fenestras reticulatas, eminentior esset omnibus illis, & altitudine sua attingeret, aut excederet superiora earũ, profecto ab existentibus in domo non videretur facies eius, sed aliquid corporis, vel inferioris faciei partis: sic cum Deus cuncta hæc creata longe supereminent, per ea non potest videri clare eius facies, sed nonnullæ ipsius proprietates, & attributa quæ ex creaturarum similitudinibus deducuntur. Ita catena patrum patrum. — Rom. 1. 20. — Hom. 3. & 4. in Cant. — Simile.

Quotiescunque ergo creaturas intuitus fueris, intuere creatorem post parietem illum existentem, & te prospicientem clare, exhortantemque vt per fenestras & cancellos illius creaturæ ipsum respicias, & agnoscas, eximiamque illius capias æstimationẽ. Vnde fiet quod visio creaturæ nihil tibi damni, sed potius multum afferat emolumenti. Meministi scriptum esse creaturas Dei factas in tentationem animabus homi- Sap. 14. 11.

hominum, & in muscipulas insipientium: mulieres enim sunt quasi retia, & laquei quibus irretiuntur, imo & suffocantur, cum inordinate concupiscunt eas. Ne ergo sint tibi in rete, vel laqueum, prospice creatorem qui post eas adest, seu in illis latet, sed *eminens super retia*. Quia omnibus creaturis dignior, speciosior est & amabilior, turpeque est propter minimam creaturæ

Sap. 13. v. 3 pulchritudinem, infinite supereminentem relinquere decorē creatoris. Quod si times creaturam propter eius fortitudinem, & potentiam, magis debes Deum, qui incomparabiliter fortior est & potentior quam illa. Si autem Deus fuerit tibi eminens super omnia creata, etiam eminens tibi erit super retia, quæ illis post Adæ pctm̄ sunt annexa; vt non sint tibi retia ad illaqueandos affectuum pedes, sed retia per quorum foramina intuearis creatorem, qui te ab his periculis liberabit, & eminentiorē faciet. Quod

Serm. 6. in Psal. 118. 3. sic explicat Diuus Ambrosius: oculus & sensus

Ier. 4. v. 21. nostræ fenestræ sunt, per quas aliquando intrat mors; cum scilicet vides, vel mulierem ad concupiscendum eam, vel thesauros aliorum ad excitandas cupiditates: sicut ergo per has fenestras introiuit mors, sic intrabit & vita, si videns mulierem, vel thesaurum, vel quidpiam aliud ad laudandum creatorem, vel ad congratulandum proximo, vel ad aliquod bonum opus efficiendum: hoc autem est habere oculos columbæ propter simplicitatem vidēdi: & oculos capreæ, propter acumen ad penetrandum id quod latet post parietem.

§. 3.

De prouidentia Dei. SEd adhuc est quod in his creaturis contempletis post quarum parietem stat Deus nos ipsos *Respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos*, vt nobis prouideat, & per has creaturas cuncta vitæ necessaria ac proficua administret. Vnde, & per illas tanquam per fenestras & cancellos suam nobis prouidentiam manifestat dicens:

Matt. 6. v. 26. & 28. *Respicite volatilia cæli*, quoniam non serunt, neq; metunt, neque congregant in horrea, & tamen pater vester cælestis pascit illa. Considerate lilia agri quomodo crescunt: non laborant, neque nent. Plura de hac prouidentia superius diximus, vt certo scias Deum stare post creaturas istas docens prouidentiam quam erga te habet, & eam exercens tuis indigentijs per illas abundanter succurrens, quod si aliquæ creaturæ tibi nocent, etiam post illas stat Deus te prospiciens, quia illud corporis nocumentum videt, & permittit vt in commodum animæ cedat. Idque amplius explicatur, si (vt quibusdam placet) in his verbis sponsæ metaphora desumatur à vinea vel horto, in quo fingitur esse sponsa; cuius septum esset ex materia arūdinea, vel vitili decussatim transuersa, ex qua fiunt necessario quidam cancelli, vel fenestellæ per quas diligens vinitor vel horti custos obseruat ne quid vineæ, vel horto accidat aduersi: ita igitur adest nobis Deus diligentissime prospiciens cuncta quæ nobis prodesse vel obesse possunt, vt sua paterna prouidentia nos custodiat, remoueat nociua, conferat salutaria, ad vtrumque autem creaturarum vtitur adminiculo, quæ in hoc libenter deseruiunt creatori. Si ergo Deus sic te per creaturas respicit, iustum est vt per easdem tu illum respicias, agnoscas, ames, & gratias a-

A gas, nec illis ad vllum finem ip[illegible] ad [illegible] taris.

Sed quia paries creaturarum multis est [illegible] densus vt per eum Deum agnoscant, sta[illegible] c[illegible] cretus post parietem sacræ Scripturæ, que[illegible] spectu Christi venturi diximus supra, e[illegible] vet[illegible] testamētum: At modo tam respectu De[illegible] Christi; vtriusque testamenti vnus est paries [illegible] *Luk. 10.* ius fenestræ sunt scripturæ clariores, & a[illegible] tiores, quæ nobis magis manifestant Dei naturam, maiestatem, potentiam, & charitatē, re[illegible] quasq; eius perfectiones, & opera quæ ab illis processerunt; cuiusmodi sunt Euangelia & noui testamenti fere reliqui libri. Cancelli vero stricta habentes foramina sunt scripturæ obscuriores: vel vti prophetarum libri, per quos perspicitur iam Deus à doctis, siue per fenestras à rudi[illegible] bus, quoties ergo ad legendum librum sacrum, vel pium accesseris, acue fidem, & dicito: *En[illegible] stat post parietem nostrum*. Id est, absconditus in[illegible]

B hunc librum: & per singulas sententias tanq[illegible] per fenestras, & cancellos me prospicit, er[illegible] & se mihi manifestat, & alloquitur, ad hoc enim stat vt de prope ad cor legentis loquatur; ita vt dicere possis, sicut mox dixit sponsa: *En dilectus meus loquitur mihi*. De quo statim, cæterum intelligere debes Deum etiam in Scriptura eminere super retia & cancellos; nam licet plura, & excellentiora de diuina maiestate, eiusque operib. manifestent, quam creaturæ, tamen adhuc eminentior est omnibus scripturis & cunctis cancellis, & sensibus qui in illis continentur, vt ex illis deducuntur; est enim incomprehensibilis, & ineffabilis, nec verbo aut scripto diuinitas eius vt est, declarari valet, sed semper maius est quod latet, quā quod externis signis patefacit.

§. 4.

PRæter hos duos modos quibus se communiter omnibus manifestat, est alius specialis innumeras formas, imagines, figuras, & internas

C repræsentationes continens, per quas tanquam per fenestras, & cancellos electis quibusdam in contemplatione se prospiciendum exhibet. Nā vt inquit D. Bernard. studiosis mētibus verbum sponsus frequenter apparet, & non sub vna specie, quia non videtur sicuti est, interim v. tanta " hæc formarum varietas, atque numerositas spe- " cierum in rebus conditis, quid nisi quidam sunt " radij Deitatis, monstrantes quidem quia vere sit " is, à quo sunt, non quoudam patribus crebra il- " la, atque ambitiosa diuinæ præsentiæ familiari- " tas dignantet indulta est. Nec ipsi sicuti est, se " sicut dignata est: nec vno omnibus modo, sed vt " ait Apostolus, multifarie, multisque modis. Hęc " Bernard. modus autem iste descriptus videtur *Ad[illegible]* ab Elipha in verbis supra citatis: *Stetit quidam* *v. 1. Iob 4. v.* *cuius non agnoscebam vultum, imago coram oculis meis.* Id est, non videbam vultum, & faciem illius, ita vt eum clare, & ea facie agnoscerem, hoc enim patriæ reseruatur: at videbam coram oculis in-

D ternis imaginem quæ mihi illum referebat, & per quam ipse se mihi manifestabat.

Et quamuis imaginem dicat, non vna, sed multiplex diuersis, aut eidem diuerso tempore apparere solet. Sicuti Diuo Iohanni se manifestauit CHRISTVS iam vt Sacerdos podere vestitus, iam vt agnus quasi occisus, iam vt eques sedans super equum candidum, iam alijs

varijs

varijs figuris per quas tanquam per fenestras & A cancellos diuina mysteria prospiciebat, de ijs tamen plura diximus supra circa versum illū: *Murenulas aureas seu similitudines aureas faciemus tibi.* Hoc tantummodo addamus in huiusmodi euentibus cum sponsa inquit, *En ipse stat post parietem*, significari quod ibi insinuauimus ipsum ēt Christum non tantum vt Deum, quia de hoc nullum potest esse dubium, sed etiam vt hominē, stare post illas imagines, & figuras sub quibus apparet cum electis suis familiariter cōuersans, quia sicut ad Christi Domini maiestatem, & authoritatem spectat quod à suo loco, & sede regia non recedat; ita cum certum mihi sit eius omnipotentię non repugnare in pluribus locis simul esse, eius benignitati & charitati maxime congruit quod aliquando amicos ipsemet inuisat, & sua eos dilaret præsentia: ille tamen externus habitus & ornatus, quo se manifestat vt nostræ se accōmodet imbecillitati, per imagines fit, & figuras vi imaginariæ hominis impressas.

Deus autem vt Deus, qui post hos cancellos B obscure se perspiciendum electis exhibet, hoc illis insinuat vt illum clare & apertis fenestris videre desiderent; quia nulla alia visione satiabitur eorum desideriū, donec clare appareat gloria eius. Vnde Moyses & si sæpius Deum vidisset per cancellos plurium similitudinum, & operū mirabilium, adhuc dicebat: *Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, vt sciam te.* Nunquid non sciebat? vtique, sed per speculū in ænigmate, & per imagines ac similitudines varias, sed quia his non satiabatur, faciem Dei videre sitiebat non per fenestras cancellatas, sed omnino apertas. Nos autem ita studeamus per fidei cancellos Deum videre, vt perficientes quę per fidem videmus, ad claram Dei visionem perueniamus.

Lib. ... hos ...

Exod. 33. v. 13.

Vided... ... Exhortationes 14. figuræ ad dignos cen... ... pe ... imagines.

Sed quoniam homo omnium est creaturarū nobilissima, in cuius mēte scripta est diuina lex & signatum lumen vultus Dei ostendens nobis C bona, in cuius etiam phantasia efformātur imagines res diuinas repræsentātes; hinc est de nullo melius quam de homine dici: *En ipse stat post parietem nostrum.* Et quid magis nostrum, quam nosmetipsi? tu ipse, ô homo, es domus Dei, tu paries fenestris & cancellis elaboratus, per quos prospicere potes Deum tuum, memoria tua fęcunda, intellectus perspicax, voluntas libera & ingenua, sensusq; tui, fenestræ sunt, & cancelli à Deo effecti in hoc pariete. Cum ergo vis orare, *Intra in cubiculum, & clauso ostio post te ora patrem tuum in abscondito.* Id est, intra in teipsum, & in cubiculum cordis tui; claude tamen fenestras & cancellos ad ea quæ sunt vana & inutilia, terrena mundana, & nociua; & aperi solum ad ea quę sunt proficua, cælestia & diuina, per quæ intueaturis Deū in abscondito cordis tui. Custodi et sensus corporis tui, & corpus ipsum, cōfigurans & conformans illud corpori saluatoris tui in cruce affixi, mortificationē, & stigmata illius vt dice- D bat Paulus, portans in corpore tuo. Huiusmodi enim mortificationis dolores, vulnera, & stigmata erunt tibi velut fenestræ & cancelli per quos facile videas Christum crucifixum, per cuius vulnera ascendas ad intuendā maiestatem ipsius, qui est Deus benedictus in sæcula, Amen.

Matth. 6. v. 6.

PARS SECVNDA LIBRI QVINTI.

De multiplici Dei vocatione ad varios virtutis gradus & status: ac de opportunitate legis Euangelicæ ad progrediendum in illis.

TEXTVS.

En dilectus meus loquitur mihi: surge Versu 10.
propera amica mea, colūba mea, formosa mea, & veni. Iam enim hyems V. 11.
transiit, imber abiit, & recessit, flores 12.
apparuerunt in terra nostra tēpus pu- 13.
tationis aduenit. Vox turturis audita 14
est in terra nostra, ficus protulit grossos suos. Vineæ florentes dederunt odorem suum. Surge amica mea, speciosa mea, & veni. Columba mea in foraminibus petrę, in cauerna maceriæ. Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora.

EXHORTATIO XIII.

De forma diuinæ vocationis in genere, & proprietatibus eius: quam vtile sit ei obedire, quam noxium non auscultare.

En dilectus meus loquitur mihi, surge propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni.

PRÆSENS sponsus, & si post parietem, prospiciens per fenestras & cancellos sponsam suā, eam alloquitur, vt vocat, miris coloribus depingens formā diuinæ vocationis ad varios status, gradus & modos virtutis seu perfectionis, quæ necessaria est non solum peccatoribus fine infidelibus, vt resipiscant, sed etiam cunctis iustis, tam proficientibus, & perfectis vt omnes surgāt à quouis defectu quem patiuntur, & properent ad quærendum quod sibi deest, & illud accipiant. Formam autem huius vocationis in genere explanant prima verba: *En dilectus meus loquitur mihi, surge propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni.* Dixerat prius: *Vox dilecti mei.* Non expressit quid loqueretur, fortasse quia vt infinuauimus, vox illa non erat articulata, sed sonitus & strepitus aduenientis, aut quia fuit valde concisa ad excitandum illam, vt cum attentius audiret eum propius adesset, quo modo Deus Adamum terruit & excitauit per vocem & sonitum quem veniens faciebat, vt iam diximus, Gen. 3. v. 8. postea vero distincte vocauit, & allocutus est In Exhor. illum, sic sponsa iam excitata quid sponsus lo-

Ccc 2 cutus

cutus fuerit, distincte refert. Sed vbi vulgata legit; *En dilectus meus loquitur mihi*: Vertuni LXX. *Respondet fraternus meus, & dixit mihi.* Cur autem ait: respondet, cum nihil illi sponsa locuta fuerit, interrogauerit, aut petierit in hoc aduentu? sed licet passim in scriptura respondere vsurpetur pro simpliciter dicere, tamen crediderim, hanc vocem non carere mysterio. nam cũ Deus loquitur, & dicitur respondere, esto non respõdeat ad voces externas interrogantis, respondet tamen ad internas cogitationes, & desideria audientis. Sicuti cum Pharisæus intra se; *Hic si esset Propheta, sciret vtique, quæ & qualis est mulier quæ tangit eum*: Et si nihil locutus exterius fuerit. Ait Euangelista: *Respondens autem Iesus.* Ad quid respondit? ad cogitationes cordis quæ non minus sunt illi notę, quam voces corporis. Cum igitur spõsa viderit dilectum stantem post parietem, & prospicientem per fenestras & cancellos, multa cępit animo reuoluere; an scilicet vellet intrare, quid ibi ageret, aut quid illam agere vellet; & tunc subdit; *Respondet fraternus meus*, Nempe ad ea quæ cogitabam, dicens. *Surge propera, &c.* Vnde diuina vocatio est quædam Dei interna allocutio, animę manifestans quod vult ipsam facere; multoties autem est quædam tacita responsio ad ea quæ in animo voluit, vt opportunior sit allocutio, in qua, tria potissime sunt perpendenda quæ supradicta verba insinuant. Nempe quis est qui loquitur & vocat; deinde quis ille qui vocatur, & cui fit locutio; & tandem quę dicantur illi, quam magna, quam iucũda, & quam vtilia, quæ tria si recte perpendas, relictis omnibus, vocanti mox obedies.

Luc. 7. 39. Mat. 18. 5. Est aliud Simile.

De dilecto vocante dilectam animam. §. 1.

ET quidem recte nũcupatur dilectus ille qui loquitur & sponsam vocat vt surgat, quoniam huiusmodi allocutio & vocatio nõ est Dei irati, sed pacati, nec tendit ad incutiendũ timorem qui terreat, sed potius ad excitandum amorem qui attrahat, vt ipsa locutionis forma satis indicat: sed quia dilectus plurima cõprehendit mirabilia & stupẽda, incipit dicens: *En*, quæ vox admirantis est & aliquid magnum indicantis, ac si diceret: *En Deus magnus ac terribilis super omnes Deos*; En Deus omnipotens in cuius ditione cũcta sunt posita, qui nutu suo in nihilum potest omnia redigere. En Deus immensæ sapientiæ & maiestatis, cuius magnitudinis non est finis, coram quo tremunt cæli potestates; en iste venit immense amore flagrans vt loquatur mihi; non vt olim per Moysem vel Prophetas, aut per angelos, sed per seipsum prophetarum magistrum, & angelorum Dominum. Rex qui fecit nuptias filio suo, & homo qui fecit cœnam magnam misit seruos qui inuitatos alloquerentur, & vocarent ad nuptias & ad cœnam: at modo ipsemet Rex, aut regis filius, ipse qui fecit cęnam magnam; ipse loquitur mihi, ipse inuitat, vocat, & dicit; propera & veni, olim populus refugiebat audire ipsum Dominum loquẽtem malens audire eius seruum: sic enim dicebat Moysi *Loquere tu nobis, & audiemus, ne loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. Loquebatur enim voce terrifica & tremendo sonitu*: at postquam dilectus venit in mundum carne indutus mauult Ecclesia audire

Mat. 22. 2. Luc. 14. 17. Exod. 20. v. 19.

vocem eius quam serui; dicit que illi: Loquere tu nobis Domine, & audiemus: n[illegible] nobis solus Moyses quia morie[illegible] ... loquere ne moriamur. Etenim Moyses loquitur legem, quæ Deo tacente mortem operatur: at Christus loquitur gratiam, quæ est virtus legis, & vitam prębet ad salutem. Lex antiqua erat lex timoris, & ideo proponenda erat per seruũ vocandi homines ad illam, qui vt timidi [illegible] dixerunt loquere tu nobis, & non Dominus, quia præcelsam eius vocem ferre nõ valemus. At lex Euangelica est lex amoris, & ideo per fi[illegible] erat edocenda, qui dilectus est patris: cui dicimus nunc: Loquere tu nobis Domine, & audiemus, nec moriemur quia verba vitæ æternæ habes. Sed quia Christus semel locutus est mundo, & recessit in cælum. *En dilectus meus loquitur mihi.* [illegible] est, ipsemet Spiritus S. cuius inspiratione locuti sunt prophetæ, ipse venit in linguis igneis vt suggerat mihi quæcunque dixerat Christus, ip[se] loquitur ad cor meum, & vocat me vt surgam, & abeam ad illum.

Sed hoc etiam est mirabile: quod tantus Dominus loquatur mihi, quę vilissima sum creatura, abiectus vermiculus, puluis, cinis, & fauilla, & tanquam nihil in conspectu ipsius. Sed hoc mirabilius; quod loquatur mihi non vt creator creaturæ, vel vt Dominus ancillæ, sed vt sponsus sponsæ, vt diligens dilectæ, ea mihi tribuens cognomina, quorum me omnino agnosco indignam: nam vnde hoc mihi vt ab illo nũcuper amica mea, columba mea, formosa mea? vere stupenda est diuinæ charitatis dignatio, tã præclaris nominibus animam condecorans, vt eam ad obediendum vocationi excitet, & ad quem finem vocatio, edoceat, amica dicitur, quia Deo est per gratiam reconciliata: & Deo parata obedire: *Nam vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis*: Et quia secretorum meretur particeps fieri: Nam *vos dixi amicos, quia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis.* Amica deniq; quia mutua est inter nos charitas, & reciproca dilectio, sed amica mea, quia ego ipse pretio mei sanguinis mihi te reconciliaui, vt deinceps mihi soli sis amica, non diabolo, non mundo, non carni, quia quicunq; voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituetur.

Ioan. 15. v. 14 & 15. Iac. 4.

Vocatur autem columba, quia intẽtione simplex, vita innocens, conuersatione mansueta, spirituali operatione & prole fœcunda, & vnico cælesti sponso fida, cui vt columba assimilari curat eius addiscens mores, eiq; continuo vniri satagens. Et ideo non solum columbam, sed meam appellat, quia mihi similem, mihi associatam; cuius spes non inuenit locum vbi extra me requiescat, sed in ipsa requiescet spiritus me[us] sicut columba, assimilans sibi illam. Denique formosam nuncupat, quia sanguine suo, & lauacro regenerationis mundauit, & splendore gratiæ, ac virtutum eam pulchram reddidit, sed meam, addidit, quia vniuersa eius pulchritudo ab ipso procedit, nam *perfecta*, inquit, eras in decore meo quem posueram super te, & meam rursus, quia oculis meis places, & totam me es formosa licet interdum coram hominibus nigra appareas & deformis. O felix anima triplici hoc titulo condigna, vel quam Deus vocat, vt eo digna fiat.

Gen. 8. v. 9. Iob 2. v. 32.

Quid

Quid sit surgere, properare & ad vocantem venire. §. 2.

SED iam qui sponsus loquatur, & inbeat, inspiciamus; tribus enim verbis, *Surge, propera & veni.* Phrasis enim Scripturæ est trino vocabulo aut trina eiusdem repetitione aliquam plenitudinem perfectionis, vel vehementiam affectus designare, cuius passim in hoc cantico exempla inuenies. Sicut ergo ad notandam eximiam perfectionem sponsæ triplici encomio vocatur amica, columba, & formosa, ita ad significandam nimiam celeritatem, & affectus vehementiam quam ab ea exigebat, ait: Surge propera, & veni. Et triplici cognomini triplex et ... imperium: ac si diceret; amica mea ... Columba mea propera, formosa mea veni. Surgere pertinet ad eos qui incipiunt; properare ad eos qui proficiunt; ad perfectos autem venire, & loco ad quem vocantur appropinquare, licet vnusquisque; etiam in suo gradu surgere debeat, properare, & venire, quia omnes inuitantur vt surgant, propetent, & veniant ad nuptias, ad cœnam magnam, ad ipsum Christum, & legem ac perfectionem Euangelicam quam tradit, sed nullus suis viribus sine Dei vocatione & ope hæc tria præstare poterit, ipsa tamen Dei vocatio hoc habet singulare vt ad id quod iubet, vires præstet, & sicut iubet quod vult, ita dat quod iubet, dummodo ipse homo consentire ac cooperari velit, si ad cœnam vocat claudus, pedes sanat vt ambulent; si cœcos, lumen præbet vt videant: si debiles, robur confert vt veniant; si pauperes ornatum exhibet vt decenter assistat, si ad montem iubet ascendere, ascendendi virtutem non negabit. Si properare præcipiat sicut ceruos, aut volare sicut columbas vel aquilas, pedes & pennas ad velociter currendum & volandum aptas sua vocatione largietur tantaque est eius virtus vt vocet ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, & si mortuo dixerit, surge propera & veni, statim surget sicut Lazarus, & etiam ligatus properabit, & ad vocantem veniet, nam *Vox Domini in virtute, & vox Domini in magnificentia.*

Etenim cum Deus loquitur, vtrumque eius vox habet, vt magna virtute & efficacia, magnifica & excelsa loquatur, vtrumque enim ad eius spectat dignitatem. Nam qui de terra est, de terra loquitur, qui autem de cælo est, loquitur cælestia, & qui Deus est loquitur diuina, vires præstans audienti vt percipiat, & sursum ad illa tendat: hoc enim significant verba, *Surge propera & veni.* Nempe ad præcelsa, & magnifica quæ tibi ostendo. Verba enim Dei sunt velut ignis, quæ corda inflammant, & mollificant vt quæ audiunt, melius recipiant. & ad illa consequenda sursum intendat, quod expetta est sponsa similis vocationis mentionem faciens cum ait; *Anima mea liquefacta est vt dilectus loquutus est.* Lxx. multique Patres legunt: *Anima mea egressa est in sermone tuo.* Id est, cum primum dilectus locutus est mihi, anima mea instar ceræ, vel metalli, à vehementi igne liquefacti, egressa est à seipsa, & cucurrit post sponsum vt ad eum veniret, & licet liquefacta sit, non est vt deorsum defluerit, sed potius vt feruens vehementi calore sursum tenderet instar ignis: cuius flamma quasi à terra fugiens surgit, & vehementius properat, vt ad sphæram suam, si posset, perueniret, & hoc indicant verba sponsi, *Surge, propera & veni.* Ac si dicat; indue ignis proprietates; ne iaceas in terra, sed surge, eleuare, celeriter propera, & ad me venias, in quo tantum quiescere poteris: quia facta es ad me, & inquietum erit cor tuum, donec peruenias ad me.

Sensus igitur huius vocationis in genere, huiusmodi est, surge ab omni eo, in quo es dissimilis mihi, & propera citò vt venias, & mei similitudinem assequaris, mecumque vnum fias, non explicat in specie vnde surgere, vel quo debeat properare, & venire, quia non eodem modo omnes iacent, vel eodem gradu similitudinis ad Deum veniunt, nec diuina vocatio & locutio eadem omnibus præcipit, aut confert vel suggerit. Cupit autem Deus omnes nos paratos & promptos esse ad obediendum cito voci eius, surgentes illico, vt quæ suggesserit opere compleamus: nam cunctatio nobis valde proficua, & nostra interest illa exequi. Vnde notanter iuxta Hebræicam phrasim hæc verba ita proponuntur; *Surge tibi, propera tibi & veni tibi.* Sed mysterium indicant, nam cum surgis, properas, & venis vt Deo vocanti obedias, non id Dei commodo agit qui bonorum tuorum non indiget, sed tuo maximo commodo, tibi enim prodest surgere, properare, & venire ad ipsum, & magnum inde lucrũ reportabis: vt huc titulo possit etiam dicere nobis, quod alia ratione dixerat hypocritis: *Cum ieiunaretis, & plangeretis, nunquid ieiunium ieiunastis mihi? & cum comedistis & bibistis, nunquid non vobis comedistis, & vobismetipsis bibistis?* Nam licet iusti cuncta operentur ex intentione placendi, non sibi, sed Deo, in quo differunt ab hypocritis, tamen per opera nullum afferunt lucrum Deo, sed sibi, ait ergo, surge, propera, & veni: quia hoc idem placet mihi, sed valde expedit tibi, nec hoc iubeo propter commodum meum, sed tuum, quia miserrima esses, si non surgeres, & ad me venires.

Nec arduum est quod petit, qui suo exemplo id præstitit: iam docuit, ipsaque sponsa contestata est, dicens enim, *En ipse stat, ecce iste venit saliens &c.* Quid ergo sponsus? ego semper sto post parietem tuum, & nunquam iaceo, & tu ergo à loco in quo iaces, sta mecum, sicut ego sto, stes in sanctitate, in illaque stabilis perseueres. Nec in tempore surgendi te trices, aut contristetis, vel pigrescas, sed cito extricare, hilariter surge, & propera venire. En ego venio ad te saliens in montibus & transiliens colles velut caprea hinnulusque ceruorum, surge ergo tu, & veni similiter saliens & transiliens magna pernicitate, & hilaritate, his enim conditionibus audienda est vocatio Dei, qui hilarem, promptum, & celerẽ diligit datorem, & cũ vocat nos Deus, ait Chrysostomus, tam celerem obedientiam quærit à nobis, vt ne momento quidem temporis remoremur, sic Apostoli, qui vocati à Christo, confestim relictis retibus & patre secuti sunt eum. Nonne cæcus, quem Iesus præcepit vocari, cum dixerunt ei, *Surge, vocat te.* mox *proiecto vestimento exiliens venit ad eum?* Quia ex ea vocatione magnum sibi emolumentum expectabat? non timebat vt caderet, & si cœcus exhilaret, quia ab ipso

Marginalia: Matt. 22. 2. Luc. 14. 16.; Rom. 4. 17. Ioan. 11. 41. Psal. 28. 4.; Ioan. 3. 31.; Ier. 23. 29.; Cant. 5. 6.; Sup. lib. 4. Iubent. 36.; Ex D. Aug.; Vide Titelmannum.; Zach. 7. 5.; Eccl. 2. 15.; 2. Cor. 9. 7. Hom. 14. in Matt. ante med.; Matt. 4. v. 20.; Marc. 10. v. 49.

ipso vocante dirigebatur vt surgeret, & propere A sine casu veniret.

Quomodo sit contemplanda forma diuina vocationis.

§. 3.

PRoposuimus iam tria quæ omni vocationi communia sunt, & quia sæpius Deus ad magna & ingentia opera intus nos vocat, summo conandum est studio audire, videre, & perpendere quid velit. Vt illud exequamur, instar illius prophetæ, qui dicebat: *Super custodiam meam stabo, & figam gradum super munitionem, & contemplabor vt videam quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me.* Desumit Metaphoram ab his qui super speculam stant custodientes arcem sibi commissam, attente spectantes an quis veniat, vel quid alios loquentes audiant: sta ergo vigilans super custodiam cordis tui, contemplans & videns quid Deus dicat tibi, seu loquatur in te, & intra cor tuum. Sed non casu propheta, non ait; vt audiam quid dicatur mihi, sed vt videam, licet vox non videatur oculis, sed auribus auscultetur, qua etiam phrasi dicit scriptura; *Cunctus populus videbat voces, & lapides & sonitum buccinæ, &c.* Ad significandum, vt notat D. Ambros. quod vox Dei interioris mentis videtur obtutu: locutio enim diuina dum verba profert, simul lumen infundit quo percipiantur interius, & singula perpendantur: nec solum intuetur quod dicat docendo, exhortando, vel consolando, sed etiam quid corripiendo, & repræsentando, vt videam (inquit) *Quid respondeam ad arguentem me.* Allocutio enim Dei aliquando arguit manifeste, & acriter, aliquando occulte & suauiter: & ideo attentio necessaria est vt percipiatur quid arguens dicat, & quid illi respondere oporteat, sicut in his verbis; *Surge propera amica mea, speciosa mea, & veni.* Non enim solum sunt exhortatoria, sed quodammodo increpatoria, ac si diceret; quomodo cum sis amica mea C non surgis? quomodo si columba mea non properas? cur formosa mea ad me non venis? quid ad hæc respondebis arguenti te? Vere dilectus, & summe diligendus qui iacentem animam, cunctantem, & segnem, amicam tamen appellat columbam, & formosam; eiusque moram his dulcissimis titulis blande coarguit.

Sta ergo & tu super custodiam tuam vt contempleris Deum venientem ad fores cordis tui, & vt videas quid loquatur tibi, & quid respondere valeas ad arguentem te. Contemplare omnes rationes quæ te compellunt audire vocem eius, & quod iubet, executioni mandare. Nempe quia is qui loquitur est dilectus Dei filius, vere ab omnibus summe diligendus: & quia sic tuam diligit animam, vt licet immentam, amicam vocet columbam & formosam: & insuper suam: & quia sua, ei teneris obedire, & ad ipsum venire, & quia per hoc quod præcepit, tibi est vtilissimum, eritque facillimum surgere & propetate, quia Ipse qui vocat, vires etiam ad id D præstat. Vide ergo quid respondere possis ad eum qui ita suauiter te inuitat, & arguit leuissimas moræ causas connectentem? numquid respondebis sicut postea sponsa personam peccatoris, aut pigrescentis agens: *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos:* id est, dormio in lecto voluptatis & pigritiæ, tegumine & molestia expoliatus, & te iucundus, quomodo surgam a hoc & ex hoc lecto vt iterum idem grauam animam, & meum splendorem amittam.

Sed væ tibi si tale responsum dederis Deo vocanti, sicut dederunt illi qui vocati fuerant ad cœnam magnam: nam forte non vocabit te secundo sed dicet tibi, sicut & illis: Amen dico vobis; *Nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.* Nam scriptum est in libro Iob: *Semel loquitur Deus, & secundo id ipsum non repetit.* Id est, sufficienter loquitur Deus id quod vnicuique est necessarium, & expediens, ita vt secunda iteratione, vel repetitione non indigeat. Hoc enim significat in scriptura dictio illa *semel*, quo sensu dicit crebro Christum semel pro peccatis nostris mortuum esse. Nullam ergo habes excusa- B tionem si Deo loquenti, aut vocanti non obedieris, siquidem sufficientissime tibi loquitur, & proponit id quod tibi expedit ad salutem, quod si tenuis audire expectans quod alio modo efficacius loquatur tibi, forte nollet, quia semel locutus est, nec placebit idipsum secundo repetere, & te iterum ad nuptias vel cœnam vocare, præterea cum duos modos prædefinierit Deus vocandi ad se homines vt supra diximus, aut per beneficia, aut per flagella, seu aut blande & suauiter inspirando, & dicendo quæ nos vult facere; sicut eum hic dicit: *Surge propera amica mea &c.* Aut aspere & acriter terrendo per horrificas minas, nisi id quod iubet fecerimus, qui sufficienter vocatur à Deo priori modo vocationis, & obedire tenuit, fortasse non vocabitur iterum eodem modo, quia semel loquitur Deus, & secundo id ipsum non repetit. Forte enim prædefiniuit huc tantum modo, & non alio vocare, quod si ea misericordia velit adhuc illum ad se trahere, loquetur quidem non repetendo id ipsum, sed alio diuerso modo per flagella, & acrem repræhensionem: sepiendo (vt dicit Oseas Propheta) viam eius spinis, vt reuertatur ad Deum qui tam blande ei loqui solebat, quod si nec isto modo audierit Deum loquentem & vocantem, timere potest terribilem illam vocem; *Curauimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam, & quia vocaui, & renuistis, ego quoque in interitu vestro ridebo.*

Cum ergo ignores quem modum prædefinierit Deus ad vocandum te, quandocunque audieris vocem eius, siue per blandam, siue per asperam locutionem, stude confestim obedire illi, ne forte decreuerit non repetere bis, quod semel dixit. Nam decretum eius immutabile est nec vnquam retractat. Denique quæ semel Deus reuelauit omnibus in sacra scriptura non est necesse vt secundo repetat, ea singulis reuelando, nec enim supremi numinis maiestatem decet plusquam semel ita loqui: sed ea singuli vt sibi dicta vsurpare debent, cunctas ergo Dei locutiones & vocationes, quas in hoc cantico, & in Euangelio, in aliisque scripturæ libris, audieris, tibi dictas existimato: & stans super custodiam tuam. Contemplare, cogita & vide quid tibi per illas Deus dicit, & quid vult te facere, vt id statim

Abac. 2. 1. Supra li. 2. Exh. 2. explicatus est hic locus.

In Hebræo est quid loquatur in me.

Exod. 20. v. 18.

In Proœmio Euangelii secundum Lucã.

Cant. 5. 4.

Luc. 14. 24.

Iob. 33. 14.

Lib. 1. Exhorta.

Osee 2.

Ier. 51. v. 9.

Prou. 1. 24.

Ita D. Greg. lib. 23. Moral. c. 11.

... ere ... ciar, & cum audis ſponſum di- A ... m: *Surge & propera amica mea, &c.* Tibi dictu ... ens, quid ſponſus præcipiat, diligẽter ... ra. Nam ſi peccator es, tibi præcipitur vt ... ſtatu peccati in quo iaces, ſurgas, & per opera pœnitentiæ properes & venias ad recipiendam ... itam, ſi incipiens es, vel pigritia laboras, id tibi iniungitur, vt ab imperfectionibus tyronum, & ab omnibus pigritijs ſurgas, & per opera tibi congrua properes vt feruorem Spiritus concipias, & ad ſtatum perfectorum peruenias. Quod ſi perfectus es, & iam vocaris, vt à ... in quo es, iterum ſurgas, vt vlterius progrediaris & Deo per contemplationem intime v..., vnde etiam aliquando vocaris vt à q... ntemplationis ſurgas, & ad lucrandos al... operes, ad hæc quatuor capita cunctæ ... ocationes quæ in his verbis continentur, ... uci poſſunt, quas per ea quæ de ſingulis mox ... icemus, contemplari te ſedulo oportet, nam ... recte eas percurreris, in eiſdem verbis vlti- B mam etiam inuenies vocationẽ vt à ſtatu mortalitatis ſurgas, & properes ad videndũ Deum, & recipiendum tuorum laborum condignum præmium.

Vnde conijcere licet quam breuis, quam ſublimis & cõprehenſiua ſit Dei allocutio, pauca enim verba proferẽs plurima per illa docet deſuper infuſo lumine, quo penetrẽtur, & ſi enim exterius tantum dicat: *Surge propera & veni.* Interius tamen illico, manifeſtat, vnde, quo, quãdo, & quomodo, & ad quid ſurgendum, properandum, & veniendum ſit, & quæ animæ vnico verbo inſinuat, ipſa plurimis vix explicare valet: cuncta autem quæ intus loquitur; ad hæc tria tendunt vt ſit fœlix initium, feruor in progreſſu, & perſeuerantia vſque ad finem, ad quã ſequitur adeptio gloriæ. Exhortatur enim vt anima ſurgat à malo in bonum, à bono in melius, à meliori in optimum, progrediẽdo non tarde ſed velociter, non tepide ſed feruide non in- C ſtabiliter, ſed perſeueranter, ſic currens vt tandem deſtinatum accipiat brauium, & in hoc diſcernitur diuina locutio à diabolica: vox enim inimici eſt vt qui ſtat, cadat à maiori bono in minus, à minori in malum, à malo in peius, properans in deteriora vſque ad obſtinatam, & peſſimam conſummationem. Vnde vox diaboli eſt; *mitte te deorſum, & hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.* Aliquando quidem manifeſte, aliquando vero ſub ſpecie boni, ſemper tamen ſtantem deiicere, & præcipitare conatur. Nam ſicut ipſe è cœlo cecidit ſicut fulgur, ita nos cadere cupit velociſſime, vt in profundum malorum venientes, cum ipſo ſimul pereamus. Ecõtra vero vox Christi ad eum qui cecidit eſt, hæc omnia non temporalia ſed æterna, tibi dabo, ſi ſurgas, properes, & venias ad me, qui te ſtare faciam, & beatum eſſe in ſæcula ſæculorum. Amen.

Mat. 4. v. 9.

EXHORTATIO XIV.

De vocatione animæ vt ſurgat à peccato in gratiam, & de gradu imperfecto in alium perfectiorem, & ab actione in contemplationẽ.

Surge propera amica mea, &c.

ADMIRANDA eſt Chriſti charitas in modo vocandi homines ad ſeipſum, quam ſatis explicuit in parabola de operarijs vocatis ad laborandum in vinea; dum noluit ſe nuncupare vineę Dominum, ſed patremfamilias, vt paternum ſuum indicaret amorem & ſolicitudinem erga omnes familias & nationes hominum. Vode & quater exijt ad vocandos eos qui ocioſi ſtabant in foro, ocioſi autem dicuntur ex duplici cauſa; peccatores quidem, quia nihil merentur, nec lucrantur, ſed vitam æternam condigne conſequendam: iuſti vero pigri, quia nihil proficiunt, ſed ſemper eodem modo tepide procedunt, ex parte vero ocioſi etiam dicuntur qui ſibi ipſis attendunt dumtaxat, cum poſſint alios lucrari, & Chriſti vineam quæ eſt Eccleſia, dilatare, & in maius incrementum perducere. Hos autem omnes merito pater-familias non ex odio, ſed amore increpat, dicens: *Quare hic ſtatis tota die ocioſi?* Non enim decet hominem, qui natus eſt ad laborem, ſicut auis ad volatum, ocioſam vitam degere, maxime cum vineam habeat quam excolar. Et ſi incultam relinquat, ſpinas & tribulos germinabit. De his ergo vocationibus nunc agendum eſt inchoando à duabus primis, vt duplex expellamus ocium, quod omnium eſt pernicioſiſſimum. *Mat. 20. v. 1.*

Pro vocatione D. Matt. Sauli, Magdalena &c. & pro vocatione Apoſtolorum.

De vocatione animæ vt ſurgat à peccato ...
§. 1.

CVM cœleſtis ſponſus velit omnes homines ſaluos fieri & ad agnitionem veritatis venire: omnibuſque dicat; *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* Non dubium quin omnibus aptari poſſit vocatio, quæ his verbis deſignatur, *Surge, propera & veni.* Et quidem ſi de anima lethifera labe infecta ſermo ſit, cum illa iacere dicatur in peccato, vel ſicut mortuus iacet in ſepulchro, vel languidus in grabbaro, vel dormiens in lecto, vel qui cecidit in luto; vocatur à Deo vt ſurgat à ſepulchro, in quo eſt mortua per culpam, vt viuat Deo per gratiam, à grabbato in quo eſt languida per vehementiam cupiditatum in ardentem febrem, & mortali languore pulſo veram recipiat ſanitatem; à ſomno peccati, & lecto pigritiæ, & euigilet in operibus pœnitentiæ; & à luto fœdiſſimo, cui hæret vt mundetur & pulchra D fiat. *Surge* (ait Paulus) *qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Vſquequo* (inquit Salomon) *piger dormies, vſquequo conſurges de ſomno tuo? & nunquid qui cecidit, non adiciet, vt reſurgat?* *1. ad Tim. 2. v. 4.* *Matt. 11. v. 28.* *Ad Epheſ. 5 v. 14.* *Pro 6 v. 9.* *Iſ. 24. v 20.* *Ier. 8. v. 4.*

Hoc igitur eſt quod ait cœleſtis ſponſus, *Surge, propera & veni.* Quod ſic interpretatur Diuus Ambroſius; ſurge à delectationibus mundi, ſurge à terrenis, & veni ad me quæ adhuc labo- *Li. de Iſaac & anima. c 4. & ſer. 6 in Pſal. 118. v. 5.*

 ras,

„ ras, & oneratae es, & solicita es quae sunt mun- A
„ di, veni supra mundum, quia ego vici mun-
„ dum. Surge à mortuis, exurge à vinculis, qui-
„ bus circundata tenebaris, exurge, quia ego lui-
„ tex tibi, solue vincula iniquitatis, quia ego sol-
„ ui tibi. Veni quia iam retia soluta sunt. Surge
Hom. 5. in Cant. (inquit Nyssenus) quia lapsa es in lubrico pec-
cati coeno, quae à serpente tuisti impetita, & ce-
„ cidisti in terram, & fuisti in lapsu inobedientiae,
„ & cur (inquit Origenes) ait surge? quia ego pro
Hom. 2. ex duabus in Cant. te sustinui rabiem, tempestatem & fluctus, qui
tibi debebantur excepi, tristis facta est anima
mea propter te vsque ad mortē. surrexi à mor-
„ tuis confractis mortis ianuis, & inferni vinculis
„ dissolutis, ideo dico tibi surge & veni, addit au-
tem, *Propera*, quia à peccato surgendum est ci-
to, & velocissime fugiendum ab illo sicut a pe-
ste, sicut à facie colubri. Non surgas, inquit, len-
te, sed velociter, nec momento temporis commo-
teris in peccato postquam agnoueris illud nam
& ego in primo meę conceptionis instanti, cum B
primum agnoui peccata vestra, odi illa, dolui
Isa. 8. v. 3. de illis & me ad mortem pro eis perferendam
obtuli. Ideoque vocatum est nomen meum: ac-
celera, festina, praedare.

Sed adhuc in his tribus verbis, *Surge, propera, & veni*. tres agnosce actus qui ad perfectam conuersionem & poenitentiam requiruntur, vt sensus sit: surge per fidem, propera per spem, & veni per charitatem, fides enim timorem excitat, quo peccator incipit surgere, spes vires auget vt properet ad obtinendam veniam, charitas autem contritionem perficit, qua fit conuersio in Deum à quo recesserat, vel aliter, surgit peccator per contritionem, quae si perfecta est, peccatum expellit; si imperfecta adminiculo sacramenti indiget, & ideo properat per confessionem, per quam peccatum foras euomitur, & gladio sacramentalis absolutionis perimitur.

Venit autem per satisfactionem, quia ablata C culpa, & insuper reatu poenae, nihil est quod detineat quo minus Deo per alia insignia opera perfecte appropinquet, nec incongrue haec tria per alia tria denotantur, quae Christus Dominus praecepit languido qui iacebat in grab-
Ioa. 5. v. 8. bato. *Surge* (inquit) *tolle grabbatum tuum, & ambu-*
Mar. 2. v. 9 *la, & statim sanus factus est homo ille, & sustulit grabbatum suum, & ambulabat*: spiritus languidus iacebat in grabbato corporis, passionibus agitatus in vitia, ad virtutes inualidos. Sed Christi omnipotenti virtute, surgit quidem per veram poenitentiam, quae illum sanum constituit, ablata culpa, tollit grabbatum super humeros, cum onus satisfactionis per corporis affectiones assumit; & aliquo tempore illo oneratus incedit, sed postea deposito grabbato expeditus ambulat, cum soluta poena debita, alia bona opera exercet, quibus properat, & Deo propinquius accedit.

Primam hanc vocationem ad hoc tendere, vt anima fiat Christi amica, formosa, & columba. §. 2.

SEd non paruam ingerit difficultatem, qua ratione sponsus animam peccatricem ad poenitentiam vocans, dicat illi; *Surge propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni* [illegible] trix enim non amica, sed inimica [illegible] ba, sed coruus non formosa est sed foeda.

Sed numquid Christus Dominus Iudam proditorem, non vocauit amicum? *Amice inquit, ad*
Matt. 26. v. 50. *quid venisti?* Qui ergo peccatorem obstinatum vocauit amicum propter pristinam amicitiam quid mirum quod nuncupet amicum eum, quē
ubi de exemplum. excitat, vocat & trahit vt amicum faciat? referenda enim sunt tria haec nomina non iam ad id quod anima habet, quam ad statum quem habuit post baptismum antequam laberetur in peccatum, ac si dicat surge tu, quae eras amica, columba, & formosa mea, vel referri possunt ad id quod sponsus dare desiderat, & vt statim det, efficaci inspiratione vocat, ac si diceret, surge & propera vt sis amica mea, vt sis columba mea, & formosa mea, quo vehementius eam allicit, vt velit mox à peccato surgere, vt ex inimica amica, ex coruo columba, ex foeda fiat B pulchra.

Sed subtilius Diuus Gregorius Nyssenus hoc *H[illegible]* vrget dicens, hic insinuari miram virtutem & efficaciam diuinae vocationis, quae in ictu oculi operatur quaecumque vult, sicut enim cum primum Christus dixit adolescenti, surge: & Lazaro, veni foras: & paralytico: tolle grabbatum *Dei [illegible]* tuum & ambula: statim haec omnia sine vlla mora peracta sunt: sic etiam sua efficaci inspiratione, ita potest tangere cor peccatoris, vt mox *apert[illegible]* in eodem momento consentiens, à peccato viuus, & sanus surgat & formosus. Ita etiam (inquit Nyssenus) cum primum dicitur animae, *Surge & propera*, audit iussum, verbo confirmatur & roboratur, excitatur, accedit, appropinquat, pulchra redditur, columba nominatur. O vis diuini iussus & imperii, ipse dixit & facta sunt, mandauit & creata sunt. Nonne Matthaeus publicanus ad primam Christi vocem sur- *Mat. [illegible] v. 9* gens, relictis omnibus secutus est illum, & qui C erat niger sicut coruus, factus est speciosus sicut columba! Numquid non Saulus persecutor, *Act. [illegible]* cum audiuit Dominum dicentem: *Ego sum Iesus Nazarenus quem tu persequeris*, illico respondit, *Domine quid me vis facere?* Et ex persecutore amicus Christi est constitutus? crediderim Magda- *Lu. 7. v.* lenam, hanc in corde suo audisse vocem; Surge propera & veni: moxque tanto feruore consensum praestitisse: vt amica, columba, & formosa simul sit reddita.

Ad hanc ergo efficaciam diuinae vocis declarandam, simul cum verbo vocantis, amicitia & pulchritudo animae quae vocatur, coniunguntur, quae celeriter obediens, celeriter est in melius commutata.

Et haec est peculiaris ratio ob quam hic vo- *Cur voce-*
tur columba. cetur *columba*, vt affectus & modus vocationis
Lib. 4. Exhort. ex plura de columba dicuntur. exprimatur. Columba enim primo impetu pernici volatu alias aues superat. Vnde Dauid ad velociter fugiendum alas columbae desidera- D bat, bene ergo vocatur columba quae pernici-
Ps. 54. v. 7. ter à peccato fugit, à morte surrexit, & prope-
Cant. 5. v. 12. rauit, vt ad Christum qui vita est, perueniret, columba etiam maxime munditiam amat, & sordes horret, vt aquam limpidam quaerat, ex qua bibere, & se lauare queat, quare in hoc cantico oculi dicuntur sicut columbae super riuulos aquarum. Tetrum item odorem horret,

gratum,

[illegible] autem sic auide sequitur, vt teste Diuo [illegible] propter illum sæpe domicilium mutet, [illegible] & cadauerum pastum tenuit, lolijsque se[illegible] granis vescitur: sic anima à Deo potenter [illegible] cata, & præmota, cœnum & tetrum odorem peccati horret, & fugit: munditiam cordis a[illegible], & amplectitur, aqua diuinæ gratiæ per sacraměta se lauare, & potare studet, & postChristi odorem sic properat vt domicilium mutet, aut potius quæ domicilium erat Diaboli, fiat domicilium Spiritus sancti, qui etiam per columbam designatur, & sibi similem columbam facit, ac [illegible] mundi columbatio ad Christi columbarium [illegible] ansfert, in cuius Ecclesia, & domicilio [illegible] degere semper appetit, nihil im[illegible] ed tantum quod selectum est in ci[illegible] tualem assumens: in hoc etiam se præ[illegible] lumbam, quæ gemitum præ cantu ha[illegible] uod peccata commissa gemens, lachrymis [illegible] ans formosa fit per charitatem, vt immaculatum cum Christu ineat connubium. Esto [illegible] & tu Christi columba; & cum primum [illegible] eris vocem eius: *Surge, & propera*; Fuge [illegible] aquas peccati, & bibe limpidissimam a[illegible] gratiæ. *Quid tibi vis cum via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? & quid tibi cum via Assyriorum vt bibas aquam fluminis? arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te.* Huiusmodi enim aqua mundi turbida erit tibi in perditionem, qui noluisti Christi esse columbam.

Habet enim emphasim magnam pronomen illud *Mea*, cum dicitur columba mea, quomodo paulo post dicitur etiam, *Columba mea in foraminibus petræ*. Multæ enim sunt columbæ ad Christum non pertinentes quæ Ægypti & Assyriorum aquis turbidis potantur, de quibus Oseas Propheta ait: *Factus est hic Ephraim sicut columba seducta non habens cor, Ægyptum inuocabunt, ad Assyrios abierunt.* Illi enim qui partes sunt Ecclesiæ, quæ vna est Christi columba, & per baptismum Spiritum sanctum receperunt, eiusque charitate sunt consignati, sed seductori diabolo assentientes, in grauia delicta prolabuntur, columbæ quidem sunt, sed seductæ, non habentes cor, nec sanam mentem; non cordati sunt, sed excurdes, eo quod non imitantur columbam in eo quod dignum laude habet, sed in eo quod ipsi est noxium. Columba enim sicut eo volatu est velocissima, ita corde est tardissima, nec magnopere curat aucupem retia tendentem aut cernere, aut fugere, vt quodammodo in retia quasi sponte sua incidere videatur, & cum reliquæ aues pugnent vt pullos tueantur. Columba tamen (ait Diuus Hieronymus) ablatos pullos non dolet, nec requirit: sic peccator breui, ac fallaci quadam boni specie capitur, caducaque voluptatula illectus, vltro sese in laqueos, & in ipsas crudelissimorum hostium manus conijcit; à quibus cuncti illius pulli, & bonorum operum fructus destruuntur; sed ipse nihil curat, ac si ad eum non spectaret. Vere filius Euæ, quæ columba fuit à serpente seducta & dilacerata, vecordiamque suam in posteros traduxit, propter quod dicebat Paulus, *Timeo ne sicut serpens Euam seduxit, ita corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate, quæ est in Christo Iesu.* Id est, timeo ne amittaris veram simplicitatem columbæ, & fitis sicut columba seducta, excors,

& quæ maior vecordia, quam relicto vero Deo, inuocare Ægyptum, & in arundineo hominum brachio, auxilioque sperare? aut abire in viam Assyriorum, quæ in gehennam ducit, qui vocatus erat, vt ad Christum, & eius regnum perueniret?

Vocare libet huiusmodi transgressores columbas agrestes, quæ non sicut cicures & domesticæ columbaria propria habent, vbi securius manent, filios procreant, & nutriunt, sed potius per agros vagantur, & commorantur in illis: ita pia anima, quæ hic dicitur, *Columba mea*, id est, cicuris & domestica Christi, in cuius columbario, quod est in Ecclesia perpetuo commoratur, & in eius vulneribus tanquam in foraminibus petræ nidificare, dicitur, nec ad alia domicilia diuagatur, sed ipsi semper adhæret, at peccatrix & infida anima vt agrestis columba, Christi domicilium ignorat, nec eius legibus astringi patitur, contra quam Prophetæ insurgunt dicentes: *Abiit vagus in via cordis sui, & vsquequo delitijs dissolueris filia vaga, & væ prouocatrix, & redempta ciuitas columba.* Id est, væ tibi, ò anima, quæ cum redempta sis à Christo, eique per gratiam aliquando vnita, prouocas modo iram eius, eo quod sis sicut columba seducta, & excors, quæ te facile capi sinis, & ab inimicis tuis gemens, & murmurans vt columba, captiua duceris.

Audi ergo dilecti vocem dicentis, surge, propera, & veni, vt sis columba mea, non excors, sed cordata: nam Dei allocutio columbæ restituit cor, vt semper apud sponsum manere velit, ne cuncteris surgere, properare, & venire, quia non sola venies, sed à vocante adiuta, nam ideo (inquit Diuus Bernardus) non dixit, vade, sed veni; vt significaret quod simul cum illa ipse esset venturus; ac si diceret veni mecum, quo ego te ducam, ego tibi manum porrigam vt surgas, pedes perficiam, vt properes, & per viam deducam, ne erres; nam cum simplicitate columbæ dabo tibi prudentiam serpentis vt cuncta sine deceptione perficias. Sed quoniam scriptum est, *De propitiato peccato noli esse sine metu.* Oportet te sæpius hanc Dei allocutionem intra cor tuum inuocare; ac si quotidie tibi diceretur, surge & propera, ac veni, vt qui semel à peccato surrexisti, iterum atq; iterum amplius surgere satagas, quia scriptum etiam est; *Ne verearis vsque ad mortem iustificari, & qui iustus est, iustificetur adhuc*: Et propera pœnitentiæ properare non cesset donec vocetur ad altiora.

De secunda vocatione ad proficiendum magis in virtutibus. §. 3.

ET enim postquam anima à peccato surrexit, & iustificationis gratiam adepta est, nouo modo sponsus eam vocat, dicens; *Surge, propera, amica mea, &c.* Quasi ad maiora virtutis incrementa eam excitans, & excellentiorem adhuc viam illi demonstrans, quæ est via charitatis & dilectionis ex vno gradu in aliũ excellentiorem progrediens, ac si dicat: surge è lecto pigritiæ, quæ soporem immittit: nec sis vt piger qui vertitur in suo lectulo, sicut ostium in cardine suo: ne hæreas terræ per vllam ad res terrenas inordinatam affectioné, sed cito surge, tor-

potem

Margin notes: Ier. 2. v. 18. — Isa. 57. v. 17 / Hier. 31. v. 22. — Sophonia 3. v. 1. — Nahum. 2. v. 7. — Serm. 58. in Cant. — Eccl. 5. v. 5. — Apoc. 22. v. 11. Motiuum huius vocationis ponitur infra Exhort. 16. — Prou. 19. v. 15. & c. 26. v. 14. — Cant. 2. v. 14. — Osee 7. v. 11. — Gen. 3. v. 4. 2. Cor. 11. v. 3.

potem excute, terrena depone, propera & magno feruore ad me per iugem imitationem venire festina, quia dignum est (inquit Diuus Gregorius) vt quicumque ad amorem Christi properat, cordis torporem, quantum potest, ab iciat, & se ad æterna consequenda celeriter accingat. Ideo enim sanatur languidus, paralyticus, aut claudus, vt ambulare, currere, & salire valeat. Vnde non tantum ei dicitur, quod surgat, sed etiam quod ambulet, & sponsæ non solum dixit surge, sed propera & veni, quasi dicat, ait Nyssenus, non tibi sufficit à lapsu solum erigi, sed etiam progredere per virtutum profectum, cursum peragens in virtute. Nec quomodocumque est progrediendum sed festinanter, vt simus, sicut monet D. Paulus, *Solicitudine non pigri, spiritu feruentes, Domino seruientes, vt non segnes efficiamur, verum imitatores eorum qui fide & patientia hæreditabunt promissiones.*

Hie. — *Ioan. 5. v. 8. Mat. 9. v. 5. Act. 3. v. 6.* — *Hom. 5. in Cant.* — *Ad Rom. 12. v. 11. ad Heb. 6. v. 12.*

Tanta est autem humani cordis imbecillitas, vt nisi à Deo sæpius excitetur, & ingi auxilio præmuniatur, mox vel cadat, vel sistat gradum, aut segniter progrediatur, ideoque oportet audiat Deum loquentem sibi, *Surge propera & veni.* Sicut & sponsa non semel tantum, sed iterum se audisse testatur, vt paulo post videbimus, at si super custodiam cordis tui steteris, audies Deũ in te isthæc crebro loquentem, & quia tuam exigit cooperationem, tu ipse quotidie dicito tibi, surge velociter, dicens nunc cœpi, propera celeriter, quæ retro sunt obliuiscens, ad ea vero quę sunt priora extendens te ipsum: veni perseuerantem sequendo Christum, nec deficias donec ad ipsum peruenias: quo propius accesseris, eo velocius properare debes; instar corporum grauium quæ dum proprium centrum petunt, quo illi sunt propinquiora, eo concitatiori feruntur cursu sic cum ad Deum tendas, qui centrum est, & vltima quies animæ, quo magis ad illum per imitationem accesseris, eo feruentius sanctis operibus properare debes, & in hoc, inquit Bernardus, scias te esse perfectum, si indefessum habueris proficiendi studium, & iugem ad perfectionem conatum. Nam quantumuis profeceris (inquit Augustinus) non debes vnquam dicere sufficit: hoc enim est quasi de via velle exire, & in fine quiescere, quod potius est deficere. Cum Paulus & si perfectus dixerit, ego non me arbitror comprehendisse, aut perfectum esse, sequor autem si quomodo comprehendam. Quod D. Leo Papa confirmat dicens: natura nostra, manente adhuc mortalitate, mutabilis, etiamsi ad summa quæque studia prouehatur, semper tamen, sicut potest habere quo recidat, ita potest habere quo crescat. Et hæc est perfectorum vera iustitia vt nunquam præsumant se esse perfectos, ne ab itineris nondum finiti intentione cessantes, ibi incidant deficiendi periculum, vbi proficiendi deposuerint appetitum.

Ps. 76. v. 11. Ad Philip. 3. v. 13. — *Epist. 254.* — *In id Psal. 69. Adiutor & protector.* — *Ad Philip. 3. v. 12. Serm. 2. Quadrag.*

Sed si scire desideras in quibus tibi potissimũ proficiendum sit, hæc ipsa verba sponsi indicãt, D in tribus præclaris sponsi cognominibus ac si diceret, surge, & propera, vt sis magis amica, purior columba, & amplius formosa, & quia iuxta supra dicta, amicitia Dei obedientia perficitur. Nam *vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis.* Si creueris in obedientia, cresces in Dei amicitia;

A imo in omnibus virtutibus, quia teste [illegible] no, obedientia illas menti inserit, [illegible] custodit, quotidie ergo amplius surg[illegible] die animam tuam castificaberis in obedie[illegible] charitatis, quæ omnem ref[illegible]git m[illegible] mnem inducit virtutis splẽdorem. S[illegible] crescere debes in simplicitate & [illegible] bæ, vt amicitia tua columbina sit, ad vn[i]cum & simplicissimum finem, qui Deus est propter seipsum dilectum, intẽtionem eleuando; proficere autem in defæcata & pura intentione, est proficere in omni virtute, quia intentio radix est o[mni]næ operationis. Vnde si oculus fuerit [sim]plex, totum corpus tuum lucidum e[rit] & q[uo magis fuerit] simplicior, eo corpus erit lucidius, sed adhu[c] [illegible] terius debes crescere in formositate, & pu[lc]h[ri]tudine interna, quæ instar externæ in debita cu[n]ctarum partiũ propositione consistit, id est, om-
B nium cogitationum, affectuum, verborum [&] actionum proportionem seruat, vt prudent[er] fiant quando & quomodo oportet, vt Dei am[i]cum decet, iuxta simplicissimum finem sib[i] p[er] intentionẽ præscriptum. Crescere autem in ha[c] formositate, est crescere in omni virtute, sine qua perfecta pulchritudo non inuenitur, q[uæ] omnia complexus videtur Apostolus cum [illegible] hoc oro vt charitas vestra magis ac magis abundet in scientia, & in omni sensu, vt probetis p[o]tiora, vt sitis sinceri & sine offensa in diem Ch[ri]sti, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum in laudem & gloriam Dei. Abundãtia enim ma[iori]s charitatis, ad maiorem amicitiã spectat, syncer[i]tas sine offensa, ad columbæ simplicitatem; repletio fructus iustitiæ, integre formosam reddit animam, quæ tunc properat, cum potiora probat, & sibi assumit, sed cuncta sunt per Iesum Christum, & in ipsum: nam ideo vocat eam meã amicam, meam columbam, & meam formosam, quia in his omnibus illum imitatur, & ad eius efformatur similitudinem.

Vide sup[ra] — *D. Th[o]m.*

C *De vocatione ad opera vitæ contemplatiuæ. §. 4.*

ALITER explicat Diuus Bernardus hæc tria vocabula accommodans ea tribus personis, de quibus Diuus Ioannes dixit: *Diligebat autem Iesus Martham, & sororem eius Mariam & Lazarum.* Vt amica quæ instar Marthæ Christo inseruit in operibus vitæ actiuæ. Columba vero quæ gerens Lazari personam pro quotidianis delictis & defectibus in oratione gemens, diuinam sibi non cessat conciliare misericordiam. Formosa vero, quæ Mariæ partem elegit, & cælesti desiderio fulgens supernæ vacat contemplationi, qui tamen omnes in Bethania degunt, quod interpretatur domus obedientiæ, & ideo diliguntur à Christo, cui cuncta hæc placent, cum iuxta Dei beneplacitum per obedientiam fiunt. Ad hos igitur qui membra sunt vnius Ecclesiæ fit præsens allocutio, quia omnes Dei indigent vocatione & auxilio, vt singuli munus sibi iniunctum peragant, & in eo in dies proficiant.
D

Sed nonnihil dicamus de Maria, & anima contemplatrice, cui peculiari dilectionis significatione dicitur: *Surge, propera, & veni.* Super te ipsam, eleuans te superne. Surge à terra in cœlũ, à visibilibus in inuisibilia, à creaturis in creatorem. Et cum meditaris scripturas surge etiam de litera

Ex D. Ambros. serm. 6. citato.

[illegible] ad [illegible]piritu[illegible], de figura ad veritatem, surge A [illegible] [illegible]per eleuat[illegible] mentis intentionem, vt D[illegible] [illegible]ræsentem intuearis, cum quo tibi conne[illegible] [illegible]n [illegible]st. Sed propera valde, quia longissima e[illegible] distantia inter hæc extrema, & celerrim[illegible] [illegible]ursu, vt pe[illegible] transeas illam, properet ergo [illegible]us discursu & meditatione ad cœlestia, & [illegible]a, vt conuersatio ipsius in cœlis sit. Sed qu[illegible]e[illegible]o surgere posset, nec properare, nisi prius [illegible]e Deus veniret, & manum illi ad surgēdu[illegible] porrigeret, ac secum duceret, ideo stans post [illegible]etem prupe fores domus, ait, *Veni*, id est [illegible] ad me magno voluntatis aff[illegible]ctu, vt [illegible]ias & ad superna ascēdas; eo modo [illegible] dixit beato Ioanni; *Veni, & osten*[illegible]*ans vxorem agni, & sustulit me in spiritu* [illegible] *magnum & altum, & ostendit mihi ciuita*[illegible]*em descendentem de cælo*. Et iterum vidés [illegible]pertum in cœlo audiuit vocem dicen[illegible], *Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri* [illegible]*c*. (Apoc. 21. v. 9.) (Apoc. 4.) B

[H]u[illegible]c autem perfecte est anima, amica, col[illegible]a, & formosa. Amica quia reuelantur ei se[illegible]a [illegible]cœ[illegible]stia, quæ non nisi amicis communi[illegible]n[illegible]r. Columba, quia Spiritui sancto sociatur, [illegible] fœcundatur donis & gratijs. Formosa; quia pu[illegible]hi[illegible]æ Rachelis fruitur amplexibus Deo summe pulchro vnita vinculo amoris, quæ tria vide[illegible] ut complexus Christus Dominus cum beato Petro post insignem illam confessionem de ipsius diuinitate dixit; *Beatus es Simon Var Iona, seu Var Ioanna vel Ioannis*. Nomen enim Simonis, quod est obediens ad amicum refertur. Var Iona est filius columbæ Var Ioannis est filius gra[illegible]tiæ, in qua consistit animæ pulchritudo, sed non incongrue hæc tria aptabimus tribus discipulis quos Christus Dominus assumpserit, & duxit secum in montem excelsum seorsum, & trāsfiguratus est ante eos. Nempe Petrum, Iacobum & C [I]oānem. Vt Petrus referat eos qui per obedientiam sunt fidei Christi amici; Iacobus vero eos qui simplicitate pollent colūbina; Ioannes autem eos quos ornat eximia pulchritudo gratiæ, & [c]haritatis. Huiusmodi assumuntur à Christo & vocantur à dilecto dicente illis; surge propera & veni mecum ad montem excelsum, & à tu[illegible]u separatum diuinæ contemplationis: vbi C[illegible]stus transfiguratur ante illus, id est, varias fi[illegible]as assumit, quibus se illis ostendit, iam vt g[illegible]io[illegible]us, iam vt crucifixus, iam vt puerulus: nec [illegible]s ipse venit vt contemplatiuam animam vi[illegible]t, [illegible] alios sanctos secum affert, sicut attulit M[illegible]em, & Eliam cum magna claritate & ma[illegible]tate, nam etiam sancti se transfigurant varias assumentes figuras vt electos amicos in cōtemplatione visitent, ex Dei tamē ordinatione, sine qua nihil horum possunt facere, sed de huiusmodi apparitionibus & trāsfigurationibus iam diximus ad calcem exhortationis duodecimæ, D vnum tamen addendum est ex his quæ nunc dicit sponsa. (Matt. 17. v. 1.)

Cum enim in huiusmodi visionibus quæ per cancellos obscure fiunt, aliquæ contingere possint illusiones ex astutia Sathanæ transfigurantis se in Angelum lucis; secernendæ sunt vere à falsis, ex verbis quæ in illis loquitur persona quæ apparet; Nam qualis vnusquisq; est, talia loquitur, & loquela sua manifestum illum facit. Vnde A sicut Apostoli videntes Iesum [illegible]bulantem super mare, putauerunt phantasma esse, & turbati sunt valde: at cum Iesus statim locutus esset eis dicens: *Habete fiduciam, ego sum, nolite timere*; agnoscentes eum ex voce deposito timore lætati sunt: sic multoties cum turbat visio, sedat locutio, quia ex modo loquendi manifestatur loquentis maiestas, ex his quæ loquitur sapientia, & sanctitas; ex suauitate vocis scopus visitationis. Vnde sponsa post quam dixit, *En ipse stat post parietem nostrum*, &c. Mox refert verba quæ ab ipso audiuit dicens: *En dilectus meus loquitur mihi, surge*, &c. Quasi confirmans vere sponsum esse qui stabat post parietem, ex locutione & verbis quæ dixit illi. Sponsa (inquit D. Bernardus) prius agnouit respicientem per fenestras, & postea loquentem audit; quia si respexisset, & minime locutus fuisset, suspectus poterat esse ille respectus, ne forte magis indignationis foret quam dilectionis. (Matt. 14. v. 26.) (Ser. 57. in Cant.) B

Sed cum Deus visitans animam dulcibus nominibus eam compellat, videlicet, amicam, columbam, filiam, aut sororem, formosam, sponsam, &c. inspiciendum est qualis sit anima, cui hæc dicuntur, & qualem effectum in ea operētur, tunc enim à Deo, eiusque spiritu procedere noscuntur, cum ea fulget puritate, vt his nominibus nū sit indigna, vel cum per illa ad hoc inducitur, vt surgat, properet, & ad Deum propterus veniat, & accedat, firmiusq; in bono stet, & proficiat: & præterea cum huiusmodi compellationes non inanem gloriam, vel sui complacentiam, aut præsumptionem generant, sed potius verecundam confusionem, & stuporem diuinæ maiestatis, vilissimæ creaturæ ita suauiter loquentis. Denique tot sunt signa Dei loquētis, quot sensus graues, & heroicæ sapientiæ & sanctitatis continent verba quæ in hac locutione C miscētur, & quot rationes affert, ad id quod intendit persuadendum, vt cum ait; *Iam enim hyems transijt*, &c. Quæ autem à Sathana in Angelum lucis transfigurato procedunt locutiones, contraria insinuant, contrarios effectus efficiunt, & longe diuersos fines intendunt, vt anima seducatur & corruat. Sed quoniam de huiusmodi vocatione ad quietem contemplationis expressior fit mentio paulo post, cum iterum dicitur, *Surge, & veni, columba mea in foraminibus petræ*, &c. Ibi fusius de illa disseremus.

EXHORTATIO XV.

De vocatione ad lucrandas animas, quibus, & quo tempore, & modo communicatur.

D Surge, propera, amica mea, columba mea, formosa mea, & veni.

POst præcedētes vocationes recto ordine sequitur quæ ad lucrandas animas destinatur, cuius tractationem inchoare libet à speciosissimo typo Deiparæ virginis, postquam Dei filium in se concepit, cuius allocutionem mox præsentit, vt his verbis sponsæ continetur: En dilectus meus loquitur mihi: *Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni*. Nonne amica, (Pro Festo Visitationis B. Virginis.) (Luc. 1. v. 39.) (Luc. 1. v. 28)

amica, columba, & formosa, cui Angelus dixit: *Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus*. Singulariter es amica propter singularem gratiam, quam inuenit, quia gratia plena, columba, propter inhabitantem in ea Spiritum sanctum, quia Dominus tecum: & adhuc Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: formosa propter decorē virginitatis cum fœcunditate mox futuræ prolis, quia benedicta tu in mulieribus. Et ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Eua fuit inimica Deo propter præcepti transgressionem, vipera marito, propter iniquam peccati persuasionem, deformis sibi, propter ignominiosam animæ nuditatem, & carnis rebellionem: at tu ex aduerso Euæ, es præcellenter amica, propter insignem obedientiam qua dixisti: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum*. Es columba toti mundo, B cui ramum oliuæ, auctorem pacis & reconciliationis attulisti: es formosa propter ingentem fidem & gratiam, qua sine damno pudoris inuenta es mater Saluatoris. Eia ergo amica, columba, & formosa mea, surge à quiete contemplationis: qua tot annis posita es, tum in templo, tum in domo tua in ciuitate Nazareth, propera cum festinatione ad montana Iudæ, id est, confessionis, & laudis, vt manifestentur Dei magnalia, quæ in te perfecta sunt. Veni mecum in domo Zachariæ, vt ibi generes mihi alium filium adoptiuum præcursorem meum: & parentes eius, per te replebo Spiritu sancto: vt quæ hactenus vacasti contemplationi, nunc pro aliorum lucro mirabili vaces actioni.

Genes. 3. v. 21. [margin]

Audiuit beatissima Virgo dilecti vocem: *Et statim exurgens abiit in montana cum festinatione*. Migrat columba nidum suum, & quæ antea erat in ciuitate Nazareth, flores omnium virtutum colligens, donec colligeret florem de radice C Iesse, qui ex eius visceribus germinauit, ingreditur in ciuitatem Iuda, vt tanquam auis fœcunda tres filios gignat confessionis, qui diuino lumine mysterium dominicæ Incarnationis agnoscentes, illum mundo testentur, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. En tibi lucra, quæ Virgo virginum tunc attulit Christo, generans illi tres prophetas: & inter illos omnium prophetarum maximum, qui de mulieribus nati sunt, vt merito ipsa prophetarum mater, magistra, & decor possit nuncupari. Sed quid mirum, quod tam ingens lucrum reportauerit, quæ secum sponsum ipsum intra vterum tunc portabat? Nec enim dixit illi vade, sed veni; non sola sed mecum; ego enim tecum ibo non solum per gratiam, sicut cum aliis, sed per naturam in te, & ex te à me assumptam, vt ingentia per te aggrediar opera, propter quæ in mundum veni. D

Luc. 1. 39. Vide supra in Exhort. 3 §. 3. Fit allusio ex eo quod Nazareth significat floridam, Iuda confessionem. [margin]

§. 1.

De vocatione ad lucrā dos proximos pro Apostolis qui adid vocati sunt, & pro doctoribus. [margin]

Ecce typum vocationis qua sponsa & pia anima contemplationi vacans vocatur à Deo vt surgat, & propere ad lucrandos alios. Dormierat sponsa dulcem contemplationis somnum reclinato capite super læuam sponsi, & qui hoc somno delectatus adiurauit filias Ierusalem, ne illam excitarent quoadusque ipsa vel-A let, cuius voluntatem nouit Dei b[...] se conformem, ad quem sp[...]it exc[...] ctione in contemplatione & à contempla[...]ctione. Videns igitur sat e[...] q[...] ac templatio[...] vacasse: venit [...] qui[...] A[...] saliens per mōtes & [...]lles magno [...] vt [...]am exc[...]et, sed pleruius suam ei vo[...] sinuat, dicens: *Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni*. Non vult [...] tam, nec enim quod fieri vetuit, [...] nus faceret: vt autem voluntariam trah[...]us allicit & vocat, vt surgat; ad hoc autem [...]b[...] eim amoris compellat vocabulis, quæ [...]ndú vehementer inducunt, ac si diceret[...] crandos alios, quia amica es, quia [...] quia formosa es. Nunquid frustra h[...] gra[...] dona tibi concessi. Nunquid talenta, [...]æ ad lucrandos alios dedi tibi, abscondes in [...] B si mea amica, cui non lucri mei solicita? Nam [...]nimarum salus, meus est quæstus: si mea co[...]ba, cur non mihi fœcunda, vt plures mihi pa[...] gratiæ filios? si mea formosa, cur non prog[...]deris foras, vt videant opera tua bona, & g[...] patrem tuum qui in cælis est? Olim Rachel [...]chra erat, sed sterilis, Lya vero fœcunda, [...] deformis: at tu modo es columba mea, & form[...]a mea, vt simul sis formosa sicut Rachel, & [...]o[...] ba fœcunda sicut Lya: quod si respueris Lyæ fœcunditatem, amittes Rachelis pulchritudinem, si absconderis talenta sub terra, auferentur à te, & dabuntur alijs qui negocientur cum [...]is; si autem lucratus fueris plures fratres, lucrum istud maxime tibi proderit; Et ideo dixi: *Surge tibi, propera tibi, & veni tibi*: Nam cum surgis & properas pro fratribus lucrandis, magnum tibi [...]crum acquiris, nam teipsum & alios saluos [...]cies; amicorum etiam omnia sunt communia, communia lucra, & communia gaudia, si surgis & C properas mihi, vt mihi obedias, & gloriam meam quæras: si surgis fratribus, vt illorum animas lucreris, etiam surges tibi, & cuncta hæc in commodum tuum cedent: & quod mihi & aliis præstas, ratione amicitiæ tuum bonum putare debes; non quærens tantum quod tibi est vtile, sed quod multis, vt salui fiant.

a Domi[...] 57 & Cant. Gilbert Rolan[...] Ioh[...] [margin]

Iuxta He[...] [margin]

Hinc fit non segniter, nec remisse, sed propere & feruenter surgendum & veniendum esse ad hæc lucra quærenda, vt eadem celeritate & promptitudine mutuus sit egressus, & regressus à contemplatione in actionem, & ab actione in contemplationem, instar quatuor animalium, quæ ibant & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis; ibant ad prædicationem, & reuertebantur ad contemplationem ea pernicitate qua fulgur coruscans è cælo descendit; de quo ad Iob ipse Dominus testatur: *Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent tibi, Adsumus?* Quod de prædicatoribus interpretatur Diuus Gregorius: ac si Dominus diceret: Ego sum qui è cœlo vitæ quietæ, ac contemplatiuæ, mitto prædicatores meos instar fulgurum vt alios illuminent, & accendant; peracto vero mysterio, & iterum mihi per contemplationem assistunt parati rursus ire, cum eos mittere decreuerim. Hoc siquidem (ait Diuus Bernardus) vera & casta contemplatio habet, vt mentem quam diuino igne vehementer succenderit, tanto interdum repleat zelo, & desiderio

1 Cor. 10. 33. [margin]

Ezech. 1 v. [margin]

Iob 38. v. 35 mor. 10. [margin]

Serm. 57. in Cant. [margin]

Vide supra lib. 4. Exhort. 40.

derio acquirendi Deo, qui cum similiter diligan, & otium contemplationis pro studio prædicationis libentissime intermittat. Et rursum
» post tavotis, tanto ardentius redeat in idipsum,
» quanto se fructuosius intermisisse meminerit,
» vt iterum sumpto contemplationis gustu, va-
» lentius ad conquirenda lucra sulita alacritate
» recurrat.

Isa. 60. v. 8.

Eleganter hoc expressit Isaias Propheta, sub duplici metaphora, dicens de Apostolis, Apostolicisque viris; *Qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi columba ad fenestras suas?* Vbi duplex munus illorum insinuat, nempe instar nubis velociter volare per aera rigando terram, & instar columbæ perniciter tendere ad sui colombarij foramina. Nec vnum sine alio assumendum est, sed vtrumq; suo tempore ex Dei motione præstandum. Sicut enim nubes velocissime à vento agitatæ per aera feruntur, & ad extremas vsque regiones perueniunt, & terram irrigant, vt fructum ferat: sic, inquit diuus Gregorius, Apostolici viri ac prædicatores, à Spiritu sancto vocati, & præmoti volant & properant per vniuersum mundum, vsque ad extremas eius regiones, terrena hominum corda rigantes, fidei ac morum congruentem eis doctrinam tradentes, & sicut de nubibus fulgura etiam procedunt, quæ coruscant, ac splendent; & vibrantur fulmina, quæ terrent, & feriunt. Sic (inquit diuus Augustinus) minaci ac terribili prædicatione interdum corda concutiunt, & interdum splendidissimis operibus illustrant. At huiusmodi apostolici viri non semper sunt nubes, nec per aerẽ volant, vel in eo permanent, sed simul sunt columbæ, quæ vrgente tempestate velocissime ad columbaria volant, vt in nidulis suis protegantur, & in foraminibus petræ, quæ Christus est, per contemplationem commorentur, vt inferius videbimus.

Hom. 8. in Ezech. & hom. 10 Euang.

In ... coruscationes tuæ.

Sed forte apud Isaiam hæc similitudo columbæ aliud indicat, quod huic vocationi de qua agimus, magis congruit: nam columbæ quæ in agro granis colligendis, ad propriam, & pullorum nutritionem insistunt, non solum ad nidulos columbarij volant, vt se tueantur, & quiescant; sed quoniam in illis pullos suos habent, quos naturali amore alere, ac nutrire gestiunt: vnde & amor ipse filiorum velocius eas volare compellit, cum ad columbaria regrediuntur. Sic igitur cum sponsus ait: *Surge, propera amica mea & columba mea, & veni*; Excitat illam, vt non semper proprijs inhiet vtilitatibus, studijs, & nutrimentis acquirendis: sed etiam quod ad ea loca tendat, vbi filios spirituales habet, quos alat, & nutriat, ac in bono confirmet: vt quæ fœcunda est in hac prole gignenda, etiam sit solicita, & festina in ea nutrienda, & roboranda. Et ideo ait, propera, & veni, subaudi ad fenestras tuas, vt pullos tuos nutrias.

Circa illud columbæ in foraminibus petræ. Exhort. 23 §. 6.

Sed subtilius hic latet mysterium. Nam licet sponsus tantum dicat *Veni*, non designans certum locum, quo ventura sit, quia in vniuersum mundum mittit discipulos suos, vt Euangelium prædicent omni creaturæ; & ideo Isaias prius eos comparauit nubibus, quæ per aerem vagantur, & modo hanc, modo illam regionem irrigant, tamen secundo comparat eos colombis properantibus & volantibus ad fenestras suas: quia sicut diuersi greges columbarum propria habent columbaria, & singulæ columbæ proprios sibi eligunt nidos, vbi ponunt oua, educunt pullos & nutriunt eos: ita etiam singulis Apostolis, & apostolicis viris, vel ex Dei instinctu, vel ex lumine rationis & prudentiæ propria sunt designata loca in quibus verbum Dei prædicent, filiosque spirituales Christo generent, eorumque in bono promotioni inuigilent. Vnde diuus Petrus sicut nubes volabat iam in Samariam, iam in Syriam, iam in Italiam: sicut columba vero, volauit ad propriam fenestram & nidum sibi à Christo assignatum, nempe Romam, vbi diutius mansit, & innumeros Christo filios peperit, ac nutriuit: quod & reliquis Apostolis euenisse credimus; & cum dubitabant, an huc vel illuc oporteret ire ad prædicandum Euangelium, diuinus spiritus eis inspirabat locum, quo eos tunc vocabat, sicut diuus Paulus testatur se vocatum interius esse, vt iret in Macedoniam ad euangelizandum: Et cum diuus Petrus anceps esset de visione, quæ eum ad prædicandum gentibus inuitabat, aduenientibus gentilibus ex Cæsarea, dixit ei spiritus Domini: *Surge, descende, & vade cum eis*: Et hac forte de causa, iuxta LXX. versionem hic dicitur: *En dilectus meus respondet mihi: surge, &c.* Quoniam vt à principio diximus, respondet ad internum desiderium animæ, maxime cum anceps est de eo quod sponso magis placet, & de loco quo eam abire decreuit.

Act. 16. v. 10.

Act. 10. v. 19.

§. 2.

SEd adhuc in hac colombæ similitudine subtilius aliquid indagari potest, ex arte aucupandi colombas, quam ex diuo Basilio supra retulimus, dum aucupes capta vna vel altera columba agresti, cicurem illam reddunt, & aliis odorifero vnguento linitus eam è columbario exire permittunt, vt conlongatur agrestibus: quæ illius fragrantia attractæ eam sequuntur, in eiusque columbario manent. Hanc artem summus aucupum magister, & diligentissimus animarum aucepa inuenit, dum ex agresti Iudæorum agmine paucos discipulos elegit, & sua doctrina & exemplo cicures fecit: iubensque eos sedere in ciuitate donec induerentur virtute ex alto, sederuntque decem dies: adueniens autem Spiritus sanctus, eorum alas pretiosissimo suæ gratiæ vnguento liniuit; & tunc illam paruulam Ecclesiam sic affatus est: *Surge, propera, amica mea, columba mea, formosa mea, & veni*: ac si diceret: omnia tempus habent, ô amica mea, & columba mea, tempus sedendi domi, & tempus egrediendi ex illa: tempus tacendi, & tempus loquendi: tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus, iam satis superque sedisti domi, tacens & meis amplexibus fruens, surge, egredere, propera, & veni in mediam Ierusalem, & in vniuersum mundum, vt instar columbæ plures mihi generes filios, & tua fragrantia agrestes mundi columbas ad me trahas: obediunt Apostoli, surgunt, properant, & veniunt vnusquisque ad destinatum sibi locum, & mira celeritate innumeros homines ad Christi fidem conuertunt, & columbario Ecclesiæ adiungunt. Videres Petrum vno vel altero die surgentem

Etiam pro Festo Pentecostes.

Lib. 2. Exhort 7. in epist. 172. ad Iulittam.

Luc. 24. v. 15.

Act. 2. v. 1.

Eccl 3. v. 1.

vt populo Christum prædicaret, & tanquam columbam odoriferam Spiritu sancto plenam, ter vel quinque millia hominum ex agrestibus circuraisse, & Christo adiunxisse: quod & alios Apostolos in alijs orbis regionibus effecisse constat, & quotidie similes columbas à Christo Domino circuratas videmus, quibus eamdem insinuans vocationem non dissimiles per illas operatur effectus. Sed de hac arte per odorem aucupandi plura superius diximus.

Solum superest explicandum qualem oporteat esse animam, quæ ad huiusmodi proximorum lucra vocatur: quod in eodem triplici cognomine satis indicatur. Nõ enim vocatur quæ vitijs est deformata vel adbuc tenera, & parum firma: sed quæ iam est amica Dei per gratiam, quæ nouit voluntatem eius facere per exactam obedientiam, & cui diuina secreta commissa sunt per intimam contemplationem; nec tamen quærit quæ sua sunt, sed quæ Christi, & proximorum, studés proximo suo placere in bonum ad ædificationem, sicut Christus non sibi placuit. Sed vlterius columba esse debet per simplicitatem intentionis, per innatam mansuetudinem omni amaritudinis felle depositum, quæ non erit pro peccatis proprijs & alienis gemere, ac duplicis prolis auida, vt bonis operibus, ac proximorum lucris velit esse fœcunda: tandem formosam esse oportet, vt per splendorem virtutum, non solum verbo, sed etiam exemplo alios doceat, & trahat ad Christum, sicut de ipso scriptum est: *Specie tua, & pulchritudine tua, intende prosperè procede, & regna. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam deducet te mirabiliter dextera tua.* Ille ergo prosperè surgit, procedit, & venit ad lucrandos alios, qui columbina simul pulchritudine & mansuetudine, omnigenæque virtutis ornatur splendore. Tales operarios mittit dominus messis, vt metant messem suam: tales amicos elegit Christus, qui eant & fructum afferant permanentem in vitam æternam: tales viros segregat Spiritus sanctus, qui opere & sermone potentes sunt ad trahendum alios. Si Christi es inimicus, quomodo alios ei conciliabis amicos? si cotuus es, quomodo columbas post te trahes? Si deformis, quomodo alios formosos reddes? potens quidem est Deus ex lapidibus suscitare filios Abrahæ, & per coruos pascere prophetas, ac per malos bonis benefacere. Sed quæ à Deo sunt, ordinata sunt: nec sponsus dicit vt surgat, properet, & veniat ad lucrandos alios: nisi ei qui iam surrexit, properauit & venit ad lucrandum se: qui enim sibi nequam est, cui bonus erit? & qui seipsum docere, & curare nescit, quomodo alios docere & curare valebit?

Ad Rom. 15. v. 3.

Ps. 44. v. 4

Eccl. 14. v. 5.

Lu. 4. v. 23

Denique trino encomio vocatur ad lucrandos alios, qui trino examine interrogatur an Christum diligat plusquam alij, ad hoc vt eius pascat agnos & oues. *Simon Ioannis, inquit, diligis me plus his?* En ipsa forma interrogandi insinuat illis eum pollere virtutibus, quas nomina amici, columbæ & formosi importare diximus; vt ad calcem præcedentis exhortationis visum est. Ecce descripsi tibi Apostolicã vocationem, quam Christus Dominus insinuauit Petro & Andreæ, ac filijs Zebedæi quos columbas circuratas disponebat, educes è mari Tyberiadis

Io. 21. v. 15.

A his nube, quæ postea vni[...] ra[...], quibus sub alia metaphora d[...] *post me, & faciam vos fieri piscatores homi[...]* tat tum ait, venite, sed venite post me[...] tis comites in munere prædicandi, & [...] animas, sequentes mea vestigia: Et ego faciam vos venatores, & piscatores animarum, vt educatis eas ex procelloso mundi mare: & ex abysso profũda peccati in littus amplum & securum diuinæ gratiæ, & legis Euangelicæ. Non ait, eritis piscatores, sed, *faciam vos fieri*, quia ego ipse præstabo virtutem ad munus hoc obeundum, & ea vobis concedam talenta, quibus ad id præstandum indigetis: Faciam vos insigniter amicos, columbas, & formosos omnibus virtutibus ornatos: surgite, properate, & venite post me, donec tandem veniatis ad me in cælesti gloria, quam ipse nobis præstare dignetur. Amen. B

De titulis & rationibus fulcientibus hanc vocationem mox agetur.

EXHORTATIO XVI.

De misero statu naturæ corruptæ, & de rigore legis scriptæ, quæ per hyemem repræsentantur, & transierunt per Christum, & de rationibus quæ inde deducuntur ad obsequendum diuinis vocationibus.

Iam hyems transiit, imber abiit, & recessit.

RATIONEM reddit cælestis spõsus eius quod præceperat, ostendens opportunum adesse tempus surgendi, properandi, atque veniendi: C quam opportunitatem in eo sitam esse demonstrat, quod omnia sint veniendi ablata impedimenta, plurimaq; simul adsint commoda. Hæc autem multiplicia sunt, sicut multiplices diximus esse Dei vocationes, quia tamen omnes ad vnam communiorem reducuntur, qua, anima inuitatur ad legem & perfectionem Euangelicam amplectendam, sub hac singularum impedimenta, & commoda comprehendimus, quæ eisdem verbis designantur: primo igitur inuitat vt surgat: *Iam hyems transijt, imber abiit, & recessit.* Hyems enim & imber magnum iter agentibus sunt impedimentum: quadruplex autem tempus potest designari: nimirum tempus, seu status naturæ corruptæ per peccatum Adæ, sub quo vniuersus mundus, maxime vero populus Gentium iacuit vsque ad Christi aduentum: deinde tempus legis scriptæ, quæ in populo Hebræorum vsque ad Christum perseuerauit: tempus etiam persecutionum, ac tribulationum, quæ hactenus vexarunt, ac vexant Ecclesiam: & tandem tempus huius mortalitatis, quod durabit vsque ad finem sæculi, & in singulis durat, vsque ad finem vitæ: de quibus sigillatim agendum erit. D

[illegible] tempore natura corrupta per lapsum Adæ, [illegible] r, quæ ad Christum. §. 1.

Et quidem apte congruit similitudo hyemis [illegible] bris tempori quod præcessit Christi a[illegible], siue ante legem scriptam, siue post [illegible], [illegible]pus enim hyemale rigidum est & [illegible]ordu[illegible], frigidum, nubilum, triste, imbriferum, inamænu[m] prorsus, & ad res agendas incommod[um]. Ex maiori enim distantia, seu elongatione solis à nostro hemisphærio: vnde hy[ems] prouenit, fit caloris solaris diminutio, ad qua[m] sequitur frigus, gelu, & imber, vnde pe[illegible] quatuor oriuntur incommoda. Nã si [illegible] aspicias, illam fœdissimo luto deturpat [illegible] aerem, obscuris nebulis, atrisque nubi[bus] ac nimbis replet: si arbores, propriis eas expo[li]at ornamentis, non solum fructuum, sed flo[r]um etiam, & foliorum: si homines, corpora eorum frigore torquet, membrorum poros co[n]stringit, intra domumque sæpius manere cogit, ne foras ad negotia progrediantur: ad hunc igitur modum hyemale, & imbriferum tempus nuncupatur quod Christi Domini aduentum præcessit; Et cœpit à lapsu Adæ, vnde miserrimus status inchoauit, qui à Theologis dicitur naturæ lapsæ vel corruptæ: peccatum enim protoparentis non solum sibi, sed cunctis nocuit hominibus, à quibus propter illud sol iustitiæ maxime elongatus est. Et licet promissus sit illis aduentus eius in carne humana, adhuc tamen in longissimum tempus differebatur, donec paulatim cœpit propinquare.

Peccatum autem illud quatuor ingentis mala intulit toti naturæ; similiaq; affert vnicuique peccatum eius actuale, quod egregie depictum
Lu.10.v.30 est in misero illo homine, qui iter agens incidit in latrones, à quibus in terram proiectus, expoliatus, & vulneratus est, ac semiuiuus relictus. [N]am primo quidem non solum animam in terram proiicit, terræque inhærere facit: sed fœdo, fœtido, & horrendo luto maculæ peccaminosæ deturpat. Hoc enim nomine crebro in scriptura
[illegible] 2. v. notatur; & ideo peccator dicitur sus lota in volutabro luti: nam sicut lutum fit ex coniunctione imbris cum molli terra, vel puluere; sic peccata ex eo quod tentationum imbres coniunguntur carni, quæ illas libenter amittit. Nam, *cor*
[illegible] v. *impii*, inquit Isaias, *quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundat fluctus eius in conculcationem, & lutum.* Nam ex vno scelere trahitur in aliud, & plurimis simul maculatur, iuxta illud Abacuch Prophetæ: *Vsquequo aggrauat contra se densum lutum*: multiplicando enim peccata, condensat & super se ponit grauissimum lutuum onus, quo in infernum vsque deprimetur, nisi Deus, vt Dauid petebat, eripiat illum: adeo au-
Ps.68.v. tem malitia condensata est per frigus istud, vt in idololatriam desiuerit, quæ homines viliores reddit ipsis idolis luteis, & lapides quos adorabant; vt testatur Sapiens. cum ait: *Luto vilior est*
D
Sa.15.v.10. *vita eius, quia ignorauit eum, qui se finxit, & qui inspirauit illi animam.*

Et hoc est alterum peccati damnum, quia in parte superiori hominis, quæ mens est, alias excitauit nubes erroris, & ignorantiæ, nimbosque & procellas passionum, quæ rationem obnubi-

A
lant, & animam valde perturbant, & concu[tiu]nt, vt fac[i]lius in plura obscenaque del[ict]a dilabatur, i[u]xta illud Pauli: *Obscuratum est insipiens cor eorum: propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ, & in sensum reprobum vt faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate. &c.* S[icut] [e]nim ex densis nubibus copiosi defluunt i[m]bres inundantes terram; sic ex illis ignorantiæ densis tenebris peccatorum ingentia profluxere diluuis, quæ Oseas refert, dicens: *Maledictum mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit.* Ad Rom 1. v.21. & 26. & 28. Ose.4. v.2

His accedit tertium damnum, dum reddit animam velut arborem hyemalem exspoliatam gratia, iustitia, & omnigena virtute, vt nec flores, aut frondes, ne dum fructus sanctitatis, aut meritum aliquod vitæ æternæ, ex se possit ferre, vt possit ei aptari quod dicit Ieremias: *Non est* Ier.8. v.13.
B
vua in vitibus, & non sunt ficus in ficulnea, folium defluxit. Per vias autem & ficus fructus benedictionis designantur, quibus qui carent, æterna mulctantur maledictione; sicut ficus illa, cui Christus Dominus maledixit, eo quod poma non haberet. Nec mirum, quia peccatum adeo est ferox, leoninos molares habens, vt iuxta prophetiam Ioelis; vineam ac vites dissipet, ficus decorticet, & nudas relinquat, vt mox arefiant, nec amplius fructus vitæ æternæ condignos ferre valeant. Mat 21. v. 19. Ioel.1. v.7.

Hinc tandem ex illo ingens torpor, & ineptitudo ad omne opus bonũ procedit algore enim malitiæ, quasi aditus diuinę gratię intercludit: ideoque de peccatore dicitur: *Propter frigus piger arare noluit.* Imo etsi cibum prope habeat, ita torpore deprimitur: vt abscondat manus suas sub ascella, laboretque si ad os suum illas conuertat; quod si fugiendum est à ruinę periculis, nec pedem quidem propter torporem mouere potest: Vnde scriptum est: *Rogate, ne fuga vestra fiat in hyeme.* Prou.20. v.4 & 26. v.5 Mat 24. & 20.

C
Ecce descriptum miserum naturæ lapsæ tempus hyeme adumbratum, quod eleganter diuus Gregorius Nyssenus his verbis depingit: "in initio humana natura germinauit, quamdiu fuit in "paradiso; aqua illius fontis irrigata, & germi-"nans, quando erat pro foliis germen immorta-"litatis naturam decorans: sed cum hyems ino-"bedientiæ radicem exiccasset flos in terram ex-"cussus est, dissolutus & nudatus fuit homo à "pulchritudine immortalitatis, & excitata fuit "herba virtutum refrigerata in Deum charitate, "propterea quod abundasset iniquit[a]s. Vnde va-"riæ affectiones aduersis flatibus in nobis sunt "in altum excitatæ, per quas fiunt mala animæ naufragia. Hæc Nyssenus, & plura alii Patres, ac Theologi describentes cum D. Thoma, quatuor vulnera peccati sub typo illius, quem latrones despoliauerunt, & plagis impositis semiuiuo relicto. Hom.1. in Cant. 1.2.q.85. a. 1. & 3. Lu 10. v.30 De hyeme legis scripta.

Sed alia fuit huius miseri hominis nõ modicã ærumna quod sacerdos & leuita transeuntes
D
per eamdem viam, nullum illi applicuerunt remedium, donec pius quidam Samaritanus trãsiens misertus est illius; quo significabatur, vt Patres testantur: Legem scriptam à Moyse latam, vim non habuisse sanãdi peccatorum vulnera, quare tempus legis scriptæ adhuc inter hyemale, & pluuiosum computatur. Lex enim Lu.10.v 31 Vide plures patres apud D. Thomã in catena Chrysost. August. Theodor.

illa erat dimoris & seruitutis ostendens pecca-
tum, sed non mundans ... nob ... ob-
scuris, & denus Redemptoris myst ... m
manifestans, quam obum ... rans. Vnd ... nt-
nes nudos ac vulnerato ... inqu h ... tine v ... u-
tibus, q ias co fe ie nequibat & ad opera stu-
diosa pig os ac se nes, quia per lacian c ta &
sa ... cia, vires ad illa efficienda non præstabat:
propter quæ cum data esset lex, ceperunt audiri
Exod. 19. v. 19. tonitrua, micare fulgura: & montem Synai nu-
bes densissima operuit, quæ & terrorem incu-
tiebant, & imbrem vehementissimum indica-
bant, qualis post tonitrua, & fulgura, ac den-
sam nubem sequi solet. Huiusmodi autem im-
Leu. 26. v. 14. ber fuit copiosa multitudo præceptorum, acce-
Deut. 28. v. 1. remoniarum cum horrendis minis, ac maledi-
ctionibus contra trãsgressores exhibitis, in quas
crebro incurrebant, quia grauissimum hoc iu-
gum via portabant, in idololatriamque & alia
B enormia delicta magno impetu ferebantur. Vn-
de & de illis dixit Apostolus, *quod lex iram opera-*
Ad Rom. 4. v. 15. 1. Cor. 15. v. 56. *tur, & virtus peccati lex*. Non quod sancta non es-
set, sed quia cum gratiam non præberet, & rigi-
da esset, occasione eius multi delinquebant.

Quomodo hyems peccati transfit per aduentum Christi. §. 2.

CVm igitur vniuersum mundum, & om-
nem populum, non solum Gentilium,
sed etiam Hebræum, rigida hæc hyems acriter
Luc. 10. v. 33. vexaret, descendit è cælo filius Dei pius Samari-
tanus, & fidus noster custos, vt præstaret huma-
no generi ea spoliato, & vulnerato, quod nec sa-
cerdos, nec leuita præstare potuerunt; alligans
vulnera eius, infundens vinum & oleum, ipsum-
que à terra eleuans & super iumentum suum
imponens duxit in stabulum, vbi curam eius e-
git. Extunc autem transiit hyems, & imber
peccatorum: quia per Christi aduentum suffi-
cientissime deletum est peccatum Adæ, & su-
blata damna, ac vulnera quæ ex illo prouene-
rant; ipse est enim agnus Dei, qui tollit pecca-
ta mundi, ipse deleuit lutum quod terram o-
periebat, non quidem destruendo peccatores,
Ioan. 1. v. 29. sed peccata. *Vt lutum*, inquit, *platearum delebo*
Ps. 17. v. 43. *eos.* Et quomodo deleuit nisi proiiciendo lu-
Mich. 7. v. 19. tum in profundum abyssi? sicut prædixerat Mi-
cheas: *Deponet iniquitates nostras, & proiiciet in*
profundum maris omnia peccata nostra. Vnde & per
Christum ablata est etiam atra nubes ignoran-
tiæ, erroris ac idololatriæ, inundatioque pecca-
Isa. 9. v. 2. torum, quæ ex illa prodibat. Nam populus qui
ambulabat in tenebris, ipso adueniente, & præ-
dicante, vidit lucem magnam, & habitantibus
in regione vmbræ mortis lux orta est eis. Ortus
est enim in mundo sol iustitiæ, qui suæ lucis &
ardoris radijs lutum peccatorum cõsumpsit, il-
lustrauit terram tenebrosam, & opertam mortis
caligine, frigidaque hominum corda accendit
vt malitia, & ignorantia, pigritiaque deposita,
viam iustitiæ ingredi, per eamque si vellent pro-
gredi, & properare facile possent.

Et hoc est quod diuina vocatio suggerit, di-
cens: *Surge, propera amica mea, &c. Iam enim hyems*
transiit, imber abiit, & recessit, id est: Surge à lu-
to peccati, & à statu miseriæ, in quo tam diu ia-
cuisti; propera & veni ad inchoandam nouam

A vi ... m in lege Euangelica ...
per ... m ... rigidæ, & gel ...
mentum ablatu ... est. ...
testaro ... d ... s: *De eui vt nubem ...*
& quasi nebulam peccata tua: Re ...
am redemitt, ac ... dicere, surge, p ...
ni ad me, qu ... per me hyems transi ...
recessit: eg ... cl ... nubes, quæ imbres ...
bant, ego de ... ruxi iniquitates tuas, ... o
quo æstiuus sol suo nimio ardore nebulas con-
sumit, ita vt nihil ipsarum appareat ... te re-
demi sanguine meo à peccatis tu ... ergo
non venis ad me? Videte (inquit diuus Ambro-
sius) quemadmodum sancta inuitetur E ... ia, ...
hyems discessit tibi, ne hyemem ouda ...
hyemem non temporis, sed inf ... tis, q ...
agrum animæ secundum omni ... ne ...
Est enim hyems terreni solis: est hyem ...
B quando animo frigus illabitur, quando vap ...
animi euanescit, quando soluitur rigor ...
quando nimius humor exsudat, & ... nce ...
grauat, quando interior caligat aspectus. H ...
autem omnia depulit vernum tempus, quod
nobis attulit Christus: ideoque aptum valde ...
vt surgamus, & properemus ad ipsum. Sed pon-
deranda est lectio illa LXX. *abiit & recessit sibi*
quam sequitur diuus Ambrosius, per quam, vt
notat Origenes, designatur nullam esse sub-
stantiam peccati; nam illud dicitur abire, seu re-
cedere sibi, quod non transit in alium locum,
sed in semetipso resolutum euanescit, & in nihi-
lum redigitur. Et hoc modo Christus Dominus
peccatum omnino destruxit, & annihilauit,
quod Prophetæ vocant proiicere in profundum
maris, vel delere tanquam nebulam: & hoc et-
iam indicat trina illa repetitio, & confirmatio
eiusdem sententiæ: *Hyems transiit, imber abiit, &*
recessit: Nam sicut per trinum vocabulum, sur-
ge, propera, & veni: significatur vehementia
affectus in veniendo, vt iam diximus, ita per
C illud triplex verbum, *transiit, abiit, & recessit*: in-
dicatur nimia peccatorum elongatio, & omni-
moda destructio: vt dicere iam liceat Psalmistæ: Ps ...
quantum distat ortus ab occidente longe fecit à nobis ini-
quitates nostras.

Sed quid est, quod cum Christus sol iustitiæ
venerit, iamque nobis appropinquauerit, adhuc
durat in multis hominibus hyems & imber, nec
recessit à pluribus regionibus infidelium, imo
nec à multis Christianorum, qui quatuor illis
peccati miseriis oppressi sunt? Sed ratio est in
promptu: quia licet copiosa fuerit redemptio
Christi, & præpotens ad delenda omnia peccata,
ipsi tamen peccatores nolunt ea vti, nec sacra-
menta contra peccatum instituta sibi applica-
re, quin potius medico, piòque Samaritano re-
sistunt, ne eorum vulnera liget, oleumque & Luc. 10. v. 3 ...
vinum suum desuper infundat, nec surgere vo-
lunt à luto in quo iacent, vt cum eo ad stabulum
Ecclesiæ veniant, vbi illos perfecte sanet. Ete-
nim quamuis hyems hæc sensibilis ex eo tan-
D tũ procedat, quod sol à nostro hemisphærio sit
elongatus: at hyems spiritualis maxime proce-
dit etiam ex eo quod homo se auertit à sole iu-
stitiæ, & recedit à Deo, qui tamen neminem de-
serit, nisi deseratur ab illo. Et quamuis eum vo-
cet, ac inspiret, vt conuertat faciem suam ad i-
psum, ipse tamen pertinaciter resistit. *Quære*, in- Iere. 8. v. 5.
quit,

Iere. 8. v. 5. quia *auersus est populus iste auersione contentiosa, & noluerunt reuerti?* imo sicut puteus profundus in æstate, quando sol vehementius cætera vrit, Simile. continet frigidiorem aquam, eo quod ad ipsam solares radij non perueniunt, sed potius per antiperistasim à se repellit solis calorem; sic peccator qui in profundum malorum venit, frigidissima hyeme premitur, quia Dei, & Christi radiis vehementer resistit: quod insinuasse videtur Iere. 6. v. 7. Ieremias, cum ait: *Sicut frigidam fecit cisterna aquam suam, si. frigidam fecit malitiam tuam*, id est, si peccator obstinatus facit malitiam esse frigidam & gelidam, eo quod intra se illam retinet, & diuinis radijs aditum occludit: at si à luto peccati surgere, & frigus istud noxium depellere cupit, iam quantum est ex parte Christi: *Hyems transiit, imber abiit, & recessit*: transibitque, & recedet à te, si surgas, properes, & venias ad sacramenta quæ instituit, perque vernum tempus diuinæ gratiæ tibi adueniet, quæ hyemem longe propellat: quare ergo non surgis, properas, & venis? *Numquid* (ait Ieremias) *qui cadet, non resurget? & qui auersus est, non reuertetur? numquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? quare ergo non est obducta cicatrix filiæ populi mei?* Iere. 8. v. 4. & 22. Numquid non venit iam medicus sapientissimus, & potentissimus Christus cum vino & oleo ac sacramentis efficacibus ad cunctos languores animæ propellendos? Cur ergo non venis ad illum? Surge, & propera, quia sine dubio Mal. 4. v. 2. sanaberis, transibit tibi hyems, & orietur tibi sol iustitiæ, ac sanitas in pennis eius.

Quomodo hyems legis scriptæ transiit omnino per Christum. §. 3.

SEd adhuc noua ratio ad surgendum & obediendum diuinæ vocationi, quia per Christum non solum transiit hyems peccati modo explicato, sed etiam hyems frigida, & imbrifera legis Mosaicæ, quæ abrogata est quoad multitudinem præceptorum iudicialium, & cæremonialium: iuxta illud Pauli: *Reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius, & inutilitatem, nihil enim ad perfectum adduxit lex.* Et iterum; *ab omnibus, in quibus in lege Moysi non potuistis iustificari in hoc*, id est, in Christo, *omnis qui credit iustificatur.* v. 17. Quia, vt inquit Baptista, lex per Moysem data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Vnde in parabola eius qui incidit in latrones, notanter dicitur quod sacerdos præteriuit, & leuita pertransijt, ad significandum quod lex & cæremoniæ illæ sacerdotum, & leuitarum transituræ, & recessuræ erant tanquam inutiles ad infirmorum salutem, quam tamen Christus per Samaritanum designatus, allaturus erat.

Hinc igitur sponsus cælestis postquam venit in mundum, antiquam Ecclesiam sic vocat, & alloquitur: *Surge*: ô amica mea ab ea lege, & cæremonijs Mosaicis, quas hactenus obseruasti, & Matt. 11. v. 28. a iugo quod patres tui vix portare potuerunt; *Propera, & veni* ad legem nouam, & Euangelicam, quam institui: vt tollas super te iugum meum, quod est suaue, & onus meum, quod est leue: iam enim *hyems transiit, imber abiit, & recessit*, id est, iam cessauit hyems legis veteris senescentis: tam abiit imber impetuosus antiquorum præceptorum, quæ se premebant. Iam enim transtulit sacerdotium Aaroniticum, in aliud secundum ordinem Melchisedech; translato autem sacerdotio, necesse est vt legis translatio fiat: iam nouum testamentum conditum est, & morte testatoris cõfirmatum. Vbi autem est nouum, inueterauit prius, & vetus inualidatum est, iam figuræ euanuerunt, adueniente veritate; & vmbræ cessarunt, orto iam sole, & in meridiem deducto: Prophetæ siluerunt, præsente Domino Prophetarum. Nam *Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem, Et ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit.* Surge ergo, propera, & veni, vt intres in hoc regnum Dei, quod est lex Euangelica, & particeps fias diuitiarum gratiæ ipsius.

Ad Heb. 7. v. 12. Ad Heb. 9. v. 15. & c. 8 v. 13. Luc. 16. v. 16. Matth. 11. v. 12.

Sed quoniam nonnulli ex primitiua Ecclesia ex Iudæis congregata, non satis hanc vocem penetrantes, cœperunt dicere legem Moysi, non Act. 15. v. 5. abrogatam esse, sed seruandam simul cum lege Christi: alij vero dicebant legem Christi ita succedere legi Moysi, vt solis Iudæis, qui illam professi erant, esset prædicanda, non Gentibus: aut si Gentibus, cogendas esse simul ad legis Mosaicæ obseruantiam, quibus restiterunt Apostoli edocti ab ipso Spiritu sancto, qui ad Apostolicam illam Ecclesiam sic locutus est: *Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni.* Surge, inquam, ab hoc angulo Iudææ & Galilææ, vbi iam diu mansisti occlusa; propera per vniuersum mundum, veni ad omnem regionem & prouinciam totius orbis, & prædica Euangelium omni creaturæ: *Iam enim hyems transiit, imber abiit, & recessit*: id est, iam enim rigor antiquæ legis omnino cessauit, & euanuit: nec quidquam ipsius obseruandum manet; iam hæc maceries, & impedimentum istud omnino ablatum est: *transiit, abiit, & recessit*: id est, penitus est abolitum: nam hoc significat trina hæc repetitio, quod etiam D. Petro manifestatum Act. 10 v. 11. & 22. est trina eiusdem vocis repetitione: cum viso linteo pleno animalibus immundis, quæ manducare respuebat, dictum est illi: *Quod Dominus purificauit, tu commune ne dixeris*: ac si diceretur ei; iam imber legalium transiit, iam nullum animal immundum est ad esum, nec vllus hominum reiiciendus est à fide & regno Dei, ne occludas illis aditum, sed surge à loco in quo stas. Vade cum his Gentibus, nihil dubitans quod ego misi te ad illas, vt aperias eis regnum cælorũ.

Qua ratione transire debeat spiritus timoris, & minarum. §. 4.

HInc igitur nouus præponitur nobis titulus ad obsequendum diuinis vocationibus: *Iam enim hyems transiit, imber abiit, & recessit*; ac si singulis nostrum dicatur: Iam cessauit lex timoris, & seruitutis, cur adhuc timore seruili opprimeris, & non potius gaudes lege charitatis, quæ foras mittit hunc timorem? 1. Io. 4. v. 18 Excute frigus pigritiæ, & torporis, & propera ad bene operandum, quia iam lex frigida antiquæ legis transiit, & degis sub lege noua, quæ est lex amoris, & feruoris. *Hora est iam* (inquit Paulus) *de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus*: scilicet in lege veteri. *Nox præcessit, dies autem appropinquauit*: per Iesum qui lux est, & tenebras ignorantiæ depulit: abiiciamus

Ad Rom. 13. v. 11. Hoc amplius explicatur in Exhort. 19.

A ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, vt Christo conformemur.

De duplici bus lachrymis. Vnde non reijciẽdum puto aliorum Patrum interpretationem, qui per imbrem intelligunt lachrymarum fluxus, & exitus aquarum quos deducunt oculi, quia non custodierunt legem Domini. *Ser. 58. ad finem* Cæterum, vt notat Diuus Bernardus, quædam lachrymæ comparãtur imbribus hyemalibus, quia illas extorquet anxia & amara recordatio peccati, & horribilis timor iudicij, & gehennæ, nec non & metus supplicij, quod interdum in hoc sęculo delinquentibus infligitur: aliæ vero ex charitate, & amore procedunt, assimilanturque pluuijs vernis, quæ suaues sunt, terram irrigant, & florescere faciunt.

De illis quidem dicitur sponsæ: *Hyems transijt, imber abijt*, quia non decet amicam & columbam flere, & gemere ex timore, quem charitas foras mittit. Abijt ergo imber, non omnis sed hyemalis, quem ardor charitatis siccauit, cuius loco succedit suauior amoris pluuia. B Nam quid dulcius, inquit, lachrymis charitatis: Flet quippe charitas, sed ex amore, non ex mœrore: flet ex desiderio, non ex metu, quomodo flebat *Io. 20. v. 13.* Maria prope sepulchrum, quia tulerunt Dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum; quomodo etiam fleuit ad pedes Christi, quia pecca- *Lu. 7. v. 38.* ta ab eius anima tulerunt Deum suum: sed plorans vtrobique inuenit eum.

In idem etiam recidit quod alij Patres affirmant, per imbrem, prædicationem intelligi: de *Insinuat D. Greg. hom. 16. in Ezec.* qua Moyses: *Concrescat vt pluuia doctrina mea: fluat vt ros eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina.* Cæterum quædam prædicatio est quasi imber hyemalis, cum peccato- *Deu. 32. v. 2.* res minis terrentur vt conuertantur: cuiusmodi frequens erat apud Prophetas; quoties populo obdurato verbum Dei annũtiabant, sicut Pha- *Mat. 3. v. 7.* risæis, ac Sadducæis dicebat Ioannes: Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? C Iam securis ad radicem arboris posita est. Alia vero prædicatio est instar vernæ pluuię suauis, & placida, cum exhortatur homines, vel ad pœnitentiam, vel ad maiores in virtute progressus, spe regni cælestis, vel ex gratitudine propter accepta beneficia, vel ex amore Dei, ipsiusque immensæ bonitatis: At hæc est magis propria legis Euangelicæ: cuius thema fuit: *Matt. 3. v. 2. & 4. v. 8.* *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum.* Sic igitur sponsus exhortatur dilectam animam, vt surgat, & properet, non rigorem supplicij proponendo; quin potius hæc abijsse dicit, sed suauitatẽ præmij, & virtutis splendorem ostendendo: vnde mox subdit: *Flores apparuerunt in terra nostra, &c.* Quod si aliquis modo adhuc induratus sit corde, rigida & imbrosa prædicatione feriendus est, vt resipiscat, & à somno peccati surgat. Sicut enim gallus hanc à Deo accepit innatam intelligentiam, vt media nocte, cum profundior est somnus, valentiores *Iob 38. v. 36.* D ac productiores cantus edat; leuiores vero & minutiores, cum matutinum tempus appropinquat: Ita (inquit D. Gregorius) discretus prædi- *Lib. 30. mor. 14.* cator iniquis mentibus altis & magnis vocibus, æterni iudicij terrores intimat, cum vero resipuerint, relictis quæ ad minas pertinẽt, ea quæ sunt blanda & dulcia de præmijs profert, vt suauius in virtute proficiant.

A Quamuis etiam ingenuæ mẽtes magi[illegible] cato recedunt virtutis amore, quam [illegible] plicij. Vnde cum Petrus Chri[illegible]um neg[illegible] continuo resipuit, ac primo cantauit gal[illegible] sed cum secundo cantauit (vt Diuus M[illegible]us refert:) tunc enim conuersus Dominus respe- *Lu. 22. v. 61.* xit illum, & fleuit amare: quod forte indicabat ingenuas mentes multoties non conuerti ad primam, & terrificam prædicatoris vocem, cõuerti tamen ad secundam leniorem, & ex amore ad Dei amorem impellentem, quæ dum lachrymas amoris excitat, culpam expellit, & animam Deo gratam reddit. Forte de hac pluuia locutus est Dauid, cum dixit: *Pluuiam voluntari-* *Ps. 67. v. 10.* *am segregabis Deus hæreditati tuæ*: id est pluuiam non violentam, sed suauem, placidam, & liberalem: at hæreditas tua, *infirmata est, tu vero perfecisti eam.* nam cum ea infirmitate tentatur, & lãguet, Deus per eamdem pluuiam eam roborat, & perficit, vtinam & nos perficiat in sæcula B sæculorum, Amen.

EXHORTATIO XVII.

De aspera hyeme persecutionum, & ærumnarum huius vitæ, & quomodo per Christum Dominum transeunt, & finiuntur: & quã cito pertranseant?

Iam hyems, &c.

ADHVC post Christi Domini aduentum intercessit hyemale tempus rigidum, & horridum ob sæuam persecutionem quæ increbuit in ipsum: & postea in Ecclesiã eius ex iustis maxime congregatam: & quidem tempus passionis Dominicæ (inquit D. Bernardus) hyems frigi- C da fuit & procellosa. *Serm. [illegible]* quæ vehemẽtem blasphemiarum, & tormentorum imbrem cõtra ipsum emisit. Vnde & de nocte illa dicitur, *quia frigus erat.* Vereque friguit charitas in Petro: qui eum negauit, & in reliquis discipulis, qui eo relicto fugerunt, quia mundanus timor instar gelidæ hyemis in eorum pectore aquas gratiæ congelauit & diuini amoris dissipauit flammas, eosque compressit ne confiterẽtur Christum: cuius nomen & gloria in opinione persecutorum maxime obscurata est, quia ampla est illis facultas concessa ad omnigenam mouendam persecutionem vsq; ad diram crucis mortem. *Hæc est*, inquit, *hora vestra, & potestas tenebrarum*: id est, hoc est tempus vobis ac dæmonibus concessum, vt in me omnem vestrum furorem exerceatis.

De persecutionibus Christi & Ecclesiæ. §. 1.

D HYems autem ista ex parte recessit per Christi resurrectionem, in qua nouum cœpit ver, & flores apparuerunt in terra nostra, vt mox videbimus. Sed quoniã adhuc discipuli timidi erant, & pusillanimes fuerunt quasi in hyeme, donec venit Spiritus sanctus in eos: cuius igne incaluerunt corda eorum, tantaque sunt induti virtute ex alto, vt ipsis principibus Sacerdotum audacter se opponerent, eorumque terro-

res

res cont[illegible]mnerent, quare illam nonellam Ecclesiam in[illegible]tans sponsus vt surgeret & properaret a[illegible] Euangelium prædicandum, rationem red[illegible] *enim hyems transiit, imber abiit, & recessit.* Iam [illegible] timoris & pusillanimitatis transiit, imber[illegible]que terrorum recessit, nec erit amplius quod terr[illegible]t, & impediat. quia omni terrore superi[illegible]ades.

Sed nunquid deinceps non esortæ sunt vehementes persecutiones & frequentes, quæ Ap[illegible]os & discipulos, vniuersamq; Ecclesiam [illegible]sis temporibus maxime vesanerunt? Nam [illegible] tempestatem & persecutionem, ver autem tranquillitatem & pacem significat: Nonne hæc sicut in annuo circulo sibi inuicē succed[illegible]ant, & hyems longior, & rigidior apparuit? exarserunt enim cōtra Christum, & Ecclesiam, innumeri hostes à dæmonibus agitati, Tyranni, Philosophi, Hæretici, plurimiq; Pseudo-Christi, & Pseudo-Apostoli, quorum dogmata, calumniæ, tormenta, & artes diabolicæ instar hyemis & imbris impetuosi vehementer afflixerūt fideles. *Tradent vos* (inquit Saluator) *in tribulationem, & occident vos*, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum, & multi Pseudo-Prophetæ surgent, & seducent multos, & quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Ecce quam frigida, horrida & atra hyems prænuntiatur futura, in qua multorum fides, errore obscurabitur, charitasque ex abundantia iniquitatis refrigescet. Vnde infert: *Orate ne fiat fuga vestra in hyeme, vel in Sabbato.* Per hyemem intelligens horribilem tyrannorum persecutionem; per Sabbatum vero, qui dies festiuus, persecutionem Pseudo-Prophetarum, qui sub specie pietatis alios decipiunt. Vtraque autem maximum inducit torporem, & impedit valde fugam à peccatis, quæ ex illa proueniunt; & ideo orandum dicit, ne vtraque nos comprehendat, & deiiciat.

Quid ergo est quod sponsus ait: *Hyems transiit, & imber abiit.* Siquidem tamdiu permansit, & adhuc permanet? de qua ergo hyeme, & imbre loquitur: & quare illam grassari permittit? non enim hyemem permitteret, nisi aliquod bonum afferret, nec transire diceret, nisi noxium impedimentum præstaret. Hyems igitur noxia, & imber nocuus, vt notat Diuus Bernardus, non tam est ipsa persecutionum tempestas, quam timor mundanus, & pusillanimitatis spiritus, qui ab illa procedunt, eique adiunguntur, & reprobos premunt ac deiiciunt. Huiusmodi autem hyems electis Christi discipulis, transiit, & recessit; quibus dicitur: *Non timebis à timore nocturno*: non dicit à nocte, sed à noctis timore, quia non ipsa afflictio (ait idem Sanctus) tentatio est, sed timor ipsius; hic cum nimius est premit, & vincit; sed electis per Christum transit, licet permaneat persecutio & afflictio, vexans quidem, sed non in malum, quin potius in magnum bonum. Sicut enim hyems & imbres, etsi horrore compleāt omnem superficiem terræ, & arbores floribus, ac frondibus nudent, herbasque niue, gelu, & glacie teneant compressas, ac cælum densis nubibus, & nebulis tegant: nihilominus plurima alia referunt commoda, vt ipsæ arbores maiorem intrinsecus seruent calorem, altiores figant radices, & validiorem vim germinandi concipiant, quam in ipso vere manifestent, in eundem modum tribulationes, ac persecutiones tyrannorum, quamuis extrinsecus horridæ appareant, electosque bonis temporalibus exspolient, & carceribus ac vinculis compeditos teneant, & oppressos; cæterum ardentiorem charitatem per quandam spiritualem antiperistasim conciliant, altioreq; radices mittere faciūt, in humilitate, patientia, longanimitate, spe, aliisque virtutibus, quæ circa tribulationes suos heroicos exercent actus.

Vnde fortiores resumuntur vires ad præclariora facinora postea peragenda, iuxta illud: *Et mittet id quod saluatum fuerit de domo Iuda radicem deorsum, & faciet fructum sursum.* Nonne Paulus rigida premebatur hyeme, cum dixit; *Grauati sumus supra modum, & supra virtutem, ita vt taederet nos etiam viuere?* Sed quas radices tunc misit? *Ipsi*, inquit, *responsum mortis habuimus, vt non simus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitat mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit, & eruit; in quem speramus quoniam adhuc eripiet.*

Vnde fit quod sicut tempore hyemis & imbris procellosi, homines domi se continent, & domestica negotia tractant, quia vix foras egredi possunt: sedata vero tempestate foras prodeunt, vt externa peragāt: Sic iusti instante persecutionis rigore, & tribulationis procella, ad seipsos redeunt, internis vacant, orationibus instant, animumque virtutibus excolunt, quia nō permittitur illis foras progredi ad munus prædicationis, & fidei promulgationem, vt aliis prosint, tantique Deus facit vniuscuiusque profectum, vt permiserit Paulum multo tempore in vinculis detineri; ne orbem perageret, vt sibi attenderet, insignisque virtutis exempla aliis præberet. Cæterum ne hoc munus omnino impediatur, cessare facit ad tempus persecutionis hyemem, vt pace reddita Ecclesiæ, feruentius insteret eius dilatationi: tuncque diuina sponsi locutio fit, dicens: Surge, propera, & veni: *Iam enim hyems transiit, imber abiit, & recessit*: id est, iam persecutio desæuiit, iam tranquillitas facta est, & sine obstaculo poteris ad luctandos alios properare.

Sed mysterio non caret de hyeme dixisse tantum quod transiit, de imbre autem duplicato vocabulo quod abiit, & recessit, forte quia per imbrem, vehementior persecutio designatur, quam longius recedere oportet, quia maius affert impedimentum, & conuenienter per imbres designatur, qui ex vaporibus fiunt à terra ascendentibus in aerem, & rursus ab aere decidentibus in terram; cuiusmodi sunt superbi, & elati homines, ponentes in cælum os suum; & lingua eorum transiens in terram, tanquam pluuia amarissima terram ipsam palustrem, & sterilem facit, tam plantis, quam satis inutilem, id est animabus pro quibus Christus mortuus est: mali etenim imbres sunt, quos tanquam pessima nubes pluit Philosophorum ventosa loquacitas: hæreticorum inanis iactantia, quæ sua peruersa iactat dogmata; & superborum omnium lingua magniloqua, ipseque innatus, & vanus excellentiæ appetitus, qui imbres lutum faciunt, non fructum ferunt, sed pro fructibus spinas, & tribulos germinant, quos tamen Christus Dominus abire, & longe recede-

Matth. 24. 9. Luc. 21. 16.

Matth. 24. 20.

Psal. 90.

Isa. 37. 31.

2. Cor. 1. 8.

Ita D. Bernard. serm. 58 in Cant. sed diffuse valde.

se ad tempus cogit, & Ecclesiam suam vocat, vt surgat, properet, & veniat tanquam nubes cælestis, à cælo orta, quæ pluuiam salutarem, & voluntariam, leuem & suauem mittat in terram, quæque non lutum faciat, sed plurimum afferat fructum, per quam flores appareant in terra nostra, ficus proferat grossos suos, campi repleantur vbertate, & animæ omnigenæ decorentur virtute.

De persecutionibus singulorum. §.2.

QVæ de vniuersa Ecclesia dicta sunt, tibi existima dicta: nam sicut hyems & ver sibi inuicem succedunt, ita decreuit Deus, cuiusque iusti vitam ex tribulationibus, & consolationibus contextam esse: quod si persecutiones & tribulationes patienter tuleris, cum te consumptũ putaueris, subito orieris, vt lucifer, audiesque gratam sponsi vocem dicentis: Surge à luto tribulationis, quæ te premit; Surge ad lætitiam, & consolationem, & resume vires: non es inimica, sed amica, quia in tentatione inuenta es fidelis: non es inuisa, sed columba, quæ seruasti mansuetudinem in ærumnis, non es fœda, sed formosa, quia in fornace tribulationis facta es splendidior. *Iob. 11. 17.*

Propera ergo modo, & in virtutibus præclariores progressus facito, quia iam hyems transiit iam imber tentationum abijt, & recessit: factaque est pax in finibus tuis, vt flores tuarum virtutum pulchriores deinceps apparere valeant.

Quod si Dominus hyemem & imbrem diutius permanere permiserit, nouum faciet Dominus super terram, mirabilius quidem, & optabilius, vt scilicet hyemi ver coniugatur, gratiam præbens vt in persecutionibus læteris, glorieris in tribulationibus, & omne gaudium æstimes in varias incidisse tribulationes. Vnde nouo modo dicet tibi, surge, propera, & veni: *Iam enim hyems transiit*, id est, iam recessit quidquid in hyeme molestum erat, & surgendi, ac properãdi tollebat facilitatem. *Sap. 3. v. 1.* Nam, *Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis*: tanget quidem mors, tanget persecutio & afflictio, non tamen malitia culpæ, nec tormentum diffidentiæ, vel amaritudo conscientiæ; quin potius libenter, & alacriter hyemis rigorem ferent. Et in media hyeme, ita erunt sicut in florido vere: illis etiam, *imber abiit, & recessit*: *1. Cor. 10. v. 13.* quoniam licet nunquam desit leuis tentatio, quam D. Paulus vocat humanam, & ad probationem permittitur, quæ aptius pluuiæ comparatur: transiit tamen impetuosus tentationum vehementium, *Iac. 1. 12.* quæ magnam minantur ruinam; cum eruti sint à concupiscentia, quæ concipiens parit peccatum, quod generat mortem: non enim permittit eos Dominus tentari vltra id quod possunt, *1. Cor. 10. v. 13.* sed facit cum tentatione prouentum, vt possint sustinere, & magnos virtutum prouentus reportare.

De hyeme huius mortalitatis, quæ transit cum iusti vocantur ad gloriam. §.3.

SEd altius hanc vocationem eleuemus, intelligentes per hyemem vniuersum vitæ mortalis tempus, quod æternæ comparatu[illegible] hyems imbrifera & procellos[illegible] nu[illegible]p[illegible]tur, [illegible]b ingentes ærumnarum imbres, q[illegible]am reprobi, quàm electi comprimu[illegible]tur: [illegible] quidem impatienter, & cum maximo animæ d[illegible]men to: hi vero patienter & cum ingenti lucro, iux[illegible] illud Pauli: *Omnes qui pie viuere volunt in Christo, persecutiones patientur: mali autem hom[ines] & seductores proficient in peius.* Nam si persecuti[o]nibus non premuntur, sed prosperitatibus abundant, ipsis peiores fiunt. Sicut autem cum hyeme vigent imbres, niues & venti, ver solet esse magis floridum & tranquillum: si vero hyems placida sit, in vere imber, nix, ac frigus solet irruere, quæ floribus ac fructibus nocent: Sic nobiscum prospere agitur, cum in huius vitæ hyeme varijs tribulationibus premimur, post quas in vere[illegible]ternæ gloriæ magna nobis felicitas reseruatur [illegible] autem in hac vita cuncta prospere eueniunt, [illegible]mendum est, ne in futura nos æterna hyems [illegible]prehendat, iuxta sententiam quam Abra[illegible]d diti epuloni pronunciauit, dicens: *Memento quod recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris.* E[t] rursus: Mundus gaudebit, vos autem contristabimini. Sed illius gaudium vertetur in tristitiam, quia extrema gaudij luctus occupat: tristitia autem vestra vertetur in gaudium.

In hora enim mortis dilecta anima sponsi præsentiens aduentum dicet: *En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera, & cæt.* *Ita Origenes.* Surge à corpore mortali quo vincta, & oppressa teneris: Surge à miserijs quibus fatigaris in hac lachrymarum valle; propera caue à carcere huius mortalis corporis, in quo compedita iaces; & veni mecum, vt in æternum regnes: quia iam tibi hyems omnino transiit, imber lachrymarum: luctus & planctus abijt & recessit, nec solum ille qui ex timore, sed etiam qui ex amore procedebat. Neuter enim iam est necessarius: transijt etiam prædicationis imber, quia firma cunctorum bonorum possessione frueris: tunc enim abstergent Deus omnem lachrymam ab oculis iustorum, & vltra non erit mors, nec luctus, nec clamor, aut dolor: *quæ prima abierunt*: omnium enim malorum imber qui prius eos vexabat, abijt & recessit. Et dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia. Nam cum recesserint vetera noua illis concedam præmia, hymem commutabo in nouum ver, in quo noui apparebunt flores, qui nunquam visi sunt in terra mortalitatis humanæ, vt exhortatio sequens declarabit.

Ex his ergo deducitur valde nobis necessarium esse quamdiu durat huius vitæ hyems, & antequam transeat, instanter operari quidquid ad nostram salutem conducit; vt cum transierit, vocemur ad requiem & coronam. Ne contingat nobis quod de pigro dicitur: *Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, & non dabitur illi*: *Prou. 20. Ita tempo[...]* Dictio Hebræa quam frigus vertit Interpretes, proprie hyemem significat, in qua frigus viget: & quam vertit æstatem, significat messem. Tempus ergo præsens, hyemale ac frigidum est, laborique destinatum ad seminandum, & terram proprij corporis exercitio virtutum velut aratro proscindendam: quod molestum est pigris, & asperum: ideoque ob ignauiam laborare, & arare contemnunt: at tempus futurum in

quo

... at, ... unm dicitur, quia A ... m ... e ... ntur, & dul... es ... & ... poss dentur: iuxta ... *tes ibant, & flebant mittentes semi-* ... *tes autem venient cum exultatione, por-* ... *tantes manipulos suos.*

... ... cti iusti non horrent, gelidæque ... & ... r mul... is fortis non ri... ... iæ a frigoribus niuis, quia vestiri ... bo... ... virtutibus, quæ corpus ... ædificant, & ad Dei ac proximi a... edunt. Vnde non refugiunt domo ... orandum, & luctandum contra vir... : sunt enim fortes sicut fortissimus ... percussit duos leones Moab, & a... in diebus niuis: qui sunt hi tres leo... ncupiscentia carnis, concupiscentia ..., & superbia vitæ. Sed hoc magnæ ... is ind... inm, quod in diebus frigoris ... t leonem, quem leonem? illum quem sic timet piger, vt è domo ad la... eg... edi non audeat. *Nam dicit piger, ... foris, in medio platearum occidendus sum.* At B... quod interpretatur filius domini) di... ... tem, tanquam Dei filius induens, ... gelu, & nix veniant, adhuc leones oc... ... expugnat, & quæ sunt Dei exequi... deo magnam consequitur gloriam, & æ... m retributionem. Piger autem qui pro... frigus hyeme laborare renuit, mendicabit in æstate, & non dabitur ei, quia nemo miseri... cordia erga ipsum commouebitur, sed à Deo & sanctis derelinquetur, æternis puniendus flammis.

Quid ergo stolidius quam propter frigidæ h... is labores, quia velociter transeunt, amittere æstatis iucundas messes, quæ in æternum permanent? Vita etenim nostra quantumuis longa ... eatur, & quibusuis virtutis laboribus pre... atur, hyems est facile transiens, diesq; veniet, ... issime veniet; & forte hodie cum dicetur ... *Iam hyems transijt, imber abijt.* Nam, vt inquit ... tes: *In imagine pertransit homo*, id est, velut ... bra velocissima, aut velut interna plantasiæ ... o & cogitat⁹, qui breuissimo tempore du... Quod & Iob testatur etiam dicens: *Dies mei ... fuerunt cursore.* Sed clarius damnati ipsi, ... a testatur Sapientia: *Transierunt* (aiunt) ... *tanquam vmbra, & tanquam nuncius per...* ... *, & tanquam nauis quæ pertransit fluctuantem ...m, &c. aut tanquam auis quæ transuolat in aere, ... aut tanquam sagitta emissa in locum suum, &c. sic ... nati continuo desiuimus esse*: id est, vita nostra ... r momenti temporis, quod simul inci... & desinit esse: nam cum nati sumus, conti... & quasi nulla intercapedine videmur de... at tormentum eorum in æternum manet, ... mendicant, vel guttam aquæ ad ... erandam flammam, qua cruciantur, & ... dabitur eis.

§. 4.

Feliciores iusti, qui in hyeme ista laborant, & grauissimis tribulationibus premantur, ei... tissime enim dicetur illis: *Iam hyems transijt, & recessit*, & tunc requiescent à laboribus suis. Sicut enim damnati, vt vidimus, voluptatibus huius vitæ ... riati, eam momentaneam esse putarunt ... illi amore Dei inebriati, ... mul... s premantur afflictionibus, quasi instantaneas putant: si æternis bonis comparentur, dicentes cum D. Paulo: *Id enim quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, &c.* 2. Cor. 4. 17
Perpende quæso quam longas, & quam acerbas & molestas tribulationes passus fuerit, quas ipse 2. Cor. 11. v. 23.
in eadem epistola fuse commemorat, in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter, vt quasi non semel, aut bis, sed sæpius mortem acerbissimam pertulisse videatur; & tamen cuncta hæc momentanea iudicabat, & leuia: dum futura quæ non videntur, æterna, & sublimia contemplabatur: quamdiu hyems durat, longa tibi videtur, sed conuerte oculos ad æternam æstatem, quam expectas, & momentanea apparebit, vt iam non dicas: Hyems transit, B & imber abiit. Nam quod parum distat vt transeat, quasi nihil distare, & iam transisse videtur.

Sed quoniam negare non possumus vitæ nostræ tempus siue breue sit, siue longum, vere hyemale esse, imbribus, ac ventis procellosum, vnde fit domum cuiusque tam sapientis, quam Mat. 7. 24.
insipientis, pluuiis, ventis, & fluminibus concuti, curandum est valde, sicut Saluator monuit, ne similes simus viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam, & irruentibus in illam fluminibus, pluuiis, & ventis, cecidit ruina magna: sed è contra, assimilemur viro sapienti, qui eam ædificauit super petram: & quamuis eadem flumina, pluuiæ, & venti in eam irruerint, non cecidit, quia supra petram fundata erat. Et quid est arena, nisi temporalia bona, quæ cito transeunt? Et quid petra, nisi æterna, quæ semper manent? Qui ergo conscientiæ suæ ædificium super amorem rerum temporalium fun- C dant, irruentibus tentationibus facile corruunt dum illa vel acquirere plus nimio cupiunt, vel amittere timent: atqui illa contemptis, in æternis fundamentum iaciunt, immobiles stabunt, sicut æterna sunt immobilia, quæ nec à persecutoribus, & tentatoribus dari possunt, vel auferri: fundemus ergo domum nostram super firmissimam petram, qui Christus est, eiusque lex, solida doctrina, & certa æterni regni promissio, & non timebimus à frigoribus niuis, nec ab imbribus hyemis, quæ cum transierint, domum nostram non demolientur.

Cuncta hæc egregie complexus est Diuus D. Greg.
Gregorius in hunc locum possumus, inquit, per "
hyemem vitam præsentem intelligere, quæ dum "
nos assiduis tentationibus impetit, quasi imbri- "
bus importunis ad sequendum Christum tot- "
pere compellit. Sed iam sponsa surgat, quia iam "
hyems transijt, quoniam quanto magis dies vl- "
timus instat, præsens vita recedit; & quo am- "
D plius tempus ad terminum ducitur, eo citius "
currendum est, ne electa anima oblaris sibi mu- "
neribus æternis priuetur. Transiit, enim dicitur, "
quia in proximo transitura esse non dubitatur. "
Hæc ille, quasi alludens ad id quod antea sponsa enixe petierat, dicens: *Trahe me, post te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Annuit sponsus & dicit: *Surge, propera amica mea, colum-*

columba mea; Curre vt desideras post me in odo- A rem vnguentorum meorum. *Iam enim hyems trãsiit, imber abiit* [&] *recessit*; sunt ablata omnia curredi obstacula: quamuis autem in præsenti vita degens, sis quasi in hyeme, & imbribus impetita, perpende tamen hæc ita [breuia] & transitura: vt iam quasi transisse, & abiisse possis existimare: vt propterea non desinas post me currere, me sequi, & ad æternam vitam peruenire, quam ipse nobis elargiri dignetur, Amen.

EXHORTATIO XVIII.

De floribus Virtutum, & Sanctorum ac Beatorum, qui apparuerunt per Christum, & nobis manifestantur vt diuinis vocationibus obsequamur.

Flores apparuerunt in terra nostra.

ADeo malitiæ hyems, & peccatorum imber grassabatur & inũdabat terram ante Christi aduẽtum, vt nullæ rosæ, lilia & flores in campis apparerent, non florescerent arbores, aut vites, ficus non proferrent nisi acerbos & immaturos grossos, & eũcta terra esset inanis & vacua suo spirituali ornatu destituta: quia vera sapientia transierat, abierat virtus, & sanctitas vitæ recesserat. Sicut crebro lamentabantur Pro-
Osea 4 v.1. phetæ: Oseas enim dicebat: *Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra. Maledictum*
Isa. 59. 14. *& mendacium, & cæt. inundauerunt.* Isaias vero: *Corruit in plateis veritas, & æquitas non potuit ingredi.*
Mich. 7. 2. Michæas autem: *periit sanctus de terra, & rectus non est in hominibus.* Vrgente ergo hac rigida hyeme venit Christus in terram nostram, vt illi finem imponeret. Vnde & in medio hyemis natus est in Bethleem Iudæ: vt simul cum illo rediret no- C uum spirituale ver, orirentur rosæ, apparerent flores, arbores florescerent, ficus suos dulces proferret fructus, & terra iterum suo spirituali
Isa. 35. v.1. vestiretur decore, iuxta Isaiæ vaticinium, dicentis: *Lætabitur deserta, & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium germinans germinabit, & exultabit lætabunda, & laudans.* Quoniam per Christum replebitur pulcherrimis virtutum floribus, & vberrimis fructibus. Hæc sub his metaphoris mire depingit Salomon, vel potius Spiritus S. per illum.
Hom 5 in Cant. Eleganter nobis, inquit Nyssenus, veris describit amœnitatem creator veris; cui Psalmista
Ps. 73 v 17. canit: *æstatem & ver tu plasmasti.* Commendat autem illam, non solum à cæli serenitate recedentibus imbribus, sed à pulchritudine florum, à cantu auium, à spe magnorum fructuum, aliisque multis, quæ tamen non solum ineunti veri, sed etiam iam adulto conueniunt. Est autẽ huiusmodi ver felicissimum tempus legis Euan- D
Cant. 2. 8. gelicæ, in quo primum, *flores apparuerunt in terra*
Isa. 11. 1. *nostra.* Non, inquit, flos, sed flores, quia plurimi apparuerunt, sed ante omnes vnus qui auctor est veris, & aliorum florum radix; Christus Iesus, flos campi, & lilium conuallium, flos de radice Iesse in florida Nazareth, conceptus & enutritus, quem innumeri consecuti sunt flores aspectu pulcherrimi, & olfactu odoratissimi, quos suo ordine describemus.

De floribus doctrinæ virtutis & miraculorum, qui apparuerunt per Christum. §. 1.

ETenim cum Christo Domino apparuerunt in terra nostra ingenti flores, qui [...] pulchritudinem & fragrantiam ostendentes; [...] rum flores sapientiæ & doctrinæ cælestis, quam densa nubes legis veteris, in suo hyemali tempore tectam & occlusam sub variis [figuris] retinuerat: Et tamen vnigenitus qui est in sinu patris, eam foras propalauit, reuelans distincte mysteria abscondita ante tempora sæcularia, per ipsum enim apparuerunt nobis tanquam noui flores mysterium Trinitatis personarum in vna deitatis essentia, aduentus filij Dei in carne; Spiritus S. ab vtroque processio & missio; & huiuscemodi mysteria: tota enim Euangelica B doctrina, pratum est amœnissimum, tot vestitum floribus, quot habet sententias: propter quas iuxta vaticinium Isaiæ: repleta est terra scientia Domini sicut aquæ maris operient.

Hinc fit vt simul etiam in terra nostra apparuerint noui ac pulcherrimi flores virtutum, quos fere nunquam mundus viderat; [...] ne perpetua virginitas, paupertas spiritus vsque ad renunciationem omnium quæ possidentur, vt pauperibus distribuantur: religiosa obedientia sub vnius Prælati disciplina, inimicorum [...] dilectio, profusio sanguinis, & horribilium tormentorum pro fide tuenda; & aliæ consimiles, quæ velut flores intra gemmas latuerant, & in lege antiqua erumpere cęperant: sed in lege noua longe, lateque diffusi sunt, & apparuerunt in vniuerso orbe, indicantes aduenisse florem campi Iesum, cuius sunt virtute procreati. Nonne speciosissimi sapientiæ & virtutis flores apparuerunt in montibus, & locis campestribus, C in quibus Christus Dominus prædicauit? Nonne pulcherrimi flores omnes illæ sententiæ: *Beati pauperes spiritu, beati mites*, & sequentes? Et quid erat dicere: Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros, nolite iurare omnino, nisi flores, qui apud antiquos latebant in gemmis, foras erumpere, vt de nouo apparerent in terra nostra? prævidebat hoc Isaias cum dixit: *Ego ipse qui loquebar: Ecce adsum: quam pulchri sunt super montes pedes annunciantis & prædicantis pacem, annuntiantis bonum.* Quæ verba Diuus Hieronymus interpretatur de ipso Christo prædicante super montes Euangelium suum. Sed quia L X X. verterunt: *Sicut pulchritudo in montibus, sic pedes euangelizantium auditum pacis.* D. Cyrillus sic ea verba exponit: *Talis erit aduentus Messiæ, qualis in montibus pulchritudo veris.* D

Nam cum montes ab hyemis asperitate exusti sunt, & horridi, sed affulgente vere, statim noua quadam florum pulchritudine & nitore vestiuntur: cum ille qui loquebatur per Prophetas, venerit saliens in montibus & transiliens colles, & dicat, ecce adsum: aduentus eius erit gratissimus, & speciosissimus sicut bonus nuntius, qui post horrida & turbida tempora pacem annunciat: & sicut cum hyems transiit, imber abiit ac recessit, venitque vernalis amœnitas, & flores apparent in terra, & montes valde ornát: licet

... autem D. Paulus hunc locum Isaiæ, de A- A ... euangelizantib. interpretetur, quod & ... est, hoc tamen non obstat, quin pri- ... Christo, eiusque doctrina ab ipso ... zata, & de floribus ipsius possit intel-

... adhuc in eius aduentu apparuerũt etiam ... miraculorum, & gratiarum, quas vocant ... datas, ad mirabilia patranda opera, quæ ... cuncta varietate ornarunt terram nostram ... dicetes cælum: nam à cælo descende- b... us quæ ornauit eam. Flores erant susci- ta... mortuorum, infirmorum repentina cura- tio ... donum linguarum, spiritus prophetiæ, in- ... sermonum, dæmonum expulsio, & alia ... modi. Licet n. cum primitiua Hebræo- ... Ecclesia, ex Ægypto educta est, & per de- ... um progrediebatur, vel terram promissio- nis intrabat, flores stupendorum miraculorum apparuerunt: erant tamen flores quasi hyemalis temporis, nam terram hominibus denudabant, & maximo mœrore ac dolore vestiebant, cum per miracula illa innumera hominum & ani- malium multitudo periret: at per Christum Do- minum flores noui, graciles, & iucundi appar- uerunt in terra nostra, qui miris modis eam orna- bant, & hominibus virtute florentibus plenam reddebant.

De pulcherrimis floribus Sanctorum qui post Christum apparuerunt. §. 2.

D. Ambr. ser. 6. ... al. 118.

SEd quis enarrare sufficiet sanctorum specio- sissimos flores, qui cum Christo, & post Chri- stum apparuerunt in terra nostra? vix concept⁹ est in vtero matris, cum apparuit in domo Za- chariæ flos Prophetarum, Martyrum, Virginum & Doctorum Ioannes Baptista præcursor eius: & cum natus est in Bethleem, mox apparuerũt tres florum ordines: Angelorum scilicet, Pasto- rum, & Magorum, qui vtriusque populi Hebræi & Gentilis erant primitiui flores. Et paulo post C in eisdem finibus Bethleem rubicundus chorus Innocentium apparuit, quos merito Ecclesia flores Martyrum vocat: nam per martyriũ pri- mi cœperunt sequi agnum, qui immolandus e- rat pro nobis, vt Martyres, Martyrem, Virgines, Virginem, impolluti impollutum, sequi possent quocunque ierit speciosis gratiæ floribus coro- nati. Sed post consummatam redemptionem in vniuersa terra apparuerunt fragrantissimi flores Apostolorum & Euangelistarũ, purpureæ mar- tyrum rosæ, candida virginum lilia, variæque violæ confessorum, doctorum, ac monachorũ, qui omnes non solum floribus gaudent, sed fru- ctibus abundant. Crediderim enim hoc loco Salomonem non solum loqui de florum plan- tulis, sed etiam de floribus quos arbores in vere producunt, & signa sunt sequẽtium fructuum; quibus Plinius, qui supra citatus est, sic ait,

Lib. 16. c. 25.

„ arborum flos, est pleni veris indicium, & anni „ renascentis, flos gaudium est arborum: tunc se „ nouas, aliasque quam sunt ostendunt, tunc va- rijs colorum picturis in certamen vsq; luxuriãt. In his autem mysticia arboribus flores dixeris virtutes internas, cordisque præcellentes affe- ctus: Fructus vero opera externa, & ingenia sanctitatis facinora; siue misericordiæ, vnde o- linæ, siue seruoris, vnde vites, siue dilectionis fraternæ, vnde malogranatæ nuncupantur. Ex quibus Christi Ecclesia est instar agri pleni sum- me redolentis, cui benedixit Dominus, vt supra satis explicatum est.

Lib. 1. exh. 10. & lib. 4. exh. 19.

Fecit autem Salomon mentionem florum duntaxat; vel quia isti primo apparent in vere: Et in primitiua Ecclesia nondum plenus appa- ruerat fructus per vniuersum mundum produ- cendus: vel quia multi Sanctorum, & si omniũ virtutum decorentur floribus, fructus externos aliquarum ferre non possunt. Siquidem Inno- centes in infantia occisi sunt, & ex alijs non o- mnes virginitatis, aut martyrij, vel religionis tu- lere fructus, & si in affectu his virtutibus non caruerint. Nec earum sunt defraudati præmio; quia teste D. Paulo: si voluntas prompta est, ex eo quod habet accepta est, non ex eo quod non habet: & coram Deo pro facto reputatur volũ- tas, quando factum excludit necessitas. Merito

2. Cor. 8. 12.

B ergo Salomon tantum meminit florum, post quos statim sequentur fructus: imo & huiusmo- di flores etiam coram Deo fructus reputantur, sicut ipsa testatur diuina Sapientia, dicens: *Et flo- res mei fructus honoris & honestatis.* Flores quia pul- cherrimi visui, odoratui fragrantissimi: fructus quia dulcissimi gustui, & vndique Deo & An- gelis valde grati, sunt autem fructus honoris & honestatis: quia in Sanctis coadiuuantur veri honores, diuitiæ, delitiæ, & virtutes, quæ hone- stum, sanctum, diuitem & beatum faciunt ha- bentem: *quibus nihil est in vita hominibus.*

Eccl. 24. 23.

Sap. 8. v. 7.

Cum nata est beatissima virgo nouos flores apparuisse in terra nostra. §. 3.

Pro nati- uitate vir- ginis Ma- riæ.

SEd cur, quæso obliuisci videmur sacratissimę Deiparæ, quæ omnium Sanctorum, & Ange- lorum est pulcherrimus flos, & cum Christo ap- paruit in terra nostra, & si paulo ante illum tan- C quam mater futura illius cęperit apparere? pro- fecto propter illam solam cum primum nata est in mundo, dicere possumus: *Iam hyems transijt, imber abijt, & recessit; flores apparuerunt in terra no- stra,* ad quos respiciens Ecclesia læta canit: Nati- uitas tua, Dei genitrix virgo, gaudium annun- ciauit vniuerso mundo, ex te enim ortus est sol iustitiæ Christus Deus noster, qui soluens ma- ledictionem dedit benedictionem, & confun- dens mortem, donauit nobis vitam sempiter- nam. Etenim quæ Christi sunt propria, matri at- tribuimus propter summam, quam cum illo habet vnionem, & quia in illa cœpit nostræ re- demptionis opus, eo quod futura erat genitrix redemptoris; eius ergo natiuitas gaudium attu- lit vniuerso mundo, quia annũciabat hyems fi- nem, & initium veris, finem peccati & legis ve- teris, & initium gratiæ, ac legis nouæ per filium eius stabiliendæ: finem etiam regni diaboli, & initium regni Christi: nascebatur enim mulier D illa de qua serpenti dixerat Deus: *Inimicitias po- nam inter te & mulierem, inter semen tuum, & semen illius: ipsa conteret caput tuum.* Et per ipsam soluetur maledictio, & dabitur benedictio, confunde- tur mors, & dabitur mundo vita sempiterna. Et cum primum nata est, flores noui, & pul- cherrimi apparuerunt in terra nostra, quæ ma- ledictioni obnoxia, spinas, & tribulos germi- nabat:

Gen. 3. 15.

A nabat: etenim ex quo Adam peccauit per plures annorum millia, quotquot ex eo propagabantur, siue viri, siue fœminæ in die natiuitatis apparebant tanquam spinæ in terra nostra, quia sicut omnes in iniquitatibus concipiebantur; ita in peccatis nascebantur, & atri, ac fœdi apparebāt in mundo. Prima ergo Virgo Dei genitrix, quæ singulari priuilegio sine peccato concepta est, hanc soluit maledictionem, & in natiuitate eius flores apparuerunt in terra nostra, nata est enim omnium virtutum floribus ornata, pura, innocens, impolluta, à peccatoribus segregata, tanquam pulchra rosa inter vepres, & tanquam speciosum lilium inter spinas, quia ex ea oriundus erat Christus tanquam malus inter ligna

Sap. in li. 4. Exh 13. & 14. Can. 2. v. 2. Matt. 1. 16.

syluarum. Perpende quatuordecim generationes ab Abraham, qui genuit Isaac, vsque ad *Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus qui vocatur Christus*: Et inuenies inter hos progenitores; quosdam semper fuisse spinas, quas ferebat vinea illa antiqua, quæ expectata est vt faceret vuas, fecit autem labruscas & vepres, vt Ioram, Achaz, Amon, & alii, qui in odium harum spinarum ab illa serie expuncti sunt. Alij vero, fuerunt quidem flores, sed hyemales, flores legis antiquæ, ex quibus quidam multis peccatorum spinis fuerunt prius lacerati, vt Raab meretrix, Ruth idololatra, Bethsabea adultera, Dauid adulter & homicida, in aliis vero multæ desiderabantur virtutes, quas lex illa non ferebat, non enim floruit in illis virginitas, sed filiorum procreatio; non paupertas Euangelica, sed affluentia diuitiarum. At cum peruentum est ad *Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus*. Tres pulcherrimi flores apparuerunt in terra nostra, Ioseph Maria, & Iesus; sed duo primi propter tertium, apparuit Ioseph omnium Patriarcharum pulcherrimus flos, vt esset Mariæ dignissimus sponsus, & Iesu infantis vigilantissimus nutritius, ac pædagogus, sed multo præcellentius apparuit Maria, de qua natus est Iesus; cū qua simul ac nata est, *Flores apparuerunt in terra nostra*. Id est flores omnium gratiarum, ac virtutum, quæ illi tributæ sunt in vtero matris, & ibi latebant, imo flores virtutum, quæ antiquos patres latuerunt, & legis Euangelicæ sunt propriæ, apparuerunt tunc in mūdo, apparuit nouus flos virginitatis voto consecrandæ, flos humilitatis cum summa dignitate coniungendæ, flos paupertatis & obedientiæ, omnigenæq; virtutis in summo gradu perfectionis, quam mirarentur Angeli, & reuererentur Seraphini. Imo & cum ea tanquam in radice, apparuerunt flores virginum & martyrum, flores Sanctorum & Doctorum, qui post Christum per Mariam ad hanc pulchritudinem peruenerunt. Etenim in natiuitate erupit è terra

Hester. 10. v. 6.

tanquam *Fons paruus, qui creuit in fluuium, & in lucem, solemque conuersus est, & in aquas plurimas redundauit*. Creuit enim vt esset quasi fluuius omnium gratiarum, lux mundi, sol generis humani; vnde

Cant. 6. 9.

D redundarent in omnes populos innumeræ gratiarum, & virtutum aquæ quibus lauarentur à peccatis, & mundi ac pulchri redderentur; quoniam ex ea ortus est sol iustitiæ Christus Deus noster, per quem gratia, & veritas facta est. Vnde non mirum quod Angeli hanc puellam nascentem intuentes dicerent, *Quæ est ista quæ progreditur, quasi aurora cōsurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata*: Est enim conuersa in solem, & castrorum aciem, per quam *Humiles (inquit) exaltati sunt, & deuorauerunt inclytos* scilicet dæmones, & superbos, si ergo adhuc vexat te hyems peccati imber tentationum tribulationum procellæ, torporis frigus, nebula ignorantiæ, accidiæ, vel tristitiæ & terrenarum affectionum fœdum lutum: & cupis quod hæc omnia transeant, abeant, & recedant, ac in terra tua noui appareant flores gratiæ, fidei, charitatis, & obedientiæ omnisque virtutis, ac Euangelicæ perfectionis, accede ad Mariam, de qua natus est Iesus. Quæ in hunc apparuit in terra nostra, vt per ipsam, eiusque intercessionem à fidelibus hyems transiret, imber abiret, & recederet, floresque apparerent, quibus ornati, & fragrantes essent. Ipsa (inquit D. Bernar.) est nobilis illa stella ex Iacob orta, cuius radius vniuersum orbem illuminat, & calefaciens magis mentes quam corpora, fouet virtutes; excoquit vitia.

Hom. 2. in Missus est. Num. 24. v. 17. Hæc ex Bernardo de ... sermonibus vobis.

B Quisquis ergo te intelligis in huius sæculi profluuio inter procellas & tempestates fluctuare, ne auertas oculos à fulgore huius sideris, si non vis obrui procellis, si insurgant venti tentationū, si incurras scopulos tribulationum, si iactaris superbiæ vndis, si ambitionis, vel auaritiæ, aut iracundiæ, respice stellam, voca Mariam, in periculis, in angustiis, in rebus dubiis Mariam cogita, Mariam inuoca, non recedat ab ore, non recedat à corde, & vt impetres eius orationis suffragium, non deseras conuersationis exemplum. Hæc & plura Bernardus: quia per virginē recedit omnis hyems culpæ, ac pœnæ, & mœstitiæ, apparentque in electis flores gratiæ sanctitatis, ac cælestis consolationis. Sed iam ad cœpta reuertamur.

Rationes hinc desumpta ad obsequendum diuinæ vocationi. §. 4.

C EX hac igitur florum apparitione nouam desumit sponsus rationem vt eius vocationi obsequamur dicens: *Surge, propera & veni, flores enim apparuerunt in terra nostra*: ac si diceret. Surge iam à peccato ad gratiam, à torpore ad feruorē, ab imperfecto ad id quod perfectū est, quoniā in terra apparuerunt noui flores: apparuit Xp̄s, & flores sapientiæ & sanctitatis quos eructauit; apparuit Deipara, sapientiæ & sanctitatis exemplar, apparuerunt innumeri sanctorum flores in horto Ecclesiæ, per varios status, & gradus distributi: surge & excute somnium; propera, lōge propulsa pigritia, & veni ad Christum attracta pulchritudine, & odore florum, qui apparuerūt in terra nostra, & iunge te illis, vt tu ēt inter eos tanquam pulcherrimus flos appareas. Surge, propera, & veni tanquam apis argumentosa, & ex floribus, qui apparuerunt, decerpe ceram sapiētiæ, & virtutis mel, & fauum tibi dulcissimum constituas. Surge & veni, vt ex virtutū floribus

D coronam tibi texas, qua caput tuum ornes. Cur non properabis, vt tot sanctos imiteris? cui in vere legis Euangelicæ degens non germinabis nouos gratiæ flores? florete flores quasi lilium, germinate violam humilitatis, & rosam pudoris, q̄ si omnium virtutū fructus ferre non valetis, saltē germinate flores, producite affectus, vt efficax desiderium suppleat, q̄ facultas negauit.

Sed

Matth. 5. v. 16. Ioh. 15. v. 13. Sed non sine causa dicitur: *Flores apparuerunt.* Oportet enim quod virtutes appareant, & hominib. manifestentur, vt videntes opera nostra bona glorificent Patrem nostrum qui in cœlis est, non appareant ex vanitate, quia tunc euanescent flores, & marcescent, sed appareant ex charitate vt proximis possint prodesse, & odore suo eos alliciant, vt easdem virtutes amplexentur: sicut autem flos prius latet in gemma, & paulatim foras erumpit, & apparet; sic prius virtus, concipiatur in corde, & ibi nutriatur, vt conualescat, & sine periculo foris appareat: & gradatim sese ostendat, ne subita manifestatio inanis gloriæ damnum pariat, dicuntur autem apparere flores, & non flos, quia fere nunquam vnus apparet flos, quin secum ferat plures alios. Et sicut cum vna insignis virtus manifestatur, simul aliæ sunt manifestatæ; ita cum quispiam insignis vir floret, alios post se trahit, & similiter florere facit.

Gal. 5. v. 8. Dicit autem sponsus flores apparere, non in terra tua, sed *in terra nostra.* Quoniam humanæ naturæ terra si sola sit, & suis viribus relinquatur, non germinat flores, sed tribulos, & spinas, ob peccatum enim Adæ huiusmodi est maledicta maledictione, at ex quo terra ista facta est ipsius sponsi, qui naturam humanam suæ vniuit personæ vt merito eam terram nostram vocare possit. Flores (inquit) pulcherrimi apparuerunt in terra nostra, quia non tua, sed mea virtute, & te cooperante apparere & splendescere noscuntur in natura vtrique communi. Si ergo diuinos flores germinare desideras, esto terra Christi, noli esse tui iuris, sed ipsius: qui terram suam fecit tuam, vt tua per illam Deificata maneret, aptaque vt fragrantes & pulchros flores germinaret.

Serm. 59. circa id vox turtu[ris] au[dita] est in ter[ra] nostr[a]. Psal. 113. v. 16. Baruch. 3. v. 38. Fauet expositio D. Bernardi, quæ in idem recidit, terra siquidem ista possessio est Dei, qui fecit illam, sed patriam voluit esse hominum, cœlum reseruans sibi. Nam *Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum.* At cum factus est homo, ac in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est, terra facta est etiam patria ipsi[9], vt iam verè dicat, *In terra nostra.* Non principatum (inquit) sonat vox ista, sed consortium, sed familiaritatem, tanquam sponsus hoc dicit, non tanquam Dominus, amor loquitur qui dominium nescit. Ergo vt filius hominis hæreditat terram, vt Dominus subijcit: vt conditor administrat, vt sponsus communicat, dicendo *In terra nostra*, proprietatem profecto abuuit, societatem non respuit: caueto ergo ne amplius peccatorum germines tribulos; & sponsus quasi gemens dicat, spinæ apparuerunt in terra nostra,

Tit. 2. v. 11. cum tamen flores debuissent apparere; siquidem iam apparuit gratia Dei saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos, vt abnegantes impietatem & sæcularia desideria, sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei.

In festo ... transf... ratio... *De floribus Beatorum, & beatitudinis qui apparuerunt per Christum. §. 5.*

SED ecce D. Paulus nobis insinuat aliam florum apparitionem, quæ his etiam verbis designatur, quam adhuc expectamus, & spe illius exhilaramur. Nam vt dixit D. Ioannes: *Nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus, cum autem apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est.* Primus enim flos cœlestis, qui in terra nostra apparuit, fuit ipse Christus, cui in primo suæ conceptionis instanti diuina essentia clare manifestata est, antequam Deum nemo vidit vnquam, ipse etiam primus flos fuit, qui de terra surrexit à mortuis in æternum victurus immortalis & gloriosus. Nec tamen solus, sed teste D. Matthæo. multa corpora sanctorum, tanquã pulchri flores, surrexerunt è sepulchris, & apparuerunt multis. Sed quod mirabilius est ante eius resurrectionem subitò innumeri Sanctorũ florea apparuerunt, non in terra nostra, sed subtus illam in limbo, quos clara Dei visione ibi decorauit, postea vero noui quotidie flores apparent in cœlesti patria: donec tandem in die vltimi iudicij electi etiam à mortuis resurgent incorrupti. Et: *Cum apparuerit* (inquit Paulus) *Christus vita vestra, apparebitis & vos cum ipso in gloria.* Flores aut D. Greg. apparuisse dicuntur, quia sanctæ animæ cum à corporibus recedunt, in cœlo recipiuntur: & quia in hac vita quamuis hyems fuerit à bono opere non torpuerunt, mox vt recesserunt, in terra viuentium gloriosè floruerunt.

Ex D. Gre[g]. infra citando. 1. Ioh. 3. v. 2. D. Bernar. Serm. 58. in Cant. Matth. 27. v. 53. Col. 3. v. 4. In hunc locũ & Hom. 16. in Ezech.

Merito autē flores isti apparuisse dicuntur in terra nostra; quoniam terra in qua modo degimus non est patria nostra, sed exilium: terra hæc communis habitatio est etiam bestijs, & serpentibus, ac volucribus aeris, nec tantum deputata hominibus, at cœlum supremum: terra est viuentium, in qua teste Dauide, est nostra portio, & hæreditas assignata; quæ vere terra est degentiū vitam iucundam, fœlicem ac plene diuinam, cuius soli homines & Angeli possunt participes fieri. Hæc vere est terra nostra, quia propria patria est in quo perpetuo viuere speramus, & cum hęc propria sit cœlestis sponsi, quia cœlum cœli Domino, iure tamen spiritualis desponsationis, ac filiationis adoptiuæ voluit nobis esse communem, & ideo terram nostram illã compellat, ad eamque inuitans dilectam animã: ait, *Surge propera amica mea*, & veni ad terram nostram ad patriam cœlestem, ad promissam hæreditatem; quia iam plurimi flores apparuerunt in terra nostra, qui te expectant, & secum habere desiderant, vt tu etiam tanquam flos appareas ibi cum illis, & gloria potiaris æterna, & venire non properas? cur remoraris? Quis (inquit Cyprianus) peregrè constitutus non properaret in patriam regredi? patriam nostram paradisum computamus, parentes Patriarchas habere iam cœpimus, quid non properamus, & currimus vt patriam nostram videre, vt parentes salutare possimus.

Psal. 141. v. 6. Li. de mortalit. in fi.

Sed interim dum illuc abire non tibi conceditur, surge, & propera amica mea, & veni fastigium spiritu vt videas flores qui apparuerunt in hac inferiori terra nostra, & florent modo in terra viuentium, vt eorum aspectu, & odoratu gaudeas, & conforteris, sed quomodo quæ in terra degit, videre & olfacere potest flores qui sunt in cœlo? Respondet nobis Diuus Ioannes dicens: *Vidi sanctam Ciuitatem Ierusalem nouam descendentem de cœlo à Deo.* Profecto si de cœlo

Alia expositio. Apoc. 21. v. 2. & c. 3. v. 12.

EXHORTATIO XIX.

De mul[illegible] i putatione propria legis Euangelicæ, [illegible] abnegatione omnimoda sui ipsius, & [illegible] diu tempus spiritualis putationis d[illegible] a[illegible] eis.

Tem[illegible]us putationis aduenit.

CVM omnia tempus habeant, vt diait Ecclesiastes, tempusque sit scindendi, & consuendi, putandi etiam vineas, & arbores, ac inserendi, plantandi illas, per Christum Domini [illegible] vtiq dicitur; *Tempus putationis aduenit.* Quod tempus vetnum legis Euangelicæ, in qua multiplex putatio præcipitur & facta est, in putatione autem id quod secatur, & proijcitur, aut noxium est aut superfluum; quod autem manet, necessarium est, & per illam meliorarur, & quia quædā est generalia quæ in bonum totius mundi facta, & præscripta est à Christo; alia vero specialis, quæ singulis hominibus ad propriam expedit salutem, de vtraque agendum erit.

De generali putatione facta per Christum Dominum. §. 1.

PRimo igitur per Christum Dominum putata sunt cuncta superflua antiquæ legis, nam quod illa dictum erat, *Iam hyems transijt, imber abijt, & recessit.* Quia illius rigor iam cessauit, sicut supra explicuimus, nunc amplius explicatur, cum de eadem dicitur, *Tempus putationis aduenit.* Duplicem autem putationem illi ualegis fecit Christus: prior fuit resecando & abrogando quædam præcepta: vt scilicet permanentibus præceptis naturalibus, seu moralib*, quorum obseruantia fuit, & est modo necessaria, amputarentur cuncta iudicialia, & ceremonialia: ita vt deinceps manerent quasi mortua quātum ad vim obligandi, & postea noxia, ac mortifera volentibus ea obseruare, quatenus signa erant instituta ad significandum Christi mysteria futura, quæ certa fide credimus iam facta. Propterea quod dixit D. Paulus: *Si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.* Nihilominus tamen ver[illegible] ipse Saluator testatus est, se non venisse [illegible] uere legem, sed adimplere, sicut enim qui pu[illegible] arborem, non delet illam, sed po[illegible] us perficit: ita Christus Dominus dum abr[illegible] gauit legalia supradicta, non soluit, nec destruxit legem, sed valde perficit per gratiam super additam. Nam legis præcipua mandata, quę pertinent ad decalogum, & moralia, quæ inde ad reformandos mores in Psalmis & Prophetis, atque in sapientialibus libris deducuntur, per Christi gratiam sublato onere ceremonialium multo facilius impleri possunt.

Posterior putatio, fuit ipsorum præceptorum Moralium. Non in seipsis, sed secundum interpretationem Scribarum & Pharisæorum, qui nonnulla prauè populo proponebant, & irritū faciebant mandatum Dei propter traditiones

A suas, quæ tamen Christus Dominus resecuit, vt ad legitimum sensum secundum intentionem legis deduceret, sicut enim diait, *Audistis quia dictum est antiquis?* non periurabis, redde autem Domino iuramenta tua, oculum pro oculo, & dentem pro dente. Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum, &c. Multos amputauit abusus, qui in populum irrepserant ex sinistra Scribarum interpretatione faciens simul a[illegible]rere flores perfectissimarum virtutum, qui apud illos latere videbantur, vt iam diximus. Sicut enā resecanit permissionem libelli repudij, & fœnerandi ab extraneo, & alia huiusmodi, vt lex maneret ab imperfectione, & occasione ruinæ denudata.

Sed illa insignior putatio per Christum facta quæ ad remissionem peccatorum spectat; in cuius aduentu, *Tempus putationis aduenit.* Quia legē

B instituit, & sacramenta, per quę verè remittere[illegible] tur peccata, & à peccatoribus separarentur, non enim dicuntur peccatores putari, dum à Deo, vel ab Ecclesia separantur, & supplicio mulctantur æterno, sed cum ab illis scinduntur cuncta quæ ipsis noxia sunt, & inutilia, vt deinceps fructus afferant iustitiæ, quare tempus legis Euangelicæ per antonomasiam est tempus putationis, quoniam in lege veteri non resecabantur peccata, sed solum externæ legales immunditiæ, modo autem omnino resecantur magna cum lætitia & exultatione. Vnde tēpus hoc putationis, tempus est amoris, & gaudij, quia non ex odio, vel ira putantur huiusmodi arbores, sed potius ex amore, & beneuolentia ne pereant, animo fructuosiores & pulchri-

C ores fiant. Quare vbi nos legimus tempus putationis, à L x x. tempus sectionis, alij iuxta vocem hebræam, quæ ambigua est, legunt, *Tempus cantillationis aduenit.* Fortè facta allusione ad morem putantium vineas, & arbores qui cantando laborem leuant: sed fœlicius tempus putationis spiritualis, tempus est cantillationis, quia dulcissima fit cantillatione verborum, quæ Christus instituit vt peccara putarentur, quid enim dulcius quam verbum: ego te baptizo? & quid iucundius, quam ego te absoluo? his enim verbis dat Deus auditui nostro gaudium, & lætitiā, vt exultent ossa humiliata, quia cuncta rescinduntur, quæ illa putrida, & fæda reddebant. Ecce tempus cantillationis adnenit tempus acceptabile, & dies salutis, in quo hymnis, & canticis Christi laudamus benignitatem, quia nostra putauit peccata, & ministros suos fecit putato-

D res illorum, vt copiosiores ferremus fructus vitæ æterna dignos.

De speciali putatione vnicuiq; necessaria. §. 2.

SED propalemus mysteria quæ sub hac latent metaphora, qua vsus etiam est Christus Dominus in vltimo sermone dicens; *Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est, omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eam; & omnem qui fert fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat, iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis.* Ad sex autem capita reduci possunt, quæ ad tēpus putationis spectent; nempe quæ sint amputanda, & qui putatione indigeant, à quo & qui-

 bus

Marginalia: Exhort. [illegible]; Matth. 5. v. 33. & 21. v. 16.; Exhort. 16. § 1.; Ex Orig. Nysseno Cassiodo-ro & aliis.; Gal. 5. v. 2.; Matth. 5. v. 17.; Matth. 15 v. 6.; Psal. 50. v. 10.; 2. ad Cor. 6. v. 2. Isai. 49. v. 8.; Ioan. 15. v. 1.

bus instrumentis sit facienda. Quamdiu hoc tempus putationis duret, & quando finiatur, quam nunc autem vocamus putationem, Christus Dominus alibi vocauit abnegationem sui, quia est contra propensionem propriæ naturæ corruptæ, & carnis, ac sensuum. Vnde à D.Paulo vocatur mortificatio carnis & membrorum, quia quod inciditur, mortuum manet, dicitur etiam expoliatio veteris hominis, id est morum, qui ad veterem hominem spectant; & in hoc assimilatur etiam putationi, quæ abscissio est ramusculorum veterum qui præcedenti anno fructum tulerunt, & iam vt inutiles putantur. Denique cuncta complexus videtur Christus Dominus cum eodem nomine mortis dixit; *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Id est, si homo non moriatur quoad vitam veterem & carnalem, manebit solus sine vllo spirituali fructu. At si mortuus fuerit, per omnimodam huius vitæ abnegationem, copiosum producet fructum spiritualem. Iam singula explicemus, à primo igitur inchoantes vnde reliqua pendent, cuncta illa amputanda sunt quæ animæ nocent, & impediunt ne fructum ferat necessarium ad vitam æternam consequendam, vel ad sectandam perfectionem, quam iuxta proprium statum adipisci tenetur, vel ad quam sectandam specialiter vocatur ab ipso Deo. Quare primo loco resecanda sunt cuncta peccata non solum grauia, sed etiam leuia quantum vires tulerint, omnes etiam delinquendi occasiones & offendicula, res externæ ac personæ quæ in peccatum pertrahunt, quantumuis sint nobis chare, & intime coniunctæ: iuxta illud; si oculus tuus dexter, aut manus tua dextra scandalizat te, erue eum, & abscinde eam, vt autem intelligeretur tempus legis Euangelicæ, tempus esse putationis, dixit iterum; *Non veni pacem mittere, sed gladium, sed separationem, veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suā, &c.* Et rursus, *qui non renunciat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Ea autem actu sunt renuncianda, quæ impedimento sunt, ne Christum sequamur.

Matth. 16. v. 24. Coloss. 3. v. 5. & 9. Ioan 12. v. 24. Matth. 5. v. 29. Matth. 10. v. 34. Luc. 12. v. 51. Luc. 14. v. 33.

Sed quoniam non sufficit externa resecare, nisi etiam interna amputentur, resecandę etiam sunt omnes cogitationes erroneæ, noxiæ, & inutiles, cunctaq; proprij iudicij proterua dictamina: prauæ cordis affectiones, cupiditates, & anxiæ solicitudines, sensuumque ad delectabilia inordinatæ propensiones: & quiuis denique amor quomodocunque diuino amori aduersus. Vnde postquam Christus Dominus dixit se venisse mittere gladium, & separationem, subiunxit etiam; *Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus, &c. Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* Quibus verbis significat amputandum esse nimium amorem parentum, filiorum, & consanguineorum, ac propriæ vitæ: vt nihil horum præponatur ipsi Christo.

Matth. 10. v. 37. Ioā 12. v. 25

Hinc fit omnibus hominibus ex stirpe Adæ per carnalem generationem propagatis necessariam esse hanc putationem; quia omnes habent, aut plurima, aut aliqua noxia, vel superflua, quæ amputanda sunt vt salutem, & vitam æternam, vel Euangelicam perfectionem consequantur. *Omnes enim* (inquit Paulus) *peccauerunt, & egent gloria Dei.* Necesse homo qui non peccet, imo in multis offendimus omnes: cunctaque hominum cogitatio, & sensus proni sunt ad malum ab adolescentia sua. Solus autem Christus Dominus in sua conceptione nihil habuit, nec habere potuit sectione dignum, quod vt egregie obseruat Diuus Chrysostomus, indicat satis modo ipse proponens parabolam: in qua se vitem; reliquos vero palmites vocat: munus vero agricolæ quod est putare, non refert ad vitem, quia vitis ista non indiget putatione: sed ad omnem palmitem, etiam ad eum qui fert fructum vt fructum plus afferat. Excipienda est autem ex priuilegio beatissima Deipara, quæ nec peccatum contraxit, nec vllum malum, aut quid imperfectum fecit, quod putatione indigeret: ad singulari modo præseruata est ab omni peccato, & superfluo, quod nisi præseruata esset, habeisset, & sub hac ratione tantum purgat onem indiguit.

Rom. 3. v. 23. Hom. Ioan.

Tam potens autem virtus requiritur ad huiusmodi putationem faciendam, quod solus Deus sit princeps, agricola, & putator, quia sicut nullus palmes, aut arbor potest se ipsam putare, sed ab alio purganda est; sic nullus hominum viribus suis potest seipsum à supradictis impedimentis purgare, nec ab alio nisi à solo Deo. Nam *quis* (inquit Iob) *potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es?* Et hoc ipsum insinuat Saluator cum ait: *Pater meus agricola est.* Nam respectu illius omnes homines sunt palmites, solus autem ille est agricola, vinitor, & putator. Non quod Christus ab agricolæ munere seipsum excludat, cum vnus sit Deus cum Patre: sed quia mos eius erat, semper Deitatis omnia patri deferre, vt esse propria diuinitatis clarius manifestaret, ipse vero vt Deus, & homo princeps causa est meritoria, propter quam Deus hanc efficit putationem, & instrumenta quibus perficeretur instituit.

Iob

De putatione quæ fit per Sacramenta. §. 3.

PRæcipuum autem instrumentum, quo tanquam falce, vel gladio fit hæc putatio, est verbum Christi, & sermo eius penetrabilior omni gladio ancipiti pertingens vsque ad diuisionem animæ, & spiritus, quem vidit Ioannes exeuntem ex ore Christi; ad pugnandum contra peccatores, vt eorum peccata destrueret, tam potens enim erat verbum eius, vt mox ac diceret, remittuntur tibi peccata tua; omnia peccata resecarentur. Vnde cum dixisset Dominus: quod palmitem ferentem fructum, purgabit, subiecit statim, *Et vos mundi, id est palmites purgati, estis propter sermonem, quem locutus sum vobis*, intelligens per sermonem, vt Diuus Augustinus, ac Diuus Cyrillus interpretatur, doctrinam Euangelicam, & verba, quæ illis prædicauerat; quam virtutem modo præcellenter retinent verba, quibus Sacramenta conficiuntur: vnde ipsi Sacramentorum mini-

Heb. 4. Apoc. 16 & v. 16. Tract. 80. Lib. 10 in Ioan c.15.

ministri, maxime cum baptizant, absoluunt, A vel infirmos vngunt, etiam inter putatores computantur. Lingua enim & vox sacerdotum dicentium: *Ego te absoluo à peccatis tuis*, est velut falx acutissima, & velut gladius vtraque parte acutus, & maxime penetratiuus qui putat, secat, & separat ab anima, & ab intimis eius penetralibus cuncta, quantumuis enormia, dum tamen per confessionem ritè sint illis propalata. Nec ad hoc particulare tempus assignatum est, extra quod fieri non liceat: non enim hæc putatio fit tantum semel in annu, sicut in vitibus, & arboribus; etsi ex præcepto Ecclesiæ ita fieri præcipiatur: sed quoties opus fuerit verum est dicere, *Tempus putationis aduenit*, siue hyeme, siue æstate, & in quolibet mense, & die, aut hora putari possunt vites, & resecari peccata, nec solum septies, sed septuagies septiès. B

Matth. 18 v. 22.

Vnde cum huiusmodi spiritualis agricultura à libera hominis voluntate, & consensu dependeat: nam qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te (de adultis loquimur, nam paruulorum alia est ratio) ideo ipsi qui similitudinem palmitum obtinent, ad sui ipsorum putationem cooperari, & assentiri debent: ipsisque attribuitur quod se putent, purgent, abnegent, ac superflua resecent, corda purificent, & circumcidant, quod libenter propter Christum, & propter proprium spirituale commodum perficiunt. Vnde ex hac parte tempus putationis, vt diximus, tempus est cantillationis, & gaudij, nam ipsum reflere, & gemere pro peccatis dulce fit expectantibus illorum remissionem. Væ autem illis qui tempus confessionis horrent, & C fugiunt, tanquam lugubre, molestum, & onerosum, ignorant miseri quod per illam putatur quidquid molestum est. Aufertur grauissimum pondus, quod animam comprimit, recedit hyems, qui illam torquet, & abijt imber tempestatum, quæ summe vexant, redtiq; nouum Ver, & flores gratiæ, ac virtutum, quæ per peccatum extinctæ fuerant, reuiuiscunt, nouamque fructificandi vim recuperant.

Sed audi tremendam Christi sententiam, simul & suauem, vt refugientes putationem terreat, & ad illam amplectendam inuitet. Omnem (inquit) palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, & omnem, qui fert fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat; quibus verbis duplicem assignat in palmitibus actionem. Vnam horrificam, & illis valde noxiam, D quam vocat ablationem, qua totus palmes aufertur, & separatur à vite, quia sterilis est, & infructuosus. Alteram proficuam & salutarem; quam vocat purgationem, seu putationem, vt fructifer palmes plus afferat fructus, loquitur autem de palmitibus viti Christo vnitis per baptismum. Baptismus enim à quo tempus putationis inchoat, non solum resecat omnem culpam siue originalem, siue actualem, omnemq; pœnam siue temporalem siue æternam vtrique debitam, sed vlterius ingerit homines tanquam palmites Christo viti, vt ei inhærentes fructus iustitiæ, & sanctitatis ferre possint. Et ideo de se ipso ait: *Ego sum vitis vera*; non quæuis vitis,

A sed (vt habet textus græcus) illa vitis, illa vera, illa quæ repræsentatur non per vites falsas, aut infructiferas, sed per veras, & plurimum fructũ suo tempore afferentes: illa quæ copiosissimum & dulcissimum fert fructum pro cibo, & potu totius mundi; illa quæ incorruptibilis est & sibi soli sufficiens, tantæq; virtutis, vt infiniti homines tanquam palmites ei vniri possint, & ab ea virtutem fructificandi recipere, quia *Sicut* Ioã.15.v.4. *palmes*, inquit, *non potest ferre fructum nisi manserit in vite; ita & vos nisi in me manseritis, quia sine me nihil potestis facere.* Cæterũ sicut palmites sine Christi adiutorio non possunt fructum ferre, ita etiam Christus nisi ipsis cooperantib. & consentientibus fructum non efficiet.

Illi ergo, qui Christo semel vniti sunt per baptismum, si in peccata relabantur, non statim à B vite scinduntur; datur enim locus pœnitentiæ, per quam falce putatoria contritionis, & confessionis resecantur peccata; tamen si hanc falcem refugiunt, & pœnitentiam horrent, fructũque iustitiæ pertinaciter ferre nolunt tunc Deus tanquam iustus iudex à vite aufert & separat, vel prætermittenda propter malam conscientiam (sicut ait Apostolus) quod à fide naufra- 1. Tim. 1. genr, & ab Ecclesia scindantur: vel quod instar v. 19. ficus infructuosæ succindantur, & arefiant, & igni addicantur æterno, & hoc est quod Christus Dominus ait: *Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum*, Omnem inquit, & si Princeps sit, Rex, vel Monarcha, tollet & separabit eum à me, vt vlterius in me non maneat. Sed quid inde? *Si quis* (inquit) *in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum,* Quinq; supplicia contra palmites à Christo separatos. C *& in ignem mittent, & ardet.* O tremenda sententia; quinq; horrificas minans pœnas: nimirum mitti foras extra Ecclesiam, extra Dei protectionem, & curam, & extra meritorum Christi participationem quia in eo per charitatem manere noluerunt. Vnde fit qui d arescat, & priuetur omnibus virtutibus, donis & gratijs, quas à Christo receperat, deinde, colligetur, & vincietur, libero arbitrio ad bonum operandum Ezech 15. v. 4. destitutus. Vnde cum alijs consortibus in modum manipuli colligatus mittetur in ignem, quia sicut dixerat Ezechiel, alijs vitibus velut præcisus palmes, omnino est inutilis; vbi tandem proiectus citissime ardebit, & in æternum ardebit, quia tam ignis, quam combustio æterna erit. Audi igitur suauem Christi vocationem te ad pœnitentiam inuitantem, surge, propera, & veni ad pedes sacerdotis, vt putet animam D tuam, & omnia à te peccata separet, quia modo tempus putationis aduenit; ne forte tibi transeat, & veniat repentinum tempus sectionis, quo non peccata, sed te peccatorem metat, secet & à mundo separet. Forte enim ad radicem arboris tuæ securis posita est, non vt putet, sed vt eradicet, & subito auditur vox vigilis de cœlo dicentis: *Succidite arborem, præcidite ramos eius, excutite folia eius, & dispergite fructus eius. Sed tamen non addet:* Matth. 3. v. 10. *germen radicum eius sinite in terra.* quin potius euel- Dã. 4. v. 11. lite à terra, vt non tantum per septem tempora,

sed in æternum maneat succisa, &
auulsa, cibusque sit ignis
sempiterni.

Quamdiu durat putationis tempus.

§. 4.

EX his deduci potest quamdiu duret putationis tempus: nimirum quamdiu durat vita, seu tempus ferendi fructus, quod insinuare videntur Saluatoris verba dum ait: *Et omnem qui fert fructum purgabit eum.* Nam & si palmes fructum ferat; semper aliquid miscetur superflui, quod purgatione indigeat: & ipsa productio fructus eo fit modo, quod aliquid ex ea semper putandum manet, quis, inquit D. Bernardus, ita ad vnguem omnia à se superflua resecauit, vt nihil se habere putet putatione dignum? credite mihi, & putata repullulant, & effugata redeunt, & reaccenduntur extincta, & sopita demum excitantur. Parum est ergo semel putasse: sæpe putandum est, imo si fieri possit, semper: quia semper quod putari oporteat, si non dissimulas, inuenis, quantumuis in hoc corpore manens profeceris erras si vitia putas emortua, & non magis suppressa. Velis nolis intra fines tuos habitat Iebuseus, subiugari potest, sed non exterminari, nobis fratres putationis semper est tempus, sicut semper est opus. Hæc Diuus Bernardus radicem ostendens, vnde istud genus putationis procedit, quia scilicet manet in nobis fomes peccati, incentiuum malorum, caro concupiscens aduersus spiritum, & sensus ad malum pronus; quæ nunquam possunt penitus euelli, extingui, & omnino emori; sed inordinatos iugiter motus proferunt, qui resecandi sunt, ne si nutriantur, nos perimant. Propter quod, vt notat Diuus Gregorius, vita nostra vocatur à Iob militia seu tentatio; quia ex ipsamet nascitur, vnde perimatur, quæ & si semper ex virtute succidat, quod ex infirmitate generat; semper tamen ex infirmitate generat, quod ex virtute succidat, & nobis non hostem adducimus, quem cum labore superamus. Hoc ipsum ex similitudine pilorum eleganter explicat, de quibus dicitur: *Leuitæ radant omnes pilos carnis suæ.* Pili etenim carnis sunt quælibet superflua humanæ corruptionis, qui radi præcipiuntur, non euelli, rasis enim capillis in carne radices remanent, & crescunt vt iterum radantur, quia magno quidem studio superfluæ cogitationes, & affectiones amputandæ sunt, sed tamen amputari funditus nequaquam possunt, semper enim caro superflua generat, quæ semper spiritus ferro sollicitudinis resecat. Leuita autem assumptus dicitur, id est, diuinis obsequiis mancipatus. Quantalibet autem quempiam virtus sanctæ conuersationis euexerit, adhuc tamen de vetustate vitæ nascitur, quod rescindatur. Etsi autem sit Nazaræus, & Domino consecratus, tamen Nazaræi pilos nutriunt ad significandum, vt dicit idem Gregorius, quod per vitam magnæ continentiæ cogitationes præsumptionum crescunt, quas à mente relecare oportet, & in flamma diuini amoris concremare.

Serm. 58. in Cant. — Lib. 8. mor. cap. 3. — Iob. 7 v. 1. — Aliud sim. — Num. 8. v. 7. — Nũ. 6. v. 5. — Lib. 2. mor. cap. 20.

Sed alio simili amplius explicatur, eum enim sculptor, aut pictor in auro vel tabula imaginem formarat, illæsa perseuerat, quoniam materia in qua sit imago nihil producit quod illam deleat: at si topiarius in horti areola ex herbusculis, quas plantat, varias figuras effingat, cito crescentibus herbis, deformabuntur, nisi illas continuo putet, ad hunc modum perfectiones naturæ cuiusq; quæ necessariæ sunt, incorruptæ permanent, quia nihil illa gignit quod illas destruat. At virtutes quæ à libero arbitrio hominis pendent, in quo informantur insurgente carne contra Spiritum, & appetitu inferiore contra rationem, cito peribunt nisi quæ caro, & appetitus male germinant, continuo putentur.

Aliud sim.

Tempus autem putandi hæc omnia nullum aptius, quam illud ipsum in quo insurgunt, antequam crescant, & inualescant, & magnum detrimentum pariat. Vltra hoc tamen tempus certum designare oportet quotidie in fine Diei ad putandos omnes defectus illo die commissos; qua adueniente, omnibus aliis negotiis relictis, dicito tibi; *Tempus putationis aduenit.* Putationi tunc instandum est, examinando districte quid cogitaueris, quid dixeris, aut feceris; & quidquid noxium, aut vanum, inutile, & superfluum fuisse comperreris, falce contritionis putabis: licet autem singulis noctibus illius diei sint resecanda omnia peccata, vitia tamen seu prauæ animæ propensiones simul vno die putari nequeunt, sed paulatim, & per partes putanda sunt, sicut de septem nationibus gentium Israelitico populo aduersis dictum est illi: *Ipse Dominus consumet nationes has in conspectu tuo paulatim, & per partes, non poteris eas delere pariter.* Quare vniuscuiusque putationi tempus proprium assignandum est, donec penitus resecetur, speciali examine, & scrutinio resecando actus, donec deleatur habitus, & vitiosus affectus.

Examen & scrutinium est tempus putationis. — Deut. 7. v. 22.

Sed quoniam vix homo resecare valet cupiditates suas prout oportet, quantumuis se scrutetur, & exerceat; ipse princeps agricola Deus palmitem ferentem fructum purgat, cum variis tribulationibus, ac persecutionibus iustum vexari permittit, per quas efficacia eius cuncta superflua resecantur: vix enim ipse Leuita vel Nazaræus omnes vanitatis, aut voluptatis pilos radere potest, nisi etiam alius radat, hoc est nisi ab aliis exerceatur; tribulatio enim, & persecutio falx est, & nouacula putans & radens ab anima iusti cuncta superflua: etiam dicitur radenda quot die, quia quotidie oritur, quod quotidie per illam mortificetur, cum igitur tribulationibus te concuti videris, ne animo angaris, sed scito quod *tempus putationis aduenit*: quod potius deberet tibi esse tempus cantillationis, dum gloriaris in tribulationibus, vt amplius proficias in virtutibus.

Luc. 9. v.

Etenim iuxta mensuram putationis, est mensura spiritualis profectus: nam ideo diuinus agricola fructuosum palmitem purgat, vt fructum copiosiorem ferat. Tolle (inquit Bernardus) superflua, & salubria surgunt, vtilitati cedit, quidquid cupiditati demis, putetur cupiditas, vt virtus roboretur, putetur amor proprius vt crescat diuinus, quia simul crescere repugnat:

Serm. 58. in Cant.

Lib. 14. q. 9. pugnat. vt ergo iste vigeat, ille crescete non finatur, vnde iuxta Diui Augustini sententiam, diminutio cupiditatis est nutrimentum charitatis, cupiditas autem minuitur, vel per spontaneam sui abnegationem, vel per tribulationem & ignominiarum tolerantiam, vtraque enim falx est putatoria; & ideo ad vitamque amplectendam nos exhortatur Christus Dominus, cum ait: *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.* Nec dubitauerim vocem illam, *quotidie*, quam Diuus Lucas apposuit, referendam esse ad vtrum que verbum quod præcessit, vt quotidiana sit superius abnegatio, & portatio crucis, vt sic etiam quotidiana sit Christi Domini sequela, & perfecta imitatio: iuxta illud Apostoli: *Semper mortificationem Iesu in corporibus nostris, circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris; semper enim nos qui viuimus in mortem tradimur propter Iesum, vt & vita Iesu manifestetur, in carne nostra mortali.* Prior autem sententia intelligi potest etiam de mortificatione spontaneè assumpta, posterior vero de inflicta à persecutoribus; per vtramque vero manifestatur in nobis vita Iesu, qui vtramque pertulit pro nobis, vt suo nos incitaret, & roboraret exemplo.

Matth. 16. v. 24. Luc. 9. v. 23.

2. Cor. 4. v. 10.

Quamuis autem iugis hæc putatio omnibus Christicolis sit perutilis ad salutem; Religiosis tamen est maxime expediens ad perfectionem, quam profitentur obtinendam, vt insignis quidam Abbas testatur apud Cassianum dicens: parum est renunciasse monachum semel, id est, in primordio conuersionis suæ contempsisse præsentia, nisi eis quotidie renunciare perstiterit. Vsque ad finem namque huius vitæ illud nobis dicendum est cum propheta: *Et diem hominis non desideraui, tu scis*, vnde & Dominus in Euangelio, *Si quis vult, &c.* Nam sicut ad illum spectat quotidie velle proficere, ita quotidie abnegare; nam cessante abnegatione & putatione superflui, cessabit & copiosior productio fructus. vnde ruina Religiosorum ex eo maxime prouenit, quod in hac putatione segnes efficiuntur, & ob eorum segnitiem cœlestis etiam agricola eos putare contemnit. Vt enim docet Diuus Gregorius, Ipso quotidie vsu humanæ vitæ veterascimus, & exterioris hominis impulsu cogitatione lubrica ab interiori cadimus: & nisi nos superna visitatio, vel a damorem compungendo viuificet, vel ad timorem flagellando restauret, repentino lapsu mens funditus tota distribuitur, quæ longo virtutis studio innouata videbatur.

Ierem. 17. v. 16. Luc. 9.

Lib. 1. mor. c. 19.

De extrema putatione qua fit mulcta ad reliquias perficiendas.

§. 5.

Oportet denique quamdiu viuimus cuncta superflua sedulo putare, quoniam si quid in morte imputatum permanserit duriore purgatione resecandum erit: hortibilis enim purgatorij ignis destinatus est, vt ab auro, argento, & lapidibus pretiosis separet ligna, fœnum, & stipulam; hæc comburens, vt illa puriora reddantur, & splendidiora: In regnum enim cœlorum nemo introibit habens aliquid immun-

1. Cor. 3. v. 12.

dum, aut superfluum, ideoque vel putandum est dum viuit in hoc seculo, vel comburendum in purgatorio.

Satius ergo est quamdiu tempus putationis durat, cuncta putare superflua, quam igni putanda reseruare; vbi tormentum est maius, & profectus nullus, quia ibi non purgantur palmites vt fructus plus afferant, sed vt auferatur impedimentum remunerandi fructuum meritum, & laborem.

Quod si continuo studio in hac peregrinatione cuncta superflua putaueris, vltima tibi, ac iucundissima succedit putatio, de qua hæc verba: *Tempus putationis aduenit*, explicantur à Diuo Gregorio, Ambrosio, & alijs patribus, quæ fiet in fine vitæ, & perficietur in fine mundi: quando separabit DEVS malos de medio iustorum: quando ventilabro permundabit aream suam, & triticum congregabit in horreum suum, paleas autem comburet igne extinguibili: quando præcipiet messoribus vt colligant primum zizania, & alligent ea in fasciculos ad comburendum; triticum autem in horreum suum congregent.

Hic & homil. 16 in Ezech. Ser. 6. in Ps. 118. Origenes hom. 4. Matth. 3. v. 12. & c. 13. v. 30. & 39.

Coniunguntur autem hæc verba præcedentibus in hunc modum: *Flores apparuerunt in terra nostra*; non decet eos semper in terra permanere, iam *tempus putationis*; seu vt vertunt Septuaginta, iam *tempus sectionis aduenit*, in quo flores secentur, & à terra transferentur in cœlum. Itaque putare iuxta hanc interpretationem non est superflua resecare, sed flores & fructus carpere, & à tribulis, spinis, ac zizanijs separare, vt in cœlesti horto, vel horreo, aut flores in cœlestibus Pieridibus reponentur, quo sensu postea dixit sponsus: *Veni in hortum meum soror mea sponsa, messui myrrham cum aromatibus meis.* Quod Cassiodorus & Beda interpretantur de Christi aduentu in hortum Ecclesiæ militantis, vt metat, secet, & colligat myrrhas Martyrum & Confessorum, qui mortificatione sui, & alijs virtutibus floruerunt, & fragrarunt, vt transferat eos in hortum Ecclesiæ triumphantis: Quare tempus huiusmodi putationis & messionis potiori iure, non est tempus fletus, & mœroris, sed cantillationis & gaudij, iuxta illud psalmistæ: *Qui seminant in lachrymis cum exultatione metent: Euntes ibant & flebant mittentes semina sua: Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.* Iusti ergo qui tanquam flores apparuerunt in terra legem Euangelicam obseruantes, transacto hyeme huius mortalitatis, lætabuntur in hora mortis, cum vocem sponsi audierint dicentis sibi: Surge propera amica mea, & veni; quia tempus putationis aduenit, quo te colligam, & ad me recipiam: sed de hac extrema putatione plura in Exhortatione vigesimaptima.

Cant. 5. v. 1.

Psalm. 125. v. 5.

Nunc alias duas recenseamus, ad quas sponsus nos his verbis hortatur ea recordatione putationis extremæ, vt vocem eius audiamus, cum ait: *Surge & propera*, quoniam flores Euangelicæ perfectionis & insignium virtutum apparuerunt in terra nostra; & tempus putationis, vel sectionis aduenit, vt illos tibi carpas, eisque orneris, & coroneris, iam venit tempus

Alia expositio.

tempus colligendi tibi florem virginitatis, aut A paupertatis spiritus, florem mansuetudinis & sapientiæ, ac dilectionis erga inimicos; & quia tempus breue est, cuique veniet tempus, quo tu ipse his floribus ornatus secaberis, puta, seca, carpe cito hos flores, quibus floridum tibi lectulum ad moriendum constituas.

De hoc inf. in id, Lectulus noster floridus. Sed ad gloriosiorem nos adhuc excitat vocationem, cum nos præcipit surgere ad lucrandas etiam proximorum animas; quia *Tempus putationis, seu sectionis aduenit.* Tempus scilicet resecandi idololatriam à mundo, & à peccatoribus vitia, vt prædestinati quos elegit *Alia expositio.* DEVS, vt sint flores Ecclesiæ, per prædicationem colligantur ad fidem, & segregentur ab infidelibus, aggregenturque sorti iustorum. Huiusmodi autem putatio & messio glo- B riosior est, quia tibi & multis alijs valde proficua; de qua Christus Dominus: *Ioan. 4. v. 35.* *Videtis regiones quia albæ sunt ad messem, & qui metit, mercedem accipit; & messem congregat in vitam æternam.* Id est, iam venit tempus messionis, & iam merces metentis, & fructus animarum, quas metendo congregat, durabunt in æternum.

Apoc. 14. v. 14. Amplius explicitum est D. Ioanni ab Angelo dicente ad filium hominis, qui sedebat super nubem candidam: *Mitte falcem tuam*, & mete; quia venit hora vt metatur, quoniam aruit messis terræ. Verbum, *mitte*, non est imperantis, *Luc. 10. v. 2.* sed rogantis Dominum messis qui Christus est, *Matth. 9. v. 38.* vt mittat operarios in messem suam, falx autem fere eadem est messoria, & putatoria, vnde vtrique metaphoræ deseruit. Loquitur autem Angelus de duplici messione cuius mentionem fe- C cimus: Prior, quia messes gentium, & quorumcumque peccatorum, metuntur, & secantur, vt seponantur in horreis Ecclesiæ Catholicæ, & aggregentur cœtui fidelium, vel ipsi fideles peccatores per pœnitentiam metantur, & iustis annumerentur, quoniam messis, inquit, terræ aruit, seu arida est. & matura, id est, quoniam venit hora, & tempus opportunum à Deo prædefinitum, vt hæ messes colligantur, & conuertantur huiusmodi peccatores, propter quod Christus Dominus mittit operarios, vt illam metant, ipse tamen simul cum illis metit, sine quo alij nihil efficerent. Et ideo Angelus qui introducitur rogans, vel diuinam ei annuncians voluntatem, dixit ad illum: *mitte falcem*, non quidem per teipsum solum, sed mitte per Apostolos, per Doctores, Prædicatores, ac o- D perarios tuos, quod Ioel, (ad quem alludit Io- *Ioel. 3 v. 13.* annes) expressit amplius dicens: *Mitte falces, quoniam maturuit messis*: ad ipsos operarios præceptum dirigens. Quod autem inquit, quia venit hora, vt metatur, idem est quod sponsæ dixerat; quia tempus putationis aduenit, vt duplex metaphora & similitudo eandem sem amplius declaret.

Cæterum ne segnes sint in hoc opere præstandu, & per socordiam tam sibi, quam messi noceant, si tempestiue non metant, eadem verba simul etiam significant messem extremi iudicij quod cito futurum est, saltem vnicuique *Lib. 35. moral. c. 4.* nostrum, vt Diuus Gregorius, Beda, & alij plu- *in Apoc. 14.* res interpretantur. Significat autem falx iudiciariam CHRISTI potestatem, omnipotentemque virtutem ad metendos omnes homines, & colligendos tam bonos quam malos, tam flores, quam spinas, tam triticum, quam zizania separando bonos à malis, vt hos ligatis manibus & pedibus quasi fasciculos spinarum, & zizaniæ mittat in tenebras exteriores, & flammas æternas; illos vero tanquam pulcherrimos flores, & suauissimos fructus collocet in cœlestibus locis, & thronis, vt cum ipso perpetuo floreant, gaudeant & regnent.

Esto ergo diligens putator & messor, celeriter & strenue putans, secans tam vitia tua, quam aliorum, qui tuæ sunt curæ commissi; mete flores & fructus sanctorum operum tibi, & illis; quia veniet hora, & tempus putationis, & messionis extremæ, in qua mittenda est falx diuinæ potentiæ secans homines per mortem, vt teipsum metat, & secet; & forte iam hæc falx mittitur contra te, quia venit tempus tuum, nam quo hora non putatis filius ho- *Luc 12. v.* minis veniet.

Epilogus omnium ex Diuo Paulo.

§. 6.

AVdiamus igitur consilium Apostoli, qui *Pro commentario epist. Rom.* vniuersum hunc sponsi sermonem complexus videtur cum ad Romanos inquit: *Et hoc scientes tempus, quia hora est iam nos de somno surgere, nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus. Nox præcessit, dies autem appropinquauit, abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis.* *v. 11.* Quibus verbis, & si non eodem ordine C cunctas rationes iam allatas ad diuinam vocationem exaudiendam, adducit; monens vt sciamus & magnifaciamus hoc tempus felicissimum legis Euangelicæ, in quo est summa opportunitas salutem consequendi. Teste enim Ecclesiaste, in omni negotio tempus est & opportunitas; nulla autem maior ad negotium nostræ salutis quam in hoc tempore legis nouæ; in quo ipse Christus nos inuitat, & vocat, dicens: *Surge, propera amica mea, & veni*; & *Ecc. v. 3.* quare hoc? *Quia hora est iam nos de somno surgere.* Iam venit tempus opportunum surgendi à somno peccati, & pigritiæ, vt curras, & venias ad salutem consequendam, quæ prope te est. Nunc enim, id est, in hoc tempore Euangelij propior est nostra salus, quam antea in lege veteri, cum tantum credebamus in Christum ven- D turum, nunc autem iam venit Iesus Saluator, & salus nostra, iustificatio, redemptio, & sanctificatio nostra, vnde facilius modo quam antea salutem consequi possumus per Sacramenta, & remedia, quæ nobis Saluator instituit: vnde merito hora est iam surgendi, quia *nox præcessit*, id est, tempus obscurum, & tenebrosum fidei antiquæ, quæ mille figuris erat obumbrata, & frigidam relinquebat animam ea absentia solis iustitiæ, qui nondum ortus erat. *Iam enim hyems transiit, imber abijt, & recessit.* *De hoc in exhort. 18.* Quod Apostolus vocauit noctem, vocauerat sponsus hyemem, tempus imbriferum, nebulosum, & lugubre, ineptum ad surgendum sicut & nox, & quod sponsus dixit: *Flores apparuerunt in terra nostra*; Apostolus explicat, dicens:

di autem appropinquauit, id est, tempus clarum, lætum, & ad progrediendum aptum; quia orta est lux solis, CHRISTVS, qui omnia abscondita manifestat, & tenebras illuminat, per quem flores qui latebant in nocte legis antiquæ apparuerunt in mundo, patefactæ sunt viæ iustitiæ, semitæ perfectionis, & flores sanctitatis.

Cum ergo hæc ita sint, agnoscamus hoc tempus Euangelij; scientes, quia *tempus putationis aduenit*: *abijciamus omnia opera tenebrarum*, putemus, & resecemus omnia opera mala, comessationes, ebrietates, impudicitias; *Et induamur arma lucis*, putantes & colligentes nobis flores virtutum, opera splendidæ sanctitatis, carpamus nobis ipsum florem CHRISTVM de virga Iesse ortum; *Induimini Dominum nostrum IESVM CHRISTVM*, ipse sit vestrum indumentum, vester ornatus, ac florum corona.

Satagite autem scire & magnifacere tempus ..., ne dicatur vobis: *Miluus in cælo cognouit tempus suum, turtur & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui; populus autem meus non cognouit iudicium Domini*; Id est, præcepta legis, per quæ Dominus est iudicaturus, & condemnaturus illos, quia ignorauerunt, & transgressi sunt illa. Vnde ne obliuio huius fœlicis temporis irrepat, in memoriam reuocetur extremum iudicij tempus quod instat, cum dicitur: *Tempus putationis aduenit.* In quo homines putandi sunt & secandi, vt reddatur illis secundum opera, quæ gesserunt, vel tenebrarum, aut lucis.

Si ergo paruæ aues (inquit Diuus Hieronymus) sua norunt tempora, & sciunt quando ad calida festinantes loca, rigorem hyemis debeant declinare, & rursus veris principio ad ...litas venire regiones. *Quomodo dicitis sapientes sumus, & lex Domini nobiscum est?* Verè non sapientes estis, sed brutis insipientiores, nec vobiscum est lex Domini, sed lex peccati regnat in membris vestris, agnoscite ergo tempus istud calidum, vernum, & floridum Euangelicæ legis, discite ab his quatuor alitibus virtutes quatuor cardinales, per quas digne viuatis in ...o: à miluo per aerem strenue volitantem ... curè capiendam prædam in cibum, prudentiam & sagacitatem circa bonum: à turture temperantiam & continentiam; ab hirundine, quæ ex luto & paleis fortem ædificat nidum, fortitudinem in bonis operibus & constantiam; à ciconia vero pietatem & iustitiam, vt Deo, parentibus & maioribus id quod iustum & pium est reddatis, ita enim cognoscentes tempus vestrum, & iudicia Domini obseruantes, cum tempus iudicij aduenerit gaudebitis cum ipso iudice qui agnoscet vos, & vobis debitam reddet retributionem in sæcula sæculorum. Amen.



EXHORTATIO XX.

De noua Prædicatione Pœnitentiæ, virginitatis, & pudicitiæ, quæ facta est in lege Euangelica, & de fructu illius.

Vox turturis audita est in terra nostra.

INNVTRIVM aliud aduenientis veris, cantus est turturis, cuius tamen præ alijs auibus in verè canentibus, sponsus meminit, quia ob eius insignes proprietates egregium hieroglyphicū est Euangelicæ prædicationis, ac legis; pudicitiæ, solitudinis & gemitus pœnitentiæ, aliarumque virtutum, quas Euangelium valde commendat, vt supra fecisse prosequuti sumus.

De Pœnitentia, & gemitu.

§. I.

EXhortatur igitur sponsus ecclesiam, ac piam animam, vt surgat, properet, & veniat ad ipsum; quoniam *Vox turturis audita est in terra nostra*; vbi primo per turturem iuxta D. Nysseni, & Epiphanij, aliorumque interpretationem intelligendus venit Ioannes, Domini præcursor, qui virginitatē coluit, vitamq; egit solitariam, & asperrimam: cuius vox in ipso Euangelici veris initio audita est in terra nostra, cum prædicare cœpit in eremo iuxta vaticinium Isaiæ dicentis: *Vox clamantis in deserto, parate viam Domino*; cuius autem præcipua vox fuit: *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum*; Id est, propè est iam tempus redemptionis vestræ, & ver legis gratiæ, apertioq; regni cœlestis. Eadem fuit vox Christi Domini, qui præcellentius per turturem designatur, vt alij patres quos mox referemus, testantur: cuius iussu eadem fuit etiam Apostolorum, & discipulorum vox, qui in omnem terram ad prædicandum Euangelium missi sunt: per quos vox turturis audita est in terra nostra, dum hominibus hoc fœlicissimum nuntium euangelizant, quod pœnitentiam agant, quia regnum Dei prope est in ianuis: nec solum audiatur auribus corporis, sed mentis, dum ad pœnitentiam auris interior humiliter inclinatur.

Vnde post hanc vocem prædicantium sub hoc titulo pœnitentiam, vox turturis audita est in terra nostra, id est, vox, (sicut ait D. Bernardus) multorum gementium, & flentium propter peccata sua, vt eorum indulgentiam obtinere queant, nam ad prædicationem Baptistæ, exibat omnis Iudæa, & *baptizabantur ab eo, confitentes peccata sua*; & prædicante Petro pœnitentiam; in ipso die Pentecostes, vox sonuit trium millium qui compuncti sunt, & veniam implorabant. Et hoc fuit stupendum Dei prodigium, quod in terra illa, vbi paulo ante non audiebatur contra Christum nisi clamor sanguinis, vox ferina, canum latratus, fremitus taurorum, leonum rugitus, & vox dicentium; *Tolle, tolle, crucifige, crucifige*; Sanguis eius super nos, & super filios nostros: iam auditur vox mitis, & singultus gemebundæ turturis, & clamor dicentium; *Quid faciemus viri fratres?* quomodo DEVM placabi-

Lib. 3. Exhor. 23. circa id. pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis.
De Ioanne Baptista.
Homel. 5. in Cant.
Hæres. 59.
Isai. 40. v. 3
Ioan. 1. v. 23
Luc. 3. v. 4.
Matth. 3. v. 2.
Sup. Exh. 1. de hoc dictum est.
Matth. 14. v 17.
Ita Hugo de S. Victor. lib. 1. instit. monast. c. 24.
2. Expositio.
Matth 3. v. 5.
Gemitus confessionis est vox quæ crebro auditur in Quadragesima.

cabimus pro scelere quod contra Christum A Domini commisimus.

Sed adhuc mirandum est qu d in terra nostra vox turturis audiatur, auditur quidem sæpe vox gementium pro ærumnis, & miserijs quas patiuntur in terra nostra, quæ merito lachrymarum vallis nuncupatur, quia nihil nisi spinas & ærumnas germinat, vnde iuges gemitus, & amaræ … ueniunt lachrymæ, at quis erat in terra nostra, qui peccata gemeret, vt Dei iniuriæ, & offensæ sunt: vbi audiebatur vox veri pœnitentis; *Attendi* (ait Ieremias) *& auscultaui, nemo quod bonum est loquitur, nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens, quid feci?* At post Christi prædicationem in terra nostra, id est, fidelium, quæ simul est nostra, & Christi, sæpius auditur hæc vox turturis, quia plurimi ab ipso excitati veram agunt pœnitentiam, quæ tamen nō B vna vox est, sed multiplex, & præcipue triplex, nempe vox contritionis, quæ gemitibus & lachrymis manifestatur; vox confessionis peccatorum, quæ gemebunda est ex corde amaro, & contritio procedens: ac vox tandem satisfactionis, quæ orationis voces, flagellorum sonitus, & plura pœnalia opera comprehendit, omnia tamen dicuntur vna vox, quia idem integrant pœnitentiæ sacramentum, & ad eadem peccata delenda simul tendunt, cogitue autem postquam dictum est: *Tempus putationis aduenit.* Subiungitur: *Vox turturis audita est*; quæ ad eandem pœnitentiam referuntur, per quam, vt diximus, putantur, & resecantur peccata, resecantur autem cum vox turturis sonat in terra nostra ad modum quo explicatum est.

Iere. 8. v. 6.

Sed quid est, (inquit D. Bernardus) quod C non ait vox turturum, sed vox turturis audita est, cum tamen non vnus, sed plures homines pœnitentiæ gemitus edant? forte Apostolus id soluit, vbi ait, quod ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, ipse inducitur gemens, qui gementes facit, & quamlibet multi sunt, quos ita gemere audias, vnius per omnium labia vox sonat, qui ipsam in ore singulorum pro quorumque necessitatibus format, in pœnitentib. enim format voces indulgentiam efflagitantes, in proficientibus vero gemitus, & desideria amplioris perfectionis, quare generatim vox turturis vox Spiritus sancti, id est, interna eius inspiratio dici potest: ex qua contritionis dolor, oratio gemitua, & cunctarum virtutum affectus progrediuntur, quæ primo quidem auditur in terra cordis nostri, sed mox se D ipsam prodit, & foris etiam auditur, nam effectus ipsius in pœnitentibus palam intuemur.

Ad Rom. 8. v. 26.

Alia expositio. Ita Diuus Bernard. Theodor. Origen. Hom. 2. ex ipsis duabus.

Vtinam hæc vox turturis continuo audiatur in Ecclesia, quæ nihil ita desiderat, iam quod fideles peccata non cohibent, vt saltim velut turtures gemant, gemit autem ipsa quod multoties in pluribus peccatoribus non auditur vox turturis, sed corui, dicentis, cras, cras, audietur, pœnitentiam procrastinando, sed væ illis, quia si vox hæc turturis non auditur in terra nostra, in æternum nō audietur, quoniam in terra beatorum non est necessaria; in terra vero damnatorum non erit proficua: dicent quidem damnati intra se, vt testatur Sapiens: *Pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: errauimus à via veritatis, & iustitiæ, lumen non luxit nobis.* Sed

Sap. 5. v. 3. & 6.

nihil illis prodest hæc pœnitentia, & gem…, quia non auditur in terra nostra, vbi … tum est pœnitentiæ locus, illi autem qui h… dire renuunt, & obdurato corde Dei inspirationi resistunt, tanquam aspis surda, quæ non audit vocem incantantis, & venefici incantantis sapienter, facti sunt quasi terra al… ferro proxima, de qua dicebat Ieremias: *Terram nostram alieni deuorant*; & Dauid: *Alieni insurrexerunt aduersum me.* Cum igitur tradi… in terram alienam, id est, Diab… dominio … iugatam, quomodo cantabunt Canticum … mini in terra aliena? Vtinam ad se redeant … sui iuris plene esse nouerint, obduratum … proijcere, vt vox turturis audiatur in terra … *Hodie ergo, si vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione.* Sed adhortamini (ait Paulus) *vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati.*

Psalm.

De Virginitate & pudicitia. §. 2.

SEd iam ad altiora nos prouocat vox t… quæ est prædicatio virginitatis, & pu… singularis, quam lex Euangelica prohi…, quam dilecta Christi sponsa amplectitur, … *Pulchræ sunt genæ sicut turturis.* Cui proinde … tur: Surge propera & veni ad continentiæ statum amplectendum; quia vox turturis (inquit Diuus Ambrosius) audita est, quia inuenit … nidum: Ecclesia enim domus est castitatis, … bene addit Propheta, in terra nostra, … admirans, quod vbi ante erat impudicitia, … castitas.

Sed fusius Diuus Augustinus explicans … psalmi: *Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum sibi, vbi ponat pullos suos.* In passere, inq… & turture Saluator noster significatur, p… parua auis est: turtur pudicissima. Vnde Saluator passer dicitur, quia primus docuit humilitatem; turtur quia docuit primus castitat… iuxta illud Cantici: *Vox turturis audita est in terra nostra.* Vox turturis doctrina est Saluatoris, si in domo sua, id est, Ecclesia, quam in… genti pietate quæsiuit, & inuenit, reposuit pullos suos, & custodit, vt eius ibi audiant doctrinam, sic ille.

At licet cunctos iustos in dumo humilit… & in castitatis nido constituat, in eo gradu q… vtraque virtus ad vitam æternam necessaria e…, ceterum præclariorem prædicauit castitatis g… dum, qui est virginitas, vel perpetua contin… tia: quam licet nunc præceperit, consuluit tam… voce illa turturea: *Sunt Eunuchi qui se castrauerunt propter regnum cælorum, qui potest capere capiat: non omnes*, inquit, *capiunt verbum istud, sed quibus datum est.* Cum audis, *datum*, gratiam intel… Saluatoris, & tuam agnosce imbecillitatem, … si fulciatur ab ea: & humilitatem etiam commendatam intellige, ne ruit, sed Christi viribus pudicitiam posse conseruare præsumas. Cuncta hæc complectitur vox virtutis sonans in terra nostra, quam sponsus vocat nostram, quia non est terra tantum animæ suis viribus relictæ, sed gratia Christi præuentæ, quæ per amorem & castimoniam facta est ipsius Dei, cum despondit vni viro Virginem castam exhibere Christo.

In prin-

Ex D. Bern. serm. 59 in Cant.

In principio temporis, & post diluuium, non A est audita vox hæc in terra nostra, sed illa potius; *Crescite, & multiplicamini, & replete terram*; quia nondum propagatus erat mundus, nec venerat Christus: vnde & maledictioni subiacebat omnis sterilis in Israel. At cum venit plenitudo temporis, vt filius Dei immitteretur in mundũ: *Vox turturis audita est in terra nostra*: cum beatissima virgo Maria pulcherrima, & pudicissima turtur, primam illam emisit vocẽ: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* cui Angelus respondit: Spiritus S. cuius turturea, & pudica vox sonuit in auribus tuis, vt votum virginitatis emitteres, ipse superueniet in te, vt sine damno pudoris fias mater Saluatoris, qui cum Virginum princeps esset, virginitatisq; insignis futurus magister, non nisi ex virgine nasci voluit, vt deinceps cum gandio, & honore vox B virginitatis audiretur in terra nostra.

Luc. 1. v. 34.

Luc. 2. v. 24. ... 3. Exhort. 93. ex D. Bernar. vbi sup.

Quare in virgineo partu oblatum est par turturum, aut duo pulli columbarum, quæ pudicitiam indicabant, nam vt superius diximus, quia columba libidinosa est, in ea tamen offerebantur ætate, quæ nesciret libidinem. Nec mysterio caret vtriusque auiculæ coniunctio: nam turtur auis est solitaria, columba vero domestica, & gregalis. Significant ergo per Christum castitatem colendam fore, & in deserto, & etiam in medio hominum cœtu, fauente Spiritus sancti gratia, quæ vtrobiq; homines virgines & pudicos potest facere. Et hoc est mirabilius, quod *Vox turturis audiatur in terra nostra*, id est, nõ tantum in terra deserta, inuia, & inaquosa, sed etiam in terra à pluribus habitata, & culta; ita vt iusti viuentes in carne, non militent secundum C carnem; & degentes inter homines viuant sicut Angeli Dei, & sicut filij resurrectionis, quia non nubent, nec ducent vxores, quasi iam ad nouã, & immortalem resurrexissent vitam. Quotiescunq; ergo audieris in corde tuo inspirationem Spiritus S. qui te ad virginitatem, vel perpetuam castitatem colendam excitat, inuitat, & præmonet; lætare, quia noui flores apparuerunt in terra nostra, & vox turturis audita est in ea, exhortans te vt eos flores carpas tibi.

Hom. 2. ex ... Luc. 2. v. ... Luc. ... v. 24.

Sed eleganter obseruat Origenes Spiritum S. per turturem quidem, & columbam designari, sed diuersimode, vnde in lege sub disiunctione dicitur par turturum, aut duo pulli columbarũ, vt indicetur idem æquipollere: quãdo ergo Spiritus S. de magnis, & occultioribus loquitur sacramentis, quæ multi capere possunt, in turturis D appellatione signatur, id est, in eius auis, quæ semper in montium iugis, & arborum verticibus commoratur, in vallibus autem, & in his quæ ad homines vsque perueniunt, columba assumitur. Vnde cum Saluator venit ad Iordanem, vbi multi peccatores erant, Spiritus S. non in turture apparet, sed in columba, quæ inter nos velut auis mansuerior conuersatur. Hæc fere Origenes; iuxta quem vox Spiritus sancti dicitur columbæ, cum ea inspirat, & docet quæ omnibus communia esse possunt: cum vero secretiora, & perfectiora, quæ non nisi quibusdam aptantur, cuiusmodi est virginitas, & perpetua continentia, vox turturis nuncupatur.

§. 3.

Sed hæc vox tantum auditur, cum *Tempus putationis aduenit*; quia non poterit seruari integritas castitatis nisi vigeat sedula putatio, & mortificatio carnis, resecãdo superflua, & quæ illi sunt voluptuosa, & suauia, & cætera quæ denotantur per turturem pudicam, gemebundam, & solitariam, iuxta modum supra iam explicatum. Et tunc vox gemitus, erit vox cantillationis, & exultationis, quam D. Ioannes vocauit vocem cytharœdorum cytharizantium in cytharis suis: quia mortificata carne, anima pudica Deo adhæret, & agnum sequitur quocumque it, cantans canticum nouum, quod virgines duntaxat cantare valent.

Lib. 3. Exhort. 23. & seqq.

Apoc. 14. v. 2.

Et quia huiusmodi affectus pudicitiæ ex amore animæ erga Christum procedit, ideo vox B est amoris, vt optime obseruat Hugo de S. Victore sic dicens: Habet singularem dilectionem turtur cui canit, vel præsenti gaudium, vel absenti affectum. Igitur vox turturis tota de amore, & nõ nouit aliud præter amorem, ardent corda ad vocem turturis, vnum est quod sonat, & semper illud resonat, nec vnquam fastidit, semper idem canit, quia semper idem diligit, in solitudine canit, & semper solitudinem diligit, quia singularem Christi dilectionem quærit, non auditur in plateis vox eius, intus resonat; & nõ possunt audire turturem, nisi qui intus sunt, qui elongant se in solitudinem, qui secretum inhabitant, & in silentio requiescunt. Hæc Hugo insinuans vocem turturis esse vocem Christi internam excitantem ad amorem, de qua supra dixerat sponsa: *Vox dilecti mei*. Quæ non auditur C nisi in terra nostra, id est, in mente non alienata à seipso, nec inimico tradita, sed sui compote, & Deo subdita.

De oratione.

Denique vox turturis est vox pudicæ & dilectæ animæ, quæ ad ipsum instanter orat; cuius oratio nubes transuolat, ad aures Dei peruenit, & cum ab ipso auditur ad eam cum fœnore gratiarum redditur: nam oratione impetrat donum pudicitiæ, dilectionis feruorem, & quidquid à Deo vt decet, postulauit, sic interpretatur D. Gregorius hæc verba, intelligens per turturem Ecclesiam; per terram sponsi, quæ etiam est nostra, patriam cœlestem, vox autem turturis in terra sponsi auditur, quia dum pro desiderio suo sancta Ecclesia deprecatur, à Christo in cœlo clementissimè exauditur. Esto igitur instar turturis, pudicus, sobrius, solitudinis amans, volu- D ptuosa respuens, vt ea quæ Christi sunt tantum amplectaris, & vox tua audietur in cœlesti patria, vt quæ petieris, obtineas, & gaudia æterna possideas. Amen.

Hie.

EXHORTATIO XXI.

Pro feria 4 Cinerum.

De multiplici putatione prædicanda, vel facienda tempore Quadragesimæ: ex memoria mortis propriæ, & mortis Christi, & putationis quæ vtramque comitatur.

Tempus putationis aduenit, vox turturis audita est in terra nostra.

QVAMVIS omne tempus huius vitæ, tempus sit putationis, & pœnitentiæ, vt supra dictum

lutare, quo caput vngas, languores animi cures, A & te à corruptione peccati præseruare studeas, submissumq; animum semper geras. *Quid superbit terra, & cinis?* Quid gloriatur caro, cuius gloria est, sicut flos fœni, quod cito exsiccatur, & in sterquilinium mittitur? quamuis sit formosus, sicut lilium, cui nec gloria Salomonis potuit comparari: hodie es, & cras in clibanum mitteris, vt in cineres conuertaris.

Eccles. 10. v. 9. Isai. 40. v. 6. Luc. 6. v. 28

Conuenienter autem sub eadem metaphora putationis, & sectionis significatur, non tantum tempus putandi vites, vel arbores, vt fructus plus afferant, sed tempus etiam putandi, & secandi illas, vt alio transferantur, & transplantentur, quod pertinet ad mortem: vt memoria huius extremæ putationis solicitos nos faciat, & strenuos in amputandis vitijs, & imperfectionibus, ne tempus præsens inaniter transeat, B præsertim cum ignoremus qua hora, & quo tempore extrema nostra putatio futura sit. Arbores quidem & palmites putantur in initio veris, sed fructus colliguntur in æstate, vel autumno, quia tunc maturi sunt. At falx putatoria, quæ homines putat è vita, omni tempore mitti solet, & aliquando mittitur in ipso initio veris, in pueritia, adolescentia, vel iuuentute; iuxta illud: *Dum adhuc ordirer succid t me: de mane vsque ad vesperam finies me*: id est, dum vitam meam tanquam regiam telam texerem, ex pretiosis filis diuitiarum, honorum, gloriæ, & potestatis; in ipso exordio succidisti me, præscidisti omnem spem meam, & fere in ipso mane vitæ breuissimo tempore illam consummasti: *Mane* (inquit Dauid) *sicut herba transeat, mane floreat, & transeat, vespere decidat, induret, & arescat*: quasi C simul sunt florere, & transire, quia flos citissime transit; & sic e uiro, & æstuante decidit, induratur, & arescit. Nam repente decidit in lectum morbo oppressus; indutantur ossa consumpto humido radicali, arescit corpus, & petit primus hominum, qui post sententiam mortis latam, eam subijt, adolescens fuit, nempe Abel, qui in primo suæ ætatis flore à liuido fratre succisus est: vt discerent homines, qui tunc diu victuri erant, in omni ætate mortem timere. Nam sicut inuidia Diaboli mors introiuit in orbem terrarum, ita per inuidiam Cain, primam illius excepit possessionem, instigans vt occideret adolescentem, eumq; iustum, & Deo charum. Si autem in ligno viridi fit hoc, quid fiet in sicco? Si mors ita grassatur in adolescentes iustos, quomodo grassabitur in iniustos? & quomodo in D senes peccatores?

Psal. 89. v. 6.

Nam, vt dicebat Magnus Baptista; *Iam securis ad radicem arboris posita est. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.* Securis, mors: arbor, homo: radix, vita: Quid est ergo securim positam iam esse ad arboris radicem, nisi quod ait sponsus: *Iam tempus sectionis aduenit?* Iam securis infligens necem, parata est, iam propeest tempus, vt arborem succidat, vt vitam homini adimat. Omnis ergo arbor; & omnis homo, siue magnus, siue paruus, nobilis, vel ignobilis, doctus, vel indoctus, senex vel iuuenis, qui non fecerit fructus iustitiæ, qua hora minus putat, succidetur, vt in ignem mittatur æternum: ideo curate fructus bonos facere, ne ante tempus secemini, & pereatis.

Matth. 3. v. Luc. 3.

Ne (inquit Ecclesiastes) *impie agas multum, & noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo.* Senes dicuntur mori in tempore suo, quia iam naturalis eorum virtus paulatim deficit: adolescentes autem & multi alij, propter peccata moriuntur in tempore non suo, quia plus multo secundum naturam viuerent, nisi peccarent.

Eccles. 7. v. 18.

Refert Diuus Bernardus ætate sua prope Valentiam Cataloniæ, adolescentem duodeviginti annorum patri inobedientem tandem ob latrocinia patibulo suspensum esse, & mox inspectante populo succreuisse barbam, sensimq; cum capillis incanuisse, ipsamq; faciem senem exhibuisse quasi decrepitum & nonagenarium: Episcopus autem diuino spiritu afflatus docuit, tamdiu adolescentem illum victurum fuisse, si se in Patris, & Dei obedientia continuisset: at viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos.

To. 2. quadragesimali Dom. 2. Quadrag. serm. 17.

Psal. 54. v. 24.

Sed vlterius etiam addimus, illo verbo: *Ne moriaris in tempore non tuo*, insinuari iustum, etsi adolescens sit: Mori in tempore suo, id est, in tempore sibi apto, & commodo ea prædefinitione Dei, vt bene moriatur, & in æternum viuat: sæpe enim rapitur ne malitia mutet intellectum eius, aut ne fictio decipiat animam illius: an non moritur in tempore suo, qui quamuis sit iuuenis, moritur vt senex? siquidem commutatus in breui expleuit tempora multa: at peccator, etsi senex, moritur in tempore non suo, id est, sibi valde incommodo, & ad mortem inepto, quia secundum animam immaturus est, & impatatus, ac si esset puer. Vnde scriptum est: *Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit.* Vidit quondam Amos Propheta vncinum pomorum. Est autem vncinus baculus oblongus, ferramentum habens in cuspide incuruum, quo rami arborum attrahuntur, vt poma colligantur.

Sap. 4. v. 11.

Isai. 65. v. 20.

Amos 8. v. 1.

Vox autem hebræa significat puma æstatis, id est, apta iam vt colligantur; tunc autem dixit Dominus Prophetæ: *Venit finis super populum meum Israel.* In eo autem populo erant magni, & parui, senes, & pueri Et tamen vncinus mortis omnes colleg t, & deuastauit, quia ea decreto Dei respectu omnium iam erat æstas, quoniam peccata accelerauerunt tempus mortis, vt omnes perirent; sicut in diluuio, & incendio Sodomorum etiam pueri extincti sunt: & in Niniue etiam pueri periJssent, nisi pœnitentia eos à morte præseruasset. Conuenienter igitur Salomon hæc duo coniunxit: *Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis, vel sectionis aduenit*: ac si dicat, mox vt flores apparent, & initia vitæ florescunt, iam fere adest tempus secandi per mortem, quę etiam homines in primo flore minatur; ideo: *Surge, propera, & veni*, ad studiose operandum: & quodcunque potest manus tua, instanter operare; quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas; quia ergo (inquit Diuus Gregorius) venturæ mortis tempus ignoramus, & post mortem operari non possumus; superest, vt ante mortem tempora indulta rapiamus. Sic enim, sic mors ipsa, cum venerit, vincetur, si priusquam veniat, semper timeatur, & quod bonum est, operemur.

Vide Riber.

Eccles. 9. v. 10.

Hom. 13. in Euang.

Sed adhuc in hac metaphora aliquid subtilius perscrutandum est, quod iustos exhilaret, & peccatores terreat. Mors enim iustis est sicut putatio arboris, peccatoribus vero sicut sectio, vel eradicatio: sicut enim arbor fructuosa putatur, vt nouos fructus ferat; sic iustus Christo vnitus tamquam palmes, potatur in morte, vt nouos, & dulcissimos fructus ferat diuinæ visionis, & amoris, ac gaudij beatifici in cælo: Et versit sicut lignum vitæ cœlestis paradisi afferens: *Fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum*: quod numquam indiget, nec indigebit amplius putatione, quia nihil in gloria erit superfluum, nihil noxium, nihil amarum, sed vndequaque consummatum, & perfectum: at sicut arbor arida, quæ desijt iam fructus ferre, non putatur, sed succiditur: *Vt quid enim terram occupat?* Præcisa autem in ignem mittitur, vt ardeat; sic peccator qui fructus iustitiæ ferre noluit, in morte non putatur, vt fructus ferat, sed succiditur, & radicitus euellitur, vt in æternum fructus ferre nequeat, sed igne comburatur æterno.

De hoc in exhort. 19. §. 5. plura alia dicta sunt.

Apoc. 22. v. 2.

Luc. 13. v. 7. Ioan. 15. v. 6.

Perpende igitur vtriusque mortis latissimum discrimen. Nam, *Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius.* Quare pretiosa? quia Sanctorum animæ ita putantur, vt resectis corporalibus, & terrenis, quæ illam premebant, iucundissimos in paradiso producant fructus, quibus in æternum cum ipso Deo, cui vnitæ sunt, perfruantur: at, *Mors peccatorum pessima.* Et quare pessima? quia animæ eorum manent Deo mortuæ, à Christo separatæ, flammis æternis comburendæ. Hæc sunt quæ in terra nostra vox turturis, id est, Ecclesiæ, canit: cum nos exhortans, inquit: *Emendemus in melius quæ ignoranter peccauimus, nec subito præoccupati die mortis, quæramus spatium pœnitentiæ, & inuenire non possimus?* muta vitam, vt mutes non mortem, sed mortis modum, & ex pessima transferas in pretiosam. Nam (vt inquit Diuus Ambrosius) "iustis mors, quietis est portus; nocentibus "naufragium putatur, non vtique mors pessi"ma generaliter, sed peccatorum, nam pretiosa iustorum.

Psalm. 115. v. 15.

Psalm. 33. v. 22.

In Responsorio Dom. 1. Quadrages.

Li. de bono mortis c. 8.

Vis mortem pretiosam? imitare illam: amplectere in vita putationem, quam passurus es in morte; amputa noxia, & superflua, & quæcunque velles tunc succidisse: Ille (inquit idem Diuus Ambrosius) imitatur mortem, qui se voluptatibus eruit, & à terrenis cogitationibus attollit, atque ableuat, & in illo cœlesti habitaculo locat, in quo Paulus cum adhuc viueret, conseruabatur, siquidem dixit: *Nostra autem conuersatio in cælis est.*

Lib. de bono mortis c. 3.

Ad Philip. 3. v. 20.

De putatione facta in morte Christi Domini, & per illam. §. 3.

SED quoniam memoria mortis, & sectionis, quæ in ea fit, timorem incutit, qui initium est pœnitentiæ, & iustificationis, sed non consummatio, efficacior est ad hoc memoria mortis Christi, & putationis, quæ in ipsa, & per ipsam facta est; ad cuius celebrem commemorationem, tempus Quadragesimæ destinatur: propter quod optime illi quadrat: *Tempus putationis aduenit*: Nempe tempus mortis, & passionis, per quam generalis putatio facta est omnium peccatorum, cunctarumque rerum, quæ Euangelicam perfectionem impediebant: propter quod permissum est: vt quamuis arbor esset perfectissima, hostes eius putarent illum, non vt fructum ferret sibi, sed nobis fructum redemptionis, & vitæ æternæ; quia si granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, multum fructum affert, sed quomodo putarunt eum? auferendo nimirum honorem, famam, vestes, sanguinem, ac vitam; dirissima crucis morte eum plectentes: vt hoc exemplo ad spontaneam peccatorum & passionum nostrarum putationem excitaret. Nam, *si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* Profecto aridum excidetur omnino, & in ignem mittetur, vt perenniter ardeat. Si ergo Christus arbor semper viridis, & fructifera, in qua nihil vnquam fuit superfluum, ita ab hostibus caeterius putari voluit? Cur tu putari refugies, qui temporalium rerum abundantia, aut cupiditate luxuriantis quotannis luxuriant arbores, quæ fructus ferunt, & ideo quotannis putantur, vt nouos fructus copiosius ferant: sic etiam quotannis indicitur nobis generalis putatio, eo maxime tempore, quo Christi mors, & passio commemoratur, vt per eius exemplum nobis facilior, & suauior reddatur. Nihil enim est quod ita dulcoret sectionem istam, & sui abnegationem, quam passio Christi, & eius dura putatio, quæ nobis contemplanda proponitur.

Ioan. 12. v. 24.

Luc. 23. v. 31.

Vt quid Ecclesia initio Ieiunij vngit caput nostrum cinere lutoso ex ramis Palmarum confecto, qui Christi triumphum repræsentant, cum ad obeundam mortem ascendebat? profecto vt memoria passionis Christi, & alacritas, qua ascendit ad illam pro nobis sufferendam, vngat, liniat, & molliat spiritum tuum, corque lætificet in ieiunijs, cilicijs, & alijs afflictionibus perferendis, quibus similis efficeris Saluatori tuo.

Memoria enim mortis, & crucis CHRISTI amarum conuertit in dulce, asperum in leue, omnemque amaritudinem à putatione, & abnegatione sui propellit. Dixerunt olim impij Iudæi contra Ieremiam, & contra Christum Dominum, per illum repræsentatum: *Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium.* Hoc est, in panem, & cibum, quo vescitur Ieremias, mittamus lignum mali, cui lethale venenum inest, vt pereat, nomenque eius inter viuentes, non memoretur amplius. Sic etiam in panem & doctrinam Euangelij, quam CHRISTVS prædicat, qua eius discipuli nutriuntur, mittamus lignum Crucis, crucifigendum ipsum, vt coniungentes Christum crucifixum cum doctrina ipsius, fiat panis venenosus, & doctrina lethalis, quam omnes horreant, abominentur, & fugiant. At qui comprehendit sapientes in astutia eorum, hoc consilium vertit contra ipsos: nam sicut lignum quod Moyses misit in aquas amaras, fecit illas dulces, sic lignum Crucis Christi, seu Christus crucifixus amaræ coniunctus doctrinæ, amaræ abnegationi propriæ, quam prædicauit & docuit, fecit illam dulciorem, & amabiliorem. Etsi enim Christus crucifixus incredulis Iudæis fit scandalum, & gentibus stultitia, ipsis tamen qui in eum credunt,

Ierem. 11. v. 19.

Exod. 15. v. 25.

Vide supra exhort. 27.

Iob 4.

De hoc in exhort. 19. § 2.

1.Cor.1. v.23.& 18. credunt, & ex corde diligunt, est Dei virtus, salus, & dulcedo quædam diuina qua cuncta amara dulcescunt: & verbum Crucis (ait Paulus) pereuntibus stultitia est; ijs autem qui salui fiunt, id est, nobis, Dei virtus est, potens ad dulcoranda omnia huius mundi amara.

Apoc.17. v.15. Audisti quod aquæ multæ sunt populi multi. Aquæ ergo amaræ sunt multi populi amari, gentes nimirum, & peccatores, qui peccatorum amaritudine premuntur, pœnitentes item qui recogitant sua delicta in amaritudine animæ suæ, imo & iusti, qui amaro sunt animo ob ærumnas, quas patiuntur; at signum Crucis, & Christus crucifixus, has omnes amaras aquas dulces facit, & dum inuitat ad pœnitentiam, præbet spem veniæ, & internam largitur consolationem, per quam pœnitentia est dulcis, ieiunium suaue, & omnis carnis castigatio lenis, vt merito propter passionem Christi tempus putationis, sit etiam tempus cantillationis, & lætitiæ, non quod nō sit dolendū de peccatis commissis, ac de Christi doloribus; sed quoniam hæc tristitia internum tandem parit gaudium, ob spem veniæ, qua impetrata, libenter amplectimur reliqua putationis exercitia, vt Christo crucifixo similes efficiamur, cantantes, & gratias ipsi agentes pro ijs, quæ pro nostra salute pati dignatus est.

Marth.9. v.15. In hunc sensum mystice potest deduci quod Christus Dominus respondit discipulis Ioannis interrogantibus: *Quare nos & Pharisæi, ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant;* at Iesus ait illis: *Nunquid possunt filij sponsa lugere* (seu ieiunare) *quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus; & tunc ieiunabunt.* Quasi dicat, vos bene facitis ieiunando nunc, sequentes magistrum vestrum Ioannem, qui semper ieiunat, & ieiunium vobis indicit; at discipuli mei ex permissione mea modo non ieiunant, quamdiu ego sum cum illis, quoniam tempore nuptiarum amici & domestici sponsi ieiunare non solent. Ego autem modo celebro sponsalitia, quæ contraxi cum ecclesia, & ideo nec ieiunijs incumbo, nec nunc illa præcipio.

Veniet autem tempus cum auferetur ab eis sponsus, quia occidendus est, & crucifigendus; ideo enim (sicut notat Diuus Chrysostomus) non dixit, auferet se sponsus, sed auferetur, vt significaret auferendum esse ab illis per violentiam, & ignominiosam mortem crucis, tunc autem discipuli mei ieiunabunt, & ego ieiuniorum tempus præscribam illis. Videntes enim me tam diram pro eis mortem sustinuisse, vino felle mixto, & aceto potatum esse, & innumera tormenta perpessum, libenter propter me ieiunandum ieiunabunt, amputabuntque cuncta carnis voluptuosa, & mundana omnia contemnent, iugem in suo corpore circumferentes mortificationē, vt in ipsis mea vita & mors manifesta fiat. Vnde postea dixit illis, hoc genus dæmoniorum in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio, significans, vt perpendit idem Chrysostomus, ieiunium à quo tunc supersedebant, fore illis necessarium simul cum oratione ad dæmonia & peccata expellenda; ablato igitur sponso: *Tempus putationis aduenit, vox turturis audita est in terra nostra.* Venit tempus ieiunij, tempus abnegationis, & afflictionis; & Ecclesia tanquam turtur, quæ comparem suum amisit, & vidua manet. Ieiunium indicit, abstinentiam, & continentiam prædicat, orationis studium commendat, nec aliud auditur in terra nostra, nisi vox turturis dicentis: *Ecce nunc tempus acceptabile; ecce nunc dies salutis.* Commendemus nosmetipsos, in multa patientia, in ieiunijs multis, in laboribus, in vigilijs, & orationibus, vt per hæc vitam consequamur æternam. Amen.

EXHORTATIO XXII.

De operibus imperfectis, ac perfectis, qui per grossos designantur: de eis qui instar ficus producunt illos, ac de fructibus sanctæ Crucis, cuius virtute reliqui producuntur.

Ficus protulit grossos suos.

ALIVD inditium Veris iam adulti est ficum protulisse grossos suos. Non enim ficus flores profert, sed fructus tantum, primi autem, quos cum folijs simul producit, vocantur grossi; siue sint illi qui nunquam maturescunt, vt plures auctores autumant, siue econtra, illi qui citius ad maturitatem perueniunt, & dulciores sunt, quos Hispani appellamus *breuas.* Et in scriptura dicuntur ficus primi temporis, & præcoces ficus satis laudatæ. In quo nouam causam adducit sponsus prouocans sponsam, vt surgat, properet, & veniat, ob maximam temporis opportunitatem, quæ singulis sensibus magnam affert oblectationem; Flores quidem, quia sua pulchritudine visum, sua vero flagrantia olfactum recreant: cantus turturum & auium auditum mulcet: gustum autem ficus reficit præbens dulces grossos suos, quæ autem sit ficus ista, & qui sint grossi eius explicandum est, vtramq; grossorum interpretationem sequentes.

De fructibus acerbis Iudæorum proiectis vt sequerentur fructus Euangelij.

§.1.

ET in primis nihil frequentius in scriptura, quam per ficum significare antiquam Synagogam, vt D. Ambrosius, & alij patres testantur: sicut enim ficus loco florum prima producit poma, quæ grossi dicuntur, & raro maturescunt, sed plurima decidunt, vt alia succedant, quæ ad debitam maturitatem perueniant: sic antiqua Synagoga primos fructus male ferax, iniquos & acerbos protulit, maxime in ipso Christi aduentu, cuius prædicationi plurimi eorum indurato corde, & acerbo animo restiterunt; illis tamen tanquam maturiora, & dulciora poma successerunt alij, qui eius fidem, & doctrinam in Ecclesia noua suscepere.

Li. de Isaac & anima, c.4. & li.7. in c.14. Lucæ, 160. D. Hieron. li.1. contra Iouinian. D. Anselm. Beda & alij.

Hæc est ficus cuius Christus Dominus meminit in parabola, dicens: *Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit.* Inuenerat quidem grossos

Luc.13. v.6.

grossos, sed valde acerbos, & ad vescendum in- A eptos, & ideo fructu caruisse dicitur. Quid (inquit Diuus Bernardus) non grossum in gente illa? nec actus profecto, nec affectus, nec intellectus, nec ritus, quem in colendo Deum habuit: nam actus in bellis, affectus in loctis, intellectus in crassitudine literae, cultus in sanguine pecudum, & armentorum. Porro sicut tunc dicimus arbores protulisse flores suos, non cum coeperint florere, sed cum desierint; ita hic dicitur: *ficus protulit grossos suos*, non cum aliquos edidit, sed cum totos, id est, cum ad finem peruenit: nimirum cum Christum occidit, & completa est malitia eius; iuxta quod ipse eis praedixerat; *Implete mensuram patrum vestrorum*. Visitauerat quidem Christus Dominus ficum hanc tribus annis, quibus praedicauit Iudaeis. *Ecce*, inquit, *anni tres sunt ex quo venio, quaerens fructum in fi-* B *culnea hac, & non inuenio*; quia nullum prorsus inuenit fructum in Principibus Sacerdotum, in Pharisaeis & Scribis, ac Primoribus Iudaeorum; qui apte comparantur ficui plantatae in vinea, quae est vniuersa populi Synagoga: Nam sicut ficus excedit magnitudine vites, ita huiusmodi Principes & primates excedebant reliquum Hebraeorum coetum; propter quod diuina Iustitia iustissime exigebat, vt omnes illi succiderentur. Sic enim ait: *Succide ergo illam. Vt quid etiam terram occupat?* Seu vt habet Graeca vox: *Vt quid terram onerat?* Verè enim omnes illi oneri erant populo, & fructum vineae sibi decerpebant, ipsi nullum fructum ferentes Iustitiae, propter quod multi eorum, qui rebelles perstiterunt tandem praecisi sunt, & aeterna ariditate multati, in cuius signum Christus Dominus C morti proximus, cum in ficulnea quadam fructum esuriens quaereret, & non inueniret, maledixit ei, dicens: *Nusquam ex te fructus nascatur in sempiternum.* Et continuo arefacta est, etiam vsque ad radices. Caeterum non statim post Christi mortem sententia haec executioni mandata est, nec mox arefacta tota ficus, sed potius Christus misericordia motus, rogauit patrem vt adhuc amplius expectaret illos: *Domine*, inquit, *dimitte illam & hoc anno, vsque dum fodiam circa illam & mittam stercora: & si quidem fecerit fructum: sin autē, in futurum succides eam.* Per hunc autem annum tempus illud designatur, quo post Christi passionem gens illa Iudaeorum ab Apostolis erudienda erat, & excolenda, si forte dura eorum corda Apostolicis ligonib. fossa mollirentur; & humilitatis affectum induentes fi- D dei colla submitterent.

Serm 60. in Cant.

Matth. 23. v. 32.

Luc. 13. v. 7

Matth. 21. v. 19. Marc. 11. v. 20.

Luc. 13. v. 8

Hoc iuxta primam interpretationem grossorum.

Hac igitur ex causa sponsus CHRISTVS suam nouellam & Apostolicam alloquens Ecclesiam, ait: *Surge, propera amica mea, & veni:* quoniam *ficus protulit grossos suos*; ac si diceret: quamdiu ficus Hebrei populi producebat grossos suos, non te vocaui, ô sponsa, sciens quod non poterit vna producere ficus optimas. At postquam iam illos produxit, & adhuc eius creuit malitia, vt me in crucem ageret, opportune te voco, vt surgas & venias ad praedicandum illis, quia dulces & salutares ficuum fructus in proximo esse noscuntur, inutiles & acerbos expuncturi: atque ita factum est; si quidem post Christi resurrectionem, adueniente Spiritu sancto, multi illorum ad fidem conuersi sunt.

Sed alia insuper hic insinuatur huius vocationis ratio, ex eo quod sicut Diuus Hieronymus interpretatur, *protulit grossos suos*, id est, legis veteris praecepta ceremonialia, & iudicialia ceciderunt, quae acerba erant, & inanes fructus, cum neminem ad perfectum adduxerit lex; quorum loco successere praecepta legis Euangelicae, ac sacramenta eius, quae dulces fructus ac maturos ferunt. Inuitatur ergo tunc sponsa Ecclesia ad gustandum fructus Euangelicae legis, ex eo quod antiqua iam protulit grossos suos, post quos dulces edendi erant.

Idem & D. Am.

Sed quia Iudaica gens vix pristinos mores voluit deponere, multique ex illis, qui crediderant, simul circumcisionis, & legis veteris obseruantiam introducere conabantur, quia magis suae legis delectabantur auctoritate, quam Euangelij dulcedine: & hos (inquit Cassiodorus, & Beda) vocat hic ficulneae grossos: ad quos omnino proijciendos, vt introducerentur noui & puri Euangelij fructus, vocata est Apostolorum Ecclesia in Concilio Ierosolymitano congregata.

Act. 15.

De fructibus acerbis peccatorum proijciendis, vt sequantur dulces.

§. 2.

Vidimus grossos quos protulit ficus Hebraei populi. Sed quis referet quos edidit populi gentilis; ficus verè fatua, cuius adeo crebuit fatuitas, vt lignea idola, & similitudines animalium tanquam Deos coluerit, ipsique homines mortales Deitatis sibi vsurpauerint gloriam, aliaque innumera, & horrenda peccata tanquam grossos crassos, & acerbos continuo tulerint: Sed vnde quaeso huic ficui rationali talis fatuitas, & mentis peruersitas? certè ex radice infecta.

Adam enim tanquam ficus in vinea paradisi à Deo plantata suasu vxoris à serpente deceptae, grossos protulit inobedientiae, gulae, & superbiae. Vnde vniuersum genus humanum ab ipso propagatum tanquam ficus extra paradisum transplantata, eosdem coepit grossos etiam acerbiores proferre. Ficus (inquit Diuus Augustinus) vniuersus mundus est, ab Adam peccatore propagatus, qui mox vt peccauit ficulneae folijs velauit pudenda, id est, membra vnde nascimur. Vnde Gennadius, Theodoretus, Isidorus, Pelusiota, & alij, quos citat Lipomanus in catena, arbitrantur, arborem scientiae, boni & mali, cuius fructus prohibita est comestio, fuisse ficum, quia verisimile non est primos parentes proxima ei arbore praetermissa ad aliam longius dissitam festinasse, ea cuius folijs perizomata sibi conficerent ad suam nuditatem contegendam. Et propter hoc (inquit Isidorus ille) Christus Dominus ficum sterili maledixit, quae arefacta est, quia transgressionis arbor etiam ficus fuerat, vt à senioribus & maioribus se accepisse testatur. Ab eadem igitur arbore primo fructum carpens peccatum contraxit, mox folia sumpsit, quibus nuditatem tegeret, & peccatum velaret; & sicut folia in arbore protegunt fructus, sic verba excusationum peccata defenderent. Sed quidquid sit de huius sententiae veritate, sat nobis sit modo, ficulneae folia, vt dixis

dixit Diuus Augustinus, prima fuisse tegumenta peccati, & eius symbola; quatenus non adhibita sunt ad delendum peccatum, sicut charitas, quæ operit multitudinem peccatorum delendo illa, sed ad velanda, excusanda, & defendenda, sicut fecerunt Adam & Eua. Nec mirum quod maledictione, & aridítate mulctent ficus, quæ fructibus caret, & latis folijs ad excusanda peccata superabundat.

Ficus igitur generis humani ex Adami radice prouenientes, quamdiu illi hæreant, nõ nisi huiusmodi grossos, & folia producunt. Vnde & modo multis, ex his etiam qui plantati sunt in vinea Christi, quæ est eius Ecclesia, vbi dulces possent ferre fructus iustitiæ, nolunt tamen, sed iactantes se de sola fide, vel scientiâ, tantum verborum & sententiarum folia: & crassos acerbosque fructus peccatorum ferunt. De quibus etiam conqueritur Christus cum ait: *Ecce, anni tres sunt ex quo venio, quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio*; ac si dicat, transijt sine fructu ætas puerilis, virilis, ac senilis: Numquid proferet illum in decrepita? quod non tulerint fructum homines in statu innocentiæ, nec in statu legis naturæ, nec etiam in statu legis scriptæ, maxime dolendum fuit: Sed quid si nec etiam in statu legis nouæ, cum iam venit Christus auctor gratiæ, vt nouo modo ficulneas excoleret, & ad ferendos fructus auxilia conferret? Vereor ne antiquum planctum renouet Micheas Propheta; vel potius Christus Dominus per illum, dicens: *Væ mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ, non est botrus ad comedendum, præcoquas ficus desiderauit anima mea*; Id est, in autumno quando solent inueniri botri, & præcoque ficus maturæ, & bene coctæ, quia tempus tunc est opportunum, nec vllam inueni; & si valde desiderarē, quid ergo non desideret Christus in autumno legis gratiæ maturos fructus in ficulneis reperire? Satiā ergo huiusmodi Christi desiderium, & famem; ne forte veniens ad te tanquam ad ficulneam, fructum quærens, & non inueniens, dicat: *Succide illam, vt quid terram occupat?* plantetur in eadem terra alia ficus, quæ fructum ferat: hæc eradicetur, quia sterilis est: nam Deus conterit multos, & innumerabiles, & stare facit alios pro eis. Nec deerunt illi ficulneæ quæ fructum ferant in tempore suo, te autem, quæ solos acerbos profers grossos, æterna punieт maledictione. Perpendit autem D. Marcus, quod nõ erat tempus ficuum, quando maledicta est ficus, & arefacta; ad significandum, quod maledictio illa non est inflicta ficui corporeæ, eo quod fructu careret, sed plebi, & animæ per talem ficum repræsentatæ, cui semper est tempus producendi bonos fructus; quibus vescatur Christus.

Explicat hoc eleganter Diuus Chrysostomus in hunc modum: quid esurit in homine Dominus, quidve ab eo sibi desiderat exhiberi, nisi quod ipsi Deo patri exhibuit? *Meus*, inquie, *cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me*. His Christum saginari certum est; quibus ab ipso saginatus est pater, hæc à nobis exigit, se his pastum Deo patri ostendit, exhibe tu Christo, quæ Christus exhibuit Deo. Redde filio, quod filius reddidit patri, inde promeretur Christianus, vnde DEVM promeruit Christus. Non esuriat Dominus, cum nõ obsequitur seruus. Non sitiat Christus, cum non obtemperat Christianus. Sagina Domini, officia sunt serui. Tu operaris, & Dominus pascitur, tu obsequeris, & filius Dei saginatur. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare; & paulo inferius: Quod in te Dominus optat, inueniat: quod quærit, reperiat; ne quod à Deo arbori contigit: tibi contingat, in arbusculam prolatum est iudicium; vt tibi proficiat in exemplum: maledictio arboris tribuat metum, pariat fructum, seruet iudicium. Quanto tardauerit Dominus (tres vel quatuor annos expectans) tanto sollicitior sit seruus. Maior est enim pœna dilata, quam subita: molestius supplicium, quod præmisso terrore differtur. Maior pœna quæ ad hoc tardat, vt diutius feriat. Non est prouidus seruus, quem imparatum inuenerit Dominus. Actus tuos ipse discute, & quod displicuerit, corrige: rationes quas daturus es, caute compone, vt Dominus illas possit, cum venerit, acceptare. Hæc & alia vtilissima prosequitur Diuus Chrysostomus, quæ si mente reuolutas, maturos & dulces produces fructus, quos Christus esurit; timens ne si te vnum vel alterum annum expectauit; nolit expectare tertium, sed subito cum non putaueris, te succidat, & arefieri in æternum permittat.

Quamuis ergo hactenus peracerbos tuleris fructus ne diffidas, sed veni ad Christum te vocantem & dicentem: *Surge, propera, & veni, quia ficus protulit grossos suos*. Sicut enim ad vocandos peccatores venit, eo tempore quo Iudæa, mundusque ipse acerbiores produxerat grossos; vt magis eius splendesceret potentia, cum quidam ex ipsis per eius gratiam dulcissimos fructus ferrent: ita etiam cum diu multumque peccasti te iterum vocat, vt ad ipsum venias, & grossos in fructus maturos commutes, tanto dulciores, quanto primi fuerunt acriores. Nam sicut proceræ spinæ inculti agri signum sunt, proceratū segetum quas bene excultus feret; ita ex grossis incultæ ficus, dignosci poterit, quales postea feret, si à Deo excolatur. Intuere Saulum feroci animo, & furibundo zelo ecclesiam persequentem: protulit hos grossos donec appropinquās Damascum appāruit ei Christus: Et tunc ad ipsum conuersus, proiectis grossis cæpit copiosos, ac dulces sanctitatis fructus proferre, vniuerso mundo proficuos. Vnde propria edoctus experientia dicebat alijs: *Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem*; quia vbi abundauit delictum, superabundabit & gratia, vt fructus bonus superet malum.

De fructibus imperfectis, qui præcedunt perfectos.

§. 3.

SED quoniam nemo repente fit summus, sed cum malus esse desinit, gradatim bonus esse incipit, donac tandem perfectus euadat, hos actus imperfectos, qui perfectiores præcedunt, & ad eos disponunt, per grossos significari nonnulli testantur. Misericors enim Deus, dum quædam initia virtutū nobis immittit, & quosdam actus imperfectos intuetur in nobis, sine fidei

fidei, siue pœnitentiæ, siue propriæ abnegatio- A nis, vehementius vocat animam dicens, surge, & propera, quia *Ficus protulit grossos suos*: Id est, primos fructus, qui initia sunt, & signa excellentiorum, quos postea producet, veni ergo vt illos etiam proferas.

„ Explicat hoc eleganter D. Gregor. Nyssenus, „ metaphoras ficus amplius declarans. Nam ficus (inquit) ob calorem prædita est vi insigni „ attrahendi humores ex profundo. Cum a. multum attraxit in medulla, necessario natura per „ humorum concoctionem in planta, expellit ex „ ramis inutilē, & terrestrem humorem. Idq; sæpe „ facit donec sincerū, & ad nutriendū aptum humorē, apto proferat tempore, ab inutili expurgatū qualitate. Quod ergo ante dulcem & perfectum fructū à ficu instar fructus producitur, grossus dicitur, & signum est fructus dulcis esui B apti mox futuri quādo institerit æstas. Sic igitur humana natura per ficū designata in hyeme suæ corruptionis, malum plurimi peccatorum colligit humorē. Sed adueniente vere per Christi gratiam, & auxilium opportunū quosdam producit actus, per quos expellit, quidquid est terrenū, & inutile cuiusmodi sunt peccatorum excrementa. Quid n. aliud est contritio cordis, & oris confessio, ac operis satisfactio nisi quædam productio grossorū, expellens malos & noxios peccatorū humores, post quos sequūtur dulces virtutum fructus. Quid ergo est surge, propera, & veni, quia *Ficus protulit grossos suos*? nisi inuitare animam quæ iam primos fructus pœnitentiæ tulit, vt surgat, & veniat ad ampliores & dulciores virtutum fructus proferendos. Ac si dicat, perfice quod cæpisti facere; produxisti gros- C sos, produc alias maturiores ficus, & excellentiores actus, vt ex eo quod minus est ad maius progrediaris.

Serm. 60. in Cant. Confirmat hoc amplius D. Bernardi expositio intelligentis per grossos imperfectos actus virtutum, qui præcedere solent perfectam conuersionem, & proijciendi sunt, vt alij præcellentiores introducantur; cuiusmodi est timor ille, quem perfecta charitas foras mittit; amaritudo peccatorum quæ cōscientiam turbat, & alia huius generis. De quibus videtur dixisse D. Paulus:

1. Cor. 13. v. 11. *Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus: sapiebam vt paruulus. Cum autem factus sum vir, euacuaui, quæ erant paruuli.* Quæ verba de duplici statu possunt intelligi, vel de statu tyronum, qui paruuli sunt, & adhuc grossos proferunt cum multis imperfectionibus opera sua miscent, sed vocantur, vt D eas proijciant, & ad statum virorum seu perfectorum surgant. Si enim opera Marthæ peragis solicitus, & turbatur erga plurima, grossos protulisti, sed proijcienda est hæc nimia solicitudo & turbatio erga plurima, vt quæras vnum, quod est necessarium. Si plus nimio exercitationi te tradis corporali, quæ ad modicum vtilis est, & impedit pietatē, quæ ad omnia valet, protulisti grossos, sed oportet ꝙ minus cedat maiori, & ea quæ imperfectiora sunt, relinque, vt sequaris perfectiora: inter hæc autem ait D. Bernardus, computanda etiam esse scientiam, prophetiam, donum linguarum & vsum similium gratiarum, quæ cedere debent charitati, & reijcienda sunt, quando charitas id postulauerit, vt alia Deo gratiora peragamus.

Quod si verba Diui Pauli intelligas de statu peregrinantium, qui paruuli dicuntur respectu beatorum; tunc ficus proferens grossos suos refert statum huius vitæ, quæ fidei obscuræ nititur, & imperfecta est respectu claræ Dei visionis; ad quam euocatur anima in articulo mortis cum ei dicitur: Surge, & propera, quia iam ficus protulit grossos suos, id est, omnes fructus, licet imperfectos, quos iuxta suum statum exigebat: tempus autem est iam, vt proferat consummatos, & perfectos in cœlesti patria, omnibus proiectis imperfectionibus: nam vt dicit idem Apostolus: *Siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit, quod perfectum est euacuabitur, quod ex parte est*; Id est, id quod impletum est, cessabit, cum venerit clara Dei visio, charitas vero nunquam excidet, sed per visionem Dei amplius perficietur: sed de hoc alibi.

De primis & perfectissimis fructibus sanctorum.

§. 4.

SEd iam vice versa sequamur plurium patrum interpretationem, qui per grossos intelligunt primitias, & præcoquas ficus valde suaues, quæ in delitijs sunt; & maxime palatum oblectant; excitantq; videntes eas, vt mox carpant, & auide degluriant; qua metaphora explicat Isaias auiditatem, ac facilitatē, qua Iudæos Assyrij inuaserunt, ac diripuerunt, dicens: *Quasi temporaneū* (hoc est, præcoquas ficus) *ante maturitatem autumni, quod cum aspexerit videns statim, vt manu tenuerit, deuorabit illud.* Isai. 28. v. 4. Et Micheas desiderium inueniendi sanctos viros expressit per stu- Mich. 7. v. 1. C dium, quo plurimæ ficus appeti solent, cum ait: *Præcoquas ficus desiderauit anima mea*; Id est, iustos ita insignes, quales fuerunt Abraham, Isaac, & primi Patriarchæ: quos commendans Dominus per Oseam inquit: *Quasi vuas in deserto inueni Israel, & quasi prima poma ficulneæ vidi patres eorum.* 9. Sponsus igitur cœlestis sponsam euocat proposita grossorum suauitate, vt potiatur ea, dicens: Surge, & propera: iam enim *Ficus protulit grossos suos*: iam Ecclesia protulit primitiuos, & insignes in sanctitate viros, gloriosos Apostolos, fortissimos martyres, præclaros Doctores, magnos religionum Patriarchas; veni vt fruaris illis, vt sequaris eos, eorumq; exemplo proficias; & præclaras virtutes carpas tibi, quibus vescaris vt similis illis fias.

Vidit quondam Ieremias Propheta duos ca- D lathos plenos ficis positos ante templum Domini. *Calathus vnus*, inquit, *ficus bonas habebat nimis, vt solent ficus esse primi temporis, & calathus vnus ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterant, eo quod essent malæ. Et vidi, ait, ficus bonas bonas valde, & ficus malas malas valde.* Qui calathi in sensu mystico duplicem congregationem hominum significant, quæ ab initio nascentis Ecclesiæ vsque modo fere semper simul reperitur in mundo. Congregatio enim Scribarum, & Pharisæorum, ac principum Sacerdotū calathus fuit continens ficus malas malas valde, quæ comedi nō poterant, eo quod erant valde malæ; quia nec Christus Dominus, etsi nimium animarum esuriret esum, illos comedere potuit propter eorū acerbam contumaciam, & intrinsecus affixam malitiam. Similis huic est hæreticorum cœtus,

qui

qui videtur ante templum Dei stare, & iactat se A Christi Ecclesiam pertinere, sed plenus est ficubus adeo acerbis, & duris, vt comedi nequeat non quod Deo potentia desit, & bonitas illos ad se trahat, sed quia ipsis deest voluntas mutandi errores & mores, sicut nec Æthiops pellem, aut pardus mutare potest varietates suas. Huic accedit congregatio malignantium, qui ante templum Dei vere stant, quia Ecclesiæ quidem membra sunt, sed Deum factis negant, a eo enormibus, vt comedi vix queant. Nam de ijs ficulneis & ficubus loquitur sponsus, quas potius igni æterno decreuit tradere, quam quæ à Deo comedi non potest, deglutiendas diabolo.

Cæterum habet Christus congregationes continentes ficus bonas, bonas valde, quales esse ficus primi temporis; præcoces, suaues & dulces, quibus libentissime vescitur. Huiusmodi fuit congregatio Apostolorum, & sola primitiua Ecclesia quæ Patriarcharũ antiquorũ cætum plurimum superauit. Deinde cætus martyrum, quos D. Greg. preclaros Ecclesiæ grossos nuncupat, qui acerbas perferendo passiones ad martyrij dulcissimum fructum germinandum peruenerunt. His etiam adiungere licet omnes & singulas congregationes religiosas, quarum primi fundatores, & patres, qui primitias spiritus circa proprium institutum habuerunt, erant sicut ficus primi temporis bonæ valde, & Deo gratæ, quibus aptari potest quod dixerat Oseas: *Quasi prima poma ficulnea vidi patres eorum.* Ferebant enim fructus Euangelicæ perfectionis, similes ijs quos Apostoli, & primi Christi discipuli erunt in ipso Ecclesiæ exordio: de Ecclesia vero vt has perfectas animas comprehendit, in sua ait: *Ficus protulit grossos suos.* Tunc (inquit Cant. ...) profert grossos, cum profert fructus Spiritus sancti, quos D. Paulus retulit dicens: *Fructus* Gal. 5. *autem spiritus est, charitas, gaudiũ, pax, patientia, benignitas, bonitas, lõganimitas, mãsuetudo, fides, modestia, cõtinentia & castitas.* Hos autem fructus fert non parce, non segniter, non remisse, sed abundanter, strenue, & feruenter, prout Spiritus sanctus inspirat ei: vnaquæque autem profert grossos suos, id est sibi proprios, iuxta proprium institutum & regulam; velut arbor plantata secus decursus aquarum, quæ fructum suum dat in tempore suo.

Vnde non incongrue, (vt idem Origenes insinuat) per ficum hic intelligere possumus ipsam legem Euangelicam, vel institutum & regulam religiosam, quæ si bene colatur, & obseruetur, dulcissimos profert grossos, qui anide nobis comedantur. Iuxta illud Salomonis: Prou. 27. *Qui seruat ficum, comedet fructus eius, & qui custos est Domini sui glorificabitur.* Nam qui perfectè seruat legem Euangelicam, vel regulam religiosam, quam instar ficus plantauit Dominus in corde ipsius, comedet dulces fructus eius, qui sunt fructus Spiritus sancti, iam commemorati; & qui custodit præcepta Domini sui, nempe Christi glorificabitur ab illo, magnosq; denno recipiet ab illo honores, & fauores. Habent autem hoc speciale ficus, quod non vt aliarum arborum fructus vna maturescunt, sed maturis decerptis, renascuntur aliæ recentiores, vnde contingit sæpius earum dulcedine perfrui, qui ficum suam seruat: ita etiam qui legem & regulam custodit, & solicitè curat vt illæsa vbiq; permaneat, noua in dies recipit incrementa gratiarum, & est velut lignum vitæ paradisi, quod duodecim fructus per singulos menses affert, vtinam & nos hanc sponsi vocationem audiamus, vt similes etiam afferamus fructus. Apoc. 22. v. 2.

De fructibus sanctæ crucis, & Christi crucifixi, vnde alij oriuntur. §. 5. — Pro festis crucis.

SED iam ad radicem omnium bonorum fructuum accedamus, quæ sub hac metaphora explicatur. *Ficus protulit grossos suos.* Per ficum crucem Christi intelligimus, vel ipsum Christum crucifixum. Per grossos vero primitiuos eius fructus calore charitatis præcoctos, valde dulces, ac proficuos. Etenim sicut ficus externam speciem habet vilem, & præ alijs arboribus deformem, quatenus tortuosa est, aspera, atque nodosa, sed intus miram continet fructificandi virtutem: nullus profert flores fructuum prænuncios, sed statim profert fructus; qui à principio durissimi sunt, atq; acerbissimi, sed postea præ alijs maxima pollent dulcedine, ac suauitate: sic crux Christi Domini dum hæc habet insignia.

Nam & exterius præ se fert vilem, & contéptibilem speciem ignominia & confusione plenam, quamuis interius virtute sit ad ferendos iustitiæ fructus potentissima: dicente Paulo: *Verbum crucis pereuntib. stultitia est, ijs autem qui salui fiunt: id est nobis, Dei virtus est.* Et iterum, *Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.* Ipsis autem vocatis Iudæis atq; Græcis Christum Dei virtutem, atque Dei sapientiam. Causa autem huius est, quod crux nullos ab initio parit flores visu pulchros, & odoriferos, sed fructus duros, & amaros tribulationum, persecutionum, & cruciatuum, quos homines horrent gustare, quia comedentium dentes obstupescũt. Crux nihil habet delectabile carni, nihil floridum sensib⁹, nihil non durum, & acerbum humano palato, vnde & ipsi discipuli Christi crucem fugiebant, nec vll⁹ inuentus est qui vellet portare crucem post Iesum nisi quidam Simon angariatus, & coactus. At postquã hi fructus acerbi calore diuinæ charitatis coquũtur, & maturãtur, dulces sunt, & auide comeduntur. Nã & Apostoli ibant gaudentes à conspectu concilij. Quoniã digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati, Paulus gloriabatur in cruce & tribulationibus, Andreas gaudens, & exultans ibat ad crucẽ, quã etiã Ecclesia dulcẽ lignũ vocat, quia dulces fructus profert. 1. Cor. 1. v. 18. & 23. C Matth. 27. v. 27. D

Quod si arbor scientiæ boni & mali ficus fuit, vt quibusdam placuisse diximus, conuenienter etiam ficus crucem repræsentat, vt damnum quod vnum lignum intulit, aliud auferret. De illa quidem dicitur: *Vidit mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuq; delectabile.* Non tamen vidit oculis corporis quibus ficus pulchra non est, quam oculis animæ per superbiam elatæ, cui pulchra erat promissio scientiæ instar Dei, quam se consequi expectabat. Sed crucis arbor pulchra, & suauis piæ animæ quæ Christi appetit similitudinem, eius stigmata portare, ac dolorum particeps fieri. Gen. 3. v. 6. Iuxta hãc sententiã quod arbor illa ficus, adhibetur explicano huiusmodi.

Videns igitur sponsus quod crucis *Ficus protulit grossos suos* in Apostolis, & martyribus, in plurimisque alijs sanctis viris, vocat dilectam animam, vt properet, & veniat ad progressus in virtute faciendos, & ad lucrandos alios spe fruendi huiusmodi grossis, tacite insinuans, & monens eam per tribulationes, persecutiones, &
2. Tim. 3. v. 12. cruciatus id esse consequuturam: quia omnes qui pie viuere volunt in Christo persecutionem
Act. 14. v. 22. patientur, & per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Non negamus multos grossorum antequam maturescant à ficu decidere, & perire, sed pauci qui manent, & maturescunt, pluris habentur: sic multi in tribulationib. deficiunt, earum amaritudinem nõ valentes ferre, & ideo à Christi cruce separantur, cuius sunt inimici quia eorum Deus venter
Phil. 3. v. 18 est, & gloria in confusione ipsorum. At qui cruci coniuncti permanent, tandem maturescunt, B Christum imitantes, qui nec sualu Pharisæorũ
Matth. 27. v. 42. dicentium: *Si filius Dei est, descendat nunc de cruce, & credimus ei*, noluit descendere, sed vsque ad mortem permansit, quia sicut grossi non dulcescunt nisi vniti ficui, vnde ad regiam tolluntur mensam; sic iusti tribulationibus pressi maturescunt, & eximiam capiunt dulcedinem, cum in cruce perseuerant, per quam sine dubio intrabunt in vitam æternam.

Luc. 21. v. 29. *Videte* (inquit Saluator) *ficulneam, & omnes arbores cum producunt ex se fructum, scitis quia prope est æstas: ita & vos cum videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei.* Loquitur autem in his verbis de fructu non perfecto, sed qui prodire incipit, cum ramus in vere fit tener, & nascuntur folia,
Matth. 24. v. 32. vt D. Matthæus refert: hoc autem signum est, quod cito veniet æstas: ita cum iusti vident tribulationibus acerbis se premi, & fructus incipiunt ferre in patientia, exultare debent, quia appropinquat regnum Dei, quod est iustitia, pax, & gaudium in Spiritu S. salus perfecta, perfectio consummata, & vita æterna, cuius cum participes esse incipiunt, omnia carni acerba, etiam ipsi dulcescunt, præ magnitudine amoris Christi, cui se gaudet conformem fieri. Et insuper sicut ficulnea ampla, & protensa ad fructuũ protectionem producit folia; sic crux, vel Christus in cruce extensus amplissimam habet protectionem eorum, qui crucis fructus ferunt, vt cruci inhæreant, donec maturescant, ne à ventorum impetu, vel gelu rigido deijciantur. Propter quod superius sponsa dixit: *Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi*, vt scilicet me sua protectione D tueretur, *Et fructus illius dulcis gutturi meo.* Inde enim fit dulcis fructus crucis, quod sub Christi sumus protectione, à quo omnis dulcedo promanat.

Sed sunt nonnulli adhuc imitatores protoparentis, qui cum esset in paradiso, mox post
Lib. de paradiso c. 13. Gen. 3. v. 7. peccatum (vt eleganter notat D. Ambr. supponens arborem scientiæ boni, & mali diuersam fuisse à ficu) sumpsit à fico folia, quib. suam tegeret nuditatem, sed non fructus, cum tamen fructus tunc habuisse certũ sit: ita multi à Christi cruce, & lege non accipiunt sibi fructus iustitiæ, & sanctitatis, sed tantum folia quædam vel scientiæ, aut eloquentiæ, vel temporalium bonorum quibus nuditatem non spiritus, sed cor-
De foliis vt significa- poris tegant. Gloriantur quidem se in pectore

A crucem gestare, & tamen ex cruce honores & diuitias quærunt; tribulationes vero & labores pro virtutibus acquirendis refugiunt: & ideo tantum frondes carpunt, sed dulces crucis fructus non percipiunt. Iustus (inquit Ambr.) fructum elegit, fol a peccator. Quis est fructus, nisi charitas, gaudium, pax, patientia &c. Spiritualis ficus fructuosa est, sub qua iusti, sanctique requiescunt, quam qui plantauerit in animis singulorum, manducabit ex ea fructum. Ambr.

Tota igitur Christi crux amplectenda est cum fructibus, & folijs quæ fructus protegant, & vmbram requiei præbeant: ad hoc tonitat diuina vocatio dicens, surge, propera, & veni: *Quia ficus protulit grossos suos*, veni vt sub vmbra illius sedeas, vt fructus illius carpas, qui dulces erunt gutturi tuo, quod si acerbi fuerint in initio patiens esto, cito veniet æstas, & maturescent; cito lenter veniet regnum Dei, & signum filij hominis apparebit in cœlo, id est crux Saluatoris, quę malis horrorem; iustis vero magnam infundet iucunditatem, qua fruentur in secula seculorum. Amen.

EXHORTATIO XXIIII.

De floritione & flagrantia Ecclesiæ, & animæ piæ, eiusque in virtutibus profectu, ac de eximia Dei sollicitudine crebro & instanter vocantis nos ad laborandum in vinea sua.

C Vineæ florentes dederunt odorem suũ, surge amica mea, speciosa mea, & veni.

FREQVENS est in Scriptura sacra ficus, vineæque coniunctio, vt ex locis citatis conijcere licet, quia symbolum est bonorũ fructuũ, qui opponuntur tribulis, & spinis, quas terra in pœnam peccati Adæ maledicta germinare cœpit. Vnde Christus Dominus, vt ostenderet quod mala arbor non bonos potest fructus facere, dixit: *Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus?* Et Michæas Propheta fœlicissimam pacem describens in aduentu Messiæ futuram, sic ait: *Sedebit vir subter vitem suam, & subter ficum suam, & non erit qui exterreat, quia os Domini locutum est.* Meminit autem vitis, & ficus, quia repræsentant cœtus iustorum, qui propter D dulcedinem fructuum, quos bona conscientia parit, summa fruuntur pace per Christum parta. Hic autem cœtus ex duplici adunabatur populo, Hebræo, & Gentilico, ille per ficum, hic per vineam solet designari, vt ex parabola ficit in vinea plantatæ deduximus, quia ficus licet magnitudine excedit vites; ita gens Hebræa dignitate superabat reliquas nationes, ex quibus constabat mundi vinea. At frequentius vineæ similitudo vtrique Ecclesiæ accommodatur; non solum antiquæ, sed nouæ, quæ vtrumque populum complexa est, & gentes maximè, quæ etsi vna sit, plures continet particulares Ecclesias, & ideo iam vocatur vinea, iam vineæ, de quibus sponsus videtur locutus cum ait: *Vineæ florentes dederunt odorem suum.* Vltimum per hoc adducens signum instantis

stantis verte. Florete autem dicuntur vineæ postquam prodire incipiunt, primuli patuuliq; racemi minutissimos vuæ acerbæ continentes granulos, qui cum secerni incipiunt, flores erũpunt, & suauis ex hac floritione fragrantia fluit.

De vinea Ecclesiæ florescente. §. 1.

VINEÆ igitur tam cunctarum tribus Israel, quam reliquarum gentium ante Messiæ aduentum erant velut in rigida, & aspera hyeme flu[illegible], & odo. edestitutæ. Cum autem (inquit D. Bernar. apparuit benignitas, & humanitas saluatoris nostri Dei, cœperunt florescere, & primuli racemos edere, suumq; spirare odorem Deo gratum, angelis & hominibus persuauem. Vnde [illegible] Dummio virtutes angelicæ, quæ (te- [illegible] gene) velut vineæ sunt in cœlu empyteo [illegible] cœperunt in terra florescere, & fragrare. Nam descendentes è cœlo dederunt odorẽ suum, dum canunt Deo gloriam, hominib. bonæ voluntatis pacem, pastoribus autem iucundum nuntium, & instructionem circa saluatorem in Bethleem natum, vt illum quærerent, & inuenirent. Ex tunc aũt Ecclesia in his pastorib: repręsentata, cœpit florere, & dare odorem suũ *Cum dixit, transeamus vsq; Bethleem, & videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis.* Venientes autem inuenerunt infantem positũ in præsepio, quem tanquam Messiam, & saluatorem mundi agnoscentes, humiliter adorauerunt. Paucis post diebus vinea etiam gentium floruit, & fragrauit, tres germinans odoriferos flores & racemulos, nempe tres reges magos, qui ab oriente, stella duce, aduenientes obtulerunt ei munera aurum, thus & myrrham, confitentes eum regem, Deum, & propter nos hominem mortalem; quorum fragrantia vsque modo in Ecclesia Christi perseuerat.

Ecce primam vtriusq; vineę odoriferam floritionem; sed fœcundior altera postquã Christus Dominus suam cœpit doctrinam & legem prædicare: illa tamen fœcundissima (de qua hęc verba ferre omnes patres interpretantur) cum post Christum passum, & aduentum Spiritus S: Ecclesia ex Apostolis primitiis vtriusque populi Christianis, florere cœpit, tum præcellentibus virtutibus, gratijs, & donis desuper infusis, tum nouis discipulorum floribus, quos ex gentibus Christo quotidie parturiebat. Vnde mirus vbique spargebatur famæ & gloriæ odor; quia Christi bonus odor erat in omni loco. Hinc igitur postrema diuinæ vocationis ratio desumitur, dicens surge, propera amica mea, & veni. Quoniam: *Vineæ florentes dederunt odorem suum.* Id est, iam lex Euangelica & Ecclesia, florere, & eius gloria mundo cœpit innotescere, tempus modo est opportunum surgendi, vt in virtutibus proficias, & nouis animarum lucris acquirendis insistas.

Serm. 60. in Cant. — *Hom. 4. in Cant.* — *Luc. 2. v. 15.* — *Ita exponunt patres.*

Explicatur hoc in singulis animabus. §. 2.

SED & hæc vtilitas explanabuntur si per vineas singulas sanctorum animas intelligam⁹, quæ instar vinearum tot habent vites, quot vites, & facultates virtutib. adornatas, quæ quidẽ licet

A à Deo recipiant gratiam & auxilium, vt floreant, & fragrent, tamen quia etiam libere cooperantur, ipsæ, vt obseruat Origenes, *Dederunt odorem suum.* Quia ipsæ proferunt actus studiosos, ipsæ acceptis donis bene vtuntur: bonis exemplis ędificant proximos, ac gratiam & honorem tam sibi, quam Christo nanciscuntur. Vnaquæq; autem dat odorem suum, id est sibi, statuiq; operantis accommodatum. Vt nihil sit in homine quod non floreat, nihil quod non suauiter redoleat, visus floret, & fragrat modestia; gustus & tactus, temperantia & castitate: intellectus floret fide, & prudentia, rerumque cœlestium consideratione, voluntas autem & appetitus charitate, & omnigenæ virtutis odorifero germine. Ex quib. anima magnam sibi conciliat opinionem, non quidem quærens gloriam suam, B sed Christi, & proximorum salutem; alioqui nõ diceretur dare odorem, sed vendere, si per bona opera propriæ laudis mercedem quæreret; quod à Christi vinea alienum prorsus esse debet.

Vbi supra.

Sed in hac floritione magnus ordo seruandus est, non enim sine causa prius dixit sponsus; *Tẽpus putationis aduenit;* deinde subiunxit: *vineæ florentes dederunt odorem suum.* Quia nisi diligẽs præcedat putatio, non sequetur fragrans vineæ floritio. Prius enim sunt resecanda peccata, quam sequantur gloriosa virtutum primordia: mortificandæq; sunt cunctæ inordinatæ affectiones, vt floreant & fragrent studiosi affectus & actus. Quod si superfluorum putatio negligitur, sterilis erit virtutis floritio; quia anima superfluorum cupiditate detenta, remisse concupiscit cœlestia, & intendit æterna, ideoque semper C Christi sequelam, iuxta ipsius præceptum, sui abnegatio præcedit, quia nisi quis se abnegauerit, non floret. Cum aũt florere incipit, longius propelluntur peccata, & mundior, ac purgatior multo manet anima, fertur (inqt D. Bernardus) florescentibus vineis omne reptile venenatum cedere loco, nec vllatenus nouorum florum odorem ferre; fugiunt enim Dæmones eos, quos nouã vitã maximo feruore inchoare conspiciunt. Nec audent appropinquare illis, quos ita præuenit Deus in benedictionib. dulcedinis. Quod si accedant vt tentent, adeo illi viriliter resistunt, vt ipsa vitia fugere videantur. Florente enim animæ vinea, fugit tristitia accidia, pigra somnolentia, eoruina procrastinatio, & cuncta tarda molimina, & sicut florentes vineæ magnam spem ingerunt ingentium fructuum, post modum futurorum: ita ex primo feruore D in conuersionis initio, magna speratur futura perfectio. Propter quod D. Basil. ingredientib. religionem consulebat, vt in ipso exordio se præberent viros, nouam vitam viriliter inchoantes, vt ad perfectionem cito peruenirent.

Matth. 16. v. 24. — *Serm. 60. in Cant.* — *Hom. de ad dicat. rerũ.*

Sed gradatim fit vineæ fructificatio. Nam sicut de ficu supra diximus, ita vites florentes prius minutas vuas acerbas edunt, quæ calore concoctæ maturescunt, & crescunt ac dulces fiunt, vnde profluit vinum; quod cor hominis lætificat: ad hunc igitur modum vites Apostolicæ, quæ hominibus sæculi contemptibiles apparebant tanquam purgamenta huius mundi, & omniũ peripsema, florescere cœperunt, edentes minutos humilitatis, & submissionis fructus, ac acerbos tribulationum, & dolorum racemos; odoriferos

1. Cor. 4. v. 13.

tiferos tamen, quia per inuictam patientiam, & longanimitatem magnam spirabant fragrantiã. Iidem tamen calore, ac ardore diuini spiritus decocti, ita dulcescere cœperunt, vt de contumelijs, ac tribulationibus gauderent. Ex hac autem vita sanguis martyrij profluit, nam vltimus fructus vitis sanguis est martyris, qui sanguinem vuæ meracissimum iucunde bibit, cum vitam & sanguinem pro Christi confessione, & gloria profudit. Eia ergo anima deuota tota vinearum floritione, & odore attracta surge, propera, & veni, vt tu similiter instar vineæ florere inchoes, & parturias minora vuarum granula, etsi acerba: amplectere humilia, viliaque exercitia, vt te ipsam abneges; & dimittas: quidquid tibi acerbitatis, & tribulationis applicitũ fuerit, accipe, & patienter sustine, orareque non desinas, quia orationes tuæ his acerbitatibus coniunctæ dabunt odorem suum, qui ad cœlos vsque perueniet, & Deum placatum reddet, vnde viuificus descendet Spiritus S. calor, quo acerba dulcescant, & omne gaudium existimes in varias tribulationes incidisse, & vltimum martyrij fructum pro Christo ferre.

Ita D. Ber.

Sed quantumcumque sis vinea florens, & fragrans, cautus esse debes; nam callidissimus serpens, qui florescentem vineam in paradiso terrestri dissipauit, & duos eius botros in primo flore deiecit, etiam te aggredi, & dissipare conabitur, vnde & de quibusdam scriptum est: *Laedetur quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proiiciens florem suum.* En florentem vineam, quæ paruulos botros tulerat magnorum prouentuum spem præbentes, spe tamen frustratam, qui vehemens pruina, ingens grando, aut nimi* æstus dissipauit eos, fugerant Dæmones tentantes, quia humilem vitem in floritione conspexerant. Sed ex sua ipsa floritione inanis gloria, vel vana secuta est fiducia, aut nimia securitas, & tunc accessit hostis, qui tentationũ vehementia florentes botros læsit, vindemiauit, dissipauit. Vnde LXX. sic legunt: *Vindemietur sicut acresta ante horã.* Quod nos dicimus, *vindemiar en agraz.* Quia antequam fructus ad maturitatem debitam perueniant; vehemens tentatio vindemiat, & destruit illos. Quare paulo post præcipitur, vt vulpeculę capiantur, quia florescentes vineas demoliuntur, vt suo loco videbimus. Sed notanda est scripturæ phrasis, primo enim dicit quod botrus in flore læsetur; postea quod sicut oliua proiiciet florem suum: vt intelligas ita hominem à tentatore lædi, vinci, & vindemiari, vt tamen ipse homo seipsum perdat, suumque florem, ac inchoatum bonum libere à se proiiciat, quia tentator non præualeret, nisi ipse consensum præstaret. Sed quia tentatio præcedit consensum, prius dictum est botrum lædi, deinde oliuam proiicere florem suum, consentiens, vt decideret, & ab ipsa separaretur.

Iob 15. v. 33. Vnde in lib. 4. à 2. hor. 11. ex D. Greg. lib. 12. Moral. c. 24.

Explicatur idem in religiosis. §. 3.

HÆc aptius quadrant in religiosam animã; religiones enim vineæ Christi sunt, ab ipso per earum fundatores plantatæ. Vites, singuli conuentus, palmites vero singuli religiosi, quos Christus Dominus speciali vocatione traxit, & putauit vt plurimum fructum afferrent. Putatio autem prima, vt diximus, facta est cum omnib. renunciarunt, quæ possidebant. Et tunc in initiatu florescere incipiunt, cum magno spiritus feruore nouam inchoant vitam, suauem sui spargentes odorem, & ingentis futuri fructus spem non modicam præbentes. Et si quidam læduntur in primo flore, & proiiciant florem suum, dum tentationibus succumbentes retrocedunt, & à paradiso religionis expelluntur, vel seipsos extra proiiciunt. Si autem viriliter tentatori obsistunt, pulcherrime florescunt, & fragrant. Sed dicuntur dare odorem suum quia vnaquæque religio iuxta proprium institutum, proprios germinat flores, odoresque spirat, dum quædam floret paupertate, alia fragrat obedientia, alia solitudine, & contemplatione, alia vero animarum zelo: præbens autem suum proprium odorem, Ecclesiam illustrat, proximos ædificat, lætificat Angelos, & Christi auget [...]tiam. Eius enim profectus in hoc consistit [...] suum det odorem, non alienum, proprios [ger]minet flores, & pariat fructus, non extrane[os]; actus enim qui proprio instituto consentaneus est, fragrat in vnoquoque, idem vero in eo, cui extraneus est, non bene, sed male olebit; quia nec sacrificiũ Deo placuit, quod igne offerebatur alieno. Hinc igitur diuina vocatio animam, quam ad religiosam vitam vocat, sic affatur; surge, propera amica mea, veni: *Iam enim ficus protulit grossos suos, & vineæ florentes dederunt odorem suum.* Prælati enim ac proceres religionis instar magnæ ficus, iam protulere dulces ac suaues fructus, dulciores in dies producturi, vt suo exemplo ad se alios trahant. Ipsæ vero vites & religiosi palmites miris virtutibus florent, proprium & sibi consentaneum spargentes odorem. Veni ergo vt illis iungaris, & cum eis florescere incipias. Sed de his plura dicuntur in id Cant. 7. Mane surgamus ad vineas.

De eximia Dei in huiusmodi vocationibus solicitudine, ex parabola patrisfamilias vocantis operarios. §. 4.

SEd perpendamus iam eximiam Dei solicitudinem crebro & instantes vocantis nos. Post tot enim allatas rationes ad suadendum sponsæ vt eius assentiatur vocationi, iterum fere eadem verba repetens ait, *Surge amica mea, speciosa mea, & veni.* Ac si diceret, cur venire pigrescis, & cunctaris? ego sępius surgo, & venio, vt te suscitem, pluries te instanter rogo, vt surgas, & venias, cur ergo non surges? cur non venies ad florentes vineas, vt cæterorum bonorũ particeps fias? Deducamus ergo hanc Dei solicitudinem, simul cuncta quæ de diuinis vocationibus hactenus diximus, in epilogum deducentes, ex parabola patrisfamilias, qui quinquies exijt vocare, & conducere operarios in vineam suã; suam dicit, quia anima cuiusq; magis sua est, quam nostra. Deus autem, qui per hunc patrẽfamilias significatur, tunc dicitur exire è domo sua cælesti, cum se in terra operibus manifestat: & quia prima eius manifestatio fuit per primã rerum omniũ creationem, primus eius exitus fuit, *Primo mane*, scil. ipsius mundi; quando sexto die condidit Adam & Euam, & eos collocauit in paradiso, quem plantauerat: vt operarentur, & custodirent

Cant. 7. Gen. 2. v. 15.

[illegible] enim eos esse operarios ad A colendam, & custodiendā felicissimi status in[illegible] vineam, quæ colenda, & custodienda [illegible] tuantur præceptorum Dei, ma[illegible] quo prohibiti sunt comedere de li[illegible] scientiæ boni & mali, quod cum transgressi [illegible] vineæ illius status omnino dissipata est, [illegible] cuens lugubris la sponsæ lamentatio, qu[illegible] supra retulimus, Filij matris meæ pugna[illegible] contra me. Posuerunt me custodem in vi[illegible] vineam meam non custodiui, imo dissipa[illegible] & penitus eradicaui.

[illegible] necesse fuit vt iterum paterfamilias exire vocare operarios, qui colerent vineam [illegible] naturæ, quæ colenda erat, & custodienda [illegible] decem præceptorum decalogi, & [illegible] mediatoris Christi venturi ad mundi [illegible]tionem. Mox ergo vt peccarunt proto- B [illegible] venit vt vocaret eos, in ipso adhuc [illegible] mane, & propter Christum, quem eis [illegible] duxit eos à delicto suo, fecitque vt in [illegible] vultus sui, laboreque non paruo opera[illegible] in vinea sua. *Conuentione facta ex denario di[illegible]*, vt denarij præmium responderet decalogi [illegible] præcepto. Deinde exijt *circa horam ter[illegible], & inuenit alios stantes in foro otiosos.* Homines [illegible] paradiso eiecti, cœperunt in huius exilij [illegible] tumultuoso & turbulento foro ociosi esse, non [illegible] in his quæ Dei sunt, nec ad vitam æ[illegible] conducunt, sed [illegible] & caducis [illegible] quæ [illegible] sunt, [illegible]. Hos [illegible] vocauit, & misit in vineam [illegible], vt iuxta [illegible] legis præscriptum prop[illegible] animas ex[illegible]. Licet autem multi fuerunt tunc fideles [illegible] vsq; ad Noe, qui perfectus fuit in gene- C [illegible]; tamen paulatim omnes homines [illegible] extremam inciderunt segnitiem, omnisq; ca[illegible] corrupit viam suam, vineaq; repleta est [illegible] spinis: propter quod iratus [illegible] decreuit vniuersos Homines aqu[illegible] delere, exceptis o[illegible] operarijs, quos in [illegible] vt postea vineam excolerent, ali[illegible] qui similiter operari valerent. [illegible] mysterio caret: quod sicut Dominus pro[illegible] postea Abrahæ, se non destructurum So[illegible], si in ea inuenirentur decem iusti, qui [illegible] decalogi præcepta obseruarint: ita no[illegible] delere vniuersum mundum quādiu inuenti [illegible] iusti, donec diminuti sunt vsque ad [illegible], quos in arca protexit, ne vnquam vineæ [illegible] deessent.

[illegible] quoniam homines iterū cœperunt à Deo [illegible] deficere, decreuit legem naturæ perficere D [illegible] superaddendo præcepta, & ritus pro[illegible] colendi, quæ lex vetus, vel scripta [illegible] ad quam excolendam iterum ex[illegible] sextam, & nonā, & fecit similiter, ope[illegible] vocans, conueniunt autem hos duos eg[illegible] quam licet lex esset vna, vnusque popu[illegible] electus ad operandum in illa, ramen bis Do[illegible] exijt, primo vt vocaret Abraham, cui de[illegible] præceptum Circumcisionis, quod durauit [illegible] ad Moysem; tunc autem exijt secundō, vt vocaret populum Hebræorum, quem eduxit dé Ægypto, superaddens plurima præcepta & ce[illegible]monias Moysi traditas. Ad hanc autem vineā excolendam plures vocati sunt insignes opera[illegible] qui eam fideliter custodiebant. Sed tamen temporis processu ob operariorum inertiam & malitiam in miserum statum decidit, quem depingit Isaias cum ait: *Expectaui vt faceret vuas, fecit autem labruscas: expectaui vt faceret iudicium, ecce iniquitas: iustitiam, & ecce clamor.* Quod si tot vepres repleuerunt Hebræorum vineam, quot replesse putandum est vineam gentilium incultam, qui tota die erant ociosi? *Quia nemo* (inquit) *nos conduxit*: non enim habuerunt sicut Hebræi Prophetas, & prædicatores, qui ita crebro eos ad operandum vocarent. Erat igitur vniuersa terra, vt eam describit Dauid cum inquit: *Dominus de cælo prospexit super filios hominum, vt videat si est intelligens, aut requirens Deum, omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* Id est, vt Diuus Augustinus interpretatur, vsque ad vnum Christum, & vsquequo veniret vnus Dei, & hominum mediator, per quem hæc mala tollerentur.

Circa horam ergo vndecimā exijt filius Dei à cœlo, à sede patris, & venit in mundum, vt homines ocio torpentes vocaret; instituitque ad perficiendam vineam suam, nouam legem euangelicam, legem gratiæ & charitatis; congregauit Apostolos, & discipulos, multosque operarios, quibus dixit: *Ite & vos in vineam meam*: vt eam colatis, legem meam seruantes, aliosque ad eam obseruandam inducentes, & hæc est potissima vocatio, cuius meminit sponsa, cum ait, En dilectus loquitur mihi, *Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni.* Apte vocat dilectum eum qui se vocauit patremfamilias, vt paterni indicaret amorem erga familias, & orationes omnium hominum, quo hæc vocationes procedunt. Eadem verba locutus fuerat sponsæ in statu innocentiæ, in lege naturæ, & veteri: at nunc speciali amore, & efficacia vocat, vt properet celeritet, & veolar ad operandum in vinea sua. Ad quod suadendum sex adducit rationes, quas hactenus fusè perpendimus. Prima, quoniam hyems frigida, & nebulosa legis veteris iam abiit, iamque cessauit per Christum imber tot præceptorum, quæ laborē vineæ grauem, & onerosum valde reddebant. Deinde, quoniam iam apparuerunt noui veris flores, scil. in ea via, & pulchra legis euangelicæ præcepta & consilia, noua mysteria patefacta, pulchrisq; ornata prodigijs. Præterea iam tempus putationis venit, quæ copiosè facta est per Christum, vt facilè per eius sacramenta possis cuncta amputare delicta, & perfectionis obstacula. Ad hæc, iam vox turturis audita est, frequensque sonat Spiritus S. inspiratio, & Christi, ministrorumque eius prædicatio, quæ ad operandum inuitat, exhortatur, & trahit magnis promissis, ac præmijs adhibitis. Iam item ficus protulit grossos suos, ficus enim crucis dulcissimos fructus tulit, qui te valde reficiant, alliciantq; ad operandum, Christi crucifixi sequendo vestigia. Iam denique, *Vineæ florentes dederunt odorem suum*, dum plures Sanctorum te suis iuuitant exemplis, quare ergo huiusmodi vocatio[illegible] ni non obsequeris? Cur huiusmodi rationibus non teipsum conuincis, vt ad laborādum summa cum hilaritate, & diligentia properes? Audiebant quidem omnes fideles operarij, præcedentes vocationes: sed sex istæ rationes nō proposita

Margin notes: *In breui. Euang.* | *Domini [illegible] distan[illegible] hac [illegible] tes varia* | *Isa. 5. v. 4.* | *Psal. 13. v. 2.* | *In eundem Psalm.* | *In Exhort. 16. §. 2. & 3.* | *In Exhort. 15.* | *In Exhort. 19.* | *In Exhort. 20.* | *In Exhort. 22 §. 5.* | *Supra §. 2. & 3.*

positæ sunt nisi iis, qui hora vndecima, & tempore legis Euangelicæ vocati fuere: quarum vi allecti & compulsi, tanto spiritus feruore in vinea laborauerunt, vt plus meruerint præmij in vna hora, quam alij qui portauerunt pondus diei & æstus. portauerunt quidē antiqui pond* diei & æstus, quia iugum graue legis gratiam non conferentis portabant, at euangelici operarij portant iugum legis Christi, quod est suaue, & onus leue; vnde eos qui laborantes sunt & onerati, vocat vt ad se veniant, Et ego, inquit, *reficiam vos* & laborem vestrum leuabo; nec propter hoc minuam præmium, sed augebo. Nam perfecto labore, ait, *Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouissimis.* Et cur ab his incipit, nisi quia amplius eos æstimat, diligit, honorat, & glorificat.

Consulto autem inquit cum primis operarijs factam esse conuentionem de mercede: reliquis promissio adhibita est retribuendi quod iustum esset; at postremis nihil promittitur, sed simpliciter dicitur, ite in vineam meam; vt insinuaret quod perfecti operarij euangelici, etsi mercedem copiosiorem sint recepturi, tamen mercedem non quærunt, nec affectu mercenario, nec intuitu mercedis, præcipuè laborant, sed ex puro Dei amore, vt ipsi obsequantur, & placeant.

De vocatione in pueritia, in adulta ætate, & in morte ex eadem parabola.

§. 5.

SEd libet hanc parabolam duplici vel triplici aptare vocationi, de qua etiam sponsæ verba intelliguntur. Prima, quæ fit in primo mane vitæ hominis: secunda, quæ in eius decursu multiplicatur: tertia vero quæ fit in morte. Pater enim familias exiit primo manè conducere operarios in vineam suam, quoniam pueros, maximè baptizatos, cum primum perueniunt ad vsum rationis, qui est eorum aurora; & primo mane, vocat eos ad laborandum, inspirans ea quæ secundum rectam rationem, & Dei legem agere tenentur. Quorum vocatio mirè his verbis describitur, *Surge, propera, amica mea, veni &c.* Ac si dicat; O anima, quæ in baptismo facta es mihi amica, & adhuc retines innocentiam sicut columba, valdeque es mihi speciosa; sed adhuc iacuisti infantiæ tenebris obuoluta, surge ad operandum quæ recta sunt, propera celeriter, magnoque feruore: nam dimidium facti habet qui bene cœpit; & qui incipis, perfectè incipere satage; ita vt portans iugum ab adolescentia tua, eleues te super te, & super ea quæ pueri sunt, in quibus hactenus iacuisti, propera, & veni ad me, quia talium delector contubernio: sic enim dixi, *Sinite paruulos, nolite eos prohibere venire ad me, talium est enim regnum cælorum.*

Thren. 3. v. 28.

Matth. 19. v. 14.

Rationes autem huius vocationis assignans, ait, *Iam enim hyems transiit*; hyems, inquā, infantiæ & ignorantiæ, quæ te ineptum reddebat ad operandum, nesciens reprobare malum, & eligere bonum, nec quid sit inter dexteram tuam, & sinistram; iam *Flores apparuerunt*, nimirum intellectus & liberi arbitrij primæui actus, ingenuæ cogitationes, ac discursus, affectusque rationi consoni, qui magnorum præbeant spem

Isa. 7. v. 16.
Ion. 4. v. 11.

A fructuum. *Tempus putationis aduenit* tamen in tempus est vt cuncta puerilia & ludicra amputes, resecces superflua, & quæ non sunt homine digna: ad modum quo dicebat Paulus. *Cum essem paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus: cum autem factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli.* Nam paruuli loquuntur, & ... [illegible] ... indiscreta, ac indecora sapiunt, similiè iudicando de rebus, vilia multoties pretiosis præponendo, cogitant, ac discurrunt circa vana & inutilia sine ordine. At hæc omnia putanda & euacuanda sunt, vt ea quæ sunt viri secundum iudicium rationis peragant. Vnde tunc: *Vox turturis audita est in terra nostra*, id est, incipit sonare vox conscientiæ, & synderesis gementis & murmurantis de malo. Nam toto tempore infantiæ ... hæc vox, nec quid honestum aut turpe demō

B strabat, vnde nec lætabatur de illo, nec verecundabatur de isto: at cum primum oritur lumen rationis, iam ostendit bonum, incitans ad quærendum, & detegit quid sit malum, vt ... illud, ac increpat, arguit, ac mordet si non ... rit. Deinde iam *Ficus protulit grossos suos*, id est ... ctus immaturos, qui proijciuntur vt alios suauiores proferat qui maturescant: quia iam puerilis ætas protulit ea opera quæ eius necessitas exigebat, ad eam nutriendam, & fouendam; irradiante rationis lumine proijciuntur hæc, ... opera suauiora, & gratiora dant. Vnde & in ... nitico præcipiebatur, vt qui plantarent ... pomifera, auferrent præputia eorum; ac ... quæ trib. annis germinassent, reputarentur ... munda ad esum. Quarto autem anno omnis fructus sanctificaretur Domino, deinceps vero

C in vsum proprium cederet. Multa enim permittuntur pueris, quæ postea tanquam immunda resecanda sunt, vt ea quæ Deo sunt placita perficiant. Denique vineæ florentes dederunt odorem suum, quoniam multoties in ea ætate omnes animæ vires internæ, sensus & motus, florescere solent, flores emittendo modestiæ, grauitatis & gratiæ, quæ odorem spargunt, & indicant dulces fructus post futuros. Ecce vocationem vel descriptionem pueri, & adolescentis à Deo prælecti, & vocati, vt à teneris annis Deo inseruiat, & in eius vinea pro modulo suo operarius sit. Sicut de Tobia legimus, quod multa ... cundum legem Dei puerulus obseruabat; cumque esset iunior omnibus suæ tribus, nihil puerile gessit in opere, ideoque magnos enasit ... Nam (vt dicebat Seneca ad Lucilium) maius ...

D pecta, cum puerilem animum deposuerit, ... inter viros Philosophia transcripserit. De ... pueris, qui insitam habent animi humilitatem & modestiam ait vates regius, *Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini.* Quem locum hoc intentum perpendit D. Augustinus, ... cludens: senectus vestra sit puerilis, & pu... senilis, id est, vt nec sapientia vestra sit cum superbia, nec humilitas sine sapientia, vt laudetis Dominum vsque in seculum.

Sed quoniam sensus hominis proni sunt in malum ab adolescentia sua, suasque effrenis sequitur propensiones, necesse est vt paterfamilias exeat hora tertia ad vocādos operarios, imo etiam hora sexta, nona, & vndecima, quia omni hora inuenit multos ociosos in foro, terrenis rebus inhiantes, cœlestium oblitos; quos cum increpan-

[illegible] cante. *Cur hic statis tota die ociosi?* A [illegible] nt, quia nemo nos conduxit. Sed filij [illegible] nt os suum ad excusandas excusationes in peccatis, & mentita est iniquitas sibi, [illegible] n paterfamilias exierat quinquies [illegible] m, vt operarios conduceret? Nunquid [illegible] pie [illegible] a clamitat, & vbique dat vocem [illegible] ab omnibus audiri possit, dicens: *Vsquequo paruuli [illegible] igatis infantiam, & stulti ea quæ sibi sunt [illegible]: O viri, ad vos clamito, & vox mea ad filios [illegible]. Intelligite paruuli astutiam, & insipientes [illegible] aduertite.* Bene inquit animaduertite, [illegible] animaduertissent; vocem eos euo [illegible] cepissent; sed facti sunt instar aspidis [illegible] antis aures suas, quæ non exaudiet [illegible] ntantis, & venefici incantantis sa[illegible] at benign⁹ paterfamilias, nihili faciens [illegible] usationem, ait illis: *Ite & vos in vineam* B [illegible] nite otium, excutite pigritiam, & in[illegible] orem etsi sero; supplicat tamen præ[illegible] uor spiritus longam moram remittentis [illegible], quod & perstiterunt, quoniam conside[illegible] vndecim Dei horas pertransisse, vnamque [illegible] esse, statimque euocandos ad mercedem [illegible] iendã. Nihil autem ita hominem, vigilem, [illegible] ceui, & strenuũ in labore facit, ac iugis me[illegible] io breuissimæ vitę, instantisque horæ mor[illegible] n qua sonabit vltima vocatio, de qua inquit [illegible] cum sero factum esset, dixisse patrem[illegible] as, procuratori suo, *Voca operarios, & redde [illegible] edem.*

[illegible] ac etiam, vt supra perpendimus, intelligi [illegible] sponsę verba, cũ dilectus meus loquitur [illegible]: *Surge, propera, amica mea, & veni*, vt laboris [illegible] i mercedem recipias: iam enim hyems huius mortalitatis, & imber ærumnarum transijt tibi. iam flores desideriorum, quibus vitam æternam [illegible], & eam præcedunt, apparuerunt in corde tuo: iam venit putationis tempus, quo à [illegible] resecanda sint cuncta terrena & carnalia, vt [illegible] spiritus volet in cœlum: iam audita est [illegible], quæ suam viduitatem gemit, & Dei absentiam deplorat, fundens lachrymas [illegible] ac nocte, dum dicitur tibi quotidie, vbi est [illegible] us tuus? Iam ficus protulit grossos suos ma[illegible] & suaues qui apti sunt vt in Dei mensa [illegible] uantur: iam vineæ virium tuarum virtutibus [illegible] entes dederunt gratissimum odorem suum, [illegible] em Christi bonus odor fuisti in omni lo[illegible] *urge ergo, propera, & veni* ad terram nostram, [illegible] viuentium, vbi nulla est hyems & [illegible] sed iuge & amœnum ver, vbi nulla est [illegible] perilluatum putatio, sed omnium bo[illegible] um copia, vbi vox turturis exaudita muta[illegible] vocem exultationis, vbi ficus & vineæ [illegible] us proferent æternæ benedictionis, & requiesces à laboribus tuis accepta operum tuorum mercede, in secula seculorum. Amen.

EXHORTATIO XXIV.

De vocatione ad manendum per meditationem & affectum in vulneribus Christi, & de iis quæ peccatores meditari debent in illis, vt ad pœnitentiam excitentur. Pro Parasceue.

Surge amica mea, speciosa mea, & veni columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.

REPETIT cœlestis sponsus eiusdem vocationis verba non sine noua, ac multiplici causa, quę deducenda est ex eo quod subiungit: *Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ*, quæ verba sic vertunt Septuaginta, *Surge, veni proxima mea, formosa mea, columba mea, & veni tu columba mea in tegmento petræ iuxta promurale.* Triplicem autem sensum habere possunt vltima verba. Primus indicando locum ad quem inuitatur sponsa, vt veniat. Ac si dicatur, veni ad foramina petræ, ad cauernam maceriæ, vt sis mecum eo modo quo in his foraminibus & cauerna solet esse columba; seu, vt habet vox Hebræa in illis foraminibus, & in illa cauerna, quam tu, scil. bene nosti; & hunc sensum sequi videntur ferè omnes Patres. Secundus sensus est denotando viam per quam venire debeat ad ipsum. Ac si diceret: Veni columba mea per foramina petræ, & per cauernam maceriæ, vt inde ad me peruenias, & accedas. Tertiũ deniq; designando locum vbi adhuc erat, inuitans eam vt inde C egrediatur, & ad ipsum veniat. Quasi dixisset: Quid agis columba mea in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ? egredere foras, veni ad me: *Ostende mihi faciem tuam &c.* Et quidem si tertium verborum attendamus, etiam hic sensus est probabilis; dum tamen foramina & cauernam semper in bonum vsurpemus, iuxta commune Sanctorum placitum: licet quidam velint vsurpare illa ad significandum aliquod indecens, prohibitumq; latibulum, de quo infra.

De Christi vulneribus in cruce. §. 1.

PATRES igitur ferè omnes, licet non eo modo, vulnera Christi crucifixi in his verbis agnoscunt. Cum enim dicat Apostolus Hebræos 1. Cor. 10. v. 14.
D in deserto bibisse aquam de spiritali consequente eos petra: petram autem fuisse Christum, consequens est foramina petræ esse foramina Christi, cum in cruce manus eius, pedes ac latus perforata sunt: & sicut petra illa virga à Moyse Exod. 17. v. 6. percussa fontem emisit aquæ, ad extinguendã Hebræorum sitim; ita (inquit D. Augustinus) Num. 20. v. 10. cui alij Patres consentiunt) Christus percussus, Serm. 9. de tempore. & in crucem actus, nouum Testamenti fontes produxit. Maximè autem ex foramine aperti lateris D. Isidor. manauit sanguis & aqua, vt significaretur inde Cyril. Nyssen apud Lippom. in cat. Exod. manare fontes gratiæ, qui sunt sacramenta, quorum virtute lauamur, mundamur, reficimur, omnibusque cœlestib. gratijs implemur. Bis autem Moyses percussit silicem virga, quia crux (inquit D. Aug.) duobus constabat lignis,

vno cui affixæ sunt manus, altero cui pedes, vn- A de etiam totum pendebat perforatum corpus. Sed clarius est hoc vaticinatus Zacharias, dicēs:
Zac.3.v.9. *Ecce lapis quem dedi coram Iesu. Super lapidem vnum septē oculi sunt. Ego celaui sculpturam eius, & auferam iniquitatem terræ illius in die vna.* Septuaginta vertunt: *Ego fodi foueam*, alij, *aperiam aperturas eius.* Quod D. Hieron. ad vulnera Christi refert, per
Isa.53.v.8. quę abstulit iniquitatem terrę. Loquitur autem Deus Pater, qui per Isaiam dixerat: *Propter scelus populi mei percussi eum:* cuius septem oculi, id est, omnes diuinitatis conatus, ac diuinę prouidentiæ studia posita sunt super hunc lapidem Christum; vt illum cęlaret, sculperet, & ornaret: nam licet permiserit vulnerari, deformarique in passione, tamen vulnerum vestigia ac foramina ita in resurrectione illustrauit, vt nihil pulchrius & gloriosius potuerit cogitari.

Communiter tamen Doctores cum D. Gregorio foramina petræ vocant vulnera pedum, & manuum; vulnus vero lateris cauernam maceriæ, quia illa parua erant, hoc autem magnū;
Io.20.v.27. vnde & Christus Dominus dixit Thomæ, quod digitos inferret in loca clauorum, manum autem in latus lancea apertum. Pręterea cum manibus magnum insit robur, pedibus autem firma stabilitas. Sunt enim partes corporis neruosæ, aptè eorum vulnera vocantur petrę foramina; at maceria paries est debilis ex multis lapidibus luto connexis; ideo melius repræsentat totum Christi corpus ex flagellis, & spinea corona, plagis & rimis refertum: cauerna autem maius indicat eius vulnus, quod lancea aperuit, & vsque ad præcordia penetrauit.

Hoc igitur est aliud signum, & præcipuum C euangelicæ legis, & veni temporis Messiæ, in cuius passione, quæ initio veris peracta est, ex altissima Dei prouidentia apparuerunt foramina petræ, & cauerna maceriæ, id est, Christi Domini aperta sunt vulnera, vt nidoli essent columbarum, quæ ab sponso vocantur, & inuitantur, vt nidificent in illis. Et ideo peculiari affectu eandem vocationem repetens, ait: *Surge amica mea, speciosa mea, & veni: columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ;* id est, surge à terra, terrenisq; affectibus; nam & ego exaltatus sum à terra in crucem, vt omnia traherem ad meipsum: veni vt tanquam columba maneas in vulnerib. meis, per quę vniuersa bona euenerunt mundo: per vulnera enim mea, hyems peccatorum transijt, imber tentationum abijt, nimbusque æ[r]umnarum recessit. Per hæc flores martyrum D & sanctorum apparuerunt in terra nostra, irrigata eo sanguine, qui ex ipsis profluxit. Per hæc tempus putationis aduenit, & virtus resecandi superflua accreuit hominibus: per hæc vulnera vox turturis in terra nostra audita est, excitans ad pœnitentiam & gemitum, ad pudicitiam, & solitudinem tranquillam intra illa: per hæc, ficus, quæ tribus annis infœcunda fuit, cœpit proferre grossos suos, expellēdo acerbos, & nouos dulcesq; germinando fructus: per hæc tandem omnes Ecclesiarum vineæ, earumq; vites, animæ sc. virtutibus florescunt, & gratum vnaquęq; suum spirat odorem. Surge ergo vt tot tantisq; potiaris bonis, si in his permanseris vulneribus.

Sed quoniam huiusmodi vocationem quadruplicem esse diximus ... rum, vel à peccato in statu gratiæ vel ... virtutum incrementa, vel ad qui... contemplationem, vel deniq; ... proximos ad hęc cuncta amplectenda ... alliciunt Christi vulnera, si ea ... continent attentè, profunde, & deuotè ... reuoluantur.

Quæ à pœnitentibus meditanda sunt in Christi vulneribus. §. 2.

ET quidem à prima inchoando ... cum duplex sit peccatum, alterum originale, in ... iacent infideles, & à quo resurgunt pe[r baptis]mum; alterum actuale, in quod decid[unt] ... fideles, & à quo per sacramentum pœnite[ntiæ]
B mundantur. Duplex item est diuina vo[catio], cuius meminit sponsus hic, dum bis repeti[t ea]dem verba; primo, propter eos quos vocat, vt [ba]ptismum, fidem, & legem euangelicam vel[int] accipere, dicens: *Surge, propera &c. veni iam hyems transijt, &c.* Secundo ve[ro] propter ... zatos, qui legis pręcepta sunt tr[ans]gressi ... *Surge, & veni columba mea in foraminibus petr[æ].* Vtramque vocationem coniungit elegante[r] Epiphan. his verbis, Surge à de[l]icto, & ve[ni ad] fiduciam; surge à peccato, & veni ad pœ[niten]tiam; surge ab incredulitate, & veni in fi[dem; sur]ge à perditione, & veni in inuentione: quon[iam] vero nouerat quod post primam pœnite[ntiam] & sanationem, multa delicta humanæ na[turæ] accidunt, rursus dicit: *Surge, & veni ... mea in tegmine petræ:* prius tantum dixit veni, nun[c]
C apponit vocem, *tu*, vt post priorem à delictis resurrectionem, rursus porrigentem man[um] ... niguam & cœlestem, subdit: *In tegmine pe[træ]* est, veni in benignitate Christi, & in miseric[or]dia Domini; hoc est tegmen petræ, tegmen ... dei & charitatis, ac pœnitentiæ. Hæc ... Epiph. sequens Septuaginta versionem, sed ... Vulgatam accedamus.

Si ergo peccatis oneratus es, audi vo[cem] Christi te inuitantis, vt surgas & venias ad [fora]mina petræ, & cauernā maceriæ, assumens alas sicut columbæ, nempe sanctas cogitationes & affectiones pœnitenti accommodatas; & in vulneribus Christi permanens attentè, medi[ta]re quæ te ad perfectam excitent pœnitent[iam &] contritionem, nempe peccatorum tuorum gra[u]itatem, & multitudinem, pœnitend[i] ... fa-
D ciendiq; necessitatem, & modum ind[ul]gen[tiæ] obtinendæ spem, & robur ad bonum, & ... ingens tuum periculum nisi pœniteas, & ... cias, ac in bono proficias. Ad hæc septem me[di]tanda inuitaris, cum dicitur tibi quod instar [co]lumbæ voles ad foramina petræ, & cauer[nam] maceriæ, quæ si humiliter, & deuot[è] med[itatus] fueris, quod desiderabas, plenissimè obti[nebis].

Et quidem ex his vulneribus Christi peccatorum tuorum deduces immensam grauitatem; ipse enim, vt dicit Isaias: *Vulneratus est propter [ini]quitates nostras, attritus est propter scelera nostra, di[sci]plina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus.* Adeo enim est infinita peccati malitia, & Dei offensa, vt nulla pro ea esse possit condigna satisfactio, nisi quæ à Deo homine satisfaciente procederet. Vt autem scires quam grauia sint pecca-

[illegible] ut Christus Deus & [illegible] tam horrendam [illegible] declarat magnitudo [illegible] consideratione remedij [illegible] æstimo quantitatem: [illegible] grania sunt vulnera, pro [illegible] ipsum Christum vulnerari [illegible] mortem, & ad mortem [illegible] m pro eorum remedio [illegible] homo incideret in latrones [illegible] & vulneratus esset, cui [illegible] os, nec [illegible] ita, afferre possent remedium [illegible] descenderet pius Samaritanus, & cu[illegible], vt vulnera alligaret, oleoque cura[illegible] quod ex vulneribus in torculari cru[illegible], excerptum est. Pudeat ergo te pec[illegible] vulnera voluntariè admisisse, quæ à [illegible] ta sunt, vt pro eorum remedio Christum [illegible] tuerit volnarari.

[illegible] iam simul contemplari poteris tuorum [illegible] atorum innumeram multitudinem. [illegible] bat quidem ad totius mundi delenda [illegible] minimum Christi vulnus, sicut & minima [illegible] sanguinis gutta, propter infinitum va[illegible], quem à satisfaciente desumit: vt quid er[illegible] epit vulnera, nisi vt in illis agnosceres [illegible] contra eum innumera delicta? nametsi ma[illegible] foramina petræ tantum fuerint quatuor, [illegible] tumq; cauerna maceriæ, tamen innumera [illegible] sunt foramina capitis per spinas, & corporis [illegible] flagellorũ aculeos facta; quod quidem per [illegible] tam ossium extensionem in cruce, mãsit [illegible] ut maceria ex male cõpactis lapidib⁹, multis [illegible] intercapedinibus conflata; iuxta illud, *Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea.* Nam quia à planta pedis vsq; ad verticem [illegible] is, non erat in te sanitas, sed vuln⁹, & liuor, [illegible] a tumens; ideo etiam in corpore ipsius [illegible] entis in cruce, à planta pedis vsq; ad capi[illegible] verticem nihil mansit innulneratum, totum [illegible] bat vulneribus, liuoribus, ac tumentibus.

Propterea ergo non vocaris, vt venias & [illegible] ramine, sed in foraminib. petræ, & in ca[illegible] na maceriæ, vt sicut peccasti corde & ore, o[illegible] e [illegible] g essu, ita omnia & singula Christi vul[illegible] in [illegible] ueatis, & mediteris, vt per illa omnium [illegible] entiam consequaris: in vulnerib. pedum [illegible] ce prauos gressus, in foraminibus ma[illegible] m iniqua opera, in fouea lateris, occultos, [illegible] dinatos cordis affectus, in punctionib. [illegible], elatas animi cogitationes; in corporis [illegible] plagis eas quas tuæ animæ inflixisti, pro [illegible] remedio illæ sunt susceptæ.

[illegible] hoc vlterius progredi te oportet, vt in [illegible] vulnerib. manens, mediteris profundius [illegible] tem, quę tibi incumbit pœnitendi, pro [illegible] satisfaciendi delictis. Non enim passus [illegible], vt à peccatoribus auferret satisfaci[illegible] tatem, & obligationem, sed potius, [illegible] exemplo ad eam exhortaretur, ad illamq; [illegible] am vires præberet. Decreuit enim, vt [illegible] homo ꝓpria voluntate peccauit, & se ini[illegible] biecit, ita etiam ꝓpria voluntate à pec[illegible] ederet, & hostem debellaret; vnde cum [illegible] nus dixisset serpenti, *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius, ipsa conteret caput tuum.* Non ait ipsum, sed ipsa. Nam licet Christus propria virtute contriuerit

A serpentis caput, tamen etiam mulier, id est Ecclesia, & quælibet anima, virtute Christi debet illud conterere. Conterit autem cum de peccato conteritur, dolet, & pro eo satisfacit, vel Diaboli suggestionibus contradicit. Præterea sicut homo ꝓpria voluntate recessit à Deo, ita oportet quod propria voluntate ad illum accedat, & se ad gratiam iustificationis recipiendam præparet. Vnde ipsi dicitur, vt surgat, properet veniat, & ad foramina petræ volet, ipsique petræ per fidem & dilectionem inhærere studeat. Si enim innocens Dei filius pro alienis vulneribus curandis, tot vulnera & dolores passus est, quid te nocentem pro tuis proprijs vulnerib. sanandis agere & pati oportebit? Si enim hæc exigunt à ligno viridi, quid exigent à sicco? Luc.23.v.31.

B Ad hoc igitur vocaris in foramina petræ, vt discas ex Christi exemplo modum quo satisfacere te oporteat peccatis tuis, vt scil. per vulnera corporis medearis vulneribus mentis; puniatur caro, vt sanetur anima, vulneretur corpus, vt sanetur spiritus. Carnis illecebræ lethalia vulnera inflixerunt animæ, carnis castigatio illa pellat ab ea. Christus vulneratus, attritus, & flagellatus est propter iniquitates nostras, te etiam vulnerari, atteri, & flagellari oportet propter iniquitates tuas. Adimple, sicut ait D. Paulus, ea quæ desunt passioni Christi in corpore tuo. Col.1.v.24. Nam licet illa fuerit infiniti valoris, quantum ad sufficientiam, deest illa applicatio quantum ad efficaciam, donec tu ipse velis virtute passionis Christi pœnitere, & pro peccatis tuis propriam contritionem, confessionem, & satisfactionem offerre.

C Præterea, cum dicitur ibi: *Veni columba mea in foraminibus petræ*, via tibi ostenditur, per quam ad Christum, ad eiusque amicitiam, & ad magnam peruenias sanctitatẽ, sc. ingrediens, & transiens per foramina petræ, quæ alibi dicuntur angusta porta, & arcta abnegationis via in foraminibus pedum, & manuum, quę ad veterem hominem spectant, vt noui hominis induaris mores, in cauernis lateris, abnegatio præscribitur cordis, vt reiecto amore proprio, tantum detur locus diuino. Si per hæc foramina iortaueris, licet à principio videantur angusta, intus tamen inuenies ea patulis spatijs satis diffusa: nam cum angustiantur vasa carnis, dilatantur spatia charitatis; tot enim, tam validasq; in his foraminib. inuenies rationes ad pœnitentiam amplexandã, ad magnam concipiendam veniæ spem, & accendendam charitatis flammam, vt libenter

D per arctam ingrediaris vineam, nolisque sine vulnere viuere, videns Christum pro tuorum vulnerum salute tam dire vulneratum.

De venia spe, & fortitudine ad benè operandum.

§. 3.

VT autem id melius perspicias, cum primom in his foraminib. manseris, spem erigere cura obtinendi tum peccatorũ indulgentiam, tum vires ad satisfaciendum, imo ad amplius in dies proficiendum; quot enim Christus pro tuis delictis passus est vulnera, tot tibi dedit indulgentiæ certissima pignora: nisi enim tibi vellet indulgere, non permisisset se ira vulnerari, nec te vocaret, vt surgeres & venires ad fora-

Sed adhuc in hac metaphora aliquid subtilius perscrutandum est, quod iustos exhilaret, & peccatores terreat. Mors enim iustis est sicut putatio arboris, peccatoribus vero sicut sectio, vel eradicatio: sicut enim arbor fructuosa putatur, vt nouos fructus ferat; sic iustus Christo vnitus tamquam palmes, putatur in morte, vt nouos, & dulcissimos fructus ferat diuinæ visionis, & amoris, ac gaudij beatifici in cælo: Et vt sit sicut lignum vitæ cælestis paradisi afferens: *Fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum*: quod numquam indiget, nec indigebit amplius putatione, quia nihil in gloria erit superfluum, nihil nociuum, nihil amarum, sed vndequaque consummatum, & perfectum: at sicut arbor arida, quæ desijt iam fructus ferre, non putatur, sed succiditur: *Vt quid enim terram occupat?* Præcisa autem in ignem mittitur, vt ardeat; sic peccator qui fructus iustitiæ ferre noluit, in morte non putatus, vt fructus ferat, sed succiditur, & radicitus euellitur, vt in æternum fructus ferre nequeat, sed igne comburatur æterno.

De hoc in exhort. 19. §. 5. plura alia dicta sunt. — *Apoc. 22. v. 2.* — *Luc. 13. v. 7. Ioan. 15. v. 6.*

Perpende igitur vtriusque mortis latissimum discrimen. Nam, *Preciosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius.* Quare pretiosa? quia Sanctorum animæ ita putantur, vt reiectis corporalibus, & terrenis, quæ illam premebant, iucundissimos in paradiso producant fructus, quibus in æternum cum ipso Deo, cui vnitæ sunt, perfruantur: at, *Mors peccatorum pessima.* Et quare pessima? quia animæ eorum manent Deo mortuæ, à Christo separatæ, flammis æternis comburendæ. Hæc sunt quæ in terra nostra vox turturis, id est, Ecclesiæ, canit: cum nos exhortans, inquit: *Emendemus in melius quæ ignoranter peccauimus, ne subito præoccupati die mortis, quæramus spatium pœnitentiæ, & inuenire non possimus?* muta vitam, vt mutes non mortem, sed mortis modum, & ex pessima transferas in pretiosam. Nam (vt inquit Diuus Ambrosius) „iustis mors, quietis est portus; nocentibus „naufragium putatur, non vtique mors pessima „generaliter, sed peccatorum, nam pretiosa iustorum.

Psalm. 115. v. 15. — *Psalm. 33. v. 22.* — *In Responsorio Dom. 1. Quadrages.* — *Li. de bono mortis c. 2.*

Vis mortem pretiosam? imitare illam: amplectere in vita putationem, quam passurus es in morte; amputa noxia, & superflua, & quæcunque velles tunc succidisse. Ille (inquit idem Diuus Ambrosius) imitatur mortem, qui se voluptatibus cauit, & à terrenis cogitationibus attollit, atque subleuat, & in illo cælesti habitaculo locat, in quo Paulus cum adhuc viueret, conseruabatur, siquidem dixit: *Nostra autem conuersatio in cælis est.*

Lib. de bono mortis c. 3. — *Ad Philip. 3. v. 20.*

De putatione facta in morte Christi Domini, & per illam. §. 3.

SED quoniam memoria mortis, & sectionis, quæ in ea fit, timorem incutit, qui initium est pœnitentiæ, & iustificationis, sed non consummatio, efficacior est ad hoc memoria mortis Christi; & putationis, quæ in ipsa, & per ipsam facta est; ad cuius celebrem commemorationem, tempus Quadragesimæ destinatur: propter quod optime illi quadrat: *Tempus putationis aduenit*: Nempe tempus mortis, & passionis, per quam generalis putatio facta est omnium peccatorum, cunctarumque rerum, quæ Euangelicam perfectionem impediebant: propter quod permissum est: vt quamuis arbor esset perfectissima, hostes eius putarent illum, non vt fructum ferret sibi, sed nobis fructum redemptionis, & vitæ æternæ; quia si granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, multum fructum affert, sed quomodo putarunt eum? auferendo nimirum honorem, famam, vestes, sanguinē, ac vitam; dirissima crucis morte eum plectentes: vt hoc exemplo ad spontaneam peccatorum & passionum nostrarum putationem excitaret. Nam, *si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* Profecto aridum excidetur omnino, & in ignem mittetur, vt perenniter ardeat. Si ergo Christus arbor semper viridis, & fructifera, in qua nihil vnquam fuit superfluum, ita ab hostibus exterius putari voluit? Cur tu putari refugies, qui temporalium rerum abundantia, aut cupiditate luxurians? quotannis luxuriant arbores, quæ fructus ferunt, & ideo quotannis putantur, vt nouos fructus copiosius ferant: sic etiam quotannis indicitur nobis generalis putatio, eo maxime tempore, quo Christi mors, & passio commemoratur, vt per eius exemplum nobis facilior & suauior reddatur. Nihil enim est quod ita dulcoret sectionem istam, & sui abnegationem, quam passio Christi, & eius dura putatio, quæ nobis contemplanda proponitur.

De hoc in exhort. 19. §. 2. — *Ioan. 12. v. 25.* — *Luc. 23. v. 31.*

Vt quid Ecclesia initio Ieiunij vngit caput nostrum cinere lutoso ex ramis Palmarum confecto, qui Christi triumphum repræsentant, cum ad obeundam mortem ascendebat? profecto vt memoria passionis Christi, & alacritatis, qua ascendit ad illam pro nobis sufferendam, vngat, liniat, & molliat spiritum tuum, corque lætificet in ieiunijs, cilicijs, & alijs afflictionibus perferendis, quibus similis efficeris Saluatori tuo.

Memoria enim mortis, & crucis CHRISTI amarum conuertit in dulce, asperum in lene, omnemque amaritudinem à putatione, & abnegatione sui propellit. Dixerunt olim impij Iudæi contra Ieremiam, & contra Christum Dominum, per illum repræsentatum: *Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium.* Hoc est, in panem, & cibum, quo vescitur Ieremias, mittamus lignum taxi, cui lethale venenum inest, vt pereat, nomenque eius inter viuentes, non memoretur amplius. Sic etiam in panem & doctrinam Euangelij, quam CHRISTVS prædicat, qua eius discipuli nutriuntur, mittamus lignum Crucis, crucifigendum ipsum, vt coniungentes Christum crucifixum cum doctrina ipsius, fiat panis venenosus, & doctrina lethalis, quam omnes horreant, abominentur, & fugiant. At qui comprehendit sapientes in astutia eorum, hoc consilium vertit contra ipsos: nam sicut lignū quod Moyses misit in aquas amaras, fecit illas dulces, sic lignum Crucis Christi, seu Christus crucifixus amaræ coniunctus doctrinæ, amaræ abnegationi propriæ, quam prædicauit & docuit, fecit illam dulciorem, & amabiliorem. Etsi enim Christus crucifixus incredulis Iudæis sit scandalum, & gentibus stultitia, ijs tamen qui in eum credunt,

Ierem. 11. v. 19. — *Exod. 15. v. 25. Vide supra exhort. 15. lib. 4.*

Cor. 1. v. 23. & 18.
credunt, & ex corde diligunt, est Dei virtus, salus, & dulcedo quædam diuina qua cuncta amara dulcescunt: & verbum Crucis (ait Paulus) pereuntibus stultitia est; ijs autem qui salui fiunt, id est, nobis, Dei virtus est, poteos ad dulcoranda omnia huius mundi amata.

Apoc. 17. v. 15
Audisti quod aquæ multæ sunt populi multi. Aquæ ergo amaræ sunt multi populi amari, gentes nimirum, & peccatores, qui peccatorum amaritudine premuntur, pœnitentes item qui recogitant sua delicta in amaritudine animæ suæ, imo & iusti, qui amaro sunt animo ob ærumnas, quas patiuntur; at signum Crucis, & Christus crucifixus, has omnes amaras aquas dulces facit, & dum inuitat ad pœnitentiam, præbet spem veniæ, & internam largitur consolationem, per quam pœnitentia est dulcis, ieiunium suaue, & omnis carnis castigatio leuis, ut B merito propter passionem Christi tempus putationis, sit etiam tempus cantillationis, & lætitiæ, non quod nō sit dolendū de peccatis commissis, ac de Christi doloribus; sed quoniam hæc tristitia internum tandem parit gaudium, ob spem veniæ, qua impetrata, libenter amplectimur reliqua putationis exercitia, ut Christo crucifixo similes efficiamur, cantantes, & gratias ipsi agentes pro ijs, quæ pro nostra salute pati dignatus est.

Matth. 9. v. 15
In hunc sensum mystice potest deduci quod Christus Dominus respondit discipulis Ioannis interrogantibus: *Quare nos & Pharisæi, ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant;* at Iesus ait illis: *Nunquid possunt filij sponsi lugere* (seu ieiunare) *quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus; & tunc* C *ieiunabunt.* Quasi dicat, vos bene facitis ieiunando nunc, sequentes magistrum vestrum Ioannem, qui semper ieiunat, & ieiunium vobis indicit; at discipuli mei ex permissione mea modo non ieiunant, quamdiu ego sum cum illis, quoniam tempore nuptiarum amici & domestici sponsi ieiunare non solent. Ego autem modo celebro sponsalitia, quæ contraxi cum ecclesia, & ideo nec ieiunijs incumbo, nec nunc illa præcipio.

Hom. 31. in Matth.
Veniet autem tempus cum auferetur ab eis sponsus, quia occidendus est, & crucifigendus: ideo enim (sicut notat Diuus Chrysostomus) non dixit, auferet se sponsus, sed auferetur, ut significaret auferendum esse ab illis per violentam, & ignominiosam mortem crucis, tunc autem discipuli mei ieiunabunt, & ego ieiunio- D rum tempus præscribam illis. Videntes enim me tam diram pro eis mortem sustinuisse, vino felle mixto, & aceto potatum esse, & innumera tormenta perpessum, libenter propter me imitandum ieiunabunt, amputabuntque cuncta carnis voluptuosa, & mundana omnia contemnent, iugem in suo corpore circumferentes mortificationē, ut in ipsis mea vita & mors manifesta fiat. Vnde postea dixit illis, hoc genus dæmoniorum in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio, significans, ut perpendit idem Chrysostomus, ieiunium à quo tunc supersedebant, fore illis necessarium simul cum oratione ad dæmonia & peccata expellenda; ablato igitur sponso: *Tempus putationis aduenit, vox turturis audita est in terra nostra.* Venit tempus ie- A iunij, tempus abnegationis, & afflictionis; & Ecclesia tanquam turtur, quæ comparem suum amisit, & vidua manet. Ieiunium indicit, abstinentiam, & continentiam prædicat, orationis studium commendat, nec aliud auditur in terra nostra, nisi vox turturis dicentis: *Ecce nunc tempus acceptabile; ecce nunc dies salutis.* Commendemus nosmetipsos, in multa patientia, in ieiunijs multis, in laboribus, in vigilijs, & orationibus, ut per hæc vitam consequamur æternam. Amen.

EXHORTATIO XXII.

De operibus imperfectis, ac perfectis, qui per B *grossos designantur: de ijs qui instar ficus producunt illos, ac de fructibus sanctæ Crucis, cuius virtute reliqui producuntur.*

Ficus protulit grossos suos.

ALIVD inditium Veris iam adulti est ficum protulisse grossos suos. Non enim ficus flores profert, sed fructus tantum, primi autem, quos cum folijs simul producit, vocantur grossi; siue sint illi qui nunquam maturescunt, ut plures auctores autumant, siue econtra, illi qui citius ad maturitatem perueniunt, & dulciores sunt, quos Hispani appellamus *breuas.* Et in scriptura dicuntur ficus primi temporis, & præcoces ficus satis laudatæ. In quo nouam C causam adducit sponsus prouocans sponsam, ut surgat, properet, & veniat, ob maximam temporis opportunitatem, quæ singulis sensibus magnam affert oblectationem; Flores quidem, quia sua pulchritudine visum, sua vero flagrantia olfactum recreant: cantus turturum & auium auditum mulcet: gustum autem ficus reficit præbens dulces grossos suos, quæ autem sit ficus ista, & qui sint grossi eius explicandum est, utramq; grossorum interpretationem sequentes.

De fructibus acerbis Iudæorum proiectis ut sequerentur fructus Euangelij.

§. 1.

ET in primis nihil frequentius in scriptura, D quam per ficum significare antiquam Synagogam, ut D. Ambrosius, & alij patres testantur: sicut enim ficus loco florum prima producit poma, quæ grossi dicuntur, & raro maturescunt, sed plurima decidunt, ut alia succedant, quæ ad debitam maturitatem perueniant: sic antiqua Synagoga primos fructus male ferax, iniquos & acerbos protulit, maxime in ipso Christi aduentu, cuius prædicationi plurimi eorum indurato corde, & acerbo animo restiterunt; illis tamen tanquam maturiora, & dulciora poma successerunt alij, qui eius fidem, & doctrinam in Ecclesia noua suscepere.

Li. de Isaac & anima, c. 4. & li. 7. in c. 14. Luca, 160. D. Hieron. li. 1. contra Iouinian. D. Anselm. Beda & alij.

Hæc est ficus cuius Christus Dominus meminit in parabola, dicens: *Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit.* Inuenerat quidem gros-

Luc. 13. v. 6.

grossos, sed valde acerbos, & ad vescendum ineptos, & ideo fructu caruisse dicitur. Quid (inquit Diuus Bernardus) non grossum in gente illa? nec actus profectò, nec affectus, nec intellectus, nec ritus, quem in colendo Deum habuit: nam actus in bellis, affectus in lucris, intellectus in crassitudine literæ, cultus in sanguine pecudum, & armentorum. Porro sicut tunc dicimus arbores protulisse flores suos, non cum cœperint florere, sed cum desierint; ita hic dicitur: *ficus protulit grossos suos*, non cum aliquos edidit, sed cum totos, id est, cum ad finem peruenit: nimirum cum Christum occidit, & completa est malitia eius; iuxta quod ipse eis prædixerat; *Implete mensuram patrum vestrorum*. Visitauerat quidem Christus Dominus ficum hanc tribus annis, quibus prædicauit Iudæis. *Ecce*, Inquit, *anni tres sunt ex quo venio, quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio*; quia nullum prorsus inuenit fructum in Principibus Sacerdotum, in Pharisæis & Scribis, ac Primoribus Iudæorum; qui apte comparantur ficui plantatæ in vinea, quæ est vniuersa populi Synagoga: Nam sicut ficus excedit magnitudine vites, ita huiusmodi Principes & primates excedebant reliquum Hebræorum cœtum; propter quod diuina Iustitia iustissime exigebat, vt omnes illi succiderentur. Sic enim ait: *Succide ergo illum. Vt quid etiam terram occupat?* Seu vt habet Græca vox: *Vt quid terram onerat?* Verè enim omnes illi oneri erant populo, & fructum vineæ sibi decerpebant, ipsi nullum fructum ferentes Iustitiæ, propter quod multi eorum, qui rebelles persistiterunt tandem præcisi sunt, & æterna ariditate multati, in cuius signum Christus Dominus morti proximus, cum in ficulnea quadam fructum esuriens quæreret, & non inueniret, maledixit ei, dicens: *Nusquam ex te fructus nascatur in sempiternum*. Et continuo arefacta est, etiam vsque ad radices. Cæterum non statim post Christi mortem sententia hæc executioni mandata est, nec mox arefacta tota ficus, sed potius Christus misericordia motus, rogauit patrem vt adhuc amplius expectaret illos: *Domine*, inquit, *dimitte illam & hoc anno, vsque dum fodiam circa illam & mittam stercora: & si quidem fecerit fructum: sin autē, in futurum succides eam*. Per hunc autem annum tempus illud designatur, quo post Christi passionem gens illa Iudæorum ab Apostolis erudienda erat, & excolenda, si forte dura eorum corda Apostolicis ligonib. fossa mollirentur; & humilitatis affectum inducentes fidei colla submitterent.

Serm 60. in Cant.
Matth. 23. v. 32.
Luc. 13. v. 7
Matth. 21. v. 19. Marc. 11. v. 20.
Luc. 13. v. 8

A B C D

Hac igitur ex causa sponsus CHRISTVS suam nouellam & Apostolicam alloquens Ecclesiam, ait: *Surge, propera amica mea, & veni*: quoniam *ficus protulit grossos suos*; ac si diceret: quamdiu ficus Hebræi populi producebat grossos suos, non te vocaui, ô sponsa, sciens quod non poterit vna producere ficus optimas. At postquam iam illos produxit, & adhuc eius creuit malitia, vt me in crucem ageret, opportune te voco, vt surgas & venias ad prædicandum illis, quia dulces & salutares ficuum fructus in proximo esse noscuntur, inutiles & acerbos expuncturi: atque ita factum est; siquidem post Christi resurrectionem, adueniente Spiritu sancto, multi illorum ad fidem conuersi sunt.

Hos iuxta primam interpretationem grossorum.

Sed alia insuper hic insinuatur huius vocationis ratio, ex eo quod sicut Diuus Hieronymus interpretatur, *protulit grossos suos*, id est, legis veteris præcepta ceremonialia, & iudicialia ceciderunt, quæ acerba erant, & inanes fructus, cum neminem ad perfectum adduxerit lex; quorum loco successere præcepta legis Euangelicæ, ac sacramenta eius, quæ dulces fructus ac maturos ferunt. Inuitatur ergo vniuersa Ecclesia ad gustandum fructus Euangelicæ legis, ex eo quod antiqua iam protulit grossos suos, post quos dulces edendi erant.

Lxi. ... Idem ... D. Anselm.

Sed quia Iudaica gens vix pristinos mores voluit deponere, multique ex illis, qui crediderant, simul circumcisionis, & legis veteris obseruantiam introducere conabantur, quia magis suæ legis delectabantur auctoritate, quam Euangelij dulcedine: & hos (inquit Cassiodorus, & Beda) vocat hic ficulneæ grossos ad quos omnino proijciendos, vt introducerentur noui & puri Euangelij fructus, vocata est Apostolorum Ecclesia in Concilio Ierosolymitano congregata.

Act. 15.

De fructibus acerbis peccatorum proijciendis, vt sequantur dulces.

§. 2.

VIdimus grossos quos protulit ficus Hebræi populi. Sed quis referet quos edidit populi gentilis; ficus verè fatua, cuius adeo increbuit fatuitas, vt lignea idola, & similitudines animalium tanquam Deos coluerit, ipsique homines mortales Deitatis sibi vsurpauerint gloriam, aliaque innumera, & horrenda peccata tanquam grossos crassos, & acerbos continuo tulerint: Sed vnde quæso huic ficui tarionali talis fatuitas, & mentis peruersitas? certè ex radice infecta.

Adam enim tanquam ficus in vinea paradisi à Deo plantata suasu vxoris à serpente deceptæ, grossos protulit inobedientiæ, gulæ, & superbiæ. Vnde vniuersum genus humanum ab ipso propagatum tanquam ficus extra paradisum transplantata, eosdem cœpit grossos etiam acerbiores proferre. Ficus (inquit Diuus Augustinus) vniuersus mundus est, ab Adam peccatore propagatus, qui mox vt peccauit ficulneæ folijs velauit pudenda, idest, membra vnde nati sumus. Vnde Gennadius, Theodoretus, Isidorus, Pelusiota, & alij, quos citat Lipomanus in catena, arbitrantur, arborem scientiæ, boni & mali, cuius fructus prohibita est comestio, fuisse ficum, quia verisimile non est primos parentes proxima eis arbore prætermissa ad aliam longius dissitam festinasse, ex cuius folijs perizomata sibi conficerent ad suam nuditatem contegendam. Et propter hoc (inquit Isidorus ille) Christus Dominus ficui sterili maledixit, quæ arefacta est, quia transgressionis arbor etiam ficus fuerat, vt à senioribus & maioribus se accepisse testatur. Ab eadem igitur arbore primo fructum carpens peccatum contraxit, mox folia sumpsit, quibus nuditatem tegeret, & peccatum velaret; & sicut folia in arbore protegunt fructus, sic verba excusationum peccata defenderent. Sed quidquid sit de huius sententiæ veritate, sat nobis sit modo, ficulneæ folia, vt

Serm. ... verbis ... primo ...
In Gen. 7.
Lib. ... hære. 2. ... tulisse ... illam fuisse malum.

diais

Dissertatio nem de hoc texit Pererius lib. 9. in Genesin ubi alios citat sed Tostatus 964 ... Gen. ... dixit Diuus Augustinus, prima fuisse tegumenta peccati, & eius symbola; quatenus non adhibita sunt ad delendum peccatum, sicut charitas, quæ operit multitudinem peccatorum delendu illa, sed ad velanda, excusanda, & defendenda, sicut fecerunt Adam & Eua. Nec mirum quod maledictione, & ariditate multetur ficus, quæ fructibus caret, & latis folijs ad excusanda peccata superabundat.

Ficus igitur generis humani ex Adami radice prouenientis, quamdiu illi hærent, nō nisi huiusmodi grossos, & folia producunt. Vnde & modo multi, ex his etiam qui plantati sunt in vinea Christi, quæ est eius Ecclesia, vbi dulces possent ferre fructus iustitiæ, nolunt tamen, sed iactantes se de sola fide, vel scientia, tantum verborum & sententiarum folia: & crassos acerbosque fructus peccatorum ferunt. De quibus etiam conqueritur Christus cum ait: *Ecce, anni tres sunt ex quo venio, quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio*; ac si dicat, transijt sine fructu ætas puerilis, virilis, ac senilis: Numquid proferet illum in decrepita? quod non tulerint fructum homines in statu innocentiæ, nec in statu legis naturæ, nec etiam in statu legis scriptæ, maxime dolendum fuit. Sed quid si nec etiam in statu legis nouæ, cum iam venit Christus auctor gratiæ, vt nouo modo ficulneas excoleret, & ad ferendos fructus auxilia conferret? Vereor ne antiquum planctum renouet Micheas Propheta; vel potius Christus Dominus per illum, dicens: *Væ mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ, non est botrus ad comedendum, præcoquas ficus desiderauit anima mea*; Id est, in autumno quando solent inueniri botri, & præcoque ficus maturæ, & bene coctæ, quia tempus tunc est opportunum, nec vllam inueni; & si valde desiderarē, quid ergo non desideret Christus in autumno legis gratiæ maturos fructus in ficulneis reperire? Satia ergo huiusmodi Christi desiderium, & famem, ne forte veniens ad te tanquam ad ficulneam, fructum quærens, & non inueniens, dicat: *Succide illam, vt quid terram occupat?* plantetur in eadem terra alia ficus, quæ fructum ferat: hæc eradicetur, quia sterilis est: nam Deus conterit multos, & innumerabiles, & stare facit alios pro eis. Nec deerunt illi ficulneæ quæ fructum ferant in tempore suo, te autem, quæ solos acerbos profers grossos, æterna punier maledictione. Perpendit autem D. Marcus, quod nō erat tempus ficuum, quando maledicta est ficus, & arefacta; ad significandum, quod maledictio illa non est inflicta ficui corporeæ, eo quod fructu careret, sed plebi, & animæ per talem ficum repræsentatæ, cui semper est tempus producendi bonos fructus; quibus vescatur Christus.

Luc 13. v. 7.

Mich. 7. v. 1.

Præcoquæ ficus aliquando dicuntur quæ ... aut cocta ...

... 34. v. ...

... 11. ...

Homil. 14. ex variis in Matth. locis tom. 2. Ioan. 4. v. 34. Explicat hoc eleganter Diuus Chrysostomus in hunc modum: quid esurit in homine Dominus; quidve ab eo sibi desiderat exhiberi, nisi quod ipsi Deo patri exhibuit? *Meus*, inquit, *cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit*
" *me.* His Christum saginari certum est, quibus
" ab ipso saginatus est pater, hæc à nobis exigit,
" quæ se præbuisse Deo patri ostendit, exhibe tu
" Christo, quæ Christus exhibuit Deo: Redde fi-
" lio, quod filius reddidit patri, inde promeretur
" Christianus, vnde DEVM promeruit Christus.

A Non esuriat Dominus, cum nō obsequitur ser- "
uus. Non sitiat Christus, cum non obtemperat "
Christianus. Sagina Domini, officia sunt serui. "
Tu operaris, & Dominus pascitur, tu obseque- "
ris, & filius Dei saginatur. Esuriui enim, & dedi- "
stis mihi manducare; & paulo inferius: Quod *Matth. 25. v. 35.*
in te Dominus optat, inueniat: quod quærit, "
reperiat; ne quod à Deo arbori contigit: tibi "
contingat, in arbusculam prolatum est iudici- "
um; vt tibi proficiat in exemplum: maledictio "
arboris tribuat metum, pariat fructum, seruet "
iudicium. Quanto tardauerit Dominus (tres "
vel quatuor annos expectans) tanto sollicitior "
sit seruus. Maior est enim pœna dilata, quam "
subita: molestius supplicium, quod præmisso "
terrore differtur. Maior pœna quæ ad hoc tar- "
dat, vt diutius feriat. Non est prouidus seruus, "
B quem imparatum inuenerit Dominus. Actus "
tuos ipse discute, & quod displicuerit, corrige: "
rationes quas daturus es, caute compone, vt "
Dominus illas possit, cum venerit, acceptare. "
Hæc & alia vtilissima prosequitur Diuus Chrysostomus, quæ si mente reuolnas, maturos & dulces produces fructus, quos Christus esurit; timens ne si te vnum vel alterum annum expectauit, nolit expectare tertium, sed subito cum non putaueris, te succidat, & arefieri in æternum permittat.

Quamuis ergo hactenus peracerbos tuleris fructus ne diffidas, sed veni ad Christum te vocantem & dicentem: *Surge, propera, & veni, quia ficus protulit grossos suos.* Sicut enim ad vocandos peccatores venit, eo tempore quo Iudæa, mundusque ipse acerbiores produxerat grossos, vt magis eius splendesceret potentia, cum quidam ex ipsis per eius gratiam dulcissimos fructus ferrent: ita etiam cum diu multumque peccasti te iterum vocat, vt ad ipsum venias, & grossos in fructus maturos commutes, tanto dulciores, quanto primi fuerunt acriores. Nam sicut proceræ spinæ inculti agri signum sunt, proceratū segetum quas bene excultus feret; ita ex grossis incultæ ficus, dignosci poterit, quales postea feret, si à Deo excolatur. Intuere Saulum feroci animo, & furibundo zelo ecclesiam persequentem: protulit hos grossos donec appropinquās Damascum apparuit ei Christus: Et tunc ad ipsum conuersus, proiectis grossis cæpit copiosos, ac dulces sanctitatis fructus proferre, vniuerso mundo proficuos. Vnde propria edoctus experientia dicebat alijs: *Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita tunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem*; quia vbi abundauit delictum; superabundabit & gratia, vt fructus bonus superet malum.

Act. 9. v. 1.

Ad Rom 6. v. 19.

De fructibus imperfectis, qui præcedunt perfectos.

§. 3.

SED quoniam nemo repente fit summus, sed cum malus esse desinit, gradatim bonus esse incipit, donec tandem perfectus euadat, hos actus imperfectos, qui perfectiores præcedunt, & ad eos disponunt, per grossos significari nonnulli testantur. Misericors enim Deus, dum quædam initia virtutū nobis immittit, & quosdam actus imperfectos intuetur in nobis; siue *Ex Origen. homil. 4. in Cant.*

fidei, siue pœnitentiæ, siue propriæ abnegationis, vehementius vocat animam dicens, surge, & propera, quia *Ficus protulit grossos suos*: Id est, primos fructus, qui initia sunt, & signa excellentiorum, quos postea producet, veni ergo vt illos etiam proferas.

Explicat hoc eleganter D. Gregor. Nyssenus, metaphoras ficus amplius declarans. Nam ficus (inquit) ob calorem prædita est vi insigni attrahendi humores ex profundo. Cum a. multum attraxit in medulla, necessario natura per humorum concoctionem in planta, expellit ex ramis inutilē, & terrestrem humorem. Idq; sæpe facit donec sincerū, & ad nutriendū aptum humorē, apto proferat tempore, ab inutili expurgatū qualitate. Quod ergo ante dulcem & perfectum fructū à ficu instar fructus producitur, grossus dicitur, & signum est fructus dulcis esui apti mox futuri quādo institerit æstas. Sic igitur humana natura per ficū designata in hyeme suæ corruptionis, malum plurium peccatorum colligit humorē. Sed adueniente vere per Christi gratiam, & auxilium opportunū quosdam producit actus, per quos expellit, quidquid est terrenū, & inutile cuiusmodi sunt peccatorum excrementa. Quid n. aliud est contritio cordis, & oris confessio, ac operis satisfactio nisi quædam productio grossorū, expellens malos & noxios peccatorū humores, post quos sequātur dulces virtutum fructus. Quid ergo est surge, propera, & veni, quia *Ficus protulit grossos suos*? nisi inuitare animam quæ iam primos fructus pœnitentiæ tulit, vt surgat, & veniat ad ampliores & dulciores virtutum fructus proferendos. Ac si dicat, perfice quod cœpisti facere; produxisti grossos, produc alias maturiores ficus, & excellentiores actus, vt ex eo quod minus est ad maius progrediaris:

Serm 60. in Cant. Confirmat hoc amplius D. Bernardi expositio intelligentis per grossos imperfectos actus virtutum, qui præcedere solent perfectam conuersionem, & proijciendi sunt, vt alij præcellentiores introducantur; cuiusmodi est timor ille, quem perfecta charitas foras mittit; amaritudo peccatorum quæ cōscientiam turbat, & alia huius generis. De quibus videtur dixisse D. Paulus:

1. Cor. 13. v. 11. *Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus: sapiebam vt paruulus. Cum autem factus sum vir, euacuaui, quæ erant paruuli.* Quæ verba de duplici statu possunt intelligi, vel de statu tyronum, qui paruuli sunt, & adhuc grossos proferunt cum multis imperfectionibus opera sua miscent, sed vocantur, vt eas proijciant, & ad statum virorum seu perfectorum surgant. Si enim opera Marthæ peragis solicitus, & turbaris erga plurima, grossos protulisti, sed proijcienda est hæc nimia solicitudo & turbatio erga plurima, vt cogitas vnum, quod est necessarium. Si plus nimio exercitationi te tradis corporali, quæ ad modicum vtilis est, & impedit pietatē, quæ ad omnia valet, protulisti grossos, sed oportet quod minus cedat maiori, & ea quæ imperfectiora sunt, relinque, vt sequaris perfectiora: inter hæc autem ait D. Bernardus, computanda etiam esse scientiam, prophetiam, donum linguarum & vsum similium gratiarum, quæ cedere debent charitati, & reijcienda sunt, quando charitas id postulauerit, vt alia Deo gratuita peragamus.

Quod si verba Diui Pauli intelligas de statu peregrinantium, qui paruuli dicuntur respectu beatorum; tunc ficus proferens grossos suos refert statum huius vitæ, quæ fidei obscuritate tegitur, & imperfecta est respectu claræ Dei visionis; ad quam euocatur anima in articulo mortis cum ei dicitur: Surge, & propera, quia iam ficus protulit grossos suos, id est, omnes fructus, licet imperfectos, quos iuxta suum statum exigebat: tempus autem est iam, vt proferat consummatos, & perfectos in cœlesti patria, omnibus proiectis imperfectionibus: nam vt dixit idem Apostolus: *Siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit, quod perfectum est euacuabitur, quod ex parte est*; Id est, id quod impletum est, cessabit, cum venerit clara Dei visio, charitas vero nunquam excidet, sed per visionem Dei amplius perficietur: sed de hoc alibi.

De primis & perfectissimis fructibus sanctorum.

§. 4.

SEd iam vice versa sequamur plurium patrum interpretationem, qui per grossos intelligunt primitiuas, & præcoquas ficus valde suaues, quæ in delicijs sunt; & maxime palatum oblectant; excitantq; videntes eas, vt mox carpant, & auide deglutiant; qua metaphora explicat Isaias auiditatem, ac facilitatē, qua Iudæos Assyrij inuaserunt, ac diripuerunt, dicens: *Quasi temporaneū* (hoc est, præcoquas ficus) *ante maturitatem autumni, quod cum aspexeris videns statim, vt manu tenuerit, deuorabit illud.* Et Micheas desiderium inueniendi sanctos viros expressit per studium, quo plurimæ ficus appeti solent, cum ait: *Præcoquas ficus desiderauit anima mea*; Id est, iustos ita insignes, quales fuerunt Abraham, Isaac, & primi Patriarchæ: quos commendans Dominus per Oseam inquit: *Quasi vuas in deserto inueni Israel, & quasi prima poma ficulneæ vidi patres eorum.* Sponsus igitur cœlestis sponsam euocat proposita grossorum suauitate, vt potiatur ea, dicens: Surge, & propera: iam enim *Ficus protulit grossos suos*: iam Ecclesia protulit primiuos, & insignes in sanctitate viros, gloriosos Apostolos, fortissimos martyres, præclaros Doctores, magnos religionum Patriarchas; veni vt fruaris illis, vt sequaris eos, eorumq; exemplo proficias, & præclaras virtutes carpas tibi, quibus vescaris vt similis illis fias:

Vidit quondam Ieremias Propheta duos calathos plenos ficis positos ante templum Domini. *Calathus vnus*, inquit, *ficus bonas habebat nimis, vt solent ficus esse primi temporis, & calathus vnus ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterant, eo quod essent malæ. Et vidi*, ait, *ficus bonas bonas valde, & ficus malas malas valde.* Qui calathi in sensu mystico duplicem congregationem hominum significant, quæ ab initio nascentis Ecclesiæ vsque modo fere semper simul reperitur in mundo. Congregatio enim Scribarum, & Pharisæorum, ac principum Sacerdotū calathus fuit continens ficus malas malas valde, quæ comedi nō poterant, eo quod erant valde malæ; quia nec Christus Dominus, etsi nimium animarum esuriret esum, illos comedere potuit propter eorū acerbam contumaciam, & intrinsecus affixam malitiam. Similis huic est hæreticorum cœtus,

qui

D. Ambr.

Isai. 28. v. 4.

Mich. 7. v. 1.

Osee 9.

Ierem. 24.

tui videtur ante templum Dei stare, & iactat se ad Christi Ecclesiam pertinere, sed plenus est ficubus adeo acerbis, & duris, vt comedi nequeant non quod Deo potentia desit, & bonitas vi... illos ad se trahat, sed quia ipsis deest voluntas mutandi errores & mores, sicut nec Æthiops... pellem, aut pardus mutare potest varietates ... Huic accedit congregatio malignantium, ... ante templum Dei vere stant, quia Ecclesiæ ... membra sunt, sed Deum factis negant, ... eo enormibus, vt comedi vix queant. ... de ijs ficulneis & ficubus loquitur sponsus, quas potius igni æterno decreuit tradere, quæ a Deo comedi non potest, deglutiendum ... diabolo.

Ceterum habet Christus congregationes ... entes ficus bonas, bonas valde, quales ... esse ficus primi temporis; præcoces, suaues & dulces, quibus libentissime vescitur. Huiusmodi fuit congregatio Apostolorum, & sola primitiua Ecclesia quæ Patriarcharũ antiquorũ cætum plurimum superauit. Deinde cætus martyrum, quos D. Greg. præclaros Ecclesiæ grossos nuncupat, qui acerbas perferendo passiones ad martyrij dulcissimum fructum germinandum peruenerunt. His etiam adiungere licet omnes & singulas congregationes religiosas, quarum primi fundatores, & patres, qui primitias spiritus circa proprium institutum habuerunt, erant ... ficus primi temporis bonæ valde, & Deo ... quibus aptari potest quod dixerat Oseas: ... primo poma ficulnea vidi patres eorum. Ferebant enim fructus Euangelicæ perfectionis, ... quos Apostoli, & primi Christi discipuli ... in ipso Ecclesiæ exordio: de Ecclesiã ... vt has perfectas animas comprehendit, ... ait: *Ficus protulit grossos suos.* Tunc (inquit ...) profert grossos, cum profert fructus Spiritus sancti, quos D. Paulus retulit dicens: *Fructus spiritus est, charitas, gaudiũ, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mãsuetudo, fides, modestia, cõtinentia & castitas.* Hos autem fructus fert non parce, non segniter, non remisse, sed abundanter, strenue, & feruenter, prout Spiritus sanctus inspirat ei: vnaquæque autem profert grossos suos, id est sibi proprios, iuxta proprium institutum & regulam; velut arbor plantata secus decursus aquarum, quæ fructum suum dat in tempore suo.

Vnde non incongrue, (vt idem Origenes insinuat) per ficum hic intelligere possumus ipsam legem Euangelicam, vel institutum & regulam religiosam, quæ si bene colatur, & obseruetur, dulcissimos profert grossos, qui auide nobis comeduntur. Iuxta illud Salomonis: *Qui seruat ficum, comedet fructus eius, & qui custos est Domini sui glorificabitur.* Nam qui perfecte seruat legem Euangelicam, vel regulam religiosam, quam instar ficus plantauit Dominus in corde ipsius, comedet dulces fructus eius, qui sunt fructus Spiritus sancti, iam commemorati; & qui custodit præcepta Domini sui, nempe Christi glorificabitur ab illo, magnosq; denuo recipiet ab illo honores, & fauores. Habent autem hoc speciale ficus, quod non vt aliarum arborum fructus vna maturescunt, sed maturis decerptis, tenacscunt aliæ recentiores, vnde contingit sæpius earum dulcedine perfrui, qui ficum suam seruat: ita etiam qui legem & regulam custodit, & solicite curat vt illæsa vbiq; permaneat, noua in dies recipit incrementa gratiarum, & est velut lignum vitæ paradisi, quod duodecim fructus per singulos menses affert, vtinam & nos hanc sponsi vocationem audiamus, vt similes etiam afferamus fructus. Apoc. 22. v. 2.

De fructibus sanctæ crucis, & Christi crucifixi, vnde alij oriuntur. §. 5. — Pro festis crucis.

SED iam ad radicem omnium bonorum fructuum accedamus, quæ sub hac metaphora explicatur. *Ficus protulit grossos suos.* Per ficum crucem Christi intelligimus, vel ipsum Christum crucifixum. Per grossos vero primitiuos eius fructus calore charitatis præcoctos, valde dulces, ac proficuos. Etenim sicut ficus externam speciem habet vilem, & præ alijs arboribus deformem, quatenus tortuosa est, aspera, atque nodosa, sed intus miram continet fructificandi virtutem: nullus profert flores fructuum prænuncios, sed statim profert fructus; qui à principio durissimi sunt, atq; acerbissimi, sed postea præ alijs maxima pollent dulcedine, ac suauitate: sic crux Christi Domini dum hæc habet insignia.

Nam & exterius præ se fert vilem, & contẽptibilem speciem ignominia & confusione plenam, quamuis interius virtute sit ad ferendos iustitiæ fructus potentissima: dicente Paulo: *Verbum crucis pereuntib. stultitia est, iis autem qui salui fiunt: id est nobis, Dei virtus est.* Et iterum, *Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.* Ipsis autem vocatis Iudæis atq; Græcis Christum Dei virtutem, atque Dei sapientiam. Causa autem huius est, quod crux nullos ab initio parit flores visu pulchros, & odoriferos, sed fructus duros, & amaros tribulationum, persecutionum, & cruciatuum, quos homines horrent gustare, quia comedentium dentes obstupescũt. Crux nihil habet delectabile carni, nihil floridum sensib., nihil non durum, & acerbum humano palato, vnde & ipsi discipuli Christi crucem fugiebant, nec vll⁹ inuentus est qui vellet portare crucem post Iesum nisi quidam Simon angariatus, & coactus. At postquã hi fructus acerbi calore diuinæ charitatis coquũtur, & maturãtur, dulces fiunt, & auide comeduntur. Nã & Apostoli ibant gaudentes à conspectu concilij. Quoniã digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati, Paulus gloriabatur in cruce & tribulationibus, Andreas gaudens, & exultans ibat ad crucẽ, quã etiã Ecclesia dulce lignũ vocat, qa dulces fructus profert. 1. Cor. 1. v. 18. & 23. Matth. 27. v. 27.

Quod si arbor scientiæ boni & mali ficus fuit, vt quibusdam placuisse diximus, conuenienter etiam ficus crucem repræsentat, vt damnum quod vnum lignum intulit, aliud auferret. De illa quidem dicitur: *Vidit mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuq; delectabile.* Non tam vidit oculis corporis quibus ficus pulchra non est, quam oculis animæ per superbiam elatæ, cui pulchra erat promissio scientiæ instar Dei, quam se consequi expectabat. Sed crucis arbor pulchra, & suauis piæ animæ quæ Christi appetit similitudinem, eius stigmata portare, ac dolorum particeps fieri: Gen. 3. v. 6. Iuxta hãc sententiã quod arbor illa fuerit ficus, adhibetur explicatio huiusmodi.

Videns igitur sponsus quod crucis *Ficus protulit grossos suos* in Apostolis, & martyribus, in plurimisque alijs sanctis viris, vocat dilectam animam, vt properet, & veniat ad progressus in virtute faciendos, & ad lucrandos alios spe fruendi huiusmodi grossis, tacite insinuans, & monens eam per tribulationes, persecutiones, & 2 Tim. 3. v. 12. cruciatus id esse consequuturam: quia omnes qui pie viuere volunt in Christo persecutiones Act. 14. v. 21. patientur, & per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Non negamus multos grossorum antequam maturescant à ficu decidere, & perire, sed pauci qui manent, & maturescunt, pluris habentur: sic multi in tribulationib. deficiunt, earum amaritudinem nõ valentes ferre, & ideo à Christi cruce separantur, cuius sunt inimici quia eorum Deus venter Phil. 3. v. 18 est, & gloria in confusione ipsorum. At qui cruci coniuncti permanent, tandem maturescunt, Christum imitantes, qui nec sibilu Pharisæorũ Matth. 27. v. 42. dicentium: *Si filius Dei est, descendat nunc de cruce, & credimus ei*, noluit descendere, sed vsque ad mortem permanere, quia sicut grossi non dulcescunt nisi vniti ficui, vnde ad regiam tolluntur mensam; sic iusti tribulationibus pressi maturescunt, & eximiam capiunt dulcedinem, cum in cruce perseuerant, per quam sine dubio intrabunt in vitam æternam.

Luc. 21. v. 29. *Videte* (inquit Saluator) *ficulneam, & omnes arbores cum producunt ex se fructum, scitis quia prope est æstas: ita & vos cum videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei.* Loquitur autem in his verbis de fructu non perfecto, sed qui prodire incipit, cum ramus in vere fit tener, & nascuntur folia, Matth. 24. v. 32. vt D. Matthæus refert: hoc autem signum est, quod cito veniet æstas: ita cum iusti vident tribulationibus acerbis se premi, & fructus incipiunt ferre in patientia, exultare debent, quia appropinquat regnum Dei, quod est iustitia, pax, & gaudium in Spiritu S. salus perfecta, perfectio consummata, & vita æterna, cuius cum participes esse incipiunt, omnia carni acerba, etiam ipsi dulcescunt, præ magnitudine amoris Christi, cui se gaudet conformem fieri. Et insuper sicut ficulnea ampla, & protensa ad fructuũ protectionem producit folia; sic crux, vel Christus in cruce extensus amplissimam habet protectionem eorum, qui crucis fructus ferunt, vt cruci inhæreant, donec maturescant, ne à ventorum impetu, vel gelu rigido deijciantur. Propter quod superius sponsa dixit: *Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi*, vt scilicet me sua protectione tueretur, *Et fructus illius dulcis gutturi meo.* Inde enim fit dulcis fructus crucis, quod sub Christi sumus protectione, à quo omnis dulcedo promanat.

Sed sunt nonnulli adhuc imitatores protoparentis, qui cum esset in paradiso, mox post Lib. de paradiso c. 13. Gen. 3. v. 7. peccatum (vt eleganter notat D. Ambr. supponens arborem scientiæ boni, & mali diuersam fuisse à ficu) sumpsit à fico folia, quib. suam tegeret nuditatem, sed non fructus, cum tamen fructus tunc habuisse certũ sit: ita multi à Christi cruce, & lege non accipiunt sibi fructus iustitiæ, & sanctitatis, sed tantum folia quædam vel scientiæ, aut eloquentiæ, vel temporalium bonorum quibus nuditatem non spiritus, sed cor- De foliis vt signifi- poris tegant. Gloriantur quidem se in pectore

A crucem gestare, & tamen ex cruce honores, & diuitias quærunt; tribulationes vero & labores pro virtutibus acquirendis refugiunt: & ideo tantum frondes carpunt, sed dulces crucis fructus non percipiunt. Iustus (inquit Ambr.) fructum eligit, fol a peccator. Qui est fructus, nisi charitas, gaudium, pax, patientia &c. Spiritualis ficus fructuosa est, sub qua iusti, sanctiq; requiescunt, quam qui plantauerit in animis singulorum, manducabit ex ea fructum. Ambr.

Tota igitur Christi crux amplectenda est cum fructibus, & folijs quæ fructus protegant, & vmbram requiei præbeant: ad hoc inuitat diuina vocatio dicens, surge, propera, & veni: *Quia ficus protulit grossos suos*, veni vt sub vmbra illius sedeas, vt fructus illius carpas, qui dulces erunt gutturi tuo, quod si acerbi fuerint in initio pa- B tiens esto, cito veniet æstas, & maturescent, celeriter veniet regnum Dei, & signum filij hominis apparebit in cœlo, id est crux Saluatoris, quę malis horrorem, iustis vero magnam infundet iucunditatem, qua fruentur in secula seculorum. Amen.

EXHORTATIO XXIIII.

De floritione & flagrantia Ecclesiæ, & animæ piæ, eiusque in virtutibus profectu, ac de eximia Dei solicitudine crebro & instanter vocantis nos ad laborandum in vinea sua.

C Vineæ florentes dederunt odorem suũ, surge amica mea, speciosa mea, & veni.

FREQVENS est in Scriptura sacra ficus, vineæque coniunctio, vt ex locis citatis conijcere licet, quia symbolum est bonorũ fructuũ, qui opponuntur tribulis, & spinis, quas terra in pœnam peccati Adæ maledicta germinare cœpit. Vnde Christus Dominus, vt ostenderet quod mala arbor non bonos potest fructus facere, dixit: *Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus?* Et Michæas Propheta fœlicissimam pacem describens in aduentu Messiæ futuram, sic ait: *Sedebit vir subtus vitem suam, & subtus ficum suam, & non erit qui exterreat, quia os Domini locutum est.* Meminit autem vitis, & ficus, D quia repræsentant cœtus iustorum, qui propter dulcedinem fructuum, quos bona conscientia parit, summa fruuntur pace per Christum parta. Hic autem cœtus ex duplici adunabatur populo, Hebræo, & Gentilico, ille per ficum, hic per vineam solet designari, vt ex parabola ficii in vinea plantatæ deduximus, quia sicut ficus magnitudine excedit vites; ita gens Hebræa dignitate superabat reliquas nationes, ex quibus constabat mundi vinea. At frequentius vineæ similitudo vtrique Ecclesiæ accommodatur; non solum antiquæ, sed nouæ, quæ vtrumque populum complexa est, & gentes maxime, quæ etsi vna sit, plures continet particulares Ecclesias, & ideo iam vocatur vinea, iam vineæ, de quibus sponsus videtur locutus cum ait: *Vineæ florentes dederunt odorem suum.* Vltimum per hoc adducens signum in- Isa. 5. v. 1. Cant. 7. v. 12.

stantis

stantis venis. Florere autem dicuntur vineæ postquam prodire incipiunt, primulis paruuliq; racemi minutissimos vuæ acerbæ continentes granulos, qui cum secerni incipiunt, flores erũpunt, & suauis ex hac floritione fragrantia fluit.

De vinea Ecclesiæ florescente. §. 1.

Vineæ igitur tam cunctarum tribus Israel, quam reliquarum gentium ante Messię aduentum erant velut in rigida, & aspera hyeme fl..., & odo.e destitutæ. Cum autem (inquit D. Bernar...) apparuit benignitas, & humanitas salu... nostri Dei, cœperunt florescere, & primul... racemos edere, suumq; spirare odorem Deo g...atum, angelis & hominibus perfusuem. Vnde ...ato Domino virtutes angelicæ, quæ (teste Origene) velut vineæ sunt in cœlo empyreo plantatæ cœperunt in terra florescere, & fragrare. Nam descendentes è cœlo dederunt odorẽ suum, dum canunt Deo gloriam, hominib. bonæ voluntatis pacem, pastoribus autem iucundum nuntium, & instructionem circa saluatorem in Bethleem natum, vt illum quærerent, & inuenirent. Ex tunc aũt Ecclesia in his pastorib: repręsentata, cœpit florere, & dare odorem suũ Cum dixit, transeamus vsq; Bethleem, & videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. Venientes autem inuenerunt infantem positũ in præsepio, quem tanquam Messiam, & saluatorem mundi agnoscentes, humiliter adorauerunt. Paucis post diebus vinea etiam gentium floruit, & fragrauit, tres germinans odoriferos flores & racemulos, tempe tres reges magos, qui ab oriente, stella duce, aduenientes obtulerunt ei munera aurum, thus & myrrham, confitentes eum regem, Deum, & prupter nos hominem mortalem; quorum fragrantia vsque modo in Ecclesia Christi perseuerat.

Ecce primam vtriusq; vineę odoriferam floritionem; sed fœcundior altera postquã Christus Dominus suam cœpit doctrinam & legem ...tæd carentia tamen fœcundissima (de qua hęc verba ferre omnes patres interpretantur) cum post Christum passum, & aduentum Spiritus S: Ecclesia ex Apostolis primitiuis vtriusque populi Christianis, florere cœpit, tum præcellentibus virtutibus, gratijs, & donis desuper infusis, tum nouis discipulorum floribus, quos ex gentibus Christo quotidie parturiebat. Vnde mirus vbique spargebatur famæ & gloriæ odor; quia Christi bonus odor erat in omni loco. Hinc igitur postrema diuinæ vocationis ratio desumitur, dicens surge, propera amica mea, & veni. Quoniam: Vinea florentes dederunt odorem suum. Id est, iam lex Euangelica & Ecclesia, florere, & eius gloria mundo cœpit innotescere, tempus mũdo est opportunum surgendi, vt in virtutibus proficias, & nouis animarum lucris acquirendis insistas.

Explicatur hoc in singulis animabus. §. 2.

Sed in hæc vtilitas explanabuntur si per vineas singulas sanctorum animas intelligam⁹, quæ instar vinearum tot habent vites, quot vires, & facultates virtutib. adornatas, quæ quidẽ licet à Deo recipiant gratiam & auxilium, vt floreant, & fragrent, tamen quia etiam libere cooperantur, ipsæ, vt obseruat Origenes, Dederunt odorem suum. Quia ipsæ proferunt actus studiosos, ipsæ acceptis donis bene vtuntur: bonis exemplis ędificant proximos, ac gloriam & honorem tam sibi, quam Christo nanciscuntur. Vnaquæque autem dat odorem suum, id est sibi, statuiq; operantis accommodatum. Vt nihil sit in homine quod non floreat, nihil quod non suauiter redoleat, vilus floret, & fragrat modestia; gustus & tactus, temperantia & castitate: intellectus floret fide, & prudentia, terumque cœlestium consideratione, voluntas autem & appetitus charitate, & omnigenæ virtutis odorifero germine. Ex quib. anima magnam sibi conciliat opinionem, non quidem quærens gloriam suam, sed Christi, & proximorum salutem; alioqui nõ diceretur dare odorem, sed vendere, si per bona opera propriæ laudis mercedem quæreret; quod à Christi vinea alienum prorsus esse debet.

Sed in hac floritione magnus ordo seruandus est, non enim sine causa prius dixit sponsus; Tempus putationis aduenit; deinde subiunxit: vineæ florentes dederunt odorem suum. Quia nisi diligẽs præcedat putatio, non sequetur fragrans vineæ floritio. Prius enim sunt resecanda peccata, quam sequantur gloriosa virtutum primordia: mortificandæq; sunt cunctæ inordinatæ affectiones, vt floreant & fragrent studiosi affectus & actus. Quod si superfluorum putatio negligitur, sterilis erit virtutis floritio; quia anima superfluorum cupiditate detenta, remisse concupiscit cœlestia, & intendit æterna, ideoque semper Christi sequelam, iuxta ipsius præceptum, sui abnegatio præcedit, quia nisi quis se abnegauerit, non florescet. Cum aũt florere incipit, longius propelluntur peccata, & mundior, ac purgatior multo manet anima, fertur (inqt D. Bernardus) florescentibus vineis omne reptile venenatum cedere loco, nec vllatenus nouorum florum odorem ferre; fugiunt enim Dæmonea eos, quos nouã vitã maximo feruore inchoare conspiciunt. Nec audent appropinquare illis; quos ita præuenit Deus in benedictionib. dulcedinis. Quod si accedant viri tentent, adeo illi viriliter resistunt, vt ipsa vitia fugere videantur. Florente enim animæ vinea, fugit tristis accidia, pigra somnolentia, eorum procrastinatio, & cuncta tarda molimina, & sicut florentes vineæ magnam spem ingerunt ingentium fructuum, post modum futurorum: ita ex primo feruore in conuersionis initio, magna speratur futura perfectio. Propter quod D. Basil. ingredientib. religionem consulebat, vt in ipso exordio se præberent viros, nouam vitam viriliter inchoantes, vt ad perfectionem cito peruenirent.

Sed gradatim fit vineæ fructificatio. Nam sicut de ficu supra dixim⁹, ita vites florentes prius minutas vuas acerbas edunt, quæ calore concoctæ maturescunt, & crescunt ac dulces fiunt, vnde profluit vinum, quod cor hominis lætificat: ad hunc igitur modum vites Apostolicæ, quæ hominibus sæculi contemptibiles apparebant tanquam purgamenta huius mundi, & omniũ peripsema, florescere cœperunt, edentes minutos humilitatis, & submissionis fructus, ac acerbos tribulationum, & dolorum racemos; odoriferos

Marginalia: Serm. ... in Cant. — Hom. 4. in Cant. — Luc. 2. v. 9. — Tres reges ... — D. Gr... Ber. ... — Vbi supra. — Matth. 16. v. 24. — Serm. 6. in Cant. — Hom. de ad dicat. rerũ. — 1. Cor. 4. v. 13.

riseros tamen, quia per inuictam patientiam, & longanimitatem magnam spirabant fragrantiā. Iidem tamen calore, ac ardore diuini spiritus decocti, ita dulcescere cœperunt, vt de contumelijs, ac tribulationibus gauderent. Ex hac autem vita sanguis martyrij profluit, nam vltimus fructus vitis sanguis est martyris, qui sanguinem vuæ meracissimum iucunde bibit, cum vitam & sanguinem pro Christi confessione, & gloria profudit. Eia ergo anima deuota tota vinearum floritione, & odore attracta surge, propera, & veni, vt tu similiter instar vineæ florere inchoes, & parturias minuta vuarum granula, etsi acerba: amplectere humilia, viliaque exercitia, vt te ipsam abneges; & dimittas: quidquid tibi acerbitatis, & tribulationis applicitū fuerit, accipe, & patienter sustine, orareque non desinas, quia orationes tuæ his acerbitatibus coniunctæ dabunt odorem suum, qui ad cœlos vsque perueniet, & Deum placatum reddet, vnde viuificus descendet Spiritus S. calor, quo acerba dulcescant, & omne gaudium existimes in varias tribulationes incidisse, & vltimum martyrij fructum pro Christo ferre.

Ita D. Ber.

Sed quantumcumque sis vinea florens, & fragrans, cautus esse debes; nam callidissimus serpens, qui florescentem vineam in paradiso terrestri dissipauit, & duos eius botros in primo flore deiecit, etiam te aggredi, & dissipare conabitur, vnde & de quibusdam scriptum est: *Lædetur quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proijciens florem suum.* En florentem vineam, quæ paruulos botros tulerat magnorum prouentuum spem præbentes, spe tamen frustratam, qui vehemens pruina, ingens grando, aut nimi[illegible] æstus dissipauit eos, fugerant Dæmones tentantes, quia humilem vitem in floritione conspexerant. Sed ex sua ipsa floritione inanis gloria, vel vana secuta est fiducia, aut nimia securitas, & tunc accessit hostis, qui tentationū vehementia florentes botros læsit, vindemiauit, dissipauit. Vnde L x x. sic legunt. *Vindemietur sicut acresta ante horā.* Quod nos dicimus, *vindimiar en agraz.* Quia antequam fructus ad maturitatem debitam perueniant, vehemens tentatio vindemiat, & destruit illos. Quare paulo post præcipitur, vt vulpeculæ capiantur, quia florescentes vineas demoliuntur, vt suo loco videbimus. Sed notanda est scripturæ phrasis, primo enim dicit quod botrus in flore lædetur; postea quod sicut oliua proijciet florem suum: vt intelligas ita hominem à tentatore lædi, vinci, & vindemiari, vt tamen ipse homo seipsum perdat, suumque florem, ac inchoatum bonum libere à se proijciat, quia tentator non præualeret, nisi ipse consensum præstaret. Sed quia tentatio præcedit consensum, prius dictum est botrum lædi, deinde oliuam proijcere florem suum, consentiens, vt decideret, & ab ipsa separaretur.

Iob 15. v. 33. Vide in lib. 4. & x hor. 12. ex D. Greg. lib. 12. Moral. c. 24.

Explicatur idem in religiosis. §. 3.

HÆc aptius quadrant in religiosam animā; religiones enim vineæ Christi sunt, ab ipso per earum fundatores plantatæ. Vites, singuli conuentus, palmites vero singuli religiosi, quos Christus Dominus speciali vocatione traxit, & putauit vt plurimum fructum afferrent. Putatio autem prima, vt diximus, facta est cum omnibus renunciarunt, quæ possidebant. Et tunc in [illegible] uitiatu florescere incipiunt, cum magno spiritus feruore nouam inchoant vitam, suauem [illegible] spargentes odorem, & ingentis futuri fructus spem non modicam præbentes. Et si quid[illegible] lædantur in primo flore, & proijciant flo[illegible] suum, dum tentationibus succumbentes retro cedunt, & à paradiso religionis expelluntur vel seipsos extra proijciunt. Si autem viriliter tentatori obsistunt, pulcherrime florescunt, & fragrant. Sed dicuntur dare odorem suum quia vnaquæque religio iuxta proprium institutum, proprios germinat flores, odoresque spi[illegible]at, dum quædam floret paupertate, alia fragrat obedientia, alia solitudine, & contempla[illegible]ne, alia vero animarum zelo; præbens autem suum proprium odorem, Ecclesiam illustrat, proximos ædificat, lætificat Angelos, & Christi auget [illegible]riam. Eius enim profectos in hoc consistit [illegible] suum det odorem, non alienum, proprios [illegible]mines flores, & pariat fructus, non extran[illegible] actus enim qui proprio institoto consentaneus est, fragrat in vnoquoque, idem vero in eo, cui extraneus est, non bene, sed male olebit; quia nec sacrificiū Deo placuit, quod igne offerebatur alieno. Hinc igitur diuina vocatio animam, quam ad religiosam vitam vocat, sic affatur, surge, propera amica mea, veni: *Iam enim ficus protulit grossos suos, & vinea florentes dederunt odorem suum.* Prælati enim ac proceres religionis i[illegible] magnæ ficus, iam protulere dulces ac suaues fructus, dulciores in dies producturi, vt suo exemplo ad se alios trahant. Ipsæ vero vites & religiosi palmites miris virtutibus florent, proprium & sibi consentaneum spargentes odorem. Veni ergo vt illis iungaris, & cum eis florescere incipias. Sed de his plura dicuntur in id Cant. 7. Mane surgamus ad vineas.

Cant. 7.

De eximia Dei in huiusmodi vocationibus solicitudine, ex parabola patrisfamilias vocantis operarios. §. 4.

SED perpendamus iam eximiam Dei solicitudinem crebro & instantes vocantis nos. Post tot enim allatas rationes ad suadendum sponsæ vt eius assentiatur vocationi, iterum fere eadem verba repetens ait, *Surge amica mea speciosa mea, & veni.* Ac si diceret, cur venire pigrescis, & cunctaris? ego sępius surgo, & venio, vt te suscitem, pluries te instanter rogo, vt surgas, & venias, cur ergo non surges? cur non venies ad florentes vineas, vt cæterorum bonorū particeps fias? Deducamus ergo hanc Dei solicitudinem, simul cuncta quæ de diuinis vocationibus hactenus diximus, in epilogum deducentes, ex parab[illegible] patrisfamilias, qui quinquies exijt vocare, & conducere operarios in vineam suā; suam dicit, quia anima cuiusq; magis sua est, quam nostra. Deus autem, qui per hunc patrēfamilias significatur, tunc dicitur exire è domo sua cælesti, cum se in terra operibus manifestat: & quia prima eius manifestatio fuit per primā rerum omniū creationem, primus eius exitus fuit, *Primo mane,* scil. ipsius mundi; quando sexto die condidit Adam & Euam, & eos collocauit in paradiso, quem plantauerat: vt operarentur, & custodirent

Pro D. m[illegible] 20.

Genes. 2. v. 15.

[illegible] enim eos esse operarios ad [illegible] custodiendā felicissimi status in[illegible] vineam, quæ colenda, & custodienda [illegible] obseruarent [illegible] præceptorum Dei, ma[illegible], quo prohibiti sunt comedere de li[illegible] scientiæ boni & mali, quod cum transgressi [illegible], vinea illius status omnino dissipata est, [illegible] cuenit quibus illa sponsæ lamentatio, [illegible] tulimus, Filij matris meæ pugna[illegible] contra me. Posuerunt me custodem in vi[illegible]s, vineam meam non custodiui, imo dissipa[illegible] & penitus eradicaui.

[illegible] necesse fuit vt iterum paterfamilias exiret vocare operarios, qui colerent vineam [illegible] naturæ, quæ colenda erat, & custodienda [illegible] decem præceptorum decalogi, & [illegible] mediatoris Christi venturi ad mundi [illegible]onem. Mox ergo vt peccarunt proto[illegible]s, venit vt vocaret eos, in ipso adhuc [illegible]ane, & propter Christum, quem eis [illegible] eduxit eos à delicto suo, fecitque vt in [illegible] virtus sui, laboreque non paruo opera[illegible]tur in vinea sua. *Conuentione facta ex denario diurno*, vt denarij præmium responderet decalogi [illegible] præcepto. Deinde exijt *circa horam tertiam, & inuenit alios stantes in foro ociosos*. Homines [illegible] a paradiso eiecti, cœperunt in huius exilij [illegible] tumultuoso & turbulento foro ociosi esse, non [illegible]antes in his quæ Dei sunt, nec ad vitam æ[illegible]nam conducunt, sed in terrenis, & caducis negotijs, quæ [illegible] sunt, [illegible]ntur. Hos [illegible] vocauit, & misit in vineam suam, vt iuxta diuinæ legis præscriptum proprias animas ex[illegible]ceret. Licet autem multi fuerint tunc fideles operarij vsq; ad Noe, qui perfectus fuit in generationibus suis; tamen paulatim omnes homines in extremam inciderunt segnitiem, omnisq; caro corrupit viam suam, vineaq; repleta est innu[illegible] peccatorum spinis: propter quod iratus [illegible]familias decreuit vniuersos Homines aq[illegible] diluuij delere, exceptis octo operarijs, quos in [illegible] reseruauit, vt postea vineam excolerent, ali[illegible] generarent, qui similiter operari valerent. [illegible] mysterio caret: quod sicut Dominus pro[illegible]sit postea Abrahæ, se non destructurum So[illegible]nam, si in ea inuenirentur decem iusti, qui [illegible] decalogi præcepta obseruarint: ita no[illegible] delere vniuersum mundum quādiu inuenti [illegible] decem iusti, donec diminuti sunt vsque ad [illegible] quos in arca protexit, ne vnquam vineæ [illegible] deessent.

Sed quoniam homines iterū cœperunt à Deo vero deficere, decreuit legem naturæ perficere [illegible] iam superaddendo præcepta, & ritus pro[illegible] colendi, quæ lex vetus, vel scripta [illegible] nuncupantur: ad quam excolendam iterum ex[illegible] circa sextam, & nonā, & fecit similiter, ope[illegible]os vocans; contigit autem hos duos egressus: quoniam licet lex esset vna, vnusque populus electus ad operandum in illa, tamen bis Dominus exijt, primo vt vocaret Abraham, cui dedit præceptum Circumcisionis, quod durauit vsque ad Moysem; tunc autem exijt secundò, vt vocaret populum Hebræorum, quem eduxit de Ægypto, superaddens plurima præcepta & ceremonias Moysi traditas. Ad hanc autem vineā excolendam plures vocati sunt insignes operarij, qui eam fideliter custodiebant. Sed tamen

A temporis processu ob operariorum iniuriam & malitiam in miserum statum decidit, quem depingit Isaias cum ait. *Expectaui vt faceret vuas, fecit autem labruscas: expectaui vt faceret iudicium, ecce iniquitas: iustitiam, & ecce clamor.* Quod si tot vepres repleuerunt Hebræorum vineam, quot replesse putandum est vineam gentilium incultam, qui tota die erant ociosi? *Quia nemo* (inquit) *nos conduxit*: non enim habuerunt sicut Hebræi Prophetas, & prædicatores, qui ita crebro eos ad operandum vocarent. Erat igitur vniuersa terra, vt eam describit Dauid cum inquit: *Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, vt videat si est intelligens, aut requirens Deum, omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* Id est, vt Diuus Augustinus interpretatur, vsque ad vnum

Isa. 5. v. 4.

Psal. 13. v. 2.

In eundem Psalm.

B Christum, & vsquequo veniret vnus Dei, & hominum mediator, per quem hæc mala tollerentur.

Circa horam ergo vndecimā exijt filius Dei à cœlo, à sede patris, & venit in mundum, vt homines ocio torpentes vocaret; instituitque ad perficiendam vineam suam, nouam legem euangelicam, legem gratiæ & charitatis; congregauit Apostolos, & discipulos, multosque operarios, quibus dixit: *Ite & vos in vineam meam*: vt eam colatis, legem meam seruantes, aliosque ad eam obseruandam inducentes, & hæc est potissima vocatio, cuius meminit sponsa, cum ait, En dilectus loquitur mihi, *Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni.* Apte vocat dilectum eum qui se vocauit patrem familias, vt paternum indicaret amorem erga familias, &

C nationes omnium hominum, quo hæc vocationes procedunt. Eadem verba locutus fuerat sponsæ in statu innocentiæ, in lege naturæ, & veteri: at nunc speciali amore, & efficacia vocat, vt properet celeriter, & veniat ad operandum in vinea sua. Ad quod suadendum sex adducit rationes, quas hactenus fusè perpendimus. Prima, quoniam hyems frigida, & nebulosa legis veteris iam abiit, iamque cessauit per Christum imber tot præceptorum, quæ laborē vineæ grauem, & onerosum valde reddebant. Deinde, quoniam iam apparuerunt noui veris flores, scil. sua via, & pulchra legis euangelicæ præcepta & consilia, noua mysteria patefacta, pulchrisq; ornata prodigijs. Præterea iam tempus putationis venit, quæ copiosè facta est per Christum, vt facilè per eius sacramenta possis cuncta amputare delicta, & perfectionis obsta-

In Exhort. 16. §. 2. & 3.

In Exhort. 18.

In Exhort. 19.

In Exhort. 20.

D cula. Ad hæc, iam vox turturis audita est, frequensque sonat Spiritus S. inspiratio, & Christi, ministrorumque eius prædicatio, quæ ad operandum inuitat, exhortatur, & trahit magnis promissis, ac præmijs adhibitis. Iam item ficus protulit grossos suos, ficus enim crucis dulcissimos fructus tulit, qui te valde reficiant, alliciantq; ad operandum, Christi crucifixi sequendo vestigia. Iam denique, *Vineæ florentes dederunt odorem suum*, dum plures Sanctorum te suis inuitant exemplis, quare ergo huiusmodi vocationi non obsequeris? Cur huiusmodi rationibus non teipsum conuincis, vt ad laborādum summa cum hilaritate, & diligentia properes? Audierunt quidem omnes fideles operarij, præcedentes vocationes: sed sex istæ rationes nō pro-

In Exhort. 22 §. 3.

Supra §. 2. & 3.

posita

c nrur à vocante, *Cur hic flatu tota die ociosi?* A
dent, quia nemo nos conduxit. Sed filij
A x rinnt os suum ad excusandas excusationes in peccatis, & mentita est iniquitas sibi, ui non patersan ilias exicrat quinquies m, vt operarios conduceret? Nunqnid pientia lamitat, & vbique dat vocem am vt ab omnibus audiri possit, dicens: *Vsque- q parituli diligatis infantiam, & stulti ea qua sibi sunt a cupi s: O viri, ad vos clamito, & vox mea ad fi- m m. Intelligite paruuli astutiam, & insipien- ta e* ite. Bene i quit animaduertite, a animaduertissent; vocem eos euo- cepissent; sed facti sunt instar aspidis turantis aures suas, quæ non exaudiet ntantis, & venefici incantantis sa- t benign' paterfamilias, nihili faciens usationem, ait illis: *Ite & vos in vineam* B
uite orinm, excutite pigritiam, & in- uremetsi sero; suppleat tamen præ- r spiritus lungam moram remittentis od & perstiterunt, quoniam conside- ecim Dei horas pertransisse, vnamque sse, statimque euocandos ad mercedem iendā. h l autem ita hominem, vigilem, e tem, & strenuū in labore facit, ac iugis me- tatiu breuissimæ vitę, instantisque horæ mor- n qua sonabit vltima vocatio, de qua inquir la cum sero factum esset, dixisse patrem- as; rocuratori suo, *Voca operarios, & redde mercedem*

D ac etiam, vt supra perpendimus, intelligu onsę verba, en dilectus meus loquitur , *Surge, propera, amica mea, & veni*, vt laboris tui me edem recipias: iam enim hyems huius m alitatis, & imber ærumnatum transijt tib es desideriorum, quibus vitam æternam tu, & eam præcedunt, apparuerunt in corde tuo: iam venit putationis tempus, quo à e secanda sunt cuncta terrena & carnalia, vt udus spiritus volet in cœlum: iam audita est ox turturis, quæ suam viduitatem gemit, & Dei absentiam deplorat, fundens lachrymas eac nocte, dum dicitur tibi quotidie, vbi est Deus tuus? Iam ficus protulit grossos suos maturos, & suaues, qui apti sunt vt in Dei mensa reponantur: iam vineæ virium tuarum virtutibus florentes dederunt gratissimum odorem suum, uem Christi bonus odor fuisti in omni lo- *urge ergo, propera, & veni* ad terram nostram, tam viuentium, vbi nulla est hyems & r, sed iuge & amœnum ver, vbi nulla est tu supe fluarum putatio, sed omnium bo- etum c pia, vbi vox turturis exaudita mutan vocem exultationis, vbi ficus & vineæ us proferent æternæ benedictionis, & requiesces a laboribus tuis accepta operum tuorum mercede, in secula seculorum. Amen.

EXHORTATIO XXIV.

De vocatione ad manendum per meditationem & affectum in vulneribus Christi, & de iis quæ peccatores meditari debent in illis, vt ad pœnitentiam excitentur. Pro Parasceue.

Surge amica mea, speciosa mea, & veni columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.

REPETIT cœlestis sponsus eiusdem vocationis verba non sine noua, ac multiplici causa, quę deducenda est ex eo quod subiungit: *Columba mea in foraminibus petra, in cauerna maceria*, quæ verba sic vertunt Septuaginta, *Surge, veni proxima mea, formosa mea, columba mea, & veni tu columba mea in tegmento petræ iuxta promurale.* Triplicem autem sensum habere possunt vltima verba. Primus indicando locum ad quem inuitatur sponsa, vt veniat. Ac si dicatur; veni ad foramina petræ, ad cauernam maceriæ, vt sis mecum eo modo quo in his foraminibus & cauerna solet esse columba; seu, vt habet vox Hebræa in illis foraminibus, & in illa cauerna, quam tu, scil. bene nosti; & hunc sensum sequi videntur ferè omnes Patres. Secundus sensus est denotando viam per quam venire debeat ad ipsum. Ac si diceret: Veni columba mea per foramina petræ, & per cauernam maceriæ, vt inde ad me
C peruenias, & accedas. Tertius deniq; designando locum vbi adhuc erat, inuitans eam vt inde egrediatur, & ad ipsum veniat. Quasi diceret: Quid agis columba mea in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ? egredere foras, veni ad me: *Ostende mihi faciem tuam &c.* Et quidem si seriem verborum attendamus, etiam hic sensus est probabilis, dum tamen foramina & cauernam semper in bonum vsurpemus, iuxta commune Sanctorum placitum: licet quidam velint vsurpare illa ad significandum aliquod indecens, prohibitumq; latibulum, de quo infra.

De Christi vulneribus in cruce. §. 1.

PATRES igitur ferè omnes, licet nōn eo modo, vulnera Christi crucifixi in his verbis agnoscunt. Cum enim dicat Apostolus Hebræos 1. Cor. 10.
D in deserto bibisse aquam de spiritali consequē- v. 14.
te eos petra: petram autem fuisse Christum, consequens est foramina petræ esse foramina Christi, cum in cruce manus eius, pedes ac latus perforata sunt: & sicut petra illa virga à Moyse Exod. 17.
percussa fontem emisit aquæ, ad extinguendā v. 6.
Hebræorum sitim; ita (inquit D. Augustinus) Num. 20.
cui alij Patres consentiunt) Christus percussus, v. 10.
& in cruce mactus, noui Testamenti fontes pro- Serm. 9. de
duxit. Maximè autem ex foramine aperti lateris tempore.
manauit sanguis & aqua, vt significaretur inde D. Isidor.
manare fontes gratiæ, qui sunt sacramenta, Cyril. Nyss.
quorum virtute lauamur, mundamur, refici- seu apud
mur, omnibusque cœlestib. gratijs implemur. Lippom. in
Bis autem Moyses percussit silicem virga, quia cat. Exod.
crux (inquit D. Aug.) duobus constabat lignis,

vno cui affixæ sunt manus, altero cui pedes, vnde etiam totum pendebat perforatum corpus. Sed clarius est hoc vaticinatus Zacharias, dicẽs:
Zac. 3. v. 9. *Ecce lapis quem dedi coram Iesu. Super lapidem vnum septẽ oculi sunt. Ego celabo sculpturam eius, & auferam iniquitatem terræ illius in die vna.* Septuaginta vertunt: *Ego fodi foueam*, alij, *aperiam aperturas eius.* Quod D. Hieron. ad vulnera Christi refert, per
Isa. 53. v. 8. quę abstulit iniquitatem terrę. Loquitur autem Deus Pater, qui per Isaiam dixerat: *Propter scelus populi mei percussi eum*: cuius septem oculi, id est, omnes diuinitatis conatus, ac diuinę prouidentiæ studia posita sunt super hunc lapidem Christum; vt illum cęlaret, sculperet, & ornaret. Nam licet permiserit vulnerari, deformarique in passione, tamen vulnerum vestigia ac foramina ita in resurrectione illustrauit, vt nihil pulchrius & gloriosius poterit cogitari.

Communiter tamen Doctores cum D. Gregorio foramina petræ vocant vulnera pedum, & manuum; vulnus vero lateris cauernam maceriæ, quia illa parua erant, hoc autem magnũ;
Io. 20. v. 17. vnde & Christus Dominus dixit Thomæ, quod digitos inferret in loca clauorum, manum autem in latus lancea apertum. Pręterea, cum manibus magnum insit robur, pedibus autem firma stabilitas. Sunt enim partes corporis neruosæ, aptè eorum vulnera vocantur petrę foramina; at maceria paries est debilis e multis lapidibus luto connexis, ideo melius repræsentat totum Christi corpus ex flagellis, & spinea corona, plagis & rimis refertum: cauerna autem maius indicat eius vulnus, quod lancea aperuit, & vsque ad præcordia penetrauit.

Hoc igitur est aliud signum, & præcipuum euangelicæ legis, & verni temporis Messiæ, in cuius passione, quæ initio veris peracta est, ex altissima Dei prouidentia apparuerunt foramina petræ, & cauerna maceriæ, id est, Christi Domini aperta sunt vulnera, vt niduli essent columbarum, quæ ab sponso vocantur, & inuitantur, vt nidificent in illis. Et ideo peculiari affectu eandem vocationem repetens, ait: *Surge amica mea, speciosa mea; & veni: columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ*; id est, surge à terra, terrenisq; affectibus; nam & ego exaltatus sum à terra in crucem, vt omnia traherem ad meipsum: veni vt tanquam columba maneas in vulnerib. meis, per quę vniuersa bona euenerunt mundo: per vulnera enim mea, hyems peccatorum transijt, imber tentationum abijt, nimbusque ærumnarum recessit. Per hæc flores martyrum D & sanctorum apparuerunt in terra nostra, irrigata eo sanguine, qui ex ipsis profluxit. Per hæc tempus putationis aduenit, & virtus resecandi superflua accreuit hominibus: per hæc vulnera vox turturis in terra nostra audita est, excitans ad pœnitentiam & gemitum, ad pudicitiam, & solitudinem tranquillam intra illa: per hæc, ficus, quæ tribus annis infœcunda fuit, cœpit proferre grossus suos, expellẽdo acerbos, & nouos dulcesq; germinando fructus: per hæc tandem omnes Ecclesiarum vineæ, earumq; vites, animæ sc. virtutibus florescunt, & gratum vnaquæq; suum spirat odorem. Surge ergo vt tot tantisq; potiaris bonis, si in his permanseris vulneribus.

Sed quoniam huiusmodi vocationem qua- A druplicem esse diximus, a[...] tum, vel à peccato in statum gra[...] virtutum incrementa, vel ad qu[...] contemplationem, vel denique ad [...] proximos ad hęc cuncta ampl[...] tendam [...] alliciunt Christi vulnera, si ea mysti[...] continent attentè, profunde, & deuote [...] reuoluantur.

Quæ à pœnitentibus meditanda sunt in Christi vulneribus. §. 2.

ET quidem à prima inchoando, cum [...]plex sit peccatum, alterum originale, in q[...] iacent infideles, & à quo resurgunt per b[a]p[tis]mum; alterum actuale, in quod decid[...] fideles, & à quo per sacramentum pœniten[tiæ] B mundantur. Duplex item est diuina voca[tio], cuius meminit sponsus hic, dum bis [...] dem verba; primo propter eos quos vocat v[...] ptismum, fidem, & legem euangelicam ve[...] accipere, dicens: *Surge, propera &c. iam enim hyems transijt, &c.* Secundo ve[...] zatos, qui legis pręcepta sunt [...] *Surge, & veni columba mea in foraminibus petr[æ]* Vtramque vocationem coniungit elegante[r] Epiphan. his verbis; Surge à delicto, & ven[i ad] fiduciam; surge à peccato, & veni ad pœ[niten]tiam; surge ab incredulitate, & veni in fid[em; sur]ge à perditione, & veni in inuentione: qu[...] vero nouerat quod post primam pœn[...] & sanationem, multa delicta humanæ [...] accidunt, rursus dicit: *Surge, & veni* [...] *mea in tegmine petræ*: prius tantum dixit veni, [...] C apponit vocem, tu, vt post priorem a d[...] resurrectionem, rursus porrigentem man[...] nignam & cœlestem, subdit: *In tegmine pe[træ]* est, veni in benignitate Christi, & in mi[seri]cordia Domini; hoc est tegmen petræ, tegmen fi[dei] & charitatis, ac pœnitentiæ. Hæc [...] Epiph. sequens Septuaginta versionem, sed [...] Vulgatam accedamus.

Si ergo peccatis oneratus es, audi vo[cem] Christi te inuitantis, vt surgas & venias ad fo[ra]mina petræ, & cauernã maceriæ, assumens a[...] sicut columbæ, nempe sanctas cogitationes & affectiones pœnitenti accommodatas; & in vulneribus Christi permanens attentè, med[ita]re quæ te ad perfectam excitent pœnit[entiam] contritionem, nempe peccatorum tuorum [...] nitatem, & multitudinem, pœnitend[i] s[atisfa]ciendiq; necessitatem, & modum, ind[...] D obtinendæ spem, & robur ad bonum; & [...] ingens tuum periculum nisi pœniteas, & sa[tisfa]cias, ac in bono proficias. Ad hæc septem med[i]tanda inuitaris, cum dicitur tibi quod instar [co]lumbæ voles ad foramina petræ, & cauer[nam] maceriæ, quæ si humiliter, & deuotè medi[tatus] fueris, quod desiderabas, plenissimè obtineb[is].

Et quidem ex his vulneribus Christi peccatorum tuorum deduces immensam grauitate[m]; ipse enim, vt dicit Isaias: *Vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus.* Adeo enim est infinita peccati malitia, & Dei offensa, vt nulla pro ea esse possit condigna satisfactio, nisi quæ à Deo homine satisfaciente procederet. Vt autem scires quam grauia sint pecca-

[illegible] Christus Deus & [illegible] nato horrendam [illegible] declarat [illegible] consideratione remedij [illegible] quantitatem: [illegible] gravia sunt vulnera, propter [illegible] Christum vulne[illegible] ad mortem, & ad mortem [illegible] nunquam pro eorum remedio [illegible] retur. [illegible] homo incideret in la[illegible] iatus & vulneratus esset, cui [illegible] nec Leuita, sferre possent reme[illegible] descenderet pius Samaritanus, & cu[illegible] vt vulnera alligaret, oleoque cura[illegible] quod ex vulneribus in torculari cru[illegible] excerptum est. Pudeat ergo te pec[illegible] vulnera voluntariè admisisse, quæ à [illegible] sunt, vt pro eorum remedio Chri[illegible] ierit vulnerari.

[illegible] tam simul contemplari poteris tuo[illegible] atorum innumeram multitudinem. [illegible] at quidem ad totius mundi delenda [illegible] Christi vulnus, sicut & mini[illegible] sanguinis gutta, propter infinitum va[illegible] quem à satisfaciente desumit: vt quid er[illegible] epit vulnerari, nisi vt in illis agnosceres [illegible] tra eum innumera delicta? nam etsi ma[illegible] foramina petræ tantum fuerint quatuor, [illegible] q; cauerna maceriæ, tamen innumera [illegible] foramina capitis per spinas, & corporis [illegible] lorū aculeos facta; quod quidem per [illegible] tam ossium extensionem in cruce, māsit [illegible] aceria ex male cōpactis lapidib', multis [illegible] dinibus conflata; iuxta illud, *Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea.* Nam quia à planta pedis vsq; ad verticem capitis, non erat in te sanitas, sed vuln', & liuor, & plaga tumens; ideo etiam in corpore ipsius [illegible] dentis in cruce, à planta pedis vsq; ad capi[illegible] verticem nihil mai sit inuolneratum, totum [illegible] ar vulneribus, liuoribus, ac romentibus [illegible]. Propterea ergo non vocaris, vt venias & [illegible] mine, sed in foraminib. petræ, & in ca[illegible] materiæ, vt sicut peccasti corde & ore, o[illegible] e & [illegible] essu, ita omnia & singula Christi vul[illegible] in ueatis, & mediteris, vt per illa omnium [illegible] tiam consequaris: in vulnerib. pedum [illegible] e prauos gressus, in foraminibus ma[illegible] opera, in fouea lateris, occultos, [illegible] natos cordis affectus, in puncionib. [illegible] animi cogitationes; in corporis [illegible] plagis eas quas tuæ animæ inflixisti, pro [illegible] remedio illæ sunt susceptæ.

[illegible] hoc vlterius progredi te oportet, vt in [illegible] vulnerib. manens, meditetis, profundius [illegible] tatem, quę tibi incumbit pœnitendi, pro [illegible] sfaciendi delictis. Non enim passus [illegible] tus, vt à peccatoribus auferret satisfaci[illegible] ssitatem, & obligationem, sed potius, [illegible] exemplo ad eam exhortaretur, ad illamq; [illegible] vires præberet. Decreuit enim, vt [illegible] propria voluntate peccauit, & se ini[illegible] iecit, ita etiam propria voluntate à pec[illegible] ederet, & hostem debellaret; vnde cum

Gen. 3. v. 15. Dominus dixisset serpenti, *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius*, subdit: *ipsa conteret caput tuum.* Non ait ipsum, sed ipsa. Nam licet Christus propria virtute contriuerit

A serpentis caput, tamen e[illegible] de Ec- clesia, & quælibet anima, vir[illegible] debet illud conterere. Conterit autem cum de pecca- to conteritur, dolet, & pro eo satisfacit, vel Dia- boli suggestionibus contradicit. Præterea sicut homo propria voluntate recessit à Deo; ita opor- ter quod propria voluntate ad illum accedat, & se ad gratiam iustificationis recipiendam præ- paret. Vnde ipsi dicitur, vt surgat, properet, ve- niat, & ad foramina petræ volet, ipsique petræ per fidem & dilectionem inhærere studeat. Si enim innocens Dei filius pro alienis vulneribus curandis, tot vulnera & dolores passus est, quid te nocentem pro tuis proprijs vulneribus sanan- dis agere & pati oportebit? Si enim hæc exigunt à ligno viridi, quid exigent à sicco? Luc. 23. v. 31.

Ad hoc igitur vocaris In foramina petræ, vt B discas ex Christi exemplo modum quo satisfa- cere te oporteat peccatis tuis, vt scil. per vulne- ra corporis medearis vulneribus mentis; punia- tur caro, vt sanetur anima, vulneretur corpus, vt sanetur spiritus. Carnis illecebræ lethalia vulnera inflixerunt animæ, carnis castigatio illa pellat ab ea. Christus vulneratus, attritus, & fla- gellatus est propter iniquitates nostras, te etiam vulnerari, atteri, & flagellari oportet propter iniquitates tuas. Adimple, sicut ait D. Paulus, ea quæ desunt passioni Christi in corpore tuo. Col. 1. v. 24 Nam licet illa fuerit infiniti valoris, quantum ad sufficientiam, deest illa applicatio quantum ad efficaciam, donec tu ipse velis virtute passio- nis Christi pœnitere, & pro peccatis tuis pro- priam contritionem, confessionem, & satisfa- ctionem offerre.

C Præterea, cum dicitur ibi: *Veni columba mea in foraminibus petræ*, via tibi ostenditur, per quam ad Christum, ad eiusque amicitiam, & ad magnam peruenias sanctitatē, sc. ingrediens, & transiens per foramina petræ, quæ alibi dicuntur angusta porta, & arcta abnegationis via in foraminibus pedum, & manuum, quę ad veterem hominem spectant, vt omni hominis interioris motes, in ca- uernis lateris, abnegatio præscribitur cordis, vt reiecto amore proprio, tantum detur locus di- uino. Si per hæc foramina iottaueris, licet à principio videantur angusta, intus tamen inue- nies ea patulis spatijs satis diffusa: nam cum an- gustiantur vasa carnis, dilatantur spatia charita- tis; tot enim, tam validasq; in his foraminib. in- uenies rationes ad pœnitentiam amplexandā, ad magnam concipiendam veniæ spem, & ac- cendendam charitatis flammam, vt libenter D per arctam ingrediaris viam, omnisque fi- ne vulnere viuere, videns Christum pro tuo- rum vulnerum salute tam dire vulneratum.

De venia spe, & fortitudine ad benè operandum.

§. 3.

VT autem id melius perspicias, cum pri- mum in his foraminib. manseris, spem eri- gere cura obtinendi tum peccatorū indulgen- tiam, tum vires ad satisfaciendum, imo ad am- plius in dies proficiendum; quot enim Chri- stus pro tuis delictis passus est vulnera, tot tibi dedit indulgentiæ certissima pignora: nisi enim sibi vellet indulgere, non permisisset se ita vul- nerari, ocs te vocaret, vt surgeres & venires ad

 fora-

foramina petræ, nisi vellet te intus admittere, & peccata tua ibi operire. Nec adeo est lethale peccati vulnus, quin maior sit in Christi vulneribus sanandi virtus. Peccaui (inquit D. Bernar.) peccatum grande, turbatur conscientia, sed nō perturbatur, quoniam vulnerum Domini recordabor, nam vulneratus est propter iniquitates nostras, quid tam ad mortem, quod non Christi morte saluetur? Si ergo in mentem venerit tam potens, tamq; efficax medicamentū, nulla iam possum morbi malignitate terreri; vnde liquet errare illum, qui ait: *Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear*, nisi quod non erat de membris Christi, nec pertinebat ad eum de Christi merito, vt suum præsumeret, & suum diceret. Intra ergo per foramina petræ, vt quasi vnum cum Christo fias, & tunc ipsius merita, ac satisfactiones tanquam propria reputabis, & veniam, quam tuis operibus, vt à te procedentibus, non mereris, & Christi meritis tibi applicitis, impetrabis. Clamat clauus, clamat lancea, clamant spinæ, & cuncta vulnera, quod Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Clamant & dicunt singulis, surge, & veni ad hæc foramina, vt per illa reconcilieris Deo; quia si non tibi, sed illis fidas, reconciliationis gratiam certo inuenies.

Serm. 61. in Cant.

Gen. 4. v. 13

Pro vulnerib. igitur peccatorum tuorum fideliter offer Deo Patri vulnera dilecti filij eius, & eorum impetrabis indulgentiam, ac perfectam sanitatem: dicitoq; cum deuotissimo Augustino; Intuere, Pater, dulcem natum toto corpore extensum: cerne manus innoxias promanantes sanguine, & remitte placatus scelera, quæ perpetrarunt manus meæ. Considera inerme latus crudeli perfossum cuspide, & renoua me sacro fonte, quem inde fluxisse credo. Vide immaculata vestigia, quæ non steterunt in via peccatorum, sed semper ambulauerunt in lege tua, confixa clauis, & perfice gressus meos in semitis tuis, & fac me odio habere omnes vias iniquitatis. Specta gloriose genitor, gratissimæ prolis lacerata membra, & memorare quæ mea est substantia. Vide Redemptoris supplicium, & dimitte redempti delictum. Attende in filio, quo propitieris in seruo. Quoties beatæ prolis tibi patent vulnera, delitescant obsecro scelera mea. Magna est mea iniustitia, satis vero maior iustitia redemptoris. Quanto namque superior est Deus homine, tanto mea malitia inferior est eius bonitate, in qualitate & quantitate. Quid enim deliquit homo, quod non redemerit filius Dei factus homo? Hæc & plura alia D. Aug.

In medit. c. 6.

In cap. 8.

Si igitur spinis peccatorum tuorum factus es pusillanimis vt miser herici⁹, bono animo esto, ad hæc foramina curre, quia petra est refugium herinacijs. Si instam Dei iram, furoremque cōtra te videris excitari, Christi vulneribus hære, ingredere, ait Isaias, in petram, & scissuras petrarum, & in cauernas saxorum à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram. Quod si timor & tremor venerint super te, & contexerint te tenebræ, pete cum Psalmista pennas sicut columbæ, qui te columbam esse vult, & surgere, ac venire præcipit. Manens autem in foraminibus petræ, ipsius petræ indues fortitudinem, vt aspera quæ-

Psal. 103. v. 18.

Isa. 2. v. 10. & 21.

Psal. 54. v. 6.

A que & difficilia pro sal[illegible] & [illegible] libenti, & fido animo a[illegible] Apostolorum stupenda fort[illegible] tyrum in tormentis inuicta: [illegible] Confessorum ad præclara fa[illegible] fiducia? vnde Virginum tam glor[illegible] nonne quia in foraminibus petræ, & in [illegible] maceriæ iugum sibi elegerant ha[illegible] Stat (inquit D. Bern.) Mar[illegible] pudi[illegible] umphans toto licet lacerato corp[illegible] & te latera ferro; non modo fortiter [illegible] tet, sacrum è carne sua c[illegible] picit e[illegible] cruorem. Vbi ergo tunc anima Martyris [illegible] pe in tutu, nempe in petra, nempe in vi[illegible] Iesu, vulneribus nimirum paten[illegible] bu[illegible] ad eundum, si in suis esset visceribu[illegible] ferrum profecto sentiret, dolorem non [illegible]

B succumberet, & negaret. Nunc autem in [illegible] habitans, quid mirum si in modum pe[illegible] meruit? Nec hoc facit stupor, sed amor. Su[illegible] titur enim sensus, non amittitur; nec dee[illegible] lor, sed superatur, sed contemnitur. Er[illegible] tra Martyrum fortitudo, ex petra pœnite[illegible] in torquenda carne firma constantia [illegible] Sanctorum omnium inuicta virtus, & [illegible] quia manentibus in vulneribus Ch[illegible] in eo sperant, sperantesque mutan[illegible] fortitudi[illegible] nem, vt currentes non laborent, nec in p[illegible] deficiant.

Dicebat olim Iob: *Pone me iuxta te, & [illegible] manus pugnet contra me*, quia iusta te po[illegible]us [illegible] nem manum contra me pugnantem, [illegible] cam & repellam. At ego qui vulnera tua a[illegible] video, quid dicam? Pone me Domine i[illegible]

C & cuiusuis manus pugnet contra me: quia [illegible] raminibus petræ constitutus victor ero [illegible] cunque pugnæ: sed ipse quid dicit? *Surge, & [illegible] columba mea in foraminibus petræ.* Tu ipse veni[illegible] te instar columbæ pone in his foramini[illegible]bu[illegible] træ, ibi tutus eris, cum ab inimicis fueris [illegible] tus. Esto vt columba, quæ vt rapaces vo[illegible] fugiat, ad foramina volat, vt ibi se prote[illegible] insurgant aduersus te Dæmonum cast[illegible] oppugnent, fuge tanquam ad arcem ad Ch[illegible] vulnera, & securus eris. Si superbiæ & aua[illegible] vexauerint, si carnis illecebræ cor tuum em[illegible] re cœperint, ad Christi vulnera tende: *M[illegible] tegmine petræ iuxta promurale.* Christ[illegible]us est t[illegible] ac protectio mea, murus, & antemurale, s[illegible] fendat: de ipso enim scriptum est: *Vrbs forti[illegible] nis mea Sion Saluator*. ponetur in eam [illegible] antemurale, id est, ipse Saluator erit n[illegible]

D vrbs fortissima, murus & antemurale ad p[illegible] gendum nos; & quisquis intra eius v[illegible] clusus manserit, protectus & saluus erit. Ambrosius legit: *Surge in tegmine petræ, in [illegible] munitionem & propugnacula.* Nam vulnera [illegible] propugnacula sunt munitissima, vt nos [illegible] dant, & securos ab hostibus tueantur [illegible] de ipse Christus (ait D. Ambr.) nos inuitat dic[illegible]: Surge, ô anima, secura in tegmento pet[illegible] d[illegible], tuta præsidio passionis meæ, & fidei mun[illegible] to. Hoc tegmento induta, non eris nud[illegible], sed passio Christi tuorum operiet multitud[illegible] peccatorum, & te muniet contra hostium [illegible] dias, & ad bene & constanter operandum præstabit vires.

Quan-

Quantum oportuit modo huic vocationi obsequi.

§. 4.

TVA itaque res agitur cum ad manendum in Christi vulneribus inuitaris, intra quæ [illegible] quidquid ad salutem potes desiderare. [illegible] enim datur peccatorum remissio, pœnæ [illegible] donatio, reconciliatio cum Deo gra[illegible] deperditæ reparatio, profligatio hostium, & [illegible] victoria spes vitæ æternæ, ingens lucũ[illegible] & conscientiæ hilaritas, tantaque mundi[illegible]ties, & animæ pulchritudo, vt non amplius cœlestis [illegible] sus tuam faciem dedignetur videre, & [illegible] audire; quin potius dicat: *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis; vox enim tua dulcis, & facies tua decora.* Sed de hoc postea. [illegible]rgo per fidem, propera per pœnitentiã, B & [illegible] dilectionem, manens in foraminibus [illegible]æ, quæ vacua esse non possunt. Si tu non [illegible], & venis, non deerunt columbæ, quæ vocentur, & veniant. Tu autem remanebis foris, & in æternum peribis, quia extra Christi vulnera [illegible] contingit salus. Grassatur Diabolus, & [illegible] quã ferus accipiter circuit quærens columbas, quas capiat & deuoret. Capiet autem & deuorabit quotquot sine fide & dilectione inuenerit extra foramina petræ, & cauernam maceriæ. Si ergo vis Diabolum fugere, ad illa antequam tibi claudantur, conuola. Etenim hæc foramina aperta sunt peccatoribus quamdiu in hoc mortali corpore degunt, nulliq; clauduntur in hac vita, quia semper est locus pœnitentiæ, & omnes inuitantur vt surgant, & veniant. Eum autem qui venit ad Christum, non eijciet C foras, sed intra vulnera sua benignius admittet; sicut admisit bonum latronem, qui propriam agnoscens culpam, petijt indulgentiam; paratusque erat consortem admittere si ipse voluisset pœnitere, ipse sibi clausit Christi vulnera, [illegible] noluit propria confiteri delicta. Foramina [illegible]træ angusta sunt, non capiunt inflatos, nõ elatos & superbos, qui renuũt peccata confiteri, & se ipsos humiliare. Humiles dumtaxat per foramina intrant, qui in cilicio & cinere pœnitentiam agunt, & velut minutum puluerem se esse putant. *Veni* (inquit Epiphanius) *in tegmine petræ contiguæ muro*; id est, prius quam claudatur porta, & prius quam tea intra mœnia constitutus [illegible] amplius admittar post discessum hinc, & [illegible] mortem. Ingredere in foramina, quamdiu peccatoribus patent, & in ea præmuratæ huius vitæ D sunt illis proposita; nam post hanc vitam, quæ [illegible]odo sunt refugium humilium, erunt horrendum supplicium superborum, iuxta illud; Ecce [illegible]nit cum nubibus, & videbit eum omnis ocu[illegible], & qui eum pupugerunt, & plangent se super eum omnes tribus terræ. Videbunt enim reprobi in die iudicij vulnera Christi in quæ intrare potuerunt, & saluari. Plangent autem vehementer eo quod intrare noluerunt, nec iam sit intrandi locus, nec veniæ relicta spes, quibus Christus Dominus (vt obseruat D. Aug.) sua eis ostendens vulnera, sic exprobrabit. Ecce hominem quem crucifixistis, videte vulnera quæ infixistis, agnoscite latus quod pupugistis, quoniã per vos, & propter vos apertum est, & tamen intrare noluistis. Intremus ergo vt saluemur, si-

[Margin: lib. 2. de symb. c. 8. Vide Diuũ Th. 3 p. q. 44. art. 4.]

A quidem omnes vocamur. Et si peccator sis, tibi dicitur, Surge amica, & speciosa, ac columba, non quia talis es, sed vt talis sis; nam intra vulnera Christi fies amica, speciosa, & columba, quia eorum virtute per contritionem; & amorem peccator ex inimico amicus, ex fœdo speciosus, & ex coruo columba efficitur. Prostratus itaq; ante Christum vulneratum, ita eum affato: quod commisisti innocentissime Domine, vt iam dirè vulneraueris? quæ causa vulnerationis, & quæ occasio tuæ mortis? Ego sum tuorum vulnerum causa, ego tuæ diræ mortis meritum, & tui cruciatus flagitium; quia manus meæ fugerunt legem tuam, perforatæ sunt clauis manus tuæ; quoniam pedes mei infixi sunt in limo iniquitatis, pedes tui infixi sunt in ligno crucis; qa cor meum infectum est omni praua concupiscentia, pectus tuum apertum est dira lancea. B Innumera vulnera recepisti in corpore tuo, quia innumera scelera admisi in spiritu meo. O admirabilis diuinæ pietatis dispositio! peccat iniquus, & punitur iustus; delinquit reus, & vulneratur innocens: ego, Domine, facinus admisi, tu pœna mulctaris: ego vulnera peccatorum contraxi, & vt cures illa, tu vulneraris; & insuper nunc me inuitas, vt surgam, & veniam ad vulnera tua, vt in illis commorer, in illis curer, & salutem plenam adipiscar: ecce surgo, & venio, quia vocasti me, da quod iubes, vt nunquã mea culpa auferas, quod tua gratia largiris.

[Margin: D. Aug. in medit. c. 7. aliqua eis bis habet.]

[Margin: Epilogus.]

Iis septem considerationibus, quas diximus, præmunitus, hoc solum superest, vt annuas cõsilio Ieremiæ Prophetæ peccatoribus sub figura Moabitarum exhibito, *Relinquite ciuitates, & habitate in petra habitatores Moab, & estote quasi columba nidificans in summo ore foraminis*; id est, ô peccatores qui fortes estis ad faciendum malum, & ex patre Diabolo estis, eiusque desideria vultis perficere, conuertimini ad Dominum Deum vestrum, relinquite ciuitates impiorum, & errantium conuenticula; habitate in petra firmissima, qui Christus est, in quo nidificate, & securum vobis præparate habitaculum; satagite vero nidificare in summo ore foraminis, id est, in suprema passionis Christi confessione, & imitatione, volantes vsque ad supremum illius: nam quanto sublimius in Christo nidificaueritis, tanto securiores eritis in ipso, cui sit honor, & gloria in secula seculorum. Amen.

[Margin: Ier. 48. v. 28]

[Margin: Moab interpretatur ex patre, vel fortitudo eorum. Ita Glossa interlin.]

D

EXHORTATIO XXV.

De profectibus in variis modis contemplandi mysteria Christi, vt Deus & homo; & cælestis gloria coniungendo eos cum operibus vitæ actiuæ, maximè circa proximos.

Surge, &c. columba mea in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ.

IMMVTABILIS Dei bonitas (ait D. Nyssenus) animam, quam semel ad sui participationem vocauit, in dies vocat, vt seipsa maior fiat, & augeatur per eius quod accepit boni maiorem acceptionem, eamque tanquam in scala-

[Margin: Hom. 5. in Cant.]

scalarum ascensu per virtutis ascensiones ad fastigium deducit. Propter quod cum semel spōsæ dixit: *Surge, propera, & veni &c.* Iterum dicit, *Surge*, & cum venisset, rursus dicit, *veni*: Neque enim (inquit) ei qui verè surgit, vnquam deerit semper surgere; neque ei qui currit ad Dominum, vnquam consumetur amplum & latum campi spatium ad diuinum cursum conficiendum. Oportet enim semper surgere, & excitari, & per cursum appropinquando nunquam cessare. Quamobrem quoties dicit: *Surge, & veni*, toties ad id quod est melius ascensioni, ea quæ deinceps sequuntur, adijciuntur à verbo. Nam qui pulchrum ex pulchra iuber fieri, apertè suggerit illud Apostolicum: iubens eandem imaginem à gloria transformari in gloriam. Adeo vt semper videatur esse gloria quod accipitur, & quod semper inuenitur, & licet sit magnum & excelsum, credatur esse minus eo quod speratur. Sic ergo cum esset columba ijs quæ rectè gesserat, nihilominus eam rursus iubet fieri columbam per transformationem in id quod est melius.

2. Cor. 3. v. 18.

Propter hoc ait: *Veni columba mea in foraminib. petræ, & in cauerna maceriæ*; nam foramina petræ, & Christi vulnera scala sunt ad descendendum vsque ad summum sanctitatis verticem. Quod & denotat vox Hebræa, *Madrega*, quam maceriam interpres transtulit, quæ significare etiam dicitur, gradum, vel scalam. Vnde pro cauerna maceriæ quidam legunt: *In latibulo graduum*, vel *in latebris scalarum*. Christus enim vulneratus in cruce scala quædam est, in cuius vulnerib. tanquam in foraminibus & cauitatibus scalæ abscondimur, & per illa, vt per gradus ad maiora virtutum incrementa, & ad præclariores contemplationis modos deducimur.

Vide Ribe. & Vatgas in Apocal. 1. sect. 17.

De Christi arcanis quæ patent per vulnera corporis. §. 1.

SÆPIVS enim sponsa de passione Christi loquens sub varijs metaphoris se ad profectū exhortata est, prius dixit: *Fasciculus myrrha, dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Deinde de eadem loquens, ait: *Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios, sub vmbra illius quem desideraueram, sedi.* At modo ad altiora euehitur, non vt fasciculum myrrhæ colligat, & ad se adducat, non vt sub vmbra arboris crucis sedeat, & fructus decerpat, sed: *Veni* (inquit) *columba mea in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ*: altius te volare desidero, plus in contemplatione, & in virtutibus te proficere concupisco. Veni ad verticem arboris myrrhæ, ascende ad arborem mali, vola ad foramina petræ, & cauernam maceriæ, ingredere in ipsa vulnera crucifixi, intra illa nidum construe, vt ibi mecum maneas, & commoreris, & inde ad altiora proueharis.

Facito tibi tria tabernacula, non in monte Thabor, vbi Christus est transfiguratus, sed in Caluario, vbi est crucifixus, vnum in foraminibus manuum, aliud in vulneribus pedum, & tertium maius in ampla lateris cauerna. Intra hæc lege, ora, meditare, & contemplare, ibi cogita omnia Christi opera, cunctos eius gressus, vniuersos eius affectus, sanctitatis exempla, quę

A vbique relinquebat, & ardentem amorem, quo homines prosequebatur; & inde fiet, vt per scalam virtutum ad supremum gradum peruenias, & ad altiora diuinitatis arcana contemplanda eleueris.

Desiderauerat olim Moyses videre clarè faciem Domini, negat Dominus mortali homini id posse concedi; ostendit tamen viam videndi summum quod ei licebat, dicens: *Est locus apud me, & stabis supra petram. Cumq; transierit gloria mea ponam te in foramine petræ, & videbis posteriora mea.* Petra ista (inquit D. Aug.) fuit illa quæ percussa virga produxit aquas sitienti populo, quam Apostolus Christū esse dixit. Ponitur ergo Moyses in foramine petræ, vt ibi mysterium incarnationis ac passionis Dominicæ spiritu propheti co intueatur, & desiderium quo flagrabat supremę Dei contemplationis ex parte satiaretur.

B Ait autem: *Ponam te*, quoniam nemo super hanc petram potest ascendere, nisi ipse Deus ponat illum, eleuet, attollat, & contemplationis actus dirigat; iuxta illud: *Statuit super petram pedes meos, & direxit gressus meos.* Ipse Deus statuit & formauit non alteram, sed vtrumq; pedem meum, intellectum sc. & voluntatem, cognitionem & amorem, eorumque gressus direxit, vt ad superna rectè graderentur. Sed quoniam ipsa anima etiam cooperari debet, illi iniungitur, vt tanquam columba ambabus alis volet ad eandem petram, & abscondat se in foraminibus eius, vt inde sublimiora intueatur.

Exod. 33. v. 21.
[illegible] 1. Cor. 10.
Psal. 39.

Miratur D. Gregorius Nyssenus Moysem diuinis visionibus assuetum, adhuc Deum amplius videre desiderasse; respondet tamen hanc peruulem tradens doctrinam. Quemadmodum (inquit) grauia & rotunda corpora, si è cacuminibus montium lapsa deorsum fuerint: & si nullus postea impellat, ipsa tamen per se vehemenriore impetu, si nihil impedimento sit, semper deferuntur, quousque ad planitiem descenderint: sic anima, cuius natura sursum fertur, terrenis absoluta cupiditatibus, ardentior in dies fit, velociusq; pertransit, ad sublimiora semper conscendens; nam cum nihil sibi sit impedimento, per seipsam ad naturam boni fertur. Attrahit enim ad se natura ipsius summi boni omnes qui ad pulchritudinis eius radios sanis possint oculis respicere; ita fit vt cœlesti desiderio semper ad maiora, vt Apostolus ait, contendat, ac semper ad altiora peruolet, ijs quę peracta sunt robustior facta, solum enim virtutis actio nutrit laborem, viresq; auget. Quapropter magnus Moyses cum semel per scalam, in qua Deus innixus erat, vt Iacob dicit, ascendere cœpisset, nunquam stetit, nunquam terminus motus nouit, sed semper de gradu in gradum ascendebat, nec enim deficere vnquam potest altior gradus. Hæc Nyssenus.

In lib. de vita Moysis [illegible]

C

D

Sicut ergo Moyses ad descendendū per hanc contemplationis scalam constituitur in foramine petræ, sic sponsa, vt ascendat etiam, & amplius in contemplatione proficiat, inuitatur secundo; non tantum vt surgat, & properet, sed etiam quod instar columbæ volet, & maneat in foraminibus petræ, & cauerna maceriæ, vt ibi altiora & secretiora ipsius mysteria videat. Etenim (vt D. Bernardus meditatur) clauus, & lancea penetrans Christi corpus, facta est nobis clauis

Serm. 61. in Cant.

clauis referans eius diuina mysteria, & ingentia A sacramenta, pateťque arcanum cordis per foramina corporis. Patet infinita Dei charitas, immensa ipsius misericordia, ingens liberalitas, suprema benignitas, incomprehensibilis sapientia, æquissima iustitia, omnipotens virtus, ac potestas. Patet inimicorum dilectio, iniquorum toleratio, condonatio peccatorum, reconciliatio mundi, cœlestium donorum largitio, & apertio regni cœlorum. Patent sacramentorum medicinæ, fontes gratiæ, abnegationis via, perfectionis semita, & scala sanctitatis. Hæc omnia per foramina petræ, & cauernam maceriæ patent, & manifestantur digne contemplantibus illa; nam Christus Deus & homo, & quidquid in se habet, per illa nobis patefiunt.

Dixerat paulo ante sponsa: *En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, & prospiciens per cancellos*; id est, prospiciendum se præbens. B Diximus iam parietem esse humanitatem, aut corpus, post quod stetit Dei filius el vnitus. Qui ergo sunt huius parietis cancelli, nisi foramina petræ? & quæ fenestræ nisi cauerna maceriæ? Per hæc vulnera totus Christus se nobis prospiciendum exhibet, licet obscure, & per fidem, per quam contemplamur latentem intus diuinitatem, & absconditam eius pulchritudinem, charitatem, & misericordiarum eius immensos thesauros; nonne per hos cancellos & fenestras se videndum præbuit Thomæ, cum ei dixit, vt mitteret digitos in loca clauorum, & manum in latus eius? Cum enim id fecisset, ita profecit in contemplatione, vt diceret: *Dominus meus, & Deus meus*; & per vulnera carnis patuit illi arcanum Dominicæ resurrectionis, & secretum diuinitatis, ascendens per scalam vulnerum ad intuendam potentiam resurgentis, & supremum dominium ac Deitatem vulnerati.

Ioan. 20. v. 27.

Attributa diuinitatis in Christo esse quasi foramina petræ. §. 2.

SEd melius hæc innotescent, si singulas Christi naturas per se considerenus, aduertendo cum D. Bernardo, quod non semper foramina facta inuenimus, sed oportet aliquando intellectum ipsum cogitatione, & auditate illa excauare. In Christi quidem corpore excauata reperiuntur per clauos & lanceam; sed in alijs rebus intellectus ea cauat, cum indiuisa in se quasi partitur, & diuidit, & sub singulis locū refugij, & quietis, & tranquillitatis inuenit. Ecce in vno D Christo duæ sunt naturæ, diuina & humana. Illa est quasi petra, quia fortissima; hæc quasi maceries, quia de se valde debilis. In petra cauantur foramina, nō cauernæ; in maceria autem latior cauerna excauatur. Non negamus Christū vt hominem dici etiam petram propter eximiam eius fortitudinē, sed quia hoc multo excellentius est in Deitate, ex hac magis sumit petræ denominationem, testante Psalmographo, cum ait: *Dominus petra mea, & robur meum, & Saluator meus, Deus fortis meus, & sperabo in eum.*

Serm. ... in Cant.

2. Reg. 22. v. 2.

In hac igitur petra intellectus meditatione sua cauat foramina, cum in simplicissima Deitate distinguit per ratiocinationem plura attributa, quæ foramina dicuntur: quia minimum est, quod de vnoquoque cognoscimus, & per illud nonnisi parum de infinita Dei essentia, & maiestate penetramus. Et hoc est, quod Moysi dixerat: *Ponam te in foramine petræ, videbis posteriora mea, faciem meam videre non poteris*; quia per hæc foramina nunquam in hac vita peruenitur ad visionem Dei claram, sed solum videntur posteriora Dei, id est, perfectiones illæ, quæ ex effectibus & operibus eius deducuntur, & obscure ipsum repræsentant. Quod superius diximus prospicere per cancellos, id est, minuta tetis foramina.

Exod. 33. v. 21. Alia translatio.

Cæterum quanto mens diuino lumine circumfusa profundius cauat, tanto intra foramina ampliorem campum reperit, pluraq; & gloriosiora de diuinitate cognoscit. Ad huiusmodi autem foramina inuitatur pia anima, non solum quia gradus scalæ sunt per quos ascendit ad diuinitatis perfectam cognitionem, sed etiam quia peculiaria sunt loca refugij, munitionesque fortissimæ, ad quæ in cunctis tribulationibus, periculis & angustijs, si confugiat, protectionem inueniet. Aliquando fugiat ad foramen diuinæ prouidentiæ contemplans solicitudinem, & curam quam gerit electorum suorum, quos tanquam pupillam oculi sui custoditos intra seipsum habet. Quandoque vero ad foramē diuinæ misericordiæ erga miseros, quia sicut miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. Interdum ad foramen immensæ charitatis eius, qua Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & peccatores, vel ad foramen Omnipotentiæ, qua vnico verbo potest nos à cunctis malis eri- C pere, & omnibus bonis replere. O dulcia foramina, ô salubria latibula, ô gradus diuinæ scalæ suaues ad gradiendum, per quos, qui graditur ex vno in alium, maximam inuenit voluptatem, & gratiæ plenitudinem, nec non & securissimam protectionem, dicens cum Psalmista: dum anxiaretur cor meum in petra exaltasti me, & deduxisti me, factus es spes mea, turris fortitudinis à facie inimici.

Psalm. 60. v. 3.

De varijs & iucundis Christi hominis cauernis. §. 3.

EX petra autem ad maceriem humanitatis Christi deueniendum est; cuius multæ sunt etiam cauitates, quæ cauernæ vocantur, quia latiores sunt quam foramina, & cognitu nobis faciliores, per quas ad Dei contemplationem facilius ascendimus, & ampliorem locum refugij, nobisque aptiorem in eis reperimus; & ideo non tam cancellis quam fenestris comparantur. Surgendum igitur est, & volandum ex foraminibus ad cauernas, & rursus ex cauernis ad foramina, vt ea quæ sunt Dei & hominis perfecte agnoscamus: hæc est enim vita æterna, vt cognoscamus DEUM verum, & quem misit IESUM CHRISTUM. Nec multum curandum est de ordine, cur prius dicatur: *Columba mea in foraminibus petræ*, quam *in cauerna maceriæ*. Nam è contra prius dixerat, respiciens per fenestras, & prospiciens per cancellos; eo quod reciprocus est ascensus iste, & descensus, vt à diuinis descendamus ad humana, vel ab humanis ascendamus

Ioan. 17. v. 3.

 ad

ad diuina; nam per hanc scalam Angeli & ascendunt & descendunt, & in vtroque noster consistit profectus. Non dixit autem in cauernis, sed in cauerna, quia phrasis est Scripturæ numero singulari pro plurali vti, & è conuerso; aut forte vt significaretur cuncta quæ sunt in Christo vnicam constituere cauernam, quia ipse vnicum est ostium, per quod si quis introierit, saluabitur, ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. (Ioan. 10. v. 9.)

(De vtero Virginis.) Potes tamen in contemplatione plures Christi considerare cauernas, præter eas quæ de passione ipsius dicta sunt. Et primo quidem contemplare Omnipotentem paruulum, quem cœli & terra capere non possunt in Virgineo matris vtero inclusum, tanquam in cauerna maceriæ, non opera hominis, sed Spiritus sancti virtute præparata. Obscura quidem corporeis oculis, & horrenda cauerna, sed amantissimus Deus propter liberandum hominem, non horruit Virginis vterum. Maceries autem vocatur Virgo, quæ instar muri filium circumdabat, & nos etiam protegit.

(De spelunca Bethlehem.) Sed dum purissima Virgo domi suæ in Nazareth commorabatur sacratissimum fœtum sibi abscondens & custodiens, vocem audiuit sponsi, dicentis: *Surge, amica mea, speciosa mea, & veni; columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ*: id est, Surge, ô dilecta à Nazareth, & veni, vt maneas in Bethlehem in cauerna maceriæ mihi ad nascendum præparata, quia ex vna cauerna in aliam migrare disposui, vt mundo appaream, & à me quærentibus inueniar. Nec incongruè diuersorium illud cauernam maceriæ vocamus; siquidem Diuus a Augustinus, b Epiphanius, c Hieronymus, & d Eusebius, illud speluncam vocant in rupe excauatam, iuxta promurale ciuitatis ad tegendos pauperes, & ab hyemis & imbrium iniurijs tuendos. Cui quadrat Septuaginta versio, quæ ait: *In tegmento petra iuxta promurale*. Magis enim habebat rationem tegmenti, quam domus multis cubiculis fabricatæ. O felix cauerna, ô beata spelunca, quæ cœlorum capit Dominum, & ad se trahit vniuersum mundum. Quo sermone (inquit Diuus Hieronymus) qua voce, speluncam Saluatoris exponam; & illud præsepe in quo infantulus vagijt, silentio magis quam infirmo sermone venerandum est. Ecce in hoc paruo terræ foramine cœlorum conditor natus est, hic inuolutus pannis, hic visus à pastoribus, hic demonstratus à stella, hic adoratus à Magis. Et tu ergo surge, & veni ad hanc cauernam, & in hac spelunca regem tuum adora, & tantæ humilitatis exempla contemplare. Sed vt finis congruat principio, veni item spiritu in cauernam maceriæ, & speluncam duplicem, vbi Saluator noster sepultus est. (Luc. 2. a In dial. contra Tryphonem. b Hæres. 20. c Epist. 18. ad Marcellam, quæ in tipis, Ambros. &c. d Lib. 7. demonstrat. euang. c. 5.)

(De sepulchro & limbo. Genes. 23. v. 9. Matth. 27. v. 60.) Duplicem voco, sepulchrum in quo iacuit mortuum corpus, & limbus in quem descendit anima. Illud excisum erat in petra, hic cauerna erat profunda in inferioribus partibus terræ. In his abscondita est caro & anima vtraque diuinitati coniuncta, vt suam nobis humilitatem commendaret, & amorem.

(Isai. 2. v. 10. & 21.) Ingredere ergo cum Christo Domino in hanc petram, abscondere in hac fossa humo à facie timoris Domini, amplectens eius humilitatem, A amans nesciri, ne te superbia extollat, ambitio præcipitet, & iactantia extollat. Respice antiquos Patres, qui sine tantæ humilitatis exemplo circumierunt in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cauernis terræ. (a Heb. 11. v. 38.) Quid ergo te oportet facere, qui Christo duce vocatis, vt sequatis illum? Sed nec modo desunt eius humilitatis exempla, siquidem quotidie in Eucharistiæ sacramento dum à fidelibus sumitur, in cauerna maceriæ collocatur. Quid enim est hominis ventriculus, nisi obscura cauerna, in maceria carnis, vbi Christus se abscondere non horret, vt totum hominem saluum faciat.

Ex his ergo cauernis corporeis ad alias spirituales & mysticas ascendere debes; nam sicut perfectiones diuinitatis sunt veluti maceriæ cauernæ, ac fenestræ, illæ præcipue, quæ Christi B commendant submissionem, & exinanitionem; cuiusmodi sunt humilitas, paupertas, mansuetudo, patientia, & obedientia vsque ad mortem. Hæc sunt secura loca refugij, ad quæ confugere debes cum varijs tribulationibus vexaris, cum ipse dixerit: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Qui laboratis superbia, venite ad cauernam humilitatis meæ, & ibi requiem inuenietis inflatione deposita; qui cupiditate diuitiarum onerati estis, venite ad cauernam paupertatis meæ, & ibi vos reficiam exonerando onus quod portatis, qui carnis illecebras sequimini; venite ad cauernas vulnerum meorum, & ibi discetis carnem domare, & ab illicitis voluptatibus abstinere.

C Quod si desideratis in omnibus virtutibus magnos progressus facere, ad hæc foramina petræ, ad has cauernas maceriæ confugite, & in eis voti compotes eritis, quia vulnera mea, & virtutes, quæ in eis splendent, vestra hæc desideria satiabunt. *Audite me*, ait Isaias *qui sequimini quod iustum est, & quæritis Dominum. Attendite ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam laci, de qua præcisi estis.* (Isai. 51. v. 1.) Quem locum Diuus Hieronymus & alij, de Christo Domino interpretantur, qui petra dicitur in tempore passionis grauiter perforata, & excauata spinis, clauis, & lancea. Cui expositioni fauet versio Septuaginta, quæ sic habet: *Inspicite in solidam petram, quam excidistis & in foueam laci, quam fodistis.* Propter peccata enim nostra Iudæi petram hanc clauis exciderunt, & lancea foueam lateris foderunt, & in sepulchri D fouea collocarunt; vnde resurgens multos filios genuit, qui ab illo præcisi dicuntur, vt tanquam viui lapides in Ecclesiæ fabrica constituantur. Quicunque igitur sequimini quod iustum, & sanctum est, & quicunque quæritis Dominum, illumque optatis inuenire, attendite ad hanc petram perforatam, ad cauernam in ea fossam. Considerate cuncta, quæ CHRISTVS Deus & homo pro vobis fecit, & passus est. Vnde fiet, vt quod iustum est semper sequamini.

(De vocatione ad religionem.) Hoc quod dicit Isaias, dixerat prius sponsus, inuitans animam amicam, & speciosam, quæ toto ex corde quærit, & sequitur quod iustum est, vt surgat, & veniat, sitque instar columbæ in foraminibus petræ, & cauerna maceriæ. Quæ verba non incongrue aptare possumus ei quem

Christus

inuitat, vt ad strictiorem perfectionis em... m sectandam, & ad sublimiorem religi... num assumendum ascendat. Ac si dicat: ...seculo, fuge vt columba ad foramina ...& ad cauernam maceriæ, quæ extra ipsum ... Fuge ad religiosa claustra, ingredere per ...portam, & per arcta propriæ abnega... ...tranima, morare in secreto vitæ religio... ...gradus huius cœlestis scalæ, cu... ...pertingit cœlum. Reclina velut Iob ...super petram, qui est CHRISTVS; ...vulneribus crucifixi, habita in spelun... ...nis, in quibus ipse moratus est, has ...foramina per cognitionem & affe... ...caua, in his iugiter versare, vt de ...dum virtutis ascendens ad fastigi... ...nias perfectionis, gratias agens Deo, ...ndit te in tabernaculo suo, in die ma... ...orexit te, & in petra exaltauit te; ma... ...e replebit lætitia, quoniam si his as... ...meditationibus, per vulnerum Christi ...uges mel de petra, oleumque de saxo ...imo, & fontem aquæ viuæ inuenies, quæ ...concupiscentiæ extinguat, satiet sitim, ...m refrigeret, & in vitam æternam salire ...at.

De cœlestibus mansionibus, & Scriptura arcanis.

§. 4.

Adhuc ad altiorem volatum inuitatur spon... sa sub metaphora columbæ: *In foraminibus* ...*tra, & in cauerna maceriæ.* Nempe ad duos alios ...templationis modos, valde præcellentes, ...innuar Diuus Bernardus, alterum de fœli... ...te & gloria ciuitatis supernæ; alterum de ...gis ipsius maiestate, & æternitate, vnaque in ...ibus personis diuinitatis essentia; illa in ma... ...eria, ista in petra; in hac difficilius cauatur, sed ...ulcius est, quod inuenitur. Sed ad hoc quis ...oneus? Nempe ille qui dixit: *In principio erat* ...*erbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Ver*...*bum.* Quis mihi daret pennas sicut columbæ, ...t volarem ad foramina petræ, quæ ille nobis excauauit: vt scilicet contemplarer in vna pe... ...tra ...idissima Deitatis tres personas sibi coæter... ...nas, & coæquales. Patrem à quo est Verbum, ...Spiritum, qui ab vtroque procedit. Moy... ...m quidem posuit DEVS, vt eum videret in ...amine petræ, non in foraminibus, quia tunc ...ostendit ei personarum Trinitatem, ea... ...processiones, sed eas perfectiones, ...DEI vnitatem spectabant. At modo ...amur ad foramina petræ intuenda, quia o... ...us palam reuelatio tanti mysterij facta est, ...triplici vocabulo inuitatur, & triplici co... ...omine insignitur sponsa (vt supra perpendi... ...cum ei dicitur, surge, propera, & ve... ...nica, speciosa, & columba, vt exinde et... ...n ad quam contemplationem eueheretur, in... ...aret.

Ser. beati... oc. Sed ...la nobis facilior qua inuitamur surgere ...undo visibili, & spiritu ascendere, & veni... ...n cœlestem Ierusalem ad foramina, & cauer... ...as, quas vacuas reliquerunt apostatæ Ange... *Psalm. 109. v. 6.* li vt iuxta Psalmistæ vaticinium impleantur ruinæ istæ, & iusti commorentur in domicilijs, quibus superbi dæmones fuerunt indigni: & licet iam ex parte innumerus Sanctorum chorus, illas impleuerint ruinas, adhuc multæ nobis inexpletæ supersunt, multique sunt gloriæ gradus inter Angelicas hierarchias, ad quos multi iustorum peruenient. Nam *in domo Patris mei*, inquit Christus, *mansiones multæ sunt*, pro diuersitate meritorum inter iustos distribuendæ, *Ioan. 14. v. 2.* quas nobis ipse promeruit, vt ex foraminibus & cauernis vulnerum eius ad cœlestia domicilia inhabitanda ascendamus. Vulnera enim & ascendendi præstant fiduciam, & tanti præmij exhibent pretium. Quibusdam parata sunt foramina parua, alijs ampla cauernæ, quia *Alia est claritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas stellarum: & stella enim differt à stella in claritate, sic erit & resurrectio mortuorum.* *1. Cor. 15. v. 41.* Iuxta diuersos ergo meritorum gradus præparantur diuersa præmiorum loca, & singula oportet contemplari, vt alacrius ad laborandum surgas, quia ad magna præmia peruenire non potes, nisi per magnos labores. Summa autem infœlicitas est, summopereque timenda locum habere in cœlis præparatum, & tamen ob tuam desidiam illum amittere, & quasi vacuum relinquere. Quid enim hoc est, nisi teipsum potius inanem, & vacuum, summoque gaudio priuatum, in æternum constituere.

De apostata Angelo sub figura regis Tyri dixerat Ezechiel: *Aurum opus decoris tui, & foramina tua in die qua conditus es, præparata sunt.* *Ezech. 28. v. 13.* Quia sicut in opere aureo, quædam foramina fiunt, & præparantur, in quibus pretiosæ gemmæ collocentur; sic in Angelis & hominibus, quæ Dei aurea sunt opera, inueniuntur foramina, & quasi concauitates, seu capacitates ad gemmas virtutum supernaturalium recipiendas, quibus pretiosiores succedent gemmæ fœlicitatis æternæ, quæ tamen foramina in te perpetuo vacua manebunt, si Deo vocanti restitesis; & ideo bis & sæpius vocaris, vt ea expleas.

De sacra Scriptura. Sed quoniam cuncta hæc mysteria, quæ contemplanda proponuntur, in sacra Scriptura continentur, eam etiam sponsus petram & maceriam hic vocat, in qua mansionem, refugium & nidum piæ columbæ reperiunt. Nidus autem iste multoties non est in superficie & cortice literæ, sed in foraminibus & cauernis, quæ intus latent, & obscura sunt, nisi diuino lumine clarescant. Foramina sunt mysteria, veritates, vel sensus fidei subtiliores, quæ non nisi sapientibus patent: cauernæ vero seliquæ veritates, quæ omnibus proponuntur credendæ; sicut superius de cancellis & fenestris diximus. *In Exhort. 11. §. 6.* Vnde quæ ad vetus Testamentum spectant, foramina dicuntur, quatenus obscuriora sunt, & sub figurarum tegumentis Christum annunciant; quæ vero ad nouum, sunt velut cauernæ, quia distinctius & clarius Christum manifestant. Et sicut maceries est velut murus vineæ ad custodiendum illam; sic sacra Scriptura instar muri nos circumdat, & protegit. Sed ne intelligamus debilem esse murum, qualis solet esse maceries, simul nominatur petra, quæ fortissima est ad protegendum.

Ad hæc igitur vocatur anima, vt surgat, scrutetur, & penetret arcana Scripturæ, mysteria tam subtiliora, quam patentiora, quia in ipsis vitam, salutem, & contra diaboli incursus prote-

protectionem inueniet. Nec mirum quod eadem Scriptura comparetur riuis aquarum, iuxta quas columbæ commorantur, & foraminibus, ac cauernis, ad quas euolant, quia tot sunt diuinæ Scripturæ commoda, vt vna metaphora nequeant exhauriri.

Quomodo iungenda sit hæc contemplatio operibus vitæ actiuæ.

§. 5.

SEd quorsum rogo tot foramina, & maceriæ ostenduntur sponsæ? Cur domo exire, & ad illa venire inuitatur? Aderat quidem domi, cum post parietem stantem sponsum vidit, & [illegible] dicentem audiuit, vt surgat, exeat foras, veniat in agrum, & vineam ad laborandum, & exercendum varia opera vitæ actiuæ, maxime ad lucrandas animas, & curam gerendam proximorum: B cunctabatur, & exire timebat ex duplici capite. Primo ex propriæ quietis amore, & ex dulcedine contemplationis, quam experta erat, cum dixit: *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Secundo, ex timore proprij periculi propter tentationes dæmonum, hominumque persecutiones, & falsorum fratrum insidias. Ne ergo his de causis venire repugnet, post primam vocationem addit secundam, dicens: *Surge amica mea, speciosa mea, & veni, columba mea in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ*; Id est, veni in agrum, exi in vineas, nihil timeas, nihil pauescas, nihil minus quietis habebis, ecce in agro & in vinea sunt multa foramina petræ, multæ cauernæ maceriæ, in quibus poteris interdum te abscondere, & quiescere, contemplatione frui, & a periculis & insidijs liberari; *Veni in tegmine petræ iuxta promurale.* Exi a ciuitate, & veni in tegmina quæ sunt cauata in petris iuxta antemuralia; ita enim te volo proximis attendere, vt etiam attendas tibi; ita debes curare alios, vt teipsam non negligas; ita actioni insistas, vt contemplationem non omittas. Ager sit ad laborandum, foramina petræ ad quiescendum, vinea sit ad operandum, cauerna maceriæ erit ad te protegendum. Adsunt Angelorum præsidia, quæ vineam circumdant, vt custodiant, ad quæ tanquam ad cauernam maceriæ confugere poteris, quorum auxilio tuta eris, dummodo quos habes custodes, sequaris duces; imiteris magistros, & illis similis esse studeas, a quibus te circumdari vides, qui ita contemplationi vacant, vt tamen ab actione & officio custodiendi non desistant.

Hæc expositio est Cassiodori, Bedæ, Diui Bernar. de Angelis custodibus interpretantium.

Hæc est vocationis forma, & norma viuendi, quam cœlestis sponsus tradit Ecclesiæ, ex ea maxime parte qua prælatos & euangelicos operarios comprehendit, vt omnes certo sciant, nec Deo gratum, nec sibi fore proficuum, si semper domi, aut semper sint in agro; sed oportere illos ita ad laborandum in agro prodire, vt tamen certis temporibus maneant in foraminibus petræ, & in cauernis maceriæ, incumbentes contemplationi præscriptis modis, vt illis aptetur, quod dixit Isaias: *Qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas?* quia aliquando vt nubes pluuia prædicationis corda hominum rigant; interdum vero vt columbæ ad foramina, vt se tueantur, volant, sicut supra perpensum est.

Isai. 60. v. 8.

In exhort. 14.

Et iuxta hunc sensum [illegible] positio eorum qui docebant [illegible] *lumba mea in foraminibus petra, & in cauerna maceriæ*, locum designari [illegible] euocatur, vt surgat, & veniat in agrum [illegible] diceretur ei: Ne sis, o vnica mea, velut columba mea domestica, & cicur, quæ solis foraminibus, & nidulis columbarij delectatur [illegible] intra illud grana, quibus nutriatur, quærit [illegible] tius, postquam iam in virtutibus profe[illegible] velut columba agrestis, quæ per ag[illegible] cibum quærit, nimbo tamen vigente, [illegible] bus ad foramina sua properat, sic & t[illegible] grum huius mundi vola, quærens c[illegible] go libenter vescebar, faciens volun[illegible] tris, & perficiens opus salutis ho[illegible] tempus constitutum reuertere ad foramina petræ, intra in cubicula tua; vaca contemplationis dulcedini, vt requiescas, & ego tem[illegible] bique tecum ero, siue dum laboras in a[illegible] dum quiescis in cubiculo, quia ego [illegible] *ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem sæculi.* Mecum autem secura eris & hilaris in foramine petræ; sine me autem [illegible] hil vtrobique efficies, quia sine me nihil p[illegible] facere.

De meditatione & obseruantia præceptorum.

§. 6.

EX his deducitur vltima, nec contemnenda expositio foraminum petræ, & cauernæ maceriæ, ad quæ sponsa inuitatur, vt in ipsis maneat. Intelligendo per petram, legem ipsam C Dei, cuius decem potissima præcepta, quæ decalogi dicuntur, in petra digito Dei exarata sunt: ipsa vero præcepta sunt velut foramina in hac fortissima petra excauata ad protegendum iustos, qui illa obseruant: mandata enim diuina custodiunt eos qui custodiunt illa; nam legislator ipse Deus custodit illos. Vnde hac de causa lex etiam vocatur maceria, quia circumdat & protegit vineam animæ: cuius etiam tot sunt cauernæ, quot præcepta, sed dicuntur in singulari cauerna, quia omnia reducuntur ad vnum amplum & latum præceptum amoris, quod reliqua comprehendit, & respectu aliorum cauerna, seu foramen magnum & amplum vocatur propter latitudinem cordis, lætitiam & delectationem, quam præstat: amantibus enim nihil est difficile, nihil arctum. Cætera D præcepta apte vocantur foramina, quoniam coniunctam habent maximam sui abnegationem, & mortificationem carnis; ideoque vocantur angusta porta, & arcta via, quæ ducit ad vitam. Cum autem præualet amor, dilatatur via, & ipsamet abnegatio fit suauis.

Inuitatur igitur anima, vt instar mansuetæ, & simplicis columbæ veniat ad hæc foramina, & præcepta legis, in ipsisque moretur, tum per iugem meditationem eorum, tum per continuam obseruantiam: beatus enim prædicatur vir, qui non abijt in concilio impiorum, sed *in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.* Psal. 1. v. 2. Quotiescunque autem imbres tentationum vigent, aut insidiæ accipitrum, dæmoniorum scilicet te insequentium, fugere debes ad hæc foramina: nam memoria

diuini

…untas Dei, qnam implere A …e. Hæc enim est fortissima illa … homo sapiens ædificat domũ … in … pluuia, flumina, & venti ir… … non demoliti sunt eam, … ndata … per firmam petram.

… nsonat alia intelligentia ho… verb…rum, vt denotent viam per quam … sa ve… debeat ad Christum, & ad regnũ … nimirum per hæc foramina petræ, & per … cauernam maceriæ, iuxta illud: *Intrate per …am portam, quoniam angusta porta & arcta est … qua ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inueniunt …* Et rursus: *Contendite intrare per angustam por… quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non pa…t.* Et denique: *Si vis ad vitam ingredi, serua …ta.* Et hoc ipsum etiam docuit Christus, … tasset omnes qui laborabant, & onera- B …t, vt venirent ad ipsum, viam & modum … endi ostendens, dixit: *Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* … umilis etiam obedientia & subiectio ad legem, ad ipsius Christi imitationem, via est tendendi ad Christum. Ad hæc igitur exhortatur, … um ait: *Surge, amica mea, & veni;* subaudi ad meipsum: quod si scire vis, quæ via venire debes, esto vt *Columba in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ.* Nam volans ad obseruantiam præce…tum, & in ijs iugiter commorans, mihi co…mba grata eris, & ad me peruenies: commendauerat hoc Moyses, cum dixit: *Erunt verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo:* Meditaberis … eis sedens in domo tua, & ambulans in itinere dormiens, atq; consurgens.

Notanter autem prius meminit foraminum C petræ, quæ sunt angustiora quam cauernæ ma…eriæ, quæ latior est; quoniam obseruatio præ…ptorum in principio est difficilior. abnegatio…e ac mortificatio est carni molestior, sed vsu … exercitatione fit facilior & suauior. Et licet …æceptum dilectionis dicatur primum, & au… … a narretur à Moyse, tamen perfectio dile…onis, quæ dilatationem & cordis & animi le… …m parit, post ingressum per stricta foramina …negationum obtinetur.

Quamuis ergo plures contemplationis mo… tradiderimus, hic vltimus præferendus vi…etur, tanquam aliorum fructus, & via etiam ad ob…nendum illos. Ad hoc enim meditamur …teria fidei, vt legem obseruemus: quod si le… …em obseruauerimus, profundam illorum me- D …tationem & contemplationem obtinebimus, …uxta illud: *Fili, concupiscens sapientiam conserua iustitiam,* aut serua mandata, *& Dominus dabit illam tibi.* Et rursus: *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi Deus, ea cogita semper.* Nam si hæc cogitaueris, & opere compleueris, ad altiora scrutanda eleuaberis, præstante Domino nostro IESV Christo, cui sit honor & gloria in secula seculorum. Amen.

EXHORTATIO XXVI.

De fide sub velamine legis veteris, vel sub triplici velo, ignorantiæ, malitiæ, & erubescentiæ: & quomodo sit auferendum: ac de triplici modo conuertendi faciem suam ad Deum.

Columba mea in foraminibus petræ & in cauerna maceriæ, ostende mihi faciem tuam.

ADEST amantissimi sponsi longiusculæ locutionis dignus epilogus. Quidquid enim à sponsa petierat, hac duplici sententia concludit: *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis;* & vtriusque petitionis causam reddens, ait; *Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.* Sed quid est, ô dilecte, quod à tua dilecta exigis? nunquid non sæpius decoram faciem eius vidisti; cum dixisti ei; pulchra es amica mea, pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis, & oculi tui columbarum? Nunquid non vocem eius audisti, quæ crebro tibi locuta est, cum dixit, osculetur me osculo oris sui, trahe me post te: pulcher es dilecte mi? cur ergo rursus petis, vt faciem suam tibi ostendat, & vocem eius iterũ audire desideras? Sed ardenter se amantium hoc est, vt nunquam mutuo conspectu, & colloquio satientur, sed semper se amplius & conspicere, & alloqui concupiscant. At hoc aduertas oportet, quod velis nolis, DEVS semper videt faciem tuam, & omnia occultissima cordis tui, siue facies sit pulchra, siue fœda; cum scriptum sit: *In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos.* Cum ergo à te postulat, vt ostendas illi faciem, id tantum exigit, vt talem coram ipso eam exhibeas, quæ digna sit vt ab ipso conspiciatur, de eiusque conspectu lætetur. Prouer. 15. v. 3.

Vnde sententia ista triplici modo connecti potest præcedenti, iuxta triplicem eius sensum supra relatum. Primò, vt sensus sit; veni ad foramina petræ, & cauernam maceriæ mysteriorũ meorum contemplationi vacans. Quod autem ibi te agere volo, est, vt ostendas mihi faciem tuam, & sonet vox tua in auribus meis. Secundo, iuxta sensum secundum; Surge, & veni ad me, transiens per foramina petræ, & cauernam maceriæ, in ipso tamen itinere veniens mecum ostendes faciem tuam, & sonabit vox tua in auribus meis, mutuo nos aspicientes, & colloquentes. Tertio autem locum indicans vbi erat inclusa, vt nec facies eius videri, nec vox audiri posset, sic ait, ô amica, quæ latitas in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ, exi ab hoc latibulo, ostende mihi faciem tuam, quam videre desidero, & loquere mihi, quia vocem tuam audire cupio. Solent autem homines se abscondere in latebris, vel ex confusione, & pudore de propria fœditate, seu de aliquo malefacto; quomodo Adam, & vxor eius post peccatũ absconderunt se à facie Domini in medio paradisi, eo quod nudi essent: vel ex pusillanimitate & timore, cũ quæruntur à persecutoribus, & tyrannis, seu timent in publicum exire, ne aliquam igno- Genes. 3. v. 8.

ignominiam, vel tortionem patiantur: vt randem ex humilitate, cum ad honores quæruntur, quo non se indignos æstimant. Quomodo Saul cum paruulus esset in oculis suis & quæreretur ad assumendum sceptrum; domi se abscondit. Licebit autem cogitare animam abscondentem se, in foraminibus petræ, & in cauernis maceriæ, ex hac triplici causa, euocariq; à Deo, vt exeat, & faciem suam ei ostendat. Nunc quæ sit ista facies explicandum est.

1. Reg. 10. v. 22.

De velamine legis veteris auferendo per fidem Christi explicitam.

§. 1.

Et in primis plures patres faciem animæ fidem eius interpretantur. Nam sicut vnus homo per faciem cognoscitur, & secernitur ab alio, sic per fidem Ecclesia Christi cognoscitur, & ab alijs congregationibus separatur. Huiusmodi autem faciem velamine tectam habebat antiqua Ecclesia, quia fidem Christi multis figuris, ritibus, ac sacrificijs obumbratam retinebat. In cuius signum cum filij Israel, sicut Diuus Paulus perpendit, non possent intendere in faciem Moysi propter splendorē vultus eius, ipse Moyses ponebat velamen super faciem suam: ad significandum quod populus ille Hebræus nō erat capax fidei sans explicitæ, & apertæ eorum quæ ad Christum spectabant; nempe natiuitatis eius in vili stabolo, vitæ pauperrimæ, ac mortis ignominiosæ; sed cuncta hæc intuebantur velamine quodam vmbrarum, & figurarū, quod ante faciem suam habebant. Imo vsque in hodiernum diem (ait Apostolus) cum legitur Moyses velamen istud positum est super cor eorum.

D. Gregor. Bern. Cassiod. Beda. Anselm. Orig.

Exod 14. v. 33.

2. Cor. 3. v. 8. & 13.

Hoc autem velamen ablatum est per Christi aduentum, & eius prædicationem; vnde fides mansit clara, & aperta, cuncta deregens quæ de ipso erant obscure antea reuelata. Ideoq; subdit Paulus: *Nos autem reuelata facie* (id est ablato faciei velamine) *gloriam Domini speculantes, in eandē imaginem transformamur à claritate in claritatem.* Cum igitur intueretur Dominus antiquæ Ecclesiæ faciem hoc velamine opertam, dixit illi: *Ostende mihi faciem tuam*; Id est, aufer velamen istud à tua facie; opto enim fidem tuam ab his vmbris, & velis denudari, vt reuelata facie, & distincta fide aduentum meum, eo modo quo factus, & annunciatus est, credas, confitearis, & recipias. Non ergo petit, vt fidem relinquat, sed mutet implicitam in explicitam, veterem in euangelicam, obscuram in clariorem. Idque vsq; nunc petit à Iudæis, vt conuertantur ad verum Messiam, qui iam venit, nec alium expectent. Nam vt dicit idem Apostolus: *Cum Israel conuersus fuerit ad Dominum, auferetur velamen.* Imo ablatio voluntaria velaminis certū signum est ipsius conuersionis. Sed quoniam ægre fert hoc velamen auferre, & vmbras suas delerere, instat spōsus vt faciem nudam illi ostendat. Petit (inquit Origenes) quod faciem ostendat, vt videat, an ipsa aliquid iam habeat antiqui velaminis, vt scilicet eam perficiat; instar pictoris suam perficientis picturam in eo quod in illa conspexerit imperfectum.

2. Cor. 3. v. 18.

2. Cor. 3. v. 16.

Hom. 4. ex quatuor.

Hoc velamen describitur etiam iuxta quo- A rundam interpretationem per hoc quod dicitur *Columba mea in foraminibus petræ, & in cauernis maceriæ.* Erat quidem antiqua lex, petra propter præceptorum moralium soliditatem, sed maceria propter infirmitatem ceremonialium & iudicialium rituum, ac sacrificiorum, quæ Christum abroganda erant. In his commorabatur antiqua Synagoga, quibus valde addicta erat, iuxta illud Pauli: *Nos cum essemus paruuli, sub elementis huius mundi eramus seruientes.* Vbi elementa mundi vocat, sicut D. Thomas interpretatur, corporalium rerum ritus, quos seruabant, per quos tanquam paruuli manu ducebantur ad perfectiorē Christi scientiam habendam: *At vbi plenitudo venit temporis, misit Deus filium suum factū ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret:* non solum à peccatis, sed etiam a serui- B tute, & ceremonijs illius legis, & ab onere maledictione ipsius: manifestans etiam ea quæ in elementis illis continebantur. Sed Synagoga adeo tenaciter hæc elementa amabat, sub illis seruire satagebat, vt etiam pars Ecclesiæ ex Hebræis collecta post aduentum Spiritus simul cum fide Christi; Musaicas ceremonias obseruare vellet, & sub illis adhuc se occultare ac protegere, quasi locus sibi essent alicui refugij: propter hæc igitur sponsus Christus illam alloquens ait: Columba mea, quamdiu lates sub foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ? prodi foras, ostende mihi columbinam faciem tuam, simplicem & sinceram prout eam recepisti in baptismo, vbi Spiritus S. qui in columbæ specie apparuit, tibi datus est. Sonet vox tua columbina in auribus meis, vt quod corde retines, C etiam ore profitearis.

Ad Gal. 4.

De triplici velamine ignorantiæ, malitiæ, & erubescentiæ auferendo.

§. 2.

Sed iam ad fidem nostram deueniamus postquam Christus Dominus venit, & explicemus illam, quam tamen triplici velo conιectam esse contingit: in quibusdam enim, maxime rusticanis hominibus operta est velo ignorantiæ, dum solum credunt in cōfuso, vt in communi quod Ecclesia docet & proponit, vbi cętera implicite comprehenduntur; vix autē explicitum conceptum formant mysteriorū fidei, Trinitatis, Incarnationis, Eucharistiæ, & aliorum quę difficiliora sunt, ad quæ tamē explicite credenda omnes nunc tenentur, vt egregie probat D. Tho- D mas. Sed quia rara est hæc ignorantia speculatiua, frequentior vero est alia practica, seu affectiua, illam omittamus; hanc vero explicemus quæ in peccatoribus viget habētibus fidem velamine malitiæ opertam, peccatisque obumbratam ac detruncatam, de quibus dixit Apostolus: *Reuelatur ira Dei de cælo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniustitia detinent*; id est, contra eos qui veritatem Dei cognitionē sine lumine rationis naturalis, siue lumine fidei habitam, detinent captiuam, vinctam, opertam & multitudine scelerū suorum deformatam. Non mirum est (inquit Origenes) quod Moyses qui faciem habebat splendentem, velamine tamen tectam, manus haberet leprosas, quia lex eius virtutem operandi nō conferebat, & ne-

Ad Rom. 1. v. 18.

Homil. 12. in Exod.

& neminem ad perfectum adduxit lex; ideoque in ea multi erant spiritualiter leprosi; at mirandum est valde, mirum & horrendum, quod ille qui fidem habet Euangelicam Mosaicum ablato velamine, adhuc manus retineat peccatorum multitudine, ac varietate leprosas, apponens faciei suæ crassum velamen amoris proprij, & carnalis concupiscentiæ, ac obstinatæ malitiæ, vnde fit vt nec superata videat, nec credenda, vt oportet, contemplari valeat.

Quid ergo ait cælestis sponsus fideli animæ? *Ostende mihi faciem tuam.* Id est, aufer velamen ignorantiæ, vel malitiæ, quo operta est facies tua, & velata tua fides. Ostende mihi fidem tuam cum ea pulchritudine, & puritate quam ea me habet; exere fidem quæ per dilectionem operatur, nec amplius eam tam turpi velamine opertam retineas. Merito autem hæc dicit sponsus, quia nemo vt decet, fidem ostendit nisi per operationes congruentia. Vt eleganter docet Diuus Iacobus contra eos qui de inani fide sine operibus gloriabantur. *Quid (inquit) proderit fratres mei si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? numquid poterit fides saluare eum? sed dicet quis tu fidem habes, & ego opera habeo, ostende mihi fidem tuam sine operibus, & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam.* Id est, non ostendis fidem tuam testimonio conuenienti si operibus cares, quis enim credet tibi dicenti habere fidem, si quod verbis dicis, operibus contradicis? si quod verba manifestant, occultant opera? ego vero fidem meam ostendam ea operibus, quæ per illam efficio. Et verum testimonium illius reddunt, & sine velo aliquo illā eahibent expectandam. Quamuis ergo Deus intueatur cor, & sciat peccatricem animam, quæ intra Ecclesiam est, veram habere fidem, vult tamen illam suæ veræ fidei testimonium per bona opera vbique reddere, & ideo ait: *Ostende mihi faciem tuam.* Vt ego etiam ea operibus illam videam. *Nam facies tua decora:* tunc autem est decora facies, quando fides operibus est sociata. Nam cum fides sine operibus mortua sit, vt idem Apostolus testatur, quomodo sine illis poterit esse decora? corpus enim mortuum, etsi verum corpus sit, fœdum tamen est, & horridum. Quia caret anima viuificante, & cadaueris forma quæ ad corruptionem tendit, informatur: ita fides etsi vera sit, & secundum id quod ea Deo habet, sit etiam perfecta, mortua tamen dicitur, & fœdata, quando caret vita gratiæ, & charitatis, & conta est turpissima peccati figura, quæ ad corruptionem tendit, & in mortem sempiternam.

Sed quia peccatum lethiferum non solum est quo fides sit mortua, sed etiam est eius feralum, intra quod quasi sepulta latet, possemus etiam huic animæ accommodare quod dicitur, *Columba mea in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ, ostende mihi faciem tuam.* Foramina petræ vocat, non quæ fecit Deus in lege sua, vt in illis se abscondèrent, & tuerentur, sed quæ fecit diabolus vt legem infringeret; etsi posset, euerteret: nempe ea statuta, quæ mundus tanquam leges obseruat, ad suum honorem, & diuitias tuendas, vel falsæ interpretationes, quæ instar Pharisæorum, legi adhibent, vt in suum commodum legem pertrahant: sicut enim diabolus incitans Israelitas ad adorationem vituli, causa fuit, quod Moyses confringeret lapideas tabulas, vbi lex Domini scripta erat; ita modo infringere conatur legem Dei perforando multipliciter illam; suadet enim propriam vindictam, inimicos esse odio habendos, regibus tu omnibus etiam alias prohibitis esse parendum; & alia huiusmodi, quæ etiam cauernæ maceriæ appellantur, quia ea hominum male compactis iudicijs confingunt. In his autem foraminibus, & cauernis non delitescunt, nisi serpentes & reguli, ac lacerti, nempe superbi, auari, & scelesti homines. Quos autem Deus elegit, vt columbæ sint, ab his foraminibus & cauernis eaire monet, & ne in illis maneant, exhortatur; rogans vt extra latebras illas prudentes ostendant illi faciem suam lotam & pulchram, qualem columbam habere decet.

Exod. 32. v. 19.

Isa. 11. v. 8.

Nec enim mysterio caret, vt Cassiodorus notat, pronomen *Tuam*, cum ait, *ostende mihi faciem tuam.* Non alienam, id est faciem quam Deus præbuit in creatione quando facta est ad imaginem, & similitudinem Dei, in baptismo, quando regenerata est ea aqua & Spiritu sancto. Facies enim ista est venusta, & decora, estque propria facies animæ secundum quam Nazarei sunt candidiores niue, nitidiores lacte, rubicondiores ebore antiquo, & saphiro pulchriores: at per peccatum, *Denigrata est facies eorum super carbones, & non sunt agniti in plateis.* Commutauerunt propriam faciem in alienam, sumpserunt faciem a diabolo sibi impressam carbonibus nigriorem, adeo vt non agnoscerentur fuisse Nazaræos. Quid igitur est, *Ostende mihi faciem tuam?* nisi laua conscientiam, cor tuum purifica, dealba animam, restitue illi faciem propriam, videam in te faciem quam tibi dedi, non quam vetus Adam, vel tentator diabolus impressit.

Thren. 4. v. 7

Sed superest tertium velamen quorumdam faciem & fidem male tegens, nempe velamen erubescentiæ, verecundiæ mundanæ, dum erubescunt, vel profiteri fidem Christi, vel eius passionem, & ignominias imitari, & opera ab communi persicere, timentes hominum opprobria, & irrisiones. De quibus Saluator dixit: *Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua.* Hæc autem erubescentia maxime apparet in facie, sicut & pallor qui effectus est timoris. Vnde huiusmodi timidi & erubescentes in latebras quærunt in foraminibus petræ, & in cauernis maceriæ delitescunt, ibique occulte operantur bonum, non audentes manifeste coram hominibus illud operari, maxime ingruentibus persecutionibus tyrannorum, improrum calumniis, quibus non audent resistere.

Luc. 9. v. 26. Marc. 8. v. 38. In lib. 3. Exhort. 12. D. bona erubescentia dictum est.

Qui autem fortes sunt, & magnanimi, in ipsa facie, sui roboris, & constantiæ signa ostendunt, non cedendo tribulationibus, nec quærendo latebras, aut terga vertendo, sed potius faciem; quod Hispani dicimus; *Hazer rostro al enemigo, y bazer rostro altra baza.* Qua phrasi vtitur scriptura cum reges sibi viriliter occurrebant, & vnus alterum audacter aggrediebatur. Vt est illud, *Veni, videamus nos mutuo.* Vbi iuxta Hebræum est, *videamus nos faciebus.* Sed clarius Isaias redemptoris nomine ait: *Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me, Dominus Deus auxiliator meus,*

Isa. 50. v. 6.

ideo non sum confusus. Posui faciem meam vt petram durissimam, & scio quoniam non confundar. Hoc igitur est quod à sua sponsa petit Christus Dominus, cum ait, Ostende mihi faciem tuam. Id est cur velo erubescentiæ opertum vultum habes? cur confusio operuit faciem tuam? cur latebras quæris, & in foraminibus, ac cauernis moraris? ostende mihi nudam faciem, vigorem, & robur tuum? ve propter me non erubescas ignominias, non minas paueseas, non timeas persecutiones, sed ad hæc omnia faciem robustam ostendito. Tet hoc (inquit Diuus Ambrosius) quod ait, Ostende mihi faciem tuam. Hortatur ad confidentiam, vt non erubescat crucem Christi, nec eius signaculum. Decora facies quæ non erubescit auctorem, non confunditur redemptore. Ostendit ergo faciem signaculum crucis præferens, insinuat vocem suam authoritatem prædicationis assumens. Sed de prædicatione postea: aufer ergo vtiliter à facie tua hæc tria velamina, ignorantiæ, malitiæ, & erubescentiæ; & manebit facies tua decora, vt coram Deo possit apparere, illamque sine confusione possis ei ostendere.

Lib de Isa. & anima c. 4. Serm 6. in Psal. 118.

De triplici modo conuertendi faciem ad Deum.

§. 3.

Ex his deducere possumus triplicem alium sensum huius sententiæ, Ostende mihi faciem tuam. Peccator enim faciem id est meorem, vel animam habet auersam à Deo, & conuersam ad creaturam, vel ad seipsum; cum bonum commutabile Deo præfert, & sibi ante oculos ponit; ipsum vero Deum incommutabile bonum, quasi post tergum & retro relinquit: de quo valde conqueritur per Ieremiam dicens: Verterunt ad me tergum, & non faciem. Et rursus, verterunt ad me terga, & non facies, cum docerem eos diluculo, & erudirem. Quid ergo est dicere, ostende mihi faciem tuam? nisi conuerte ad me faciem tuam, quam à me auersam habes. Auerte illam à terrenis rebus, & mundanis, quas plus quam me amabas, vt deinceps tu me respicias, & ego respiciam te, atque inter nos non sit vlla auersio, sed mutuus aspectus, & grata amicitia. Vnde & inferius in hoc Cantico ei quasi et dicitur; Reuertere, reuertere Sulamitis (vel Sunamitis) reuertere, reuertere vt intueamur te. Id est: ô anima quæ conuersa es ad seculi delitias per concupiscentiam carnis, & ad diuitias per concupiscentiam oculorum, ad mundi honores per superbiam vitæ, ac denique ad teipsam per inordinatum tui amorem; propter quæ vere es Sunamitis spoliata, & captiuata; reuertere ab his omnibus, conuerte faciem tuam ad nos, vt intueamur te, sisque nostræ amicitiæ particeps, ac fias vera Sulamitis, id est pacifica dum nobis es reconciliata. Hæc sponsus numero plurali vtens authoritatis ergo; vel quia tres diuinæ personæ hanc reuersionem exigunt. Sed quia vnus est Deus, idcirco hic in singulari ait: Ostende mihi faciem tuam. Vt scilicet inspiciam si adhuc in te remansit aliquid veteris Adami, si retines aliquid quod pertineat ad principem huius mundi, de quo te possit arguere: tunc enim facies tua erit decora cum ab his fuerit denudata. Ideo autem præcipio quod illam ad me conuertas, vt pulchra

Ier 2. v. 27. & c. 32. v. 33.

fiat, nam tunc pulchra fit, cum ad me conuertitur. Quod si nolueris ostendere mihi faciem tuam, ego etiam in æternum non ostendam tibi faciem meam. Dorsum (inquit) & non faciem ostendam eis in die perditionis eorum, quoniam non est dignus de coram Dei faciem conspicere, qui noluit faciem suam ad ipsum conuertere.

Ier 18. v. 17.

Ad hoc etiam spectat aliud quod Deus exigere videtur, cum ait: Ostende mihi faciem tuam. Nam facies animæ, qua Deum in suis operibus respicit; est intentio finis, quem sibi præscribit. Ex qua, vt inquit Diuus Bernardus, rectitudo operis, sicut ex facie pulchritudo corporis æstimatur: & per hanc etiam bonum à malo secernitur, & eius bonitas, aut malitia potissime apud Deum manifestatur. Hæc autem facies multoties conuertitur ad creaturas relicto creatore. Superbi enim, elati, ambitiosi, hypocritæ, & inanis gloriæ cupidi faciem suam semper vertunt ad homines, quibus placere student, cuncta enim opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus, auari autem, & mercenarij, ac lucri appetitores faciem suam vertunt ad proprium commodum, & ad eos, à quibus lucrum expectant, deliciosi autem, & carnales faciem vertunt ad delectabilia tactus, & gustus, & ad seipsos, quia propriam in omnibus expetunt voluptatem. Huiusmodi autem facies non decora, sed turpis est, totumque hominem deturpat, dum turpibus rebus per illam inhæret, tunc autem fit decora, cum ad Deum vertitur, & versus illum respicit, cui soli placere desiderat. Et ideo ait: Ostende mihi faciem tuam. Mihi, inquam, non hominibus, non alijs creaturis, sed mihi soli, quia mihi, & propter me placere debes. Væ autem tibi si hominibus faciem tuam ostendas, vt illis placeas: Nam confundit Deus ossa eorum, qui hominibus placent & si hominibus placerem, inquit Apostolus, Christi seruus non essem. Nunquid non sponsus iure optimo sponsæ dicere potest; ostende faciem tuam mihi soli, & non alijs, cum hoc solum desiderare debeas, vt mihi soli tua placeat pulchritudo? genus enim adulterij est, velle hominibus ostendere faciem, vt ab illis laudetur; inde enim fiet, vt concupiscatur. Sic etiam hoc optat Deus, vt animæ intentio, non in homines, nec in seipsam, sed in solum ipsum dirigatur, eique ista ostendatur facies, quæ sibi est grata, vt ab ipso approbetur, non enim qui seipsum commendat, vel ab alijs commendatur, approbatus est, sed quem Deus commendat.

Ps. 52. v. 6. Ad Gal. 1. v. 10.

2. Cor. 10. v. 18.

Sed maiorem adhuc perfectionem ab anima exigit, cum ei dicit, ostende mihi faciem tuam. Faciem enim ad aliquem vertimus, vel dirigimus coram eo, cum videri ab illo, vel illum videre cupimus. Hoc igitur petit Dominus, vt semper coram illo vultu hilari assistas, ambules, & opereris; eo modo quo Abrahæ dixerat Ambula coram me, & esto perfectus, id est, ambula semper facie ad me versa, intuendo me vbique præsentem, & te, cunctaque tua clare intuentem; ac ita opera tua perfice, vt qui es coram me, & à me videris, & sic eris perfectus. Quod præstitisse Dauid fatetur, cum ait: Exquisiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram. Hoc est, exquisiuit te mei cordis conatus, & intentio, & hæc mea interna facies semper est ad te intenta, & ere-

Gen 17.

Psal. 26. v. 10.

& ete... te intueri desiderans; ideoque tuam A facie... mque præsentiam semper exquiram: vt ... facies, & tua mutuo se respiciant. Hæc de ... te ostendenda simul attigisse placuit, quæ fusius in sequentibus exhortationibus explanabuntur.

EXHORTATIO XXVII.

De voce confessionis peccatorum, & eius præcellentiis ac proprietatibus.

... ende mihi faciem tuam, sonet vox ... a in auribus meis; vox enim tua dul... s, & facies tua decora.

NON sat est amantibus se videre, faciesque ... ntueri, optát etiam se mutuo alloqui, nam ... x conspectu, quam ex auditu amo incre... minatur gaudium, & multiplicatur fru... us, dum manifestatur internus conceptus. Id... que postquam sponsus dixit: *Ostende mih faciem tuam.* Subjicit: *sonet vox tua in auribus meis.* Et vtriusque rationem reddens addit: *vox enim tua dulcis, & facies tua decora.* Sed quæ est hæc vox sponsi auribus ita dulcis, ac suauis? multiplex quidem: nam quædam exigitur à peccatoribus, alia ab omnibus tam iustis, quam iniustis, tertia tamen dumtaxat à prouectioribus. Sed quoniam indecorum est, ac indecens valde principem alloqui facie in contrarium versa, vel turpi operta velamine, ideo prius præcipitur vt Deo ostendamus faciem nostram, deinde quod nostram vocem ad illum dirigamus.

De quintuplici voce Deo grata, quam dæmonium mutum auferre molitur.

§. 1.

POTEST autem hæc vocum multiplicitas ad quinque reduci, quibus aptari poterit quod dixit Apostolus: *In Ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui vt & alios instruam.* Est autem prima ... x confessionis Dei, quando, & quomodo ...: *Quia corde creditur ad iustitiam, ore autem ... fessio fit ad salutem.* Alia est vox confessionis ... catorum, ad ea euomenda, & obtinendam ... dulgentiam; sicut scriptum est: *Ego dixi confi... or aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* Est etiam vox orationis ad impetranda Dei dona & auxilium in tempore opportuno ad bene operandum, & ne tentationibus succumbamus. Nam omnis qui pe... cipit, & qui negligit petere, non meretur aliquid accipere. Est præterea vox laudis, & gratiarum actionis pro acceptis beneficijs, ne inueniamur ingrati, & ne ingratitudo tanquam ventus exurens beneficia accepta destruat, & ... eptos ad alia recipienda constituat. Est denique vox prædicationis ad populum fidem do... ndo, instruendo mores, increpando vitia, & exhortando ad perfectionem, ne sint pastores sicut canes muti non valentes latrare, & impedire, ne lupi oues Christi rapiant, & dilacerent. Esai. 10. Hæ quinque voces, & quinque verba Apostoli-

co spiritu, & sensu interno prolata, viæ sunt salutis, & portæ iustitiæ, quas diabolus summo conatu occludere satagit, auferendo ab hominibus has voces, & reddendo illos mutos ne pateat illis salutis via. Et eum præualet aduersus illos vocatur ab Euangelista dæmonium mutum ab effectu, quia mutos facit quos possidet, ne has quinque voces emittant: cuius tanta est vis contra hominem à se possessum, vt solus Iesus, qui in hoc apparuit, vt dissoluat opera diaboli, possit hoc eius opus dissoluere: sicut scribit idem Euangelista, dicens: *Erat Iesus eiiciens dæmonium, & illud erat mutum; & cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus.* Et quomodo eiecit? profecto voce, & imperio suo: dicens sicut alteri dæmonio muto; *Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introeas in eum.* Et iterum alteri impesans ait: *ephetha quod est adaperire. Et statim apertæ sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ illius.* Luc. 11. v. 14. 1. Io. 3. v. Marc. 9. v. 24. & c. 7. v. 34.

B Etenim vox nostra sonare non potest in auribus Dei, nisi prius vox Dei sonet in auribus nostris, præcipiens, aut dicens: *Sonet vox tua in auribus meis.* Vox enim Dei, quæ est eius inspiratio, animæ aures tangit, & penetrat, eamq; excitat, vt emittere velit voces suas. Et quidem non potest non audire, & sentire vocem istá eum intra illam fit, quoniam; *Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis; sed nescis vnde veniat, aut quo vadat.* At liberum est animæ repugnare, vel consentire, mutam manere, aut loqui, & voces suas emittere; quod vt velit, & suauiter faciat, rogat sponsus eum ait, *Sonet vox tua in auribus meis*; Nam vox tua est mihi dulcis, & tibi proficua, si autem taces, & dæmonio muto te subijcis, in æternum penbis. Io. 3. v. 8.

Iam de singulis vocibus nonnihil dicamus, de voce autem confessionis fidei sufficiant dicta in præcedenti Exhortatione: nam quod significant verba præcedentia, *Ostende mihi faciem tuam*, id est fidem tuam, hoc amplius explicant sequentia, cum dicitur, *Sonet vox tua in auribus meis.*

C Voces enim eandem fidem manifestant, cum eam ore confitentur, imo ipsa opera fidei consona, etiam sunt voces quæ eam attestantur. Nam sicut quidam dicentes, se nosse Deum, factis negant, ita alij factis confitentur. Olim multi fideles fugiebant ad deserta, abscondebát se in antris, in foraminibus petræ, & in cauernis maceriæ, vel metu persecutionum, vel ex legitima causa opportuniori se tempore reseruantes. At cum Deus ad gloriam suam volebat eos in publicú prodire, vt fidem publice contra tyrannos profiterentur: dicebat illis: *Columba mea in foraminibus petræ, & cauerna materiæ, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis.* Exi foras; manifesta te ipsam mundo, appare intrepida ante Præsides, & tyránnos: sonet coram illis vox tua, vox confessionis fidei, quam corde tenes, ne trepides, ego enim dabo tibi os & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere aduersarij tui, ego aperiam os tuum, & vocem

D meam ponam in ore tuo, eritque vox tua, & mea; tua, quia tu libere emittis illam; mea, quia mea gratia & auxillio præuenta illam profers, & ideo mihi est dulcis. Sed iam ad alias voces, quæ sunt dæmonio muto valde infensæ, progrediamur.

Aperienda in confessione peccata sine excusationibus. §. 2.

Psal. 140. v. 4. VEHEMENTIVS desiderat diabolus hominem mutum reddere ad vocem confessionis peccatorum humiliter proferendam; aperiens tamen os eius ad excusandas excusationes in peccatis, vt tam tacendo, quam loquendo in peius prolabatur. Iuxta illud: Psal. 31. v. 3. Ibidem. *Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die.* Tacuit (inquit Augustinus) vnde proficeret, & non tacuit vnde deficeret. Tacuit confessionem, & clamauit præsumptionem perseuerando tota die in defensione peccatorum suorum. Plura de hoc alibi diximus, ideo nunc ea dicemus dumtaxat, To. 2. de statibus perfectionis, tract. 3. c. 5. quæ sponsi verbis sunt accommoda.

Præceptum peccatoribus fuit, vt iam vidimus, quod faciem quam à Deo auersam habebant, ad ipsum conuertant, & illam ei ostendant, quod agere incipiunt per contritionem, qua iniquitatem odio habent, de peccatis dolent, & nouam inchoare vitam proponũt, sed hæc conuersio perficitur valde per vocem confessionis suorum peccatorum, ideoque eis dicitur: *Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis.* Sed quia non omnis peccatoris vox dulcis est Deo, de qua voce loquatur oportet explicare ex iam dictis; qui enim à facie sua triplex illud velamen ignorantiæ, malitiæ, & mundanæ erubescentiæ viriliter auferre conatur, vocem confessionis dulcem emittet, quæ diligenti examine præmisso ad tollendum velum ignorantiæ, & cum magna cordis contritione ad auferendum velamen malitiæ, cum virilique fortitudine ad rumpendum velum erubescentiæ, cuncta peccata propalet. Sit ergo vox seipsum accusans, non excusans; peccata aggrauans, non defendens, sibi imputans, non alteri attribuens, nec mollis quæ pudori cedens aliquod delictum occultet, sed fortis quæ pudorem vincat, & quamuis ex confessione verecundia operiatur, illam ostendere non refugiat.

Huiusmodi vox dulcis est Deo, ac peccatori pœnitenti valde proficua, quam Deus à protoparentibus post eorum transgressionem audire desiderabat, sed ipsi eam promouere noluerunt. Venit quidem ad ipsos horrifico sonitu vt superius vidimus, volens eos ad timorem, ac pœnitentiam excitare. Exhort. 3. Gen. 3 v. 8. Absconderunt se à facie Domini, à quo faciem suam auerterant; Adam quidem vt eam conuerteret ad vxorem: Eua autem, vt ad diuinam similitudinem superbe appetendam se transferret. Sed dixit illi Deus: Adam vbi es? vbi est facies illa decora, quam tibi dedi, cum ad imaginem & similitudinem meam te formaui? vbi est splendor gratiæ, & pulchritudo iustitiæ quæ faciem tuam decorabat? cur faciem tuam mihi tegis, & te abscondis? *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis.* Sonet vox pœnitentiæ, gemitus, & doloris, voxque confessionis, quæ maculas faciei abstergat, & pristinũ ei decorem restituat, sed quid ad hæc Adam? *Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno & comedi.* O vox amara culpam excusans, sed multiplicans: defendens, sed aggrauans, & indulgentiæ ianuam occludens, culpam propriam in vxorem reijcit, imo in Deum, qui eam illi dedit

A sociam, quasi in laqueum dedisset, & non in adiutorium. Vtinam saperet, & intelligeret, ac nouissima sibi, & nobis prouideret. Quoniam si primam vocem pœnitentiæ in auribus Dei dulcem statim ederet, dulcem etiam indulgentiæ vocem ipse audiret. Sed qui peccatum in nos traduxit, excusationis vocem etiam transfudit: sicque in cunctos homines serpsit, vt diceret sanctus Iob: *Si abscondi quasi homo peccatum meum,* Iob. . v. 33. *& celaui in sinu meo iniquitatem meam, si expaui ad* D. Greg. 22. Moral. *multitudinem nimiam.* Hoc est, si secutus sum mores Adæ, & ingenium hominum, qui peccata sua abscondere in sinu satagunt, & illa excusationibus vestiunt, vt Deo non sicut sunt nude appareant, velut Adam qui ficulneæ folijs se contexit, ne nudus coram Deo appareret. Super homines ergo fuit sanctus Iob, qui peccatum non celabat, nec coram multitudine nimia illud manifestare expauescebat. Quod egregie amplificat versio LXX. quæ sic habet. *Quod si, &*
B *cum non sponte peccassem, abscondi peccatum meum. Non enim expaui turbam multitudinis vt non enarrarem coram eis.* O homo plus quam homo, qui non solum non verebatur confiteri peccata commissa, si quæ committebat, sed etiam cum non sponte peccabat, id est, inuoluntarios, & subrepititios peccati actus, quos theologi vocant primos mentis motus, qui rationem præcurrunt, aperiebat. Imo quod amplius est, non tantum secreta confessione, sed publica, deuicta omni humana verecundia, coram hominum multitudine humiliter detegebat. Et vt ponderat Diuus Chrysostomus, qui recte factorum nullum quærebat testem, erratorum cunctos esse conscios optabat. O quam dulcis erat in Dei auribus vox ista beati Iob, qui cum princeps esset, principum mores non sectabatur, qui instar Saulis vehementer cupiunt, ne quid suorum scelerum resciat populus: melius Dauid, qui etsi rex 1 Reg. 15. v. 10. esset, dicebat; *Delictum meum cognitum tibi feci, &* Psal. 31. v. 5.
C *iniustitiam meam non abscondi.* Imo in lege veteri genus quoddam erat publicæ confessionis offerendo determinatam oblationem pro peccato principum, quam ipsi offerre non recusabant: nec enim huiusmodi confessio apud Iob, & principes ignominiam generabat, sed gloriam; quod Leuit. si aliquam pariebat confusionem, hæc tamen vt dicit Ecclesiasticus, adducit gloriam, & gratiam. Eccl. 4.

Confessionem faciendam ad aures sacerdotum. §. 3.

EX his deduces non refugiendam esse auricularem confessionem à Christo Domino præceptam, & ab vniuersali Ecclesia maximo cum fructu receptam, tanquam necessariam ad peccatorum, quæ post baptismum patrata sunt, indulgentiam obtinendam: iuxta illud quod Apostolis, & successoribus dictum est: *Quorum remi-* Ioan. 20. v. 23.
D *seritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt,* illa autem remittunt, quorum confessionem audiunt: illa vero sunt retenta quorum confessio re, vel voto ad aures sacerdotum non peruenit, sed dicit hæreticus; sponsus tantum ait; *Sonet vox tua in auribus meis.* Sufficit ergo soli Deo confiteri peccata, nec necesse erit, vt vox confessionis sonet etiam in auribus sacerdotis, sed

tit, sed mentitur iniquitas sibi, vt peccatum abscondat, & effrenatius delinquat. Nulla enim erit vera confessio interna, nisi voluntas prompta, & parata sit exterius sacerdoti suo tempore confiteri. Nec vox confessionis peruenit ad aures Dei, ita vt illi fit dulcis, si refugiat transire per aures sacerdotum, *Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die.* Id est, quoniam dissimulaui peccata mea confiteri voce, & modo à Deo præscripto, aruit mea virtus, omnisque mentis vigor absumptus, & si tota die clamarem ad Deum auxilium ab eo poscens & indulgentiam, quia non exauditur clamor peccatoris orantis, si non sonat etiam vox eiusdem peccata confitentis.

Sed adhuc mysterium latet in vocabulo, *Vox tua*: nam vox in Scriptura sacra, vt supra diximus, non solum significat vocem articulatam, quæ ab humano ore procedit, & loeutio dicitur, sed aliquando etiam quemuis inarticulatum sonum qui aliquid indicat. Quamuis ergo confessio voce articulata, & distincta fieri debeat, qua singula peccata confessario manifestentur, & ideo à Concilio Florentino oris confessio nuncupetur; tamen cum infirmus loqui non potest, aut pœnitens est mutus, vel idioma confessoris ignorat, vel alia legitima causa est impeditus, confessio fieri potest per nutus, vel signa, quæ secretum cordis exprimant, & etiam per scripturam, quæ vocis locum supplet, dum modo præsenti sacerdoti ab ipsomet pœnitenti offeratur. Et hoc etiam denotat pronomen illud *Tua*. Sonet (inquit) vox tua, non aliena, sed tu proprio ore loquere, vel signa tuæ confessionis exhibe. Sicut enim sacerdos dum peccata remittit, ait; ego te absoluo: ipsum peccatorem præsentem esse indicans, nec potest absentem absoluere; ita pœnitens sua se voce debet manifestare, & ipse qui peccauit, eo modo quo potuerit, tenetur confiteri. Consulto prius dictum est, *Ostende mihi faciem tuam*, deinde, *sonet vox tua*, quia nisi facies ostendatur sacerdoti, hoc est, nisi præsens illi sit, non potest confessionis vox, quæ ad sacramentum pertineat, persuuare, & ad sacerdotem absentem deferri, vt illum absoluat.

Sed nec etiam mysterio carere putandum est plurale nomen *In auribus meis.* Nihil enim sine causa in Sacra scriptura ponitur, etsi communiori modo loquendi accommodetur. Denotatur ergo quod in his, quæ ad iudices, & iudicia spectant vtraque adhibenda est auris ad sudiendum vtrumque litigantem, vel quæ pro vtraque parte, vel contra reum, vel in fauorem ipsius allegantur: & audita relatione vnius, seruandam dicimus alteram autem ad audiendam relationem alterius. Vtraque ergo aure aliqui id audire desideramus, quando integram, & plenam notitiam alicuius rei habere volumus, vt perfectum iudicium proferre valeamus. Quid ergo est: *Sonet vox tua in auribus meis?* sonet vox, quæ omnia mihi enarret peccata, & etiamsi quid est, quod vere te defendat, vel quod pro indulgentia impetranda possis allegare, vtrumque enim audire desidero, quia tuam salutem exopto. Vtrumque expressit apud Isaiam is duas eiusdem loci versiones attendamus. Vulgata

Isa. 43. v. 26. habet: *Reduc me in memoriam, & iudicemur simul:* *narra si quid habes, vt iustificeris.* Quod LXX. sic vertunt. *Dic tu iniquitates tuas, primus vt iustificeris*, en perfectum iudicium & vocem, quæ dulciter in auribus Dei sonat. Prior debet esse accusatio sui, quæ iustificationem parit. Quid veteris (ait Diuus Ambrosius) apud bonum Dominum tuas iniquitates fateri? *Dic* (inquit) *iniquitates tuas, vt iustificeris.* Adhuc reo culpæ iustificationis præmia proponuntur. Ille enim iustificabitur, qui proprium delictum sponte agnouerit, & iustus in exordio sermonis accusator est sui, nouit omnia Dominus, sed expectat vocem tuam, non vt puniat, sed vt ignoscat, non vult vt insultet tibi diabolus, & celantem peccata tua arguat, præueni accusatorem tuum. Si te ipse accusaueris, accusatorum nullum timebis; si de te ipse detuleris, etsi mortuus fuctis, reuiuisces, Ita Ambrosius. Iuxta versionem LXX. Sed iuxta alteram, eidem peccatori dicitur: *Narra si quid habes, vt iustificeris.* Sed quid narrare potes, vt iustificationem à Deo implores, nisi quod narrabat Dauid cum dixit: *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris? Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexisti, incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.* Vbi triplicem narrat causam, & rationem, vt veniam obtineat dicens, confiteor me grauiter peccasse coram te, sed indulgentiam posco, primo vt sic iustus habearis in promissis tuis condonans vt promisisti peccata nostra, deinde quia cognosce n... legimen tum in peccatis conceptum, & ad peccata pronum, ac etiam quia scio te diligere veritatem, ego vero ex veritate confiteor peccata mea, quæ agnosco grauissima contra maxima beneficia à te mihi exhibita. Hæc Dauid; sed nos plura ex parte Christi Saluatoris nostri possumus enarrare, vt iustificemur: quæ omnia simul libenter audit Deus, & ideo ait: *Sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis.*

"Lib. 2. de pœnitentia c. 7. Prou. 18. v. 17.

Ps. 50. v. 5.

Triplex ratio ad obtinendam veniam allegandam.

Non enim est dulcis vox quæ sua iactat merita, & nulla agnoscit peccata, nec quæ peccata agnoscit, veniam tamen, & iustificationem obtinere desperat, sed quæ peccata confitens, fidenter remissionem postulat. Audisti Pharisæum, & Publicanum ascendentes in templum, vtriusque voces resonantes coram Domino; & populo astante, Ille dicebat: *Deus, gratias ago tibi quia non sum sicut cæteri hominum.* Hic vero nec oculos ad cœlum leuare audens, & pectus suum percutiens aiebat: *Deus propitius esto mihi peccatori.* Illius vox apparebat dulcis, quia actionem gratiarum sonabat, sed coram Deo fuit amara, insuauis, & ingrata, quia in se confidebat, & cæteros aspernabatur: huius autem vox vere fuit dulcis, quia se accusabat, & Dei misericordiæ fidebat, *Et ideo descendit hic iustificatus in domum suam ab illo.* Obtinuit enim iustitiam per humilem confessionem, quam ille amisit per superbam gratiarum actionem.

Lucæ 18. v. 10.

Narra ergo coram Deo quidquid est aduersum te, sed non diffidas vt Cain, quin potius simul narra id quod habes ex parte Dei, & Christi vt iustificeris, & vox tua erit Deo dulcis, ac veniam obtinebis. Debet (inquit Diuus Gregorius) vniuscuiusque mens, & causas suas apud Dominum, & causam Domini contra se, soli-

Lib. 25. Mor. c. 6. Idem in id Psalm 50. Auerte faciem tuam à peccatis. Et lib. 9 registri Epist. 25. ad Venantium.

sollicita inquisitione discutere. Debet caute pensare, vel quæ ab eo bona perceperit, vel quæ mala bonis illius peruerse viuendo responderint. Quod electi quidem quotidie agere omnino non cessant, vnde bene Salomon ait:

Prou. 12. v. 5.

Cogitationes iustorum iustitia. Plura addit Diuus Gregorius, vt quale futurum sit hoc iudicium explicet, de quo nos alibi fusius egimus.

De amaritudine, & dulcedine vocis confessionis. §. 4.

SED valde mirandum est quod confessionis vox vocetur dulcis, cum potius sit valde amara, & ex corde amaro propter offensam Deo illatam procedat; imo tanto est vtilior, quanto amarior; amaritudo enim cordis vim confert voci, vt peccati venenum foras pellat. Ideoque

Iob. 7. v. 11. Lib. 8. Mor. c. 12.

Iob dicebat: *Loquar in tribulatione spiritus mei, confabulabor cum amaritudine animæ meæ.* Nam vt exponit Diuus Gregorius, tribulatio spiritus linguam commouet, vt reatum praui operis vox confessionis impugnet. Qui enim mala quæ perpetrauit, insinuat & flere recusat, quasi subducta veste vulnus detegit, sed medicamentum vulneri non apponit. Confessionis igitur vocem solus necesse est vt mœror excutiat, ne vulnus proditum sed neglectum, quo licentius iam per humanam notitiam tangitur, deterius putrescat.

Psal. 37. v. 19.

Vnde è contra Psalmista dicebat: *Quoniam iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo.* Annunciando quidem occultum vulnus detegit, cogitando autem medicamentum vulneri apponit.

Subdit autem Iob; *Confabulabor cum amaritudine animæ meæ.* Non ait, fabulabor, sed confabulabor, insinuans esse quasi mutuum colloquium, & confabulationem inter animam, & amaritudinem eius. Habet enim in corde iustorum amaritudo animæ linguam suam, quæ tanto eis subtilius loquitur, quanto & interius auditur; loqui autem dicitur, quia dum quædam male gesta plangimus, ipsa vi nostræ amaritudinis discutiendos nos vigilantius incitamur, & alia quæ

Hæc Diuus Greg.

amplius defleamus, reperimus; Nam sæpe quod torpentes latuit, flentibus subtilius innotescit, & succrescens pœnitentiæ amaritudo verecundanti cordi importune ingerit illicita, quæ commisit, iudicis iram, suppliciorum minas, & pleraque alia quæ timorem incutiunt, augent dolorem, &

Iob. 10. v. 1.

contritionem perficiunt. Vnde idem Iob modum huiusmodi confessionis exprimens ait, *Dimittam aduersum me eloquium meum, loquar in amaritudine animæ meæ, dicam Deo; noli me condemnare.* Ad hoc enim aduersum nos peccata cum amaritudine confitemur, vt propter illa à Deo non condemnemur.

Hinc fit vocem confessionis in auribus Dei dulciter sonantem, non esse externam tantum peccatorum narrationem, sed internæ voci coniunctam; vt etiam anima cum amaritudine intus loquatur, quod exterius ore manifestat: vt-

Isa. 38. v. 5.

pote quæ antea sicut Ezechias Rex fecerat, recogitauerit annos suos in amaritudine cordis sui, & ea meditata sit, vt columba quæ pro cantu gemitum habet. Ad huiusmodi enim columbam loquitur nunc sponsus: sic enim ait, *Columba mea in foraminibus petræ, sonet vox tua in auribus meis.* Vox inquam columbina, singultus & gemitus exprimens. Vt scias antequam egrediaris, vt te sacerdoti manifestes, & vox tuæ confessionis sonet in auribus eius. Oportet te instar columbæ in vulneribus Christi manere, & illa cum gemitu meditari, vt peccata tua, quæ illorum extitere causa, plangas, & lachrymis diluas, & hoc cordis affectu illa voce promas.

Tunc autem erit *Vox tua dulcis*, dulcis inquam auribus Dei, cui nihil est dulcius quam audire voces, & gemitus pœnitentium vt illis indulgeat. Nunne dulcis fuit vox illa filij prodigi;

Luc. 15.

Pater peccaui in cælum & coram te. quæ ita Patris viscera commouit, vt ad osculandum illum festinus accurreret? sed audi miram Dei benignitatem, quæ in hac splendet parabola: bis hanc vocem emisit filius iste perditus: primo apud semetipsum quando in se reuersus secum loquens & se ad fiduciam, & pœnitentiam excitans, dixit: *Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei, pater peccaui in cælum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus, &c.* Cum autem pater eius videret eum hoc animo ad se venientem, hanc vocem internam audiens (quæ in auribus Dei semper sonat) cucurrit, & osculatus est eum, nam vox contritionis sufficiens est ad obtinendum osculum, & gratiam reconciliationis. Nihilominus tamen filius, etsi tantam expertus fuerit patris benignitatem, non reticuit, sed quod intus conceperat, externa voce deprompsit, dicens secundo. *Pater peccaui in cælum, &c.* Quia etiamsi contritio veniam obtineat, necessaria est peccati externa confessio, cuius votum contritio includebat. Fuit autem adeo dulcis hæc vox patri ipsius, quod primis verbis recreatus, orationem interceperit, nec cætera quæ filius dicere decreuerat, expectaret, nempe illud, *Fac me sicut vnum de mercenarijs tuis;* quia confessio peccati dignitatem instituit filij, & in signum dulcedinis qua auditur, symphoniam, & chorum cantantium resonare voluit, quæ ad maiorem dulcedinem excitarent.

Sed quis est iste concentus musicus lætantium? quis chorus concinentium, nisi Angelorum, & iustorum iubilus, laus, gratiarum actio, & de conuersione peccatoris communis lætitia? cuius vox non solum Deo est dulcis, sed etiam

Luc. 15.

Angelis. *Nam gaudium (inquit) in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis qui non indigent pœnitentia.* Dulcis etiam est omnibus iustis, qui vere iusti sunt, nisi forte indiscreta æmulatione tabescant, instar filij senioris cui pater dixit: *Epulari autem, & gaudere te oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est.* Vnde sponsus tantum dixit; *vox tua dulcis*, non addens mihi, nec significans cui erat dulcis, vt significaret Angelis, & hominibus, qui ipsi Deo consentiunt dulcem esse.

Sed audeo dicere etiam ipsi peccatori esse dulcem confessionis vocem; quia licet ex amaro animo propter dolorem offensæ prodeat, ipsa amaritudo contritionis vertitur in dulcedinem amoris: & lachrymæ pœnitentis, non modicam illi afferunt lætitiam propter veniæ spem ex illis prouenientem. Amare flebat Petrus, & dulci-

Mat. 26. v. 75.

ter; amare, quia magistrum negauerat; dulciter, quia

... fum fle... am... bat, vnde etiam peccato ... flere non cessabat Lachrymis etiam Da... ... arum suum rigabat; & tamen dicebat; *Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata.* Quid autem lætificabat auditum, ni vox confessionis & singultium sonitus: post quem sonat vox peccata remittentis, quæ audienti pœnitentis tale gaudium præstat, quod hostis auferre nequibit, uam scriptum est: *Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus.* Id est solidum eius gaudium nemo minuet, nullusque eius particeps erit, qui in mœrore etiam partem non habuerit.

Psal. 50. v. 10.

Denique quomodo vox non erit dulcis, per ... m facies fit decora? attende ordinem verborum sponsi. Prius dixerat: *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis.* Quia prior est ostensio faciei exhibendo se præsentem, quam prolatio vocis, quæ peccata fatetur: eundem autem seruans ordinem posset dicere: facies enim tua decora, & vox tua dulcis. At non sic, sed ordine inuerso ait: *Vox enim tua dulcis & facies tua decora,* vt ostenderet quod vox confessionis sum faciei restituit decorem, & quia vox fuit Deo grata, facta est anima coram ipso pulchra, iuxta illud Psalmi: *Confessio & pulchritudo in conspectu eius.* Si fœdus eras (inquit Augustinus) confitere vt sis pulcher. Quia confessio ipsa est pulchritudo, vt supra fusius prosequuti sumus.

Non differendam vocem confessionis. §. 5.

SVPEREST ergo vt sponsi præceptum observare celeriter cures, præueniendo, vt ait Psalmista, *Fa iem eius in confessione.* Quod inquit Diuus Augustinus de duplici confessione intelligendum esse, laudantis scilicet & gementis. Illa ad honorem pertinet eius, qui laudatur, hæc ad pœnitentiam eius, qui confitetur: quæ etiam valde pertinet ad laudem Dei, quia tanto amplius laudatur medicus, quanto plus desperabatur ægrotus: & tanto maior est laus ignoscentis, quanto maior exaggeratio est peccata confitentis, præueniamus ergo faciem eius in confessione prius ... iam veniat. Nos confitendo, clamemus quod ... nnus, vt ille quod coronet, non quod damnet inueniat. Ad vtramque confessionis vocem, clarius exhortatur Oseas Propheta dicens: *Tollite vobiscumque verba & conuertimini ad Dominum, & dicite: omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum.* Vbi Diuus ... tunymus confitetur quod dixerat Diuus Augustinus: nam cum ait tollite verba, de verbis confessionis loquitur, quæ peccata quis confitetur, vt ad Deum conuertatur: dicens ... omnem ... me aufer iniquitatem, quia vere agnosco me iniquum, & iniquitates meas coram te fateor. Quod si abstuleris iniquitatem, accipies à me bonum quod dedisti mihi; & pro malis operibus præteritis bona agere inchoabo, & insuper reddemus vitulos labiorum nostrorum; id est confessionem laudis, & gratiarum actionis, quæ teste Dauid placet Deo super vitulinouellum oblationem vtraque autem vox confessionis est vox laudis non solum enim eum laudas, & gratias agis, quia peccata remisit, sed etiam cum ea confiteris vt remittat, in quo vt dixit Diuus Augustinus, maxime eum glorificas, & laude dignum prædicas, sicut Iosue dixerat ad Achan; *Fili mi da gloriam Domino Deo Israel, & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas.* Propter quod merito de vtraque intelligitur quod sit Deo dulcis, cum etiam peccatorum confessio in gloriam eius cedat.

Psal. 94. v. 2.

Ose. 14. v. 3.

Psal. 68. v. 32.

Iosue 7. v. 19.

Præuenito ergo faciem Domini in confessione peccatorum, vt illum glorifices, vt illi hanc dulcedinem offeras, vt tibi etiam salutem perpetuam acquiras: quoniam si facies Domini, id est aduentus eius ad iudicium præuenit confessionem tuam, peribit à te confessio, & certa erit tua damnatio; sicut Ecclesiasticus testatur dicens: *Ne demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere, nam à mortuo quasi nihil perit confessio.* Id est, ne obstinate persistas in peccatis tuis velut impij, sed ante mortem confitere illa, nam post mortem non erit locus confitendi peccata, modo vt dicit Diuus Augustinus, confitendo delicta, ex mortuo fies viuus, & sanus, poterisque laudare Deum, & laus tua accepta illi erit: at si in peccatis mortuus fueris, confessio tua erit quasi non sit inutilis omnino tibi. Confitentur quidem damnati se peccasse: *Nam errauimus* (inquiunt) *à via veritatis, lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis.* At nihil illis prodest hæc confessio, quia non peruenerunt ante mortem faciem Domini in confessione, modo ipse te præuenit, & inuitat vt confitearis, dicens; *Sonet vox tua in auribus meis.* Quare ergo id differs de die in diem? tunc apertas habet aures, vt vocem tuæ confessionis audiat, & veniam præbeat, vide ne forte claudat illas, & te audire nolit; nam qui promisit veniam confitenti, non promisit procrastinanti. Quid dicis ô miser; si hodie non sonet vox mea in auribus Dei, curabo vt sonet cras: sed forte non erit tibi cras, quando ergo sonabit, si non sonat hodie? hodie vox tua erit Deo dulcis, quia illam nunc audire desiderat, hodie apparebit facies tua decora, quia illam videre, & mundare exoptat, cras ... te respondebit tibi sicut virginibus fatuis, *Nescio vos.* Confitemini fratres mei (inquit D. Augustinus) nolite differre: ad sacram messem confessionis accedere festinate. Confessio enim salus est animarum, dissipatrix vitiorum, virtutum restauratrix, oppugnatrix dæmonum, pauor inferni, obstaculum diaboli, angelorum tunica, Ecclesiarum fiducia, dux, baculus, lumen & spes omnium fidelium. O sancta & admirabilis confessio, tu obstruis os inferni, & paradisi aperis ianuam; Sine te peccator mortuus reputabitur; & per te gloriam consequetur.

Eccl. 17. v. 26.

Serm. 8 de verbis Domini.

Sap. 5. v. 6.

Serm 30 ad fratres in eremo.

Cum ergo confessio tam ingens bonum afferat, tam graueque malum cito propellat, mirum est peccatorem fidelem, cuius conscientia est grauissimis onerata peccatis, de die in diem illam differre. Assimilauerim huncimpio Pharaoni Regi Ægypti, cum maxima ranarum plaga vexaretur, quas venefici, & incantatores auferre nequibant, dixit autem ad Moysem, & Aaron: *Orate Dominum vt auferat ranas à me, & à populo meo, &c.* Cui respondit Moyses: *Constitue mihi quando deprecer pro te, & pro seruis tuis, & pro populo tuo, vt abigantur ranæ à te, &c. Qui respondit cras.* O miser & crudelis Rex, qui cum posset statim ranarum vexatione māse, & à populo suo pro-

Exod. 8. v. 8.

A propellere, in crastinum diem distulit: Pharao (inquit Diuus Ambrosius) qui opinionibus vanis & manibus studium impendebat suum, ranis repleta Ægypto sonum inanem rerum, & strepitum [illegible] residentibus dicenti Moysi, constitue mihi quando pro te orem, &c. Cum debuerit in tanta positus necessitate rogare, vt iam oraret, nec differret, respondit crastina die, ociosus, & negligens [illegible], pœnam Ægypti soluturus excidio. Quem [illegible] enim Deus vt suam ostenderet gloriam propter orationem Moysis crastino die plagam ab illo auferret, tamen assuetus Deo resistere, nec eius obedire voci, sed in dies procrastinare, tandem misere periit. Sic ergo, qui peccatorum plaga oneratur, & vexatur, potestque hodie ab illa liberari, si de die in diem differt, licet aliquando veniam obtineat, tamen forte in hac sua dilatione aliquando peribit, quia spatium pœnitentiæ, & confessionis non inueniet. Propter quod dixit Ecclesiasticus: *Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem: subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te.* Sonet ergo vox confessionis tuæ illico in auribus Dei, vt veniam tempestiue impetres, & iram Dei effugias, vitamque consequaris æternam. Amen.

Lib. de Cain, & Abel c. 9.

Eccl. 5. v. 8.

EXHORTATIO XXVIII.

Pro Dom. 5. post Pascha & Feria 2. Rogat.

De voce orationis, & prædicationis ad Deum, & de omnibus circumstantiis ornantibus eam, quamque sublimis sit, quæ vocatur oratio Dei, & est & vox Dei, ac nostra.

Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis, &c.

NIHIL Ecclesiæ, singulisque eius filijs ita est à Christo Domino commendatum ac orationis studium, sub quo etiam laudis Dei, & gratiarum actionis exercitium continetur, quod his verbis præcipue designatur. Cum inquit, *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua, &c.* In quibus mirabiliter insinuatur qualis debeat esse huiusmodi vox, quo loco, & tempore emittenda, ad quem dirigenda sit, quid petendum per illam & pro quibus, quanti sit facienda, & quibus conditionibus ornanda, vt ad Dei aures perueniat, & quod petit obtineat. Quæ omnia comprehendisse videtur Christus Dominus cum dixit: *Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis.* Quæ verba iuxta diuini Augustini mentem in libris retractationum, idem prorsus significant: triplicantur autem vt superius etiam diximus, ad denotandum vehementem affectum, importunitatem, & constantiam, qua petere debemus. Cuius indicium est, quod cum Christus Dominus subiunxisset. *Sic pater vester cælestis dabit spiritum bonum petentibus se*, non dixit quærentibus, & pulsantibus, sed tantum petentibus, in quo alia includebantur: cæterum iuxta eiusdem doctoris, reliquorumque patrum interpretationem, hæc tria, cuncta quæ ad perfectam spectant orationem complectuntur.

Mat. 7. v. 7. Luc. 11. v. 9. Lib. 1. retra. c. 9.

Lib. 2. de Ser. Domini in monte c. 4.

A Si enim ad personas attendas, quæ orandæ sunt, Trinitas indicatur. Sensus enim est iuxta Diuum Hieronymum, petite patrem omnipotentem, qui est origo totius boni: quærite filium, qui vt ouem quæreret errantem, carnem suscepit: pulsate Spiritum sanctum, qui vt pulsetur, postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Tunc autem perfecta erit ex hac parte oratio, cum ad tres diuinas personas dirigitur, ad quarum aures perueniat, vt exaudiatur. Etsi enim eædem sint illarum aures, cum sint vnus Deus, anima tamen vehementius se ad orandum excitat, cum tribus sigillatim personis loquitur, & desiderata ab illis postulat.

Hom. super hæc verba, tom. 4.

Si vero ad ea respicias quæ petenda sunt, omnia sub his tribus comprehenduntur, nam vt ait Diuus Hilarius, petimus primam gratiam, quærimus augmentum eius, pulsamus ad obtinendum ingressum per cælestis regni ianuam. Vel, vt inquit Diuus Augustinus, petimus sanctitatem, B quærimus veritatem, pulsamus ad retinendam veritatis inuentæ possessionem. Si vero ad conditiones orationis attendas, præcipuæ hic tanguntur. Nam iuxta glossam: fide petimus, spe quærimus, charitate pulsamus, vel secundum Diuum Remigium, petimus orando, quærimus bene viuendo, pulsamus perseuerando, vel petimus prece, quærimus meditatione, pulsamus vero nostra cooperatione, quando autem hæc tria ita connectuntur; *Omnis qui petit, accipit; qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur.* Nec vllus excipitur si petat, quærat, & pulset eo modo quo Christus præcipit.

In [illegible] & Beda.

Apud D. Th. in catena.

De munditia faciei internæ requisita ad orationem. § 1.

CVNCTA hæc insinuat cælestis sponsus, cum Ecclesiam excitat ad orandum dicens: *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis, vox* C *enim tua dulcis & facies tua decora.* Pete, quære, pulsa, quia totum hoc est mihi dulce, & decorum valde, in cœlis Angelorum me laudantium voces sunt mihi dulces, sicut & facies decoræ, quas libenter aspicio cum pro hominibus intercedunt, vel eorum preces ad me deferunt. At postquam factus sum homo, *Et vox turturis audita est in terra nostra*, ad puritatem, & gemitum, exhortans, cupio audire vocem tuam. Non indiges alio mediatore: tu ipsa loquere mihi; tua ipsius vox sonet in auribus meis, ego ipse eam audiam, & perdulce erit mihi audire illam, nam deliciæ meæ sunt esse cum filijs hominum, eorum intueri facies, & audire voces.

Sed non sine mysterio prius dicitur, *Ostende mihi faciem tuam.* Deinde vero *sonet vox tua in auribus meis.* Nam cum aliquem alloqui volumus, prius versus eum faciem vertimus, sic ante orationem curare debes, vt faciem quam conuersam habebas siue ad res terrenas, siue ad ne- D gotia secularia, siue ad teipsum, propriaque commoda temporalia ab his omnibus constanter auertas, ea relinquens, contemnens, aut obliuiscens, vt summa animi attentione coram Deo adsis. Hoc enim est Deo faciem ostendere, vt supra dicere cœpimus, coram ipso introire, & apparere. Nam licet Deus sit vbique præsens, oportet tamen cum oras, tu teipsum

illi

... præsentem exhibere, quia non nisi præsenti A loquimur, à quo videmur, & audimur, quod & attentionem captat, & reuerentiam, vehementioremque in orando feruorem excitat: reueremur enim nonnunquam alterius faciem, vt Helisæus dixit; & præsenti concedimus quod forte
4.Reg.3.v.14. negaremus absenti. Vult ergo Deus vt faciem ei ostendas, in qua suam imaginem & similitudinem agnoscat, quam quodam modo reuereatur, quia hoc est seipsum reuereri, vt quæ petis, tibi largiatur.

At sicut illi qui in Regis præsentiam introeunt, faciem lotam, & mundam, vestemque decenter compositam, ferre curant, ne regem sua offendant immunditia; sic curandum est cum ad orandum accedis, faciem animæ, id est conscientiam lauare, & mundare, vt coram Deo mundus appareas, mundasque possis offerre preces, & puras leuare manus. Vnde fiet, vt confidenter ores, & exaudiri merearis. Iuxta id quod scriptū
Iob. v.14. est in lib. Iob. *Si iniquitatem quæ est in manu tua abstuleris, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia, tunc leuare poteris faciem tuam sine macula, & eris stabilis.* Faciem autem leuare (ait Diuus Gregorius) est in Deo animum per studium orationis attollere, quod si animus peccati pondere grauatur, aut culpæ fœdatur macula, non audet faciem suam ad Deum leuare, sed diffidentia quadam premitur, & deijcitur, quoniam diffidit se accepturum quod postulat, dum recordatur se noluisse facere quod Deus iubet. Mundet ergo per pœnitentiam faciem cordis, vt eam audeat ad Deū leuare, mereaturque ab eo exaudiri. Sicut in eodem Iob scriptum est: *Si reuersus fueris ad omnipotentem, ædificaberis, & longe facies iniquitatem à tabernaculo tuo, &c. Tunc eleuabis ad Deum faciem tuam. Rogabis eum, & exaudiet te.*

Propter hoc ergo sponsus simul dixit: *Vox tua dulcis, & facies tua decora.* Quia etsi in rebus corporeis aliquando contingat vocem esse dulcem, & faciem turpem, vel faciem decoram, & vocem amaram: tamen in spiritualibus fere semper connectuntur ista duo, vt illius vox sit Deo C dulcis, cuius facies est decora; cuius autem facies est turpis, & in sua sibi complacet turpitudine, vox etiam reputatur insuauis, & ingrata. Nec vox digna est audiri, quando facies non est digna videri peccatoris, tamen vox dulcis erit, etsi faciem habeat atram, cum sua ei displicet nigredo, & lauari desiderat; adeoque humiliter, & fidenter veniam petit: tunc enim exaudietur, & facies eius decora fiet: vtrunque coniungit Diuus Chrysostomus in hunc modum, Habe fiduciam Christiane, vt petas: pete quod desideras, vt accipias: si tamen te actus indignum non faciant, si facta quod vocatis, ostendant.
„ Deus enim tibi & petendi fiduciam tribuit, &
„ vol. intatem dandi se habere ustendit. Cæterum
„ cessant beneficia, vbi mala non cessauerunt facta;
„ tunc enim tribuitur quod optatur, si bonos
„ actus morum probitas comitetur. Sed si pecca- D
„ torem se quispiam nouit, damnet vitia, delicta
„ horreat, peccare desistat. Plus enim Deus vnius
„ pœnitentia commouetur, quam iustorum meri-
„ to delectatur. Nemo ad eum flens aliquando ac-
„ cessit. qui non quod postulauit, accepit. Nul-
„ lus ab eo beneficia doleret optauit, qui non
Luc.11.v.9. „ impetrauit quod voluit, *Petite* (inquit) *& accipietis.* Optat dare, qui præcipit petere. Cupit largiri, qui à se desiderari postulari, ille suadet qui præstat: ille hortatur qui donat, occasiones dandi exquirit, qui beneficia tribuere consueuit. Hæc Chrysostomus. "Luc.11.v.9.

De præcepto orationis, eiusque necessitate & efficacia. §. 2.

HINC fit quod cum sponsus ait, *Sonet vox tua.* Verbum *sonet*, non solum est exhortantis, sed præcipientis, nam oratio licet multoties tantum sit opus consilij, sæpius tamen est in præcepto, quoniam multa sunt quæ facere tenemur, vel sine quibus Deo placere nequimus, quæ tamen nisi per orationem obtinere non possumus. Et ideo inquit Dominus: *Oportet semper orare, & nunquam deficere.* Ne si deficiat oratio *Præualeat hostis, vincat tentatio*, deficiat salus, & vita. *Vigilate*, (inquit) *& orate ut non intretis in tentationem*, Nam tentationi succumbes, si B orare neglexeris, iugis tibi est cum inuisibilibus hostibus colluctatio, quomodo tutus eris, si quod auxilium opportunum postulare contempseris? eleganter satis vt solet explicat hoc Diuus Chrysostomus, ex eo quod scriptura ait. *Cum leuaret Moyses manus vincebat Israel, sin autem paululum remisisset, superabat Amalech.* Bellum (inquit) Christianis indictum hoc exemplo monstratur. Belli affectus orationis instantia aperitur. Orat enim Moyses, & vincit; cessat, & vincitur. Didicit Christianus quod gerat, inuenit quod fugiat. Didicit, inquam, vnde aut vincatur, aut vincat, quamuis instantius Christiano orando sit, & quia periculosior hostis est, & pro seipso, non pro altero pugnat. Moyses enim & contra hominem & pro alijs orando pugnabat: Christianus vero & pro seipso, & contra diabolum pugnat, nec quisquam poterit excusari, qui hostem vincere noluit, dum orando cessauit, & tamen in Moyse corpus deficiebat, non voluntas aliquando cessabat. Si ergo fragilitatis causa in Moyse excusari non potuit, quemadmodum in nobis voluntas poterit excusari? vnde apparet vires illum hosti dare, qui cessat: & sese ei subijcere, qui non orat, hostis enim dum oras, prem.tur, dum cessas, erigitur. Oratio iugis, infirmitas hostis. Cæterum ipse contra se tela ministrat, qui hostem precum instantia non fatigat. Hæc aureum os, & plura quæ in sequenti exhortatione dicentur. Luc.18.v.1. Mat.26.v.41. Vbi supra. Exod.17.v.11.

Si ergo vis à periculis erui, diabolum vincere, domare carnem, reprimere appetitus, refrenare sensus, vitia propellere, virtutes acquirere, contemnere terrena, amare cælestia, & æterna possidere: sonet vox tua in auribus Dei, nam vox tua cuncta hæc impetrabit; quia non præcipetet, vt sonaret, nisi quod petis, concedere voluisset. Cū autem ait, *Sonet vox tua*, nullum præscribit tempus, nullum certum locum designat; quia præceptum, & necessitas orandi omne tempus ambit, & omnem locum. Et ideo ait: *Oportet semper orare.* Et item, *Volo viros orare in omni loco*, quia si omni loco, & tempore malis & periculis premimur; & Dei aures ad audiendum semper & vbique sunt apertæ, cur non omni tempore & loco vox tua sonabit in auribus eius? propter 1. Ad Tim.2.v.8.

pter quod Ecclesia Christi sponsa, cum maxime A hoc præceptum implere satagit, vt omni tempore diei, & noctis, vox eius in diuinis auribus sonet, ideoque septem horas canonicas instituit, vt diu noctuque ministri eius diuinas decantent laudes, & hunc Deo gratum sonitum, & dulcem vocem edant, vt viam seruent, & de communi hoste victoriam reportent.

Exod 28. v.35. Præceperat olim Deus quod à veste sacerdotali tintinnabula aurea penderent, *Vt audiatur (inquit) sonitus quando ingreditur & egreditur sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur.* Iust. enim qui spirituales sunt Dei sacerdotes, & multo magis Ecclesiastici, qui hoc proprie ministerium gerunt, in ingressu & egressu sanctuarij semper in conspectu Dei sonitum edunt, cum voces, & orationes eorum ex affectu amoris per auram demittant, procedentes, in auribus Dei sonant: quas etiam populus audit cum alta voce laudes Dei concinunt. Per ingressum autem, & egressum iuxta phrasim scripturæ, cuncta quæ B ad proprium munus spectant, comprehenduntur, quæ cum sonitu fieri debent in conspectu Domini, quia oratione oportet ea præmunire,

Psal 33. v 2. vt possit dicere cum Psalmista: *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo, in Domino laudabitur anima mea.* Id est, laudando Deum glorificabimt, *Audiant mansueti* has meas laudes, & *lætentur* mecum ex eo quod audiūt, simul Deum laudantes, & glorificantes. Oportet autem sacerdotes hunc sonitum edere *ne moriantur.* Quia facile in spiritu moritur, cuius orationis sonitus in suo munere non auditur. Sonitus enim orationis exterret diabolum, hostes fugat, & mortem ipsam propellit; Dominusque custodit introitum, & exitum, ingressum & gressum qui orationi secum affert sonitum.

Sed quod in ingressu sanctuarij hunc sonum audiri præcipitur, hoc indicat, quod sanctuarium & templum est locus peculiaris orationi C deputatus, ideoque oraculum nuncupatur.

Isai. 56. v 7. Nam & scriptum est, *Domus mea, domus orationis vocabitur.* Vbi vox orationis dulcius Deo sonat, quia à pluribus eiusdem cordis & animi procedit, cum publica est, & nomine Ecclesiæ effusa?

Sed quem locum orationi sponsus præscripserit præcedentia verba insinuant, cum dixit: *Columba mea in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ, sonet vox tua in auribus meis:* aptissima enim loca ad orandum sunt foramina petræ, & cauerna maceriæ, id est Christi vulnera, in quibus qui absconditur per meditationem, attente, deuote, & ardenter orabit. Ipsum enim Christum crucifixum suæ orationis habebit & magistrum, & adiutorem. Nec tamen necesse est ad montem Caluariæ tendere, vel in cœlum ascendere, vbi Christus est vulnerum stigmata secum retinens: sed

Matth. 6. v. 6. cum oraueris (ait Dominus) intra in cubiculum tuum. Id est, cor tuum, & in eo Christum vulneratum meditare, & meditatione hac te ad oran- D dum excita gemens vt columba, quia Spiritus sanctus postulabit pro te gemitibus inenarrabilibus.

De variis vocibus orationis internæ & externa, eiusque dulcedine.

§. 3.

Hinc deducitur causa cur de oratione ... quens sponsus, non verbum, ... nem eam nuncupet, sed vocem & sonum, ... vt diximus voces inarticulatas comprehendunt, vt sunt gemitus, singultus, suspiria, fletus, lachrymæ, quæ omnia ad orationem pertinent & voces quæ etiam tacente lingua, in aures Dei sonant, & melius quam si loqueretur interdum cordis desiderium Deo insinuant, & quod intuuant, obtinent, sicut de Anna Samuelis matre dicitur: quod cum esset amaro animo orauit ad Dominum flens largiter. *Porro* (inquit) *loquebatur in corde suo, tantumque labia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur.* Vox quidem non audiebatur ab Heli sacerdote, qui exprobrauit ei tanquam ebriæ; sonuit tamen in auribus Dei vox lachrymarum & gemituum, quam audire non distulit. Propter quod Dauid de se dicebat, *Domine, ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus.* Psal 37. v. Audit ergo Deus hæc desideria, & hos gemitus columbæ, quæ voces sunt illi dulces, sine quibus insipidæ essent voces exteriores. Propter quod Diuus Augustinus ait, illum iuxta sententiam Apostoli, sine intermissione orare, qui sine intermissione bonum desiderat, & desiderium suum ad Deum dirigit, quia continuum desiderium tuum continua tua vox est, si non vis intermittere orare, noli intermittere desiderare. in Cant.

Sed vltra hoc oportet quod vera vox tua, quæ oratio vocalis dicitur, sonet in auribus Dei, statis temporibus & locis, preces tuas ad Deum fundendo, non quidem in multiloquio quem Christus prohibuit, quo vtuntur ethnici putantes in multiloquio suo exaudiendos esse; quasi necessaria sit vocum multitudo, vt nota sit Deo nostra oratio. Quare consulto sponsus nō dixit, sonent voces tuæ, sed, *vox tua*, quia vnica vox sufficit vt cuncta nostra intelligat, qui sine voce etiam iam cuncta penetrabat. Non enim (inquit Chrysostomus) vt Deum doceas, sed vt flectas, vt familiaris efficiaris continuatæ interpellationis, vt humilieris orando, & remoreris peccatorum tuorum veniamque obtineas. Quamuis autem in oratione sit multitudo vocum, omnes tamen sunt vna vox, quia ad vnum tendunt vt Deo placeant, & ex vno affectu charitatis prodeunt, vt vnum necessarium implorent. Absit (inquit Augustinus) ab oratione multa locutio, sed non desit multa precatio, si feruens perseuerat intentio. Nam multum loqui est in orando rem necessariam superfluis agere verbis, multum autem precari est, eum quem precamur, diuturna cordis exercitatione pulsare. Plerumque autem hoc negotium plus gemitibus, quam sermonibus agitur, sic ille.

Rursus cum orationis multæ sint partes, omnes sub hac vna voce comprehenduntur, quam sponsus audire desiderat. Memento dixisse Paulum: *Obsecro primum fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, &c.* 1. Ad Tim. 2. v. 1. Quid ergo est, sonet vox tua in auribus meis, nisi sonet obsecratio, sonet oratio, sonet postulatio, sonet & gratiarum actio? ex his quatuor vocibus fiat vna harmonica

[illegible] & dulcis concentus, sonet obsecra[illegible] humiliter supplicet pro delictis, Dei [illegible] misericordiam, & Christi merita ad impetrandam indulgentiam. Sonet oratio quæ mentem ad Deum eleuet, & omnigenis dilectionis, ac virtutum affectibus in ipsum transf[illegible] Sonet postulatio, quæ multiplicia Dei d[illegible] ac beneficia etiam importune petat, & ex[illegible] queat. Sonet denique gratiarum actu, quæ pro acceptis beneficijs sacrificium offerat laudis, & actus gratitudinis. Omnes autem hæ voces non pro te solo sonent, sed pro omnibus hominibus, vt inquit Paulus: *Hoc enim bonum est, & acceptum coram Saluatore nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri.* Vnde sponsus absolute ait [illegible] *vox tua*, quia non tantum pro te, sed pro a[illegible] te deprecantem audire exopto; tantoque mihi dulcior, quanto pro pluribus effusa fu[illegible] deprecatio, quia ex maiori charitatis affectu [illegible] edit. Nam vt inquit Diuus Chrysostomus, p[illegible] necessitas cogit, pro altero autem charitas fraternitatis hortatur. Dulcior autem est Deo oratio, non quam necessitas transmittit, sed quam charitas fraternitatis commen[illegible]t. Ideoque (vt notat Diuus Cyprianus) orationem quam ab omnibus fundi voluit ijs verbis instruit, quæ omnes comprehenderent, o[illegible]ibusque prodessent; dum de orandum ait, *Pater noster qui es in cælis*, &c. Sed de hoc alibi dictum est.

Ex his ergo rationes deduces quæ te ad frequenter orandum impellāt; inter quas primum debet obtinere locum quam sponsus ipse insinuat, dicens, *Vox enim tua dulcis*: qui enim vere Deum diligit, nihil ita magnifacere debet, quam quod Deo dulce, gratum & acceptum est, idque peragere, non quia sibi vtile, vel iucundum, sed quia Deo dulce & gratum, summa, perfectio est. Nam charitas non quærit dulcedinem propriam, sed diuinam; nec tam respicit sui vtilitatem, quam Dei voluptatem; ideoque dixit Psaltes hanc vnam rem petijsse à Domino, vt in domo eius videret voluptatem ipsius, gaudens [illegible] quacumque re quæ illi afferret iucunditatem.

Sed nec tantum orationis vox dulcis est Deo, [illegible] ipsi oranti imo hic est proprius eius ef[illegible] animam reficere, spiritualique confirma[illegible] edine, iuxta illud, *Lætifi abo eos in domo orationis meæ.* Ea eni enim quod vox orantis ad aures [illegible] tingit, ab illis dulcedinem recipit, quæ [illegible] orantem reficit; non enim habet a[illegible] tudinem conuersatio eius, nec tædium [illegible] illius, sed lætitiam & gaudium. Vnde & [illegible] bus consulitur vt orent, quia dulcedo o[illegible] amaritudinem, & foras mittit tri[illegible] Oportet tamen quod iucundas ora[illegible] sonet in auribus Dei. Si enim ad eius a[illegible] perueniat, fructum nullum affert, si [illegible] auris aures mulceat. Vox enim in choro ca[illegible] quæ pro concentus dulcedine audi[illegible] ex inanis gloriæ affectu procedit, aures Dei non penetrat; receperunt quidem mercedem suam, quam appetebant; sed [illegible] mercedem Dei, & mentis refectionem. Si etiam timida sit oratio, diffidens, [illegible] tepida, & remissa dum ad cœlum tendit, in via deficit, & ad aures Dei non peruenit; ideoque refectionem non implorat. Sit ergo humilis, fida, & feruens, eritque Deo dulcis tibique iucunda & proficua; sonetque crebro in auribus Dei, nam quoties sonuerit, non reuertetur ad te vacua, sed cum fœnore gratiarum; nam qui gratis tibi dedit dulcedinem vocis, vult tua esse merita, quæ ipsius sunt dona, propter quæ præclara largitur præmia.

Quam sublimis sit quæ dicitur oratio Dei, estque vox Dei, & nostra. §. 4.

Pro festo S. Bartholomæi in quo canitur hoc Euang.

ILLVD tandem valde perpendendum est, vt orationem magnifaciamus, quod quamuis orationis vox recte nuncupetur hic *Vox tua*, & sit vox nostra; quoniam à nostra libera voluntate Deo adiuuante procedit, tamen reuera etiam est vox ipsius Dei, & vox Spiritus sancti, vnde omnis eius dulcedo, efficacia, sublimitas, & perfectio potissime procedit. Quare D. Lucas hoc nomine eam insigniuit, cum de Christo Domino loquens, ait, quod *Erat pernoctans in oratione Dei.* (Luc. 6. v. 12.) Vocatur autem oratio Dei ex duplici titulo prior, quia promanat ex inspiratione, & impulsu ipsius Dei, & Spiritus sancti postulantis, sicut ait Paulus, pro sanctis, & pro nobis gemitibus inenarrabilibus: eo quod nos quid oremus, sicut oportet nescimus, nisi ipse intus nos instruat, moueat, & faciat orationis emittere vocem, prout oportet vt sit illi grata. (Ad Rom. 8. v. 26. & 27.) Et hinc oritur posterior titulus, cur dicatur oratio Dei, ea phrasi, qua Hebræi res sublimes vocant res Dei, vt montes Dei, & cedros Dei: sic oratio Dei dicitur, quæ valde est sublimis, tum ex orandi affectu, tum ex magnitudine rei petitæ, aut ex sublimitate eorum quæ inter orantem & Deum secreto intercedunt.

Qualis autem sit hæc sublimitas orationis, quæ Dei dicitur, optime colligitur ex psalmo 38. quem superius ad aliud intentum bis explicuimus. Sed apte satis huiusmodi oratio Dei, vox Domini nuncupatur, cuius insignes proprietates varias sic depingit. Primo quidem, *Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit, Dominus super aquas multas.* (Psal. 28 v. 3. Exhort. 18. 1. & Exhort. 3. § 2.) Vox enim orationis vt à Deo procedit potestatem habet super omnes aquas gratiarum, quas à cœlo descendere facit, ipsa enim impetrat gratiam iustificationis, gratias virtutum, & gratis datas, quando & quomodo oportet. Maxime autem aquam viuam Spiritus sancti; nam Pater cœlestis per orationem dat spiritum bonum petentibus se; (Luc. 11. v. 13.) in cuius signum, vox Domini super aquas fuit, vox orationis Christi ad aquas Iordanis, cuius virtute plenitudo gratiarum manifestata est: nam (teste Diuo Luca) *Iesu baptizato, & orante apertum est cœlum, & descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum; & vox de cœlo facta est, Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* (Luc. 3. v. 22.) Per orationis enim vocem aperiuntur secreta cœlorum, & ianuæ eius, vt cor illuc ascendat, & Dei gratia descendat, imo ipse Spiritus sanctus cum suarum plenitudine gratiarum; Deus etiam maiestate intonat voces internas diuinæ inspirationis, quibus in animam spiritum adoptionis filiorum infundit, & quantum sibi in ea complaceat, ostendit.

Hinc etiam fit quod Dei oratio sit *Vox Domini* (Marci 11. v. 22.)

ui in virtute, vox Domini in magnificentia. Est enim vox potentissima ad præclarissima opera peragenda, quæ sint virtute prodigiosa, & magnifica in sanctitate. Ferè enim omnia miracula à Sanctis patrata, & ferè cuncta stupenda pœnitentiæ, obedientiæ, misericordiæ, vel charitatis opera ab ipsis effecta, orationi Dei, quæ præcedebat, ascribenda sunt. Promissio enim ab omnipotente Deo orantibus facta, omnipotentiam sapit: nam quidquid petierint, siue magnificum, siue mirandum, dummodo expediat, se facturum promisit. Ad quod testandum stupendam rem signatim pollicetur, dicens, *Habete fidem Dei; amen dico vobis, quia quicumque dixerit huic monti, tollere, & mittere in mare; & crediderit quia quodcumque dixerit, fiat, fiet ei:* vbi per prodigiosam translationem montis cætera prodigia intelliguntur; quia sicut omnes creaturæ obediunt Deo, ita obediunt voci orantis oratione Dei; imo ipse Deus quasi obedire videtur oranti, sicut testatur Scriptura, quod dicente Iosue, *Sol contra Gabaon ne mouearis*, stetit sol in medio cœli, *Obediente Domino voci hominis, & pugnante pro Israel.* Quid hoc mirabilius? quid magnificentius?

Iosue 10. v. 14.

Sed vlterius oratio Dei est, *Vox Domini confringentis cedros*; quia potens est ad debellandas & conterendas omnes diabolicas potestates, & omnem mundi superbiam, ac elationem; cunctasque tentationes, & Sathanæ machinamenta euertenda: nec vllus est affectus ita terræ fixus, vel vsque ad cœlum per arrogantiam elatus sicut cedrus, qui per orationem non eradicetur, & comminuatur sicut vitulus Libani. Vnde & ipse Dominus dixit, *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, diceretis huic arbori moro, eradicare, & transplantare in mare, & obediet vobis.* Quid autem morus significet? sic explicat Diuus Ambrosius; Fructus mori primo albet in flore, qui inde iam formatus erutilat, maturitate nigrescit: diabolus quoque ex albenti angelicæ flore naturæ, & potestate rutilanti præuaricatione deiectus, tetro inhorruit odore peccati. Consentit Chrysostomus dicens; Morum etiam diabolo aptabis: nam sicut mori frondibus vermes aluntur; sic diabolus per cogitationes exortas ab eo alit nobis vermem perpetuum? sed hanc morum potest fides ab animabus nostris euellere, & in abyssum demergere. Hoc autem præstat fides per orationem, seu oratio nitens fide sicut grano synapis, quod quantitate est parum: sed potestate cunctis granis virtuosius; nam oratio humili, & virtuosæ fidei coniungi debet, vt elatos cedros confringat.

Quidquid per vitulum Libani significetur supra explicuimus.
Luc. 17. v. 6.
Lib. 8. in Lucam to. 5.
Hom. 58 in Matth.

Rursus, *Vox Domini intercidentis flammam ignis*; quia oratio Dei valida est ad intercidendas & diuidendas flammas concupiscentiæ, & fomitis, vt quamuis tangant cor, & vexent corpus, non tamen vrant & consumant animam. Sicut tres pueri in fornace Babylonis per orationem interciderunt flammam ignis, vt illuminaret, & non vreret, consumeret vincula, non corpora. Consumpsit ignis Chaldæos appropinquantes, qui non orabant, sed repressus est per orationem, ne tangeret pueros, qui in medio eius orantes erant: vnde oratione etiam fit quod ignis tribulationis & persecutionis, etsi iustos vexet, non tamen vrat & consumat; nisi forte vincula passionum, quibus anima ligata erat, vt libera maneat, & expedita ad melius laudandum Deum, & obsequendum illi. Deinde vox orationis est, *Vox Domini concutientis desertum, commouebit Dominus desertum Cades*: quoniam per orationem Deus commouit deserta Cades, id est sanctitatis; fecitque ea sancta, & Sanctorum habitationi accommoda: Anachoretæ enim deserta petebant, in eisq; libenter commorabantur, orationis dulcedine allecti; nam oratio desertum commutabat in cœlum, & animam, quæ velut desertum est dum omnia deserit, per orationem fit cœlum, quia eius conuersatio in cœlis est. Vnde oratio cordis contriti & humiliati animam concutit, & omnia quæ in ea sunt euoluit, & euertit, noxia, tenenaque euellens, vt maneat tanquam desertum Cades sanctum Domino, & mundum à peccato, hinc *Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit condensa*; quoniam oratio Dei præparat Deo electos, qui sint sicut cerui agiles, & prompti, vt ad cœlestia tendant, *Nam montes excelsi ceruis*, & reuelat etiam condensa, & abstrusa Scripturarum, & arcana mysteria fidei. Orando enim plures reuelationes, & manifestationes obtinuerunt Sancti, vt etiam scirent secreta cordium, & cogitationes ac astutias diaboli non ignorarent, imo omnia illis paterent. Sed de hoc vltimo plura in Exhortatione sequenti. Sufficiant autem dicta, vt orationis vocem magnifaciamus, & crebro eam conemus emittere, quia dulcissima Deo est, & nobis iocundissima & vtilissima, in vitamque perducet sempiternam. Amen.

Dan. 3. v. 23. & 49.

EXHORTATIO XXIX.

De voce orationis, qua eliguntur & præparantur prædicatores; & de voce prædicationis cum vita sanctimonia, & orationis studio coniungenda, ac de virtute & dulcedine ipsius.

Pro festo S. Bartholomæi quo cantatur hoc Euang.

Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua, &c.

INTER orationis insignia, non infimum tenet locum quod vim habeat ad eligendum & præparandum prædicatores, & operarios euangelicos ad Christi fidem & doctrinam edocendam, & per vniuersum mundum disseminandam. Quod suo exemplo Christus Dominus docuisse videtur, cum Apostolos elegit. Ascendit enim vt refert D. Lucas, *in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei*: id est, (vt iam explicuimus) in oratione valde sublimi, quam etiam sublimitas montis præfigurabat, in qua totam transegit noctem: quoniam licet nobis facilior sit oratio Dei si breuis sit, difficilis tamen est si sit diuturna. At Christo Domino vtrumque fuit facile, longo scilicet tempore in sublimi oratione perdurare; quia nec longitudo temporis corpus vel animum laxabat, nec orationis sublimitas mentem opprimebat. Vtrumque autem tunc coniunxit, quoniam arduum & sublime opus aggredi conabatur. Vnde peracta oratione, *Cum dies*, inquit, *factus esset, vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit.* Formam

Luc. 6. v. 12.

præ-

Lib. 5. in Lucam — præs[illegible]bens (vt ait D. Ambrosius) quam obseruare debemus, cum magna opera & negotia inchoare conamur, quæ nonnisi longa præmissa oratione inchoanda sunt; maxime autem cum eligendi sunt aliqui ad Ecclesiastica ministeria, vt per orationem Dei impetrent illustrationem ad eos eligendos qui Deo sunt grati, & apti ad munus sibi commissum, obeundum. Quam orandi formam ex Christi Domini exemplo obseruarunt Apostoli, cum alium loco Iudæ præuaricatoris, & septem Diaconos elegerunt; sicut [illegible] insinuauimus.

Lib. 1. Exhort. 30.

[illegible] igitur Christus cum tota nocte in tenebris pro nobis orasset, orta iam diei luce, quę significat lucem sapientiæ & gratiæ quam oratio impetrat, vel legem euangelicam, quæ dies est re[illegible] antiquæ, quam noctem nominauit Paulus, cum dicit. *Nox præcessit, dies autem appropinquauit.* In luce ergo diei vocauit & selegit ex omnibus discipulis suis duodecim, quos nominauit Apostolos, id est, missos; quia per vniuersum mundum missurus erat eos, ad hancque missionem aptos reddere decreuit, vt fortiter contra diabolum pugnarent ad idololatriam, & omne vitium e mundo eradicandum. Quare elegáter hic accommodari potest quod ad calcem præcedentis Exhortationis dicere cępimus, *Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit condensa, & in templo eius omnes dicent gloriam; Dominus diluuium inhabitare facit: & sedebit Dominus rex in æternum.* Et quæ est hæc vox Domini, nisi oratio Dei, & vox Christi orantis in nocte, ac vox vocationis eius in die, qua Apostolos vocauit? Hæc enim vox præparauit duodecim Apostolicos ceruos, qui contra venenatos serpentes peccatorum iugiter bellum gererent. Præparauit autem paulatim; primo quidem cum eos elegit, & ad hoc munus destinauit, deinde triennio doctrina sua præparauit, & instruxit; sed in die Pentecostes voce & sono aduenientis spiritus vehementis, scilicet Spiritus S. eos plene præparatos reddidit, replens eos timore Domini, sed fortitudine magna & celeritate ad opus iniunctum peragendum.

Rom. 13

Sed reuelauit eis condensa, cum mysteria fidei aliis abscondita ipsis propalabat: Nam *Vobis* (inquit) *datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis.* Et iterum, *Confiteor tibi, Pater Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* Deinde etiam reuelauit condensa, cum *Aperuit illis sensum, vt intelligerent Scripturas*; maxime eas quæ sub densarum figurarum nebulis Christum, & eius mysteria continebant, vt ablata hac nebula, reuelata facie Christi, gloriam contemplantes, eam mundo prædicarent, fidemque eius, ac legem euangelicam promulgarent; per quam omnes gentes eam recipientes in templo eius, quod est Ecclesia, ei canerent gloriam & honorem, gratiasque pro tam insigni beneficio agentes; quod fecerit inhabitare intra hoc templum diluuium aquarum multarum, id est, multorum populorum ad illud concurrentium, vel diluuium gratiæ & scientiæ sicut aquæ maris, in quo suffocaretur idololatria, & omnia mundi peccata, Christusque deinceps tanquam rex vnicus in hoc templo perpetuo sederet, gubernans Ecclesiam, fidelibusque cœlestes gratias, & benedictiones impartiens; nam *Dominus* (inquit) *virtutem populo suo dabit; Dominus benedicet populo suo in pace.* Hæc Psalmista.

Vocem orationis præparare prædicatores ad vocem prædicationis. §. 2.

POstquam autem vox Domini Apostolicos ceruos & prædicatores elegit, & vocauit, eadem vox & oratio præparat illos quotiescunq; mittendi sunt ad prædicandum; quoniam per orationem impetrare debent gratiam, sapientiam, ac linguam, ad digne verbum Domino prędicandum; vt prius in se cerui sint prompti & celeres ad obediendum, & ad ascensum in montē contemplationis propensi, sitique vehementi, & zelo ardeant salutis animarum. Vnde speciose & ardenter verba Dei proponant, quibus auditoresq; ad Christum pertrahunt, vt sint instar illius cerui de quo scriptum est, *Nephtali ceruus emissus, & dans eloquia pulchritudinis.* Quod supra de Christo Domino interpretati sumus: ad cuius similitudinem prędicatores, tanquam cerui bene præparati, emissi in loca sibi a Deo destinata, emittere debent eloquia pulchritudinis, id est, verba & eloquia pulcherrima, iuxta Christi legem & euangelium, quæ sint ipsi Deo dulcia, & populis valde proficua. Huiusmodi ergo Sanctorum operariorum cœtui dicit sponsus, *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora.*

Gen. 49. 21 — *Exhor. 4. à principio fere.*

In quibus verbis communior Patrum sententia agnoscit munus prædicationis, Ecclesiæ, potissime autem prælatis & operariis euangelicis commendatum, præparationemq; ad ipsum obeundum vt par est, & modum digne illud prę standi: quod duo includit valde necessaria ad lucrandas animas; nimirum, lucere per splendidam fidem sapientia illustratam, insignibusque testatam operib⁹; quod ad præparationem spectat, & hoc est, *Ostende mihi faciem tuam*, vt superius diximus: & præterea ore eam fidem confiteri, & aliis prædicare: & hoc est, *Sonet vox tua in auribus meis.* Nam corde creditur ad iustitiam, ore vero confessio fit ad salutem, tam propriam, quam aliorum, qui fidem prædicatam audiunt: & sicut fides cordis parit in ipso iusto iustitiæ pulchritudinem; ita oris confessio, & prædicatio parit plurium animarum salutem. Iustus autem, qui hoc loco columbæ in foraminibus petræ existenti comparatur, & egredi præcipitur: simul debet habere columbinam pulchritudinem, & fœcunditatem; vt pulcher sit per sanctam conuersationem, fœcundus autem per instantem prædicationem; per vtramq; vero illam adipiscatur magnitudinem, de qua Saluator discipulis dixit, *Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.* Non magnus, si doces & non facis, imo nec minimus, nec magnus nisi ea parte, si facis, & nō doces; tunc vero plene magnus cū facis & doces, quia tunc apud Deum est *vox tua dulcis, & facies decora.* Tunc autem nec te latere decet, & abscondi in foraminibus & cauernis, sed foras prodire, faciem ostendere, vocem emittere, *Quia nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt, Nunquid venit lucerna, vt sub modio ponatur, aut sub lecto? nonne vt super candelabrum ponatur?*

Rom. 10. 10 — *Matt. 5. 19.* — *Matt. 5. 15.* — *Mar. 4. 21.*

tur? Sic etiam non est tibi data facies decora, & vox dulcis, vt in cauernis lateas, sed vt coram hominibus luceas, & illis prosis, dum tamen vtrumque, tanquam duo talenta à Domino obtinueris.

Splendorem vitæ iungendum esse prædicationis voci.

§. 2.

[Iudic. 7. 16.] Etenim sicut milites Gedeonis Madianitas debellarunt, non solum lampadibus subito ostēsis, nec solum tubarū, clamorisq; sonitu, sed vtroq; simul, ita ad debellandos spirituales hostes necessarius est sanctæ conuersationis splendor, & vehemens prædicationis sonitus, qui sine igne, & splendore ardentis lampadis fere nihil efficiet; [1. Cor. 13. 3.] nam teste Paulo, *Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens.* Nā cum deest pulchritudo charitatis, quæ faciem reddit decoram, vox est quasi sonus rei inanimatæ, quæ ex se nec rem distinctè declarat, nec sensum & vitam confert.

Pulchritudinem hanc faciei, & vocis dulcedinem sub alia metaphora depinxit Dominus, [Exo. 28. 33.] cū præcepit ex tunica sacerdotali pendere pulcherrima mala punica ex hyacintho, purpura, bysso, coccoque bis tincto contexta, intermixtis tintinnabulis aureis, quæ sonitum ederent, cum Sacerdos sanctuarium ingrederetur, vel egrederetur. [Lib. 3. de tabernac. c. 8.] Quod egregie sic explicat Beda; Quia tota perfectio sacerdotis in eo consistit, quod refert D. Lucas, *Cœpit Iesus facere, & docere*; rectè dicitur, *Deorsum ad pedes tunicæ facies quasi mala punica & tintinnabula per gyrum.* Quod tunc fit, quando ad [Aliter ex parte D. Greg. 2. p. past. c. 4. & lib. 1. regist. c. 24.] tantam excellentiam deuotæ Deo conuersationis sacerdos peruenerit, aliud in illo quam splēdor & gratia, flosque varius bonorum operum videatur; & nihil aliud ab eo cum os aperuerit, [Act. 1. v. 1.] quam suauissimus horum audiatur sonus; quia enim in malo punico multa interius grana vno exterius cortice teguntur, rectè per mala punica multifaria virtutum operatio vno charitatis munimine tecta designatur. Fit autem eadem malorum punicorum effigies ex quatuor varijs coloribus, vt illis virtutum etiam præcellens significetur varietas, quæ inter media tintinnabula permiscentur, Cum nec opus sacerdotis à sonitu verbi quod loquitur discrepat, nec à rectitudine operis territus, linguæ sonitus dissentit.

[Epist. 127. ad Fabiolā de veste sacerdotali.] Breuius, sed elegantius D. Hieron. Tanta (inquit) debet esse scientia, & eruditio Pontificis Dei, vt & gressus eius, & motus, & vniuersa vocalia sint, veritatem mente concipiat, & toto eā habitu resonet, & ornatu, & quidquid agitur, quidquid loquitur. Hæc Hieronymus, insinuās [In Exh. 1. huius lib.] quod sicut supra diximus de D. Ioanne; totum ipsum fuisse vocem; ita sacerdos totus debet esse vox; & quidquid in eo est, debet esse vocale, & sonitum prædicationis edere ob præclaram vitæ sanctitatem.

Hinc fit quod cum sponsus ait, *Ostende mihi faciem tuam*, quasi ad examen sponsam vocat, vt videat an facies digna sit quæ coram hominibus appareat, an vero aliquid fœditatis retineat, quod vocem prædicationis, vel fructū eius impediat; nam cuius facies cōtemnitur, necesse est vt vox etiam despiciatur; nec vox eius audientibus dulcis, si facies valde apparet deformis: at quando facies est pulchra, magnam vim & dulcedinem imprimit voci. Ille namque (ait D. Greg.) bene [Lib. 6. Mor. 16.] loquendi fiduciam accipit, qui sinum cordis perfectè viuendi studia extendit; nec conscientia loquentem præpedit, cum vita linguam antecedit. Ideoq; sponsus vult quod pulchritudo faciei vocis antecedat dulcedinem, quia nisi facies esset pulchra, vultus in terram concideret, nec cōtra vitia se leuare auderet, quibus se videt inquinari, Deo id ita permittente, vt desit facultas loquendi ei qui facultatem respuit bene operandi. In quem sensum adducit idem Pater quod Iob tribuit Deo irato, *Commutans labium veracium & doctrinam senum auferens.* Cum sacerdos (inquit) [Iob. 12. 20. & 2. Mor. 35.] non agit bona quæ loquitur, si etiam sermo subtrahitur, ne loqui audeat quod non operatur: sicut per Prophetam dicitur, *Peccatori dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis* [Ps. 49. 16.] *testamentum meum per os tuum.* Et plerunq; doctor qui docere audet quod negligit agere, cum desierit bona loqui, quæ operari contempsit, docere subiectos, incipit praua, quæ agit, vt iusto omnipotentis Dei iudicio, in bona iam nec linguam habeat, qui habere bonam vitam recusat. [Mat. 12.] Nam ex abundantia cordis os loquitur & bonus homo de bono thesauro profert bona; & malus homo de malo thesauro profert mala. Et qui de mundo sunt, de mundo loquuntur. Bene ergo dicitur. *Commutans labium veracium & doctrinā senum auferens*: quia hi qui prius cœlestia prædicando veraces erant, dum temporalia diligentes ad terrena corruunt, eorum labium, & doctrina tollitur.

Etsi autem aliquoties mali doctores bene loquendo alijs proficiunt, tamen male viuendo valde nocent; iuxta id quod dixerat Iob, *Si manibus meis adhæsit macula, seram, & alius comedat, &* [Iob. 31. 7. & 21. Mor. c. 8.] *progenies mea eradicetur.* Quod si explicat idem D. Gregorius; More sacri eloquij serere dicimus verba vitæ prædicare, comedere autem est bonis operibus satiari. Si ergo manibus adhæsit macula, ea quæ sunt docui, facere prætermisi, seram & alius comedat; id est, quod os meum loquitur, alter operetur, & eo reficiatur. Prædicator quippe, quia suis vocibus discrepat, ieiunus serit, quod alius manducet; quia suo semine ipse non pascitur, quādo à verbi sui rectitudine prauæ actionis vacuatur. Et quia plerunq; discipuli in cassum bona audiunt, cum ea magistri vita operum exemplo destruuntur, rectè subiungitur, *Et progenies mea eradicetur*; quia is qui per verbum nascitur, per exemplum necatur; & quem lingua vigilans gignit, vitæ negligentia occidit: E contra vero progenies seruatur, & crescit, quando is qui per prædicationem nascitur, per exempla bonorum operum nutritur, & roboratur.

[Ita D. Greg. lib. 2. Mor. c. 30.] Quia ergo vniuscuiusq; proprium esse solet, vt qualis ipse fuerit, tales sibi coniungi, & alios velit, atq. hoc ad imitandū imprimat quod ipse amat. Hinc sancti viri sui imitatores habere cupientes virtutem quam amant, alijs per vocem prædicationis imprimere curant, & pulchritudinē faciei qua splendent, verbo & exēplo eis cōmunicant, aut potius Deus per illos; nā illorū vox, vox ē Dei, qui dixit, *Si separaueris pretiosū à vili, quasi os meū eris*: [Ier. 15. 19.] quoniam cum facies sit decora, ac pretiosa, omni vili fœditate

fœditate sublata, fit os ipsius Dei, à quo procedit A vox, quæ in auribus eius sonat. Et ideo ait, *Ostende mihi faciem tuam*; vt, scilicet videam, an in ea separaueris pretiosum à vili; ex tunc enim vt os meum esse incipies.

Quomodo vox orationis & prædicationis coniungendæ sint. §.3.

SEd quid est quod sponsus ait, *Sonet vox tua in auribus meis*. & non ait, in auribus aliorum? siquidem prædicatio non ad aures Dei, sed ad aures populi dirigi solet; sicut è conuerso oratio non ad aures populi, sed Dei potius destinatur; at non sine mysterio vtraque simul sub his verbis comprehenditur. In primis enim cupit sponsus omnis vox quæ ad aures populi peruenire debet, prius in auribus sonet, prædicatorque antequam locuturus est populo, prius per orationis & contemplationis studium cum Deo ipso conferat, vt ipse dirigat, probet, intus doceat, ac B cordi imprimat. Veluti si ignarus discipulus declamationem quam coram multis esset habiturus, magistro recitaret, & emendaret eam, & poliret. Quemadmodum Moyses omnia quæ populo tradebat, conferebat cum Deo, loquens cum ipso, sicut solet homo loqui ad amicum suum: ita quidquid prædicaturus es alijs, cum Deo confero, & vox orationis tuæ instanter resonet in auribus Dei, vt ipse det verbum euangelizanti virtute multa, tribuatque os, & sapientiam, cui aduersariæ potestates resistere nequeant. Vox enim prædicationis quæ media oratione per aures Dei transit, vim maximam ab illis recipit, & quasi echo quædam fortius resonat dum ad auditores peruenit.

Præterea vox prędicationis non poterit contra homines præualere, vt eorum molliat, & cõuertat corda, nisi prius vox orationis præualuerit circa Deum, cuius est corda mutare. Prius ergo instar Iacob, luctari debes cum Deo, & quasi C præualere contra eum, vt possis esse Israel, id est Gen. 32. 25. fortis contra homines. Quomodo autem præualuit Iacob contra Angelum, nisi (vt ait Oseas) Ose 12. *fleuit & rogauit eum*: Fletu ergo & prece præualebit vox prædicationis hostes profligans, de vitijs ac peccatoribus gloriosos triumphus reportans. Non erat hoc ipse Iacob, qui orando superauit fratrem Esau, cæterosque hostes, ac spolia de manu eorum tulit, *in gladio* (inquit) *&* Gen. 48. 22. *arcu meo*. Vbi paraphrasis Chaldaica sic legit, *nam tali in oratione mea, & obsecratione*. Vnde dicitur verba illa in arcu & gladiu figurate accipienda esse ad significãdum ardentissimas preces, quibus Iacob à Deo efflagitabat seruari ab hostibus, aut illos sibi subijcere, fuisse instar gladij & arcus, quo id effectum est. Consuetudo namque Scripturæ est arma bellica appellare id, per quod hostes visibiles vel inuisibiles in bello corporeo Exo. 17. 12. vel spirituali debellantur. Vt si quæreres, quib^9 armis Moyses vicit Amalecitas, recte responderes, quod per eleuationem manuum ad Deum. D Inde fit quod victoria inuisibilium inimicorũ, delinquentiumq; conuersio non tam tribuenda sit multoties voci prædicantis, quam voci alterius pro ipso orantis; sicut non Iosue Amalecitas vicit, sed Moyses qui pro eo orauit; nam eo orante vincebat, & cessante vincebatur.

Quod factum est ita moralizat Diuus Chrysostomus, præter ea quæ in Exhortatione præcedenti dicta sunt. Serm. de Moyse to. 1. in Exo. 17. Stabat (inquit) Moyses in monte non armis, sed precibus pugnans. Pugnabat cum hostibus absens, vt quem loci diuersitas ab inimicis seiunxerat, orationis effectus bellatorem præsentem hostibus exhiberet. Fit Moyse orante occulta pugna, sed manifesta victoria; latenter dimicat, vt euidenter deuincat: solus orat, vt multi saluentur. Fit Moyse orante victoria, cessante mœstitia: potentior hostis efficitur iusti corpore fatigato. Desinit Israel vincere, Mose desistente in prece, vt dum diuersa populis exhiberentur, orationis potentia nobis monstraretur. Et paulo post; Quis iustorum non orando pugnauit? quis hostem non orando deiecit? orationibus Danieli visa panduntur, sopiuntur flammæ, feræ hebetescunt, cadunt hostes, inimici vincuntur. Quanto enim purior, frequentiorq; fuerit celebrata oratio, tanto celerior veniet inimico vindicta. Ita Chrysostom. Cuius dictis adstipulatur triumphus Machabæorum, qui *Inuocato Deo per orationes congressi* 2. Mach. 15. v. 26. *sunt, manu quidem pugnantes, sed Dominum cordibus orantes prostrauerunt non minus triginta quinque millia, præsentia Dei magnifice delectati*. Ad hunc igitur modum, ad deuincendos dæmones, & conuertendos peccatores vtraque voce pugnandum est, & voce orationis, quæ sonet in auribus Dei, & voce prædicationis, quæ in hominum aurib. personet; magis autem illi, quam huic est attribuenda victoria.

Hinc fit alia etiam de causa sponsum dicere de voce prædicationis, *Sonet in auribus meis*; vt ea scilicet intentione & animo, coram multis sonet, ac si in solis Dei auribus sonaret, cui soli placere desideret, & cuius gloriam in animarum lucris quærat: non concupiscens, vt vox eius apud homines bene sonet, vt ipse laudetur, sed duntaxat, vt Deus glorificetur, iuxta regulam à Paulo præscriptam, cum ait, *Non sumus quidem* 2. Cor. 2. v. 17. *adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sed ex Deo, coram Deo in Christo loquimur*. Adulterare verbum Ex D. Gregor. lib. 22. Mor. c. 12. Dei est aut aliter de illo sentire quam est, aut ex eo non spirituales fructus, sed adulterinos quærere laudis humanæ fœtus; instar adulteri, qui non sobolem quærit, sed voluptatem. Sicut ex Deo autem loquitur, qui scit se non ex se, sed ex Deo habere quod dicit, coram Deo vero, cum in eo quod dicit non humanos fauores, sed Dei gloriam quærit, in cuius conspectu, & tanquam ipso audiente prædicat, sciens quod renum il- Sap. 1. v. 6. & 10. lius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus, & linguæ eius auditor, & quod auris zeli audit omnia: quem nihil potest latere, nec inultum relinquet quidquid ipso audiente male prolatum fuerit.

Qua ratione vox prædicationis dicatur dulcis. §.4.

SEd hoc magis mirandum est quod subditur, *Vox enim tua dulcis*: nam esto Deo sit dulcis, & grata, quando fit vt debet, at auditoribus & cõcionaturibus non ita. Illi quidem vellent semper dulcem audire prædicationis vocem; nam magistros quærunt prurientes auribus, & illis dicunt, *Loquimini nobis placentia*. Cæterum ne- 2. Tim. 4. 3. Isa. 30. 10. cesse est multoties illis amara, & aspera prædi-

care, eorumque vitia acriter reprehendere, durius increpare, & minis terrere, vt resipiscant, & à peccatis recedant. Cum enim blanda & dulcia cor non emolliunt ad pœnitentiam, oportet dura & terribilia adhibere, de quibus scriptum est,

Ier. 23. v. 9

Nunquid verba mea non sunt quasi ignis, & quasi malleus conterens petras? Sed adhuc verum est quod sponsus ait, *Vox tua dulcis*; nam etiam tunc dulci, & pacato animo per aspera & amara verba peccatoribus veram dulcedinem communicare satagis. Vnde & de voce ad pœnitentiam exhortante supra dictum est, *Vox turturis audita est in terra nostra*; & vox quam hic dulcem sponsus vocat, vox columbæ est, vt diximus: nam quantum nis aspera minetur, turturea, columbinaque mansuetudine illa profert, vt ad gemitus & fletus excitet. Est quidem ira & zelus prædicatoris contra peccata ipsa, sed tamen dulcedo & mansuetudo erga peccatores, illa penitus destruere cupit, hos viuificare. Vnde in prædicatores quadrat quod

Ier. 25. 38.

Ieremias ait, *Facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ, & à facie iræ furoris Dei.* Ira enim

Innuit D. Greg. l. 32. Mor. c. 7.

Dei, & Ecclesiæ, ac ministrorum eius, est ira columbæ, & ira furoris, quatenus vehementer accenditur contra vitia, vt absumat ea, seruans tamen columbæ mansuetudinem erga peccatores pœnitentes, vt sanet eos. Furor refertur ad zelũ, columba ad pietatem, vnde & Spiritus sanctus in specie ignis, & columbæ apparere dignatus est. Sit ergo ira columbina, vt vox sit dulcis ad mulcendum delinquentis animum, & furibunda ad delendum eius delictum. Si autem columba in foraminibus petræ, id est, in vulneribus Christi demoretur, ibi vtrumque discet affectũ & mansuetudinis erga errantes, & iræ contra errores; quod si contra errantes aliquando necesse sit verbis asperis vti, ita sonet exterius amaritudo, quod maneat interius dulcedo, vt intelligant asperam increpationem non ex odio, sed ex amore procedere. Quare semper miscendum

D. Greg. part. past. c. 2. de hoc fuse.

est (vt ait D. Greg.) oleum cum vino, vt pius fecit Samaritanus, & sicut in arca fœderis cũ virga Aaron erat simul vas mannæ; ita in pectore sacerdotis cum virga rectitudinis, adsit semper manna dulcedinis.

Hinc deduci potest causa cur sponsus non commendet prædicationis vocem à fortitudine, nec à magnificentia, nec à potestate confringendi cedros, & intercidendi flammas, vel deserta concutiendi, nec ab alijs insignibus, quæ illi superius conuenire diximus, sed tantum à dulcedine. Non enim ait, sonet vox tua, quia fortis,

In Exh. 2. ex Ps. 28

quia magnifica, & præpotens, sed quia dulcis: hac forte de causa, vt magis nostro insit cordi suauitas, ac mansuetudo vocis in prædicando, quæ magis propria est legis euangelicæ. Hæc autem multum ex nostra pendet industria, ac cooperatione cum diuina gratia: cætera autem quæ retulimus, magis sunt ex Dei solius omnipotentia, qui voce ista tanquam instrumento vtitur ad prodigiosa, & mirabilia opera perficienda. Vn-

Matt. 11. v. 24. ser. 10. de verbis Domini

de & Saluator ipse, sicut D. August. perpendit, non dixit, discite à me mundum fabricare, suscitare mortuos, & mirabilia facere, sed quia mitis sum, & humilis corde; hoc enim ad columbinam pulchritudinem pertinet; quod discipulis,

Luc. 10. 3. Mat. 10. 16.

cum eos ad prædicandum mittit, valde commẽdauit, dicens, *Ecce ego mitto vos sicut agnos vel oues inter lupos*: nam per mansuetudinem agnorum superabitis rabiem, eosque in agnos conuertetis.

Sed nunquid ipsi prædicanti vox hæc [?] dulcis, vt totius sit amaritudinis expers? Audimus quidem Ezechielem cum missus est ad prædicandum comedisse volumen quod res prædicandas continebat, *Et factum est*, inquit, *in ore meo sicut mel dulce: & dixit ad me: Fili hominis, vade ad domum Israel, & loquere verba mea ad eos.* At similis datus est liber D. Iohanni in Apocalypsi, quem in ore suo dulcem, sed in ventre sensit amarum. Est igitur in prædicationis munere dulcedo simul, & amaritudo. Dulcedo quidem, quia dulce est iusto diuinis obtemperare mandatis, & verba Dei iussu ipsius hominibus nunciare. Vnde & Psaltes dicebat, *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo!* id est, dulcissima sunt mihi, cum illas spiritualiter manduco, & interius deglutio, ac etiam cum ea ore pronuntio, & B alijs manifesto. Vnde etiam de eadem sponsa inferius dicitur, *Fauus distillans labia tua sponsa, mel, & lac sub lingua tua*: quoniam & dulcia dulciter docet: & quæ docet ipsa dulciter etiam gustat: nam qui mel & lac sub lingua habet, vtriusque dulcedinis particeps erit. Non deest tamen aliqua amaritudo, quia quod dulce est spiritui, amarum solet esse carni, cuius coercet petulantiam, & deprauatæ propensionis licẽtiam cohibet: & quia zelus domus Dei viscera comedit, & cor depascitur, ac delinquentium mala per compassionẽ facit quasi propria, & quæ annunciat amara, amarum reddunt eius animum, *Quis enim infirmatur, & ego non infirmor? & quis scandalizatur, & ego non vror?* & quis amaricatur, & ego non amaricor? Sed quoniam amara hæc ad hoc tendunt, vt culpæ amaritudinem ab anima pellãt, & gratiæ dulcedinem infundant, adhuc tunc verum est quod spõsus ait, *Vox tua dulcis*, quoniam dulces tibi, & proximis parit fructus. Nam licet o- C mnis disciplina (teste D. Paulo) in præsenti videatur non esse gaudij, sed mœroris; postea tamen fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Quare sponsus non solum sponsæ labia dicit esse fauum distillantem dulcedinem: sed prius etiam dixerat, *Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce*: quia vox prædicationis non solum instar faui delectat, reficit, & satiat, sed etiam instar vittæ ligat, vincit & cõstringit, cum increpat, & à fluxu carnalium voluptatum refrænat. Sed etiam tunc cum ligat, additur *& eloquium tuum dulce*: quia dulci animo ligat, vt sanet, increpat, vt saluet, & animam cœlesti dulcedine repleat. Vnde & vitta coccinea dicitur: quia ex charitate & eius duplici actu amoris Dei & proximi, qui per coccum bis tinctum significatur, cuncta verba procedunt, vt eandem cordibus charitatem imprimãt. Sonet ergo, inquit Dominus, vox tua in auribus meis, nec ab isto sono vlla te difficultas deterreat, nã D vox tua est mihi dulcis, tibique ac peccatoribus dulces pariet fructus.

Ezech. 3

Apoc. 10. 9

Cant. 4. 11.

2. Cor. 11

Hebr. 12

Cant. 4

Confirmantur dicta ex alio simili loco Cantici.

§. 5.

HAnc expostulationem fere repetit sponsus in huius Cantici coronide, dicens, *Qui habitas in hortis, amici auscultant, fac me audire vocem tuam.* Vbi etiam ad prædicationẽ exhorta-

Cant. 8. 13

tur

cut Ecclesiam sicut D.Gregorius, Cassiodorus, A Beda & alij testantur; & cuncta quæ diximus, am ... confirmat, & explanat. Hoc tamen in- ... quod hic sponsus vocatur colum b in so- ... nibus petræ, & in cauerna maceriæ, quia p... contemplationem latet in Christi vulneri- bus, & in eorum meditationibus versatur, qui- est in, & refectus; ibi autem dicitur habitare in hort... quæ loca sunt magis ampla & amœna, qua ... tam magis perfecta, eueta est ad contem- pl... da arcana sacræ Scripturæ, & secreta cœle- sti Paradisi, tertiumque cœli, ad quod raptus est Paulus, vt disceret quod prædicaret. Hic nullos ... cultatores proponit, quia vel forte nôdum ... icationis munus exercere cœperat, vel quia ... e consortium hominum refugiebat; soli- ... tem magis amabat, quam coram pluribus ... re, ibi autem subdit, *Amici auscultant*; quo- ... tam tanquam magis prouecta, non horre- ... hominum consortia, vt eos lucrari iut, siqui- dem ... um sponsum ad egrediendum in agrum B ... ptaret. Amicos autem vocat Angelos & sanctos cœlicolas, & homines terre genus: p... dicatores enim vt dicit Apostolus, spectacu um facti sunt Deo, Angelis & hominibus: ied m xi- me amicos vocat electos, iustos qui audi- diunt verbum Dei, tu n peccatores, quorum ... rda Deus ad audiendum præparauerat, qui ... pellantur amici, ego genere loquutionis quo ... Christus Dominus electus inter g ntes dispe- ... nuncupauit Dei filios. Hoc autem maxime inu tat ad prædicandum, quod præparati sint à Deo amici, qui libenter auscultent, & verbum ipsius recipiant: sicut dix t D.Luc. ex Gentibus qui audiebant Paulum, cred disse quotquot e- rant præordinati ad vitam æternam.

1. Cor. 4. 9.

Act. 13. 48.

Sed cur nunc ait, amici auscultant, fac eos au- dire vocem tuam, sed *fac me audire vocem tuam?* profecto vt confirmet quod superius diximus, quod prædicatores, etsi prædicare debeant ami- cis audientibus, non tamen potissimè eo fine & intentione, vt ipsi audiant, sed vt Christus cui soli placere studeant, audiat in illis, & glorifice- tur in voce ipsius, ac in fructibus, rouenientib. ex ea. Idem quidem est, fac me audire vocem tuam, quia ipse est in amicis suis, & amici in ipso & quod illis tribuitur, vt sibi tributum accipit, dum tamen ad hoc vox dirigatur, vt eius auri- bus arrideat.

Sed hoc etiam emphasim habet & amplifi- cationem; nam hic tantum ait, *Sonet vox tua in auribus meis*; ibi autem, *Fac me audire vocem tuam.* Verbum autem *fac*, miram efficacitatem signifi- cat, vt non tantum vox sonet exterius, sed in e- nus cor audientium penetret, & immutet: nam quamuis hoc sit donum Dei qui dat verbum e- uangelizantibus virtute multa. & cor aperit, vt ... in illud ingrediatur; tamen etiam concio- ... oris est ita se præparare, vt hoc donum à Deo ... cipiat, per quod faciat intime audiri & intelli- gi vocem suam.

Sed cur non addidit ibi sicut hic, *Vox enim tua dulcis, nec ostende mihi faciem tuam*, & amici te spe- ctant, sed tantum auscultant, fac me audire vo- cem tuam? Forte quia perfectius viris factest in- sinuare voluntatem Dei aliquid præcipientis, cuius voluntas perfectissima est obediendi ratio, quæ maxime ad prædicandum mouere debet?

quod si aliæ superaddendæ sunt rationes, non tam de tum dulcedine ministeri j quam ex commodo proximorum, qui auscultare ap- p... int, vt proficiant. Ex eo autem quod dici- tur, habitare in hortis, & in vineis esse, ac ma- gis, iam constat virtutibus colendis indulgere, bonorum operum fructibus vesci, & faciem e- ius notam esse omnibus, e usque exemplarem vitam manifestam esse populis, ideoque solum superest, vt vox eius sonet, & verba vitæ semi- net, illique sua prædicatione proficie, vt salutem & pacem, vitamque consequantur æternam. Amen.

EXHORTATIO XXX.

De multiplici desiderio videndi faciem Christi vt homo in vtroque eius statu, & vt Deus, & audiendi vocem eius, & de pulchritudine & dulcedine earum. Prosequitur omnium Sanctorum ex ea Ec... & ... festo translat. figurationis.

Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis, vox enim, &c.

HActenus hæc verba cum communiori sau- ctorum Patrum sententia à sponso sponsæ dicta interpretati sumus; nunc è conuerso cum D.Gregorio Nysseno, aliisque doctoribus ea- dem sponsæ attribuamus. quæ vehementer de- siderabat sponsi faciem vid. e, eiusque audire vocem, nec à tumexerasen u ... ea hortet di- xerat enim sponsa, *En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, & prospiciens per cancellos.* Et inde quasi in abscondito loquebatur illi, cum dixit, *En dilectus meus loquitur mihi*; postquam multa locutus est illi: quid mirum vt quæ per cancellos dilectũ respiciebat, clarius illum optaret conspicere, hancque magnanimam ad ipsum precationem funderet, dicens, *Ostende mihi faciem tuam; sonet vox tua in auribus meis*: videam te iam clare extra C cancellos istos, & vox tua non per cancel atas fenestras ad aures meas perueniat, sed cancellis sublatis, ita mihi loquere, vt te loquentem per- spiciam. Iuxta hanc ergo interpretationem qua- druplex videndi decorem Christi faciem, & vo- cem eius dulcem, audiendi desiderium insinuatur.

Hom. 5 in Cant. Psellus a- pud Theo- doretum. Cant. 2. Ibidem.

De desiderio videndi & audiendi Christum in carne mortal. §. 1.

ET quidem si hæc verba ad antiquam Ec- clesiam referantur, quę diu sponsum Christum per cancellos figurarum & sacrificiorum tantum intuebatur, vocemque eius nunnisi per ora pro- phetarum eius aduentum prædicantium audie- A bat, desiderans vehementer eius in carne aduē- tum, clamabat, *Ostende mihi faciem tuam; sonet vox tua in auribus meis*: ostende mihi teipsum his ve- D laminib. detectum, quia si facies tua sic deo pul- chra apparet per cancellos, quanto pulchrior apparebit, si videatur extra illos. Loquere iam mihi per te ipsum, & non tantum per Prophe- tas, ita ipsius vox sonet in auribus meis, quoniā vere hæc est mihi dulcis, tu enim es *Speciosus forma præ filiis hominum, & diffusa est gratia in labiis tuis.* Ps. 44. v. 3.

Expressit hoc desiderium frequenter eisdem verbis

Exo. 33. 13. Moyses antiquæ Ecclesiæ antesignanus, cum dixit, *Præcipis mihi vt educam populum istum, &c. Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuã, vt sciam te.* Vbi & Lipomanus notat, vocem, *Derech*, quam interpres vertit faciem, etiam viam significare dicitur; & ita quidem vertunt, *ostende mihi*, vel, *Scire me fac viam tuam*; Chald. *Ostende mihi viam bonitatis tuæ*; Sept. *Ostende mihi teipsum manifeste vt videam te.* Quid ergo tūc desiderabat Moyses, nisi forte videre iam Christum Deum & hominem, qui est via, veritas, & vita; nã per ipsum imus ad Patrem, & vitam consequimur æternã? Cum ergo dixisset Moyses ad Dominum, *Præcipis vt educam populum istum, & non indicas quem missurus es mecum*; subdit, si ergo inueni gratiam ante te, ostende mihi istum Messiam, qui venturus est, qui est facies tua, & via tua, qui vadat mecum, vt te per illum perfecte sciam. Desiderabat ergo videre Christum facie ad faciem, & illum ducem sequi; quod tamen tunc non obtinuit, quoniam reseruabatur feruor iste nouæ sponsę, & Ecclesiæ, quando venit plenitudo temporis, & misit Deus filium suum, qui in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.

In catena

Hæc est prima expositio alia ponetur infra.

Io. 14. v. 6.

Exo. 34. 33. Quod ipsius Moyses gestum etiam repręsentabat; nam cum loquebatur filijs Israel, velamen ponebat ante faciem suam, vt splendorem occultaret; at cum ingrediebatur tabernaculum vt Deo loqueretur, velamen auferebat, nudamque ostendebat faciem: sic etiam Deus etsi antiquis Patribus loquutus sit velata facie, tot rituũ & ceremoniarum velamine tectam; tamen in tabernaculo, quod Ecclesiam figurabat, vbi cũ hominibus familiariter conuersari decreuerat, ablato illo velamine, faciem suam in natura assumpta nobis ostendere dignatus est, & *aperiens os suum*, cœpit docere nos, dulcissimas emittens voces, cum dixit, *Beati pauperes spiritu, &c.* Completumq; est antiquæ sponsæ desiderium, cum dicebat, ostẽde mihi faciem tuam, quam in carne mortali habiturus es, & sonet vox tua in auribus meis, prædicans doctrinam quam allaturus es; vox enim tua dulcis, & facies tua decora.

Matt. 5. 2.

Libẽter affirmo faciem Christi Domini corporaliter fuisse etiam valde decoram, & vocem eius dulcem, & gratia plenam; vt de hac etiam corporea speciositate & dulcedine, seu gratia, & non tantum de spirituali intelligẽdum sit quod ait Psaltes, *Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis*; quoniam cum pulchritudo non eadem sit in omnibus, sed pro diuersitate personarum, & officiorum diuersi deceant vultus, vultuumq; decorea, & diuersæ voces, externæq; oris compositiones: hinc est ad eum finem, quem Christus Dominus sibi proposuit, & ad munia peragenda quæ elegit, redemptoris, magistri, doctoris, & legislatoris optimam summæque perfectam faciei, & vocis pulchritudinem, decorem, ac suauitatem assumpsit, q̃ summum amorem & reuerentiam conciliarent. Erant (inquit Chrysost.) ei affixi, non pauci assiduis, admirantesque ipsum, & videre semper cupientes. Et certe quis ab auctore talium signorũ non inuit⁹ recederet? aut quis vel faciem solam aspicere, osque ipsum ea quo diuinorum instituta præceptorum profluebant, ingenti desiderio non arderet: nam vt faciendis signis erat mirabilis, sic visu gratiosissimus traditur fuisse. Id-

Ps. 44. v. 3.

Ho. 28. in Mat. S.

Vide Suar. to. 1. in 3. p. d. 32. sect. 2.

que Propheta multo ante clamauerat [illegible] sus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis, tantaque erat hæc gratia: [illegible] diaerit, *Omnes testimonium illi dabant, & mirabantur in verbis gratiæ quæ procedebant de ore ipsius.* Omnes enim in sui admirationem rapiebat, non solum propter doctrinæ sublimitatem, sed propter doctrinæ sublimitatem, sed propter suauissimum modum illam proponendi, quo se gratum, benignum, & amabilem exhibebat, quem imitari nobis in vocis esse deberet: iuxta id quod Apostolus inquit, *Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuique respondere.*

Col. 4. v. 6.

De desiderio vidẽdi faciem Christi gloriosam, & audiendi vocem ipsius post resurrectionem.

§. 2.

SEd si ita decora erat facies Christi in carne mortali & passibili, qualis erit in immortali & impassibili? Demorata est sponsa tanquam columba *in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ*, cõtemplans in vulneribus Christi ipsius faciem natiuo decore & venustate spoliatã: vix in auribus sonabat vox eius, quoniam quasi agnus coram tondente se obmutuit, & non aperuit os suum. Cum n. aperuit, vox non dulcis erat, sed rauca, & amaritudine plena, *Laboraui*, inquit, *clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ*; preces, supplicationesq; cum clamore valido, & lachrymis ad Deum fundens. Sponsa ergo gemens vt columba intra illa foramina, & cauernam dicebat, *Ostende mihi faciem tuam*; faciem, inquam, quæ tua est, non q̃ mea est; nam facies quę tibi est in cruce, mea est, propter peccata mea sponte assumpta; & quia mea est, non est decora, sed defœdata tanquam facies leprosi, percussi à Deo, & humiliati, & quasi absconditus est vultus tuus & despectus. Faciem ergo videre desidero, q̃ tua est omni pulchritudine pulchrior, qua speciosus es p̃ filijs hominũ, nec est qui tibi possit cõparari.

De Christi pulchritudine sponsa fusa [illegible]

Ps. 68. v. 4.

Heb. 5. v. 7.

Isa. 53.

Hic sine dubio erat clamor supremæ sponsę, nempe Deiparæ in triduo post Christi mortem. Commorabatur n. eo triduo in cauerna sepulchri, & in foraminib. petræ, quia sepulchrum in petra excisum erat, vbi filij eius iacebat corpus mortuum quinq; vulneribus perforatũ, in quibus gemens vt columba iugiter residebat contemplans illius horridam & fœdam imaginem mortis, desideransq; vt illam deponeret, & propriam, viuam, speciosam, ac gloriosam faciem assumeret: ideoq; ad ipsum dicebat, *Ostende mihi faciem tuã, sonet vox tua in auribus meis: exurge iam gloria mea, exurge psalterium & cithara.* Exurge, ô fili, qui es gloria, decor, & pulchritudo mea, ac totius mundi splendor lætitia & gaudiũ: Sonet, ô Psalterium & cithara, vox tua & sonus tuus in auribus meis, quia dulcis est & iucundus, gaudiumq; annunciabit vniuerso mundo. Audiuit filius precationẽ matris, & subito die tertio diluculo apparuit illi, ostenditq; ei faciem gloriosissimam, vultumq; splendidissimũ, totum corpus pulcherrimum & quinque petræ foramina sapphiris speciosiora, & fulgentiora carbunculis. Sed q̃ iucundius fuit, faciem ei ostendit internam, tũ animæ verbo diuino vnitæ, tum ipsi⁹ diuinitatis, q̃ ipsamet pulchritudinis essentia, vt ad breue tempus omnem filij sui pulchritudinem

Deiparæ

Mat. 28.

Ps. 56.

Exurgit diluculo.

[illegible] sanctosque eius gradus supra commemora- A tos [illegible] constituetur. Si enim vera est D. Augustini, [illegible] Angelici Doctoris sententia, hanc faciem [illegible] tam fuisse à Moyse, & Paulo in raptu, certum [illegible] est Deiparam etiam intuitum aliquo [illegible] illam, quia omne priuilegium aliis Sanctis concessum, præcellentius est præstitum illi, cum fœmineum sexum non dedecebat. Si autem aliquando est præstitum, maxime in ipso die resurrectionis, quando Christus quasi denuo natus est nouus homo in mundo, gloria & honore sibi debito coronatus; vt iuxta numerum dolorum, quos passa est in passione filii, consolationes diuinæ lætificarent animam eius.

Sed nunquid & tunc sonuit vox Christi in auribus eius? Sonuit vtique in auribus corporis, quia voce corporea locutus est illi summa dulcedine [illegible] aures, quas inimicorum blasphemiæ, [illegible] repleuerant amaritudine; sed multo magis sonuit vox in auribus animæ; nam audiuit sicut Paulus in raptu, arcana verba quæ non li- B cet homini loqui. Nobis autem datum non est scire quid filius & mater mutuo sibi locuti fuerint, quid gesserint, & pertractauerint, sed silentio veneranda sunt.

Credibile etiam est quod Ecclesia illa nouella ex vndecim Apostolis & deuotis mulieribus congregata, postquam ex relatione Angelorum agnouit Christum surrexisse à mortuis, instanter clamabat ad illum, *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis*; desiderans pulcherrimam eius faciem videre, & dulcissimam vocem audire. Cuius desiderium multoties impleuit sicut scriptum est, *Per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei.* Ostendit autem illis faciem suam quodam diuinitatis splendore fulgentem, plusquam cum degebat cum eis in carne mortali. Loquebaturque cum illis voce suauissima, ingens per vtramque eis gaudium impartiens, maxime mellissua illa salutatione *Auete*, vel *pax vobis*; cui potissime quadrat *Vox* C *tua dulcis*, quoniam ædificat, quod significat, & pacem quam indicat, menti imprimit; nec solum vox erat dulcis, sed ardens, amorisque igne liquefaciens cor; sicut experti sunt qui dixerunt, *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in via, & aperiret nobis Scripturas?* Vnde qui semel eum viderant, & audierant, videndi & audiendi sæpius ardebant desiderio.

Act. 1. v. 3.

Luc. 24. v. 32.

De eodem desiderio vt deducitur ex transfiguratione. §. 3.

SEd quoniam euangelica historia non narrat expresse qualis fuerit faciei Dominicæ pulchritudo post resurrectionem, indagemus eam ex his quæ refert de ejus transfiguratione. Etenim placuit Christo ad breue tempus etiam ante passionem sponsæ implere desiderium in monte Thabor; vbi congregans ex antiqua Ecclesia primores prophetas Moysem & Eliam, D ex noua autem præcipuos Apostolos Petrum, Iacobum, & Ioannem, propriam illis & decoram ostendit faciem; nam *Transfiguratus est ante eos, & resplenduit facies eius sicut sol.* Quare sicut sol? nam quanto sol excedit claritatem lunæ, quæ ab ipso lumen recipit, tanto decor & splendor Christi excedit decorem vtriusque Ecclesiæ, & Sanctorum eius, quæ fere nihil est respectu ipsius. Vnde & facies Moysi ex consortio Domini apparuit cornuta instar bicornis lunæ, quia imperfectus erat eius splendor, & à Christo deriuatus: at facies Christi resplenduit vt sol, quasi fons luminis, & totius decoris, quæ intuentium oculos, & appetitum satiaret: tuncque ex parte impletum est desiderium illud quo flagrabat Moyses, cum dixit, *Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam*: vidit enim faciem Messiæ in sua gloria & maiestate, etsi sciret cito commutandam fore in excessu, quem completurus erat in Ierusalem, de quo cum illo loquebantur.

Matt. 17. Luc. 9.

Exod. 34. v. 30.

Ex Abbate Ioachimo apud Vieg. in Apoc. 1 sect. 10.

Exod. 33. v. 13. Vt supra explicatum est.

Sed nunquid impletum etiam est aliud desiderium, *Sonet vox tua in auribus meis; vox enim tua dulcis.* Sonuit quidem dulcissima vox Patris, quæ ad aures illius Ecclesiæ peruenit; nam, *Ecce* (inquit) *vox de nube dicens; Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite.* Quid est ipsum audite, nisi ecce vox eius sonabit in auribus vestris, parate aures, vt audiatis illum, quia vox eius dulcis, & diffusa est gratia in labiis suis? Crediderim Moysem, & Eliam, qui cum Christo loquuti sunt, etiam audisse vocem eius loquentis ad illos; benignus enim erat, & valde comis ac affabilis, loquentesque se alloquebatur. Quis ergo explicare valeat? Quam dulcis fuerit vox eius in auribus Moysi, & Eliæ? Possemus quidem illis dicere; Beati oculi quæ vident quæ vos videtis, & aures quæ audiunt, quæ vos auditis. Multi enim reges & prophetæ, ac iusti, qui præcesserunt, desiderarunt videre hanc decoram Christi faciem, & non viderunt & audire dulcem eius vocem, & non audierunt.

Mat. 13. v. 16. Luc. 10. v. 24

Quid ergo mirum quod Ecclesia præsens, & qualibet anima quæ cuncta hæc fide credit, vehementi desiderio flagrans dicat Christo Domino, *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis.* Cum enim surrexit à mortuis cum plena gloria & maiestate, & facies eius resplendet non tantum velut in transfiguratione sicut sol, sed millies plusquam sol. Ioanni adhuc peregrinanti apparuit Christi facies sicut sol lucet in virtute sua, quid quod beatis appareat vt mille soles splendentes in virtute sua? Cætera corpora beatorum fulgebunt septies quam modo sol; sol enim tunc fulgebit septuplum quam modo lucet; quid ergo mirum quod corpus Christi fulgeat millies plusquam sol, & visum illorum satiet? Nam felicitas illorum corporum quæ ad visum pertinet, Christi gloriosissimæ & pulcherrimæ faciei visione plene satiabitur. Qualis autem facies, talis & vox cuius venustas, suauitas & dulcedo beatorum satiabit auditum, vt iam cesset quod Ecclesiastes dicebat, *Non satiatur oculus visu, nec auris auditu impletur.*

Apoc. 1. v. 16.

Mat. 13. v. 43.

Is. 30. v. 26.

Eccl. 1. v. 8

Nos autem cum peregrinamur à Christo, pulcherrimam eius faciem videre desideremus; ideo enim abscondit se non solum eminus intra cœlos, sed cominus intra sacramentum altaris, vt prope, nos eum velatum habentes, eum sine velo videre desideraremus, dicentes, *Iesu, quem velatum nunc aspicio, quando fiet illud quod tam sitio, vt te reuelata cernens facie visu sim beatus tuæ gloriæ.* Interim tamen solamen nobis sit, quod Christi facies nunc lucet sicut sol in virtute sua: id est cum in meridie fulgentissimus apparet. Nam si-

Ex hymno D. Thomæ.

Apoc. 1. v. 16.

cut sol etsi in cœlo sit valde distans, tamen illuminat & calefacit terram, cum lucet in virtute sua, igneosque radios emittit in eam; sic Christus Dominus qui in natiuitate fuit sicut sol in ortu, in passione vero sicut sol in occasu, in ascensione autem & deinceps sicut sol in meridie, & in omni virtute sua, quamuis sit in cœlo, emittit radios igneos luminis & amoris quibus dilectos suos illuminet, & inflammet. Velamen autem instar nubis quo obtectus est, licet impediat splendorem corporeum, non tamen spiritualem, qui vbique ab illo procedit, si adsit qui recipere non renuat.

De desiderio videndi faciem diuinitatis Christi.
§. 3.

SEd altiorem aggrediamur intelligentiam de gloriosissima & speciosissima Christi facie, qua Deus est vnus cum Patre & Spiritu sancto, quorum eadem est facies, vna diuinitas, & maiestas, quam sponsa maxime desiderabat videre, cum ait. *Ostende mihi faciem tuam*, vbi quàm magnanima fuerit fides eius & fiducia satis apparet. Præceperat illi sponsus, surge propera, & veni, quia iam hyems transijt, flores apparuerunt, vox turturis audita est, ficus protulit grossos suos, rursus iusserat vt veniret ad foramina petræ, & ad cauernam maceriæ. Quid ad hæc illa? Cuncta, dilecte mi, faciam vt iubes, verumtamen *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis*: id est, desidero te clarius cognoscere, & propius audire; ostẽde mihi vel ad horam faciem tuam, vt ardentius te amem, & quod iubes perficiam. Hoc est quod præcipue desiderabat Moyses, cũ
Exod. 33. v. 13. dixit, vt supra retulimus, *Ostende mihi faciem tuam, vt sciam te*: id est, ostende mihi teipsum manifeste, vt te videam, non per ænigmata & figuras, sed perspicue vt tu ipse es. Quod tamen negatũ
Vers. 20. est illi, *Faciem*, inquit, *meam videre non poteris; non enim videbit me homo, & viuet*. At postquam Christus surrexit à mortuis, quilibet iustus post mortem videbit Deum, & ideo precatio ista ad id tempus referenda est.

Cum enim pia anima transiit per hyemem & imbrem multarum tribulationum, cum flores virtutum apparuerunt in terra cordis sui, cum vox turturis & gemitus, ac pœnitentiæ sæpius peruenit ad aures eius, cum transijt per foramina & cauernas portæ angustæ, & viæ arctæ, quę ducit ad vitam, incipit gemere sicut columba
Ps. 119. v. 5. dicens; Heu mihi, quia incolatus meus pro-
Ps. 41. v. 4. longatus est: fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est
Ad Phil. 1 v. 23. Deus tuus? Quam cupio dissolui, & esse cum Christo; quo affectu excitata clamat ad ipsum,
Isa. 33. v. 17 *Ostende mihi faciem tuam*, videam te regem meum in decore tuo; quia facies tua decora, imo ipse decor, ipsa fœlicitas, & suprema beatitudo; cuius visione satiabor, nec aliud videre desiderabo, *Sonet vox tua in auribus meis*. Vox illa qua bea-
2. Cor. 12. v. 4. tis loqueris, vt ex ore tuo audiam arcana verba, quæ mortali homini non licet loqui. Vox enim
Ps. 30. v. 20. tua est dulcis, imo ipsa dulcedo, quæ tamen tũc abscondita est, suo tempore reuelanda timentibus te. Sonet iam in auribus meis vox illa tua
Cant. 4. v. 8 dulcis, *Veni de Libano sponsa mea, veni; coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir*. Scio enim quod ait Apostolus, *Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex; non solum autem mihi, sed & iis qui diligunt aduentum eius*. *2. ad Tim. 4.* Aduentum tuum diligo, faciem tuam videre cupio; certaui bonum certamen, vt potui, cursum consummare desidero; sonet iam vox tua, quæ me vocet ad coronam, vt de omnibus inimicis gloriose triumphem.

Denique sub his duabus precationibus, ostende faciem, & sonet vox tua; integra beatitudo nostra postulatur, quæ in Scriptura sub nomine visus, & auditus exprimitur. Ea enim quæ beati in Deo vidẽt, etiam audire dicuntur, quia ab illo recipiunt. Vnde & Christus Dominus quæ clare videt in Patre, vt Patri desertat, se *Ioan. 5. v. 30. & 8. v. 26.* ab illo audire testatur. Plura de hoc diximus supra, circa illud, *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie*. Dum autem non conceditur clare videre faciem Dei, saltem id desiderandum & petendum est, vt illam per contemplationem ostẽdat nobis admodum ibi fusius explanatum.

De desiderio inueniendi apud Deum fauorem & gratiam. §. 4

SEd alius sensus & vltimus, à præcedentibus non absimilis, omni loco, & tempore cuique proficuus exponendus manet. Nam iuxta D. Gregorij placitum, Dei facies sæpe in Scriptu- *Lib. 2. mor. c. 24.* ra, eius gratiam, benignitatem, & fauorem significat, ex eo quod nos, ea quæ amamus, libenter aspicimus; & faciem ad ea conuertimus, quam tamen auertimus ab iis quæ odio habemus. Quod alia phrasi explicatur in Scriptura, inueniam gratiam apud te vel in oculis tuis; de qua in libro primo fuse dictum est. Cũ ergo inquit, *Ostende mihi faciem tuam*, sensus est, præbe te mihi propitium gratum, benignum, mitem, & affabilem, remota omni ira, indignatione, & vindicta quã meis peccatis promerui. Vnde David crebro hanc repetebat precem, *Domine Deus virtutum conuerte nos, ostende faciem tuam, & salui erimus*; id est, ostende benignum vultum tuum, & benignitatis nobiscum opera exerce, & sic salui erimus ab omni malo. Et iterum. *Illustra faciem tuam super seruum tuum*, vel *illumina vultum tuum super nos*: hoc est, conuerte ad nos hilarem aspectum vultus tui, & iucundæ faciei tuæ. Quod Hispane diximus, *Muestra me buen rostro*. Vnde etiam sæpius petebat, *Ne auertas faciem tuam à me, & ne declines in ira à seruo tuo; & ne proiicias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me*. Cum enim Deus valde irascitur contra aliquẽ vt con- *Gen. 4. v. 14* tra Cain, tunc abscondit faciem suam ab illo, & proiicit eum à facie sua. Cum igitur bis spõsam vocasset, multaque ab ea exegisset, hoc vnum ipsa respondet, vt ipse ostendat ei faciem suam, propitium ac benignum se illi præbens, inde enim fiet, vt exacte cuncta perficiat.

Sed vlterius subdit, *Sonet vox tua in auribus meis*. Vox autem Dei, vt superius diximus, est interna ac secreta eius inspiratio, quæ in auribus cordis sonat, mentem instruens, inflammans affectum, & vires omnes ad operandum excitans, & confortans. Est autem dulcis quoniam tristitiam & segnitiem pellit, ac suauiter & fortiter,

dulci-

du[illegible] & constanter quæ suggerit, operatur, [illegible] sa experientia didicerat, cum sponsum [illegible] t[illegible]m audierat, & cor se oserat liquefa[illegible] Harum ergo vocum & inspirationum [illegible]m petit, cum ait, sonet vox tua, non [illegible]d crebro; inspiratio tua sæpe aures meas [illegible]ngat eas aperiat, & vsque ad intima pe[illegible] Loquere ergo, Domine, quia audit ser[illegible]uus, audiamque intus quid loquatur in me [illegible]us meus, quoniam loquetur quæ ad [illegible]n & dulcedinem sunt plebi suæ. Sub hoc [illegible]e sensu hæc precatio crebro in ore versari [illegible]t, cum duo in ea postulētur quæ radia sunt [illegible]us sanctitatis, & spiritualis profectus. Nam [illegible]dem est ostende mihi faciem tuam, quod inue[illegible] gratiam apud te, & in oculis tuis; vnde o[illegible]stea bona supra diximus prouenire. Bea[illegible]tem eris, si cum sancto Iob dicere possis, *Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te*, ex hoc enim auditu & visu nostra constatur beatitudo audientes hic Deum per fidem & obedientiam, & videntes per contemplationem, donec videamus fa[illegible]ie ad faciem in gloria, in secula seculorum. Amen.

Iob 42. v. 5.

PARS TERTIA

LIBRI QVINTI.

De astutis persecutoribus Christi & Ecclesiæ, eiusque felici progressu vsque ad finem seculi.

TEXTVS.

Vers. 15. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea nostra floruit. Dilectus meus mihi, & ego illi qui pascitur inter lilia: donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. Reuertere, similis esto dilecte mi capreæ, hinnuloque ceruorum super montes Bether.

EXHORTATIO XXXI.

De præcepto capiendi hostes Ecclesiæ, & animæ; cur dicantur vulpes; à quibus & quomodo sint capiendæ.

Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas; nam vinea nostra floruit.

PERACTA iam bina vocatione, qua sponsa vt egrederetur ad rus, vel vineas inuitabatur, ipsaque annuente, versa est oratio ad eius sponsique sodales, dicens, *Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas, nam vinea nostra floruit*; sub hac metaphora exprimens desideriū remouendi omnia impedimēta obuiantia quietæ commorationi, ac communicationi habendæ in vinea, vt nihil in ea maneret quod eos exturbaret. Cuncta enim amouēda sunt, quæ quacumque ratione obuient diuinæ vocationis, vel iussionis executioni, vt opus iniunctum egregie perficiatur. Videndum igitur est quæ sint istæ vulpes paruulæ vineas demolientes, quis eas capere præcipiat, & à quibus, quo fine, quibus de causis, & qua arte capiendæ sunt. Quæ omnia nunc in genere tantum explicabimus, in sequentibus vero Exhortationibus in speciali de singulis dicemus.

Triplices esse animæ hostes instar vulpium.

§. 1.

INNVMERI sunt ac fortes valde Ecclesiæ, præque animæ hostes, quos sine peculiari Dei auxilio nullus capere valebit, quomodo nec Samson trecentas vulpes capere posset, nisi à diuino spiritu qui in ipsum sæpius irruebat, adiutus esset. Ad hunc autem numerum trecenarium reducere possumus triplicis generis hostes qui vineas Domini, id est, particulares Ecclesias, ac singulas animas, ad vnam Catholicam Ecclesiam, velut ad vnam vineam semper florentem spectantes, demoliri conantur: nimirum dæmones omnium astutissimi, homines peruersi ad decipiendum callidi, & carnis concupiscentiæ, seu passiones ad voluptuosa pronæ. Ex quibus texitur funiculus triplex, qui difficile rumpitur, nisi trinum adsit adiutorium à tribus diuinis personis, id est, nisi Pater tribuat potentiam, Filius sapientiam, & Spiritus sanctus bonitatem: sapientia enim vulpium detegit astutias; potentia vires præstat ad eas capiendas; bonitas vero vtramque iuuat, vt captionem perficiat.

Iud. 15. v. 4.

Hinc autem deducere licet causas ob quas huiusmodi hostes vulpes paruulę hic nuncupentur, cum tamen in aliis Scripturæ locis vocentur leones, pardi, lupi, dracones, & aliis ferocium bestiarum nominibus. Primam reddit D. Gregorius Nyssenus, dicens id fieri quasi ex contemptu ipsorum, vt ostendatur quam viles, ac modicæ sint virtutis; Non enim (inquit) dicit sponsus venamini aprum ex sylua, qui vineam Dei depopulatur, aut singularem ferum, aut rugientem leonem, aut magnam balænam, sed *Capite vulpes paruulas*; quia omnes illæ terrestres potestates aduersus quas est hominibus colluctatio, scilicet principatus, potestates, & rectores tenebrarum harum, ac spiritus nequitiæ; sunt paruæ vulpes dolosæ, & infelices, si cum nostris conferantur viribus; cum nostris, inquam, viribus Christi gratia, sponsi auxilio, & Dei protectione præmunitis.

Hom. 5. in Cant.

2. Præterea cum vniuersum istud Canticū versetur inter sponsum & sponsam se ardenter amantes, hostes sponsæ non leones, non lupi, vel tauri nominantur, sed vulpes; quoniam diabolus cupiens vincere animam Dei amore flagrantem, nō vi aperta aggreditur illam, sed dolo, & vulpina fallacia. Scit enim viriliter restituturam cū ctus eius apertis suggestionibus & violentiis quantumuis ferocibus, ideoque tāquam vulpes occultas quærit insidias. Propter quod sponsus illam monet, non vt capiat leones, vel tauros,

tauros, sed vulpeculas insidiantes illi, ne decipiatur ab eis, & occulte vineam eius demoliantur: Non timet leones saeuienter irruentes, quia fortis est vt mors dilectio, & parata est pro dilecto dilacerari, & durissimam mortem pati: at timere debet vulpeculas, à quibus dilectionis fructus secreto possunt decerpi, & in errorem duci, si fieri posset etiam electi, & ideo dicitur illi vt studeat eas capere. Olim cum Iudaei aedificarent murum Ierusalem, irridebant eos hostes, dicen-
2 Esdr. 4. v. 3. tes, *Aedificent, si ascenderit vulpes, transiliet murum eorum lapideum.* Ac si dicerent; Quantumuis aedificent lapideum murum, non effugient quin saltem vulpes ascendant, & transiliant eum; & quod non efficit hostis manifestus, perficiet occultus. Sic hostes Ecclesiae & animae videntes eam aedificare firmissimum murum fidei, & euangelicae perfectionis super lapidem viuum, & petram inuictam Christum Dominum, subsannant eam, existimantes quod saltem vulpes praeualere poterunt contra illam, sicut contra Euam praeualuit callidissimus serpens, & serpentina vulpes fallacibus verbis & promissis illam decipiens; propter quod Apostolus Corinthijs di-
Gen. 3. v. 4. 2. Cor. 11. v. 3. xit, *Timeo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate quae est in Christo Iesu.* Sponsus autem omnes monet vt vulpes caueant, & capiant, quae occulte per murum ascendere possunt; nam etsi sublimem anima vitam agat, non deest Satanae astutia, vt se transfiguret ad decipiendum eam.

3. Hinc fit admonitionem istam, etsi omnibus hominibus conferatur, tamen potissime fieri propter iustos, quibus congruit quod subiicitur, *Quia vinea nostra floruit.* Carnales enim & mundanos aperto marte diabolus oppugnat, & deiicit:
Isa. 5. v. 1. Vnde cum de vinea Synagogae loqueretur Isaias,
Mat. 21. v. 33. quam Dominus sepiuit, & turrim in ea extruxit, de omnibusque ad praemuniendum eam conducentibus, ita prouidit, vt diceret, *Quid potui facere vineae meae & non feci?* Nihilominus non praemonuit illos vt vulpes caperent. Cur hoc? nisi quia hostibus manifestis manus dabant, idolis seruientes, & aliis innumeris peccatis publicis se implican-
Ps. 79. v. 14 tes. Quare vt praedixit Dauid, *Exterminauit eam,* non vulpis, sed *Aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam.* Non opus fuit diabolo figuram vulpis assumere ad decipiendum & demoliendum vineam quae non floruit, sed potius, quae cum de-
Isa. 5. v. 2. buisset facere vuas, fecit labruscas; sed assumpsit figuram apri, & feri singularis, crassisque vitijs demolitus est eam; quia tamen in ea aliqui erant pij, omnesque etiam hostium insidiis subiacebant, aedificauit in ea turrim ad speculandum aduentum hostium, & vulpium, quae super murum vel sepem ascendere conarentur ad deuastandum illam. Sed de hac turri postea. Tu ergo si electa Dei vinea esse cupis, sponsi monitum ne despicias; nam tibi potissime vulpes insidiabuntur, à quibus capieris, nisi capias eas.

Quibus incumbat vulpes has capere.

§. 2.

SED iam videamus quis haec verba profert, & hoc praeceptum iniungit, aut monitum praebet capiendi vulpes, & quibus iniungatur: nam fere omnes antiqui Patres sponsi iussum esse dicunt, *Capite nobis vulpes paruulas.* Cum enim ipse sit Dominus vineae, cuiusque singularem curam gerit, ad ipsum potissime pertinet eius damna praedicare, & vinitoribus ac custodibus praecipere vt vulpes eam demolientes capiant, & exterminent. Sed cur praeceptum istud non dirigit ad sponsam, sed ad sodales? non enim ait, cape, sed *capite*; nunquid non ipsi etiam incumbit cura capiendi? aut inquit, *capite*, quia ipsa capere debet, sed non sola, cum aliorum indigeat adiutorio? Sicut enim credibile est Samsonem solum non ce-
Ita Glos. Iudic. 15. v. 4. pisse trecentas vulpes, sed plures ex amicis habuisse coadiutores; ita plures habet Deus vulpium captores, quibus vnus praeest, vt aliorum dux quorum omnium ad tres ordines reduci gerere licebit.

Primus & praecipuus est eorum qui maxime sponsi sodales nuncupantur, angelorum sc. quibus animarum custodia est demandata, & Archangelorum qui singularem Ecclesiarum vel congregationum curam gerunt, quibus praeest sanctus Michael totius Ecclesiae princeps qui pro eius defensione cum Angelis suis praeliabatur
Apoc. 12. v. 7. cum dracone, & angeli eius. Sicut enim daemones astutissimi sunt, & potentissimi omnium vulpium quae nobis insidiantur; ita voluit Deus earum captores nobis prouidere sanctos Angelos qui scientia & potentia eos superent, qui eorum astutias calleant, & facile capere possint; ideoque daemones vulpes paruulae vocantur, quia cuncta eorum vis respectu Angelorum est pusilla; & ita se gerunt Angeli boni erga malos veluti gigantes erga paruulos, quos facile possunt capere & vincere. Sicut Angelus Raphael apprehen-
Tobiae 8. v. 3. dit daemonium Asmodaeum, & religauit illud in
Apoc. 20. 2. deserto, & alius Angelus apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus, & Satanas, & ligauit eum per annos mille. Ex hac forte de causa non dicitur, occidite vulpes, sed capite; quoniam daemoniacae vulpes occidi non possunt, sed tantum capi, ligari, & extra vineam eiici. Quod licet nobis praecipiatur, & per Dei auxilium id praestare valeamus, tamen diuina prouidentia coadiutores & auxiliatores dedit nobis sanctos Angelos, qui animae, seu cuiusque vineae simul sint instar sepis, turris, ac speculae, & sicut vinitores & custodes, qui diuina quadam astutia & virtute vulpes has capiunt & vinciunt, ne nobis noceant.

Praeter Angelos vero habet etiam Christus in Ecclesia sodales, homines ad capiendas vulpes deputatos, cuiusmodi fuerunt Apostoli, eorumque successores. Et modo id munus obeunt praelati, praedicatores, & magistri, qui etiam contra diabolicas vulpes bellum gerunt, & earum astutias praecognoscunt, vt Apostolus ait, *Ne circumueniamur à Satana, non enim ignoramus cogitationes eius.* 2. Cor. 2. v. 11.
Deinde etiam contra humanas vulpeculas, nempe contra haereticos, & seculi sapientes, pseudoprophetas, & alios seductores, qui innocentes conantur decipere; quia filii huius seculi prudentiores sunt filiis lucis in generatione sua. Verum Luc. 16. v. 8.
tamen merito paruulae nuncupantur, quia quod stultum est Dei sapientius est cunctis hominibus, & sapientia huius mundi stultitia est apud Deum; qui comprehendit sapientes in astutia eorum. Hanc autem scientiam, artem & industriam has vulpeculas capiendi ipse infundit suis ministris quos ad hos munus elegit. 1. Cor. 1. v. 25. & 3. 19. Iob 5. v. 13.

Vltra

[illegible] em singuli fideles captores etiã [illegible], cum illis etiam incumbat, Dæ[illegible] prauos homines auersari, & pertatio[illegible] m, passionum ac cogitationum no[illegible] vulpeculas capere, alioqui demoliẽtur [illegible] ineas, incidensque in lugubrem sponsę [l]amentationem, de qua supra egimus: *Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui.* Ille [enim] vineam non custodit qui vulpes capere n[egli]cit. Huiusmodi enim captio præcipua est p[ars c]ustodiæ.

[illegible] n deducimus non improbabiliter quos[dam] Doctores hæc verba *Capite nobis vulpes par[uulas]*, etiam ipsi sponsæ asscribere, quasi Ecclesia [illegible] p um petat à suis ministris, & quæ vis ani[m]ab[us] eam in captione ista iuuare valent, [illegible] erbum, *Capite*, non tam erit præcipien[tis, quam] obsecrantis, & postulantis ab Ange[lis & p]ælatis vt ad capiendas has vulpeculas o[per]ant. Imo instantius id petendum est ab [ipso] Deo sine cuius auxilio in cassum erit noster [lab]or. [Di]cito ergo illi: Domine, da quod iubes, [& iu]be quod vis. Iubes vt capiam vulpes paruu[las, da vir]tutem ad capiẽdum eas, ipsa enim im[pera]tio præcepti est promissio auxilij, & exhortatio ad orandum & efflagitandum illud.

De spe capiendi vulpes, & fulcimentis illius.
§. 3.

HOc ergo auxilio freti magnam nos oportet concipere fiduciam, ingentesque resu[m]ere vires ad has vulpes capiendas: quas ideo sponsus paruulas vocauit, ne animum despondeamus. Cum enim certum sit in quamuis Dei vocationem plures insurgere hostes manifestos, & occultos, noluit eus vocare leones, aut dracones, sed vulpeculas, ne plus nimio timeremus eos, nimius enim timor diffidentiam parit, hæc vires eneruat, infringit constantiam, & perseuerantiam tollit, ac in pristinum locum reuertere cogit. Sicut timidi exploratores dum [illegible] ori succumbunt, hostium vires amplificant, [p]roprias diminuunt, populumque in desperationis barathrum deijciunt, *Vidimus* (inquiunt) *monstra quædam de genere giganteo, quibus comparati quasi locustæ videbamur.* Quibus verbis territus populus in Ægyptum voluit regredi. At Ca[leb], & Iosue alio spiritu pleni, nempe spiritu Dei, [sp]iritu fortitudinis, fidei, ac spei, dicebant: *Nolite [tim]ere populum terræ huius, quia sicut panem ita possumus eos deuorare.* Illi sunt quasi vulpes paruulæ, [non] de genere giganteo, quia Deus recessit ab il[lis], & nobiscum est. Nobiscum ergo est auxilium, & protectio diuina, angelorumque cælestia [aux]ilia [quibus] rediamur capere vulpes, quia paruulæ [sun]t, & facile capiemus eas.

[Al]ias etiam fiduciæ causas indicat nomẽ il[lu]d, *Nobis*. Non enim ait capite vobis, sed nobis. [Id] est, mihi, & vobis, mihi, ad mei nominis gloriam; vobis, ad vtilitatem & securitatem vestram, maxima enim accrescit Deo gloria ex hac captione, quia non fit nostra sola industria, sed præcipue ipsius gratia, & vulpes quæ ex se sunt [fero]cissimæ, virtute ipsius fiunt nobis paruulæ. Nostra autem interest valde eas capere, quia innumera nobis infligunt mala, dum omnes diuinæ vocationis fructus seu flores demoliuntur. Su[m]ptema enim maledictio est quam minatur David dicens: *Tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.* Id est deglutientur à dæmonibus, qui deuorant animas, sicut vulpes vineas. Vtroque ergo titulo tenemur vulpes capere, earumque ora obstruere, vt Deo gloria, nobis vero maior accrescat gratia. Sed Dei gloria nostro cõmodo est præferenda; & lucta hæc sic quam ipsius Dei desumenda est, vt ipse per huiusmodi captionem glorificetur in nobis. Quod non modicum erit spei nostræ fulcimentum, dum bellum Dei gerimus, & inimicos eius debellare curamus. Propter quod non potest deesse eius auxilium, cum ipsius sit bellum. Psal. 62. v. 11.

Eadem etiam ratio insinuatur in subiunctis 1. Reg. 17.
verbis; *Nam vinea nostra floruit* Nõ ait, vinea mea, v. 47.
aut vestra, sed nostra, quam vulpes demoliũtur nisi capiantur. Capiendæ ergo sunt ne demoliãtur vineam Dei, quam ipse plantauit, & rigauit sanguine suo, cuius floribus delectatur, cuius fructibus libenter vescitur, quia summe diligit eam. Noluit tamẽ dicere, vinea mea floruit, sed nostra, vt fortius alliceremur ad capiendas vulpes, quæ non alienas, sed propriam deuastant vineam. Nam etsi amabile sit bonum, vnicuiq; tamen magis id quod est proprium.

Sed nec caret mysterio quod cum prius dixerit, *Quæ demoliuntur vineas*, non addens nostras, postea dixerit, *Quia vinea nostra floruit.* Forte quia per vineas non tantum intelligit plures Ecclesię congregationes, sed etiam totius mundi cœtus, & populos infidelium. Quæ licet sint Dei cum creauerit, & plantauerit eas, sed quia non pertinent ad Ecclesiam Catholicam non vocat eas nostras, vulpes autem has etiam vineas demoliuntur, quia cuncta deuastare gestiunt, etsi magis vineas Ecclesiæ florentes; eo modo quod de
Behemoth dicitur: *Quod absorbebit fluuium, & non* Iob 40. v. 18.
mirabitur, & habet fiduciam quod Iordanis influat in os eius. Quia non tantum infideles, sed etiam iustos deuorare nititur.

Sensus igitur est; capite nobis vulpes, quarum ingenium est cunctas demoliri vineas, ne demoliantur nostram, quæ iam floruit, quam auidius deuastare appetũt, quia maxime his floribus vesci delectantur. *Nam cibus eius electus.* Abac. 1. v. 16.

De celeri captione harum vulpium. §. 4.

HInc constat quam ardenter desideret cælestis sponsus has capi vulpes, dum ait:
Quia vinea nostra floruit. Ac si diceret, ne differatis capere, iam est opportunum tempus, & 2.
periculum est in mora; quia vinea cœpit florere: flores vero excitant famem vulpium istarum ad deuorandum, & deuastandum vineas, excitant etiam in nobis solicitudinem capiendi eas vt seruetis flores, & fructus indemnes, in quo mira diuini sponsi splendet prouidentia. Conspiciebat enim ex ipsius vocatione in corde sponsæ pullulasse flores sanctorum desideriorum, cum dixit illi; *Surge, & veni, ostende mihi faciem tuam, &c.* Mox ex abrupto mutat vocem, clamat, & dicit: *Capite nobis vulpes, quia vinea nostra floruit:* ac si dicat, venite cito Angeli, accurrite sodales; quia cœpit florere vinea sponsæ, & ecce adueniunt vulpes vt solent, demoliri eam, celeriter capite illas ne ipsi noceant.

Hoc

Hoc autem profert ipsa audiente, vt ipsa etiam excitetur, euigilet, & satagat se à vulpibus tueri, & earum captioni soletter cooperari.

2. Sed perpendendum est valde quod si ad corporeas vulpes attendas, istę non insidiantur floribus vineæ, nec racemulis immaturis, sed vuis iam maturis, & dulcibus, cur ergo iam cito capi illas iubet, quia vinea floruit? melius enim dixisset; quia vinea nostra fructus iam habet? sed hoc insigne est diuinæ prouidentiæ indiciú, quę ante languorem adhibet medicinam, & ante bellum præparat arma; ac antequam veniant fructus prouidet etiam eorum præcauere damna; quia ergo flores vineæ initia sunt fructuum, qui crescere & maturescere incipiunt, cum primum vinea floret, capi iubet vulpes, ne postea fructus comedant. Si enim differretur captio ad tempus ipsum fructuum, & difficilius caperentur, & maius dum capiuntur, inferrent nocumentum. Ne igitur parum prosit sera prouidētia; mature sunt adhibenda remedia. (Eccl. 10. v. 20.)

3. Sed habet etiam emphasim repetitio quę habetur in textu Hebræo, scilicet, *Capite nobis vulpes, vulpes paruulas.* Vbi alia celeris captionis insinuatur ratio, sensus enim est: capite omnes vulpes, etiam pusillas, nulla maneat, quæ nocere possit, nam etsi paruula sit, non paruum damnum inferet. Et nisi capiātur dum sunt paruæ, vix capi poterunt cum increuerint. Prouerbium enim est: veterana vulpes laqueo non capitur, quia astutissima facta est vt retia & laqueos caueat. Cum ergo in initio veris, vulpes sint pusillæ, tunc eas capere iubet, ac si diceret, principiis obsta, sero medicina paratur, cito ergo auferte vulpes paruulas, auferte omnia obstacula dum oriri incipiunt, quia tunc facilius poterunt auferri ne si illa crescere sinatis, vix valeatis auferre.

4. Deinque perpēdere oportet quod cum Dominus dixerit: *Sonet vox tua in auribus meis*, exhortans nos ad vocem confessionis, vel orationis, aut prædicationis, vt iā vidimus, aptissime subdit *Capite nobis vulpes paruulas, &c.* Vt significet omnem animæ vocem quæ illi dulcis est, ad hoc primū dirigendam vt vulpes istæ capiantur; hoc inclamandum, & impetrandum est per vocem orationis, hoc vnicuique curandum pro seipso per confessionis vocem. Hoc denique prædicatoribus, & doctoribus primo incumbit vt per vocem prædicationis suæ vulpes omnes capiāt. Hæc in genere dicta sufficiant, iam de singulis vulpibus capiendis fusius agamus.

EXHORTATIO XXXII.

De duplici Herode qui Christum persequutus est, & typus fuit tyrannorum Ecclesiam persequentium. Et de ambitione ac libidine quæ radix sunt vulpinæ sæuitiæ.

Capite nobis vulpes paruulas, &c.

(Luc. 13. v. 32) VVLPIVM ingenium describit nobis Euangelica historia in duplici Herode rege, quorum alterum Ipse Christus vulpem vocauit; sed nomen quadrat vtrique; quia vterque vulpe, & progenitoris vulpina astutia in hæredem transfusa est. Primus persecutus est Christum, recenter natum: cuius mater simul & sponsa beatissima Virgo ad sponsi sui sodales clamans ait, *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas, nam vinea nostra floruit.* Floruit in Bethleem virginea vinea cum edidit mundo Christum florem, quem prædixerat Isaias, egrediendum ex virga de radice Iesse: id est, ex Maria virgine, vt Diuus Hieronymus interpretatur, sed cur humilis virgo ait, vinea nostra, & nō potius vinea mea floruit, si quidem ea tantum hoc viri opera flos iste natus est? imo ideo dixit, vinea nostra floruit, quia humilis erat, & non sibi, sed Spiritui sancto opus istud acceptum referebat, cuius virtute florem istum germinauit. Et quia pars erat antiquæ Ecclesiæ, quæ aduentum Christi desiderabat, & expectabat, ipsius nomine dixit, *Vinea nostra floruit.* Vnde florente virgine, simul cœpit florere Ecclesia, dum ex Iudæa pastores, ex gentibus vero Magos, quasi ad Christum adorandum venerunt, tanquam vtriusque populi primitiuos flores, & fructus cito protulit.

De primi Herodis persecutione contra Christum infantem. §. 1.

SED mox exortæ sunt vulpes quæ demoliri vineas conatæ sunt, nempe Herodes, & exercitus eius, primoresque Iudæorum, qui adulabantur illi. Vocantur autem vulpes paruulæ, non malitia, sed subtilitate. Malitia enim maximæ erant, siquidem supremum Iudæorum regem, & Messiam in lege promissum diu pro totius mundi redemptione expectatum, occidere moliebantur. Erant tamen paruulæ subtilitate, quia variis & subtilibus astutijs se occultantes sub prætextu humilitatis & piæ submissionis nefarium opus aggrediebantur. Nonne vulpes erat Herodes, *Qui clam vocatis magis diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis, & mittens illos in Bethleem dixit: ite & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum?* (Matt. 2.) clam vocauit, quia vulpes erat & insidias parabat; nam qui male agit odit lucem; & vulpes foueas habent, vbi se abscondant, & astutias machinentur. Vt quid discere cupit tempus stellæ, quæ apparuit eis, nisi vt melius ætatem eius quem occidere putabat, agnosceret; & vulpinum animum regens Magos in Bethleem mittit, vt puerum inquirant, inuentum annuncient, voluntatem simulans eum adorandi, qui voluntate flagrabat occidendi. Calliditas ficta (ait Diuus Fulgentius) ô nequitia fraudulenta, sanguis innocentium quem fudisti, attestatur quid de hoc puero voluisti. (Serm. Epiph.) Sed capta est vulpes, ne malitiam perficeret, & qui comprehendit sapientes in astutia eorum, comprehendit Herodem in astutia eius, (Iob 5. 1. Cor. 3. 19.) accurrunt sponsi sodales, monent Angeli Magos in somnis, ne redeant ad Herodem, sed per aliam viam reuertantur in regionem suam; & qui illudere machinabatur, mansit illusus.

Videns autem quod illusus esset à Magis, iratus est valde, & decreuit oēs Bethleemiticas demoliri vineas, cunctos Bethleemiticos infantes (Matt. 2. v. 16.) perimens,

perimens, vt vnum perimat Christum. Hoc sonant illa verba; *Capite nobis vulpes, paruulas quæ demoliuntur vineas.* Si nomen paruulas non ad vulpes referatur, vt hactenus fecimus, sed ad vineas, vt refert *a* Diuus Ambrosius, & insinuat *b* Diuus Hieronymus, ita vt sensus sit, capite nobis vulpes, quæ paruulas demoliuntur vineas. Herodes enim, & satellites eius vulpes magnæ, demoliti sunt paruulas vineas, cum pueros Bethleem à bimatu & infra occiderunt. Nã cum natus est Christus flos campi, nati sunt plurimi infantes in Bethleem, & in omnibus finibus eius, quos omnes Deus elegerat in flores martyrum, & per martyrium decreuerat in hortum paradisi deferre, vnde conuenienter su[...]ngitur: *Quia vinea nostra floruit*, bosque pulch[...]os flores germinauit: permisit ergo Deus vulpes deuastare vineas, deglutire flores & illos absumere. Sed dum flores deglutiebant, in cælum custodiendos reseruabant. Illi destruebant tenera corpuscula tandem moritura, sed Deus seruabat animas in æternum secum victuras, propter quod noluit capere vulpes, quæ vineas illas paruulàs demoliebãtur, nam plus profuerunt demoliendo, quam profuissent seruando. Ecce (inquit Augustinus) prophanus hostis, nunquam beatis paruulis tantum prodesse potuisset obsequio, quantum profuit odio. Gladius enim qui corpora proprio maculabat cruore, lauabat animas infantium etiam incircumcisorum, & deleta macula in qua concepti erãt, per martyrium, in sinum Abrahæ recepti sunt: Ecclesia enim omnes pro Christo occisos infantes veneratur, non excipiẽs incircumcisos, quia omnes lauerunt, & dealbauerunt stolas suas in sanguine agni, pro quo proprium fundebant sanguinem.

a Ambr. ... in Psal. 118. & *b* ... de Seruo sancto ... obdurm. 13.

... de Sanctis.

Bea... Serm. de Innoc.

Exaudita tamen est constans adhuc Deiparæ oratio, quæ præsagiens Herodis astutiam, & sæuitiam (non enim latuit eam quæ Magis facta est reuelatio, & causa ipsius) instantius clamabat vulpes capi, quæ paruulas vineas demoliri conabantur: *Quia vinea*, inquit, *nostra floruit*; & hanc potissime demoliri conantur, & hunc florem deuorare. Deus igitur qui primam vulpis blandam dissoluit astutiam, illusit eum iterum, secundam & sæuissimam irritam etiam faciens. *Angelus enim Domini apparuit in somnis Ioseph dicens, surge, & accipe puerum, & matrem eius, & [fug]e in Ægyptum, & esto ibi vsque dum dicam tibi. Futurum est enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum.*

Sed cur non occidit vulpes vt vineam incolumem seruaret, sicut olim occidit Ægyptios, [q]ui [v]ineam Israeliticam demoliebantur? sed [F]ilius hominis non venit animas hominum perdere, sed saluare; non occidere homines, sed viuificare, si velleor, olim quidem transtulit Israeliticam vineam ex Ægypto occisis persecutoribus, vt eam in Palestina seruaret: modo vero preciosam Deiparæ vineam cum flore eius Christo ex Palestina transferri io Ægyptum, vt ibi custodiat eam, ne vulpes, quæ Iudçæ vineas demoliebantur, deuastarent illam, permittens impios impie agere, donec veniret finis eorum. Mulierem audisti amictam sole, quæ fugit in desertum à facie draconis, vt ibi se tueretur. Misit draco ex ore suo aquæ flumen, vt traheretur mulier ab aquis, sed non peruenit ad ipsam, quia terra aperuit os suum, & omnem absorbuit aquam. Sic Maria amicta sole iustitiæ quem in vlnis gestabat infantem, fugit in Ægyptum à facie vulpis, & draconis, vt in parato sibi à Deo loco secura maneret, excitata est ingens à dracone persecutio, vt illam obrueret. Inundauit persecutionis flumen omnes fines Bethleem, & omnes suffocauit infantes, non tamen peruenit ad ipsam; quoniam tãdem absorptũ est flumen à terra; exterminatę sunt vulpes, & quæ de terra sumptæ erant, in terram per mortem conuersæ sunt. Sic enim dixit iterum Angelus ad Ioseph: *Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israel. Defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri.* Non ait, occisi, sed defuncti, quia non instar Ægyptiorum persequentium violenta morte perierunt, sed ipsa mors depascens omnia, depauit eos: defunctis ergo qui vineas depopulabantur, reuertere securus in locum tuum; vt ibi flos proferat fructus suos.

Luc. 9.

Psal. 79. v. 9.

...: v.

Matt. 2. v. 20.

Propter hæc ergo pia Deipara in precatione sua non dixit, occidite vulpes, sed *Capite*. Id est, ligate, impedite, & cohibete ne vineam nostram lædat. Quia instar filii sui, nollet homines perire, sed saluos fieri, & in agnitionem veritatis, quæ Christi est, venire, vel saltem impediri ne in grauiora dilabantur scelera, quæ eorum augeant tormenta, & ideo ait, *Capite nobis*, quia siue conuertantur, siue persecutionem sinantur prosequi, vtrumque in Christi, & Deiparæ, ac Ecclesiæ gloriam, & commodum cedit. Sed de hoc postea.

Tu igitur qui vinea Dei es, in qua Christus florere cœpit, floresque virtutum ipso adiuuante germinare inchoasti: scito non defuturas vulpes, quæ instar Herodis clam tibi insidientur, & in te Christum occidere, & flores tuos deuorare gestiant: & sicut Herodes tribus Magis clam suadebat quod inuentum Christum in regia publicarent, vt ipse regio apparatu comitantibus multis ad illum adorandum iret. Qui præclarus videbatur finis, sed dolo pestifero plenus: ita & diabolus tribus suis internis facultatibus memoriæ, intellectus, & voluntatis, quæ regiam in regno animæ tenent dignitatem suadere dolose nititur, vt Christum, quem inuenisti tibi, intempestiue aliis manifestes eo fine, vt à multis cognoscatur & adoretur, cum tamen ipse solum intendat, quod in te penitus extinguatur, & perdas propter elationem; quem inueneras per humilitatem. Sub hoc titulo pietatis vulpes ista (vt fuse Diuus Bernardus prosequitur) multos simplices decepit, & suasit vt Christum, ante tempus prædicarent, cum essent neophyti, & nondum satis instructi; vel vt ibi degerent spe lucrandi alios, vbi magnum illis periculum imminebat inter cognatos, & conterraneos, quibus adhuc carnaliter affecti erant; vel inter nobiles, & magnates, quorum superbiam nondum perfecte exuerant: inuentum thesaurum publice portantes in via, quem abscondere tenebantur, propter quod vulpes in leones cõmutatæ, destructo thesauro dilacerauerunt illos. Alieno igitur periculo edoctus sponsi audit pręceptum dicentis; *Capite nobis vulpes paruulas.* Ecce vinea

Serm. 64. in Cant.

tua floruit, vulpes satagunt demoliri eam. Agnosce vulpinum dolum sub bono fine latitantem. Nondum est tempus manifestandi Christum coram pluribus. Nec prodendi inuentum thesaurum; serua illum tibi, absconde intra te; potius fugito in Ægyptum, & latebras inter peccatores quærito; teipsum peccatorem agnoscēs, non intempestiue prędicatorem agens, ne dum flores ante tempus manifestas, vulpes deuorent illos, vel dum temere thesaurum publice portas in via, fures deprædentur illum.

De secundo Herode, & tyrannis persequentibus Christum & Ecclesiam. §. 2.

VIDIMVS primi Herodis vulpinam astutiam persequentis Christum infantem; propalemus vafriciem secundi, qui persecutus est eundem iam virum, forte ex eadem ambitionis radice, ne scilicet vniuersus Hebræorum populus Christum sequens ab ipso deficeret, sed diuersum modum Christus erga vtrumque seruauit vt suo exemplo discipulos doceret, quomodo erga tyrannos persequentes se gerere deberent. Nam primum Herodem, vt vidimus, fugit, relinquens Iudæam, vt in Ægypto lateret, monens aliquando expediens fore persequutores fugere, & latebras quærere: iuxta id quod postea
Matt. 10. v. 23. præcepit dicens, *Cum persecuti vos fuerint in vna ciuitate fugite in aliam.* Quod Diuus Athanasius, & alij sancti fecerunt, at secundum Herodem non fugit, etsi quidam Pharisæorum id ei persuaderent, dicentes: *Vade hinc, quia Herodes vult*
Luc. 13. v. 31 *te occidere.* Quibus fortiter & intrepide respondit: *Dicite vulpi illi; ecce dæmonia eiicio, & sanitates perficio hodie, & cras, & tertia die consummor:* ac si diceret: dicite illi; non timeo te; nihili duco potentiam, vel sæuitiam tuam, & vulpinam tuam astutiam paruipendo: nec propter tuas minas ab officio mihi commisso cessabo, sed hodie, & cras perficiam illud, sicut heri & nudius tertius, & quandiu vixero. Cum autem illud perfecero vt mihi à patre iniunctum est, mori, & consummari non recusabo. Quod Apostoli, & sancti patres egregie sectati sunt, qui magna animi fortitudine nec leones timebant, nec vulpes quæ vineas demoliebantur, imo eas capere satagebant, etsi mori oporteret, vel diu cruciari.

Etenim cum humana vinea corpore constet, & anima, sæuæ tyrannorum vulpes sæpius demoliebantur sanctorum corpora, non tamen animas, quas tamen illi magis demoliri conabantur. Econtra vero sancti has vulpes capere conabantur, non sibi, sed Christo qui hanc artem capiendi eas tradidit illis per patientiam
Matt. 10. v. 16. Luc. 10. v. 3. dicens: *Ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.* Mansuetudinem agni præcipit inter leones & lupos, vt per patientiæ, & tolerantiæ heroica exempla illis exhibita, mansuescant, & Christo capiantur: commendat autem serpentis prudentiam contra vulpis astutiam, ne ab illis decipiantur. Sed rursus ne illi vulpes sint, & alios decipiant, columbæ iniungit simplicitatem, quæ vulpinæ opponitur sagacitati, & nequitiæ, quam potius euertere debent, vt vulpes capiant Christo, eas in columbas ad ipsius glo-

riam commutantes. Nam vt inquit Diuus Chrysostomus, maius, atque mirabilius est [illegible] aduersariorum cōmutare, & animum [illegible] suum transferre, quam illos occidere. [illegible] discipulis inquit: *Capite nobis vulpes paruulas.* Capite operibus insignis virtutis, capite [illegible] tantiæ exemplis, capite miraculis, & prodigijs, capite argumentis, & rationibus conuincentibus illos, capite eas Christo, & Ecclesiæ, [illegible] vulpibus fiant oues & columbæ. Ne timeatis eorum astutiam; vulpes paruulæ sunt, & nullius potentiæ, vel sapientiæ si vestræ comparetur Ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere aduersarii vestri. Quoniam non est sapientia, nec prudentia, nec consilium contra Dominum, nec contra seruos eius, qui ab ipso diriguntur, & iuuantur.

Hac magnanima fortitudine Apostolus Paulus aggrediebatur capere ipsos tyrannos, & magnos principes, tantaque virtute loquutus est coram Rege Herode Agrippa, vt sta diceret
Act. 26. *In modico suades me Christianum fieri?* cui Paulus. *Opto apud Deum, & in modico & in magno non tantum te, sed omnes qui audiunt hodie fieri tales, qualis & ego sum, exceptis vinculis his.* Tantam (inquit Diuus Cyrillus) ex Spiritu sancto victricem sapientiæ gratiam habuit, vt ipse etiam rex Iudæorum Agrippa diceret: parum abest quin me feceris Christianum: & Diuus Chrysostomus similiter ait, quod fere regem ad seipsum transire persuasit Tales enim sanctorum animæ, cum in pericula ceciderint, non quomodo periculis liberentur considerant, sed quo persequentes lucrentur, omnia faciunt. Sicut & tunc factum est, se defensurus intrauit, & ea pro iudice discessit. Hæc Chrysostomus: quod si hūc regem non plene cæpit, cæpit alios præsides, & proconsules, & Christo adiunxit. Quod & alij Apostoli, ac Ecclesiæ Doctores constantes fecerunt, vel saltem conati sunt, cum enim eis dicitur: *Capite vulpes,* non effectus præcipitur, sed affectus & conatus, præcepta enim de mediis dantur, non de fine. Sicut medicus non sanare, sed curare iubetur: beneque functi sunt officio suo, si apte curent, etsi infirmum non sanent. Et militibus strenue præliari iniungitur, non vincere. Sæpe enim strenue præliantes contra hostes, victoriā non consequuntur ex occulto Dei iudicio, cui nostrum humiliter subiicere necesse est.

De vulpina persecutione Herodis contra Baptistam. §. 3.

SEd iam cur Christus Dominus Herodem istum vulpem vocauerit, amplius explicemus. Vulpinos enim in eo mores agnouit, quoniam
Luc. [illegible] Marc. [illegible] 17. In Mat. 6 præcipuos Dominicæ vineæ palmites deuastare satagebat; maxime autem Ioannem Baptistā, quem Herodiadis suasu dolose occidit: & versutus dissimulator, vt ait Beda, tristitiam præ se ferebat in facie, cum lætitiam haberet in mente: scelusque excusat iuramento, vt sub occasione pietatis impius fieret. Scire enim facile posset, tali iuramento non ligari, sed noluit intelligere, vt malum palliatum posset patrare Foueam fecit in qua peccatum absconderet, sed latere nequiuit, quia opus ipsum se prodidit.

Lib. 9. de hi. Sociatur vulpes serpenti vt testatur Aristoteles,

[illegible] simile similem sibi quærit; A
[illegible] sæuus sæuum, sociatur ini-
quo [illegible] vterque callide insidiatur in-
nocen[illegible], quia adulterium reprehen-
debat [illegible] cato simili sibi coniungitur, vul-
pes [illegible], adulter adulteræ, Herodes Hero-
diadi [illegible] serpente sæuiori. Quia non est *Caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris*. Id est, sicut inter omnia animantium [illegible] nullum est perniciosius quam caput ser-
pe[illegible] propter venenum quod in eo gerit, id-
que occulte in promptu vt per insidias illud ef-
fundat, & occidat hominem: ita omnium per-
ni[illegible] ssimæ est ira mulieris, quia etsi viribus
c[illegible] oris aperto marte nocere nequeat, tamen
[illegible] quam in corde instar veneni latenter ge-
[illegible] ortunitatem nacta crudeliter effundir,
[illegible] ominem cui irascitur, omnino perimat. Sic
[illegible] erodias conceptam iram in Ioannem effudit, B
adulteroque suasit vt caput eius amputaret: &
bina vulpes sibi associata; palmitem demoli-
ta est, illumque florentem; quo nullus me-
lior inter natos mulierum surrexerat in Ec-
clesia.

Primum Herodem & secundum decepit am-
[illegible] itio, & superbia vitæ vt Christum insectaren-
[illegible] ur. Sed vltra hoc, secundum seduxit libido &
concupiscentiæ carnis vt decollaret Ioannem.
[illegible] taque pessima vulpes, vulpinos imprimens
mores milleque artibus pollens vt quod cupit
[illegible] btineat, & obsistentibus noceat. *Capite ergo vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas*. Capite ambiti-
onem, capite libidinem; exterminate illas dum
paruulæ sunt, nam si increuerint vix capi pote-
[illegible] unt, & vineas exterminabunt, ambitio & libi-
do vulpes fœtidæ foueas quærunt, latebras a-
mant, manifestari renuunt, moliuntur insidias,
aliena appetunt & rapiunt, ac ex astutia & rapi-
na viuunt: hæ sunt duæ sanguisugæ filiæ, dicen-
[illegible] es affer, affer; quia, vt inquit Diuus Bernardus,
nec satiatur animus vanitate, nec corpus volu- C
[illegible] te. Hirudo cuti hæret, alienum sanguinem
[illegible] git, & donec plena sit, non recedit, non missu-
[illegible] cutem, nisi plena cruoris hirudo. Sic ambitio;
& libido nec satiantur peccatis vt sitim exple-
[illegible], nec pateant alieno sanguini donec conse-
[illegible] antur quod appetunt. Nonne sanguisuga fu-
[illegible] primus Herodes, sanguinem innocentium in-
[illegible] um ita sitiens, quod omnes occiderit, vt si-
[illegible] atiaret? nonne hirudo secundus Herodes,
[illegible] ne Herodiadem relinqueret, sacrum Bapti-
[illegible] ruit cruorem, nec recessit donec totum hau-
[illegible] anguisugæ sæuissimæ fuerunt Athalia, quæ
[illegible] regnaret sola, paruulos nepotes suos interfe-
[illegible] & Iezabel, quæ vt vineam Naboth eriperet,
[illegible] dolum perimi fecit, sed omnes misere perie-
[illegible], nam qui exterminat, exterminabitur, &
[illegible] pes quæ vineas demoliuntur, nisi Christo
[illegible] tur, à dæmonibus capientur, & æternis
[illegible] urendæ tradentur flammis.

Cape igitur sanguisugam quæ insidiatur ti-
[illegible], nempe propriam voluntatem; obtura am- D
bo eius ora, & vtramque exterminæ filiam, am-
bitionem, & libidinem, quia exterminabunt te,
[illegible] exterminaueris illas. Cape has vulpes quæ
[illegible] æ animæ tuæ insidiantur; quoniam nisi cito
cæperis illas, capieris ab illis, & flores tuos co-
medent, fructusq; deuorabūt. Hæ sunt quæ bo-
ni [illegible] inimicos constituunt crucis Christi, *quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt*. Primum ad libidinem spe-
ctat, secundum ad superbiam, & ambitionem;
vtr[illegible] que infecti tyranni, mundi sapientes, &
hæretici Christi crucem irrident, & concul-
cant, Christum crucifixum subsannant, qui Iu-
dæis est scandalum; gentibus autem stultitia. Et
ideo sectatores crucis perturbare, & demoli-
ri satagunt: quemadmodum enim Noe vino
ex vinea quam plantauit, inebriatus, nudus ia-
cuit in terra, quem videns Cham irrisit, & patris
nuditatem nuntiauit fratribus, vt similiter irri-
derent, in eandemque pertraheret damnatio-
nem: ita (inquit D. Augustinus) Christus Do-
minus ex genere gentis Israeliticæ carnem pro
nobis & sanguinem vt pati posset assumpsit: vi-
neæque suæ, id est, Ecclesiæ amore inebriatus
passus est; & nudatus in cruce. Quam passio-
nem & nuditatem Iudæi, & Gentiles irrise-
runt, & alios inuitant, vt irrideant, Christique
cultores, qui eius vineæ sunt, demoliri conan-
tur. Vtinam nulli modo sint Cham imitato-
res, & Christi crucis inimici, qui ventrem pro
Deo colentes; & gloriam mundi appetentes,
Christi nuditatem, & vilitatem; si non ver-
bis, saltim factis irrideant; suisque prauis ex-
emplis alios ad irridendum prouocent. Nos
autem quibus verbum crucis Christi virtus est,
& Christus crucifixus Dei virtus & salus, o-
portet has vulpes capere, & ligare, ne vineæ
Christi noceant, eo modo quo in sequentibus
dicetur.

Ad Philip. c. 3.
1. Cor. 1. v. 23.
Gene. 9. v. 22.
Lib. 16. de ciuitat. c. 2.
Maximè in Exh 32.

EXHORTATIO XXXIII.

De hæreticis, & eorum vulpinis proprietatibus, ac de modo quo capiendi sunt tam ipsi, quam eorum filii paruuli; aliique adolescentes in malum proni.

Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur, &c.

FERE omnes sancti Patres verba ista de hære-
ticis interpretantur, qui in ipsa vernanti Ec-
clesia, tanquam vulpes paruulæ in vinea exorti
sunt, & per argumentorum calliditatem inno-
centium corda seducere, & rectam fidem exter-
minare conabantur, in quos cuncta quę de vul-
pibus referuntur, aptissime quadrant, non quo
ad naturam, sed quoad fraudem, & malitiam;
est quidem Catholica Ecclesia sicut columbæ
pulchra, simplex, innocens, & mansueta in fo-
raminibus petræ, & in cauernæ maceriæ cōmo-
rans; id est, in fide & charitate Christi Dei & ho-
minis, & sub eius protectione firmiter perseue-
rans; at hæreticorum congregatio, etsi colum-
bam se esse fingat, non est nisi vulpes in cauernis
terræ latens, & inde latenter egreditur vt vineis
Christi insidietur. Sic D. Chrysostomus hæreti-
corum conuenticula vulpium vocat cauernas:
quia sunt (inquit) vulpes non imitatione natu-
ræ, sed voluntatis: si itaque accedat ad Dominū
meum Christum Arius, Eunomius, vel Macedo-

D. Ignatius Epistol. ad Philadel. phos, vbi vna translatio habet seductor, aliavulpes, Origenes hom. 4. in Cant. D. Hieronym. Ambr. Augu.
In Ps. 96.

" nina, & dicat illi, sequar te quocumque ieris. A
Luc. 9. v. 58 Apposite etiam illi respondetit: *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.* De his dicit sapiens: apprehendite vulpeculas, quæ demoliuntur vineas. Vulpeculæ autem sunt hæreticorum discipuli, qui ingressi in Ecclesias nostras, fideles, qui in vinea Christi, vt botri se exhibent, falsa doctrina subuertunt, ita Chrysostomus. Has itaque foueas, vbi hæretici tegunt fraudes suas, respuit Christus Dominus, sicut & sublimes nidus vbi superbi iactant magnificentiam suam, & ideo in illis caput suum reclinare renuit, sed omnino euertere concupiscit, & vulpes sibi capere.

De septem proprietatibus vulpinis hæreticorum.

§. 1.

1. HInc ingenia hæreticorum, singulasque eorum proprietates instar vulpium indagatu inchoemus. Nam, vt inquit Diuus Ambrosius, *Lib. 17 in Lucam c. de responsione Iesu.* hæretici relicta domo Ecclesiæ, foueas sibi faciunt in quibus habitent, & ideo vulpibus comparantur, & qui gentes admittit, hæreticos excludit, sicut exclusus est ille qui dixit, sequar te quocumque ieris. Vulpes (inquit) fallax animal, insidijs semper intentum, rapinam fraudis exercet, nihil tutum, nihil ociosum, nihil patitur esse securum, quod inter ipsa hospitia hominum prædam requirat, foueam sibi parans, & in fouea semper latere desiderans. Ita sunt hæretici, qui domum sibi parare non norunt, sed circumscriptionibus suis alios decipere conantur. Iacob enim domum habitat; hæreticus in fouea est, vt fraudulenta vulpes gallinæ illi Euangelicæ dolum semper intendens, de quo scriptum est: *Quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos, & noluisti.* *Mat. 23. v. 37.* Merito ergo foueas habent, quia domum quam habuerant, perdiderunt. Hæc Diuus Ambrosius, plures istarum vulpium proprietates congerens: quarum prima est recedere à domo Ecclesiæ, vbi accensa est lucerna veræ fidei posita super candelabrum, vt omnibus lucem præbeat, & foueas obscuras errorum sibi fodere, in quibus se abscondunt, & latenter exeũt vt lumen fidei, quod in domo Ecclesiæ fulget, extinguant.

2. Sed quomodo inde vulpes exeant; depingit *Lib. 10. Moral. c. 1.* Diuus Gregorius dicens; vulpes fraudulentum animal in fossis, vel speсubus se abscondens, cum apparet, nunquam rectis itineribus, sed tortuosis anfractibus currit; sic hæretici dolosi, vafri, & simulati, eum foras prodeunt vt alios doceant, quia errores & mendacia non sibi constant, tortuosis verbis, & doctrinis subdolis alios decipiunt, & in suos errores pertrahunt, neque enim per rectum iter veritatis gradiuntur, sed iam ad dexteram, iam ad sinistram declināt, & per varios anfractus, & obliquos rectæ viæ flexus in eandem erroris foueam alios demergunt. Cæci enim sunt, & duces cæcorum; & cũ *Mat. 15. v. 14. refert Martinus del Rio, et hunc locū.* cæcus cæcum ducit, ambo in foueam cadunt. D Vnde & fertur quod vulpes cæcos fœtus pariant: sic hæretici cum cæci sint, cæcos pariunt discipulos, aut videntes excæcant, dum in suum errorem deducunt. Quare apte non comparantur leonibus, aut pardis, sed vulpibus, quia non aperta ferocitate Ecclesiam inuadunt, sic-

ut tyranni qui terroribus, [...] blanditijs fideles insequeb[...] dulenti s, & argumen[...] s ap[...] armis valentiores sunt ad [...] quam tyrann[...] potentes. V[...] qua[...] ter in eos fabula quam [...] de pardo qui vu[...] cont[...] m[...] sæpe lem[...] t c[...] rum leuore [...] be[...] ncentre pōd[...] vulpes, cam[...] tatem, quam ipse habere in tei[...] re, [...] animo. Sic & hæretici sæpius do[...] so[...] cu[...] ciunt, quod apertis violentijs tyranni.

Hinc est quod vt fortius de[...] nt [...] nam pellem tegunt humilitate, & pietat[...] que virtutibus apparentibus; & pal[...] io a[...] cti, quo veritatem se tueri mentiuntur, [...] uertere conantur, sequētes vestigia[...] en duc[...] diabolum, callidum serpentem, vt tam teste B Diuo Paulo, *Eiusmodi pseudo apostoli sunt operarij dolosi transfigurantes se in Apostolos Christi. & non mirum. Ipse enim Sathanas transfigurat se in Angelum lucis, non est ergo magnum si ministri eius transfigurentur, velut ministri iustitiæ, quorum finis erit secundum opera ipsorum.* Vnde vulpes paruulæ a[...] tur, quia paruitatem, & humilitatem [...] & Christi humilis ac mansueti imagine[...] ferre videntur, quod sub alio hieroglyph[...] c[...] stensum est Ioanni cum vidit bestiam a[...] c[...] tem de terra habentem duo cornua similia a-gni, quæ loquebatur vt draco. Cornua agni paruula sunt, humilitatemque & mansuetudinem præ se ferunt, at vox draconis, vox est venenifera, dolosa, & seductrix; hæreticus ergo bestia est portentosa, similitudinem Christi foris gerens, & diaboli doctrinam hominibus suadens: foris apparens humilis, & intus humanam gloriam vehementer concupiscens [...] suam (inquit Diuus Gregorius) de terra ascendere est de terrena gloria superbire. Quæ habet duo cornua agni similia, quia per hypocrisim C sanctitatis, eam quam veraciter Dominus in habuit singularem, sibi inesse & sapientiam mentitur, & vitam. Sed quia sub agni specie auditoribus serpentinum virus infundit, recte subditur quod loquebatur vt draco. Assumit enim agni speciem, vt serpentis exerceat operationem. Vnde miseri, cum missi sint à dracone fingunt se missos à Deo, cuius nomine se loqui profitentur, cum ex proprio cerebro, quæ dra-co suggerit, proloquantur, iuxta id quod dixerat Ezechiel. *Quasi vulpes in deserto prophetæ tui, Israel, erant, vident vana, diuinant mendacium, dicentes ait Dominus, cum Dominus non miserit eos.* Quem locum Diuus Hieronymus [...] hæreticis interpretatur, qui vulpibus simil[...] sunt, quotidie domesticarum auium fraudu[...] ter furta facientes, de quibus iuxta L X X. [...] iungitur: *Non steterunt in firmamento*, illo sal[...] de quo dictum est Petro: *Tu es Petrus. & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*: s[...]d proprio iudicio nituntur, ideoque non nisi vana & mē-D dacia vaticinantur, & vates Dei se esse me[...] untur.

Vnde & in hoc etiam vulpibus assi[...] quarum propria vox gannitus est, [...] cam æmulantes latratum canis, vel vlulatum l[...] pi, vt greges decipiant custodes: sic hæretici [...] semper ganniunt mentiendo, adulando, aug[...] do,

... tamen vt securius sanctorum Doctorum, ... canes, latratum simulant, & ... bere contingunt. At cum ... lulant & sæuiunt velut lu- ... cornua Tauri conuertunt. ... compertum est ip... s tyrannis ... s fuisse ... l ores, nec ita sæue per- ... unt Ecclesi... Ethnici Imperatores sic- ... Aria... , ... potestas enim coniungi- ... i, non est sæuitia super terram quæ ... retur ... c eorum ficta blanditiæ, ... ulta sæuiti... el ... anter deplēcta est in locu- ... æ exierunt ex puteo abyssi, quæ habe- ... les quasi hominis, sed dentes leonis, ca- ... quasi mulierum, sed caudas similes scor- ... m simulant enim humanitatem, sed ha- ... rinam ferocitatem, & quos dentibus ... acetate nequeunt, dentibus contu- ... sæue dilacerant; & insuper instar ... m fraudulenter inflexo atque obli- ... fe... unt & veneno occidunt, animam- ... corpus horrende perimunt. Sed capillos ... mulierum, quia instar meretricum ad ... m sunt procliues, & cōrda ad lasciuiam ... nt, vt fortius in ea hæresis venenum in- ... nt.

... nē alia eorum ad vulpes assimilatio insur- ... iæ vt inquit Diuus Augustinus, tetro odo- ... nt. Sic & hæretici non sunt bonus odor ... r sti, sed odor mortis in mortem. Fætet e- ... n doctrina ipsorum, fætet & vita, vtraque ... m spirat odorem lasciuiæ, & luxuriæ, gulæ, & ebrietatis. Nam & vulpes vorax animal, & ... niuorum carne, pisce, caseo, & fructu ve- ... it. Cum enim tradiderit Deus illos in re- ... obum sensum, permittit etiam eos in ignomi- ... iosa carnis vitia submergi, sequentes doctri- ... in Balaam hæreticorum Nicolaitarum ante- ... ni, *Qui docebat edere, & fornicari*. De quibus ... us, quod Christo Domino non serui- ... t, ... suo ventri, & per dulces se mones, & ... edi... tiones seducunt corda innocentium, ... gunt per blandiloquentias, instar mulie- ... in blanditiarum, ideoque vt diximus, locu- ... capillos habebant mulierum, ad allicien- ... ios, sed ex illis funes texunt, vt capiant, ... ocent eos.

... are nullos perniciosiores Ecclesia hostes ... t quam hæreticos, qui omne genus homi- ... unt, omnigenum vitium ingerunt, ... s exterminant virtutes. Sicut enim vul- ... n solum insidiantur terrenis animalibus, & volatilibus vt columbis, gallinis, anseri- & ... licto deserto, noctu domos ipsas in- ... prædas faciunt: sic hæretici omnes in- ... it, dec pereque gestiunt, non solum eos carnalem vitam degunt, sed etiam qui spiri- ... i, & à terrenis semotam, per domosque ... r. Vt quos deuotioni deditos vident, ... nis prætextu sibi asciscant. Et vt in- ... lolus, domos penetrant, & captiuas ... orem mulierculas ducunt. Hanc ... indicant verba sponsi cum ait: *Quæ de- ... tur vineas*. Non vineam ait, sed vineas, ... omnes demoliri conantur. Etsi Diuus ... io ius adiectiuum, *Paruulas*, vineis con- ... iunge; nam maxime vineas paruulas demoli-

A unt ... enim quæ sunt ... noce... hæreticus inquit, ... pe ... tare pote ... non potest ... pplantare ... m- uis d... ... dertium eius sit cuncta radi... a- re, ... t vulpes, ita sunt vitibus & a... in- fensæ, vt non solum maturos fructus ... ... iát, sed etiam radici & tru... pestilenti m... per- niciem & tabem mo... iantur: & dum l... in... mas foueas pertrahunt, Vites plerumq, atefa... ... nt, & eradicent: ita hæretici non solum b... na opera tollunt, sed eorum fundamentum, & radicem, quæ fides est, euertere conantur: eorum enim vox est illa filiorum Edom, qui dicebant contra Ierusalem; *Exinanite, exinanite vsque ad fundamen- ta in ea*. Sicut enim in seipsis euerterunt vulner- sum sanctitatis ædificium vsque ad fidem; ita in Ecclesia virtutem omnem euacuare, & demoli- ri cupiunt, etiam eám quæ fundamentum est, & substantia sperandarum rerum. Et bene filij E- dom vocātur, id est, rufi, quia sanguinolēti sunt B & crudeles, ac sicut Esau (qui Edō est) persecu- tus est Iacob fratrem suum, ita ipsi cum reprobi sint electos insequūntur.

Psa. 13. v. 7.

Ad Heb. 13 v. 1.

7\. Sed hoc ad omnium malorum cumulum ac- cedit. Quod sicut vulpes vt testatur idem Am- brosius, nunquam mansuescunt, sic hæretici difficillime corriguntur. Et sicut pardus nequit mutare varietates quas habet in tergo, sic hæ- retici vulpinatores vix relinquunt varietates, quas infixas habent in animo. Ideoquē Diuus Paulus Tito dixit: *Hæreticum hominem post vnam, & secundam correctionem deuita, sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est & delinquit, cum sit proprio iudi- cio condemnatus*. Pertinacia enim proprij iudicij quo errori adhæret, indicat desperatum esse, & æternæ damnationi obnoxium, & de eisdem e- uitandis iterum monet, quia *Sermo eorum serpit vt cancer*, id est in dies crescit, & velut pestis omnia inficit. Sed si collatio sit nō ad cancri morbum, sed ad cancrum animal, apposita est similitudo, C cui à natura genuinum est oblique gradi. Vnde prouerbium est à Plutarcho attributū; cancrum recte gradiri doces: de eo qui docet indocilē, & Aristophanes: ambulet vt cancer rectà, haud ef- feceris vnquā. Ita & difficile est hæreticum vin- cere vt ab obliquo itinere ad rectū veritatis tra- mitem conuertatur. Vnde & Plato cancro com- parabat sophistas, quos vbi validiore aliqua ra- tione deuictos cōprehensosq; putes, tunc retro fugaci cursu elapsi maiorē priore tibi laborē in- tentant, si eos cōlectari velis, vnde fabulose io- catur cum veteres referunt Herculem imma- nium monstrorum domitorem aduersus can- crum desudasse, quia omnia aptius conueniunt hæreticis sophistis nequioribus, quos difficile vincas. Ideoque Catholicos decet fugere omni- no hæreticos, nec illis *Aue* dicere, simileq; de- bent esse ceruo, quem Albertus magnus testa- tur à gannitu vulpeculæ sibi vehementer time- re: timeant ergo hæreticorum versutias, scripta, D verba, facta, & ab illis longe diffugiant.

Lib 7 in Lucam supra citatum.

Ad Titum 3. v. 10.

2. ad Tim. 5. v. 17.

Vide Calepinum in pace.

Vide Pierium lib. 28. verbo cancer.

In Euthidemo.

Refert Martinus del Rio hic.

De hæreticorum captione, & expugnatione.

§. 2.

PROPTER hæc igitur omnia, merito ait spon- sus: *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliun- tur vineas; nam vinea nostra floruit*. Cum primum

enim primitiua Ecclesia fundamenta, & radices iecit internæ fidei, & primos protulit flores, qui sunt fidei præclara confessio, & feruida desideria eam bonis operibus contestandi; mox exortæ sunt hæreticorum vulpes, quæ eam demoliri conarentur, in quacumque etiam regione, vbi fides florere cœpit, paulo post e cauernis abyssi, fumosæ egrediuntur vulpes, id est, vestipelles hæretici, qui eam deuastare aggrediantur: contra quos munit Deus, Apostolicos viros, Ecclesiæ Prælatos, Doctores ac Prædicatores, quibus hoc iniungit præceptum, vt hæreticos capiant, de falsitate conuincant, & reducant. Non ait, occidite, & extinguite; sed capite, prius enim sunt rationibus capiendi, vt in illis extinguatur hæresis, destruaturque astutia vulpina & aduenientur Ecclesiæ. Quod si adhuc rebelli obstinant contumacia, separandi sunt ab Ecclesia censurarum gladio, & principibus tandem tradendi vt comburantur. Consulto autem dicit, *Capite vulpes paruulas.* Nam hæreses in suo exordio dum adhuc paruulæ sunt facilius capiuntur, & citius extinguuntur. At si grandescant, & multiplicantur, pluresque sui similes filios generant, difficillime euelluntur. Vnde cum primum Dauid in spiritu hæreticorum audiuit vocem dicentium: *Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea,* mox subdit *filia Babylonis misera: beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram.* Filia Babylonis hæresis est confusione digna, & omni repleta miseria: cuius filij paruuli si increuerint, etiam vsque ad fundamentum exinanire Ecclesiam, sicut & parentes curabunt: ideoque beati sunt qui id possunt obtinere, vt omnes hæreses, hæreticosque mox vt oriuntur, allidere possint ad petram firmissimam, qui Christus est, & fides ipsius Petro reuelata, è contra vero magna infœlicitas est sinere vt paruuli crescant, quia ab vna scintilla augetur ignis, qui magnam syluam absumit.

Psal. 136. v. 8

Explicant hoc antiqui Patres ex facto Samsonis, qui trecentas vulpes, quas cœperat, alligatis caudis, ardentibusq; facibus interpositis, in Philistinorum emisit segetes, quæ omnes combustæ sunt, etenim sicut vulpium capita soluta erant, & caudæ tantum ligatæ: ita hæreticorum capita, id est, propriæ cuiusque sectæ, ac sententiæ, inter se diuisæ sunt, ac multiplices, imo aduersæ, dum vnus negat quod alter affirmat, & è conuerso: cæterum caudæ implexæ sunt, & counitæ, quia omnes eundem finem intendunt, nempe vt Christum, veramque eius fidem, & Ecclesiam demoliantur, seu, vt dicit Diuus Augustinus, quamuis opinionum varietate discordent, simul vanitate in vnum colligantur. Iuxta illud Psalmi, *Veruntamen vani filij hominum in stateris, vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.* Id est, in eundem finem, & scopum vanitatis, & deceptionis vnanimiter tendunt.

Iud. 15. v. 4 — *In Psal. 80.* — *Psal. 61. v. 10.*

Amplificat hoc eleganter D. Ambrosius dicens hoc gestum indicare improbos & fraudulentos homines, ac maxime hæreticos libera habere capita, & linguam ad latrandum, sed caudas & exitus impeditos. Aut litigiosa habere principia, finem vero fraudis suæ incendio deputatum. Trecentas autem vulpes dimisit, qui numerus figuram crucis præfert, eo quod perfidi crucis prædicatione se commendare desiderant, sed mysterium e[illegible] Qui hac prædicatione comp[illegible] mulata viere magis f[illegible] ictu[illegible] cum vtique vera crux Dom[illegible] os merita, sed fœcundet.

Serm. 11. in Psal. 118 ad finem & lib. 7. in Luc. à finem idem.

Faces autem igneæ, quas vulpes p[illegible] caudis, ignem (inquit Diuus A[illegible]) perniciosum significant, quem a[illegible] eorum sectis ipse Christus p[illegible] Sa[illegible] interpretatur sol eorum [illegible] sol est fidelium qui credunt in eu[illegible] hæretici hoc pessimo igne etiam co[illegible] tagant Ecclesiæ segetes, at tantum p[illegible] tur comburere segetes reproborum, qu[illegible] admittunt. Nouit enim Dominus qui sunt e[illegible] & hos quidem ab hoc incendio [illegible]berat, a[illegible] comburi sinit propriis exigentibus meri[illegible] cut autem colligatæ sunt vulpes vt maius [illegible] rent damnum dum plures eandem me[illegible] uadunt, quam si vnaquæque seorsum in [illegible] loca tenderet; sic hæretici colligantur v[illegible] les peruertant, & quanto magis inter se [illegible] rent, tanto fortius Ecclesiam suæ malignæ prædicationis strepitu persequuntur, vt me[illegible] illis dixeris illud Nahum Prophetæ, S[illegible] *se inuicem complectuntur, sic conuiuium eorum p[illegible] potantium.*

Sed sub hoc hieroglyphico eleganter de[illegible] git Origenes modum capiendi has vulpe[illegible] nam Samson, inquit, veri & fidelis Doct[illegible] tenet imaginem, qui vt hæreticos capiat, & sermonibus veritatis conuincat, caudam ad caudam alligat, id est aduersantes sibi sententias eorum connectit, & inter se confert. Et ex [illegible] prijs eorum dictis & argumentis propositiones, & conclusiones colligit, quas tanquam faces ignitas in eorum segetes immittit, vt ipsorum sectas & errores comburat. Quod sic dedu[illegible] re licet. Ex eo quod Lutherus, Caluinus, & a[illegible] lij nostri temporis sectarij inter se dissident, & capita libera ac diuisa habent, vt quisque suo modo contra Ecclesiam Romanam latret, e[illegible] deoter sequitur aliquam ex illis sectis falsam [illegible] se, cum sectæ sibi aduersæ, simul veræ esse nequeant, nam verum vero consonat. Qua ra[illegible] ne ergo vna falsa est, & è iudicio, proprio v[illegible] diabolico inuenta, etiam & aliæ, cum omnes sint recentes, & nouæ: fides autem Christia[illegible] tiquissima est, quam ab initio Romana Ecclesia perpetuo seruauit illæsam: ex eo igitur qu[illegible] hæreticorum capita dissident, connectimus, & colligamus caudas, conclusionem infere[illegible] tes, quæ conuincit omnes has hæreses in [illegible] conuenire, quod falsæ sunt, & vanæ dum [illegible] Ecclesia Romana discedunt. Conclusio aute[illegible] hæc fax est ignis, qui fructus eorum adust[illegible] in nihilum redigit, ac ad veram fidem, nisi [illegible] stinati sint, teneri potenter suadet.

Sed audi alium modum accipiendi, quem [illegible] dit Diuus Augustinus; solent (inquit) vulpes duas in suis foueis habere ianuas, vt per vna[illegible] intrent, & per aliam ex altera parte exeant [illegible] capiantur: nam hæretici non verentur opp[illegible] ta peruerse eligere eo modo quo suo [illegible] ne [illegible] errori: modo traditiones Ecclesiæ negant, [illegible] quasdam admittunt, & ad vtrumque rati[illegible]ones adducunt, ad quas vt se tueantur confug[illegible] Ad capiendas autem vulpes oportet ad vtr[illegible]

foueæ

[illegible] tendete, vt in vno vel in A [illegible] maneant. Eo modo (ait August.) [illegible] Dominus contradicentibus sibi [illegible] interrogantibus: *In qua potestate hæc* [illegible] foramini retia posuit vnico verbo [illegible] *Interrogabo vos & ego vnum sermonem. Baptismus Ioannis vnde erat? è cælo, an ex hominibus?* at illi [illegible] intra se cogitare dicentes, si dixerimus [illegible] dicet nobis, quare ergo non credidistis illi [illegible] testimonium perhibebat de me? si vero dixerimus, ex hominibus, timemus turbam, omnes enim magnifaciebant Iohannem tanquam [prophetam:] videntes ergo ex vna & altera parte [illegible] dolos, responderunt, *Nescimus.* Et Dominus: *Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio.* Et [illegible] nulla parte exire voluistis, in tenebris [illegible] stis.

[Hunc] nunc igitur modum capere debemus hæ[reticos] & infideles omnia fugiendi foraminæ [illegible] tes, ea ipsorum sententijs propositio- B [illegible] gendo, quibus obstruantur. Negat Ico[noclasta] [illegible] imagines Christi & sanctorum adorandas esse: capiendus ita est: dicito mihi: an licet venerari imaginem Cæsaris? aut illam pessundari. si dicit primum, cur ergo non licebit [ima]ginem Christi venerari, vt ipsum repræsentantem? secundum conculcabitur ipse à Cæsare, & [pun]ietur graviter. Cur ergo non punietur qui [Chr]isti imaginem conculcauerit? si traditiones [ad]mittis, cur hanc negas? si hanc negas, cur alias [a]dmittis? nam omnium æqualis est ratio & veritas, cum ergo omnes non sunt negandæ, hæc est admittenda.

Capite ergo nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas (ait Christus Dominus) *Quia [et] vinea nostra floruit.* Floruit Ecclesia puritate fidei, [sp]lendore scientiæ, & feruore charitatis. Floruit [illegible] ribus, & Doctoribus, floruit virginibus, Monachis, ac innumeris Sanctorum gradibus & ordinibus, quibus hæretici insidiantur; [ca]pite ergo illos, conuincite, & religate, ne Ec- C [clesi]æ & floribus eius noceant, tendite retia [scrip]turæ sacræ, traditionum Apostolicarum, [defin]itionum Conciliorum, & sanctorum Pô[ntific]um, vt his argumentis pressi resipiscant, vel [illegible] ctno carceri, aut igni rebelles tradantur, [qui]a vero eorum resipiscentia magis est in voto, capite si potestis, illos nobis, vt mihi & Ecclesiæ meæ iterum vniantur, & vineæ, quam demoliri conabantur, fructuosi palmites fiant.

[Hær]eticorum aliorumque peccatorum paruulos filios tempestiue capiendos.

§. 3.

[illegible] nouum & non iniucundum aggrediamur [illegible] m horum verborum *Capite nobis vulpes* [*paruulas*] *quæ demoliuntur vineas.* Vt scilicet studium [illegible] endet capiendi pueros hæreticorum, & [illegible] insignium peccatorum, quos certum [pa]rentum mores secuturos, si illis adhæreant D & eorum venenoso lacte nutriantur. Vnde Ioannes Baptista, imo & Christus Dominus Pharisæos [vo]cabant progenies, & genimina viperarum, [qui]a ea viperis orti, viperæ euaserunt, & si[c] [ip]sium vulpino lacte nutriti vulpes erunt [ad] demoliendum vineas proni, ideo ergo dicitur: *Capite vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas.* Id est, demolientur. Nam more Hebræorum multoties præsens ponitur pro futuro ad denotandum euentus certitudinem: certissimum enim est quod hæ vulpeculæ demolientur vineas Ecclesiæ, nisi tempestiue capiantur, ideo capite nobis hos pueros antequam crescant, & vulpinos mores deponant, & sanctorum mores à pueritia imbibant. Nam quo semel est imbuta recens seruabit odorem testa diu. Si imbuitur tetro fœtidarum vulpium odore, illum retinebit; si bona Christi suaueolentia, illa semper fragrabit: nam Prouerbium est. *Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea.* Et quia sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua, si adolescentes prauas suas inclinationes sequi sinantur, tenacius in illis vsque ad senium permanebunt. Iuxta illud: *Ossa eius implebuntur vitijs adolescentiæ suæ, & cum eo in puluere dormient.* Propter quod felix faustumque valde erit Ecclesiæ, hos paruulos miseræ Babylonis Christo capere. Atque impetra, quæ fides, & amor ipsius est, vitia eorum confringere; & Christianis imbuere motibus vt ipsi deinceps inhærentes firmius valeant deseruire. Vnde summi Pontifices, regesque Christianissimi seminaria collegiaque erexerunt, ad quæ adolescentes hæreticorum filij Germani, Angli, aliarumque nationum hæresi infectarum, confugiant. Vt veram fidem, sacram doctrinam, probosque addiscant mores societate nostra eis, in ijs omnibus auxiliante, vt gloria nostra in Christo sit similium vulpecularum esse captores, vt parentum vitia & errores quos ebiberant, enoment, & allidantur ad petram, super quam Christus fundauit suam Ecclesiam, vt eius membra fiant.

Horat. l. 1. Epist.

Prou. 20. 6.

Gen. 8. 21.

Iob. 20. 11.

Ps. 136. v. 9.

Mat. 16. 18.

Capiendi sunt autem, non quidem infantes, inuitis parentibus vt bene probat D. Thomas, nec adolescentes ipsis inuitis, sed potius comprehendendi sunt beneficijs, obsequijs, salutaribus monitis, & paternis increpationibus, rationibus efficacibus, & orationibus ad Deum pro eis fusis.

3. p. q. 68. ar. 10.

Capienda est voluntas, vt ratio capiatur, & è conuerso capiendus est intellectus vt fortius capiatur affectus. Nam voluntas ad docentem bene affecta trahit intellectum vt subdatur eius doctrinæ; intellectus vero rationibus captus capit voluntatem, vt sequatur rationis dictamen: confirmemus hoc memorabili exemplo Cham filij Noë, qui vt supra dicere cœpimus, patrem turpiter nudum vidés, eum irrisit: propter quod maledictus à Patre, maledicto ad filium eius Chanaam protracta est. Vnde cum Noë dicturus esset; maledictus Cham; iste enim fuit irrisor, potius dixit; *Maledictus Chanaam*. Seu vt habent LXX. *Maledictus puer Chanaam.* In paruum nepotem filium ipsius Cham, maledictionem coniiciens. Cuius rationem ex Hebræorum sententia reddit Theodor. & approbat Caiet. quia puer paruulus Chanaam primus omnium nuditatem, & turpitudinem Noë auii sui vidit, irrisit, & patri suo nunciauit. Qui puerum grauiter obiurgare debuisset; & tamen non solum non obiurgauit, sed ad videndum & irridendum accessit, fratresq; suos Sem, & Iaphet, vt idem facerent, inuitauit. Cuius prauo exemplo Chanaam, etsi omnium fratrum suorum natu minimus,

Gen. 9. 22. & 25.

mus pe[illegible]ceus[illegible]t, improb[illegible]tatem patris [illegible] ino A sequens. Propte[illegible] Sc[illegible]ptura [illegible] hoc gestum narrat, etsi [illegible] ue[illegible] haberet [illegible]os, specialiter vocat eum p[illegible] Chanaan dicens: *Cum vidisset Cham pater Chanaan verenda patris sui, &c.* Ad significandum [illegible] D. Ambr[illegible]) maximam fuisse inter patrem & [illegible] filium impietatis similitudine[illegible] & [illegible] tam natura, quam vitijs, & sceleribus [illegible]simum sui genuisse filium Chanaam, qui sicut particeps fuit peccati paterni, ita in eum magis pro tacta est paterna maledictio, nec solum in ipsum, sed etiam in vniuersam Chananæorum posteritatem, qui progenitoris sui imitati sunt nequitiam.

Lib. de Noe & arca c. 30.

Lib. 16. de ciu. c. 2. Sem Israelitas, Iaphet gentes refert.

Cham (inquit D. Augustinus) qui interpretatur callidus, medius Noë [illegible]ius inter Sem, & Iaphet, tanquam se ab vtroque discernens, & inter vtrumque remanens, neque in primitijs Israelitarum, neque in plenitudine gentium quid „ significat nisi hæreticorum genus callidum, non B „ spiritu sapientiæ, sed spiritu versipellis astutiæ, „ quo solent hæreticorum feruere præcordia, & „ pacem perturbare sanctorum, quomodo Cham Noë familiam perturbare conatus est. Sicut autem ex Cham ortus est Chanaam ex vulpe magna, parua vulpecula quæ dum creuit, peior illo fuit, ex quo ortus est Chananæorum gens populo Dei semper infesta: sic ex vno hæretico oritur alius perniciosior, & ex hoc alij plurimi qui Ecclesiam Dei maxime infestarunt. Nam Prouerbium est: *De radice colubri egredietur regulus, & semen eius absorbens volucrem.* Sic vt multi testantur, ex Origene prodijt Arius, ex Erasmo Lutherus, quorum semen absorbuit multos qui in Ecclesia velut volucres cæli, perfectionis alta petebant.

Isa. 14. 29.

Hæc igitur præuidens cælestis sponsus ait; *Capite nobis vulpes, vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas.* Id est, studete capere non solum vulpes magnas, sed paruas, non solum veteranas, sed C nouellas, non tantum matres, sed filias pusillas, quæ maiorum propensionem hæreditaria successione sequuntur, & vineas postea maiori rabie demoliri curabunt, nisi tempestiue capiantur. Plura de hoc diximus supra in id: *Pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum.*

Lib. 3. Exhort. 17.

Concordatur hæc parabola cum alia zizaniorum. §. 4.

Mat. 13. 29.

SEd quid est quod volentibus seruis Patrisfamilias colligere zizania cum primum apparuit inter triticum, ipse paterfamilias prohibuit dicens: *Ne forte colligentes zizania eradicetis simul & triticum: sinite vtraque crescere vsque ad messem.* Et tamen vulpes paruulas iubet statim capere, antequam crescant, cum idem significetur per zizania, & per vulpes, vt sacri interpretes testantur? sed miro modo vtrumque congruit, & vna parabola aliam explicat, quia vna non sufficit ex- D planare omnia, quæ modo obseruat Ecclesia. Nam vt diximus, cum primum apparet zizania hæreticorum, maxime in paruolis, non mox eradicandi sunt, & proijciendi ab Ecclesia, vltimoque supplicio plectendi, sed patienter expectandi sunt vt detur locus pœnitentiæ, tunc autem capiendi sunt iuxta sponsi præceptum, &

rat[illegible] vt [illegible] liceat [illegible] bus c[illegible] V[illegible] n[illegible] ne[illegible] ci[illegible] pertinaciter [illegible] oc[illegible] a vinea abiici[illegible] mo ien[illegible]m tenerrantor, o[illegible] para di un[illegible] & c[illegible] ... *[illegible] nam [illegible] in dantur qui vos conturbant. Et an[illegible] maxime [illegible] metipsi, modicum enim fermentum totam massam [illegible]rumpit.* Sed obseruandum est dil[illegible]en inter vulpes paruulas, & veteranas, quas [illegible]matizatores appellant, hi enim qu[illegible] a disti[illegible] riguntur, & valde noxij sunt, statim vl[illegible] ctuoui supplicio, [illegible] poten[illegible] & vulpina eorum recip.[illegible]entia, [illegible] po[illegible] ius pululabantur.

Denique in vtraque parabola d[illegible] Dominus maxime h[illegible] beudam e[illegible] communis, quod præscindendum est bo[illegible] culari cuiusque. Nam tantum propt[illegible] tritici potest tolerari zizania, si e ad[illegible] poss[illegible]t nisi cum ingenti tritici damno [illegible] malum ingens timeretur tritico, ex z[illegible] sortio, eradicari posset & deberet [illegible] terent, ne triticum periret. Et quia v[illegible]lp[illegible] paruolæ semper sunt vineis noxiæ, id[illegible] videntur, & ex foueis exeunt, curandum e[illegible] pere illas, vno vel altero modo, qui [illegible] neis fuerit vtilior. Sicut Sara videns [illegible]ac paruulum, noxium esse filio suo Isaac e[illegible] uulo, mox Deo approbante, eum, & a[illegible] matrem eius eiecit è domo, vt domus qu[illegible] incolumis permaneret. Cauendum enim [illegible] dum filios hæreticorum paruolos capere cu[illegible] mus, & toleramus, ipsi noxij sint reliquis p[illegible] tis bonæ [illegible]n dolis; quod cum primum animaduersum fuerit, si non sit spes correctionis, e[illegible] ciendi sunt è domo, ne alios perturbent. H[illegible] quæ de hæreticis, eorumque paruolis diximu[illegible] C facile aliis peccatoribus, eorumque f[illegible]is ap[illegible] possunt, plura etiam supra in id dicta sunt. *F[illegible] matris meæ pugnauerunt contra me*: de pugna hæreticorum contra Ecclesiam, vt eam l[illegible]dant & Doctorum contra eos, vt illos Christo capi[illegible] fœlices qui in huiusmodi captione insud[illegible] nam sicut Sem, & Iaphet, dum Cham fratri[illegible] Chanaam, patris irrisoribus obsistunt, et[illegible] non ceperint, sibi tamen paternam bened[illegible] nem impetrarunt: sic qui hæreticas cape[illegible] dis sistunt, etsi eos ob suam duritiam & con[illegible] ciam non capiant, plurima tamen bona cæle[illegible] sibi lucrantur, quibus glorificatur Deus, [illegible] benedictus in secula. Amen.

EXHORTATIO XXXI[illegible]

De sapientibus seculi fidei aduersariis, de [illegible] D cretis, & detractoribus, adulatoribus a[illegible] seditiosis, qui per vulpes designantur & de modo capiendi singulos istorum.

Capite nobis vulpes paruulas, &c.

EX his quæ diximus de hæreticis fa[illegible]le ded[illegible]cemus ingenia aliorum qui vulpium nomine desi-

... capiendi eos. Inter A sapienti m, quæ omnem Æ... ad est, sapientium huius mundi scientiam deuorat... Stultam enim fecit Deus sapientiam huius mūdi, postquam manifestauit Christum qui crucifixus est, Dei virtutem esse: & vniuersus iam mundus comprehensus est ab eo qui dicit: *Comprehendam sapientes in astutia eorum.* Nam ex eorū astutia & sapientia arma fecit ad comprehendendum in obsequium fidei eos vel alios similes; de quo plura alibi diximus. *Iob.5.v.13. 1.Cor 3.19 Tom.4.de perfect. Tract.6.c.1.§.2*

... seculi sapientes, ... Christ ... ul... iactarent Platonicos, vel A... d non erat secundum eo... amplectebant, & astu... ...ibus vineam Christi demoliti

... Athenas ingrediente, & Euan... prædicante S oici & Epicurei differe... const... abantur, & congredie... debat eum. Propter quod ... inquit, *Capite nobis vulpes* ... Parvulas inquam, etsi magnæ sibi esse ... dicentes se esse sapientes, stulti ... scientia eorum magna appatet, non ... te, sed inflatione.

Et iuxta hunc sensum explicari etiam potest gestum Samsonis supra relatum. Christus enim per illum designatus, cepit trecentas vulpes, i.e. plurimos mundi sapientes astutos, & sagaces, qui prius fidem insectabantur, in varios errores & sectas philosophorum diuisos: cæterum alligauit caudas eorum, id est, postrema vitæ, & funibus veræ fidei reuinxit, in eisque posuit ardētes faces charitatis, vt arderent eo igne, quem ipse venit mittere in terram; & huc, illuc que discurrentes, prauas inimicorum fidei segetes cōburerent, vt fides amplius in alios dilataretur, & gentilium corda eodem igne flagrarent. Vnam sicut Christus Dominus serpentium iussit imitari prudentiam, non in malo, sed in bono; sic etiam vulpium imitemur astutiam in bono, vt astuti, & prudentes simus ad capiendum malos, & lucrandum multos, qui ipsi Christo inseruiant, & salui fiant. *Ita Guilel. apud Mor. del Rio. hic Iudic.15.4.*

B

... capiendi hos sapientes à Christo traditam. §. 1.

... ibus armis, & industrijs capiendi sunt? ... ondet Apostolus; *Arma militiæ nostræ non ... sed potentia Dei ad destructionem muni... consilia destruentes, & omnem altitudinem ex... tem aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem ... omnem intellectum in obsequium Christi:* at... A... ostolicæ militiæ, vocat prodigia, miracu... num prophetiæ, sermonem sapientiæ, he... as virtutes, argumenta, & rationes ex lumi... naturæ, tum fidei depromptas, & à Spi... ancto infusas, quibus conuincebat mundi ... phos, & sapientes. Sicut autem in bello ... perniciosiores hostes extinguuntur, reli... piuntur, & ducuntur captiui, vt seruiant ... sic per Euangelij prædicationem extin... vitia, & errores, & scientia illa quæ in... impedit charitatem quæ ædificat: at vero ... llectus ipse & scientia humana, naturalisq; ... sophia non destruuntur, sed rediguntur in ... uitatem vt obsequantur Christo Domi... & fidei ipsius, vt sicut prius consilia, & astu... eseruiebant errori, ita modo deseruiant ve... ti.

... ud ipse Paulus detestatur cum ait: *Cum ... astutus, dolo vos capi.* Ante conuersionem ... erat sapiens, eloquens, astutus, sagax, & ... sed vulpes & tygris ad persequendum ... Dei, ad extorquendas epistolas à ... Sacerdotum vt vinctos Christia... erret in Ierusalem: at post conuersionem ... arma illi deseruierunt ad capiendū, ... randum omnem intellectum in obse... Christi. Quod item videre licuit in Dio... ta, Irenæo, Iustino, Cypriano, ... huiusmodi qui sapientia, & ... di pollentes, eadem post tece... ad conuincendos, & con... per illos enim Christus Domi... seculi subiugauit. Sicut enim vit... um proiecta fuit in terram, versa in ... denuntiauit omnes colubros Magorū ... ex ... virgis confectos: ita (inquit ... crux Christi, cuius prædicatio vide... ria, quam Moyses, i. lex continebat. ... *me* inquit) *ille scripsit.* Postquam in terra ... est, id est, posteaquam ad crudelitatem ... hominum venit, conuersa est in tātam

De hypocritis Pharisæis, & imitantibus illos. §. 2. *Pro Dom. 7. post Pentec.*

PErniciosior est sapientia coniuncta hypocrisi, quam cum D. Iacobo vocare liber, terrenam, animalem, & diabolicam, quia terrenas quærit diuitias, voluptates carnis ac mundi honores ac dignitates suggerente diabolo huius mundi principe. Hæc depopulabatur Israeliticas vineas quo tempore Christus Dominus prędicabat. Ingens enim erat numerus Scribarum, & Pharisæorum, qui tanquam sapientes & magistri super cathedram Moysi sedebant; omnes tamen hypocrisi laborabant. Cuncta enim opera sua faciebant, vt viderentur ab hominibus, omnes inhiabant auaritiæ, ambitioni, & iactantiæ, & sub vestibus ouium vulpinum, ac lupinū gerebant animum: decipientes populum, & à Christi sequela auertentes illum, propter quod sponsa, id est, illius temporis Ecclesia, desideriū suum exprimens dicebat; *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas, nam vinea nostra floruit.* Ac si diceret: iam per Christi prædicationem vinea nostra cępit florere in multis, qui ipsius doctrinam amplectuntur. Vtinam caperētur vulpes Scribarum, & Pharisæorum, quæ paruitatem, & humilitatem simulant, vt astute demoliantur vineam. *Iac.3.v.15. Matt.23.2. & c.6. v.1.*

C

Studuit Christus Dominus capere illos sæpe sæpius in concionibus suis, prauos eorum mores occultos varijs similitudinibus detegens, vt vel ipsi vulpinum animum deponerent, vel saltim alii eos agnoscerent, & sibi cauerent, ne ab eis deciperentur. Vnde cotam omnibus vocabat eos sepulchra dealbata foris speciosa, & intus ossibus mortuorum plena. Ac si illis diceret: aut proijcite foras peccatorum mortua ossa, aut tollite lapidem album fictæ sanctitatis tegentem illa, vt cōfundamini dum apparet spurcitia *Mat.23.& 27.*

D

citia vestra, quia nullus est perniciosior status, A quam hypocritæ, qui volt esse malus, & apparere bonus, maxime cum scientia suppetit vt vtrumque occulte & callide præstet.

Iob. 36. 13. Lib. 26 Mor. c. 25. Vnde apud Iob scriptum est: *Simulatores, & callidi prouocant iram Dei: & non clamabunt cum vincti fuerint.* Vbi D. Gregor. notat coniuncta esse hæc duo nomina simulatores, & callidi, quia simulatores nisi ingenio calleat, quod videre appetunt, congrue simulare nõ possunt. Nonnulla enim vitia sunt, quæ à sensu tardioribus facile perpetrantur vt gula, luxuria, & auaritia. Simulationis vero falsitatem exequi, nisi qui subtilioris fuerit ingenij vix potest. Ad hoc enim semper incumbit vt callide ouerit, & occultare quod est, & ostentare quod non est; seu vera mala premere, & falsa bona monstrare; & vt maiorem gloriam teneat, sæpe se simolat gloriam declinare.

Sed per suos gradus paulatim increscunt; à principio enim cum hypocrisim affectant, & B vulpes paruulæ dicuntur, vitium suum non ignorant, sed cum sciant se intus iniustos esse, iusti appetunt videri, vt alios decipiant. Sed iusto Dei iudicio, vt dicit idem Grego. cum crescunt, & fiunt veteranæ, eo tandem deueniunt, vt quo nituntur foris alios fallere, eo de se intus etiam fallantur, & dum laudantur ab hominibus, tales se putant, quales audiunt; sanctosque se esse, non quia ita viuunt, sed quia ita dicuntur, existimant; & ita securi sunt, ac si iustorum facta haberent. Et tunc maxime prouocant iram Dei, & euomi incipiunt ea ore eius, qora vix eurari & Eccl. 2. 14. Apoc. 3. 16. capi possunt. Vnde de illis dicitur, quod *non clamabunt cum vincti fuerint*; Nam etsi argomentis vincianrur, vel calamitatibus opprimantur, non clamant orando, vel fatendo peccatum, ne honorem & laudem male partam amittant, vel quia miseri tanquam innoxij se torqueri putant.

Et hæc est ratio cur Christus Dominus Scri- C bas, & Pharisæos non ceperit, vel ipsi se capi renuerint: erant enim vulpea veteranæ cæci, & duces cæcorum, nec suum peccatum voluerunt agnoscere, quin potius increpationibus peiores euaserunt, dum peccata defendebant, & eis tenaciter inhærebant; vt impleretur quod de Iu- Isa. 34. 14. dæa dixerat Isaias, *Ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem, ibi habuit foueam hericius, & enutriuit catu-* Lib. 31. Mor. 24. *los suos*, Apte (inquit Sanct. Gregorius) hypocrita comparatur lamiæ; quæ monstrum dicitur, habens faciem humanam & corpus ferinum, quia quod prima facie ostendit quasi ex ratione sanctitatis esse videtur, sed bestiale est corpus quod sequitur, quia valde iniqua sunt, quæ sub boni specie molitur.

Eadem vero malitiosa mens recte assimilatur hericio, qui cum apprehenditur, caput, & pedes quæ ante apparebant, mox introrsum occultat, & semetipsum quasi in sphæram colligit, ita hypocrita cum increpatur, omnia sua mala D tegit, occultat, & defendit, & intra seipsum vt se tueatur fortius colligit. In Iudæa ergo lamia, & hericius foueas, & requiem habebant, quia plurimi hypocritæ eam incolebant, & catulos sibi similes generabant; quos cum Christus Dominus capere intentasset, fortius intra seipsos sceleribus suis adhærebant, & in ipsum exarserunt A captorem, vt illum cruci affigerent [illegible] & Dominus permisit, vt sciremus quod [illegible] cit, *Capite vulpes*, studium capiendi præcip[it, vt] supra diximus, non captionis effec[t]um [illegible] quia difficillime quædam capiuntur, maxime quæ in profundum malorum venerunt; & ideo signanter dicit, vt capiant vulpes paruulas, antequam in perniciosiorem hypocrisis gradum demergantur.

Quod si capi non possint Christo, capi tamen debent coram populo, sicut Christus Dominus faciebat detegendo eorum hypocrisim, & conuincendo eos de simulata calliditate, vt populus fugiat ab eis, & caueat illos. Ad hoc enim tendit monitum illud Saluatoris, *Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Falsos prophetas [v]ocat vulpes istas humana sapientia callidas, qui pallio humilitatis illius hostem tegunt superbiæ, & veste mansuetæ ouis occultant rapa- B cem furorem lupi; vt quid autem vestem m[utua]ntur vt prophetando falsa sub specie veri d[eci]piant? & cur rapaces dicuntur, nisi quia sem[per] aliena rapere student, dum lucra, vel laudes, [vel] honores sibi non debitas, vsurpare curant: I[uxt]a illud Iob, *Quæ est spes hypocritæ si auare rapiat* quod peius est, [d]e[m] arapiunt, dum vineas [Dei] terminant & animas quæ Christi sunt demol[iri] conantur. E[t i]deo nobis præcipitur, vt att[enda]mus, & caueamus h[o]s falsos prophetas [e]t deamusque ex fructibus capere, & eorum comprehendere malitiam, vt longe ab illis fugiamus. Quorum mores optime depinxit Ap[ost]olus, dicens, *In nou[issi]mis diebus erunt homines seipsos aman-* 2. Tim. *tes, cupidi, elati, superbi, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis quam Dei, habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes, & hos deuita* Habẽt autem speciem pietatis, & vestem induunt mansuetudinis, vt securos nos re[d]dant, paruolos & imbecilles se fingunt, sed cum C tempus opportunum nacti fuerint, lupinam rabiem produnt; iuxta illud Ecclesi. *Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena dolo. & si ab imbecillitate virium vetetur peccatum, si inuenerit tempus malefaciendi, malefaciet.* Iuste ergo monemur [vt] capiamus vulpes, etiam paruulas, quæ paruit[a]tem simulant; etsi nihil mali agere videantu[r] quia cum primum possint, vineas demolien[t]u[r]. Sed de alia verborum hypocrisi, iam dicamus.

De detractoribus, & modo capiendi illos.

§. 3.

ETsi generali ratione vulpes dicendus [s]it quiuis versutus, qui fraudibus, & dolis pr[o]ximos, qui Christi vinea sunt, lædit; duos tamen insigniores, & frequentiores inuenimus, de [qui]bus Diuus Bernardus ait; Pessima vulpes, oc[cul]- Serm. Cant. tus detractor, sed non minus nequam adulat[o]r blandus: vterque hypocrita, dum aliquid [si]mu- D lat & occultat; & aliud quam est, prodit, occultus detractor vulpes est famam proximi secreto deuorans; id est, ipso nesciente, coram quo amicum se simulat, coram alijs sinistre de illo loquitur, ipsum irridet, facta eius vituperat, & alios in suam sententiam pertrahere cupit, vt etiam de proximo male sentiant, & loquantur, quos Cham & Chanaam recte nuncupabis. Nam sic- Gen. 9. 22

uti isti

u ... filij paternam turpitudinem quam tegere de- A buissent, reliquis fratribus irrisione manifestarunt: sic detractores proximi defectus, quos operire oportebat; quia fraterna charitas operit multitudinem peccatorum, alijs narrant. Vnde ... quod vineas demoliantur; nam ciuitatum, & monasteriorum pacem perturbant, iustitiam lędunt, extinguunt charitatem fraternam; vnde vulpibus sunt perniciosiores: nam illæ vineam lædunt florentem, hi vero honorem qui est flos ominum; illæ deuorant botros, isti bonorum operum fructus: illæ etiam radices arefacere faciunt, isti charitatem, quæ radix est vitę spiritualis, exsiccant; illæ semper fœtent, hi tanquam fœti despiciuntur in populo, *Nam susurro, & bilinguis maledictus, multos enim turbauit. pacem habentes.* Vulpes etsi noceant vineis, non sibi nocent. Detractor autem prius sibi nocet, quam alijs. Nam (vt dicit Diuus Ambrosius) qui susurrat, & detrahit, prius suas quam aliorum radices euellit. Confirmat Diuus Augustinus, dicens. Meipsum occido, si alijs detraho. Maiora sunt vulnera linguæ, quam gladij. Nam gladius interficit corpus, non animam: detractio vero animam perimit, & instar viperæ, quæ, vt fertur, matris viscera rumpit, vt nascatur; ita cum concipitur, & paritur, prius ipsum parientem interficit.

Eccl. 28. 15.

Imo (vt dicit D. Bernardus) vipera est ferocissima, quæ letbaliter tres inficit ictu vno nempe ipsum detrahentem, eum cui detrahit, & eos qui libenter eum audiunt. Cito enim peruenit ad aures illius contra quem est detractio, & irrisio, in quo generat odium, & extinguit charitatem; & qui libenter detrahentem audit, eius peccato fauet, & consentit. Vnde (vt inquit Diuus Augustinus) detrahenti, & audienti esca mortis animæ est detractio: nam detractor & libens auditor diabolum portat in lingua; nam & libens auditor, quæ audit, libenter loquitur.

Propter hæc ergo sponsus inquit, *Capite nobis* C *vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas*: id est, curate hus detractores capere in ipso detractionis initio; cum adhuc parua est detractio, nam sermo detractoris serpit vt cancer, & cito intercipiendus est. Capite autem nobis, vt ita detrahentes carpatis, quod Christo illos lucremini. Non est tamen eadem capiendi forma ab omnibus obseruanda. Ille enim cui detrahitur, & qui contumelijs afficitur, capere debere detractorem, non maledictionibus, & vindictis, reddens malum pro malo, sed beneficijs, & obsequijs reddens bonum pro malo, carbones ignis congerens super caput illius, vt à detractione cesset; & eum laudare incipiat, quem vituperare solebat. Etsi enim Noë maledixerit Cham & Chanaam, qui eum irriserunt, spiritu prophetico factum est, non vindictam expetens, sed maledictionem, cui propter peccatum subijciendi erant prædicens. Qui autem detractores audiunt, mox capere debent leni increpatione vt D à malo auertant, aut saltem vultu ipso contestantes, quantum illis detractio displiceat. Nam teste Salomone, *Sicut ventus Aquilo dissipat pluuias, ita facies tristis linguam detrahentem.* Et sicut Sem & Iapher auerterunt faciem, ne patris viderent nuditatem, quam mox tegere curarunt, quo facto fratris represserunt insolentiam, ob quod

Gen.

Prou. 25. 23

A benedictionem obtinuerunt paternam: ita qui irrisores audit, nullo pacto eis assentiri debet, vt in defectibus irrisi complaceat, sed potius excusare illos, & charitate obtegere; sicque detrahentis capiet, & ligabit audaciam: quæ si nimia sit, & auctoritate polles, vi est comprimenda, sicut dicebat Dauid, *Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar*: i. e. acri increpatione compescebam, & velut hostem proximi, ac Dei, ne alijs noceret, persequi conabar. Ps. 100. 5.

Ne displicet detractoribus aptare interpretationem vulpium, non paruularum, sed quæ paruulas demoliuntur vineas. Nam licet detractorum lingua contra magnos & paruos effrænetur, tamen solum paruulos demolitur: qui facile scandalizantur, cum detractiones & irrisiones audiunt, & conspiciunt siue in se, siue in alios: Vt enim dicit Diuus Hieronymus, pusillorum est scandalizari. Et ideo dicit Christus, *Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, &c.* Maiores B autem & perfecti non patiuntur hoc scandalū, nec à detractione læduntur, sed cito à se excutiunt, & in melius conuertunt. In Matth. 18. v. 6.

Sicut enim Paulo colligente sarmentorum multitudinem quam super ignem imposuit, vipera à calore impulsa, inuasit manum eius; sed ille cito excutiens bestiam in ignem, nihil mali passus est: ita si te bonis operibus insudante, ex impetu inuidiæ vipera detractionis te mordere attentauerit, si cito excutias, libereris. Excussit autem Diuus Paulus viperam in ignem, quem ipse accenderat, & vnde illa exiuit, à quo & consumpta est; quia ignis diuini amoris, qui nos ad bona opera impellit, vnde inuidorum, vel iniquorum malitia ansam detrahendi sumit, illam consumere debet, nihili eam faciendo, nec ab incœpto opere propter illam cessando. Act. 28. 3. Plura de hoc Hugo de S. Victore in prologo ad libros de claustro animæ.

De adulatoribus, & modo capiendi eos.

§. 4.

VErsutior vulpes adulator blandus, qui suis adulationibus vineas Ecclesiæ demolitur, dum animas decipit, eludit & in malum pertrahit, iuxta illud, *Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant.* Nam si laudant male gestum, illud nutriunt, in eo permanere suadent; si autem plus nimio de bono blandiuntur in elationem quæ bonum corrumpat, præcipitant. Et (vt dicit D. Gregorius) tanto maiores hostes credēdi sunt, quanto magis laudibus adulantur: vnde apte ait repræsentari per locustas, quæ vastauerunt terram Ægypti, à quibus deuorata est omnis herba terræ, & quidquid in arboribus fuit. Nam terrenorum hominum mentes, si quando bona aliqua proferre conspiciunt, hæc immoderatis laudando corrumpunt. Herbam locustæ comedūt, quando adulatores, quique verba loquentium fauoribus extollunt: poma quoque arborum deuo- D rant, quando vanis laudibus quorundam iam quasi fortium, & opera euertunt. Locustæ ergo sunt, & vulpes, quia cito & fraudulenter exterminant vinearum flores, & fructus, tanto fraudulentius, quando suauius loquuntur, & fructus magnifacere videntur. Isa. 3. v. 12. Ita D. Bas. ibid. Lib. 4. registr. ep. c. 21. Li. 31. Mor. c. 12. Exod. 10. v. 15.

Vnde ab Ægyptijs hieroglyphicum adulationis erat apis, quæ in ore mel, in occulto caudæ

Apud Pier. li. 7. a prin cipio, & li. 47. c. de fistula. dæ aculeum portat: & item fistula cum ceruo picta, qui eius suauitate ita demulceri dicitur, & in stuporem vsq; delectari, vt incauto illi mors facile inferatur, sic adulatoris lingua dum aures mulcet, cor signita transfigit, & cuncta deuastat. Propter quod Plutarchus dicebat, nullum animantium genus assentatoribus perniciosum magis; nullum quod citius iuuentutem in præcipitium agat, nullum quod facilius fortunas, honores, vitam denique ipsam radicitus euertat. Ideoque Diogenes interrogatus, quæ bestia morsum haberet nocentissimum; Si de feris (inquit) interrogas, obtrectator; si de cicuribus, adulator. Nam sicut aucupes blandulo quodam stridore, aut mellita vocula simplices auiculas, aut in viscum implicant, aut in pedicas iniiciūt; ita homines pellicit adulatio, & mox in omne scelus impellit. Diogenes Laert. li. 6. de vita Diog. Cynici.

Prou. 25. 23 Merito ergo sponsus inclamat, *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas.* Capicodi sunt autem adulatores, ingratum vultum eis ostendendo: nam sicut facies tristis instar venti aquilonaris dissipat linguam detrahentem, ita & adulantem; nullus enim adulari auderet, nisi gratas aures inueniret. Aliquando etiam seuera increpatione sunt repellendi, ad modum quo David dicebat, *Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi, euge, euge.* Quod Diuus Augustinus de assentatoribus interpretatur, qui statim confundendi sunt, ne adulationem prosequantur: & si vera dicerent, animo tamen adulandi recicendi sunt, quia vulpinum occultant cor. Sicut cum Pharisæi ad Christum accederent dicentes, *Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo, &c.* quibus tamen acriter respondit, *Quid me tentatis hypocritæ?* Apte hypocritas vocat adulatores, quia aliud dicunt verbo, & aliud gerunt in animo, denique vulpes istæ dum paruulæ sunt, cito capi debent; quia si nutriantur, dulci veneno nos perimeot. Psal. 69. v. 3. Matt. 22. v. 16.

Vidisses Herodem regem adulationibus gratas præbentem aures, quas dum non extinxit paruulas, in suam extremam perniciem passus est magnas. Concionante enim ad populum, assentatores exclamarunt, *Voces Dei, & non hominis*, id est, concio tua non humana est, sed diuina. Grate audiuit captus à vulpe adulatoria, & quia non dedit honorem Deo, consumptus vermibus expirauit; & qui noluit exterminare vulpes, exterminatus est à vermibus. Act. 12. 22.

Sed vnde Herodi tam vana & cæca superbia vt Dei laudes acceptaret, diuinisque sibi oblatis gauderet honoribus? profectò quia adulatio excæcauit, & dementauit eum, vt in meridie cæcutiret. Quare (vt Agapetus Papa scribit ad Iustinianum Imperatorem) minus hominibus nocent corui, quam assentatores: illi siquidem oculos effodiunt corporis, isti mentis, & dum rationis iudicium obtenebrant, in omne scelus præcipitant: ideoque principibus, & magnatibus maxime cauendum est ab adulatoribus; qui maiori conatu accedunt ad illos. Quare non sine mysterio capiendas dixit sponsus vulpes, *Quia vinea nostra floruit.* In admon. ad Imper. Iustin. n. 12 ex Antistheno phi losopho.

Huiusmodi enim adulatores ad vineas florentes accedunt, ad eos scilicet, qui florent diuitijs, honoribus, & mundi potestatibus. Nam vt quidam philosophus dixit, semper magnæ fortunæ comes est adulatio. Sed melius Osee Propheta, *In malitia sua lætificauerunt regem, & in mendacijs suis principes*: sed dum eos mendacibus, ac multiplicis adulationibus lætificant, simul excæcant, & demoliuntur, in causaq; sunt vt florem amittant, & bona à Deo accepta, perdant: ideoque Salomon dixit, *Homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, expandit rete gressibus eius*: vt nimirum eum capiat, & decipiat, & in mortem instar auis ab aucupe captæ, deducat. Aliud etiam mysterium tangit verbum illud, *Quia vinea nostra floruit*, & non potius, quia botros maturos iam habet, eo quod assentatores magis accedunt ad principes & magnates in florente ætate, quam in matura, & ingrauescente, magisque placere student soli cum oritur, quam cum occidit; ideoque iuuenes, maxime ab adulatoribus cauere debent, quia facilius decipiuntur, & se dignos ea laude putant, quam ab adulantibus audiunt, & certum fructum sperant, quod ipsi fraudulenter promittunt. Vnde merito idem Salomon hos iuuenes monet, *Fili, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis*, nam post lac adulationis sequetur amaritudo mortis. Palmeida Ose. 7. Prou. Prou. 1. 10.

De occultis seductoribus. §. 5.

Sed his aliæ sunt vulpes tanto magis noxiæ, quanto magis occultæ, quæ non solum detractionibus, vel adulationibus, sed calumnijs, rapinis, falsis testimonijs, rixis, & litibus proximos vexant, pacem disturbant; & ita latenter nocent, vt damnum videas, & auctorem vix scire valeas, aut si lædentem noueris, animum & intentionem regit, ac opus ipsum ita vestit, vt iustum esse appareat. Horum typum mire gessit vulpecula meretrix, quæ in eadem domo cum alia compare habitabat; & cum vtraque filium haberet paruulum, noctu dormiēs filium suum extinxit, & clam illum in sinum alterius reposuit, proprium eius sibi suffurando paruulom. Cumque de hoc coram rege Salomone contenderent, nec veritas deregi posset, rex, Diuino instinctu, iubet filium viuum gladio diuidi, & inter vtramque partem distribui, renuit vera mater, assentitur altera, & hinc eius falsitas deprehenditur, & filius veræ matri restituitur. 3. Reg. c. 3.

Ecce vulpeculam astutissimam quam que ingentia mala machinantem, ad quæ gradatim peruenit; inprimo proprium occidit filium, deinde clam surripuit alienum; tertio filium mortuum alteri supposuit, vt illum occidisse putaretur. Hinc lis & contentio inter vtramque, & tandem eo eius creuit sæuitia, vt infantis viui mallet diuisionem quam veræ matri restitui; dicebat enim, *Nec sibi, nec mihi, sed diuidatur*: sed capta est, & comprehensa vulpes in astutia sua; nam ipsa crudelitas eam prodidit, & falsam matrem esse monstrauit. Hæc est seditiosorum nequitia, de quibus conquerebatur sponsa, cum dixit, *Filij matris meæ pugnauerunt contra me*, vt suo loco diximus. Fratres vocat, sed fictos, quos nunc dicit vulpes, hi primo dormientes proprium extinguunt filium; cum spiritum salutis, quem conceperant, & parturierant, per socordiam occidunt, & in seipsis charitatem extin- Lib. 1. Lambert 18. 1.

extinguunt, & opera meritoria, quæ viu..suot A per g tiam, per lethale peccatum mortificant. Se hac noctu & secreto efficiunt; nam qui male a t, odit lucem, & peccata sua quantocius occ ltant.

Deinde vero clam filium alienum rapiunt, quia dum quærunt quæ sua sunt, vehementer sitiunt rapere aliena; fraudulenter alienis laboribus ditari cupiunt, & diuitias, dignitates, vel honores quibus alij potiuntur, sibi vsurpare co autur, nec rationes desunt quibus calumnias & apinas contegant, sicut texit vulpecula Ieza l, cum vineam Naboth sibi accipere satagebat. Sed vlterius filium à se occisum in alterius uum reponunt, cum propria scelera abscondentes in alios reijciunt, & quæ ipsi secreto perpetrarunt, per calumnias, & falsa testimonia a sattribuunt, vt in se indemnes seruent, sicut fratres Ioseph, cum eius mortem machinaban r, tunicam sanguine hædi tinctam Patri Iacob demonstrarunt, vt illum deciperent, dicentes, B *Fera p ssima deuorauit eum*, Bene in sanguine hædi tingunt, & non agni; quoniam ex nequitia reprobata tinctio illa procedebat; & quæ fera inuidiæ fraternæ deuorauerat, in feram agri deijciebant, vt scelus occultarent.

Hinc oritur reipublicæ perturbatio, dissipatio pacis & concordiæ, ac diuisio quæ ad regni destructionem tendit, quia *Omne regnum in se diuisum desolabitur*: hinc bella, lites, rixæ, contentiones amaræ, & adeo implexæ, vt vix quidpiam probari, vix dignosci possit. Innocentes enim filium mortuum, suum non esse agnoscũt, nec à se occisum, de calumnia & falso testimonio conqueruntur, rea ad iudices & prælatos defertur, quia capere vulpes istas vix possunt, nisi cœlesti desuper illustrentur lumine. Illustrantur autem, vt sequenti Exhortatione patebit. Deus enim qui comprehendit sapientes in astutia eorum, permittit eos aliquid dicere, vel C agere, vt se defendant, vel operiant, vnde seipsos prodant, & fraudulenta eorum nequitia nota fiat. Hæc igitur perpendens Ecclesia nomine eorum qui has fraudes patiuntur, ad Deũ clamat, & ad Angelos, solertesque pastores, *Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas*: id est, videmus vineas deuastari, scimus adesse vulpes, capere nequimus, neque agnoscimus: vos c pite, qui agnoscitis eas, aut nobis manifestate,   capere valeamus. Crebro enim Deus orand s est, vt ab his seditiosis & calumniatoribus   eripiat, dicentes cum regio Psalte, *Redime me a calumniis hominum, vt custodiam mandata tua*,   s nisi ipse redemerit nos, opprimemur ab   s.

Quod si ab his omnibus vulpibus, quas hactenus commemorauimus, tutum cupis seruare   imum, præcelsam curato instituere vitæ ra em, quæ terrenis omnibus superior sit, in profunda tamen humilitate radicata. Vulpes enim facile deuorant botros vitium, quæ prope D terram sunt, non vero earum, quæ vlmis vel magnis arboribus nixæ in altum crescunt, etsi vtrarumque radices lædant, cum circa eas fodiunt, & arefieri faciunt; sic prædictæ vulpes facile demoliuntur eos, qui terrenis diuitijs, vel honoribus inhiant, & temporalia bona appetunt, & magnifaciunt at viri spirituales ac religiosi, qui rebus terrenis vale dicẽtes, Christi cruce quam amplectuntur, nixi, eleuantur à terra, & cœlestem ducunt vitam, ab his vulpibus non læduntur, dum tamen radicem humilitatis diligenter custodiant: humilitas enim adulatores respuit, detractores contemnit, hypocritas abominatur, & omnibus calumnijs ac contumelijs animum superiorem confert: & quia non sibi, sed Christo fidit, astutias diaboli non ignorat, & cunctis vulpibus captis triumphum in Christo agit, cui sit honor & gloria in secula seculorum. Amen.

EXHORTATIO XXXV.

De modo extirpandi vitia speciem virtutis præseferentia, & ea quæ paruula sunt, ac magna etiam, mox vt oriri incipiunt.

B Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas; nam vinea nostra floruit.

IAm ad eas vulpes capiendas accedamus, quæ intra vineam animæ oriuntur, nutriuntur, & crescunt; cuius singularem curam gessisse videtur sponsus; ex eo quod non vineæ inquit, sed *Vinea nostra floruit*. Est autem quælibet pia anima Christi vinea, cuius vites (vt alibi diximus) sunt facultates ipsæ, virtutibus supernaturalibus ornatæ, flores sancta desideria, botri pia opera ex quibus exprimitur vinum lætitiæ spiritualis. Abundat tamen vulpibus, quæ eam demoliri conantur. Nam prauæ animi propensiones, ac vitia virtutibus insidiantur; quæ cum aperto marte pugnant, feræ dicuntur; cum vero occulte, & sub specie boni, vulpes nuncupantur; quibus C dæmones quos superius vulpes esse diximus, vtuntur ad immittendas prauas cogitationes apparenti virtute palliatas, quæ sensim vineas demoliantur, iuxta illud Oseæ, *Comederunt alieni robur eius, & nesciuit*; alieni sunt apostatæ angeli, & cogitationes ab eis immissæ, quę virtutes animę sæpius deuorant, ipsa damnum quod patitur, non aduertente. Osee 7. v. 9.

Hinc prima harum vulpium astutia est se tegere, ne agnoscantur vt pusillanimitas putetur humilitas, ira zelus, pigritia mansuetudo, & præcipitatio feruor, ita hominem decipientes, vt, sicut dicit Beatus Gregorius, inde expectet præmium, vnde dignus est supplicio. Propter quod hæc vitia difficilius curantur; nam cum culpa virtus existimatur, tanto tardius vitium deserit, quanto hoc quod perpetrat, minus erubescit, & de eo præmij retributionem quærit: cum autem deest erubescentia de malo, & timor pœnæ, quæ mentem infrænant, effrænatius perpetrat quod iustum putat, nec emendare cogitat, quod per deceptionem approbat. 2. Cor. 11. v. 14. Li. 32. Mo. c. 17. Cassianus coll. 4. c. 20.

Quomodo sunt capienda hæc vitia. §. 1.

QVOMODO ergo implere poterimus præceptum sponsi dicentis, *Capite nobis vulpes*, si ita se occultent, vt non videamus illas? Sed qui capere præcipit, lumen quo agnoscantur, petentibus non negabit; ipse solus est qui faciem Leuiatan indumento opertam reuelat, vt nuda sicut est, appareat, ne alios decipiat; sed dilectis suis discretionis impertitur lumen, quo vitia à virtutibus secernant; in Ecclesiaque constituit magistros, & doctores, qui ab ipso edocti, agnoscunt cogitationes Satanæ, ne circumueniamur ab illo.

Iob 41 v. 4. D. Gregor. lib. 31 Mor. c. 22. 2. Cor. 2. 11

4 Reg. 6. 9. Et sicut Elisæus Propheta occultas Assyriorum insidias ex Dei reuelatione agnoscens, patefaciebat regi Israel, vt eas caueret; sic versutas diaboli cogitationes nobis manifestant, ne capiamur ab illis. Sed præclarior typus est Ahia Propheta, ad quem vxor Hieroboam suasu mariti habitum commutans ne agnosceretur, tetendit vt eum alloqueretur. Sed cum primum audiuit sonitum pedum ipsius, Deo reuelante, dixit ei, *Ingredere vxor Hieroboam, quare te aliam esse simulas?* Sic hypocritæ qui lupinum cor vestimento ouis tegunt, & diabolicæ cogitationes, quæ habitum mutant, vt virtutes appareant, latere non poterunt eos qui spiritum Dei habent. Produnt enim seipso pedum sonitu, & strepitu. Gressus enim Satanæ & affectus interni ab eo immissi quandam afferunt mentis perturbationem, vel inquietudinem, ac vehementem impetum rationem obtenebrantem, & quamuis bonum præ se ferre videantur; tamen si attente obseruentur, in aliquem finem latenter tendūt, terrenum, vel mundanum, aut voluptuosum, sonitumque Satanæ emittunt, per quem secerni possunt ab effectibus veræ virtutis, quæ ex Deo est, quorum sonitus est dulcis, pacificus, quietus, terrena respuens, mundana ac carnalia contemnens, solumque spiritualia intendens & cœlestia.

3 Reg. 14 v. 11.

Postquam autem agnitæ sunt huiusmodi vulpes, statim capiendæ sunt eo modo quo sponsus præcipit, *Capite nobis*. Quid est nobis? affectiones illas comprehendite, & ex apparenti virtute in veram & solidam, quæ Deo placeat, & Ecclesiam ædificet, commutate. Ablato enim & perempto quod vitiosum est, id quod remanet in naturali propensione virtuti subijcite; vt pusillanimitas transeat in veram humilitatem; ira in verum zelum, & amor carnalis fiat tantum spiritualis.

Lib. 3 Mor. c. 19. Nam (vt egregie docet Diuus Gregorius) Si forti nos studio contra vitiorum incentiua stringimus, ipsa etiam vitia ad vsum virtutis immittamus. Nonnullos namque ira possidet, sed hanc dum rationi subijciunt, in sancti zeli ministerium vertunt: alios superbia erigit, sed dum diuinæ formidini animum inclinant, hanc ad defensionem iustitiæ in vocem liberæ auctoritatis immutant.

Sed vt clarius hæc explicentur, vniuersos animi nostri hostes internos ad duo capita redigamus. Alterum complectitur vitiorum habitus, maxime illos septem quos vitia capitalia nuncupamus, & huiusmodi capiendi sunt vt penitus exterminentur; sicut de septem nationibus inimicorum, quæ terram promissionis possidebant præceptum est, *Percuties eas vsque ad internecionem*, vt eorum loca Israeliticæ tribus possiderent: sic exterminanda sunt vitia, vt introducantur virtutes. Alterum vero genus amplectitur passiones, seu propensiones naturæ corruptæ, quæ ad malum feruntur: & hæ capiendæ sunt, non vt penitus eradicentur; quia non semper est possibile, sed vt in seruitutem & captiuitatem redigantur, & rationi ac legi Dei obediant. Quomodo Gabaonitæ, qui Iosue deceperunt, dicentes se esse de terra longinqua, & non de hostibus, qui illam terram inhabitabant, cum agniti sunt, non sunt extincti, sed compulsi, vt Dei populo seruirent; & sicut quasdam gentes dereliquit Dominus inexpugnatas, vt in eis erudiret Israelem (sic teste Diuo Gregorio) huiusmodi passiones, ac minima quædam vitia ex Dei permissione inexpugnata manent, vt mens nostra solicite se in certamine semper exerceat; & de eo victoria non superbiat, quo viuere in se hostes conspicit, à quibus adhuc vinci formidat. Manent tamen hostes capti velut captiui, iuxta illud. *Habitauit Chananæus in medio Ephraim tributarius*: quia, scilicet ipsum vitium quod subigere non possumus, ad vsum nostræ vtilitatis humiliter retorquemus, vt eo de se mens, & in summis vilia sentiat, quod suis viribus, etiam parua quæ appetit, non expugnet. Vehemens enim passio appetitus, quæ rationem præcipitat, cum per virtutem domatur, tributaria fit, & rationi ad ardua opera aggredienda sæpius deseruit. Quamuis ergo viri Iuda strenui essent bellatores, omnes Iebusæos debellare non potuerunt: sed (vt inquit Diuus Bernardus) velis nolis intra fines tuos habitat Iebusæus, subiugari potest, sed non exterminari.

Deut. Iudic. Iosue Serm. Cant.

De exterminandis vitijs paruulis. §. 2.

SEd quoniam sponsus peculiariter iniungit, vt capiamus *Vulpes paruulas*, quid per paruulas intelligat explanandum est. Quædam enim vitia & peccata sunt ex se parua, vt quæ leuia & venialia ex obiecto vocamus. Alia vero parua quidem sunt in principio cum subito oriuntur, sed si crescant lethalia fiunt, & magnam stragem inferunt, vtraque capienda sunt; nec priora quantumuis minima videantur, sponte sunt admittenda; in maximo enim versatur periculo qui parua, eo quod parua, contemnit, & sponte admittit.

Assuetus enim contemnere minima, ad hoc venit (ait Diuus Gregorius) vt non perhorrescat grauiora, & tanto in maioribus contemnit pertimescere, quanto in minimis didicit non timendo peccare. Vnde scriptum est, *Qui spernit modica, paulatim decidet*, non ait, qui committit modica; nam ex surreptione, etiam perfecti delinquunt, quia in multis offendimus omnes, sed qui spernens, & paruipendens, quia modica perpetrat illa, paulatim decidet in grauiora: cuius periculum sancti Patres varijs explicant similitudinibus.

Eccl. 19. 1.

De minimis guttis (inquit D. Aug.) implentur flumina;

flumina; per angustas rimulas insudat aqua, nantis impletur sentina; quæ si contemnatur, mergitur nauis, & hoc agit sentina latenter excrescens, quod procella patenter sæuiens; & gutta cauat lapidem, non minus quam ferrea lima; & stillicidia non sinunt hominem quiete manere in domo sua, quam paulatim diruent.

Sedilla præclarior similitudo, cuius meminit Ecclesiastes, dicens, Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti: quod prouerbium est ad significandum ex re parua, si contemnatur, oriri magnum damnum, maxime cum res parua sinitur multiplicari: nam muscæ paruulæ, quæ ex putrefactione nascuntur, cogitationes significant, & affectiones, quæ ex inordinata concupiscentia oriuntur, & importune cor tangunt, & pungũt: tunc autem mori dicuntur in pretioso vnguento, quando non cito abiguntur; sed sinuntur diutius ibi permanere, & tunc suo fœtore vnguentum perdunt; quia etsi paruulæ dum diu permanent in anima, spiritum deuotionis exterminant, & in ruinam ipsius gratię deducunt; quia ex peccatis leuibus & erroribus paruis in grauiora deciditur. Quod Diuus Augustinus confirmat exemplo de homine, qui muscam passus importunam, tædio affectus, cum à Manichæo hæretico interrogaretur, quis illam fecit? Ira percitus, respondit, diabolus. Quod magnopere approbans hæreticus, gradatim interrogare idem pergens de ape, mox de locusta, pecude, boue, volucre, elephante; & postremo de homine idem concessit; Ita (inquit) miser ille, cum tædium passus est à muscis, musca factus est, quem diabolus possideret. Beelzebub quippe interpretari dicitur, princeps muscarum, de quibus scriptum est, muscæ morientes exterminãt oleum suauitatis. Ecce hominem qui à parua impatientia ex musca captus, in errorem maximum præcipitatus est. Quare nec vna praua affectio, etsi parua, paruipendenda est; nam diobolus astutissima vulpes, ex ea ansam arripiet, vt vineam animæ demoliatur: nam quantumuis aquila liberum habeat caput, alas, & corpus, si ab aucupe vno vngue capta tenetur; facile (inquit Diuus Dorotheus) tota exterminatur; sic vnica praua affectio in causa erit, si contemnatur, vt hostis disperdat animam: &, vt bene inquit Cassianus, quantalibet sublimitate murorum, & clausarum portarum firmitate muniatur vrbs, posterulę vnius quamuis paruissimæ proditione vastabitur, &c. Quid enim differt vtrum per excelsa mœnia, & ampla portarum spatia, an per cuniculi angusti latibula periculosus hostis penetralibus ciuitatis irrepat? Cum igitur diabolus magis insidietur sublimioribus, quanto quisque est sanctitate sublimior, tanto magis inuigilare debet, vt vulpes paruulas capiat, nec vnam viuere sinat; nam ideo subdit, *Quia vinea nostra floruit*. Hæc enim cura maxime spectat ad animam virtutibus florentem, cuius est omne peccatum quantumuis paruum cito repellere. Nam contemnere minima indicium est minimæ virtutis, ac modicæ charitatis.

Quemadmodum enim, inquit Dorotheus, vir purpurea & holoserica veste indutus, strenue refugit quidquid eam maculare potest, & si parua sit luti, vel pulueris macula, quam tamen pro nihilo ducit, qui vili tegitur indumento; ita insignes sancti, qui pretiosa veste charitatis & gratiæ mirabiliter coram Deo sunt ornati, non solum culpas graues, quibus vestis dilaceratur, sed minimas etiam fugiunt, ne pretiosam hanc vestem commaculent. Qui vero terrenam & tepidam agunt vitam, pro nihilo ducunt, plurimis peccatis venialibus inquinari; illi dicunt, *Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Nam iustus qui valde lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, & à leuioribus culpis mundet; sed cum semel mundauit, nollet iterum inquinare eos; maxime cum Dominus dixerit Petro, qui pedum lotionem recusabat, *Si non lauero te, non habebis partem mecum.*

Quod ita interpretatur Diuus Bernardus; Ne refugias quod lauem pedes tuos, quia quodliber peccatum, etsi paruum, non nisi meo sanguine valet expiari, & nisi prius in hac vita, vel in purgatorio consumatur, non erit aditus in regnum cœlorum, quia nihil coinquinatum intrabit in illud: quibus etiam verbis insinuat quam fugienda sit minima contra Dei voluntatem resistentia, etsi in re de se parua, & sub prætextu virtutis fiat; vulpecula enim est, quæ nisi capiatur, demolietur vineam, & à Christi possessione reijciet eam. Propter quæ religiosos viros maxime oportet vigilare, vt paruula quæque peccata fugiant, & viriliter expiant, ne suam florentem vineam sensim comedant; nam, vt inquit Diuus Bonauentura, nec minimum est contemnere minima, quæ non minimam moribus maculam eo turpius neglectu habita, ingerunt, quod vitari facilius cognita, potuerunt. Et qui coram Deo magni esse appetunt, nullum præceptum debent reputare minimum; nam qui soluerit vnum de mandatis minimis, minimus vocabitur in regno cœlorum.

De exterminandis internis tentationibus mox vt oriuntur. § 3.

Hinc fit omnes prauos motus, internasque tentationes carnis, ac diaboli suggestiones cum primum oriri incipiunt, capiendas esse: vulpes enim paruulæ sunt, quæ si crescere sinantur, demolientur vineam. Nam ab vna scintilla, nisi celeriter extinguatur, magnus increscit ignis, qui vniuersam comburat domũ; quod sic explicat Diuus Chrysostomus, quando paruam animi perturbationem susceperis, ne eam neglexeris, quod parua sit, sed cõsidera id quod ex ea oritur: maxima mala parit. Etenim postquam in domo aliqua parum stupę accensum viderimus, conturbamur, & tumultum mouemus: non enim attendimus initium, sed ex initio finem considerantes: mouemur, & concurrimus, vt totum caminum extinguamus. Hoc igne vehementius animam exedit vitium, & ideo velocius extinguendum: nam si fuerimus negligentes, id correctu euadet difficilius, ita Chrysostomus: quod eleganter confirmat Diuus Hieronymus, sic dicens: nolo sinas cogitationes crescere: nihil in te Babylonium, nihil confusionis adolescat, dum paruus est hostis interfice: nequitia ne zizania crescant, elidatur in semine, audi Psalmistam dicentem. *Filia Babylonis misera. Beatus qui retribuet tibi retributionem,*

Marginal notes: Eccl. 10. 1. — D. Bernar. ser. 44 in Cant. & ser. de triplici custodia. — D. Greg. 18. Mor. c. 21. — Tract. 1. in Ioan. — D. Doroth. Lib. 5. — Doctrina de humilitate. Simile. — Cant. 5. 3. Ioan. 13. 8. — Serm. 1. de cœna Dom. — In prologo speculi. — Matt. 5. 19. — Eccl. 11. 34. — Hom. in Ps. 6. ad fin. — De custodia virginitatis ad Eustochium. — Ps. 136 v. 9.

„ *quam retribuisti nobis. Beatus qui tenebit, & allidet parvulos tuos ad petram*: quia enim impossibile est in sensum hominis non irruere innatum medullarum calorem; ille laudatur, ille prædicatur beatus qui vt cœperit cogitare sordida, statim interficit cogitatus, & allidit ad petram, qui Christus est. Hæc Hieronymus.

Sed perpendendum est duplex Psalmistæ in his verbis desiderium: nam Babylon duo mala intulerat Iudæis: multos enim eorum occiderat, alios captiuos duxerat: parem illis optat retributionem, ad quam obtinendam paruulorum elisionem exoptat; sic diabolus duo homini intulit mala, nam gratiam, virtutes, ac dona Spiritus sancti destruxit; & vires ac appetitus sibi subiecit; contra quem nos summe desideramus vitia; extinguere vt virtutes recuperemus, & vires in pristinam libertatem, vt rationi subdantur, vindicari. Ad hæc autem obtinenda nihil ita iuuat, ac paruulos mot⁹ inordinatos mox ad petram allidere, & vulpeculas has, cum primum ex suis foueis erumpunt, statim capere, & exterminare: & quemadmodum felis attente

Simile.

obseruat foramen per quod mus egressurus est, & statim ac exit, festine illum inuadit, arripit, &

In gradu 27.

dentibus comminuit, ita (inquit Diuus Climacus) continue vigilandum tibi est vt obserues prauas cogitationes, & affectiones, quæ ex antris partis cogitatiuæ, & affectiuæ prodeunt, vt cum primum eas videris comparere, statim capias, repellas, vel comminuas. Sit ergo (inquit) fortis vigilque sensus semper in cordis ianuis excubans, cogitationes accedentes, aut necans, aut remouens: nam qui internos motus custodit, in praua opera non decidet.

Vnde obseruat Diuus Gregorius Iob dixisse:

Li. 21. mor. 17.
Vt Iob 31. v. 7.

si in manibus meis adhæsit macula, qui prius dixerat: *pepigi fœdus cum oculis meis ne cogitarem quidem de Virgine*. Nã quomodo macula culpę in manibus, id est, operibus, inhæreret, quam censura disciplinæ non sinebat in cogitatione proficere? neque enim culpa ad opus prodire permittitur, si intus vbi nascitur, extinguitur; si autem tentationi in corde nascenti, festine non resistitur, hac eadem qua nutritur mora, roboratur: & existens foris in operibus vinci vix præualet, quia ipsam intus dominam mentem captiuam tenet.

Gen. 15. 11.
D. Greg. li. 14 mor. c. 59.

Et sicut Abraham festine abigebat aues, nempe vultures, coruos & alias huiusmodi quæ descendebant, vt carnes sacrificandas fœdarent, aut deuorarent; ita celeriter abigendę sunt quęcumque diabolicæ suggestiones, quæ sacrificia nostra siue orationis, siue boni operis impedire, & deuorare nituntur. Nec solum rapaces volucres, sed etiam importunæ muscæ abigendæ sunt, ne eiusdem sacrificij suauitatem commaculent, & fragrantiam vnguenti vt iam diximus,

Eccl. 10. 1.

dissipent: dum quædam Virgo Deo deuota desideraret scire statum animæ suæ vt eam perficeret, ostensa est ei in extasi sub effigie macræ infantulæ faciem habentis coopertam muscis: Muscæ autem significabant paruulos defectus, & importunas cogitationes, quæ debilem animam comitantur, sed sedulo abigendæ, & exterminandæ sunt vt conualescat, fortior & pulchrior fiat.

Sed quid est quod Abraham non capiebat volucres, sed abigebat; sponsus autem iubet abigere vulpes, sed capere: forte quia dæmones abiguntur, sed vitia exterminantur, vel quia idem est abigere malas cogitationes, & exterminare eas, nam cum abiguntur, euanescunt, & pereunt.

Aut tandem Abraham fecit quod satis erat vt sacrificium illud suo finiendum recte peregeretur; sponsus vero quid præcellentius iubet vt vinea florens illæsa permaneat semper, dum vulpes demolientes non solum abiguntur, sed capiuntur, ligantur, vel exterminantur.

Quia igitur positi sumus à Deo custodes in vineis, ne gementes dicamus sicut olim sponsa, *Vineam meam non custodiui*, vigilemus continuo vt vulpes paruulas capiamus, nec vnam incaptam relinquentes, nam ista forte demolietur vineam nostram: &, vt inquit Ecclesiastes, *qui offendit in vno multa bona perdet*. Notat autem Diuus Hieronymus quod mox subiecit: *muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti*. Vt doceret ex eadem radice procedere quod vnum graue peccatum multa bona destruat, & quod multa mala parua si negligantur, graue inferant damnum: nec ergo contemnendæ sunt vulpes, quia paruulæ, si sunt plurimæ; imo nec vnica parua, quæ cito euadit magna: sed omnes capiendæ, quia vinea, quam custodimus, etiam est ipsius sponsi, & ideo nostram vocat, cuius iuri cedere nequimus, quare tanquam vinea ipsius diligentius est custodienda, & peccata tanquam Deo aduersa perimenda; ipseque prębebit auxilium, vt vincamus, & vincentibus gloriæ coronam impertietur in sæcula sæculorum. Amen. Eccl. 9. 18

EXHORTATIO XXXVI.

De desponsatione inter Deum & Ecclesiam ac piam animam, & bonis quæ ex ea proueniunt, ac de mutua vtriusque cura erga alterum.

Dilectus meus mihi, & ego illi.

Retulit hactenus sponsa innumera à dilectó suo sibi collata beneficia: coronidem addit huic primæ cantici parti duobus vltimis versibus, qui perfectissimi amoris formam comprehendunt, & primo ait. *Dilectus meus mihi, & ego illi*, trunca oratio sed sapientiæ, & amoris plena: non apponit verbum quod orationem connectat, & indicet quid sit, dilectus illi, & illa dilecto, vt eructare possit cor nostrum quodcunque verbum bonum, quod adiungat illis; nam in huiusmodi ita se mutuo diligentes, apte quadrabit. Hoc vno dempto quod soli Deiparę conuenit, cui singulariter concessum est dicere. *Dilectus meus mihi*, est filius; *& ego illi*, sum mater, cui subinde eminentissima ratione tribuenda sunt quæcumque de Ecclesia, & de singulis iustis diximus.

De de-

De desponsatione spirituali Christi & Ecclesia. §. 1.

ET in primis spiritualis despõsatio inter Christom & Ecclesiam, ad sanctam animam, his verbis describitur. Com enim matrimonij sacramentum celebratur, interrogatur sponsa: vis esse huius? respoodetque volo. Similiterque interrogator, ac respondet spoosus vode ratum ac perfectom manet matrimonium, & ea tunc sponsus & sponsa non sunt sui ioris, sed alter alterius: sub hac forma ipse Deus connubium spirituale inijt cum aoriqua Ecclesia, cum ea A- (Ezec. 16. 8.) morthæis, & Cætheis elegisset eam, *Transiui* (inquit) *per te, & vidi te, & ecce tempus amantium & expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam. & iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecum* (ait Dominus) *& facta es mihi.* Vocat tempus amantium, quo virgioes eligunt sponsos, aut viri spõsas: multi autem dij geotiom, sui idola sibi copulare volebant antiqoorum Hebræorum fa- **B** miliam, aut ipsa eis copulari satagebat. Sed De⁹ infinite amans animas; illam sibi elegit in sponsam: eatendit soper eam palliom suum, quod signum erat desponsationis; vt constat ex verbis (Ruth 3. 9.) quibus Ruth coonobium petijt à Boos dicens: *Extende pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus es.*

Eatendit ergo Dominos super Synagogam pallium suum, quia eam in sponsam asciuit, & sub protectione sua constituit. Quod vt firmum esset & ratom; iuramento firmauit inito pacto, (Gen. 19. v. 9 & c. 17. v. 3.) quod ipsa ei fidelis esset, & ipsi: vnde inquit, *facta es mihi*: id est, facta es mea, vt deinceps non sis alterius, sed mei solius. Ita vt etiam patrem ac matrem relinquas, si opus fuerit, vt mihi adhæreas.

Hæc olim Deus cum antiqua Ecclesia, sed expressius cum noua, quæ Christo nupsit, teste (Ephes. 5. 28) Dioo Paulo, qui referens verba illa Adæ: *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna*; subdit, *sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.* Promissum autem fuit hoiusmodi con- **C** (Osee 2.) nubium per Oseam cum inqoit: *Sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iustitia, & in iudicio & in misericordia, & miserationibus, &* (De hoc supra 61. Exhor. 11) *sponsabo te mihi in fide, & scies quia ego Dominus.* Vbi quinque insignia huius præclari connubij enumerat: primum qood erit sempiternum: noo enim dabit vnquam libellom repudij Ecclesiæ nouæ, sicut dedit antiquæ, cuios legem & ceremonias abrogauit; deiode quod erit in iustitia, non quidem legali, & appareoti seo externa, sed vera, solida, & interna, quæ iusta sit, & pura coram Deo. Ideoque tertio additur quod erit desponsatio in fide: id est, non in operibus antiquæ legis, & ceremonijs, ac ritibus eius, sed in fide Christi quæ per dilectionem operatur. Vnde desponsatio erit in misericordia, & mise- **D** rationibus, hoc est: innumeris beneficijs, gratijs, & donis cælestibus cumulata. Erit tandem in iudicio, id est iudicando pro ea in eiusque fauorem sententiam ferendo: multæ enim lites circa hoc connubiom insurgent, cum Synagoga Mosaicæ legis zelatrix Christum sibi soli vellet. & cum lege Moysi ipsius fidem aggregare attentaret; innumerabiles etiam hæreticorum

A sectæ oriundæ erant, sicut & ortæ iam sunt quæ apud se veram esse Christi Ecclesiam dicerent, & ipsum sibi sponsum arrogareot: at Christus Dominus vnicam Ecclesiam fundatam super petram, id est Petrum, eiusque soccessores Romanos Pontifices, desponsauit sibi in iudicio, iudicans pro illa, & senteotiam ferens quod ipsa sola sit eius spoosa: & ipse solos, sponsus illius, vt nec illa alterum, oec ille alteram in terris spoosam habeat, oec habiturus sit vnqoam.

Hæc igitur omnia vera Christi Ecclesia certa fide credens, omnibus alijs sectis spretis, & quasi irrideos illis, ait, *Dilectus meus mihi, & ego illi*, id est, verus Christus & Messias in lege promissus, Deos & homo: ille est dilectus, & sponsus meos, & ego som vnica dilecta, & sponsa ipsius. Nulla alia congregatio hominum vsurpet sibi nomen sponsæ, & dilectæ, aut præsumat verum Christum suum sponsum & dilectum nominare; **B** oam certo scio quod dilectus meus mihi soli est desponsatione cooiunctus, & ego vicissim illi soli. Vna est (inquit ille) Colomba mea, vna est perfecta mea, vnus etiam (dico ipsa) est colum- (Eccl. 6. v. 8) bus meus, vnus perfectus meus, & ego & ipse sumus duo in carne vna, & in Spiritu vno. Signanter autem non apposuit verbum est, nec fuit, vel erit, vt ex quo Christus factus est homo, & ei semel copulatus est, dicere possit; dilectus meus est, fuit, & semper erit mihi, & ego sum, fui, & ero semper illi; in æternumque indissolubile hoc coonubiom permanebit, nec vel vna hora, aut momento temporis hæc mutua dilectio intercipietur.

De desponsatione cum singulis sanctis animabus.
§. 2.

QVæ de vniuersa Ecclesia diximus, singulis animabus iustis applicemus, quæ in Ecclesia nunquam defuerunt, nec deerunt vsque ad **C** consommationem sæculi: quas sibi desponsat in fide, iustitia, & iudicio & in misericordia & miserationibus. Sunt & enim plurimi amantes, qui (Ose. 2. 19.) animam solicitant vt eis adhæreat: instat diabolus, vrget mondus, premit caro: imo cunctæ res sæculi siue voluptuosæ, siue vanæ, aut vtiles in suum eam amorem pelliciunt. Et quamuis post fœdos istos amantes aliquando abierit, Deus tamen misericordia sua motus, despõsauit eam sibi in iustitia, & in iudicio expellens hos turpes amatores ipsa consentiente, & ea optante, iudicans pro ea, iustificans illam, suaque gratia & iustitia replens, ita vt fidenter dicat: *dilectus meus mihi, & ego illi*: ipse est vnicus sponsus meus, cui soli adhæreo, quem solum diligo, nec alium volo: *despondi enim vos*, (ait Paulus) *vni viro Virginem* (2. Cor. 11. 2.) *castam exhibere Christo.*

Nam etsi quædam sponsum habeant terrenum, tamen spiritus non nisi vnicum habet cælestem de quo solo gloriatur dicens, *dilectus meus* **D** *mihi*, est vnicus dilectus, quia nullum diligo hoc singulari amore, quod diligo ipsom, nec alios homioes, vel Angelos diligo in ipso, & propter ipsum, & quia amici, vel creaturæ sponsi mei sunt, *quid enim ô dilecte, est mihi in cælis, & à te quid* (Ps. 72 v. 25.) *volui super terram?* Ea vniuersa enim amplitudine cæli & terræ nihil mihi est dilectum nisi tu, nec præter te alium volo, quia in te vnico om-

 nia

nia habeo, & cætera quæ tibi aduersa sunt, respuo.

Dixerat paulo ante, vt vidimus: *Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas, quia vinea nostra floruit.* Explicat nunc sponsa quantum floreat, sanctisque desiderijs flagret: & quam in animo sibi sit cunctas vulpes capere, quamque iusta sit capiendi causa: & quasi vnico verbo omnes illas capiens, abigens, vel exterminans, audacter ait: *dilectus meus mihi, & ego illi*: ac si dicat fugite dæmoniacæ vulpes, à vite hæretici, & hypocritæ, recedite detractores, & adulatores; exterminentur vitia, dissipentur peccata capiantur vulpes omnes, quia dilectus meus mihi & ego illi: illum solum diligo, illum omnibus præpono, cunctos eius hostes sperno, respuo, persequor; cum nullo fœdus ineo, quia illi soli desponsata sum, & illi omnino me trado: & sicut ille est mihi, ita ego sum illi, & nolo esse alteri.

Sed quid est, *ego illi*? nam licet solus Deus sit dilectus animæ, at non sola anima est dilecta illi, cum & plures simili amore diligat. Sed ænigma soluit Apostolus, qui cum de omnibus [2. Cor. 11. 2] Corinthijs in plurali numero dixisset, *despondi vos vni viro*, non dixit similiter Virgines castas, sed potius, *Virginem castam exhibere Christo*. Vt indicaret omnes animas pias vnam efficere Ecclesiam, vnam Virginem castam, & vnius viri Christi sponsam; & præterea ita Deum diligere quamcunque animam sanctam, ac si vna esset & sola, nec minus amat singulas, quam si non amaret alias, & ex eo quod amet plurimas, nihil minuitur eius amor erga singulas; imo quodammodo crescit, & fit illis vtilior, ex vnione plurium in vno corpore.

Vnde profluit quod amor vnius partis prosit reliquis, sicut anima rationalis, quia indiuisibilis est tota in toto corpore, & in qualibet eius parte ita perfecte informat vnam partem, ac si non informaret alias, & Christus Dominus ita perfecte mortuus est pro vno quoque ac si pro illo solo.

[Gal. 2. 20.] Vnde & Diuus Paulus sibi soli arrogare videtur eius mortem, dum ait: *qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.* Hoc (inquit Diuus Bern- [Serm. 69. in Cant.] hat.) habet in natura simplicissima sponsi diuinitas quasi vnum respicere multos, & quasi multos vnum, nec ad multitudinem multus erit, nec ad paucitatem ratus, nec ad diuersitatem diuisus, nec restrictus ad vnum, nec anxius ad curas, nec turbatus, seu turbulentus ad sollicitudines: sic sane vni intentus, vt non detentus sic pluribus, vt non distentus.

Et si autem hæc omnibus iustis conueniant, peculiariter tamen insignioribus, maxime virginitate, seu perpetua continentia fulgentibus [Heb. 11. 37.] quibus datur fiducialius dicere; *dilectus meus mihi, & ego illi*: quoniam & si Deus sit omnium Deus, nec confundatur vt dicit Diuus Paulus, vocari Deus eorum; tamen singulari ratione vocatur Deus insignium amicorum suorum; [Exo. 3. v. 6] sicut Moysi dixit: *Ego sum Deus patris tui; Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob.*

Replicat autem nomen Deus ad singulos vt intelligeremus singulos speciali dilectione & cura fuisse prosecutum, ac si illius tantum fuis- [4. Reg. 20. v. 5.] set Deus; Ezechiæ Regi etiam dixit: *Ego sum Dominus Deus Dauid Patris tui.* Et tu igitur ita viuere stude vt singularem coram Deo inuenias gratiam, dicereque ei possis; Deus cordis mei & pars mea Deus in æternum. *Dilectus meus mihi, & ego illi*: ille singulariter adhæret mihi, & ego similiter illi. Sic eum particeps fies ineffabilium thesaurorum, & cœlestium diuitiarum, quæ ex hac reciproca adhæsione proueniunt.

Qua ratione Deus dilectus sit nobis omnia.

§. 3.

SEd quæ lingua poterit explicare cuncta quæ mens concipit, dum hæc verba eructat? Nec ipsa quæ sentit, id plane enarrare valet, idenque trunca oratio pendet, quia virtus expromendi deficit: sed quod non potest verbis, declarat affectuum signis, & vocibus. Nihil affirmat *Dilectus meus mihi, & ego illi*: & tamen innumera comprehendit.

Habent enim, vt inquit Diuus Bernardus, [Serm. 67. in Cant.] affectus voces suas, per quas etiam cum nolunt, se produnt, timor verbi causa meticulosas, dolor gemebundas, amor iucundas. Eiusmodi certum est non nutu prodire animi, sed erumpere motu: sic flagrans, & vehemens amor præsertim diuinus; cum se intra se cohibere non valet, non attendit, quo ordine, qua lege, quaue serie, seu paucitate verborum ebulliat, dum modo ex hoc nullum sui sentiat detrimentum: interdum nec verba requirit, interdum nec voces, solis ad hoc contentus suspirijs: inde est quod sponsa sancto amore flagrans, idque incredibili modo pro captanda sane quantulacumque euaporatione ardoris quem patitur, non considerat quid qualiter loquatur, sed quidquid in buccam venerit amore vrgente non enunciat, sed eructat. Eructat autem: *Dilectus meus mihi, & ego illi.*

Sed quid ructus iste indicet, vt potuerimus, indagemus. Eructabat Diuus Franciscus aliquando in contemplatione vocem istam Deus meus, & omnia, forsitan sponsæ sensum eorde perceperat: nam quid aliud est, *Dilectus meus mihi*, nisi dilectus meus, est mihi Deus & omnia? & quid est *ego illi*, nisi & ego illi subdita sum per omnia? ille meus sponsus, ego illius sponsa. Ille pater, ego filia; ille Dominus, ego ancilla, ille magister, ego discipula, ille pastor, ego ouis; ille Deus creator, ego eius creatura. Dilectus meus est mihi sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio. Est mihi via, veritas, & vita. Est mihi salus; spes, gaudium, & summa beatitudo: ille denique est mihi omnia, quia iure desponsationis omnia sua mea sunt, & qui dedit mihi se ipsum, simul secum omnia sua mihi donauit, ille dat vitam & inspirationem, gratiam & virtutes, & vniuersa bona quibus fruor vel vtor, quia nihil habeo quod non acceperim ab ipso, & ideo in eo solo cuncta bona possideo.

Explicat hoc Diuus Ambrosius in illud Psalmi. *Portio mea Domine*: cui (inquit) portio Deus [Serm. 8. in Ps. 118.] est, totius possessor est naturæ; pro agris ipse sibi satis est. habens bonum fructum, qui nunquam possit perire; pro domibus satis est si- [Apoc. 21. 3.]

bi vt

„ bi vt sit habitatio Domini & templum Dei, A
„ quo nihil potest esse pretiosius? Quid enim pre-
„ ciosius Deo? Quid magnificentius hospite cæ-
„ lesti? Quid beatius possessione diuina? sed dul-
Serm. de A-ctione ad-uerf. Io.20.v.17 eius, Diuus Cyprianus: explicans illa verba; *Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum*, in eo (inquit) quod filij
„ Dei sumus ipse nos possidet: in eo quod noster
„ est Deus, quod nostrum est, ipsum cuius proprij
„ sumus, possidemus. Dico igitur Domino meo: *Deus meus es tu*, & dicit mihi Dominus meus: *Ego Dominus Deus tuus*. Homo cuius Deus est, quid amplius quærit? si sufficis tu Deo, sufficiat tibi Deus. Dilige, & diligeris, prope est merces tua, in manibus porrigitur præmium: esto tu Dei, & erit tuus: Deus tuus impar sane commercium, pretium inæquale. Hæc Cyprianus quasi commentans verba sponsæ: *Dilectus meus mihi, & ego illi*. Ille est mihi mea portio, mea hereditas & possessio, & ille solus mihi sufficit, quia in illo omnia bona possideo: & ego sum B portio, & possessio illius; & sufficio illi, quia præter me nihil aliud requirit à me, & ideo illi trado me ipsam. Impar sane commercium, sed par eo modo, quo amor amanti par reddere va-
Nicom. lib. 9. Aristotel. len sicut & quidam Philosophus dixit. Curat quisque maxime, id quod maxime diligit: sicut enim amatus vt par pari referat, hominem debere pro homine, at qui dat hominem pro Deo, non dat par, sed fere nihil: dat tamen totum quod potest, & in hoc est aliqualis paritas: quod sicut Deus dat seipsum homini, ita homo dat seipsum Deo.

De speciali Dei cura erga animam diligentem ipsum. §. 4.

Serm. 67. in Cant. HINC Diuus Bernardus in hac oratione subaudiendum esse dicit verbum istud: intendit, vt sensus sit: dilectus meus intendit mihi, & ego illi: ille (ait) intendit mihi, quia he- C nignus & misericors est. Ego illi quia non sum Ingrata, ille meæ liberationi, ego illius honori; ille saluti meæ, ego illius voluntati: ille mihi, & non alteri, quia vna sum Columba eius; ego illi & non alteri quia non audio vocem alienorum. Reciproca ergo cura in his verbis designatur inter Deum & animam diligentem ipsum, vt sicut mutua est dilectio, ita mutua sit erga alterum solicitudo.

Et quidem ex parte Dei maior multo est, & prior, sicut & amor; & ideo prius sponsa ait: *Dilectus meus mihi*, scilicet intendit, & attendit, & curam mei gerit: quod ingenue fatetur Da-
Psal. 39. v. 2. & 18. uid cum ait: *Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi. Item ego mendicus sum & pauper, & Dominus solicitus est mei*. Vbi duplicem ex parte ipsius assignat causam diuinæ solicitudinis, & quia speranit in eo, & quia mendicus est, & pauper. Deus autem nec derelinquit sperantes in se, nec obliuiscitur pauperis, & mendici, qui aliunde non habet auxilium quam ab ipso; quod
1. Pet. 5. v. 7. expressius docuit Diuus Petrus dicens: *Omnem solicitudinem vestram proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis*. Omnem inquit solicitudinem cuiuscumque tei sit, siue ad diuitias, & honores, siue ad salutem & vitam, siue ad quid-uis aliud pertineat, proijcite in Deum, quia ipse horum omnium curam gerit: quæ ad vos spectant. Nec diffidatis eo quod parui, & despecti sitis in mundo: quia *pusillum* (ait sapiens) *& Sap. 6. v. 8.* *magnum ipse fecit, & equaliter est illi cura de omnibus*: Id est, non minor est illi solicitudo de pusillis quam de magnis, nec de singulis quam de omnibus. Nam, vt inquit Diuus Gregorius; sic mi- *Lib. 25. Moral. c. 13.* nima sicut maxima, sic singula Deus iudicat, sicut cuncta, sic intenduntur diuina iudicia super vnam animam, sicut super vrbem: sic super vnam gentem, sicut super vniuersam generis humani multitudinem: quia & sic intendit Dominus singulis, ac si vacet à cunctis: & sic simul intendit omnibus, ac si vacet à singulis. Vnde tam singularem in Deo spem habere quisque potest, ac si ipse solus esset in mundo, dicens cum Psalmista: *In pace in id ipsum dormiam & re- Psal. 4. v. 9.* *quiescam, quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.*

Quicumque igitur potest Deum diligere, potest fidenter dicere; dilectus meus intendit mihi: quia si diligit, diligetur; & si diligitur, non deseretur: quia Deus non amat, & deserit; quanto autem quisque sanctior est, & plus Deum diligit, tanto magis Deus intendet illi: cum enim dicat Apostolus, *si quis suorum maxime 1. ad Tim. domesticorum curam non habet, fidem negauit*. Con- *5. v. 8.* sequens est Deum, qui seipsum negare non potest, curam habere suorum, maxime autem domesticorum, id est, eorum quibus arctiori est astrictus vinculo dilectionis & familiaritatis. Vnde postquam sapiens dixit æqualiter Deo esse curam de omnibus, subijcit de diuina sapientia. *Quoniam dignos se ipsa circuit quærens, & in viis Sap. 8. v. 17* *ostendit se illis hilariter, & in omni prouidentia occurrit illis*. Habet ergo illorum omnem prouidentiam, id est perfectissimam & plenissimam, præueniens illos in benedictionibus dulcedinis, circumiens illos, & protegens, pallium suum extendens super eos, & hilarem semper eis vultum ostendens.

Vnde qui omnia propter Deum reliquit, vt illi se plene traderet, fiducialius dicet, *dilectus meus mihi*: maiorem enim experitur Dei erga i- *Serm. 69. in Cant.* psum curam, & solicitudinem: da mihi (inquit Bernardus) animam, nihil amantem præter „ Deum, & quod propter Deum amandum est, „ cui viuere Christus non tantum sit, sed diu iam „ fuerit, cui studii, & ocij sit prouidere Deum in „ conspectu suo semper, cui solicite cum Domi- „ no Deo suo, non dico magna, sed vna volun- „ tas sit: da, inquam talem animam & ego non „ nego dignam sponsi cura, maiestatis respectu, „ dominantis fauore, solicitudine gubernantis: „ et si voluerit gloriari, non erit insipiens, tantum „ vt qui gloriatur, in Domino glorietur. Hæc Di- „ uus Bernardus. „

Quare iuxta sanctorum mentem verba hæc sponsæ dupliciter possunt proferri, vel per modum enunciationis, vel per modum D deprecationis, & desiderii. Prior modus maxime spectat ad perfectos, vt hactenus explicuimus; posterior autem omnibus vsui esse potest, vt Cassiodorus, & Beda testantur. Quælibet enim pia anima vehementi cum affectu dicere potest & debet: vtinam sit dilectus meus mihi, & ego illi. Vtinam ille intendat mihi, & ego intendam illi. Concede mihi Do-

mine vt dilectus meus Christus adhæreat mihi, & ego adhæream illi.

De cura animæ diligentis Deum erga ipsum. §. 5.

Mich. 6. v. 8.

Hinc fit nobis maxime incumbere quod secundo loco ait sponsa: *& ego illi*, cunctas adhibendo vires, vt soli Christo intendamus, & hęc sit nostra maior solicitudo vt illi soli placeamus. Hoc enim est quod maxime Deus exigit à nobis iuxta illud Micheæ Prophetæ: *indicabo tibi ô homo quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te, &c. & solicitum ambulare cum Deo tuo*, nam si tu solicitus fueris Dei, Deus solicitus erit tui; si tu intenderis illi, ille intendet tibi; si adhæseris illi, & diligenter feceris cuncta quæ spectant ad eius obsequium, ille adhærebit tibi, ac præstabit quidquid attinet ad tuum commodum: ad idque strictissime teneris, quia ab illo in amore, & solicitudine præuentus es. Vnde postquam sponsa dixit, *dilectus meus mihi*: quasi vicem rependens, & debitum omnino soluens ait, *& ego illi*. Quod sic explicat Theodoretus: sicut ipse

In hunc locum.

„ me omnibus prætulit, sic ego ipsum omnibus
„ antepono. Cum alio coniungi non patior ab i-
„ stis qui vulpes, & fraudulenti vocantur, abhor-
„ reo: absurdum enim est, me, quæ tanto opere
„ dilecta atque ornata sum, amanti in amore pro
„ viribus non respondere; iuxta illud Pauli: *Corpus*

1. Cor. 6. v. 13.

autem non fornicationi, sed Domino, & Dominus corpori: id est, homo factus est, vt Deo legitimo Domino se tradat, corpus vt Christo seruiat, & cōfiguretur. Dominus autem attendet corpori vt illius curam gerat, & corpori suo conforme reddat: tu ergo quod tibi incumbit, sedulo præsta, & Deus quod ipsius est, certissime præstabit: sicut dicebat Diuus Cyprianus, tu esto Dei, & Deus erit Deus tuus, quod clarius docuit ipse Dominus beatam Catharinam Senensem dicens illi:

Vbi supra.

In vita eius lib. 1. c. 10

tu cogita de me, & ego cogitabo de te, id est, tu semper cogita quæ mihi placent, vt mihi in omnibus obedias, & ego semper cogitabo quæ tibi expediunt, vt omnia tibi opportune tribuam: esto semper solicita de voluntate mea implenda, & ego solicitus ero de tua vtilitate quærenda, scriptum est enim: *iacta cogitatum tuum, & curam tuam in Domino*; vt scilicet de hoc cogites quomodo illi placeas, *& ille te enutriet*, & cuncta tibi necessaria abundāter præstabit: stude igitur hoc pactum inire cum Domino Deo tuo, vt tu cogites de illo, & ille de te; nam si tu obseruaueris primum, citra dubium ille obseruabit secundum.

Ps. 54. v. 23

Vide diuū Bern. serm. 67. in Can. ad finem & serm. 18.

Sed dices forte, potius è conuerso dicendum esse Deo; tu Domine cogita de me; & ego cogitabo de te: tu intende mihi, & ego intendam tibi: nam amor, solicitudo, & cura à te debet inchoare, & ex tua solicitudine erga me, prouenict solicitudo mea erga te. Annuo quidem à Deo inchoare nostri curam; nam & Apostolus non iubet omnem nostram solicitudinem proijcere in Deum vt ipsi sit cura de nobis, sed potius quoniam ipsi est cura de nobis, insinuans hāc præcedere nostram: & sponsa vt iam notauimus, prius dixit; dilectus meus intendit mihi & deinde ait: & ego illi, at ipsam & inuerso ordine eadem verba inferius repetit dicens: *ego dilecto meo, & dilectus meus mihi*, & iterum: *ego dilecto meo, & ad me conuersio eius*. Vt significet vtrumque affectum erga Deum, & humilitatis, & gratitudinis, humilitatis quidem, in priori loquendi phrasi, agnoscens omne bonum à Deo initium sumere, cuius amori erga nos est tribuendum, gratitudinis vero in posteriori; quia oportet animam ab ipso iam præuentam, illi vicem rependere, vt tradens se amplius Deo, Deus etiam amplius se tradat illi. Dicat ergo; dilectus meus mihi, & ideo, ego illi & rursus; ego dilecto meo, & ideo ille mihi; & in hac mutua vicissitudine semper versari debet: Deo qui est Alpha, & Omega, principium & finis, omnia ascribēs tam prima quam postrema. Nam misericordia eius (inquit Dauid) præueniet me; & ipsa etiam subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ.

1. Pet. 5. v. 7

Can. 6. v. 2 & c. 7. v. 10

de hoc loq. Cant. 1 di. a... Exhor. 21.

Ps. 58. v. 11. Ps. 22. v. 6.

Simul ergo audi Deum dicentem; tu cogita de me, & ego cogitabo de te: nam iam ipsius gratia tuum præuenit arbitrium, vt quod à te exigit, præstare queas. Humiliter tamen dicito illi; tu Domine cogita de me, & ego cogitabo de te, dummodo non segnis sis, sed vigil, curam geras eius quod Deus tibi iniunget; & tunc securus eris, quod qui bonum opus in te fecit, ipse perficiet, & curam tui nunquam deseret. Vtrumque coniunxit egregie Diuus Bernardus dicens: amor Dei amorem animæ parat; & illius præcurrens intentio intentam animam facit, solicitudoque solicitam. Rursus, quale in te parareris Deo, talis oportet vt appareat tibi Deus, “ cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente “ innocens eris, quid ne æque, & cum amante amans, “ cum vacante vacans, & cum intento intentus, “ & solicitus cum solicito. Et vnde hoc? “ nisi quia opus nostræ salutis & perfectionis nec “ solus Deus præstare vult, nec solus homo præstare potest: sed vterque simul efficit, Deo præueniente & auxiliante, homine vero consentiente & cooperante cum illo.

Ser. 69. in Cant. ad fi. nem.

Quare omnis nostra perfectio in reciproca ista solicitudine consistit, quæ his verbis indicatur: vt quasi nobis dictum credamus prologuium illud: *Martha, Martha solicita es, & turbaris erga plurima, porro vnum est necessarium*. Et quod est hoc vnum necessarium, nisi *dilectus meus mihi, & ego illi*? si ab hoc vno recedas, turbaberis erga plurima, qui enim plura intendit negotia, siue corporalia, siue spiritualia, si non quęrit propter hoc vnum vt dilectus intendat illi, & ille dilecto, turbabitur, dispergetur, & euacuabitur omnis virtus eius. Quemadmodum enim si aqua vertatur in terram, tendit ad profunda, spargitur, & tandem siccatur, ac perit: eadem vero si in angustū vas proiiciatur, ita vnitur quod quasi mutato naturali cursu sursum ascendat: sic amor noster si ad terrena inclinetur, in plures spargitur affectiones, quæ omnes tandem euanescēt, & nullum fructum animæ pariunt; si vero cunctas affectiones colligat vt ad vnum Deum tendant, omnes increscent, & sursum ascendent, ad magnumque sanctitatis incrementum peruenient, per media quæ indicant sequentia verba; *qui pascitur inter lilia*; &c. quæque præstabit ipse dilectus, qui est Deus benedictus in sæcula, Amen.

Luc. 10. v. 41

EXHOR-

EXHORTATIO XXXVII.

De variis modis quibus Deus pascit sanctos, & pascitur inter eos piis illorum cogitationibus, affectibus, & operibus propter quod est a nobis summe diligendus.

Dilectus meus mihi & ego illi, qui pascitur inter lilia.

DECLARAT, & amplificat sponsa quod dixerat. *Dilectus meus mihi, & ego illi:* suppressic nomen dilecti, quia vehementer diligens, nihil aliud cogitat nisi dilectum, ac de illo alios alloquitur, quasi omnes similiter de eo cogitarent, sicut cum dixit: *osculetur me osculo oris sui.* Vt suo loco monstrauimus: & cum in corde ipsius non plures essent dilecti, sed vnus tantum Christus, sat fuit illi dicere, dilectus meus, vt quis esset intelligeretur: imo vnus tantum est qui per antonomasiam dilectus, ab omnibus nuncupandus esset, & sub hoc nomine dignoscendus: sicut suppresso proprio nomine dicimus, Rex hoc iubet, quia cum non sint plures, sed vnus Rex, facile per nomen regis dignoscitur. Sed tamen vt amplius dilectus iste cognoscatur, signum subijcit, & signum amplificans, & amplius explicans caussam dilectus denominetur: *qui* (inquit) *pascitur inter lilia:* seu, vt vertunt LXX. *qui pascit in liliis*, nam vtroque modo tam actiue, quam passiue vsurpatur à patribus: nec dissonum vulgatæ, quoniam pascitur, potest esse vel passiuum à pasco, vel deponens, vtidem sit quod pasco: sed quorsum huiusmodi amplificatio? vel quid pertinet ad dilectum pastoris officium, aut pascuæ locus inter lilia? multum quidem per omnem modum: nam quomodo non dilectus, & summe diligendus, qui mihi factus est Pastor, & custos vigilantissimus indefessam mei curam gerens? nonne summe amandus, qui ita pro me humiliatus est, vt pasci indigeret? & ita mundus & mellifluus, vt instar apiculæ non pascatur nisi in lilijs & vernantibus rosis? & dum pascitur, dulcissimum mihi parat mel, quo ego pascar? Eccl. sicut enim: *breuis in volatilibus est apes, & initium dulcoris habet fructus eius*; qui est mel, inter omnia dulcia dulcedinis primatum tenens: ita dilectus meus, qui vt homo, paulominus minoratus est ab Angelis, initium est totius spiritualis dulcedinis, & principatum tenet illius, & ideo omnibus modis à me est summe diligendus, & dilectus.

Deum summe diligendum, quia miris modis nos pascit? §. 1.

SED sigillatim singula explanemus deducendo plures rationes ob quas sponsa gaudenter dicit, *dilectus meus mihi, & ego illi:* ex eo quod; *pascitur inter lilia.* Etenim si sumatur actiue, id est, *qui pascit in liliis*, iuxta LXX. dignissimus est Christus, quem diligamus, & cui nos tradamus, quia pascit in lilijs, id est, pascuis vberrimis, pul-

A chettimis, candidis & odoriferis, omnique suauitate refertis. Lilia hæc sunt Sacramenta, libri sacri, præcepta & consilia Euangelica Sanctorum præclara exempla; pia opera, & sanctæ diuinorum Mysteriorum meditationes, imo ipse Christus qui lilium est conuallium pascua nostra est; & quot eius mysteria, tot pascua, & tot lilia. Pulchrum lilium incarnatio; speciosum, natiuitas; vberrima pascua ipsa passio, resurrectio, & ascensio in cælos, cæteraque huiusmodi, quibus lilijs pascit Christus oues suas, reficit sanctos suos, & quæ (inquit D. Ambrosius) sunt pascua nisi Christus? in cuius pascuis locatum se propheta lætatus est dicens: *in loco pascuæ ibi me collocauit.* Ipse enim nos pascit, & reficit bona pascua diuina Sacramenta sunt. Carpis ibi nouum florem, qui nouum odorem dedit Resurrectionis Carpis lilium in quo sit splendor æter-

Plura supra lit. 4 in Exhor. 19 §. 4.
D. Bernar. serm. 70. in Cant.
Serm. 14. in Psal. 118.
Ps. 22. v. 1.

B nitatis. Carpis rosã, hoc est dominici corporis sanguinem. Nonne Christus Dominus Ecclesiam suam pascit in lilijs, cum Sacramenta preciosissimi corporis & sanguinis sui præbet illi? & quid sunt duæ sacramentales species panis & vini, nisi duo lilia summi candoris & odoris, immensæ pulchritudinis & suauitatis? & si cum lilium candidum sit in folijs, & flauum in flosculis, candor ad speciem panis, flauedo vero ad speciem vini referri possit, ille ad corpus, hæc ad sanguinem, qui in ista corpus etiam continetur, adaptatur, quæ ergo anima illis pascitur, & saginatur, merito dicere poterit; *dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, seu pascit in liliis.* Id est, dilectus meus se totum in Sacramento tradit mihi, & ego etiam cum illum recipio, me totum trado illi, qui me pascit preciosissimis sui corporis & sanguinis lilijs, & propter hoc est summe dilectus, quia talibus me saginat pascuis.

De Eucharistia.

Mire hic depingitur Eucharisticum conuiuium, in quo singulari ratione, & per quandam

C antonomasiam, Christus Dominus, *dilectus meus*, vocari potest: quia singularem erga nos amorẽ ostendit, dum seipsum nobis dat in cibũ, & quid tam meũ quam cibus quo vescor? & quid tam dilectum quã qui talem dat cibũ, in quo omne bonum cõtinetur? ibi etiam dilectus mihi est omnia, nam omnis cibi continet suauitatem, & omnis virtutis confert dulcedinem; vt vere dicere possit cum D. Ambrosio, Christus nobis omnia est, cuius verba supra retulimus, deinde ad hoc conuiuium istud instituit, vt per illud fiat mutua adhæsio, quæ illis verbis designatur *dilectus meus mihi, & ego illi.* Nam sicut ille manet in me, ita ego in illo, deniq; hic me pascit lilijs diuinitatis, ac humanitatis suæ, licet velo cibi & potus coopertis. quibus nihil pulchrius, nihil candidius, & suauius, nihil potest esse fragrantius: & cuncta quæ supra de lilio conuallium diximus, in hoc Sacramento comprehenduntur, sed non solum hic pascit me, sed etiam pascitur ipse; vt etiam hac ratione sit *dilectus me-*

Li. 3. de virgi. ad finem
Ioa. 6. v. 57.
Li. 4. Exh. 19. §. 4.
In §. 3. quamuis vero duret hic pastus in Exhort. sequenti.

D *us mihi, & ego illi*, sed quomodo hoc fit mox explicabimus.

Prosequamur quomodo pascit nos in liliis, nam vt idem Ambrosius dicit: bona pascua sũt libri scripturarum cælestium, in quibus quotidiana lectione pascimur, in quibus recreamur, ac reficimur, cum ea quæ scripta sunt degustamus,

Serm. 14. in Ps. 118.

mus, vel summo ore libata frequentius ruminamus, tot sunt lilia, quot libri sacri, inter quę speciosissima sunt, & dulcissima quatuor Euangelia, quibus mire pascit dilectos omnigena veritate & virtute mentes eorum reficiens. Sequere ergo pastorem Christum istę lilijs pascentem, & illis pasci ac refici cura, vt ouis sis pascuæ eius ad eius dexteram collocanda. Esto vt apis argumentosa, quæ lilijs & floribus pascitur, vt inde mellis dulcissimum tibi capias fructum sanctitate ac deuotionē præclarum?

Christum Dominum pascere, & pasci inter sanctos. §. 2.

Serm. 70. in Can. & ser. de natiuit. B. Mariæ ad finem. QVod si lilia in hoc loco non pabulum significent, vt testatur D. Bernardus, sed locum pascuæ vberrimu herbis consitum, vallatum tamen lilijs, aut lilijs, alijsque floribus intertextum, qui non solum herbis gustum reficiat sed candentibus lilijs visum, & odoratum recreet, ac exhilaret; forte (inquit) non cibo sed consortio pascitur liliorum, nec lilijs vescitur, sed versatur, nimirum odore potius quam sapore lilia placent, & visui magis sunt apta quam esui, tunc dicendum est pascere Deum nos ipsos Sacramentis, & aliis spiritualibus pascuis, commemoratis, in loco pascuæ qui est Ecclesia pulcherrimis ornata Sanctorum lilijs virginitate, vel vitæ puritate, & innocentia candentibus, ac charitatis zelo, spiritusque fauore fragrantibus, quæ valde ipsa pascua ornant, & vt auidius depascantur inuitant, vt quid ergo dicitur; *qui pascitur inter lilia*, nisi vt intelligas oportere te intra Ecclesiam esse, his iustorum lilijs adiungi, & in eorum numero computari, si à Christo dulciter pasci desideras, qui non pascit nisi inter lilia, & eos qui se à liliorum consortio separant, impastos relinquit. Nam vt inquit idem Bernardus, & si iustus germinat sicut lilium, sed nō ad lilium sponsus pascitur, nec in singularitate complacet sibi: audi illum inter lilia commorantem: *Vbi, inquit, fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* amat semper media Iesus, diuerticula semper, & reclinatoria reprobat filius hominis, Dei & hominum mediator, separa ergo te à spinis malignantium, & iūge te iustorum lilijs, nec ab illis perniciosa singularitate discedas: & qui pascit inter lilia, pascet te pascuis suis; ipsaque Sanctorum exempla erunt etiam pascua tua; nam Christus (inquit Ambrosius) etiam pascit nos in lilijs, id est in splendore Sanctorum, eorum præclaris exemplis nos reficiens: imo ideo nos pascit sacramētis præceptis, & libris sacris in loco tam pulchris & odoriferis lilijs vallato, & ad eorum imitationem eisdem libenter pascamur pascuis, quibus ipsi pasti sunt.

In Serm. de Natiuit. citato.

Osea 14. v. 6.

Matt. 18. v. 20.

Vbi supra.

Sed hoc est mirabilius, quod Christus Dominus non solum pascat, sed ipse etiam *pascitur inter lilia*: dicitur autem pasci quia maxime oblectatur inter sanctos suos, cum delitiæ eius sint esse cum illis: qui enim ardenter se amant pascuntur mutuo aspectu, colloquio, & consortio, ideoque merito dicit sponsa: *dilectus meus mihi, & ego illi*, quia pascitur inter dilectos, qui sunt illi instar liliorum, quibus maxime delectatur: & huc valde me vrget vt illum diligam, & ei me tradam, quia scio ipsum inter diligentes eum, pasci, & oblectari, præcipue autem vt notat D. Gregorius, pascitur inter virgines, & animas castas, & humiles: quia similis simili gaudet, & cū ipse sit lilium conuallium, maxime gaudet ijs qui sunt lilium inter spinas candorem & decorem sanctitatis inter malos retinentes: nec mirum quod virgines sequantur agnum quocumque ierit, quia sciunt agnum pasci, inter lilia, refici inter virgines, & delitias illius esse inter eas cōmorari. Vnde de ipso canit Ecclesia: *qui pascis inter lilia septus choreis virginum, sponsus decorus gloria sponsisque reddens præmia.* *Apoc. 14. v. 4.*

Sed cum spōsa sit lilium inter spinas, qui pascitur & versatur inter lilia, etiam dicendus erit pasci & versari inter spinas, cur ergo nullā mentionem facit spinarum? sed esto boni in hac vita mixti sint malis, & lilia spinis, tamen sponsus ac pastor cælestia maxima pollet vi discernendi inter ea quæ corpore sunt coniuncta. *Nouit enim Dominus qui sunt eius*, & ideo licet sit, & versetur inter lilia, & inter spinas, non tamen pascit, nec pascitur inter spinas, sed dumtaxat inter lilia; quia inter iustos, & electos oblectatur, & illos pascit, quia ipsi pasci volunt: nam oues meæ vocem meam audiunt, iniustos autem, qui spinæ sunt, non pascit, quia pasci renuunt, nec pascitur inter illos, quia nihil in illis videt quod eum oblectet, sed potius quod eum pungat, quatenus iterum in semetipsis crucifigant Filium Dei, & suorum peccatorum spinis pungere non desistunt. *Cant. 2.*

Quomodo Christus pascatur virtutibus Sanctorum, quibus etiam ipsi pascuntur. §. 3.

SED quomodo Christus Dominus pascitur inter hæc lilia? nimirum quia oblectatur Sanctorum virtutibus hoc est pijs eorum cogitationibus, affectibus, verbis & operibus: huiusmodi enim bona, quibus nos intus pascimur, & reficimur, etiam pascunt ipsum, quia ita illis oblectatur, ac si ipse fecisset, imo quia eo adiuuante facta sunt, quod in Apocalypsi testatus est dicens: *Ego sto ad ostium, & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ille mecum.* Si cœnat cum illo, ergo pascitur eius pœnitentia, & obedientia, ac cunctis bonis quæ operatur obediens voci illius. At si ipse obediens cœnat etiam cum Christo, ergo pascitur iis donis quæ recipit ab illo. Christus ergo Dominus pascit nos. & pascitur in nobis: & nos similiter pascimur ab illo, & quodammodo pascimus illum, dum agimus bona quibus ipse pascitur & delectatur in nobis. Christus Dominus (inquit D. Bernardus) „ cum pascit, pascitur, & cum pascitur, pascit si- „ mul, nos suo gaudio spirituali reficiens, & de nostro spirituali profectu gaudens, cibus eius „ pœnitentia mea, humilitas mea, salus mea, ci- „ bus eius ego ipse, mandor, cum arguor: glutior, cum instituor: decoquor, cum immutor: digeror cum transformor, vnior cum conformor. „ Manducat ergo nos, & manducatur à nobis, „ quo arctius illi adstringamus vt maneamus in illo & ille in nobis. *Nam qui manet in charitate in me manet, & ego in eo. Et qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.* In „

Serm. 71. in Cant.

De Eucharistia.

me

...e manet, quia spiritualiter ego manduco illũ, & ego in illo, qoia ipse manducat me:&ex vtroque fit vnum: nam qui adhæret Deo, vnus spiritus fit cum illo, ad similitudinem nutrimenti, quod vnitur rei nutritæ, &ex vtroque fit vnum: sed quia potentior longe est virtus Christi non solum cum manducamur, sed etiam cum manducamus illum, mutamur in ipsum, vt dictum est D Augustino: cibus sum grandium, cresce, & manducabis me, nec tu me in te motabis sicut cibum carnis tuæ, sed tu motaberis in me. Sic ergo Christus pascit, & pascitor inter lilia, & nos conuertat in lilium sicut ipse est; ac diceremus, *dilectus meus mihi, & ego illi.* Ille est lilium, ego sum illi instar lilii: ille est cibus, ego illi sum cibus, quia *pascit in lilia*, pascitur inter lilia, & ex hoc mutuo pastu per amoris adhæsionem sumus.

D. Bernar. serm. Cant. Quamdiu Christus Dominus fuit in hoc mũdo, semper pascebatur speciosissimis, & odoratissimis liliis, quia oblectabatur & reficiebatur omnium virtutum præclarissimis actibus & operibus. Cum ipse dixerit: *cibus meus est vt faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius.* Pascebatur itaque sua obedientia & prædicatione, sua patientia, & mansuetudine: & quæcumque opera pro mundi redemptione peragebat, pastus erant, & tanquam lilia miro candore, odore, & decore fulgentia: eisdem autem liliis nos pascit, exhortans noxad sui imitationem, & sequelam, cum autem nos illis pascimut similia opera pro eius amore peragentes, tunc pascitur in nobis, quia summe delectatur nostra in ipso imitando solertia. Vtraque ergo de causa, eius virtutes imitari tenemur, vt & illis pascamur, & vt ipse pascatur in nobis, immensas illi gratias agentes qood talibus liliis nos pascere dignatus est.

Hom. 5. in Cant. Bonus Pastor Christus (inquit Gregor. Nyssenus) qui non fœno pascit gregem, sed puto lilio pascit oues, naturæ enim expertis rationis proprium nutrimentum est fænum. Homo autem cum sit rationis particeps, vero nutritur verbo, quod si huiusmodi fæno fuerit saturatus, ipse quippe fit fænum: nam omnis caro est fænum, Sin autem fiat spiritus qui natus est ex spiritu, non amplius cibum depascet ex fæno, sed spiritus erit eius alimentum, qood tacite significat lilii puritas, & bonus odor, erit ergo ipse lilium putum, & beneolens, muratus, & alteratus ex aliméti natura. Hæc Nyssenus insinuans; quod qui natus est ex carne, caro est, & qui ex carnalibus nutritur, carnalis fit, & qui ex vitiis, quæ sunt velut fænum, vitiosus est, & fæno similis. At qui natus est ex spiritu spiritus est, & qui ex Spiritus sancti doois spiritualibus nutritur, fit spiritualis, & quia nutritur ex liliis, fit liliom candidum, & odoratum, putum coram Deo, simile Christo, magni nomions coram hominibus, & ipsis Angelis admirandum: Et quid mirum quod sint lilia, qoi aluntur Christi doctrinæ, cuius labia dicũtur sicut lilia, quia cælestem, candidam, & suaue oleotem doctrinam distillaor, quæ homines in diuina lilia conuertont, vt degentes in carne, non secundum carnem viuant, sed secundum Spiritum.

Ecce cælestem apem Christum, qui pascitur inter pulcherrima virtutum lilia, vt dilectos doceat quibus se pascere debeant, & ab hac diuina ape opera studiose agendi artem discant. *Vade* (inquit Salomon) *ad apim & disce quam sit operosa, quamque serium operationem exercear, cuius labores & reges & idiota ad sanitatem assumunt, desiderabilisque est omnibus, & illustris, & quidem cum sit infirma viribus, tamen quia sapientiam honorat, euecta est.* Vade ergo ad Christum, & disce ab illo modom operandi, & pascendi te pulcherris virtutum liliis, & heroicis sanctitatis operibus: Christi enim laboribus, & exemplis magni & parui, sapientes & idiotæ pascuntur, ab omnibusque desideratur & honoratur, ac magni habetur: Nam licet infirmus fuerir secundum carnem, tamen diuinam nos docuit sapientiam, & illam vsque ad verticem perfectionis euexit. Esto ergo operosus, & diligens sicut ista apis, vt possis dicere cum sponsa; *dilectus meus mihi, & ego illi, quia pascitur inter lilia.* id est, ille mihi sicut apis præparans mihi mel diuinæ sapientiæ, & cælestis dulcedinis, quo me pascat, & reficiat. Ego vero ero etiam illi instar apis exhibens ei dulcia sanctitatis, & deuotionis opera, quibus ipse pascatur, qnia scio ipsum pasci inter lilia, & huiusmodi studiis oblectari: si ergo cupis dilectum adhætere tibi, ptooide tibi virtutum lilia, quia libenter commoratur inter illa, congere plura lilia penes te, si vis habitatorem liliorum residere in te.

Pro. 6. v. 8. habetur in textu Græco. post quã dixit, Vade ad formicam. Vide lanssenium ibi.

D. Bern. serm. 71.

De distributione multiplicis pastus inter sanctos, maxime religiosos. §. 4.

Sed adhuc latet mysterium in eo quod dicitur *pascit inter lilia*, distributionem enim sonat, & discretionem pastoris in pascẽdi officio, & in pabulo dispertiẽdo, quamuis enim omnibus electis selectum liliorum pastum tribuat, non tamen eodem modo omnibus impertitur, quod ipsa lilii natura subindicat ex sex foliis cãdidis, totidemque flauis flosculis constans, per quæ significantur varia studiosa opera, quæ virtutis seu perfectionis liliũ amplectitur tam externa quam interna, tam vitæ actiuę, quam contemplatiuę siue erga Deum, siue erga proximos, siue circa animas, siue circa opera: nam quosdã pascit Deus operibus vitæ cõtemplatiuæ, quosdam vero operibus vitæ actiuæ: hos operibus pœnitentiæ vel abstinentiæ, illos vero operibus misericordię aut corporalis aut spiritualis. Cum enim diuiserit inter singulos propensiones, & studia ad varia virtutũ exercitia etiam iuxta cuiusque propẽsionem tribuit eis aptom pastum, pascitur autem ipse hac eadem pastuum varietate, quia singulorũ fructibus delectatur: ideoque iis, qoi misericordiæ opera petegerũt dicet: *esuriui, & dedisti mihi manducare; sitiui & dedisti mihi bibere, & quamdiu fecistis vni. ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.*

De hoc fecit longum tractatum D Bern. in tract. de passione Domini, à cap. 12.

Matt. 25. v. 35.

Pascebatur quidem Dominus & pascebat in Bethania loco liliis consito, & vallato, vbi erant Martha, & Maria, quarum facultatibus sustentabatur: sed multo magis pascebatur inter hæc duo lilia, quia valde earũ oblectabatur amore, & deuotione, feruoresq; vnius in ministrando, & viterius in audiendo verbum illius. pascebat autem illas, quia cuncta ea eis præbebat, per quam ipsę pascebantur, & pascebant, sed de his plura

Luc. 10. v. 40.

Cant. 5. v. 13.

Gal. 5. v. 16.

Lib. 7. exh. 9. & sequentibus de vologio fis. plo: a supra diximus circa illud, *indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie.*

Sed solum addamus felicissimam sortem esse, religiosæ animæ, cui ceciderunt funes in præclaris, ut ad incolendam Bethaniam est euocata, quæ interpretatur domus obedientiæ, & typus est claustri religiosi, vbi singulari ratione dicere fidenter potest. *dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia*, id est inter religiosas congregationes lilijs & floribus circumseptas, & intertextas: vbi floret lilium castitatis angelicæ, humilitatis, & paupertatis viola, charitatis, & obedientiæ rosa, omnigenæq; virtutis oduratus flos, quorum actibus & operibus sponsus pascit, & pascitur, dū animas reficit lętificat, impinguat, & perficit, & de eorum profectu ipse mire oblectatur: ex pastu autem talis prōmanat adhæsio, & mutua vnio, vt anima dicat, *dilectus meus mihi, & ego illi*, quia relictis parentibus, renunciatis diuitijs, & propria libertate, ac voluntate abnegata, soli Christo, eiusque curæ se tradit dicens; ille est mihi sponsus, ego illi sponsa; ille mihi est pater, mater, frater, hæreditas, possessio, & omnia, ego ero illi filia, soror, hæreditas, & possessio, ac pro modulo meo instar omnium; ille gerit curam mei commodi, ego illius obsequij; ille erit mihi gaudium, & præmium æternum, ego etiam ero illi gaudium & corona, nam quidquid ago, ab ipso accipio; & illius virtuti adscribenda est omnis mea victoria, quia vero diuersa sunt religionum instituta, in eo permane loco pascuæ, vbi à pastore tuo Christo es collocatus: illis pascuis vtere tanquam lilijs, aliena respuens tanquam spinas: illis enim pasceris, & perficieris, illisque pasces & delectabis sponsum, qui pascitur inter lilia, cui sit honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Has in Exhort. præcedenti pro sequenti fusius.

EXHORTATIO XXXVIII.

De perpetua duratione vnionis Ecclesiæ cum Christo vsque ad finem mundi, & in æternum in cælis: & de firmo cuiusque proposito permanendi cum Christo, & crescendi vsq; ad summam vnionem cum ipso.

Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ.

D. Bernar. serm. 72. vtrumque sensum adducit. QVANTVM temporis duret præfata fauor explicat sponsa dicens *donec aspiret dies, & inclinentur vmbra*, quæ secundum quosdam Patres ad immediate præcedentia referuntur, vt significetur pasci inter lilia donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. Secundum vero alios, priori sententiæ adiunguntur, illis intermedijs, *qui pascitur inter lilia*, per parenthesim dictis, vt sensus sit dilectus meus erit mihi, & ego illi *donec aspiret dies, & inclinentur vmbra*. Nos vero vtrumq; sensum amplectemur à secundo inchoantes, cum autem verba ista Ecclesiæ, vel piæ animæ attribui possint, ita etiam significat durationem, vel vsq; ad finem seculi, vel vsque ad mortem & finem vitæ cuiusque: sunt enim periphrasis quædam ad significandam perpetuam durationem

A mundi, quæ per continuam dierum ... & ... successionem decurrit, ... successio aspirat ... is dies, & in... nat um ... sum, quæ fiunt in occasu solis appropinquante nocte quomodo dicitur in psalmo, *permanebit in sæculum sæculi semen eius, & Thronus eius sicut dies cæli.* Sunt etiam periphrasis significās p... modum vitæ cuiusque vt vita comparetur dies, mors vero noctis; iuxta illud: *me oportet operari opera eius qui misit me donec dies est: venit nox quando nemo potest operari.* Vt liceat hic applicare quod dixit Ieremias: *Væ nobis, quia declinauit dies, quia longiores facta sunt vmbra vesperi.* Psal. 88. v. ... Ierem. 6. 4.

De perpetua duratione vnionis Ecclesiæ cum Christo. §. 1.

B ECclesia ergo Catholica certa fide & intrepida spe dicit: *dilectus meus mihi, & ego illi donec aspiret, & inclinentur vmbra*, id est, vsque ad finem mundi, & quamdiu durauerit lux dierum, & successio noctium, & vmbræ ex toto cesserint; Christus erit vnitus Ecclesiæ, & Ecclesia Christo, qui dixit: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad cōsummationem sæculi.* Nec ille deseret Ecclesiam, nec deseretur ab illa, ille intendet Ecclesiæ, & Ecclesia illi; mutuaque erit vtriusque solicitudo erga alterum, & spirituale connubiū indissolubile: quod nec diabolus, nec mundus poterit dissoluere. Scriptum est enim: *Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferorum præualebunt aduersus eam*, quoniam nec deficiet petra, id est Petri sedes, & successores Romani pontifices, nec congregatio fidelium, quæ illis sit vnita, nec fides, nec charitas erga Christum, quam potestates inferni euertere nō poterunt, nec à mundo tollere, quamdiu ipse fuerit. Matt. 28. v. 20. Matt. 16. v. ...

Sed quid est quod addit limitationem istam,
C *donec aspiret dies*, & inclinentur vmbræ? nunquid etiam post finem mundi non dicet Ecclesia *dilectus meus mihi, & ego illi*? imo tunc multo melius, quando Ecclesia militans transiens in triumphantem, & vnica iam ex vtraq; facta Ecclesia, erit in æternum Deo copulata, quæ tota erit Dei, & totus Deus erit illius; ipsa possidebit Deum per visionem clarā diuinitatis, & ipse Deus possidebit eam tanquam regnum, & patrimonium ipsius, & erunt duo in spiritu vno tam firma vnione quod in æternum nequeat dissolui, addit tamen, *donec aspiret dies & inclinentur vmbra*, ad declarandum id quod difficilius erat intellectu. Nam si quamdiu durat mūdus, vbi tot sunt hostium oppugnationes, & tela, tot tentationes, & miseriæ, adhuc indissolubilis permanebit huiusmodi mutua adhęsio, ac reciproca cura; quanto magis postea firma, & stabilis permanebit in cælo? qua phrasi sæpius vtitur Scriptura ad significandum id quod difficilius est creditu, vt iudi-
D cet etiam reliquum in æternum ita futurum: sicut dixit Dauid *Oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.* Multo autem excellentius, postquam nostri misertus fuerit, & D. Matthæus de S. Ioseph, & beatissima Virgine ait, *non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum*, quia hoc difficilliműerat quod antequam cognosceret eam, filium habuerit ex Spiritu sancto cōceptum. Sed vt constans reliquit, quod post non cognouerit eam. Psal. 122. v. 2. Matt. 1. v. 25.

Ad

A Ad hunc igitur modũ, sponsa modo id quod arduum erat explicandum ait: *dilectus meus mihi, & ego illi*, quamdiu successio dierũ, & noctium durauerit; vnde nunquam deerunt fideles, & iusti, quos Christus pascat, & in quibus pascatur, quare verissime hæc verba immediate præcedentibus etiam coniunguntur: *qui pascitur inter lilia donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ.* Quia vsque ad finem mundi erunt Sacramenta, & sacrificia, Scripturæ S. & legis Euangelicæ obseruatio, verus Dei cultus. & mysteriorum eius pia commemoratio: quibus escis Christus pascet Ecclesiam suam, suosq; dilectos, inter quos tanquam inter lilia, pascetur, qui eorũ actibus delectabitur, & tunc amplius prope finem mundi quando terribilissima omnium feruerit Antichristi persecutio: nam tunc magis etiam splendebit iustorum virtus, & Christi omnipotentia, B efficaciaq; ipsius gratiæ Vnde cum D. Ioannes huius temporis meminisset, vidit Ecclesiam sub figura mulieris, quæ erat *amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim*; *Apoc. 12. v. 14.* quoniam vsq; ad finem mundi, & ingruente etiam Antichristi, & Draconis persecutione, semper manebit amicta sole iustitiæ, illisq; per charitatem vnita, semper Lunam habebit sub pedibus, omnia temporalia. & mutabilia conculcans, & despiciens, semper coronabitur stellis, quia nõ deerunt iusti, & sancti qui sint eius gaudium & corona Cum autem vehementius draco rufus sæuierit in eam, dabuntur ei alæ sicut aquilæ vt fugiat in desertum: *vbi alitur per tempus, & tempora & dimidium temporis*, quid est alitur, nisi pascetur? à quo pastore? ab eo qui pascitur inter lilia: quibus pascuis? lilijs pulcherrimis Sacramentorum, & sacrificiorum, scripturarum, C & præceptorum Euangelicæ legis, alijsque eiusdem medijs, quibus nutrietur & conseruabitur in fide, & dilectione Christi, sed cur in desertum? vt tunc etiam verum sit, quod cecinerat Isaias: *Isai. 35. v. 1.* *lætabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium*; quoniam non solum tunc Ecclesia non deficiet, sed Iudæi multi qui videbantur deserti, florebunt sicut lilia, & conuertentur ad Christum, eaq; sanctitate splendescent, quod ipse libenter delectetur in illis: Ecclesia etiam, quæ in tam vehementi persecutione Antichristi ab sponso videbatur deserta, reflorescet nouis floribus & lilijs, quibus ornata & coronata perpetuo gaudeat cum illo.

D

Confirmantur amplius supra dicta.

§. 2.

Apoc. 5. v. Genes. 49. v. 10. Lib. 4. ex hort. 7. CONfirmemus supradicta insigni illo vaticinio Patriarchæ Iacob de Iuda filio eius, qui figuram referebat Christi, qui est leo de tribu Iuda radix Dauid: cuius cum resurrectionem à mortuis vaticinatus esset dicens: *Catulus leonis Iuda ad prædam fili mi ascendisti, requiescens accubuisti vt leo & quasi leæna quis suscitabit eum?* quem locũ supra de hoc mysterio explanauimus: mox subijcit prophetiã de regno, quod per resurrectionem erat adepturus dicens: *non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium.* *Peruersa in hunc locum Genes. v. tamenque ... sensum ... prosequuntur.* Licet enim præcipuus sensus sit de primo Christi aduentu, qui tunc futurus dicitur, quando sceptrum, & regia potestas, ac gubernatio desijsset esse in populo Iudaico, & transferretur ad alienigenas, sicut in Herodem translatum est, cuius tempore natus est Christus, de quo alibi: tamen si mysticum sensum attendas, & valde præcedenti vaticinio consonum, perpetuitatem indicat regni Christi, quod est Ecclesia, vsq; ad secundũ eius aduentum: sæpius enim in Euangelio Ecclesia vocatur Christi regnum, vt D. Gregorius deducit ex illo Matthæi: *Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem*, id est, ab Ecclesia militante auferent scandalosos & iniquos. *Matth. 13. v. 41.*

Sensus igitur est; non deficiet sceptrum de Iuda id est, non deficiet regnũ Christi de tribu Iuda orti; nec eius potestas regia, regiusq; baculus, & virga, quam per passionem & resurrectionem promeruit, iuxta illud: *data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra*, sed semper hoc sceptrum florebit, & permanebit; perpetuoq; durabit congregatio fidelium, & iustorum, lex Sacramenta, sacrificia, scripturæ, & cætera quæ ad hoc regnum pertinent, & vlterius nunquã deficiet dux de femore eius, id est, princeps huius regni, & pastor huius Ecclesiæ, qui loco ipsius Christi teneat sceptrum & virgam: qui quidem est Pontifex Romanus Christi Vicarius, & Petri successor, caput Ecclesiæ, & vniuersalis eius gubernator. Dicitur autem iste dux esse de femore Christi, in quo scriptum habet vt D Ioannes testatur: *Rex regum, & Dominus dominantium.* *Apoc. 19. v. 16.* Ad significandum quod per regenerationem spiritualem ex aqua & Spiritu S. est pater multorum filiorum qui simul cum ipso sunt Reges & Domini; nam *si filij & heredes, heredes quidem Dei, cohæredes autem Christi*; *Ad Rom. 8. v. 17.* & ideo respectu horum filiorum vocatur Rex regum, & Dominus dominantium, scilicet eorum qui ab ipso sunt geniti: at summus Pontifex peculiari ratione dicitur dux de femore eius quoniam sicut filius maior succedit in hæreditatem, & authoritatem Patris, ita Pontifex, qui est maximus dignitate filius Christi in terra, succedit in eius auctoritatem & potestatem quoad munus gubernandi regnum eius, quod est Ecclesiæ. Primus dux de femore Christi, fuit D. Petrus, cui ter dixerat: *Pasce agnos meos, & oues meas*; *Ioan. 21. v. 16.* hoc autem munus, & potestas data est illi non tantum pro se, sed pro successoribus suis etiam, ne gregi, qui duraturus erat vsque in finem sæculi vnquam deesset dux & pastor.

D Non ergo deficiet hoc Christi sceptrum, nec hic dux, seu ducum, & principum successio de femore eius, *donec veniat qui mittendus est*, id est, donec secundò veniat Christus, qui à Patre mittendus est in mundum, vt iudicet illum: nam idem ipse, qui prius misit eum, vt mundum redimeret, secundo mittet, vt iudicet, & Ecclesiam suam à malis purgatam, secum in cœlum assumat: interim autem portæ inferi non præualebunt aduersus eam, id est, nec hæreticorum dogmata, nec persecutorum tormenta, nec diaboli, & omnium dæmonum potentia, nec ipsa Antichristi sæuitia vel astutia poterunt illam euertere, sed ipsa potius contra omnes præualebit, quia fundata est super firmissimam petram, Petrum, eiusq; confessionem & fidem, & super petram Christum, qui est fundamentum funda- *Matth. 16. v. 18.*

mentorum. *Et ipse, inquit, erit expectatio gentium.* Nam tota expectatio militantis Ecclesiæ, quæ ex omnibus gentibus & nationib. mundi congregatur, est secundus Christi aduentus: iuxta illud D. Pauli; *expectantes beatam spem, & aduentũ gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi:* & iterum: *Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ.*

Ad Tit. 2. v. 13.
Ad Phil. 3. v. 20.

Dum ergo Ecclesia hunc aduentum expectãt firmiter illi adhærere proponit, quan diu mundus durat, eiusq; promissio nixa, certa dubium se obtenturam sperat, & ideo incunctanter dicit, *dilectus meus mihi, & ego illi, donec aspiret dies & inclinentur vmbra;* qui ergo membrum es Ecclesiæ, pactum cum Christo initum serua; vsque in finem expectans aduentum eius vt simul cum Ecclesia militante in triumphantem assumaris, iuxta illud Pauli: *Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex: non solum autem mihi, sed iis qui diligunt aduentum eius.*

2. Tim. 4. v. 7.

De vnione per nuptias Ecclesiæ cum Christo post finem mundi.

§. 3.

Professio omnium Sanctorũ.

SEd quid erit postquam finietur mundus, & cessent huius mortalitatis dies, ac noctes? hoc etiam optime declarant, hæc eadem verba: *dilectus meus mihi, & ego illi, donec aspiret dies, & inclinentur vmbra.* Si cum D. Gregorio aliisq; Patribus, per diem aspirantem intelligamus diem æternitatis, & felicitatis supremæ, siue diem resurrectionis vniuersalis, quando omnes vmbræ penitus cessabunt; non solum quia temporalia bona, velut vmbra fugient, & euanescent; & omnes tenebræ vitiorum, ac errorum à dilecta Dei Ecclesia pellentur: sed etiam quia cessabunt bonæ vmbræ, quibus nunc fruimur, scilicet, fides obscura, Sacramenta, & sacrificia, ænigmata scripturarum, & cuncta quæ quomodocumque veritatem claram obnubilant, quia lumen gloriæ omnia palam manifestabit, & æterna illa meridies omnes tenebras, & vmbras pellet, iuxta illud Apostoli: *Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.*

1. Cor. 13. v. 10.

Tunc autem fiet solemnis celebratio nuptiarum Christi cum Ecclesia, cuius mentio fit in Apocalypsi, cum dicitur: *Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se.* Etenim vxor futura, quamdiu domi suæ manet, sponsa dicitur: cum vero nuptiæ celebrantur, & ad sponsi ædes ducitur, iam vxor vocatur; ita Ecclesia, dum in terris manet vsque ad finem mundi, sui sponsi aduentum expectans, sponsa dicitur, sicut dixerat sponsi amicus, *qui habet sponsam sponsus est.* Cum autem in die iudicij, ducetur in domum sponsi, & ascendet cum Christo in cœlum, vt regnum sibi præparatum possideat, vxor appellabitur. Hoc igitur est, quod ait sponsa: *dilectus meus mihi, & ego illi, donec aspiret dies, & inclinentur vmbra:* ac si diceret: dilectus meus in hac mortali vita est mihi desponsatus, & ego illi: hic intendit mihi tanquam sponsus, & ego illi tanquã fida sponsa, donec illucescat æternitatis dies, & huius sæculi transeat nox, tunc enim perficitur desponsatio, & consummabitur spirituale nostrum connubium, & me assumet ad se, erimusq; simul & multo fortius vnietur dilectus meus mihi, & ego illi, nihilque deinceps inter nos intercedet, quia ego videbo eum sicuti est, & ipse erit mihi omnia in omnibus.

Apoc. 19. v. 7.
Ioan. 3. v. 29.

Interim autem sponsus (*pascitur inter lilia*) hoc per parenthesim ponitur; id est, eas mihi delitias præbet, & ea pascua, quibus confortata possim in hoc sæculo permanere. Interim manet mecum sub vmbra sacrosancti Sacramenti Eucharistiæ, in quo velatus continetur: nam de hoc etiam intelligitur, quod dixit: *Ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi;* tanquam pignus hæreditatis æternæ, & arrha desponsationis nostræ, nutrimentumque & solatium fragilitatis meæ. Sed hoc interest inter pignus, & arrham; quod illud non perpetuo retinetur, sed tamdiu, dum soluitur debitum; hæc vero perpetuo possidetur: est enim quasi initium solutionis: & inter sponsos connubij indissolubilis signum, sic Eucharistia æternæ gloriæ nobis pignus datum, manebit vsque ad consummationem sæculi sub ratione Sacramenti & sacrificij; tunc autem auferetur ab Ecclesia hoc pignus, quia reddetur ei hæreditas promissa, & gloria perficietur æterna: at Christus qui sub eodem Sacramento velatus continetur ratione humanitatis suæ, arrha est desponsationis nostræ: quoniam sublato velo Sacramenti manebit in æternum quasi sub sponsæ possessione, ad cuius beatitudinis complementum visio sacratissimæ humanitatis pertinebit. Deitatis vero visio, nostra est essentialis, & suprema beatitudo, ac hæreditas sempiterna. Sponsus igitur CHRISTVS, Deus & Homo, qui nunc in terris pascit, & pascitur inter lilia, pascua vmbrosa, sed dulcia præbens iustis; tunc miro modo in cœlis pascet & pascetur inter lilia beatorum; quos sui clara visione pascet, & de eorum æterna lætitia, ipse mirificè iucundabitur, & pascetur, ideoque semper & in æternum verum erit, *qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, &c.*

Eucharistia.
Matth. 28. v. 20.

De firmo cuiusque proposito permanendi semper in vnione cum Christo.

§. 4.

SEd quæ de vniuersali Ecclesia diximus, vnicuique piæ animæ vtilius accommodemus, quæ etiam suo modo potest dicere: *dilectus meus mihi, & ego illi, donec aspiret dies, & inclinentur vmbra;* diuersa tamen ratione ac Ecclesia; etenim vnio ista Dei cum anima, ex parte ipsius Dei, vt significatur primis verbis, *dilectus meus mihi,* semper durabit vsque ad finem vitæ, & in æternum. Deus enim cum semel vnitur animæ, illamq; in sponsam assumit, decernit nunquam illam deserere, nisi deseratur ab illa, & ideo dixit per Oseam, *desponsabo te mihi in sempiternum;* ipsa etiam charitas, quæ diffusa est in cordibus nostris per Spiritum S. qui datus est nobis, perpetuitatem appetit, in idq; ex se propendit, vt semper cum Spiritu sancto in anima perseueret, & omne fugiat peccatum, per quod ab ea possit expelli, ipseq; Spiritus S. ex intentione Christi semper datur, vt maneat nobiscum in æternum, vt supra vidimus.

Osee 2. v. 19.
Ad Rom. 5. v. 5.
ex D. Tho. 2. 2. q. 24. ar. 11.
Lib. 1 exhort. 8.

Cæte-

A Cæterum ex parte animæ dissolubilis est ista vnio, & rescindi potest desponsat quamdiu non transfertur in cœlum, vbi vtrinq; indissolubile fiet spirituale connubium. In via, enim mutabilis est anima per arbitrij libertate ex bono in malum: adhuc tamen quoties Deo coniungitur, ac desponsatur, firmiter proponit, ac decernit perpetuo adhærere illi, nec eum deserere, cuius auxilio sperat se id obtinere posse: ideoq; fidenter ait: *& ego illi donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ*; id est, adhærebo illi quamdiu durauerit vita, nec recedam ab illo vsq; ad mortem. Quomodo S. Iob magno feruore clama-
Iob.17. v.3 bat: *Viuit Dominus, &c. quia donec superest halitus in me, & Spiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium, donec deficiam non recedam ab innocentia mea, iustificationem quam cœpi tenere, non deseram.* O
B virum fortissimum Deiq; gratia immutabilem gerens animum, iuramenta affirmat se impleturum quod animo decreuerat, & quasi voto se obstringit nō deserturum sanctimoniam quam semel tenere cœperat, quamdiu in ipso durauerit halitus, & respiratio, id est, quamdiu vixerit, & donec vita defecerit, & ex consequenti in æternum, quia si sanctitas in vita non deficit, deficiente vita non deficiet ipsa, sed in æternum manebit stabilita; verbum autem illud: *Spiritus*
Insinuat D. Ambr. serm 6. in Psalm. 118. v 5. *Dei in naribus meis.* quidam referunt ad Spiritum sanctum, quo suam commēdet submissionem, Deo attribuens hanc animi firmitatem, vt sensus sit, quamdiu fuerit in me halitus & vita, & spiritus diuinus adiuuerit me, non relinquam innocentiam meam. Eodem feruore ardebat
C Paulus cum suam animi firmitatem indicans
Ad Rom. 8. v. 35. dicebat: *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? &c. certus sum quia neq; mors neq; vita, &c. neq; creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu.* Loquitur autem de vtraque charitate, nempe quam Deus per Christum habet erga nos, & nos erga illum, vtramq; partem sententiæ sponsæ complectēs, qua inquit: Christus erit dilectus mihi, & ego illi: *donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ*; quia nec in vita, nec in morte, nec post mortem ille recedet à me, nec ego ab illo, ille perpetuo diliget me, & ego perpetuo etiam illum; nec vlla creatura poterit hanc destruere dilectionem, & à dilecto meo vel à me illam separare.

D Sed rationes huius firmi decreti eadem verba non debiles insinuant: duo enim maxime mouent ad constanter in re proposita perseuerandum, nimirum. breuitas vitæ, seu breuis duratio eius quod studiose exequendum est, & æternitas futuræ vitæ, præmijque quod nobis est tribuendum, quę duo complexus est Apostolus
2. Cor. 4. v. 17. cum dixit: *Id quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ: supra modum in sublimitate æterna gloriæ pondus operatur in nobis: non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur: quæ enim non videntur temporalia sunt, quæ autem videntur æterna sunt.* Sic igitur sponsa perpetuam fidem seruaturam sponso, nec vnquam ob tribulationes ab eo discessuram firmiter statuens, duas insinuat rationes, alteram cum ait: *donec inclinentur vmbræ*: ac si diceret, donec finiatur vita, quæ velut vmbra velocissime transit, & momētaneum est ac leue quidquid vel aduersi, vel prosperi mihi potest accidere: quis enim nō videt, quam cito vmbra pomeridiana transeat in noctem: sicut Dauid dicebat: *Dies mei sicut vm-* Psalm. 101. v 12
bra declinauerunt, & iterum: *sicut vmbra cum declinat, ablatus sum*, quia sicut vmbra cum meliorem Psalm. 108 v. 23.
statum videtur consequuta, eo quod magis creuit, prope est, vt euanescat & in communem mundi vmbram, scil. noctem resoluatur, nullo sui relicto vestigio, sic homo quando magis florere videtur, prope est vt cadat, & marcescat, & in mortis abyssum demergatur.

Sed quid postea? nam licet corpus iusti euanescat vt vmbra, & communi morte pereat, anima tamen eius ad nuptias spirituales cum Deo perpetuo celebrandas eleuarūt. Nam & Scriptura S. iuxta morem Hebræorum, imo & gentium nuptias noctu celebrari refert, vt constat ex illo: *Media nocte clamor factus est, ecce sponsus ve-* Matth. 25.
nit, &c. & ex illo, sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ v. 6.
ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus ex- Luc. 12. v. 3.
pectantibus dominum suum quādo reuertatur à nuptiis. Desponsatio igitur quæ in die huius mortalis vitæ, facta est cum Christo, consummatur in morte noctis, cum anima ad cęlestis sponsi thalamum assumitur: quod tempus etsi respectu præsentis vitę vocetur nox, in quam desijt mortalitatis dies, tamen respectu animæ nouus est dies æternitatis, cui nulla succedet nox. Merito ergo sponsa inquit dilectus meus erit mihi, & ego illi, quamdiu vixero, quoniam spero spirantem diem æternitatis, qui totus erit mihi lætus, & iucundus, & cito pertransibunt vmbræ huius mortalitatis vitæ, post quas nullæ in æternitate amplius succedent vmbræ nec miseriæ. Si ergo hanc cum Christo vnionem obtinere, ac perpetuo conseruare desideras: vtrámque rationem profunde meditare, quia miserum est ob mala, vel bona huius vitæ, quæ transeunt velut vmbra, æternæ diei felicitatem, & felicissimam cum Christo vnionem amittere.

De feruido animæ proposito crescendi vsq; ad supremam vnionem cum Christo.

§. 5.

SEd subtilior adhuc spiritus latet sub hac metaphora, charitas enim duplicē in nobis habet propensionem circa vnionem cum Christo Deo; prior est vt diximus, ad perpetuitatem, vt nec in hoc seculo, nec in altero deficiat, sed perpetuo floreat, splendeat, & ardeat, quo sensu ait D. Paulus: *charitas nunquam excidit*, licet excidat 1. Cor. 13.
fides prophetia, & aliæ gratię gratis datæ; posterior ad perpetuum incrementum vsq; ad finem v. 8. Prouer. 30.
vitæ cuiusque; nam charitatis ignis in hoc sæcu- v. 16.
lo nunquam dicit, sufficit, in æterna quippe vita charitas non crescit, sed in eodem gradu immutabiliter permanet, quia merendi status transijt: in hac autem vita, semper appetit crescere, & ascendere vsq; ad summum: nam teste Salomone, *iustorum semita sicut lux splendens, pro-* Prouer. 4.
cedit, & crescit vsq; ad perfectam diem: id est, vsq; ad v. 18.
meridiem, quæ Symbolum est perfectæ diei æternitatis.

Hic autem modus crescendi, & accrescendi, Vide dicta- ra circa id,
sicut crescit aurora vsq; ad meridiem, describi- vbi pascas
tur per hæc verba: *donec aspiret dies, & inclinentur* vbi cubes
vmbræ; seu, vt LXX. verterunt, *donec aspiret dies, & amoueantur vmbræ*; Intelligendum enim non de in meridie.

vmbris pomeridianis, sed de antemeridianis, A quæ euanescunt in meridie: etenim cum primum Sol oritur sunt vmbræ valde protensæ; sed quanto sol ascendit altius, tanto vmbræ magis contrahuntur, & minuuntur, & in ipsa meridie penitus euanescunt; quia ergo dies fit ex præsentia solis, qui non solum lucem efficit, sed calorē, qui ardentior est in meridie, hinc est diem hic primo significare mystice gratiam, charitatem, perfectionem euangelicam, & spiritus feruorem: vmbras vero peccatum, cupiditatem, imperfectionē, & carnis noxias propensiones: quo autem magis crescit gratia, & charitas, eo magis decrescit peccatum, & cupiditas: & quo amplius augetur virtus, & perfectio Euangelica, eo amplius minuitur vitium, & imperfectionis defectus, & quo plus feruet spiritus, eo plus consopiuntur affectus carnis, iuxta illud D. Augustini, nutrimentum charitatis est diminutio cupiditatis; perfectio nulla cupiditas.

Lib. 83. qq. q. 6. tom. 4.

Ait igitur sponsa, *dilectus mihi, & ego illi*, ille adhæret, & intendit mihi, & ego adhærebo, & intendam illi, donec gratia, charitas, & amor aspiret, & crescat vsque ad summum, & vitium ac cupiditas diminuatur, & remoueatur omnino, quod in fine vitæ consummatur. Cupit ergo hanc vnionem, & incrementi eius coram durare donec per suos gradus dilectio, & virtus crescat, & ascendat vsq; ad summum gradum sibi à Deo præfixum; & simul per suos gradus diminuantur sicut vmbræ, cupiditates, vitia, & passiones carnis, donec penitus euanescant.

Sed vlterius addit D. Gregor. Nyssenus per diem etiam intelligi lucem, cognitionem, & scientiam à Spiritu S. infusam, qua pelluntur vmbræ noxiæ ignorantiæ, & errores, atque dignoscitur vanitas rerum mundanarum, quæ instar vmbræ transeunt. Vnde fit quod ipsa dilectio magis increscat, & cupiditas minuatur. Hæc enim scientia non est quæ inflat, sed est scientia sanctorum, charitatem pariens quæ ædificat.

Vtriusque augmentum charitatis scilicet & scientiæ, & vtriusque diminutionem peccati & noxiæ, ignorantiæ, eleganter coniunxit Apostolus, dicens: *Hoc oro, vt charitas vestra magis, ac magis abundet in scientia, & in omni sensu, vt probetis potiora: vt sitis sinceri, & sine offensa in diem Christi, repleti omni fructu iustitiæ per Iesum Christum in laudem & gloriam Dei.* Vbi cuncta quæ diximus à Deo postulat: nempe vt ardor charitatis magis ac magis in dies crescat, & item lux scientiæ, assensus, quo sentiamus, & gustemus diuina, & probemus, ac sequamur, quæ sunt potiora. Rursus etiam simus innocenti ab omni peccato, & errore purgati progredientes sine vlla offensa vsque ad diem Christi, quo venturus est vnumquemq; in die mortis suæ iudicare.

Ad Phil. 1. v. 9.

Sed habet mysterium, verbum aspiret, seu respiret, quo vtuntur LXX. quod non tam est diei, vel temporis, quam venti, & spiritus flantis. Vnde homo dicitur spirare, & respirare, quia aerem trahit, & expellit, & hinc translatum est, vt significet alteri auxilium præbere, & fauorabilem se exhibere, quomodo Poeta dixit:

D. Bernar. serm. 72. in Cant.

Aspirat primo fortuna labori;

& etiam vt significet toto spiritu in aliud ferri, quomodo quis dicitur aspirare ad regnum.

Ait ergo sponsa: *donec aspiret dies*, ad significandum quod dies ille spiritualis crescit, & ascendit spirante, & flante diuino spiritu, qui sua gratia auxiliatur nobis, vt crescamus, inspirans voluntatem, facultatemque tribuens crescendi vsque ad perfectum diem: sicut enim teste Philosopho, ac experientia ipsa, Sol cum oritur, sæpius excitat auram, quæ cum ipso videtur moueri, & ascendere; ita cum Sol iustitiæ oritur in anima, Spiritus S. excitat auram suæ inspirationis, qua in luce & splendore cognitionis, ac in ardore charitatis, & sanctimoniæ continuo crescat; & ipsa virtus, ac charitas quasi aspirat labori nostro, vt prosperum habeat progressum, iuxta illud: *Charitas Christi vrget nos*, per quam, & Dei inspirationem, aspiramus ad grandia sanctitatis opera, & ad strenuam luctam B contra vitia, & carnis affectiones, donec omnes velut vmbræ euanescant, iuxta illud Psalmistæ: *Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar donec deficiant.*

In Probl. sect. 5. q. 4. idem Plin. lib. 2. c. 47. Seneca lib. 5. natur. quæst. c. 7.

2. Cor. 5. v. 14.

Psalm. 17. v. 38.

Ad hæc autem obtinenda necessarium est, quod subiungitur: *qui pascitur inter lilia, donec aspiret, &c.* pastus enim ille liliorum necessarius erat ad conseruandam, & augendam reciprocam hanc dilectionem inter Deum & animam: nam sicut cibo corporeo corpus nutritur, & conseruatur, debitumque acquirit incrementum: ita per alimentum spirituale, cuius mentionem fecimus, vita spiritualis nutritur, conseruatur, & ad sibi cōgruentem ascendit magnitudinem. Donec ergo aspiret dies, & inclinentur vmbræ Christus nos pascit, & nos pasci debemus, vt in eius vnione crescamus; scriptum e-C nim est: *Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet sacerdos mane per singulos dies subijciens ligna*; supremus sacerdos Christus Dominus est, qui ad nutriendum & augendum charitatis ignem ligna præparauit, nempe Sacramenta, & sacrificia, diuinaque mysteria, & sacra Concilia. Nos vero tanquam spirituales sacerdotes eius afflati inspiratione, hæc ligna applicamus, cum Sacramenta recipimus, maxime Eucharistiæ, quo ipse ignis diuinus continetur, & potentissimus est ad augendum altaris nostri ignem: nam ignis generat ignem; quem etiam maxime nutrimus; & augemus cum sacra mysteria legimus, & meditamur, quæ licet obscura sint, & vmbrosa, vtpote fide tantum credita, tamen vehementer amorem augent, donec adueniente æternitatis die omnes vmbræ cessent, iuxta illud D. Petri: D *habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec illucescat dies, & lucifer oriatur in cordibus vestris*; id est, benefacitis credentes, & mediantes mysteria fidei obscura, atqua in hac vita tenebrosa, illuminabimini donec aspiret dies clarus visionis beatificæ, quæ omnes vmbras dissipabit in sæcula sæculorum. Amen.

Leuit. 6. v. 12.

2. Pet. 1. v. 19.

EXHOR-

EXHORTATIO XXXIX.

Pro festo Resurrectionis Domini. Et item Ascensionis.

De multiplici Christi reuersione contemplanda, & specialiter de reuersione eius è morte ad vitam per resurrectionem, & à terris ad cælos per Ascensionem.

Reuertere: similis esto dilecte mi capreæ, hinnuloque ceruorum super montes Bethel.

QVæ reuersionem sponsi optat & petit, aliquam illius absentiam videtur præsentire, ob quam celebrem eius reditum efflagitat, dicens: *Reuertere: similis esto dilecte mi caprea, hinnuloq; ceruorum super montes Bethel;* Hoc est, reuertere, dilecte mi, ea celeritate, qua currunt capreæ, hinnuloque ceruorum super montes Bethel, id est, B diuisionis, multis vallibus & cauitatib. diuisos, vnde Lxx. vertunt, *super montes concauitatum*, & D. Ambrosius legit super montes conuallium; antiqui vero Patres legerunt, *super montes Bethel*, quod interpretatur domus Dei, quam lectionẽ secuti sunt Lxx. supra in vers. 9. *Similis est fraternus meus caprea hinnuloq; ceruorum in montib. Bethel;* potest etiam sensus alius esse, vt nõ petat sponsa reuersionem sponsi ad se, sed ad pascua, scil. ad montes Bethel fertiles, & amœnos, vbi capreæ hinnulique ceruorum celeriter currunt, vt ibi pascat greges suos: quibus verbis vltimam imponit coronidem huic primæ parti Cantici, quæ vt in prologo diximus Epilogus est totius libri, quem eisdem fere verbis concludit dicens: *Fuge dilecte mi, assimilare caprea hinnuloq; ceruorum super montes aromatum:* (*Cant. 8. v. 14.*) Fugere enim aut idem est C quod celeriter currere, siue eundo, siue redeundo, aut festine reuerti ad pascua, & montes aromatum; iisdem enim montes, dicuntur Bethel, quia diuisionib. erant dissecti, & aromatũ aromaticis arboribus etiam abundabant: plena autẽ sunt hæc magnis & reconditis mysterijs, quibus explicitis, tomum hunc etiam absoluemus.

Est autem multiplex sponsi reuersio, cuius potest mentio fieri, postquam naturam assumpsit humanam, nimirum cum à morte reuersus est iterum ad vitam, & à limbo in terram nostrã; vel cum hinc reuersus est ad cælos, vnde venerat; vel cum inde sæpius reuertitur, inuisibiliter siue ad conuertendos peccatores, siue ad inuisendos & lætificandos iustos: vel cum venit ad Eucharistiam; vel cum reuertetur iterum ad terrã, vt in valle Iosaphat iudicet vniuersum mun- D dum; vel tandem cum peracto iudicio, reuertatur ad cælum Empyreum, in æternum ibi cum Sanctis permansurus; & de his omnibus intelligi possunt prædicta verba: *Reuertere, &c. vel fuge dilecte mi, &c.* de singulisq; nonnulla superaddemus, quæ non sunt in superioribus de eisdẽ mysterijs explanata, vt eadem profundius meditantes, firmius dilecto nostro adhærere, & ab eo nunc inter lilia pasci desideremus: cunctæ enim istæ reuersiones, vehementer animam accendunt, & excitant, vt dicat: *dilectus meus mihi, & ego illi*, qui tam miris modis propter me huc, illucq; reuertitur ea celeritate qua capreæ, hinnulique ceruini super varios currunt montes, etsi inter se dissectos. Vnde cum dixisset illi sponsus: *Sonet vox tua in auribus meis:* primam A hanc ad illum direxit vocem: *Reuertere;* nam reliquas ad alios direxit, quod clarius constat, cum ei iterum sponsus dixit: *Fac me audire vocem tuam:* nam statim hanc vocem emisit: *Fuge, dilecte mi*, quia valde illi gratam esse non ignorabat.

De Resurrectione Christi Domini.

§. I.

A Prima igitur reuersione incboantes, cum Christus Dominus de cœlo descendens cursum suum in terris perageret vsque ad mortem, mortem autem crucis, manente corpore eius in sepulchro anima ipsius recessit ab hoc mundo visibili, & descendit ad inferos, ad limbum scilicet Patrum, vt ibi incarceratos inuiseret, & liberaret: affir[...] auerat autem quod sicut (*Matth. 12. v. 40.*) B fuit Ionas tribus diebus, & tribus noctibus in ventre ceti; ita oportebat ipsum totidem diebus, ac noctibus esse in corde terræ, sed quoniam quæ Deus reuelat & promittit, multoties per operationes sanctorum implere decreuit, vt triduum istud quoad fieri possit, abbreuiaret, suamque acceleraret resurrectionem à mortuis, clamabat sponsa: *Reuertere: similis esto dilecte mi caprea, hinnuloq; ceruorum super montes Bethel.* Ac si diceret; eia dilecte mi, qui à mundo isto visibili per mortem recessisti; reuertere citissime ad vitam; resurge à mortuis; redi ad corpus tuum iacens in sepulchro; regredere ad montes Bethel, ad montes dissectos, & concauos, vt ibi fiat resurrectio tua. Fertur Caluariæ montem (*Refert Auanda in libro Hispano de Terra sancta c. 16.*) tempore passionis Christi, cum terra mota est, & petræ scissæ sunt, terræ motu magno sectum C fuisse in duas partes, magna voragine inter media relicta, quæ impœnitentem latronem, à Christo Domino, & à bono latrone diuiderent. (*Matth. 27. v. 51.*) Non ergo incongrue montem Caluariæ tunc, montes Bethel nuncupabimus, ob hanc eius in duas partes dissectionem: & cum ibi fuerit Christi sepulchrum, ibi facta est Christi resurrectio, ad quam faciendam inuitatur, cum dicitur ei, vt reuertatur ad montes Bethel, magna cum celeritate vincens omnes difficultates, quæ eum possent remorari, velut caprea, hinnulusque ceruorum, quæ si descendunt in conualles, cito apparent in ipsis montibus.

Sed quæ sponsa hoc efflagitabat, & dicebat, *reuertere?* nunquid Ecclesia illa animarum sanctarum, quæ in limbo erat collocata, & tunc denuo noua facta vxor agni, qui cum ea celebra- D uit cœlestes nuptias tribuens illi claram suæ diuinitatis visionem, in æternum duraturam? & quid in illa diceret: *Fuge dilecte mi, assimilare caprea hinnuloque ceruorum super montes aromatum?* fuge ab hoc tenebricoso carcere captiuorum; ab hoc profundo lacu, ab his obscuris terræ cauernis, quæ tuam non decent supremam maiestatem, qui non captiuus es, sed victor, & triumphator, qui tenebras horres, & lucem inaccessibilem habitas; *Fuge, & reuertere ad montes aromatum:* vade ad corpus tuum, quod in monte Caluariæ iacet in sepulchro aromatibus conditum, vt viuifices illud; vt inuisas deuotas mulieres, quæ aromata portant, vt te iterum vngant, & beatissimam Matrem, supremum aromatum montem, quo nullus sublimior, nec flagrantior inuenitur in terra.

Sed numquid in terris erat tunc sponsa, quæ A similiter diceret reuertere? vtique, eadem beatissima Virgo, in qua fere sola, fides expressa resurrectionis Christi permanserat, cum in reliquis discipulis per eius passionem & mortem, vel ferè sit extincta, vel nimium sopita. Cum ergo certissimam fidem & spem huius resurrectionis haberet, vehementius & instantius orabat, vt celeriter reuerteretur ad vitam, & captiuos secum

In hoc sup. exhort. 30. §. 2.

educens, montes Apostolicos, qui valde diuisi & dissecti erant, inuiseret, & sibi iterum aggregaret, exaudiuit filius orationem matris, quæ semper validissima fuit ad impetrandum à Deo quod ingentis suæ operæ celerius perficeret. Ipsa quidem accelerauit aduentum eius in mundũ, per assumptionem carnis. Quid ergo mirum quod accelerauerit reditum ipsius per resurrectionem à mortuis? ille ergo qui in primo ad- B uentu venit saliens in montibus & transiliens colles sicut caprea, & hinnulus ceruinus, ab antiquis Patriarchis progenitus, vt supra vidimus, in secundo isto reditu, reuertitur in mundum tanquam nouus homo mire renouatus, gratiosus & iucundus, sicut ceruorum hinnulus, hostibus deiectis, expoliato inferno nouam lucem & gaudium afferens vniuerso mundo.

Num. 10. v. 35.

Olim cum arca fœderis eleuaretur, dicebat Moyses: *Surge Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te à facie tua*: Cum autẽ deponebatur, aiebat: *Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Israel*; ita etiam cum Christus Dominus, cuius imaginem arca illa ferebat, eleuatus est in crucem ad pugnandum contra hostes suos, dictum illi est per prophetas: Surge Domi- C ne, & virtute tua cuncti tui hostes dissipentur, & à facie tua fugiant: sicut scriptum est: *Cornua*

Abac. 3. v. 4.

in manibus eius, ante faciem eius ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes eius. At postquam corpore descendit in sepulchrum, & anima in limbum, hostes persequens vt captiuos erueret, & integrum triumphum ageret, clamabat sponsa: *Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Israel.* Reuertere ad exercitum discipulorum tuorum; vt tua grata præsentia, & conspectu fiant Israel, id est, videntes Deum, gloriosum intuentes ab inferis resuscitatum, vt pace per te parta potiri valeant.

Reuersus est ergo Saluator ad Apostolicos montes, qui primo fuerunt Bethel; cum contigit, quod scriptum est: *Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis*; postea vero facti sunt mon- D tes aromatum, omnium virtutum aromatibus referti; vt iterum fierent montes Bethel, diuisi per vniuersum mundum, vt fidem Christi disseminarent; Sicut autem Sol cum primum oritur, tantum illuminat sublimes montes; postquam autẽ ascendit amplius, illuminat etiam profundas conualles: ita etiam cum Christus Dominus in die Resurrectionis ortus est tanquam Sol, & tanquam nouus homo in mundo, solum illuminauit hos montes Bethel, quia tantum apparuit Apostolis & discipulis, quos post dispersionẽ, aggregauit in Galilæam vt ibi eum viderent, sicut prædixerat illis. At postquam ascendit in altum, vniuersum cœpit illuminare mundum per ipsos Apostolos, quibus dixit: *Euntes in vniuersum mundum prædicate Euangelium omni creaturæ*;

Zach. 13. v. 7. Matth. 26. v. 31.

Marc. 16. v. 7. & 15.

& ipsas etiam profundas gentium conualles illuminare.

Sed ad Discipulos inuisendos venit celeriter saliens, sicut caprea, hinnulusque ceruorum, super montes Bethel; iam inuisebat Petrum, iam euntes in Emmaus, iam vndecim in cœnaculo clausos, iam alios ad mare Tyberiadis, iam omnes in monte Galilææ, omnibus impartiens lucem, gaudium, & pacem atque in vnionem reducens, & ideo in solemniore apparitione, quæ facta est in Galilæa, omnes simul conuenerunt in monte sibi à Christo Domino constituto; vbi creditur conuenisse etiam plusquam quingentos fratres, quorũ meminit D. Paulus, vt significaret eos omnes per Christum redigendos esse in vnum, omni perniciosa diuisione sublata: clarius hoc indicat lectio antiqua, *Super montes Bethel*, id est, domus Dei, quæ vnica est, cuius fundamenta sunt in montibus sancta, id est, Apostolis, omnes tamen comprehendit, qui Apostolicam fidem, & vitam sectantur, quos etiam visitat Dominus, vt mox videbimus Esto igitur mons, ad quem Dominus reuertatur, Apostolicam agens vitam, vt eius consequaris conspectum, & familiaritatem.

Matth. 28. v. 16.

1. Cor. 15. v. 6.

Vide sanctorum.

Psal. 86. v. 1.

Exhor. seq. §. 2.

De Ascensione Domini §. 2.

POstquam autem Christus Dominus à mortuis resurgens, quadraginta diebus cum Ecclesia sua est conuersatus, quia terra nõ erat habitationis locus corpori glorioso aptus, & cuncta iam in mundo perfecerat, propter quæ de cœlis descenderat, decreuit ad patrem reuerti, C & super omnes cœlos ascendere, & ad eius dexteram sedem suam collocare. Hoc enim expediebat nobis, quia ascendebat, vt ipse dixit, parare nobis locum, & mittere ad nos Spiritum S. expediebat etiam illi, vt magnifica sibi debita sede potiretur, patrisque frueretur contubernio super omnes Angelorum choros exaltatus, vnde & Apostolis dixit: *Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad Patrem.* Cum igitur sponsa quæ dixerat: *dilectus meus mihi, & ego illi*; vehementer diligeret Christum, cuius gloriam omnibus aliis bonis præferat; cum etiam ardenter diligeret Spiritus Sancti aduentum, per quem dilectus magis adhæret illi, & illa dilecto, etsi delectaretur eius præsentia corporali, adhuc gaudenter dicit: *Reuertere, similis esto dilecte, &c. Fuge dilecte mi, assimilare, &c.* Quod de Ascensione D Domini complures interpretantur: ac si dicat: vix dilecte mi, impleto iam incarnationis, passionisque tuæ mysterio, fuge ab hac lacrimarum, & miseriarum valle, recede ab hoc exilio & mundo, in quem descendisti, reuertere in cœlum, regredere ad Patrem, vt sedeas à dextris eius, vt non iam te sicut hominem mortalem, sed sicut Deum super omnia præsidentem cogitare incipiam. & ad te sursum existentem oculos semper eleuem, quæ sursum sunt quærens, quæ sursum sunt sapiens, non quæ super terram. Fuge ergo dilecte mi, vt ego post te fugiam, & te sequar; Reuertere ad cœlos, vt me tecum ducas, vt vbi tu es præsens in gloria Patris, ibi ego Spiritu assistam, & cogitatione mentis; nam si *dilectus meus mihi, & ego illi.* Vbi est ille, ego vero

Ioan. 14. v. 2. & 16. v. 7.

Ioan. 14. v. 28.

D. Ambros. lib. de bono mortis c. 5.

D. Bernar. serm. 9. in Psal. Qui habitat.

Cassiod. Beda Ansel. & alij in Cant. 8. v. 14.

vnus

vnus spiritus facta cum illo, propter hoc com- A placere debet nobis Christi Ascensio, vt spiritus noster à terrenis fugiens cœlestia petat, & cum illo ascendente ascendat, cum illo fugiente fugiat, & reuertentem mente sequatur.

In Exhor. 5 Sed mirum audi reuersionis modum saliens instar capreæ, hinnulique ceruini, vt supra diximus, sed propter montes Bethel, id est, super omnes spiritus Angelicos, in tres hierarchias, & nouem choros, diuisos, qui etiam montes sunt aromatum præclarissimis naturæ, & gratiæ, ac gloriæ donis splendentes, qui merito montes etiam Bethel dicuntur, ex quibus constat domus Dei, domus inquam cœlestis non manufacta, in qua diuinitas habitat, & seipsam Hebr. 1. v. 14. & 6. 3. v. 5. & 6. clarè conspiciendam præbet. In hac autem domo, vbi Angeli sunt administratorij spiritus, Christus habet supremum locum tanquam B Dominus qui fabricauit illam, & tanquam Filius vnigenitus Patris, paternę domus legitimus hæres.

Ps. 67. v. 19 Eph. 4. v. 8. Ascendit autem in altum captiuam ducens captiuitatem, id est, patres antiquos, qui captiui fuerant; saliens etiam super hos montes Bethel, qui iam ad cœlestem Dei domum pertinebant, eleuans illos secum, & diuidens, ac distribuens inter angelicos montes, vt qui vna gratiæ, & beatitudinis gloriæ erant concordes, montes essent Bethel, diuersis gradibus distincti. Nam in domo patris mansiones multæ sunt, & sicut stella differt à stella in claritate, sic et- Ioã. 14. v. 2. 1 Cor. 15. v. 41. iam sancti discernuntur in gloria. Et tunc sedente Christo à dextris Dei, astitit regina à dex- Ps. 44. v. 10 tris eius, in vestitu deaurato circumdata varietate: qua sponsa illa Christi, veste gloriæ induta fuit, mira graduum diuersitate elaborata; illa vero quæ remanebat in terris sponsi sui, exaltationem concupiscens, libenter aiebat, *reuertere, & fuge dilecte mi*, regredere ad domum tuam in cœlo, quia satis es peregrinatus in hoc mundo.

Peregrinata diu ô arca noui testamenti, in deserto huius mortalis vitæ: tempus est, vt cum gloria & exultatione, cum iubilo & voce tubæ ascendens ad templum gloriæ Dei, ibique inter Num. 10. v. 35. angelos requiescas. *Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Israel.* hoc est, ad multitudinem cœlestis militiæ, & exercitus Angelorum, qui Deum vident, vt inter illos læteris, & de tua lætitia omnes gaudeamus, tu qui modo pasceris inter lilia, quæ terrigeni montes ferunt, reuertere ad sublimiores montes vbi sunt lilia cœlestia, vt pascaris inter lilia, quia ibi tecum me futuram spero.

Merito quidem Ecclesia nostra, nosque ipsi lætari debemus de hac Christi reuersione, & reditu ad locum vnde venerat, vbi cum ipso perpetuo esse confidamus. Nam cum mortales simus, si inter nos permaneret, breui tempore eius corporali, gratissimaque præsentia frui valeremus: nunc autem in cœlo existens, quo post mortem ire speramus, perpetuo fruemur illa, quod egregiè indicat quorundam distinctio, qui præcedentia verba cum his coniungunt in hunc modum; *donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ reuertere*: vt sensus sit: non decerte, ô dilecte, qui statum sortitus es, tam immutabilem, & immortalem degere in mundo isto, vbi mutabilis est continua successio dierum, & noctium, lucis & tenebrarum, vitæ, ac mortis: vbi vix aspirant dies, cum inclinantur sicut vmbræ: reuertere ergo ad cœlos, donec durat mundus iste mutabilis, donec veniant dies, inclinentur vmbræ, & temporalia ista pereant, & euanescant, tunc autem iterum redire poteris, & venire ad nos, vt nos assumas ad te ipsum, vt vbi tu es, & nos simus tecum, sicut & angeli in ipso ascensionis die testati sunt dicentes: *Viri Galilei quid statis aspicientes in cœlum? Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum.* Act. 1. v. 1. Sed de hoc postea.

Denique prænunciauerat Christus Dominus Apostolos & discipulos, cunctosque Ecclesiæ suæ alumnos, horribiles in mundo passuros persecutiones, tum à tyrannis, tum à perfidis Iudæis, tum à falsis fratribus: quia non est discipulus super magistrum, & si magistrum persecuti sunt, persequentur & discipulos. Ad has autem perferendas & superandas ęrumnas, qui timidi adhuc erant, & imbecilles, promisit illis missurum Spiritum sanctum, cuius virtute induti ex alto omnibus hostibus essent fortiores: ardenter autem se amantium est velle se tormenta pati, vt dilectus non patiatur illa, sicut & ipse Christus in nocte Passionis ho- C stibus suis dixit: *Si me quæritis sinite hos abire.* Ne scilicet aliquis suorum quidpiam tunc pateretur mali, at nunc Ecclesia virtutum ex alto spectans, vicem rependit sponso suo dicens: *Fuge dilecte mi, assimilatur capreæ hinnuloque ceruorum super montes aromatum:* Ioã. 1. v. 6. Fuge à mundo qui te odit, & persequi non cessat, qui satis pro nobis mala multa perpessus es: fuge, & recede ab istis persecutoribus tuis, quia non decet te amplius inter illos commorari, reuertere ad montes aromatum, vt inde mittas ad me aromata & charismata gratiarum, quæ me confortent, & inuictam reddant: ego pugnabo pro te cum hostibus tuis, & tu auxiliaberis mihi, cuius auxilio victoriam de omnibus reportabo. *Esto similis capreæ, hinnuloque ceruorum*, qui & si lateant inter ciuitates montium, aliquando tamen super ipsos montes apparent: ita & tu li- D cet absconditus maneas in cœlis, interdum manifestare nobis, vt spes nostra firmetur, charitas augeatur, viresque ex tuo conspectu resumamus, vt contra inimicos tuos dimicantes, illos viriliter prosternamus, & tu in nobis glorificeris in sæcula sæculorum, Amen. Quomodo autem hoc præstiterit Christus Dominus satis patet, cum apparuit beato Stephano, Saulo, Diuo Petro, & alijs, quod sequens Exhortatio manifestabit.

EXHORTATIO XL.

De reuersione Christi ad inuisendos iustos in Eucharistia, & sæpius inuisibiliter ad eos consolandos: & [illegible] vicissitudine discedendi & reuerte[illegible], [illegible] de desiderio quo reuertatur etiam ad alios.

Reuertere: simi[illegible]s esto dilecte mi.

POSTQVAM Christus Dominus ascendit in cœlum, & ab Ecclesia visibiliter recessit; suam illi tegens præsentiam corporalem, non cessat sponsa quotidie clamare donec aspiret B dies, & inclinantur vmbræ: *Reuertere: similis esto dilecte mi, capreæ hinnuloq; ceruorum super montes Bethel*: multiplicem eius reditum saltem inuisibilem concupiscens, cuius fauore & auxilio sic transeat per hæc bona temporalia cito peritura quod non amittat sempiterna.

De reuersione per Eucharistiam. §. 1.

NON inficior his verbis posse etiam indicari quotidianam Christi Domini reuersionem è cœlis in terras in sacrosancto Eucharistię sacrificio & Sacramento, quam sine dubio Ecclesia ardenter appetit, & instanter efflagitat; siquidem iniunctum est illi, vt orans dicat, *Panem nostrum quotidianum, & supersubstantialem da nobis hodie.* Cur ergo quæ ardenter amat, & dicit; C *dilectus meus mihi, & ego illi*; non dicet etiam: *Reuertere* dilecte mi, qui in cœlos ascendisti? Reuertere vt sis mihi cibus, & nutrimentum, quo arctius sis vnitus mihi, & ego tibi? tu mihi dicis sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis: en sonat vox orationis meæ in auribus tuis expostulans te, vt reuertaris ad inuisendum me. Reuertere igitur velociter ne deficiat spiritus meus, tu pascis, & pasceris inter lilia donec aspirat dies, & inclinantur vmbræ: reuertere ergo vt hoc venerabili sacramento pascas me, & pascaris ipse cum de meo profectu læteris.

Sed quid est quod subditur: *similis esto dilecte mi capreæ, hinnuloq; ceruorum super montes Bethel*? plura de hac similitudine diximus pro Eucharistia in huius libri Exhortatione 8. ideoque solum explicandum superest, quod sponsa rogat vt veniat super montes Bethel: nempe ad visitandos iustos qui dignè sacramentorum administrant vel recipiant, qui merito montes Bethel nuncupantur: Montes quidem propter vitæ sublimitatem; Bethel vero, id est, diuisionum propter diuersitatem graduum, & operum tam vitæ actiuæ quam contemplatiuæ, quibus vacant propter varietatem, etiam officiorum, quibus maximè Sacerdotes & ministri Ecclesiæ funguntur: nam diuisiones gratiarum sunt; etsi idem sit Christus & Dominus omnium, dicuntur etiam montes concauitatum, & conuallium propter profundam humilitatem, quam profitentur: nam quo altiores sunt coram Deo Angelis, & hominibus, eo

A humiliores, & viliores sunt in oculis suis; & aquæ gratiarum quæ de cœlo abundanter super ipsos descendunt, quia montes sunt, securæ custodiuntur in illis, quia simul conualles sunt; Psal. 67. v.
montes sunt etiam aromatum, quoniam in ipsis omnigenum aroma redolet coram Deo, nempe orationis thus, myrrha mortificationis, humilitatis gutta, & casia deuotionis, quæ in altari cordis igne charitatis cremata suffitum emittunt Deo gratissimum. Denique montes sunt Bethel; id est domus Dei, in qua agnus iste paschalis duntaxat potest immolari, & comedi, non quidem dignè ab omnibus, sed ab his qui gratia & sanctitate præditi, montes sunt. Ad hos alacer reuertitur Christus saliens sicut caprea, hinnulusque ceruorum, vt eos illuminet, & lætificet, coronet in misericordia, & miseraB tionibus, repleatque in bonis desiderium eorum, & renouet vt aquilæ iuuentutem suam: reliquos vero, qui montes sunt superbi, & elati, diuitijs, & libidinibus luxuriantes potius respuit, & transilit, quia charitate ab eo sunt diuisi, nec aromatibus redolent, sed vitijs & peccatis fœtent.

Gratias igitur agamus Christo Domino, qui talem ministris suis in Ecclesia reliquit potestatem, vt verbis ab eo præscriptis faciant eum ad terras nostras reuerti, non quidem deserendo cœlum, sed nouo, & mirabili modo per transsubstantiationem panis & vini in suam carnem & sanguinem incipiens esse in terris nobiscum; tamdiuq; ibi manet, quamdiu manent species sacramentales, quibus consumptis desinit ibi esse, & quasi ad propria regreditur, & in hac reC uertendi & discedendi vicissitudine vsque ad finem mundi constans erit, quia nunquam deerit sacrificium, nec Sacramentum istud in Ecclesia vniuersali vsque ad consummationem sæculi; licet in particularibus Ecclesijs eat, & redeat ad modum quo dictum est. Cura tamen vt talis sis mons ad quem ipse alacer reuertatur, talibus virtutum aromatibus fragrans, vt delectetur esse tecum, tali deuotione pinguis vt complaceat tibi habitare intra teipsum, iuxta illud: *Mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus, mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo.* Cant. 8. v. 14.

De Reuersione inuisibili Christi ad visitandos iustos. §. 2.

D MAGIS tamen ad mentem sponsæ videtur reuersionem efflagitare, qua Deus inuisibiliter venit ad consolandos iustos Ecclesiæ, quæ ritè comparatur montibus Bether, id est, concauitatum, & diuisionum, quia constat ex bonis & malis inter se permixtis. Hi sunt vt profundæ concauitates, illi vt montes sublimes, diuisi quidem non fide & religione, sed moribus, & meritis: à peccatoribus quidem semper est absens, à iustis autem aliquando discedere dicitur, cum illos tribulationibus & tentationibus concuti sinit, vel aliquos sensibiles gratiæ effectus negat, permittens illos desolationibus, nebulis, & internis ærumnis vexari. Tunc autem reuerti dicitur cum ab his pressuris eruit, & iucundos gratiæ affectus, & effectus elargitur, plura de hoc diximus in Exhorta-

hortatione 7. circa illud: *Ecce iste venit saliens in* A *montibus, &c.* sed ibi sermo erat de primo aduentu, seu de prima vice, qua venit: hic de regressu, seu de vicissitudine eundi & redeundi, vnde non vocatur, sed reuocatur; non ei dicitur Veni, sed Reuertere, quia postquam venerat, abire intentabat, vt notat Diuus Bernardus, aut subito abijt, ideoque anxiè postulat, vt reuertatur: intempestiuà autem hæc, & celeris reuocatio vehementis dilectionis indicium est.

De [illegible] *fusè* *lege* [illegible] *serm.* 7. [illegible] 4. *in Cant.*

Sed cur signa præbet sui recessus? aut subito abit, & recedit; sicut scriptum est: *visitas eum diluculo, & subito probas illum?* quia nimirum desiderat audire, hanc vocem, *reuertere*; ex qua plus nobis prouenit fructus, quam si nunquam abesset, *expedit* (inquit) *vobis vt ego vadam*, propter nostrum enim commodum abit, & interdum recedit à nobis, vt scilicet auidius reuocetur; & cum reuertitur, teneatur firmius, custodiatur humilius, & possideatur fructuosius: recedit vt fides examinetur, probetur spes, charitas perficiatur, crescatque feruidus orandi affectus: vnde cum reuertitur non est sine magno gratiarum fœnore; siquidem fides fit illustrior, firmior spes, & ardentior charitas, virtusque magnum recipit incrementum. Verbum enim diuinum visitans animum nunquam reuertitur vacuum; sed donis sapientiæ, & amoris plenum, vt domum quam intrat, illuminet, mundet, & perficiat, mirisque bonis repleat.

Iob. 7. *v.* 18 — *Ioan.* 16. *v.* 7 — *Isa.* 55. *v.* 11.

Vnde ex huiusmodi effectibus quos anima intra se denno experitur, sponsum ad se reuersum esse agnoscet, quod D. Bern: varijs in locis multis signis declarat, in virtute ait, qua immu- » taris, & in amore quo inflammaris illum præ- » sentem intelligè, item si sensero aperire mihi » sensum vt intelligam scripturas, aut sermonem sapientiæ, quasi ebullire intimis, aut infuso lu- » mine desuper reuelari mysteria, aut certe ex- » pandi mihi quasi quoddam largissimum cœli » gremium, vt vberiores desursum influere ani- » mo meo, meditationum imbres, non ambigo » sponsum adesse iterum. Ex motu cordis intel- » lexi præsentiam eius, & ex fuga vitiorum; car- » naliumq; compressione affectuum aduerti potentiam virtutis eius, & ex quantulacunq; emē- » datione morum meorum, expertus sum boni- » tatem mansuetudinis eius; & reformatione ac » renouatione mentis meæ percepi vtcumq; speciem decoris eius. Denique omnes contemplationis actus affectus, & excessus qui communē legem superant, signum sunt reuersionis ipsius, qui sua grata & omnipotenti præsentia eos operatur, vel mentem eleuando supra seipsam, vel ad cœlestia rapiendo, vel reuelando futura, aut detegendo secreta, vel infundendo spiritum orandi gemitibus inenarrabilibus, aut affectus iubilationis, vel audaciam & fiduciam ad mira opera patranda, vel totam denique animam in sceptrum transferendo, velut ignis qui ferrum splendens & ignitum, aut aquam ebullientem reddet, quæ omnia ipso recedente cessant, velut si ab ebullienti olla ignem subtrahas.

Serm. 75. *in Cant.* — *Serm.* 63. — *Serm.* 74.

Propter hæc ergo sponsa, amansque anima cum aliquam Dei absentiam præsentit, instanter clamat: *Reuertere: similis esto dilecte mi capreæ, hinnuloq; ceruorum super montes Bethel.* Id est, celerrimè ea velocitate, qua currit caprea hinnul'q; ceruorum per abruptas rupes, & intercisos mōres rumpens omnes difficultates, & omnia impedimenta vincens: nam breuis mora, longa illi videtur dilatio, tum ob vehementiam amoris; nam amanti tempus absentiæ, etsi modicum, satis apparet longum: tum vero ob proprium periculum, cui manet exposita cum subtrahitur illi huiusmodi gratia: quare ad cuncta reuersionis impedimenta auferenda promptam se offert, dummodo ipse reuerti dignetur.

Petit autem vt veniat tanquam caprea, visum internum acuens ad diuina mysteria cognuscenda; & tanquam hinnulus ceruorum, conferens deuotionis gratiam, hilaritatem Spiritus, & cordis promptitudinem, quia hilaritas B sine acumine visus, erit fallax, & dissoluta; acumen autem visus sine deuotione & hilaritate erit segne, pigrum, & ociosum. Cum ergo verbum diuinum sit plenum gratiæ & veritatis, orat vt veniat infundens veritatis plenitudinem, & abundantiam gratiæ; nec tamen quod reuertatur tanquam ceruus, sed tanquam hinnulus ceruorum, vt scilicet aduentu suo Spiritus renouet iuuentutem, & iuuenilem reddat vigorem, reducens eam, ad statum pristinum, quem (vt dicit Iob) habebat in diebus adolescentiæ suæ, quando secreto Deus erat in tabernaculo suo, quando lauabat pedes suos butyro, & petra fundebat illi riuos olei, vt supra explicatum est.

Vide dicta de his animalibus supra circa id similis est dilectus meus capreæ &c. — *Iob.* 29. *v.* 7

Sed miro modo eadem metaphora qua petitur celer reditus, declaratur etiam qualitas & C modus illius. Etenim capreę silnestris & hinnuli ceruini ratus est intuitus in montibus; quia latebras amant, sed delectabilis valde cum intueri contingit eos salientes per montes & transilientes colles: sic etiam in hac peregrinatione sæpius se abscondit sponsus, & rarius se manifestat, heu rara hora, & breuis mora, inquit Diuus Bernard: nam & *modicum videbitis me, & iterum modicum non videbitis me.* Sed quod modicum est meritis longum est votis; at quantumuis sit longum, ipsa hilaritas regressus tardam moram recompensat.

Io. 16. *v.* 16.

De multiplici desiderio quo sponsus visitat & alios. §. 3.

SED in alium sensum à præcedenti longè diuersum attingamus, quo sponsa non sibi soli D huiusmodi reuersionem, & visitationem exoptat, & efflagitat, sed etiam alijs; quod clarius exprimunt verba capitis octaui. *Fuge dilecte mi, assimilare &c.* Huiusmodi autem desiderium ex triplici potissimum radice seu affectu promanare potest, primò quidem ex affectu profundę humilitatis, quo impulsus D. Petrus dixit Christo Domino, *exi à me, quia homo peccator sum Domine*, & Centurio. *Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum*: aut secundo ex affectu ardentis charitatis quo non suam, sed maiorem Dei gloriam in omnibus concupiscit. Ex vtroque autem simul affectu præmota anima, quæ stupenda dona recepit à Deo, dicit illi; fuge dilecte mi, & reuertere ad alios, quibus hæc dona conferto, quoniam ego non sum digna illis, alij

Luc. 5. *v.* 8. — *Mat.* 8. *v.* 8

vero

vero melius vtentur eis, quo tua gloria magis increscat, fuge à me, quæ misera sum, nec tanti regis digna consortio, vade & reuertere ad mōtes aromatū, & Bethel, ad insignes sanctos domus tuæ, cum quibus dignè conuersaberis, & ipsi vberius proficient donis à te acceptis? Quod vt notat Beda, non optando dicit: (quis enim eum diligit, & à sua fugare præsentia velit?) Sed eius potius voluntati se conformando, memor consuetudinis ipsius, qui his vicissitudinibus gaudet, & nunc hos inuisere, nunc alios libet; modo ad hos reuerti, postea ad alios fugere: memor etiam propriæ conditionis, quia dum peregrinatur, illum iugiter videre, eiusq; amabili præsentia continuo frui non valeat: charitas etiam quæ non est liuida, nec tantum quærit quæ sua sunt, eadem alijs communicari desiderat, cum aliorum bona reputet tanquam propria; propter hæc ergo ait, fuge, & reuertere dilecte mi, vt alios inuisas, ita tamen vt me tua gratia non destituas, Imo sicut Moyses libenter tulit quod auferretur de spiritu suo, vt tribueretur Septuaginta senioribus, quia ad regimen populi hoc magis expediebat, & ministro suo Iosue, qui duos seniores prophetantes prohibebat, respondit: *Quid æmularis pro me? Quis tribuat vt omnis populus prophetet, & det Dominus spiritum suum?* Ita etiam qui ardenter Deum amat, cui Deus per varias gratias gratis datas semper est præsens, libenter dicit illi, fuge à me Domine, tribue, si placet, has gratias alijs, si ita expedit ad maiorem Ecclesiæ, proximorumque vtilitatem; reuertere ad montes Bethel, quibus has gratias distribuas, dummodo semper inhæreas mihi, & ego tibi.

In Cant. 8. v. 14.

Numer. 11. v. 25. & 29.

Aliquando etiam tanta mens repletur diuinæ dulcedinis plenitudine, vt vix illam capere potens dicat; Satis est Domine, reuertere ad alios, ne disrumpar, quia tantam plenitudinem capere non valeo: sed aliquando desiderium istud vehementius procedit ex zelo salutis animarum, quæ sub nostra sunt custodia; vnde ad prælatos, & prædicatores maximè spectat; sponsa enim solicita sui gregis, qui sub cura sponsi erat, & ad ipsam etiam pertinebat, dicit illi: ô Pastor mi, qui pascis inter lilia: *donec aspiret dies & inclinentur vmbra, reuertere*, ad greges vt pascas illos, & curam illorum agas: ex tua enim longa absentia non modicum patientur detrimentum. Reuertere ergo celeriter sicut caprea, hinnulusque ceruorum ad montes Bethel, montes vberrimos, montes aromatum, & odorum, in quibus lilia, flores, herbæ, & pascua sunt copiosa & pinguia: pasce electos tuos in hisce montibus scripturarum, sacramentorum, mysteriorum ac mandatorum tuorum; pastum congruum vnicuique tribuens, vt sublimes coram te sint sanctitatis & sapientiæ montes. Ardens igitur charitas, & vehemens zelus sponsam Christi vrget, vt ipsum oret, & enixè petat quod innumeros proximos inuisat, peccatores conuertat, tristes consoletur, excitet tepidos, corroboret imbecilles, auxilietur afflictis, & dona suæ gratiæ largiatur multis, qui similiter ac ipsa dicant, *dilectus meus mihi, & ego illi*: dixerat Christus sponsæ vt Prælatorum, & Concionatorum personam gerit, *sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & fac me audire vocem tuam*. Respondet ipsa, hanc gratissi-

Sensus magis literalis.

mam illi emittens vocem ... reuertere ad peccatores, & ... omnes visitans, & tangens corda ... viamque nobis aperiens, vt vox nostra ... illis; quia si tu nobiscum reuertaris ad ..., inanis erit prædicatio nostra, & incassus labor noster: vel, vt D. Ansel. interpretatur, ipsa Ecclesia, quæ omnium est mater, & sollicitudine ... gerit, à Deo petit vt reuertatur ad Prædicatores ipsos, ... mittit, vt euangelizantibus det virtutem multam, qua alios ad Deum reducant, in vitamque perducant æternam. Amen.

EXHORTATIO XLI.

De reuersione inuisibili Christi prope finem mundi ad conuertendos Iudæos, & gentes ab Antichristo deceptas: & de duobus testibus Elia & Enoch qui eius aduentum prædicabunt, & repræsentant eos qui eum modo prædicant.

Pro Dom. Aduentus & 24. Pentecost.

Reuertere similis, &c.

CVM Ecclesia Christi sponsa probè nouerit maius gaudium esse in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia, sponsumq; suum de cœlis, ad terram venisse, vocare non iustos, sed peccatores ad pœnitentiam; hinc est vehementissimè sitire eorum cōuersionem, quæ inde originem capit, vt Deus qui auerterat faciem suam ab eis, reuertatur ad inspiciendum illos oculis misericordiæ suæ, & qui ab eis discesserat propter peccatum, reuertatur ad auxiliandum illis, vt resipiscant, & in pristinam restituantur amicitiam: & iuxta hunc sensum interpretantur multi patres hanc Ecclesiæ deprecationem; *Reuertere: similis esto dilecte mi capreæ, hinnuloq; ceruorum super montes Bethel.* Vt sc. vehementer imploret reuersionem Christi ad conuertendos peccatores, maximè autem gentes, quæ in sui exordio valde illam vexabant, & per idololatriæ innumera vitia dissectæ erant: nunc etiam ab eo petit vt reuertatur ad conuertendos Iudæos, quos propter eorum perfidiam merito deseruit, qui tue vocantur montes Bethel, seu diuisionum, vel cauitatum, quia elati sunt, superbi, & duro corde, diuisi, ac dispersi per vniuersum orbem, quia se ipsos diuiserunt, ac separarunt à vero pastore Christo, in variasq; errorum & vitiorum profundas cauitates demersi sunt. Petit ergo tanquam pia mater vt ad ... omnes peccatores conuertendos reuertatur tanquam caprea, hinnulusque ceruorum illuminans mentem eorum excæcatam, superbiam conterens, molliens duritiem, serpentes peccatorum è cauernis cordium expellens, deuorans, & consumens: quod sic explicat Diuus Gregorius Nyssenus. Vide vt capreas, tu qui aspicis cogitationes hominum, tu qui cordium legis disceptationes dele peccati generationem, sicut hinnulus delet serpentes. Vides canos montes vitæ humanæ, quorum ea quæ assurgunt non sunt vertices, sed valles: quidquid enim extollitur aduersus veritatem est barathrum,

Luc. 15. v. 7.

Luc. 5. Matt. 9. v. 13.

Hom. 5. in Cant.

...rum, & n... ons, concauitas, & non assurgens fastigium: ergo ad hæc verbum accurrente, omnis vallis implebitur, & omnis mons humili... humiliabitur; hæc Nyssenus; sed plura de hac metaphora in superioribus dicta sunt. Si ergo Sathanas semel ab anima eiectus, saragit reuerti in domum vnde exiuit, adducens secum septem spiritus nequiores se, quid quod Ecclesia conspiciens Deum ab animabus per peccatum expulsum, instanter precetur, vt reuertatur ad domos vnde exiuit, adducens secum septem dona Spiritus sancti, cunctasque virtutes, quibus errores pellantur & vitia: instat autem vt celeriter reuertatur, quia quo plus differtur, eo amplius peccatum radicatur, & ... atque difficilior ex parte peccatoris ... us Christi redditur.

De reuersione Christi ad conuertendas reliquias Israel.

...3. v. 1. SED amori, & potentiæ Christi nihil est difficile, qui à cœlis iterum reuersus est in terram vt Saulum conuerteret, & in ictu oculi ex persecutore Apostolum faceret. orationemque Ecclesiæ exaudiens, sæpius inuisibiliter reuertitur, vt peccatores ad se trahat, & prope finem mundi ad conuertendas reliquias Israel similiter adueniet: nam si fuerit populus Israel quasi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo: quoniam *reuertar* (inquit per Zachariam) *ad Ierusalem in misericordia:* miserebitur enim illius populi à quo iustissima ira auersus erat, & reuertetur vt propitietur ei, & imprimet illi cor fidele, sanum, & sanctum, quod habuerunt patres eius.

Isa. 10. v. 17 ... 9. v. 27 Zach. 1. v. 16

Ait autem; *donec aspirat dies, & inclinentur vmbræ reuertere:* quoniam solum tempus huius vitæ præfixum est pœnitentiæ, & conuersioni peccatorum; & quicunque in hoc tempore non reuersi fuerint ad Dominum, nec Dominus ad illos, in æternum peribunt: idcoque Ecclesia antequam dies sæculi finiantur, conuersationem Iudæorum efflagitat; nouit enim quod vaticinatum est, ab Osea Propheta, multos dies futuros filios Israel sine Rege, sine lege, & sine sacrificiis; reuersuros tamen ad Dominum in nouissimu dierum, non tamen sine stupore, & ingenti admiratione immensæ misericordiæ, qui tam diu expectauit gentem illam, & in nouissimo tamen misertus eius, reuersus est, vt reconciliaret eam sibi.

... Pa... cui ... interpreta... ... dã.

Sed quis non pauescat considerans stupenda Dei iudicia, qui prope finem mundi reuertetur ad conuertendos filios Israel, quos tamen in primo suo aduentu, & si maxime propter illos venerit, permisit indurari? est autem adeo horrenda hæc induratio, vt cum reuelanda esset Isaiæ, oportuit prius audisse voces Seraphinorum coram Deo in excelso throno sedente dicentium, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum*, quasi testantes omne Dei decretum esse sanctum & iustum; etiam hoc, quo inquit, *excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videat oculis suis & auribus suis audiat, & corde suo credat, & conuertatur, & sanem eum:* quæ verba vt

Isai. 6. v. 3. & 10.

testatur Diuus Ioannes, dixit Isaias, quando vidit gloriam Christi, & locutus est de eo. Ingrediamur ergo paululum, sed cum timore & tremore in hanc diuinorum iudiciorum abyssum, & causam, si qua est, exquiramus, cur Iudæi, qui in primo aduentu indurati sunt, & excæcati prope secundum, sunt conuertendi? scimus quidem duos Christi aduentus visibiles, nempe, ad redimendum mundum, & ad iudicandum, fortissima omnium esse tela ad expugnandum peccatorum corda: ille amorem excitat, iste terrorem incutit. ille suauior, quia Dei misericordiam commendat, & exemplo virtutis à Christo præstito allicit: iste duris corde efficacior, quia terribilem iustitiam, & potestatem Christi patefacit. Vnde diuites, sapientes, & magnates superbi, & elati qui priore non excitantur, posteriore terrentur, & mollifiunt: quare Diuus Paulus vtroque vtebatur ad peccatores excitandos, sed vehementius secundo; sicut cum Atheniensibus dixit, *nunc annunciat* (scilicet Deus) *hominibus vt omnes vbique pœnitentiam agant, eo quod statuit diem in quo iudicaturus est orbem in æquitate, in viro quo statuit*, id est per virum, quem iudicem esse decreuit viuorum & mortuorum: vnde quamuis staret coram Præside Felice tanquam reus, ita disputauit de iudicio futuro, vt Felix tremefactus fuerit.

Io. 12. v. 41

Cur Iudæi obdurati in primo aduentu, & conuertentur prope secundum.

Act. 17. v. 30. Act. 10. v. 42. Act. 24. v. 26.

Hinc ergo deducere possumus rationem, cur Iudæi obdurati sint in primo Christi Aduentu, & tamen conuertentur cum prope fuerit secundus: cum enim essent superbiæ, auaritiæ, & inani hominum gloriæ inhiantes, contempserunt Christi paupertatem, & humilitatem, qua potius excæcati sunt, ne eum agnoscerent, at cum Enoch, & Elias venerint ad prædicandum contra Antichristum: demonstrabunt illis ex scripturis Messiam iam venisse ad redimendum eos, & si pauper & humilis venerit; instare tamen iam iam secundum eius aduentum cum potestate magna, & maiestate, sicut prædictum erat à Prophetis, ad iudicandum mundum, & reddendum vnicuique iuxta opera sua; & hoc terrore concussi incipient ad Christum conuerti.

De Enoch & Helia, qui prædicabunt Aduentum Christi ad iudicium. §. 2.

SED iam quos Prædicatores præmiserit Christus ad annunciandum secundum suum aduentum iam instantem; declaremus; quorum mentionem fecit Diuus Ioannes in Apocalypsi dicens: *dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis, & sexaginta amicti saccis:* id est, dabo vim & virtutem, vt prophetent; quem locum plures Patres de Enoch, & Helia interpretantur. Cum enim Antichristus maximum exercitum, & hominum cœtum sibi aggregaturus sit ex gentibus & ex Hebræis, voluit Deus hos duos testes, & Concionatores contra illum mittere, vt vtramque nationem ad Christum reducerent. Enoch quidem, qui in lege naturæ degnit, maximè destinatur propter gentium conuersionem, sicut expresse testatur Ecclesiasticus dicens: *Enoch placuit Deo, & translatus est in paradisum, vt det*

Apoc. 11. v. 3. D. Ambro. Rychard. D. Tho. & alij quos citant Ribera ibi & Suarez 2. to. in 3. p. disp. 55. sect. 2.

Eccl. 44. v. 15.

contra Antichristum venturus est, vtrumque hunc Christi aduentum prædicabit, vt conuertat Israelitas, & vtrumque prędicare debent qui voluerint conuertere peccatores, ne ventura ira eos comprehendat: & ne fortè (Inquit Dominus) cum venero, *percutiam terram anathemate:* quo anathemate nisi eo, quod in æternum separat à Christo? Anathema est vox illa tremenda: *discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & Angelis eius:* aut, illa discedite à me qui operamini iniquitatem: vel illa auertatur impius, & non videat gloriam Domini. Hoc anathema animam & corpus igni inextinguibili tradet, in infernum detrudet, à cœlestique gloria, & consortio Sanctorum separabit in æternum. Quis ergo non timebit hunc Christi aduentum? quis non per pœnitentiam se præparabit ad illum? quis non audiet duos testes, annunciantes eum, vt fugiamus à ventura ira? & ab hoc anathemate sempiterno, quia in próximo est vnicuique, nam qua hora non putatis, filius hominis veniet? sed quoniam Concionatorum verba non sufficiunt ad expugnanda peccatorum corda, ideo ait Dominus; *dabo duobus testibus meis & prophetabunt:* id est, dabo eis vim, virtutem, & efficaciam, vt testificentur, & prædicent aduentum meum. Vocat autem hoc prophetare, quoniam quod annunciat, certissimè futurū est: certissimè enim morieris, certissimeque veniet Filius hominis ad iudicandum te; sed Ipsemet Christus hanc Prædicatoribus virtutem conferre debet, illisque adesse, vt peccatorum immutent corda, propter quod sponsa clamat ad Ipsum, *reuertere*, ò dilecte mi, & veni tu ipse inuisibiliter cum operarijs tuis, vt viam tibi parent in cordib. delinquentium: reuertere ad illos vnde per peccatum expulsus es, quia non vis mortem peccatoris, nec velles ab eo perpetuò abesse: *similis esto capreæ, hinnuloq; ceruorum super montes Bethel*. Esto in Prædicatoribus tuis qui montes sunt domus tuæ, tanquam caprea tribuens eis acumen visus, & sapientiam, & tanquam hinnulus ceruorū, largiens illis gratiam; & loquendi suauitatē, at efficaciam, vt peccatorum corda præparent, ad pœnitentiamq; inducāt, vt tu in illos reuerti possis, & habitare in eis.

Audiant ergo hæc Concionatores, audiant etiam & peccatores, illi quidem vt apta sint instrumenta ad hanc Christi reuersionem in peccatores, accelerandā. Fulgeant vitæ sanctitate, & sapientia sicut duo isti testes Enoch & Helias, vt sint testes omni acceptione maiores, nulla macula notati, qua eorum labefactetur testimonium; sint vt Enoch de quo dicit Ecclesiasticus. *Nemo natus est in terra qualis Enoch, nam & ipse receptus est à terra*, quia scilicet non erat homo terrenus, sed cœlestis: sint etiam vt Helias, de quo dixit Machabæorum pater: *Helias dum zelat zelum legis, receptus est in cœlum*, tam insignis enim zelus cœlestem indicabat vitam, & cœli habitatione dignam: prædicent etiam (sicut dicit D. Ioan.) amicti saccis, vt pœnitentiam quam ore suadēt; opere ipso ostendant: quod si isti duo viri & si tunc sint de sua gloria, & victoria securi, nec carnis passionib. vexentur, adhuc se amiciunt saccis, vt exemplo sint peccatoribus; quanto ergo magis nos, quorum victoria est anceps, & caro rebellis propter quod dicebat Apostolus: *castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprob⁹ efficiar.* Et sicut hi duo testes tres annos & dimidium magno feruore & constantia prædicarunt, donec ab Antichristo occisi sunt, non timentes, nec respuentes mortem vt ministerium suum dignè consummarēt; sic etiam ipsi feruenter & constanter omni tempore sibi à Deo præscripto (quod longum non erit, maxime si æternitati comparetur) verbum Dei prædicent, opportunè & importunè, arguant, obsecrent, increpent in omni patientia, donec si opus fuerit, mortem pro Christo subeant; suo enim tempore, (sicut de duobus testibus dicitur) Dominus suscitabit eos, & in cœlum cum ingenti gloria deducet illos.

Mat. 25. v. 41. Matth. 7. v. 23. Esa. 26. v. 10. Eccl. 49. v. 16. 1. Mach. 2. v. 59. Apoc. 11. v. 3. 1. Cor. 9. v. 27.

Audiant etiam hæc peccatores, vt tempestiue se ad iudicium præparent, Dei testibus ac concionatoribus assentiantur, & ita paueant Dei iustitiam, vt etiam tantam Dei admirentur benignitatem, quod cum Ignominiosè à peccatoribus è sua domo sit eiectus, paratus tamen est reuerti ad illos, valdeq; delectatur cum gementium vocem audit dicentium et, *reuertere*, quod stupenda quadam visione beato Carpo demonstratum est, qui vt refert D. Dionysius, vidit Dominum Iesum de sede cœli consurgentem, & comitantibus Angelis descendere ad quosdam peccatores infideles. Prope os putei abyssi existentes, mos quasi lapsuros, porrexisseque clementissimam manum ne laberentur: & Carpo, qui lapsum desiderabat, dixisse: percute aduersus me, paratus enim sum iterum pro saluandis hominib. pati; gratum mihi istud est, dum non alij homines pereant. O mira diuinæ charitatis dignatio? ò stupēda Christi erga peccatores misericordia? quis veniam desperet, qui talia eum & facientem, & loquentem meditatur? Sed tamen quo magis stupenda Christi benignitas, eo magis execranda duritia eorum; qui ea abutuntur, & obdurato corde conuerti renuunt ad eum qui paratus est reuerti vt ipsos recipiat; vtinam omnes ei subdantur, vt vitam consequantur æternam, Amen.

Notanda visio Epist. 8. ad Demophilum.

EXHORTATIO XLII.

De reuersione Christi ad vltimum iudicium; & de postremo regressu cum electis in cælum empyreum.

Reuertere, &c.

QVONIAM malitia hominum increscit, & vndique diræ persecutionum procellæ Ecclesiam vexant, Christusq; se iterum reuersurū ad iudicandum mundum promisit: hanc secundam reuersionem vt D. Greg. D. Bern. alijq; Patres testantur, efflagitat sponsa cum ait: *reuertere, similis esto dilecte mi, capreæ, hinnuloq; ceruorum super montes Bethel*, possunt autem hæc verba referri vel ad sponsam, quæ in cœlis est, vel ad eam quę est in terris.

In hunc locum. Bern. 73. in Cant.

Qua ratione Ecclesia & Iusti desiderent, & petant Dei aduentum ad iudicium. §. I.

SED ante omnia perpendendum est; cur Ecclesia hanc reuersionem celeriter fieri petat,

Isai. 1. 24 supra citata: *Heu consolabor de hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis.* Nam iuxta aliquorum placitum voa heu, si textum hebtæum attendas, non est gemenris, sed insultantis, vt ah: sed quidqurd de hoc sit, verbum consolabor hoc denotat, sensus enim est, heu quia peccata vestra ita excreuerunt, vt iam sit mihi solatium & leuamen vindicari de vobis: quod clarius expressit per Ezechielem dicens: *Compleho furorem meum, & requiescere faciam indignationem meam, & consolationem accipiam; & scient, quia ego Dominus locutus sum.* Ecce causam consolationis, & lætitiæ, vt omnes sciant quia Deus est iustus iudex, & quod sicut promisit, & minitatus est vindictam de peccatis, ita explet, & adhuc clarius in Deuteronomio Moyses contra populum rebellem ait: *ficut ante latatus est Dominus super vos, bene vobis faciens, vosq; multiplicans: sic latabitur disperdens vos, atq; subuertens vt auferamini de terra, &c.* & per Salomonem referens qua uor ingentia beneficia peccatoribus præstita, & ab ipsis spreta, sic ait; *quia vocaui,* sc. ad pœnitentiam, *& renuistis: extendi manum meam,* offerens vobis auxilium ad bene operandum, & extendens manus meas in cruce ad vos amplexandum, si ad me venire voluissetis, *& non fuit qui asp ceret, despexistis omne consilium meum,* quo sc. vos instruebam de agendis, *& increpationes meas neglexistis,* quibus vos retrahebam à peccatis. *Ea quoq; in interitu vestro ridebo, & subsannabo cum vobis, id quod timebatis aduenerit:* id est, ergo exultabo, irridebo, & subsannabo vos, & ridiculos esse ostendam cum à rea iustitia aduenerit vobis repentina calamitas, & supplicium æternum, quod omnibus miserijs est miserabilius.

Sedet ergo Christus in throno magno & candido cum iustitia, & tranquillitate iudicaturus: de illo enim scriptum est: *tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicabis,* & cum maxima æquitate sine vlla acceptione personarum, vel intercessione, nec in illo extremo iudicio vllus preces admittet vt vel minimum à iustitia deflectat: & ad hoc significandum subdit D. Ioannes; cœlum & terram fugere à conspectu iudicis; fugere autem idem est quod non apparere, & quasi se abscondere, & ab officio cessare: omnes ergo habitatores cœli, cuiusmodi fuerunt semper Angeli; & omnes etiam homines qui incolæ fuerunt terræ, quantumuis sint sancti, & alias pij, ac patroni fuerint peccatorum; tunc totam iudice erunt, quasi non essent ad patrocinandum vel orandum pro illis, nec Angeli Custodes tunc patrocinabuntur peccatoribus, nec beati orabunt pro ipsis, nec ipsa beatissima Virgo pro vllo intercedet, sed hi omnes quasi fugient, & non comparebunt quantum ad hoc munus intercedendi, sed iudicium erit integerrimum, & iustissimum iuxta merita cuiuscunq; quia iam intercessionis tempus pertransijt, nec vllus erit aduocatus & patronus, nisi propria cuiusq; conscientia bonis operibus ornata; qnibus si careat, actum est de illa.

Vnde subiungit Ioannes: *& vidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni,* id est, tam prouectos ætate, quam infantes, qui ante rationis vsum defuncti sunt: omnes enim comparebunt, & stabunt ante tribunal Christi. Omnes etiam & si magni sunt sanctitate, aut etiam pusilli virtute, vel sine illa; nam iusti & iniusti comparebunt, dicuntur autem stare, tanquam iudicandi; quia solus Christus sedebit tanquam iudex. Nam licet de Apostolis dicatur, *sedebitis super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel,* ad significandam peculiarem eorum dignitatem, & securitatem, ac præcellentiam in illo iudicio; tamen quatenus sententia ad illos etiam extenditur, stare dicuntur: iuxta illud Pauli; *omnes stabimus ante tribunal Christi.*

Matth. 19. v. 28. Luc. 22. v. 30.

Rom. 14. v. 10.

Tunc autem fiet iudicium; nam subdit; *Et libri aperti sunt, & alius liber apertus est vitæ: & iudicati sunt mortui ex his qua scripta erant in libris secundum opera ipsorum.* Nam sicut iudex humanus facta, & lites subditorum iudicat, iuxta id quod in libris legum continetur: ita Christus Dominus qui clare & euidenter scit omnia hominum opera, eaque mundo propalabit de illis, vt ait Beda, secundum ea quæ continentur in libris sacræ Scripturæ; in qua sunt præcepta decalogi, per quæ iudicandi sunt omnes homines: præcepta legis veteris, per quæ iudicabuntur Iudæi qui sub illa lege vixerunt, & præcepta legis nouæ, & Euangelicæ, iuxta quæ iudicandi etiam sunt Christicolæ. Ad has autem leges traducuntur omnes leges humanæ iustæ, ex illis suo tempore deductæ, quas homines tunc legebant. Cuius ergo opera inuenta fuerint his libris conformia mercedem recipient, reliqui transgressores pœnas dabunt. Fit autem mentio libri vitæ, qui catalogus est eorum qui prædestinati sunt, vel qui efficaciter sunt vocati ad gratiam; vt huius manifestatio patefaciat infinitam Dei misericordiam, & efficaciam suæ gratiæ, cui illi cooperati sunt, peccatores vero restiterunt nolentes eam accipere, vel acceptam reijcientes.

Apertis autem his libris fit disceptatio, & disputatio iudicis cum hominibus, quam Christus refert in parabola regis, simul proferendo sententiam, & rationem illius, inculcabit enim reprobos dicens: *esuriui, & non dedistis mihi manducare sitiui, & non dedistis mihi potum &c.* iuba udi hic cui præcepi vobis in lege. Illi antem respondebunt: *Domine quando te vidimus esurientem, & sitientem &c. Et non ministrauimus tibi* quibus dicet rea, *quando non fecistis vni de minoribus his* (ostendet enim ill s tunc iustos, qui fuerunt paupetes, & necessitatibus oppressi) *nec mihi fecistis.* Ideoque iuste condemnamnt in ignem æternum, qui paratus est D abolo, & angelis eius.

Matth. 25. v. 34.

Hæc est disceptatio quam vaticinatus est Ioel dicens. *Ecce in diebus illis, & in tempore illo cum conuertero captiuitatem Iuda & Ierusalem.* Id est, postquam reliquias Israel ad me conuertero, iuxta dicta in præcedenti exhortatione tunc *congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat, & disceptabo cum eis.* Chaldæus sic vertit: *deducam eas in vallem diuisionis iudicij,* in ea enim valle futurum est iudicium, & diuidendi sunt electi à reprobis: illi tanquam montes eleuabuntur in altum, & rapientur in aerem obuiam Christo Domino; isti tanquam minores remanebunt in profunda valle, tunc autem Christus Dominus disceptans cum eis, auditis omnium responsis, tandem in æternum separabit bonos à malis, & hos omnino eonteret, & penitus disperdet. Vnde mox subdit Ioel:

Ioel. 3. v. 1.

Ioel 3. v. 2. Ribera ibi Doctores adducto pro hac expositione.

Ezech. 5. v. 3. Deut. 28. v 63. Prou. 1. v. 24. Sap. 12. v. 18.

Nnn a populi

populi in valle concisionis, id est, innumeri populi in ea valle concidentur. Nam à maiori reproborum multitudine hanc sumit denominationem. Cuncta hæc complectitur sponsæ comparatio; significans Christum reuersurum cum eadem natura, quam assumpsit à nobis, sed cum magna scientia ad iudicandum, cum ingenti; potestate, & hilaritate ad celeriter exequendũ sententiam latam, siue pro iustis, siue contra peccatores.

Vtrumque etiam denotant illa verba: *similis est capreæ, hinnuloq; ceruorum*, id est, veni in ea forma, qua primo ad nos venisti, s. in carne assumpta à Synagoga, quæ significatur per capream; & à progenitoribus tuis, qui dicuntur cerui esto etiam similis capreæ per acumen visus, vt hominum conscientias discernas, tribuasque vnicuique iuxta opera sua; & hinnulo ceruorum per hilaritatem cito venenosos penitus perimens serpentes, & bello quo nos oppugnant, finem imponens. Sed de his verbis plura superius diximus.

in exhortatione 9.

Confirmantur dicta ex parabola, Nobilis, qui abijt accipere sibi regnum, & reuerti. § 3.

SEd placet hæc confirmare parabola à Christo Domino ad hunc finem expresse nobis apposita dum ascenderet Ierusalem, vt moreretur ibi. *Eo quod homines existimarent quod confestim regnum Dei manifestaretur*, id est, quod Christus venturus erat, tunc cum magna põpa & maiestate. Vt autem eos ab hoc errore deduceret ait: *homo quidam nobilis, abijt in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti*: ecce promissio eius quod sponsa petit, nempe reuersionem post regnum acceptum, insinuatur tamen quis est qui abijt, quo, ad quid, eius reuersio, & quid antea, & post futurum sit. Et in primis Christus Dominus, vocatur *homo quidam* qua phrasi vtimur ad exprimendum aliquem vel satis notum omnibus, vel omnino ignotum. At Christo nihil est notius, quia opera ipsius illum manifestum fecerunt: & tamen vnio eius hypostatica diuinæ naturæ, & humanæ ignota est, & incomprehensa; quia posuit nubes latibulum suum. Vocatur autem homo nobilis est, claro genere natus, quia vt Deus vnigenitus est patris; vt homo, ex matre Virgine, & ex regia progenie Dauidis descendens: cuius præclara virtutis facinora eum nobilissimum constituerunt. At per mortem crucis abijt in regionem longinquam, cum post resurrectionem ascendet in cœlum; in locum cœlestis beatitudinis, vitæ immortalis & æternæ, quæ longissimè distabat ab hac regione mortalitatis, in qua nos degimus. Abijt autem accipere sibi regnum, id est possessionem regni, quod sibi debebant, tum titulo hæreditatis, quia filius Dei naturalis; tum ex meritu passionis, quia oportebat Christum pati & ita intrare in gloriam suam. Et si autem accepit possessionem sibi, non tamen sibi soli, sed cum potestate trãsferendi etiam illud in membra sua, & fratres suos, filios adoptiuos patris sui: iuxta illud: *qui eripuit nos de potestate tenebrarum harum: & transtulit in regnum filij dilectionis suæ.* Vnde in postremo iudicio illis dicturus est: *venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi*: & ideo addidit, quod abijt accipere regnum, & reuerti, scilicet ad iudicium exercendum, vt fideles & iustos acciperet ad se ipsum in regno suo. Quod etiam Angeli prædixerunt Apostolis, postquam Saluator in cœlos ascendit; *hic Iesus* (inquiunt) *qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum*, memores autem oportet esse eius quod agendum iniunxit interim dum reuertitur, quod sic parabola explicat. Vocans enim decem seruos suos, id est omnes qui denario numero designantur, dedit illis decem mnas; vnam singulis, (mna autem fidem, legem, & reliqua nostræ salutis, media comprehendit) tunc ait illis, *negotiamini*, id est non sitis ociosi, sed lucramini & augete dona ista bene vtendo illis. *Dum venio.* Quid est, dum venio. Quod sponsa ait: *donec aspiret dies, & inclinentur vmbra*, id est, quamdiu mundus durauerit, & luna ad vltimum plenilunium venerit, vel quamdiu aspirauerit vobis vita; & donec veniat mors, & negotiandi finis, & reuertar ego ad exigendam à vobis rationem negotiationis vestræ. Sed quamuis ego abeam in regionem longinquam, tempus tamen reuertendi nõ est valde longinquum, sed breue, propinquum, & incertum; quia, *qua hora non putatis filius hominis veniet.* Quæ ergo est vestra oscitantia, & segnities, qui temporalia & carnalia multiplicare, & augere curatis, & tamen spiritualia negligitis, & sepulta tenetis? Negotiamini ait, bene vtendo mnis & donis Dei acceptis: quia quantumque diuitias, honores, & terrena bona acquiratis, non est hoc negotiari, sed otiari, si æternorum obliuiscimini. Vnde Apostolus inquit: *rogamus fratres, vt abundetis magis, & operam detis, vt quieti sitis, & vestrum negotium agatis.* Hoc autem est vnicum negocium, quod vestrum dici debet, salutem animæ, ac vitam æternam lucrari. Quod cito apparebit, cum Dominus reuersus ad iudicium fuerit.

Luc. 19. v. 11 — *D. Basil. & D. Cyrill. ita interpretantur apud D. Thom. in catena.* — *Ioa. 7. v. 14* — *Luc. 24. v. 26.* — *Col. 1. v. 13* — *Matth. 25. v. 34.* — *Act. 1. v.* — *Luc. 12. v. 40.* — *1. Thess. 4. v. 11.*

Sed interim quid inquit parabola? *ciues autem eius oderant eum, & miserunt legationem post ipsum dicentes, nolumus hunc regnare super nos.* Distinguit seruos à ciuibus. Seruos vocat eos, qui per fidem eius obsequio mancipati sunt; legemque Euangelicam seruare conantur. Ciues autem vocat Iudæos, ex quibus descendit secundum carnem, & cum eis commoratus est; qui Christum odio habuerunt gratis, & coram Pilato dixerunt: *non habemus regem nisi Cæsarem.* Hi postquam Dominus ascendit in cœlos, miserunt legationem, non verbis, sed factis, sæuissimam excitantes persecutionem contra Christi fidem, & legem, & aduersus discipulos eius; regnum ipsius euertere conantes. Eamdem etiam iniquam legationem miserunt, & mittunt hæresiarchæ, qui etiam dicuntur Christi ciues, quia eum verbis quidem confitentur, sed veram ipsius fidem, & legem acriter oppugnant, & demoliri satagunt: ideoque superius vulpes vocantur, quæ demoliuntur vineas: vnde & factis dicunt: *Nolumus hunc regnare super nos*: hunc, inquam, Christum, quem Ecclesia Romana confitetur hunc, quem veri Apostoli, & Prophetæ prædicauerunt; hunc cuius mores, & insignes proprietates antiqua concilia, & veteres patres tradidere. Non

Christum, quem nos fingimus, A esse, verum tamen non sit nisi Christus, & Antichristus.

Ergo has lucubrationes Ecclesiæ, Christi vehementer expectæsa, eius regressum desiderat, & amat: *reuertere similis esto dilecte mi, capreæ hinnuloq; ceruorum.* Ascendisti Domine in cœlos, regnum, & reuerti, sed ciues tui conspirauerunt contra te, & regni partem, quam reliquisti, demoliri conantur: reuertere ad rebelles ciues comprimendos, & ad fideles seruos remunerandos vt completum, & omnino fiat regnum tuũ. Hoc ipsum quotidie petimus in oratione Dominica, Matth. 6. dicimus: *adueniat regnum tuum.* Attende (inquit D. Hieronymus) quod grandis audaciæ sit, Ibidem 10. & conscientiæ regnum Dei postulare, & iudicium non timere; sed non desunt in Ecclesia B multi, quibus hanc audaciam præstat pura conscientia, & immaculata vita.

Quatuor sortes iudicandorum hac parabola designari. §. 4.

QVOMODO autem Deus hanc exaudiat precationem, parabola ostendit dicens: *& dictum est vt rediret accepto regno: & iussit vocari seruos suos, quibus dedit pecuniam, vt sciret quantum quisque negotiatus esset.* Factum esse inquit, ad significandum quod infallibiliter futurum est, & cito futurum, tunc autem Angelorum ministerio iubebit omnes ad iudicium venire: non vt ipse de nouo sciat quantum quisq; negotiatus sit, cum nunquam id ignorauerit, sed omnia nuda, & aperta sunt, ac fuerunt oculis eius; sed vt id scire C faciat, & vniuerso mundo manifestet. Quatuor autem sortes hominum in hac parabola insinuantur. Quidam, qui fidenter dicunt, Domine mna tua fecit decem vel quinque mnas: quibus Dominus ait: Euge, serue bone quia in modico fuisti fidelis, esto super decẽ, vel quinq; ciuitates. Et hi sunt iusti, qui bene vsi sunt, donis acceptis humiliter attribuentes lucra & merita sua, non sibi, sed diuinæ gratiæ, quamuis eius coniunxerint propriam industriam, iuxta formam à D. Paulo præscriptam cum ait: *abundantius illis omnibus laboraui, non autem ego, sed gratia Dei mecum.* Illis autem tam superabundans elargitur præmium, maius aut minus pro meritorum quantitate, quantum decem vel quinque ciuitates superant valorem vnius mnæ; quia incomparabiliter æterna merces laborem excedit D temporalem. Alij verò instar pigri serui mnam positam habent in sudario, nihil cum ea lucrantes; & hi sunt, qui fidem habent, sed mortuam, & mortuorum sudario inuolutam, & sepultam: non operantes, quæ fides dictat, & lex præcipit, ideoque donis acceptis spoliabuntur, & insuper in ignem mittentur æternum; quia *esuriui* (inquit) *& non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi bibere, &c.* Matth. 25. v. 35. si autem ita seuerè puniuntur qui operā præcepta omittunt, quanto seuerius punientur, qui vltra hoc etiam alia grauissima delicta committunt.

Vnde non sine mysterio Dominus reticet septem alios seruos, quibus dederat etiam mnam, quasi in illud iudicium non venerint quoniam repræsentant illos, qui ita mnis abusi sunt, vt illas ob grauissima sua scelera amiserint, si quidẽ teste D. Paulo, multi bonam conscien- 1. Timot. tiam repellentes, circa fidem naufragauerũt: de v. 19. quibus non habetur hic mentio, quia iuxta Saluatoris sententiam, *Qui non credit, iam iudicatus* Io. 3. v. 18. *est, quia non credit in nomine Vnigeniti filij Dei.* Id est, non indiget iudicio, quod vocatur discu- Ita D. Bertionis, ad sciendum an sit dignus pœna æterna silma in id cum infidelitas eum manifeste reum facit. Ve- Psal. 1. non niet tamen ad iudicium, vt contra eum feratur resurgunt sententia damnationis, sed vt iudea quantum impij in iudicio. illos execretur, ostendat non suo eos dignari Ambr. ser. alloquio, ideoque non refert quicquam illis di- 20. in Psal. xisse. 118 v. 2.

D. Greg. 16 mor. c. 40.

Tandem subiungit: *Inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me.* Inimicos vocat Iudæos rebelles, & B Principes ipsorum, ac hæresiarchas, qui Christum, & eius Ecclesiam persecuti sunt: quos ante se adduci, & interfici iubet, ob maiorem ipsorum confusionem & ignominiam; quam patientur in iudicio coram ipso Christo, & ex consequenti coram vniuerso mondo iuxta illud Apocalypsis: *Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt:* omnis Apoc. 1. v. oculus vocetur omnis homo, tam bonus quam malus: sed specialiter refert eos qui eum pupugerunt, nempe Iudæos qui Christum crucifixerunt, & hæresiarchas, ac tyrannos, qui eum persecuti sunt, qui etiam eum pupugisse dicuntur, quoniam isti maiori ignominia & dolore afficientur videntes regnare eum, quem demoliri conati sunt.

C Ecce quatuor sortes hominum, ad quos diiudicandos reuertetur Dominus super montes Bethel, seu concauitatum. Electi enim velut montes exultabunt à conspectu Domini, quoniam venit iudicare terram: reliqui erunt velut Ps. 95. v. 7. concauitates, alij alijs profundiores, quorum omnium meminit Isaias sub typo Babylonis deuastandæ, eleganter extremam mundi deuastationem depingens. *Ecce* (inquit) *dies Domini* Isai. 13. v. 9 *veniet crudelis, & indignationis plenus, & iræ furorisq, ad ponendum terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea.* Peccatores, ait conterendos tantum, quia iusti saluabuntur: sed terra redigetur in solitudinem, quoniam iusti ducentur in cœlum, sed prosequitur: *quoniam stellæ cœli, & splendor earum non expandent lumen suum: obtenebratus est sol in ortu suo, & luna & stella, non splendebunt* D *in lumine suo.* En signa quæ iudicium præcedent, iuxta sententiam Saluatoris dicentis: *erunt signa in sole, luna & stellis, sol obscurabitur, & luna* Luc. 21. v. 25 *non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo, &c.* Sed mox sortes iudicandorum describens sic ait: *& visitabo super orbis mala, & contra impios ini-* Matth. 24 *quitatem eorum, & quiescere faciam superbiam infi-* v. 14. *delium, & arrogantiam fortium humiliabo.* En tres reproborum sortes supra commemoratas: impij dicuntur qui fidem iniquis operibus macularunt: infideles, qui superbè proprio iudicio nixi fidem respuerunt: fortes arrogantes sunt hostes Christi, qui ei bellum indixerunt dicentes: *Nolumus hunc regnare super nos.* Sed hos omnes conteret, comminuet, & in nihilum rediget, æternisque flammis comburendos adiudica; bit. Sed quid de electis? statim subiungit vates

[Eccl. 1. v. 15] *Preciosior erit vir auro, homo mundo obrizo*: Cuius A sensus esse potest: deuastatis impijs, & infidelibus, ac hostib. omnib⁹, qui innumeri sunt, quia stultorum infinitus est numerus, electi qui remanebunt, etsi plurimi sint, tamen respectu eorum, erunt rari, & pauci, sed preciosiores auro mundo, & præstantissimo, quod obrizum dicitur: quoniam in conspectu Domini erunt, preciosissimi, mundissimi, & splendidissimi, tanquam aurum quod sæpius in fornace probatũ, & expurgatum est, quia igne vehementium tribulationum, & persecutionum sunt excocti, & splendidissimi effecti. De quib. inquit Sapiens: [Sap. 3. v. 6.] *tãquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos; & in tempore erit respectus illorum*, id est, in die iudicij, vniuerso orbi innotescet splendor eorum, quia tunc, *Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent, iudicabunt nationes, & dominabuntur populis.* B

De Reuersione post iudicium in cœlum empyreum. §. 5.

PERACTO iudicio, iterum orat sponsa, *reuertere*: dilecte mi in montes cœlorum, electos tuos ad supremum cœlum empyreum tecum ducens, vt parati sibi regni possessionẽ capiant, diuidens ac distribuens hos sublimes montes hominum inter præcelsos montes Angelorum, illos istis socians; & ex vtrisq; construens montes Verbel, id est vnius Domus Dei in æternum [Cãt. 8. v. 14] permansuræ. *Fuge ergo dilecte mi, assimilare capreæ, hinnuloq; ceruorum super montes aromatum.* Fuge iam à mundo isto corporeo & visibili non amplius reuersurus in illum: fuge celeriter, non tãquam victus, sed tanquam victor, & gloriosus C triumphator, qui fugit à campo militiæ, à loco stragis, & occisorum, vt in regia ciuitate perpetuo triumphet, & regnet, victoriæque fructib. & spolijs perfruatur. Fuge ad montes aromatum, qui continuis te laudibus, & suauissimis benedictionib. lætificabunt, vt eas plenè possideas delitias, quas habes, ex eo quod semper sis cum filijs hominum, quos tuo sanguine redemisti, & tua gratia condecorasti, ad tam sublimem illos euehens dignitatem. Quilibet enim beatorum erit velut mons quidam aromatum, omnis generis virtutib⁹, & gratijs, suauissimum odorem spirantib. refertus: cuius odor erit velut odor agri pleni, cui benedixit Dominus omni benedictione spirituali in cœlestib; per Christum: qui super hos omnes montes in conuexo cœli empyrei residebit, sub splendore & fulgore cunctos illuminans, & fœlices constituens.

Reuertetur igitur Dominus magna Sanctorum hominum & Angelorum stipatus caterua: [Ps. 46 v. 6.] ascendetq; Deus in iubilo, & Dominus in voce tubæ, currus eius decem millibus multiplex, [Ps. 67. v. 18] millia lætantium Dominus in eis. Sequetur autem illum sponsa ipsa cum summa lætitia & exultatione, vt in eadem domo cum ipso in æternum maneat, assistens tanquam regina à dextris eius in vestitu deaurato, circumdata varietate, & quia iam spirituale connubium perfectum est, secura deinceps *dicet, dilectus meus mihi, & ego illi*: ille mihi est præmium, fœlicitas, summa beatitudo, summum gaudium, plena satietas, & omnia in omnibus. Ego illi sum, regnum possessio, & sponsa charissima, non quidem iam tantum donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ, sed quamdiu aspirauerit æternitatis dies, cui nullæ succedunt vmbræ, *nox enim non erit illic*. S… [Apoc. …] piterna claritas, æterna iucunditas & inenarrabilis fœlicitas, qua omnes fruentur in secula seculorum.

Hæc est peroratio sponsæ, quæ tam epilogum Cantici, quam totum Canticum finit; quia etiam D. Ioannes suam conclusit Apocalypsim dicens: *Spiritus & sponsa dicunt: veni, & qui audit,* [Apoc.] *dicat veni: & qui sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquã vitæ gratis, etiam venio cito Amen, veni Domine Iesu.* Ecce quomodo Spiritus S. qui postulat pro sanctis, inspirat illis hanc precationem, vt d… n… veni Domine Iesu ad iudicium, vt finem a… piat peccatum, iustorum vexatio, & oppressio, ac Dei iustitia omnibus pateat; Christique [illegible] tia manifestetur. Sponsa item Christi Ecclesia ab eodem Spiritu præmota idem orat, vt ex militanti trãseat in triumphantem, & cum sponso suo in æternum maneat, quicumque autem hoc audit aut legit, idem debet orare, vt propter transeat iniquitas, & æterna fruatur requie, quam quotidie petit, dum ait: *adueniat regnum tuum*: si tamen sitit & verè diligit Deum eiusque desiderat præsentiam, & ad recipiendam aquã viuam gratiæ se diligenter præparauerit: nam, teste D. Paulo reposita est corona iustitiæ reddenda ijs qui diligunt aduentum Domini, ij au- [2. Tim. v. 18.] tem diligunt aduentum eius qui ex toto corde diligunt ipsum, & pro eius gloria ita pugnauerunt, vt à iusto iudice coronam iustitię mereantur accipere, cito autem exaudietur huiusmodi precatio, nam *ecce*, inquit, *venio cito*, & licet consummatio seculi videatur differri, finis tamen vniuscuiusque cito appropinquabit.

Quid ergo agis ô miser homo, qui egressus à teipso per seculi vana & voluptuosa diuagaris? Vsquequo delicijs dissolueris filia vaga? Redi præuaricator ad cor tuum: reuertere ad teipsum, conuertere ad Dominum Deum tuum, antequam reuertatur ipse ad iudicandum te. Memento quod corpus tuum cito reuertetur in terram, vnde sumptum est; quia puluis es, & in [Ge…] puluerem reuerteris. Spiritus autem tuus redibit ad Deum, qui dedit illum, vt iudicetur de ijs, quæ fecit in corpore: quæ si iniqua fuerint, qui D comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, descendet deorsum, & cum Dæmonibus detrudetur in profundum abyssi. Quod si iusta fuerint, ascendet cum Angelis sursum, & reuertetur ad Deum finem vltimum suum, vt fruatur illo. Ita ergo vitam compone, vt cum Spiritus tuus à corpore separetur: Christus Dominus reuertatur vt accipiat te ad seipsum, sedem tibi assignans in regno suo, vbi sedens in throno gloriæ regnes simul cum ipso, & cum Patre & Spiritu S. in secula seculorum, Amen.

F I N I S.

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, QVÆ IN HOC PRIMO Tomo fusius sparsim exponuntur.

Literà L. librum; E. exhortationem indicat.

 lib. 2.

3.Do-

Zacharias

Matthæi

10. *Vnus*

FINIS.

INDEX EXHORTATIONVM SEV CONCIONVM PRO DOMINICIS, FERIIS, ET FESTIS,

quæ in hoc I. Tomo continentur.

Littera L. librum, E. exhortationem indicat.

ADVERTENDVM NON SOLVM NOTARI EXHORTATIONES, sed earum materies fere omnes habentur integræ in locis hic notatis: nonnullæ vero ex pluribus conflantur, quarum dispositio vel hic simul ponetur, vel in loco hic notato.

[illegible] & vmbrosus. lib.4.exhort.15. & etiam vi fuit in diuerforio quod dicitur foramen petræ,& cauerna maceriæ.lib.5.e.25.§.3 col. 1[illegible]3

4. De accubitu Christi, in vtero Virginis,& demide in præsepio, & de ijs quæ contemplanda sunt circa bos, & alios accubitus. l. 4. e.3. col.763

5. De miris virtutibus quibus ornauit se Christus in Natiuitate, quæ eius aduentum diu desideranetant, vt ab eis aufetret opprobrium.l.2.e.16.col.408

1. Alia circa illud: *Et in terra pax.* l.3.e.20.§.5. col.682

Circa id Euang. natus est vobis Saluator. Vide in Circumcisione.

Circa Euangelium: *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* vide in festo Annunciationis.

Dominica infra octauas Natiuitatis circa illud Euang. *Ecce hic positus est in ruinam, &c.* aliqnid habetur de dolore virginis, & eius resignatione.l.2.e.23.§.3.col.463.& 14.e.10.§.3. col. 835.& 37.§ 3.col.1018

Circumcisio Domini. De excellentia nominis Iesu,& munere Saluatoris.l.1.e 25 col.224

2. Alia de Impositione nominis I E S V facta in Circumcisione, circa Euang. l.1.e.27.col.232

3. Alia de effusione sanguinis facta in Circumcisione cum impositione nominis Iesu, & de virtutum illius fragrantia.l.1.e.28. col.240

4. Alia,de amaritudinibus Christi in præsepio, Circumcisione & infantia circa id, *Fasciculus myrrhe dilectus meus mihi, &c.* l.4.e.4. col.788

Vigilia Epiphaniæ circa Euangelium, sicut in festo Innocentium.

1. Epiphania Domini: de modo quo se Christus manifestauit Magis per stellam, per doctores,& per se ipsum,iuxta historiam Euangelij l.3.e.5.col.555

2. Alia de trina Christi dignitate, regia, sacerdotali, & prophetica agnita à tribus Magis, quæ importatur nomine Christi.l.1.e.22.§.2. col.195

3. Alia de tractione, & vocatione gentium per Magos præfigurata, colligi potest ex ijs quæ dicuntur.lib.1.e.25.§.3.col.221.& li.a.e.3.§.1. col.293. & l.1.e.10.§.5.col.87

4. Alia de modo quo est agnitus & adoratus à Magis in medio duorum animalium.l.3.e.4. col.547

5. Alia circa illud: *Tunc Herodes clam vocatis Magis, &c.* De vulpina & altura persecutione Herodis contra Christum Dominum, l. 5. e. 31.col.1321.1324

Octaua Epiphaniæ, circa Euang. de baptismo Christi, & desponsatione eius cum Ecclesia præfigurata in Magis.l.1.e.10.col.82

2. In id: *Hic est filius meus dilectus*, quæ vox sonuit in baptismo, de homine Christi qui esse se dilectum à Patre,& ab Ecclesia.l.3.e.2.§.3.col. lum.535

1. Dom. infra octauas seu prima post Epiphaniam circa Euang. *Cum factus esset annorum duodecim, &c.* De historia & modo quo Christus paoit doctores,& patentes eius,& eximio amore Virginis erga Filium. l.3.e. 6.col.563

De mœrore illius tunc temporis dicitur aliquid l.2.e.23.§ 4.col.468

2. Alia circa id: *proficiebat sapientia, ætate, & gratia, &c.* l.3.e.6 §.3.& e.4.§.3 col.[illegible]

1. Dom.2.post Epiphan.circa Euang. *Nuptiæ factæ sunt in Cana Galileæ, &c.* De mystica explicatione sex hydriarum aquæ quæ versa est in vinum, de Sacramentis antiquæ legis vacuis gratia, quæ mutata sunt in alia quæ gratiam conferunt: & ecclesiam esse domum vini seu cellam vinariam Christi. l.4.e.35.col.1001

2. Alia circa id: *vinum non habent*; de oratione cum feruore & fiducia. l.1.e.31.§.2. & 3. col. 14 15.16 & de responso Christi Domini: *quid mihi est & tibi mulier, &c.* l.4 e 35.§.2.col.1003 & l.3.e.10.§.3.col.596.& e.12.§.3.col.608

3. Alia circa hanc responsionem, & aliam, *quid mihi & tibi mulier?* de increpatione quæ sit sine culpa increpati ad eius exercitium, & ostensionem patientiæ.l.3.e.12.§.3.col.608

Domin. 4. circa Euang. *Motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur, &c.* De modo quo pericula nos excitant ad orandū, Christusq; exaudit orantes. lib.3.e.1.maxime,§4: col.529

1. Dom: 5. circa parabolam, zizaniæ, & tritici, de bonorum & malorum mixtione in ecclesia, & maxime de discrimine inter peccatores fideles, & infideles, qui per zizaniam significantur. l.2 e.24.col.473

2. Alia de pugna malorum contra bonos, vnde boni meliores fiunt; propter quod dicitur: *sinite vtraq; crescere vsq; ad messem.* l.2.e.25.maxime §.3.& 4.circa id, *filij matris meæ pugnauerunt contra me.*

3. Alia de modo quo Ecclesia inter alias sectas est lilium inter spinas, & iusti etiam inter peccatores zizania inter triticum.l.4.e.23.§.2.& 3.col.920

4. De hæreticis capiendis qui vocantur vulpes, & significantur per zizania, & quando sinenda sunt crescere vsq; ad messem. li.5 e.33. col.1326.maxime §.4.col.1446

Dom. 6. circa id: *Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas, &c.* de modo quo Christus parabolas proponebat & explicanda mysteria regni Dei.l.3.e 30.§.2.col.753

1. Domin. Septuagesimæ, de parabola patrisfamilias quinquies vocantis operarios ad laborandum in vinea sua, vltima autem & postrema vocatio est ad laborem in vinea legis Euangelicæ.l.5 23.§.4.col.1244

2. Item de triplici vocatione primo mane vitæ, in eius decursu, & in morte ad reddendam mercedem laboris. ibid. §.5.col.1247

3. Alia circa id: *Et egressus circa horam tertiam vidit alios stantes in foro otiosos, &c.* De duplici vocatione eorum qui dicuntur otiosi, sc. peccatores quia nihil merentur, & iusti pigri quia nihil proficiunt.l.5.e.14.col.1167

4. Alia circa id: *Exijt primo mane conducere, &c.*

De vocatione speciali in primo mane mundi quo vocatus est Adam & in eo omnes homines ad operandum in vinea illius status, & de successu huius vocationis. l.1.e.14.col.480

5. De operarijs quos diabolus conducit in vineas suas, quæ plures sunt, quorum mens est pugnare contra operarios, quos Christus conducit in vnicam vineam suam, quæ est Ecclesia, vt sint otiosi, & non colant eam,

quo Christus Dominus se manifestat in cruce affixus. lib.3. exhort.8. §.4. colum.583

Feria 4. circa id: *Ecce ascendimus Ierosolymam & filius hominis, &c.* Vide Domin. Quinquagesimæ, in id, tunc accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi. Vide in festo D. Iacobi Apostoli, mense Iulio.

Feria 6 circa parabolam vineæ. De vinea Ecclesiæ, & malis colonis, & de modo colendi & custodiendi illam. l.2. e.29. col.521

1. Alia de vinea status innocentiæ tradita Adæ vt eam coleret per obedientiam, quam dissipauit per obedientiam, & cum teneretur facere vuas, fecit labruscas. lib.2. exh. 26. col. 483

3. De vineis mundi, vel diaboli, quas custodiunt peccatores, propter quod non custodiunt vineam Dei. l.2. e.23. col.466

Sabbato circa parabolam: *Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior, &c.*

1. De horrenda malitia peccatoris, à Deo recedentis, & de reconciliatione eius cum Deo, iuxta modum in parabola propositum. l.1. e.12. col.101

2. De tribus horrendis malis quæ eueniunt peccatori ignoranti se instar filij prodigi. l.3. e.13. maxime, § 2. & seq. col.617

3. Circa id: *Ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater peccaui, &c.* De voce confessionis quam dulcis sit Deo, & quam efficax ad tollendum peccatum. l.5 e.27. col.1277

4. De modo quo stat Deus prospiciens, vt peccatores conuertat. l.5. e.11. col.1144. & quam hilariter eos recipit. l.5. §.2. col.1111

5. Circa id: *Quanti mercenary in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo.* De modo quo misericorditer Deus trahit quosdam peccatores per flagella. lib.2. exhort. 5. §.3. col. 311

Dom. 3. circa id: *Erat Iesus eijciens daemonium & illud erat mutum, &c.* De quintuplici voce quam dæmonium mutum aufert, & Christus Dominus restituit. l.5. e.27. col.1277

1. Circa id: *Extollens vocem quaedam mulier de turba dixit illi: beatus venter, &c.* De voce laudis Dei, gratiarum actionis ac orationis, quæ prodit eiecto dæmonio malo. De voce quidem laudis habetur. l.1. e.1. col.2. De voce orationis. l.5. e.28. col.1287

Ibid: *Beatus venter qui te portauit & vbera &c.* Vide in festo Dedicationis ad Niues mense Augusto.

Circa id: *Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur.* De pugna diaboli & schismaticorum contra Christum, & Ecclesiam quæ est eius regnum, vt diuidatur & desoletur. li.2. e.28. maxime, §.2. col.505. & de astutia qua quidam moliuntur hanc diuisionem. li.5. e.34. col.1347

Feria 2. circa id: *Multæ viduæ erant in diebus Eliæ, &c. & multi leprosi erant in Israel sub Eliseo Propheta, &c.* De occultis Dei iudicijs circa eos quos deserit. vel trahit, & non nullis eorum causis. l.2. e.4. §.4. col.308

1. Feria 3. circa id: *Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum.* De modo præstandi correptionem. l.3. e.12. col.616

2. Alia de verecundia, silentio & obedientia manifestanda in increpationibus ab ijs qui increpantur. lib.3. exhort.22. §.1. colum.688

Feria 4. In id: *Populus hic labiis me honorat, &c.* Qua ratione Deus execretur laudes peccatorum, maxime hypocritarum. lib. 1. exh. 1. §.4. colum. 10

Feria 6. circa id: *Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab illo, & dedisset tibi aquam viuam.* De immensa excellentia huius doni, eiusq; proprietatibus, & à multis non peti, quia ignorant illud. l. 1. e.9. §.3. col.80

1. Dominic. 4. circa id: *Sequebatur eum multitudo magna quia videbant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur.* De modo quo Christus trahebat ad se homines prodigijs & beneficijs, doctrina & exemplis. l.2. e.2. §.1. colum. 284

2. Circa id: *Vnde ememus panes, vt manducent hi?* De prouidentia Dei circa alendos homines maxime iustos. l.1. e.18. col.160

3. Alia circa eadem verba. De eadem prouidentia: & manus Christi esse velut cellaria, & vbera ad nutriendos iustos, cum alia deficiunt. lib.2. exhort. 10. maxime §. 5. colum. 366

Feria 2. circa illud: *Zelus domus tuæ comedit me.* De zelo domus Dei, qui torsit Christum, & torquet iustos degentes inter peccatores. l.2. e.24 §.3. col.477

1. Feria 4. circa id: *Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed vt manifestentur opera Dei in illo.* Ærumnas huius vitæ prouenire ex prouidentia Dei, vt eius opera in iustis, & per in stos manifestentur. lib.2. exhor. 22. §.2. col. 461

1. Feria 5. circa illud: *Ecce defunctus efferebatur, &c. qui adolescens erat.* De morte grassante etiam in adolescentes, vt omnes resipiscant, & peccata amputent. lib.5. exh.21. §.3. colum. 1222

2. Alia circa illud: *Tetigit loculum, &c.* & ait: *adolescens tibi dico surge.* De vita restituta vniuerso mundo per aduentum Christi in carne, & mortem eius in ligno, ex eius imperio & voce summa facilitate ex parte ipsius. l. 1. exh. 4. §. 2. & lib.5. exh.4. §.2. colum. 25. & col.1087

1. Feria 6. circa illud: *Ecce, quem amas, infirmatur.* De modo fidenter orandi ad Deum. lib. 1 exh.2. §.2. & 3. colum. 17. quam efficax fit fitiens ille, quem amas. lib.1. e.3. §.5. col. 28. Quomodo exaudiatur. li.3. e.10. §.3. colum. 596

2. Alia circa illud: infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam. lib.2. exhort.12. §.2. col. 459

3. Alia circa illud: *Voce magna clamauit, Lazare veni foras.* De magnitudine & omnipotentia huius vocis Christi, & miraculorum quæ sunt voces eius testantes ipsum esse Christum, & obediendum esse illi. l.5. e.4. §.2. col.1086. & l.1. e.4. §.2

1. Dom. in Passione circa id: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* De Christi Domini impeccabilitate, & omnimoda sanctitate. lib. 1. e.22. col.191

... in id: *diliges Dominum Deum tuum ex ... ordi*. De dilectione Dei propter bene- ... a nobis præstita. l.1. exhortat. 31. colum. ...

... ijs quibus nutritur hæc Dei dilectio. lib.1. ... l.268

... a de pura intentione & perfectissima ha- ... da in hoc amore Dei super omnia, & q... n præcellens sit. l.2.e.17.§.3.col.421

A... in id: *hoc est maximum, & primum manda-* ... De primatu charitatis super omnes vir- ... e, & de ordine quem illis præscribit. l.4. c... col.987

... id: *in his duobus mandatis vniuersa lex pendet & Prophetæ*. De ordine dilectionis Dei & pro- ... vnde custodia legis pendet. l.4. e.34. ... 994

Alia circa idem duo præcepta dilectionis ... & prox mi esse quasi duo vbera legis Ev- ... licæ. l.1.e.7.§.2.col.59

... de duplici acie diuinæ charitatis, s. per- ... onum Dei; & beneficiorum eius, quibus c... ir, seruat & anget charitatem nostram erga ... lum. l.4.e.30.col.964

Dom.19. in id: *simile est regnum cælorum homini regi qui fecit nuptias filio suo*. De triplicibus nuptijs ve... bi diuini cum qualibet sancta anima. l.1. e.5.col.40. ibi de prima desponsatione de a- lijs. e.10.§.2.col.84

... id: *Illi vero neglexerunt, & abierunt, alius in villam, &c. vide in Domin. 2. post Pentec.*

Domin ca 22. in id: *cuius est imago hæc & super- scriptio &c.* De cognitione sui secundum quod homo est ad imaginem Dei. l.3.e.15.co- lum 634

2. Alia in id: *abierunt Pharisæi, &c. vt caperent eum in sermone*. Quomodo Christus Dominus ste- terit super omnia retia inimicorum suorum. lib. 5. e... o. §.1. col. 1138. & *dixerunt magister scimus quia verax es &c.* De adulatoribus, & modo capiendi & reijciendi eos. l.5.34. §.4. c... l.1343

Dom.23. in Euang. de vtroque miraculo, puel- la defuncta suscitata, & muliere à sanguinis fluxu curata quæ repræsentant peccatum ori- ginale & actuale, propter quorum remissio- nem Christus venit in mundum. l.2.e.19.col. 433. de suscitatione puellæ vide in feria 5. post Dominicam Passionis.

Dom. 24. vt in Domin. 1. Aduentus.

PROPRIVM SANCTORVM.

1. In Festo S. Andreæ, in id *venit post me faciam vos fieri piscatores hominum*. De vocatione ad lu- cr... ndas animas. l.5.e.15. dispositio habetur ad ... nem il'ius. col.1175

... Alia in id quod B. Andreas dixit: *O bona Crux diu desiderata, et iam concupiscenti animo præpara- ta securus & gaudens venio ad te, &c.* De Cruce Christi vt est lectulus floridus in quo gau- denter requiescunt sancti. lib.4.e.15.§.3.co- lum.869

Festa Decembris.

Festum Conceptionis B. Virginis Mariæ.

1. In Euangelium: *De qua natus est Iesus*: sed san- ctificatione Virginis in primo instanti Con- ceptionis, & de tribus priuilegijs tunc illi ex- hibitis. l.1.e.11.col.92

2. Alia de perpetua Virginis pulchritudine absque vlla nigredine peccati etiam origi- nalis. l.1.e.19. maximè §.2.435

3. Alia, quomodo Virgo inter omnes mulieres fuit à primo instanti Conceptionis sicut li- lium inter spinas. l.4.e.13.col.917

4. Quomodo etiam rectitudines seu virtutes ex eo instanti dilexerint ac rectificauerint eam. l.2.e.16.col.409.§.3. & totum quod in hac exhort. habetur potest ei applicari. co- lum.409

5. Alia de oleo gratiæ & lætitiæ quo tunc vncta est præ consortibus suis. l.1.e.24.col.211

6. Festum expectationis partus in Euangelium: *missus est Angelus*. Vide festum Annunciatio- nis, maximè de virginitate Deiparæ in id: *quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco?*

De expectatione, & desiderio Incarnationis Dominicæ. l.1.e.4.col.31.4. & e.5. maximè §. 2.col.43

Festum S. Thomæ, in id: *infer digitum tuum huc & vide manus meas, & mitte manum tuam in latus meum, & noli esse incredulus, & fidelis*. De voca- tione ad intrandum per contemplationem, & manendum in foraminibus petræ & ca- uerna maceriæ, id est in vulneribus manuum & pedum ac lateris Christi, vbi reparatur fi- des, charitas, deuotio, & omnis virtus. l.5.e. 24.col.1249

Et quia prope est festum Natiuitatis diu aliquid potest de vocatione ad manendum in ca- uerna maceriæ, quod est diuersorium Beth- leemiticum, vbi nascitur Christus habetur. l.5.e.25.§.3.col.1263

Festum Natiuitatis Domini habes supra post Dominicas aduentus.

1. Festum S. Stephani, circa historiam ex epist. in id: *intendens in cælum vidit gloriam Dei, & Ie- sum stantem &c.* De exemplis Sanctorum, ma- ximè D. Stephani qui introductus est in cel- lariam regis vt videret gloriam Dei. l.2.e.12.§. 2.col.377. & qua ratione vidit Iesum non se- dentem, sed stantem ad auxiliandum ei. l.5.e. 10.§.3.col.1140

2. In id Euang. *Ierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt*. De pugna malo- rum in lege antiqua, & noua contra iustos. l.2.e.25.§.2.& 3.col.481.& 484

3. Festum S. Ioannis Euangelistæ, in id: *qui & re- cubuit in cœna super pectus eius, vel in sinu eius*. De contemplatione eorum qui sunt in sinu Dei patris. & qui in illam introducuntur. l.2.e.13. columna 383. de alia contemplatione qua idem Ioannes recumbens super pectus, po- tuit dicere illud Cant. *læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*. l.4.e.40.co- lum.1032. Et qua ratione Christus obserua- uerit huncceius somnum per illa verba, *adiu- ro vos filiæ Ierusalem ne suscitetis, neque euigilare fa- ciatis dilectam donec ipsa velit*. l.5.e.43. columna 1081

1. Festum S. Innocentum, in id: *tunc Herodes vi- dens quod illusus esset à Magis iratus est valde, & oc- cidit omnes pueros &c.* De persecutione Hero- dis contra Christum infantem. l.5.e.32.col. 1321

i. In

10. De

bus quibus desiderata est, donec ... desponsatio Dei cum natura hu... eodem & c.5

... *Ecce concipies &c. & vocabis nomen e us Iesum hic erit magnus, &c.* Vide in festo Circumcisionis.

Festa Aprilis.

Sancto Marco, vide Commune Euangelistarum.

Festa Maij.

... m SS. Apostolorum Philippi & Iacobi, ...: *non turbetur cor vestrum, creditis in Deum, & in me credite.* De fortitudine & fiducia in Deum ad vincendas omnes turbationes & ... gnas inimici. l.3.e.20.col.675

Aliam in id: *in domo patris mei mansiones multa sunt.* De fœlicitate æterna cuique pro meritis ... tribuenda. l.3.e.9.col.586

Alia in id: *ostende nobis patrem & sufficit nobis.* De magna fiducia qua sunt petenda ingentia Dei dona. l.1.e.1.§.3.& l.3.e.3

Festum Inuentionis sanctæ Crucis, in id: *sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto: ita, &c.* De exaltatione Christi in Cruce vt omnes ei credant & genu flectant. l.1.exh.19.colum. 146

Alia circa idem, quomodo sicut serpens æneus in ligno exaltatus, trahebat ad se omnes vulneratos à serpentibus, sic Christus exaltatus in Cruce trahit homines vt omnes qui credunt in ipsum non pereant. l.2.e.3.colum. 292. De alia in festo Exaltationis sanctæ Crucis.

Alia in id: *nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest introire in regnum Dei.* De baptismo per quem homines regenerantur: & hæc regeneratio est virtute Crucis Christi, seu Christi in ligno exaltati. l.1.e.10. columna 82

4 Alia in id: *Spiritus vbi vult spirat & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat aut quo vadat.* De voce Spiritus sancti quæ est diuina inspiratio, & effectibus eius ad conuertendos peccatores, & consolandum iustos. lib.5.exhor. colum 1108

Festum S. Ioannis ante portam Latinam Io Euangelist. vt in festo S. Iacobi mense Iulio.

Festum apparitionis S. Michaelis Archangeli, vt in festo eius mense Septembri.

Festa Iunij.

1. Festum S. Barnabæ Apostoli in id: *estote prudentes, sicut serpentes & simplices sicut columbæ.* De feruore igneo, & columbina simplicitate quam Spiritus sanctus communicauit Apostolis ad suum munus exercendum. l.5.e.6. §.2.col.1101

2. Alia in idem de oculis synceræ fidei prudentia illustratis quos habere oportet Christi ministros. l.4.e.11.§.1.col.838

3. De astutia & simplicitate ad capiendas vulpes hæreticorum, & hostium fidei. lib.5. exhor.32.col.367

4. Alia in id: *ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum: estote prudentes &c.* De pugna malorum contra bonos, & de victoria obtinenda per mansuetudinem, prudentiam, & simplicitatem, quæ sunt funiculus triplex qui d... rumpitur. l.2.e.25.col.484.§.5.& l.5.&32.§.3. col.1323.

1. Festum Natiuitatis S Ioannis Baptistæ. De eius laudibus de excellentia sanctificationis eius: & quomodo fuit primogenitus Christi, & Deiparæ l.3.e.24.col.210

2. De excellentijs ipsius vt fuit vox Christi annuncians eius aduentum. l.5 e.1.col.1060.& e.20 col.1219

3. De eius immutabilitate inter prospera & aduersa. l.2.e.12.§.3.col.463

4. De eius humilitate & perfecta cognitione sui. l.3.e.14.col.622

5. De constantia in persecutione Herodis contra ipsum. l.5 e.32.§.3.col.1324

1. Festum SS. Apostolorum Petri & Pauli. In Euangelium vide in Cathedra S. Petri mense Ianuario.

2. Hi duo Apostoli vocari possunt duo Ecclesiæ vbera, & duo oculi columbarum eisque applicari quæ de ijs metaphoris dicuntur. l.1.e. 19.§.3.& l.4.e.11.col.180.838

1. Festum commemorationis S. Pauli. In Euangelium, Vide festum D. Barnabæ.

2. Item quæ habentur in eius conuersione mense Ianuario.

3. Item de raptu eius in tertium cœlum eo quod futurus erat Doctor Gentium. l.3.e.13. col.383

Festa Iulij.

1. Festum Visitationis B. Mariæ, In id: *& factum est vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth exultauit infans in vtero eius.* De stupenda sanctificatione Baptistæ per hanc salutationem effecta, & alijs quæ tunc contigerunt. lib.1.e.24.colum. 210

2. Alia in id: *exurgens autem Maria abijt in montana cum festinatione.* De celeri festinatione & feruore quod B. Virgo internæ vocationi obedientiæ surrexit vt iter in domum Zachariæ ad munus sibi iniunctum obeundum. l.5.e.3.§3.& e.15. à principio, colum. 1174

Festum Triumphi sanctæ Crucis. Vt in eius Inuentione mense Maio.

1. Festum S. Mariæ Magdalenæ. In Euangelio: *Ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, &c.* De eius mirabili conuersione. lib.1.exhortat.13. col.111

2. Alia de eodem argumento, quomodo tunc Maria introducta est in cellam vinariam, & ordinauit Deus aduersus eam duplicem aciem charitatis vt eam ad se conuerteret. l.4.e.30. maximè §.3.col.970. aliquid etiam dicitur. l.1.e.21.§.3.165

3. Alia de diuina charitate vulnerante animum & quomodo Maria vulnerata est ab illa. l.4. e.37.1013

4. Alia in id: *& vnguento vngebat.* De bina vnctione qua vnguento nardino vnxit pedes Iesu, altera est. Cu pœnitentiæ & humilitatis, altera affectus gratitudinis. lib.4.e.3. col. 771

Festum

col. 178. Vide etiam in festo Conceptionis, alia.

1. Festum Exaltationis sanctæ Crucis, in id: *ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum.* De modo quo Christus Dominus exaltatus in Cruce traxit ad se omnia cœlestia terrestria & inferna vt ei genu flecterent. l.1. e. 6.§.2.col.249

& alia, l.2 e.3. vt supra.

2. In festo Inuentionis sanctæ Crucis. colum. 292

3. Alia de Christo exaltato in Cruce, qui fuit sicut malus inter ligna siluarum, & de fructibus eius. l.4.e.25.§.1.col.934.& l.5.e.11.§. 1 col.1238

1. Festum S.Matthæi Apostoli in id: *sequere me* de efficacia & modo quo Christus Dominus eum traxit ad se. l.2.e.2.§.2.col.286. & e.5.§. 2.col.312

2. Alia de modo quo Deus vocat peccatores vt eos conuertat. l.5.e.13.col.1158 Vide plura in festo Conuersionis S.Pauli.

3. Alia in id: *vidit hominem, &c.* conuersionem fieri ex eo quod Deus respicit peccatores. l.2. e.21.§ 1.col.452

Festum Dedicationis S. Michaelis Archangeli.

1. Alia in id: *Angeli eorum semper vident faciem patris &c.* De equitatu Angelico custodiente homines. Et de tribus quæ eum reddunt iniquum. l.3 e.20.§.3.col.680. sed fusius explicantur e.19.col.668

2. Alia de custodia Angelorum sub metaphora Aleph. l.4.e.12.§.4.col.622. & ad capiendas vulpes Dæmonum & aliorum hostium. l.5. e.31.§.2.col.1316

3. Alia in id: *va mundo à scandalis.* De pugna quam patimur ab scandalosis & seditiosis, & de pugna Angelorum & Sanctorum contra illos. l.2.e.18.col.504

4. Alia circa idem, de zelo Christi Domini vt euitentur scandala, & conseruetur concordia & charitas fraterna, adiurando scandalosos per Patriarchas Prophetas, & Apostolos, & per Angelos custodes. l.4.e.42.col. 1048

Festa Octobris.

Festum sancti Francisci, in Euangelium: *Confiteor tibi Pater.* Vide in Festo S. Matthæi Apostoli.

Alia in id: *Ego stigmata Iesu in corpore meo porto.* De vulneribus charitatis quibus Deus vulnerat iustos & stigmata sua imprimit animæ & corpori: & quomodo B Francisco impressit. l.4.e.37.col.1012

Festum S.Lucæ. Vide de Communi Euangelistarum.

1. Festum SS. Simonis & Iudæ in id: *hoc mando vobis vt diligatis inuicem.* De mandato dilectionis proximi, in quo alia mandata continentur, quia in dilectione proximi includitur dilectio Dei. lib.4. exh.34 col.994. & e.34. col.986

Aliæ plures de dilectione Dei & proximi videantur in Dominica 17. post Pentecosten.

2. Alia in id: *si me persecuti sunt, & vos persequentur.* De affectu ad persecutiones ex eo quod Christus etiam eas passus est. l.2.e 22. §.3. colum.1389. & l.4. exhor.21. §.2. colum. 906

3. In id: *si non venissem & locutus fuissem ei, peccatum non haberent &c.* Item *si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, pe. catum non haberent.* De verbis doctrinæ, & operibus miraculosis ac heroicis, per quæ Christus se manifestabat, ita vt Iudæi non haberent excusationem. l.4.e.4.col.992. & e.20. colum. 1135

Festa Nouembris.

1. Festum omnium Sanctorum, in id Euangelij: *aperiens os suum docebat eos dicens beati pauperes &c.* De præcellentia & suauitate legis & doctrinæ Euangelicæ quam proprio ore Christus docuit, maxime in hoc sermone. l.1. e.7.col.55

2. Alia de virtutibus & præmijs earum quibus fulciuntur Ecclesia & fideles, qui sunt domus Dei. l.4.e.18. col.883

3. De duplici beatitudine consummata & æterna, & altera inchoata in spe in hac vita, quæ promittitur Sanctis virtutes amplectentib. l.1.e.17.col.153

4. Alia in id: *gaudete & exultate quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.* De magnitudine gloriæ beatorum. l.1.e.16.col.143

Alia de eodem. l.3.e.9.col.586

6. In id: *beati pauperes,* & reliqua. De his octo virtutibus vt sunt cellaria opulentissima in quæ Christi introducit incipientes, proficientes & perfectos, & de Sanctorum exemplis quæ ad id iuuant. lib.2.e.12. colum. 376

7. Alia de modo ascendendi ad cognitionem sui & Dei per exempla & vestigia Sanctorum. l.3.e.16.col.644

8. Alia: de miro ornatu Sanctorum ex varijs virtutibus contexto ad Christi similitudinem. l.3 e.29.& 30.col.746

9. Alia de floribus virtutum & Sanctorum qui per Christum apparuerunt in terra quorum solemnia celebramus. lib.5.exh.18. col.1195. & ficus legis Euangelicæ rectis grossis immaturis protulit fructus valde perfectos. l.5. e.22.§.4. col.1236. & rectitudines virtutum dilectæ sunt à Sanctis. lib.1.e.16.§.3.colum. 149

10. De varijs modis quibus Deus pascit Sanctos suos & pascitur inter illos. lib.5. exh.37. col.1361

11. In id epistolæ: *& omnes Angeli, &c. adorauerunt dicentes, benedictio, claritas, &c.* De laudibus quæ à Sanctis Deo canuntur, non tamen ita digne à peccatoribus. lib.1. e.1. §.1. col.3

12. De octo beatitudinibus possunt speciales fieri exhortationes de singulis.

13. In Id: *beati misericordes.* De misericordia omnibus præstanda. lib.1.exhortat.19.colum. 167

14. In id: *beati mundo corde.* De munditia requisita ad contemplationem Dei. l.2.e.8.§.3.colum.344

15. In id: *beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.* De gloria patiendi persecutiones

 fine

FINIS.

INDEX RERVM ET VERBORVM QVÆ IN HOC I. TOMO CONTINENTVR.

Litera L. Librum, E. Exhortationem indicat.

Bapti-

B.

Baptismus.

Beatitudo.

Beneficia Dei.

C.

Castitas.

Charitas.

Christus & eius vnctio.

Christi Incarnatio.

Christi virtutes & excellentiæ singulares.

Christi Natiuitas & pueritia.

Christi prædicatio.

Conuersio peccatoris.

Correptio.

Crux Christi.

D.

Delectatio.

Desponsatio spiritualis.

Detractores.

Exemplum bonum.

F.

Fides.

Filius Dei adoptiuus.

Fortitudo.

G.

Gratia Dei.

Gratia excitans & trahens.

Gratiarum actio, & Gratitudo.

H.

Hæresis. Hæreticus.

Homo.

Humilitas.

eq: a-

O.

Obedientia.

Oratio.

Patientia.

Paulus.

Peccatot, Peccatum.

Pœnitentia.



Virginitas.

Virtus.

Vita actiua & contemplatiua.

Vocatio.

Z.

Zelus.

FINIS.